JOANNIS SCAPULÆ

LEXICON GRÆCO-LATINUM

[illegible]

INDICIBUS ET GRÆCO ET LATINO

AUCTIS ET CORRECTIS

[illegible]

AUCTARIUM DIALECTORUM

[illegible]

[illegible]

LEXICON ETYMOLOGICUM,

[illegible]

[illegible]

JOANNIS MEURSII GLOSSARIUM CONTRACTUM

[illegible]

EDITIO NOVA ACCURATA,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] BAILEY, A.[illegible]

[illegible] J. R. MAJOR, A.[illegible]

LONDINI:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

JOANNIS SCAPULÆ

LEXICON GRÆCO-LATINUM,

E PROBATIS AUCTORIBUS LOCUPLETATUM,

CUM

INDICIBUS ET GRÆCO ET LATINO,

AUCTIS ET CORRECTIS.

ADDITUM

AUCTARIUM DIALECTORUM,

IN TABULAS COMPENDIOSE REDACTARUM.

ACCEDUNT

LEXICON ETYMOLOGICUM,

CUM THEMATIBUS INVESTIGATU DIFFICILIORIBUS ET ANOMALIS.

[auctore J. Harmaro]

ET

JOANNIS MEURSII GLOSSARIUM CONTRACTUM,

HACTENUS DESIDERATUM.

EDITIO NOVA ACCURATA,

CUI ACCESSERUNT, PRÆTER ALIA SUBSIDIA, D'ORVILLII ANIMADVERSIONES NUNC PRIMUM VULGATÆ, SELECTISSIMÆ ETIAM D. SCOTTI, ET APPENDIX ASKEVIANA DICTA; ADDITAMENTIS CUNCTIS IN UNUM CORPUS CUM LEXICO REDACTIS.

CONSILIO ET CURA J. BAILEY, A.B.

OPERA ET STUDIO J. R. MAJOR, A.B.

LONDINI:
TYPIS EXCUDIT J. F. DOVE;
VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY.
M,DCCC,XX.

PRÆFATIO.

De Joanne Scapula, cujus nomen præ se fert Lexicon hocce, ubi natus fuerit, aut e quibus oriundus, vix aliquid constat quod pro certo proferamus. Neque hercle, si constaret, præfantium esset officium nostrum, Lectorem, operis ipsius methodum et institutum requirentem, longis ejusmodi ambagibus demorari. Quanto igitur opere in hâc editione curandâ eò desudaverimus, ut vel minimo quidem beneficio Græcarum literarum studiosos demereremur, perpaucis tantùm, pace vestrâ, Lectores benevoli, præmissis, pergemus edocere. Quâ floruerit æstimatione Scapulæ Lexicon, ex editionibus ejus quàm plurimis, paucorum etiam annorum, vel unius non semel intervallo, repetitis, planissimè colligendum est; quas quidem quò minùs recenseremus, prohibuerunt impedimenta varia et inopinata. Obiter tamen liceat monere, vetustissimam, quantùm indagando comperire potuimus, Basileæ, A. D. 1579, in folio, ut aiunt, impressam esse. Nonnulla quoque extant exemplaria, at minimè quotidiana illa, quartanam, quam vocant, formam exhibentia; cujus generis tria tantùm nobis contigit videre; unum datum Lugduni 1602, alterum apud Pet. Balduinum 1611, tertium sumptibus Caldorianæ Societatis 1623. Titulum non esse eundem in his ac in nostrâ et cæteris editionibus, fortasse non abs re erit indicare; nimirum hic est: "Lexicon Græco-Latinum, seu, Epitome Thesauri Græcæ Linguæ ab Henrico Stephano constructi, quæ hactenus sub nomine Joh. Scapulæ prodiit." Quâ de re pluribus disputare omnino supervacuum habemus. Scapulam ad opus suum conflandum Stephani Thesaurum compilasse, jam ubique decantatum est; id Stephanus et faceto Epigrammate in Titulo libri sui, et Admonitione ad Lectorem testatur; quinimo ipse Scapula, ut in Præfatione videre est, cùm non omnia se Stephano debere agnoscat, haud pauca tamen ex ejus Thesauro, tanquam e penu locupletissimo, deprompta fatetur. At ne in istis commemorandis nimii videamur, liti nuncium remittemus, animadverso tantùm, quod, nì merum fuerit artificium, pro Scapulâ aliquatenus possit facere, nempe, Lexicon hocce et Thesaurum illum in vocibus compositis ordinandis non unam eandemque methodum utrumque adhibuisse; exemplo sint voces ῥοδόπηχυς, ὑγρομελής, in hoc sub ῥόδον, ὑγρός, in illo sub πῆχυς, μέλος inveniendæ; quod de reliquis dictum accipiatur. Redimus igitur ad illud, quod initio diximus, nobis esse præcipuè in istis præfandis propositum, ut legentem certiorem faceremus, quid novi huic editioni accesserit, et quomodo simus in eâ administrandâ studiis ejus consulere conati.

Paginas hasce evolventi, additamenta hujusmodi notis † † insignita passim obvia fient; quorum quidem pretium nomen D'Orvillii, orbi Critico notius quàm ut exiguis nostris præconiis egeat, satis superque vindicabit. Viri Celeberrimi Commentarios illos, per folia Elzevirianæ editioni in Museo Britannico depositæ intertexta exaratos, nos ad hunc librum adornandum quàm fidelissimè exscribendos curavimus.

Tirones, ut quibus Xenophon in manibus solet esse, eorum fructus maximè percepturi videntur. De editionibus quas secutus est Vir summus, hæc tantùm transcribenda reliquit:

Hesiodus Grævii Amst. 1701. 8vo.
Sophoclis Electra.
——— Œdipus Tyrannus Cantab. 1669. 8vo.
Xenophon: primis libris Cyrop. Oxon. 1783. 8vo.
——— in reliquis libris edit. Paris. 1625. fol.

Venimus deinde ad Danielis Scotti Appendicem ad Stephani Thesaurum, e quâ copiosissima delibavimus adjumenta; e locis autem a Viro doctissimo citatis, ea solùm, quæ ad Scriptores optimæ notæ pertinerent, ne in nimiam excresceret molem hocce volumen, excerpenda statuimus; excerpta verò illa, quantâ fuerint difficultate in suis quæque locis disposita, facilè agnoscet æquus Lector, si intellexerit, Scottum fuisse Literarum ordinem, Thematum contra Scapulam secutum. Auctorum, quos maximè præferendos judicavimus, editiones, ex indice a Scotto primo tomo operis sui præmisso, in usum legentis, si qua exempla rata facere voluerit, hìc loci indicabimus:

Æschin. Orat. Wolf. Basil. 1572.
——— Socrat. Cler. Amst. 1711.
Æschyl. Trag. Stanl. Lond. 1663.
Anacreon Barnes. Cant. 1705.
Apoll. Rhod. Arg. Lugd. Bat. 1641.
Aristoph. Comœd. Kust. Amst. 1710.
Aristotel. Op. 2 vol. Paris. 1619.
Callim. Hym. &c. 2 vol. Ultraj. 1697.
Demosth. Orat. Wolf. Bas. 1572.
Eurip. Trag. Barnes. Cant. 1694.
Herodot. Hist. Gron. Lugd. Bat. 1715.
Homer. Op. Schrev. Lugd. Bat. 1656.
Isocrat. Wolf. Basil. 1570.
Longin. de Subl. Ultraj. 1694.
Lysiæ Orat. Taylor. Lond. 1739.
N. Test. R. Steph. Par. 1550.
Pindar. Op. Oxon. 1697.
Platon. Op. 3 vol. H. Steph. 1578.
Poët. Minores. Cant. 1635.
Polyb. Op. 3 vol. Gronov. Amst. 1670.
Soph. Trag. P. Steph. 1603.
Theocrit. Idyll. Oxon. 1676.
Xenoph. Op. Wells. 5 vol. Oxon.
——— Κύρ. Παιδ. Hutch. Oxon. 1727.

Quæ Scotto debemus uncinulis [ ] inclusa sunt.

Incideris fortasse, Lector erudite, in Appendicem quandam ad Scapulæ Lexicon, incerti Scriptoris industriâ confectam, vulgò tamen Askevianam nuncupatam, quòd primùm e codice MS. in bibliothecâ Antonii Askevii servato impressa est. Scias igitur, nos jam ejus quoque subsidia mutuò sumpsisse, et unà cum ceteris, prout loca se obtulerint opportunissima, intertexuisse. Quantum utilitatis exinde percepturus sis, ipsius Appendicis præfatio abunde ostendet: "In hoc opere, Supplementum ad Lexica Scapulæ, Henrici Stephani, ceterorumque scriptorum, reperire licet. In hoc, multa verba, ab illis prætermissa, diligenter enotata; et in hoc, plurima, vel nullis, vel tantùm recentioribus, dubiisque exemplis defensa, veterum, atque optimæ notæ auctorum testimoniis, quibus fidem nemo temerè negaverit, firmata, Lector videbit. Ex Æschyli, Sophoclisque reliquiis, et ex quibusdam Euripidis, Aristophanisque fabulis, auctoritates plerumque sunt desumptæ: at præter omnes alios, ex illo principe Tragicorum, cujus voces paulò abstrusiores, aut minùs consuetæ, et quæ, magnâ ex parte, in Thesauris omnibus et Lexicis desiderantur, in hoc libro sedulò sunt servatæ." At cum auctoritates ex Æschylo desumptæ editionem a communi usu longissimè remotam, eam nempe, quæ ab H. Stephano, A. D. 1557, publici juris facta est, ejusque paginas respicerent; sperabamus non inanem futurum laborem, si eæ omnes, indicis ope a Butlero editioni suæ subjuncti, ad Stanleianam accommodarentur. Ne tamen gloriolam vel

minimam quidem falsò arrogasse videamur, monendus es, Lector, nobis jamjam prævertisse, in istis interserendis, qui Glasguensem editionem paucos abhinc annos procurarunt. Utrùm verò nos in hâc Appendice digerendâ auctoris menti et legentis utilitati meliùs quàm illi consuluerimus, sub ejus sit arbitrio, qui comparationem instituere operæ sibi pretium fore censebit. Askeviana vocabula, et quicquid præterea exinde fuerit accessionis, hujusmodi signis ( ) distinguenda sunt.

Præter hæc, quæ recensuimus, subsidia, restant etiam alia, asteriscis * * quos dicunt, dignoscenda, quæ Glasguensi editioni accepta referenda sunt; brevia quidem illa, neque ὅλῳ τῷ θυλάκῳ conspersa, sed quorum gravitas paucitatem compenset.

Askevianis, Scottianis, et tantùm non omnino D'Orvillianis, liceat ita loqui, apices, quibus ante carebant, apposuisse, parvum quidem illud, sed quod operis concinnitati aliquantum conduxisse videatur; quem quidem laborem, qualiscumque sit, in se suscepit, cujus nomen secundum in titulo locum occupat; laudem sanè nullam aucupanti, ne denegetur venia, si fortè *sphalmata* nonnulla, vel rei ipsius subtilitate, nullâ aliâ intercedente causâ, inducta, deprehensa fuerint. Idem ille nonnulla etiam de suo, legentis liberalitate fretus, ausus est hic illic interjicere; quæ his signis ‡ ‡ denotavit. Plurima equidem inferciendi neque tempus suppeditabat, et aliorum subsidia præripuerant occasiones. Istis autem, quotquot et qualescunque sint, fruatur, si possit, observatiunculis; sin minus, infaustis hallucinationibus ignoscat candidus Lector.

Additamentis ita enumeratis, quæ restant monenda quàm brevissimè expediemus. Schedæ nostræ editionis, priusquam prelo tandem demandarentur, cum Elzeviriano exemplari, utpote omnium consensu emendatissimo, singulæ perdiligenter comparatæ sunt. Ad illud locupletandum non exiguam contulisse videtur industriam D. C. Schrevelius; qui, mirum est, cur sua cum ceteris sine ullo discrimine immiscuerit; "plurimis enim", ut Typographi lectores præmonent, "imò infinitis ferè vocabulis auctius reddidit; et errores innumeros, quibus priores scatebant editiones, abstulit, tanto labore, ut vel Augiæ stabulum a sordibus suis repurgasse dici possit." Absque tamen invidiâ dictum velimus, stabulum illud, Herculeis licet viribus emundatum, maculas et labes etiamnum retinuisse, quas aliquâ saltem ex parte eluisse, pedes illuc inferenti quin gratum futurum sit nulli dubitamus. Quod dictum si quis suspicetur nullis inniti argumentis, conferat, si tanti est, quomodo se habeant in nostrâ et in Elzevirianâ editione sequentia verba e multis aliis, eorumque explicationes: ἀλαὸς, κωλύω, ἀλιμενότης, ἀλιμένωτος, λύω (apud finem), ἀπολύομαι, μειλινὸς, ἀγριομυρίκη, μυρίζομαι, νίφω, ἀνυπονόητος, νοσφίζω, νυμφὼν, νυκτυρευτικὸς, νυκτερὶς, ξάνθισμα, ὁ μικρὸν, περιοδεία, διοιδέω, κατοικὶς, κατοικίζω, ἀπολισθέω, προολισθέω, ὅμηρος, ἀνωμοτεὶ, ὀμφὴ, παροξύνομαι, κατοπάζω, ἐποπτεύω, ὑποπτεύω, αἱματωπὸς, ὀργιάζω, πτόρθος, κατορθόω, κατόρθωσις, ἔνορκος, κατώρυξ, ἐξοστρακίζομαι, οὗτος, ὄφρα, ἠπερόπευμα, παίζομαι, διαπαίζω, πάλιν, πανδοῦρα, συμπάθεια, ἐκπατάσσω, πατητὸς, πατρώϊος, πατρῷος, ἀπάτωρ, πεδάω, παραστρατοπεδεύω, ἐκπείθω, αὐτόπιστος, πεῖρα, πορίζω, ἄπορος, ἐξαπορέομαι, εὐθυπορέω, πέλωρ, πέμφιξ, πέτομαι, πῆγμα, αὐτοπήμων, ῥοδόπηχυς, πισσόω, πλατανώδης, παράπλειος, νεόπλυτος, ἀναπνέω, ἀντιποθοῦμαι, προσπολεμόω, μυστιπολεύω, πλεῖστος, δυσποτμέω, ποῦς (apud finem), ἀρτίπους, λαγώπους, πρῆγμα, ἀναπρήθω, πρόσπαιος, πρώρα, πτίλος, πτωκὰς, κατάπυκνος, πύλωμα, πώγων, πωλέω, λαχανοπῶλις, ῥάβδωσις, ῥάσσω, ἐπιῤῥάσσω, περιῤῥέω, ἀπόῤῥητος, ῥωχμὸς, ῥίζωσις, ἐπιῤῥοφέω, ῥύπος, σάτινον, σβέννυμι, ἐπισείω, θεόσσυτος, σέλας, σελήνη, σημειόω, σθένω, σκάπετος, σκαφὴ, σκαπερδεῦσαι, παρασκήνια, κατασπαταλάω, σπείρω, περιστεφανόω, ἀντίστομος, αὐθαδόστομος, εὔστομος, σφάζω, παρασφάλλω, σφενδόνη, σφηκώδης, σφίγγω, ἐπισφραγίζω, σφύξις, ταλαντεύω, ἀτάλαντος, ἐπιταχύνω, ταὼς, διατειχίζω, τεκμαίρομαι, εὐτελὴς, τέτμω, λιθοτομίας, τέσσαρες, ἀποτίθημι, πρόθεσις, ὑποτίθεμαι, τίς, τίω, τιέω, τοξάζομαι, ἄτοπος, μετατρέπομαι, ὑποτροχάω, ἡμεροδρόμος, τρίζω, τύλος, τυμβεύω, ζηλοτυπέω,

ὑγιεινὸς, φανεροῦμαι, ἀποφαίνομαι, παρεμφαίνω, ἀφανισμὸς, φαῦλος, διαφαύω, προφήτης, φείδομαι, ἐκφορὰ, προφέρομαι, συμφέρω, φαεσφόρος, φηγαλεὺς, φοιβάζω, φράζομαι, σωφρόνημα, φρύγομαι, φυλὴ, διαφυὴ, ἐπιφύομαι, ἀφυὴς, χάζω, χανδάνω, ἀναχαιτίζω, χάλκευμα, καρχαρέοι, χειλωτὴρ, χλίδημα, σύγχορτος, χράω, χραύω, χρέος, ἐγχρίμπτω, ἡδύχροος, ὠρύω, ὡς. Denique sub voce Σύρω, composita *sine* præpositione hæc sunt: ἀνασύρω, ἀποσύρω, διασύρω &c.

Hæc autem verba non ideo recensemus, ut magnificè de nobis prædicemus, idcirco verò tantùm, ita nos Dii ament, ut ne incuria nobis objiciatur, et peccata levia, ut speramus, nostra, quodammodo expiemus. Ut in nosmet enim descendamus, nec "præcedenti spectetur mantica tergo," fatendum est, duas nostros et operarum oculos effugisse voces; quarum una ad Thema Κύω, altera ad Πλάσσω pertinet:

Ἀντιπροσκυνέω, ῶ, vicissim adoro. Plut.
Χθονόπλαστος, e terrâ fictus.

In Indicibus denique, et Græco et Latino, de novo refingendis, summa, ne Lector in fraudem induceretur, adhibenda fuit diligentia; quæ quidem cum fuerit adhibita, posteriorem multò quàm antehac accuratiorem nunc demum prodire non dubitanter affirmare possumus.

Hactenus de Lexico. Pauca de tractatibus ad calcem ejus adjectis restant dicenda. Jacobi Zuingeri, Joannis Grammatici, Corinthi, aliorumque scripta, ut in Elzevirianâ, nunc iterum in nostrâ editione exhibentur. Ammonii verò libellum, a Valckenaerio emaculatum dedimus; cui etiam opuscula quædam, ab eodem unà cum Ammonio vulgata, jam primùm subjecimus. Porro vice illorum quæ de Etymologiâ Linguæ Græcæ conscripsit Joannes Harmarus, Lennepii observationes, a Scheidio editas, Valckenaerii, Hemsterhusii, et suis etiam interpositis, nullo, nostrâ quidem opinione, Lectoris detrimento, substituimus. Nonnulla etiam de Accentibus, a Bosio tradita, et e Libro Vigeri de Idiotismis excerpta, utpote hactenus desiderata, digna esse quæ adjicerentur judicavimus.

Hæc sunt, L. B., de quibus vos monitos voluimus. Præter nos autem in hoc Volumine adornando non parum elaboravit Typographus noster; quem, ut jam olim in Sophocle, Thucydide, aliisque libris fecistis, nunc iterum artem suam nec infabrè nec inconcinnè factitasse, ni toto cœlo erramus, confessuri estis. Nos verò operæ et studii, in vestrûm gratiam, molestiæ licet plenissimi, libentissimè suscepti, nequaquam pœnitebit, si id lætâ fronte acceperitis, nec laudem, pro eo ac meriti sumus, candidè impertiri denegaveritis. Valete.

J. R. M.

Londini, xii. cal. Apr. mdcccxx.

PRÆFATIO
EDITIONIS ELZEVIRIORUM,
IMP. LUGD. BAT. 1652.

TYPOGRAPHI, BENIGNO LECTORI.

LECTOR AMICE, Ea semper sedit animo nostro sententia, ut prælo nostro, quàm possemus maximè, rem promoveremus litterariam, atque orbi erudito daremus nitidissimè ac correctissimè editos, præstantissimos in omni eruditionis genere, ac, sine quibus ea comparari nequit, *Authores:* in medium producere, quos jam publicœ exposuit luci *Typographia* nostra, nihil est necesse, cum in omnium versentur manibus. In nostri hîc affectus ac zeli testimonium, sistimus nunc atque exhibemus, *eruditorum* omnium, ac *Græcæ* præsertim Linguæ *Studiosorum* oculis, *Lexicon* JOHANNIS SCAPULÆ, sed novâ indutum veste, et elegantioribus longè, quàm antehac, typis, formâ nitidiore, chartâ candidiore, de novo impressum ac recusum. Quo in pretio illud semper fuerit habitum, quàm illo nunquam carere potuerit *Græcanici sermonis Studium*, nihil attinet dicere, ut, quod ipsa clamet experientia: illud potius exponemus paucis, quid in hac editione, et quorum operâ, sit præstitum. Non est hîc frustrandus sua laude, *Vir Clariss. ac Doctissimus*, D. CORNELIUS SCHREVELIUS, *Lugdunensis* apud nos *Scholæ Moderator supremus ac sapientissimus*, cujus indefessæ diligentiæ, et insigni Linguæ *Græcæ* peritiæ, atque exacto judicio, novam hanc vitam debet SCAPULÆ LEXICON: hoc enim plurimis, imò infinitis ferè vocabulis, auctius reddidit; obscuriora loca clariori luce donavit; hiulca supplevit; ubi *Latina* deficeret interpretatio, eam ex aliis *Onomasticis*, aut de suo, addidit; quæ interlinearibus, hic, illic, spatiis, seu cancellis, inclusa essent themata, et *Lectorem* ad primitiva relegabant, ut supervacanea sustulit, et *Indici*, vel loco jam suo, inseruit; errores innumeros, quibus priores scatebant editiones, abstulit, tanto labore, ut vel *Augiæ* stabulum à sordibus suis repurgasse, dici possit: adjunxit sub finem, *Indicem* geminum, sed locupletiorem multò quàm antè et correctiorem; alterum *Græcum*, in quo, unicuique verbo, numerus additus, ne *Lector* ab uno themate ad aliud amandaretur, sed ut è vestigio in promptu haberet illud, quod investigaret; *Latinum* alterum, in quo conficiendo, quantum sit laboris insumtum, nemo credat, nisi expertus; nam, in *Latino Editionis Londinensis Indice*, vix unum reperire datur verbum, quod cum suo conveniat numero ac pagina, ut videatur *Index* ille expressus ex *Editione Basileensi*, nullâ paginarum *Londinensis* habita ratione: subjunxit insuper GLOSSARIUM, *Cl. Viri*, *Joh. Meursii*, *Græcæ* olim *Linguæ* in hac *Academiâ Professoris*, GRÆCO-BARBARUM; ut et modernæ *Græcorum* Linguæ *Synopsin* quandam ac gustum haberet, Studiosa hujus sermonis *Juventus:* atque insudavit huic *Lexico* emaculando atque exornando ultra biennium *Optimus Virorum* SCHREVELIUS noster: usi quoque interdum sumus consilio et auxilio atque operâ *Cl.* D. LAMBERTI BARLÆI, *Græcam* apud nos *Linguam* ordinario loco profitentis, qui symbolam suam quoque contulit. Ita summo labore, maximâ curâ, sumtibus haud exiguis, ad umbilicum perduximus, hoc, quod nunc damus, LEXICON SCAPULÆ; non tam privatæ utilitati, quam (quod ex animo testamur ac protestamur) publico *Academiarum* et *Scholarum* bono, ac LINGUÆ GRÆCÆ studio promovendo, intenti. Tu, quisquis es, LECTOR, proposito huic nostro fave, atque conatus nostros, ad Reip. Litterariæ bonum destinatos, adjuva; hoc opere, atque aliis è *Typographiâ* nostrâ, quotidie prodeuntibus, præstantissimis, in omni doctrinæ genere, libris, in studiorum tuorum commodum, utere, fruere: ita animus nobis addetur, ad CALEPINUM, non minori curâ, diligentiâ, typorum nitore, ac correctione, de prælo nostro, maturandum, in quo jam ad editionem adornando, Doctissimorum quorundam Virorum desudat industria. Vale. Lugd. Bat. Eidibus Decemb. cIↄ Iↄ c li.

JOANNES SCAPULA

LECTORIBUS GRÆCÆ LINGUÆ STUDIOSIS

S. D.

Duabus potissimùm de causis, ut mihi quidem videtur, plerique Græcarum literarum studium aspernantur, aut certè segnius amplectuntur. Una est, quòd earum præstantiam et utilitatem non satis perspectam habeant. Verissimè enim cecinit Poëta,——*Ignoti nulla cupido.* Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc unum dicam, quod omnino persuasum esse debet, absque Græcæ linguæ peritiâ, saltem mediocri, doctum haberi posse neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit consecutus. Nulla enim est ars, nulla scientia, quæ illius adminiculo carere possit. Altera est, quòd Græca lingua permultis longa, salebrosa, ac difficilis ad discendum videatur. Nam quum vitæ hujus curriculum Deus Opt. Max. brevissimis terminis circumscripserit, facilè ab earum rerum studio absterrentur adolescentes, quas non nisi multo labore longoque temporis intervallo percipi posse arbitrantur: ut ad ea quæ minus difficultatis præ se ferunt, minusque temporis requirunt, animum adjiciant. Hinc illa liberalium artium et disciplinarum compendia emanârunt, quæ Studiosis non solùm utilia, sed etiam necessaria esse docti semper judicarunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adolescentum animos ab hujus linguæ, tam eximiæ, tam utilis, tam necessariæ, studio deterritos fuisse, atque etiamnum deterreri constet: operæ pretium me facturum existimavi, si eam (contra vulgarem illorum opinionem, à quibus immensa atque inexhausta esse prædicatur) tum brevem, tum facilem esse demonstrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendiosior neque expeditior via occurrisset, omnes ejusdem originis voces, quæ in superioribus Lexicis alphabetico ordine scriptis sparsim leguntur, in unum veluti fasciculum congessi: primariæ, tanquam basi ac radici cæterarum, primum locum assignavi: huic reliquas inde ortas, primò simplices, deinde compositas, certo ordine digestas subjunxi. Hoc enim pacto futurum speravi, non solùm ut singulis (quæ tanquam membra hinc inde dispersa atque dissipata cernebantur) suo loco collocatis integrum corpus repræsentaretur, quod uno intuitu cerni posset; sed etiam ut primitivorum, in quibus intelligendis omnis, aut certe præcipua versatur difficultas, exiguum esse numerum cuivis pateret. Primitivorum enim propriâ et nativâ significatione cognitâ, derivatorum, quantocunque fuerint numero, significationes assequi quàm non sit difficile, nemo ignorat: siquidem derivata suorum primitivorum vim sequi, composita suorum simplicium significationem retinere solent: non secus ac liberi parentum, ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, rivi fontium, ex quibus scaturiunt, proprietatem resipere, surculi stirpium et radicum, ex quibus pullulant, naturam servare consueverunt. Singula autem ad suum primitivum ita revocavi, ut interim quæ remotiori ratione ab eo deducuntur, illic indicata tantùm suâ serie tractanda reservaverim. Nam quum ex his plurima multiplicem ac diversam sortiantur originem, sæpenumero dubium incertumque est, quo potiùs referri debeant. Varia enim sunt hominum judicia, verissimumque illud est, quod vulgo jactari solet, *Quot capita, tot sententiæ:* adeòque quotidiana experientia testatur, tam varium et mutabile esse unius ejusdemque hominis judicium, ut quod modò probârit, id ipsum mox improbet; et contrà. Multa etiam sunt, quorum etymon, licèt unicum efferatur, ab aliis recipitur, ab aliis verò repudiatur: malui autem suum cuique judicium liberum relinquere, quàm audaciùs quidquam pronunciare. Etyma vero ex optimis quibusque scriptoribus desumpta adscripsi, non quidem quæcunque inveniri potuerunt, quum ex iis non pauca sine dubio sint futilia et ridicula, sed quæ rationi magis consentanea visa sunt: cujusmodi etiam nonnulla adjeci, de quibus penes alios erit judicium. Qua in re eo audacior fui, quòd pleraque ex iis, quæ à me profecta esse putabam, ab aliis jam annotata postea animadverterim. Enimvero idem nobis faciendum arbitror, quod antiquos illos, Platonem, Aristotelem, Plutarchum et alios Clarissimos viros fecisse videmus, qui vocum origines diligenter investigârunt, et ex nominis notatione veritatem rerum scrutati sunt. Refert A. Gellius, Labeonem Antistium Latinarum vocum origines rationesque percalluisse, eâque scientiâ ad enodandos plerosque Juris laqueos usum fuisse. At quisquis Græcarum dictionum origines rationésque percalluerit, haud dubiè eâ scientiâ instructus plerosque nodos, qui apud probatos autores passim occurrunt, enodabit: errores plurimos, præsertim ex cacographiâ natos, emendabit: de propriâ cujusque vocis significatione rectè judicabit. Quamvis autem illi plurima etyma solerter excogitata tradiderint, minimè tamen dubium est, quin multa posteris investiganda reliquerint.

Primam sedem interdum nomini, interdum verbo, minùs scrupulosè assignavi: sequutus ordinem, qui mihi in quaque classe visus est commodior et facilior.

Nonnunquam derivata in duas pluresve classes, pro diversâ primitivi significatione, distinxi: ubi tamen observandum est, unum idemque derivatum aliquando in singulis classibus adscribi, prout ad diversas significationes extenditur: ut videre licet in Ἀγορὰ, in Ἄγος, in Αἰτία, in Ἅλς, in Ἅπτω, in Ἀρχὴ, in Κῆδος, in Κλείω, et aliis nonnullis.

Composita à suis simplicibus sejuncta juxta seriem alphabeti collocavi, eáque pro variis formis in varias itidem classes distribui.

Inter composita ea tantùm adscribere placuit, in quibus primitivum, cujus tractatio præcessit, posteriorem compositionis locum occupat: ne eadem sæpiùs iterarentur.

Multa superflua, multa *νόθα καὶ κίβδηλα*, quæ Lexicis perperam intrusa sunt, rescidi: et peregrina et barbara non pauca (qualia sunt Hebraica aut Syriaca *ἀδὰρ, ἀῤῥαβὼν, γέεννα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον*, item Latina, ut *ἀρτεμὼν* artemo, *ἀσσάριον* assarius, *ἄλιξ* alica, *δήκοκτα* decocta, *δηνάριον* denarium, *δικτάτωρ* dictator, *ἔγεστα* egesta, *εἰδοῖ* idus, *ἰοῦστος* justus, *κάγκελος* cancellus, *κεντυρίων* centurio, *κῆνσος* census, *κοδράντης* quadrans, *κολωνία* colonia, *κουστωδία* custodia, *λεγεὼν* legio, *λέντιον* linteum, *λιβερτῖνος* libertinus, *μάκελλον* macellum, *μέλκα* melca, *μεμβράνα* membrana, *μόδιος* modius, *μοῦστον* mustum, *νοτάριος* notarius, *νοῦμμος* nummus, *ξέστης, ξεστὸς* sextarius, unde *ἡμιξέστης* semisextarius, *ὀξύγγιον* axungia, *οὐγκία* uncia, *πραικόκκια* vel *πρεκόκκια* præcocia, *πρητήριον* vel *πραιτώριον* prætorium, *πωμήριον* pomerium, *ῥῆμος* remus, *ῥέδα* rheda, *σαξίφραγον* saxifragum, *σικάριος* sicarius, *σιμικίνθιον* semicinctium, *σουδάριον* sudarium, *σπεκουλάτωρ* speculator, *σοῦβλα* subula, *ταβελλιὼν* tabellio, *ταβέρνη, ταβερνεῖον* taberna, *τραβέα* trabea, *τρακτὸς* tractus, *τίτλος* titulus, *τέσσαρα* tessera, *φέκλη* fæx, *φενεστέλλα* fenestella, *φενόλης* penula, *φόρον* forum, *φραγέλλιον* sive *φραγγέλλιον* flagellum, *φραγγελλοῦν* flagellare) hæc, inquam, non nisi à recentioribus Græcis usurpata, qui ea à Romanis sumpserunt, exclusi. Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis, non à Græcis petenda esse duxi. Ex his tamen omnibus nonnulla in suam seriem irrepsisse deprehendentur.

Hominum et locorum propria (nisi quum fiunt appellativa) non adscripsi: quòd peculiares de iis extent libri. Verbalia à præteritis passivis formata (quorum quæ à primâ singulari fiunt, vel in *μα*, vel in *μων*, vel in *μος* desinunt: quæ à secundâ, vel in *ις* vel in *ία* præcedente *σ*, aut *ξ*, aut *ψ*: quæ à tertiâ, vel in *της, τικὸς*, vel in *τος*, vel in *τήριον*, vel in *τρον* finiunt) verbis passivis proximè subjunxi, ut formationis ratio meliùs appareret.

In hoc autem Opere absolvendo quum plurimum temporis contrivissem, (remorante me partim Operis ipsius prolixitate, partim functione meâ, partim denique privatis occupationibus) incidi fortè in Thesaurum ab Henr. Stephano constructum: cujus solâ inscriptione lectâ, existimavi me actum egisse. Verùm quum Thesaurum illum penitiùs introspectum, præter alia multa à meo consilio discrepitantia, diverso etiam ab eo quem secutus fueram ordine scriptum fuisse, re ipsâ cognovissem, idque amicorum oculis subjecissem, eorum judicio fretus, multisque rationibus adductus, hæc tandem in lucem prodire permisi. At verò, ne Thesauri illius Herculeo sanè labore compositi autorem bene de literis meritum debitâ laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar: quid illi acceptum feram, fateri non gravabor. Quum enim in eo Thesauro tanquam in penu locupletissimo dictionum vim et proprietatem meliùs exprimi, significationes distinctiùs collocari, pluribus aptioribusque exemplis confirmari, diversas constructiones diligentiùs observari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici, et alii in Græcæ linguæ cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, pleniùs contineri et accuratiùs quàm in superioribus Lexicis collecta exhiberi comperissem, ea inde potissimum deprompta meo instituto accommodavi, consultis iis quoque authoribus ex quibus illa in Thesaurum fuerunt relata, paucissima ex plurimis exempla selegi: loquendi formulas non nisi magis necessarias apposui, ne liber in nimiam molem excrescens Lectori tædium afferret, emptorémve pretii magnitudine deterreret. Sicut autem in eo Thesauro multa vocabula adjecta sunt, quæ in aliis Lexicis desiderantur: ita etiam non pauca testimonio munita huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet: atque adeò quamplurima ab iis qui diurnâ nocturnâque manu versant exemplaria Græca, quotidie adjici posse non est dissimulandum: præsertim verò ex compositis, in quorum numero, utpote penè infinito, sitæ sunt illæ Græcorum divitiæ tantopere jactatæ: verùm de eorum significatione, quantocunque agmine inveniantur, ex aliis ejusdem formæ compositis, quæ satis numerosè hîc inserta sunt, quum non solùm judicare, sed etiam (quod semper licuit sempérque licebit) innumera ad eandem formam fingere, et in usum proferre cuivis in Græcis authoribus vel mediocriter versato facile sit, non est quòd ea quisquam cum studiorum suorum detrimento hinc abesse putet.

Quoniam porrò propositum initio mihi fuerat, primitiva cum simplicibus derivatis, ordine alphabetico disponere: ideò derivata à primitivis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec non obscuriora quædam composita duabus lineolis juxta eorum seriem inclusi, arbitratus quamlibet vocem à quolibet repertum iri; simplicem quidem aut suo loco, aut in illis de quibus dixi lineis: compositam verò in simplici, consideratâ posteriore ejus parte, atque ideò terminationes compositorum in quibus simplicia non ita facilè apparerent, peculiari indici inserere decreveram. Verùm ab amicis monitus, me hoc compendio tyronibus non satisfacturum, alium indicem ita construxi. Dictionibus alphabeticâ serie dispositis, primitivas majusculis literis descripsi; derivatas, idem literarum initium habentes, et primitivum suum proximè vel præcedentes vel sequentes, in suo primitivo quærendas esse ostendi, adjectis his vocibus, *cum derivatis*: Exempli gratia: quum *ἀγγαρεῖα, ἀγγαρεῖον, ἀγγαρευτὴς, ἀγγαρεύω, ἄγγαρος* sese in sua serie proximè sequantur, eorum primitivum ἌΓΓΑΡΟΣ solùm adscripsi, addito, *cum derivatis*: reliqua ibidem quærenda esse indicans. Sic *Φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικὸς, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος*, quæ initiales literas et syllabas similes habent, in suo primitivo *Φιλόσοφος* simili ratione notato inveniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicavi, partim oblivione, partim aliis de causis prætermissas. Dictiones per dialectum aliquam à communi usu deflectentes (quæ poëtis sunt familiares, necnon inter solutæ orationis scriptores, Herodoto et Hippocrati Ionica dialecto uti solitis) indicabit tractatus de dialectis, ut eas hîc annotare non fuerit necesse. Passivæ verborum terminationes sæpius in activis erunt quærendæ. Quæ habent duplex *σ* aut duplex *τ*, alterutro duntaxat modo scripta invenientur. Quæ verò Attico more *ξ* pro *σ* habent, cum *σ* scripta quærentur.

Hæc sunt de quibus vos, candidi Lectores, admonendos esse existimavi: ut et scopum mihi propositum et methodum à me servatam intelligeretis, ac proinde minore cum molestiâ in hoc opere versari possetis: ex quo si quid opis et adjumenti vestris studiis accedere sensero, me suscepti laboris, quidquid molestiæ et tædii attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oscitanter aut perperam scripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata sunt) eorum veniam me à vobis impetraturum spero, si errare humanum esse cogitaveritis: si, quamvis tenues et perexiguæ sint vires, juvandi studium mihi non defuisse vobis persuaseritis: si denique temporis et otii in hisce perficiendis demensi brevitatem cognoveritis. Non enim quod volumus id possumus, neque quod possumus, id per otium præstare semper licet. VALETE.

IN JOANNIS SCAPULÆ
LEXICON GRÆCO-LATINUM,
AD LECTOREM.

Atlantem memorat vatum veneranda vetustas
  Impositum scapulis sustinuisse polum.
Nempe quòd astrorum motus, Solísque labores,
  Et Lunæ instabilis noverat ille vias.
At Scapulam, quem nulla probè non cognita Græci
  Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,
Quidni (par causa est) commentum imitata priorum
  Hellada posteritas sustinuisse ferat?
Pondus utri gravius? dicat quem pressit utrumque.
  Utilius sed utrum? Græca revolve, scies.
Tu tamen hæc inter, Scapulæ gratare, favéque,
  Tot peregrè advectas dum tibi promit opes.
Quas si quis numeret, numero contendat eodem
  Discere quot stellas axis uterque rotat.

IN IDEM.

Assere nunc geminos vario sed tempore Atlantas:
  Cœlifer ante fuit, Græcifer alter adest.
Scilicet ille vagos Cœli percalluit ignes;
  Edocet hic voces Græcia quotquot habet.

IN IDEM.

Quæ Scapula ex variis veterum penetralibus olim
  Carpserat, in propriam condideratque penum,
Nunc eadem reserans, magno sibi parta labore
  Prodigus exiguo dat potiunda tibi.
Quotquot enim superant Græcæ vel frustula linguæ,
  Hîc totidem Latiis reddita, Lector, habes.

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM,
ex Horatii consilio.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
  Musa loqui, Graiis sponte Minerva venit.
Hauriat è puris Graiorum fontibus ergo,
  Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.
Vos, inquam, Juvenes, vos exemplaria Græca
  Versate assiduâ nocte dieque manu.
At cuncta ut pateant, nec quicquam fortè legenti
  Occurrat, cœptum quod remoretur iter:
Sit Scapula hicce comes, quo fido interprete voces,
  Quámlibet abstrusas, quilibet excutiat.

Bellumbrani.

IN EJUSDEM LEXICON.

Κείμενον εἰνὶ λόγοις Ἑλλήνων πλοῦτον ἐκεῖνον
  Προφρονέως ἡμῖν πολλοὶ ἔδειξαν ἀεί.
Προφρονέως μὲν ἔδειξαν, ἔμιξαν δ' ἐσθλὰ κακοῖσι,
  Μέτρα βίβλον τοίης ἀγνοέοντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα νόουν· οὐ μὴν πόνον οὐκ ἐτάλασσαν
  Ἀντλεῖν, οὕνεκα ἔργα τάδ' ἀργαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ νῦν Φοῖβος φωτὶ ἔφαινε
  Δεικνύμενον μεθόδῳ ῥήματ' Ἀχαιὰ νέῃ.
Οὗτος ἄρ εἰν ὄρχοις εὐσχήμοσι πᾶσαν ἔθηκε
  Λέξιος εὐπορίην, τὸν κόπον ἐξαρύων.
Ὄρχατον εὐανθῆ τεῦξεν, συνάγειρεν ἁπάσας
  Εὐτάκτως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμου.
Ἀμφοτέραις τοίνυν τὴν δέλτον χερσὶν ἕλοιντο,
  Ἑλλάδος εὐμαθίης πάντες ὅσοισι μέλει.

IN IDEM.

Naturæ miraris opus, quo germina stirpi
  Artifici nexu tam bene juncta vides.
Naturam sequitur, methodo qui compare voces
  Explicat, annectens ordine quamque suo.
Qui fontes harum reserat, rivosque sequentes
  In suâ deductis flumina cogit aquis.
Is Scapulæ labor est: fruere, et mirare vicissim:
  Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.

Viti Merkelii.

JOANNES SCAPULA LECTORI.

Momus ait, nihil esse novi dare Lexica: verùm
  Hoc ego contendo Lexicon esse novum:
Esse novum nihil est, inquit, nisi conferat: atqui
  Non caret hæc novitas utilitate suâ.
Quæ prius hîc illîc variè dispersa jacebant,
  Hîc sunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci sedes defertur prima parenti,
  Quam certo soboles ordine subsequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus insunt,
  Fertilis ex doctis Hellados hausta libris.
Nil igitur temerè statuas: sed perspice, Lector,
  Maturo expendens singula judicio.
Tum si quod studiis opus afferat hocce levamen,
  Faverit optatis aura secunda meis.
Si minùs id prosit, sequere utiliora docentem:
  Ingenii vires quod potuêre, dedi.

LEXICON

GRÆCO-LATINUM.

A PRIMA est apud Græcos litera quam vocant ἄλφα, à prima Hebræorum Aleph. Præfixo Articulo neutrius generis, in utroque numero declinatur, quum alioqui sit indeclinabile: idem et de reliquis est intelligendum. ¶ Interdum est nota numeralis, significans primum, sicut βῆτα secundum, γάμμα tertium: et sic de cæteris. Peculiariter verò primus liber Iliados sive Odysseæ vocatus fuit ἄλφα, secundus βῆτα, tertius γάμμα, et sic deinceps. Ut autem hæ literæ, quum numerales sunt, ab aliis discernantur, lineolam illis quidam superponunt; alii accentum acutum. ¶ In Apoc. c. 1. ἐγώ εἰμι τὸ Α, καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, dicitur Christus esse Α, quòd omnium rerum principio sit antiquior. dicitur esse Ω, quòd sit omni fine posterior, ut verè sua illi constet æternitas.

In compositione verò multiplicem habet usum. ¶ Aliquando est στερητικὸν, (q. d. privativum.) i. privandi vim obtinet, ut βέβαιος, stabilis, ἀβέβαιος instabilis. sic κακὸς, ἄκακος, σοφὸς, ἄσοφος, γάμος, ἄγαμος, φθαρτὸς, ἄφθαρτος. Sic et in verbis, ἀδοξῶ, ἀπορῶ, ἀχαριστῶ, &c. Quòd si dictio, cui præfixum est α, à vocali incipiat, inter utramque vocalem plerunque interjicitur ν, euphoniæ gratia: ut in ἀνάξιος, ἄνισος, ex α, et ἄξιος, ἴσος. Aliquando in hac significatione opponitur particulæ εὖ: ut εὔμορφος, ἄμορφος, εὔχαρις, ἄχαρις. ¶ Contrà, est aliquando ἐπιτατικὸν, (q. d. intensivum) h. e. vim addit significationi; vel magnitudinem, vel multitudinem denotando; ut in ἀχανὴς, ἄβιος, ἄχιλος, ἄξυλος, &c. ¶ Interdum est ἀθροιστικὸν, q. d. coacervativum seu collectivum; ut in ἅπας, ἀολλέες. In his tamen potest α censeri ἐπιτατικόν. In quibusdam etiam vocibus ὁμοῦ (i. simul) significare traditum est; ut in ἀδελφὸς, ἀκόλουθος, &c. ¶ Interdum indicat similitudinem vel æqualitatem; ut volunt quidam, in ἀδελφὸς, ἀγάστωρ, ἀγάλακτος, ἀτάλαντος. Interdum significat μόνωσιν, inquit Eustath. qui ἀμαζόνας dictas esse vult, quasi μονομάζους. Sic et in ἁπλοῦν, quod sonat μόνον πέλον, i. ἓν, q. d. ἄπελον. ¶ Interdum significat ὀλίγον, vel μικρὸν, ut ἀμαθὴς pro ὀλιγομαθής: sic ἀφυὴς pro μικροφυής. ¶ Aliquando idem quod δύς: ut ἄβατος pro δύσβατος, et ἀπέρατος pro δυσπέρατος: item ἀδάμας, quasi δυσδάμαστος. ¶ Aliquando significat κακόν: ut in ἄβουλος et ἀβουλία apud Sophoclem. Et in ἄδωρος, ut ἄδωρα δῶρα apud eundem. Sic in ἀφυὴς, ἄξεινος, &c. ¶ In una eademque voce nonnunquam duplicem accipit interpretationem: interdum enim vel στέρησιν vel κακὸν significat, ut in ἀκερδής. Aliquando vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse censetur: ut in ἀολλέες, ἅπας. In quibusdam vocibus accipitur vel privativè; vel pro ὁμοῦ: ut in ἄκοιτις, ἄλοχος. In aliis significat vel μικρὸν, vel κακὸν: ut in ἀφυής. Ubi verò nullum ex præcedentibus usum habet, pleonasticum esse putatur: ut in ἄσταχυς pro στάχυς, ἀσταφὶς pro σταφὶς, ἀσπαίρω pro σπαίρω, ἀλαπάζω pro λαπάζω. ¶ Interdùm α geminatur, et est aut utrumque privatium: ut in ἀάατος apud Hom. ex nomine ἄτη, in ἀνάπηρος pro ἄπηρος ex πηρὸς, in ἀνάπυστος pro ἄπυστος ex πυνθάνομαι: aut est prius α ἐπιτατικὸν, et posterius στερητικόν: ut in ἀάσχετος, inquit Eustath.

Ἃ (cum spiritu aspero et accentu) articulus est postpositivus neut. gen. plur. num. significans, quæ: ab Ὅς, de quo vide suo loco. ¶ Est et pronomen possessivum, pro ἑὰ, sua: ut τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος, apud Homer. Sic ὃς pro ἑὸς etiam ponitur.

Ἆι (cum aspero et circumflexo) est adverb. apud Dores significans, quò, ὅπου. ut Theocr. Idyll. 13. Ὁ δ' ᾆ πόδες ἆγον ἐχώρει, quò pedes ducebant, ibat. ¶ Apud eundem poëtam ᾆ τάχος, scholiastes exp. κατὰ τάχος, addens subaudiendum esse imperativum ἔρχου. ¶ Est etiam adverbium similitudinis, apud Hom. Iliad. ζ'. Αἶνε κακὸς ᾆ νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο: ubi tamen quædam exemplaria habent ὣς pro ᾆ. Est et particula admirantis, inquit Suid.

Ἆ (cum tenui et circumflexo) vox est hominis succensentis, quiritantis aut commiserantis, ut Latinè ah, hei, heu, (Soph. Œdip. Tyr. 1168.) Est etiam perterriti ac perturbati: Ut Lat. ehem, vel eho. Est et admirantis, ut Lat. vah, aut eho: ut sæpe apud Hom. Ἆ δειλὲ, et Ἆ δειλοὶ, &c. Est etiam optantis, utinam: ut testantur Hesychius, Suid. et Eustath.

Ἆ Ἆ (geminatum tenui et circumflexo notatum) adverb. hominis perterriti, vel deterrentis, seu reprimentis. Aristoph. in Pluto, ἆ-ἆ τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. Et in Vesp. ἆ, ἆ, τί μέλλεις δρᾷν; Eurip. in Oreste, Ἆ, ἆ τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα Πτεροῖς. Item ἆ ἆ, vel ἃ ἃ, sæpe est dolentis atque ingemiscentis, aut quiritantis adverb. ut Lat. heu heu. Eurip. in Rheso; Ἆ ἆ, ὀδύνη με τείρει. et in Oreste, Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν. (Æschyl. Prom. 114. Eurip. Med. 1058. Æschyl. Ag. 1134.)

Ἃ ἃ, adverb. ridentis: ut et apud Lat. ha ha he. Eustath. (Ἀ', ter. Æsch. Suppl. 832.)

ἈΑ'ΖΩ, Fut. άσω, Præt. ακα, exhalo, propriè calidum halitum efflo. Aristotel. in Probl. sect. 34. φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρὸν, ἀάζουσι δὲ θερμόν. ☞ Fictum à sono quem inter exhalandum edimus. * Simplex forma est ἄω.*

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus, calidi efflatio.

ἈΒΑ'ΛΕ, utinam. Hesych. ¶ Est etiam idem quod φεῦ, heu: ut in Epigr. Ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου.

ἈΒΑ'ΛΗ, inutilem, languidum Lacones vocant, ἀχρεῖον, νωθρόν.

Ἄβαλις, oliva mala. Hesych. μοχθηρὰ ἐλαία.

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus. Persio est tabula in quam mathematici numeros, lineas, aut quasvis figuras seu diagrammata ducunt. Pythagorica mensa, veteribus dicta, ex Martiani autoritate. Accipitur etiam pro quavis tabula calculatoria: vide Ἀβάκιον. ¶ Item abacus Macrobio, tabula aleatoria, sive alveus aleatorius, σανὶς πεττευτικὴ, inquit Eustath. ¶ Item tabula sive mensa, cui vassa quælibet ad usum quotidianum comparata imponebantur, Ammon. ¶ Item canistrum, ut colligitur ex Poll. l. 6. c. 12. Numeratur etiam inter vasa sive instrumenta coquinaria, apud eundem ejusdem lib. c. 13. ¶ Vitruvio abacus significat tabulam quandam, quæ supponitur epistyliis sive capitulis columnarum. Idem abacum in podiis vocat planitiem, quæ sedilis vicem præbet. ¶ Observatum et illud, solis latitudinem scienter abacum dici, eàdem, qua discus, notione, inquit Cœl. Rhod. ¶ Ἄβαξ pro ἄλαλος. vide in Βάζω.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, pro ἄβαξ, tabula calculatoria. Polyb. l. 5. ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. Hinc ortum, ut peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacum vulgaris consuetudo vocaverit. ¶ Item tabula in qua Mathem. &c. ut suprà in Ἄβαξ. Plut. in Catone. καταβαλὼν ἀβάκιόν τι τῶν γεωμετρικῶν παρακείμενον. ¶ Item vas ad ferenda opsonia commodum. Pollux.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, tessella pavimenti, apud Athen. l. 5.

ἌΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus, apud Æschylum.

ἌΒΡΑ, sive ἅβρα, ης, ἡ, ancilla, famula: quales matronæ ditiores ad honestiora ministeria domi suæ alunt, quibusque utuntur pedissequis. Eustathius annotat esse vocabulum ἐθνικὸν, à Græcis (ut et alia multa) usurpatum. Legitur apud Menandrum in Pseuderacle. * ap. Suid. in v.* et Gen. 24. et Exod. 2. * ἔστι δὲ ἄβρα, κατὰ Παυσανίαν, ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, ἢ καὶ οἰκότριψ, παροξυτόνως, κατὰ Αἴλιον Διονύσιον· καὶ ἔντιμος. Eustath. ad Odyss. τ'. p. 680. ed. Bas. vid. Biel. Thesaur. in v.*

ἉΒΡΟ`Σ, οῦ, ὁ, mollis, effeminatus, delicatus: ut ἁβρότερος γυναικῶν, apud Lucianum. (Soph. Trach. 532. Eurip. Med. 1165. Eurip. Phœniss. 1442.) ¶ Item pulcher, cultus, elegans. Herod. in Melpomene. Ἀγαθυρσοὶ δὲ ἁβρότατοι ἀνδρῶν εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Dicitur de re: ut, ἁβραὶ κλίναι, Æliano apud Suidam. Et ἁβρὸς λειμὼν exp. καινότερος καὶ εὐθαλὴς, quoniam prata, quò floridiora et viridiora, eo sunt pulchriora. Ἁβρὰ τράπεζα exponitur πολυτελής. ¶ Item festivus, lepidus. Lucian. in Judicio dearum, τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον καὶ ἀστυκῶν. ¶ Item magnificus, gravitatem præ se ferens, elatus: unde ἁβρὰ βαίνειν apud Eurip. in Med. magnificè sese inferre. ☞ Etymologicus deducit ex α privativo et βάρος, ut sit quasi ἄβαρος, ὁ κούφως βαίνων. alii ab ἅπτω, ut sit q. εὐαφὴς, qui facilè tangi potest.

Ἁβρῶς, molliter, delicatè, festivè, magnificè, &c. Eurip.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. † cultus, elegantia.† Xenoph. Pæd. l. 8. † p. 241. a.†

Ἁβροσύνη, ἡ, idem, Eurip. Exponitur etiam φαιδρότης.

Ἁβρύνω, f. ῦ, orno, splendidum reddo. (Æschyl. Ag. 928.)

Ἁβρύνομαι, ornor, nitesco, cultum mihi comparo. (Æschyl. Ag. 1214.) Cum dativo rei. Athen. l. 12. οἷς οὖν ὁ τῶν γυναικῶν ἁβρύνεται βίος. ¶ Item glorior, insolesco, magnificè me infero. Plato in Apolog. ἔγωγε καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἂν εἰ ἠπιστάμην ταῦτα.

Ἁβρίζομαι, idem quod ἁβρύνομαι, Hesych.

Composita.

Ἐναβρύνω, idem quod ἁβρύνω.

Ἐναβρύνομαι, idem quod ἁβρύνομαι.

Πάναβρος, omnino mollis, omnino delicatus.

Πόδαβρος, qui mollibus delicatisque pedibus est. Themist. [Herodot. I. 55. Καὶ τότε Λυδὲ πόδαβρε πολυψηφίδα παρ' Ἕρμον φεύγειν.]

ἈΒΡΟ'ΤΗ, ης, ἡ, nox. Aliquando per se ponitur: aliquando cum nomine νὺξ, et tum plenus est sermo: ut Il. ξ'. εἰσόκεν ἔλθῃ Νὺξ ἀβρότη. ☞ Derivatur à βροτὸς, i. mortalis, præfixo α privativo, quod noctu lateant mortales. ἐν ᾗ βροτὸς οὐ πρόεισιν, inquit Eustath. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem, παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν, i. quod privata sit mortalibus. Alias etymologias vide apud Eustathium, et Etymol.

Ἀβροτέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, noctu occurro. Hesych. Significat etiam pecco.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix. Hesych.

Ἀβροτίνη, ἡ, peccatum, ἁμαρτωλή. idem Hesych.

Ἀβροτάζω. F. ξω, P. χα, aberro in via, aut in nocte evagor. Il. κ'. μήπως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιιν, i. ne aberremus alter ab altero. ubi Eustath. ait ἀβροτάζειν esse, aut τὸ βροτοῦ ἀποτυγχάνειν ἐν ὁδῷ, i. à mortali aberrare in via: aut τὸ ἐν ἀβρότῃ ἀποπλανᾶσθαι, i. in nocte evagari. Hesychius dicit, ἀπὸ τοῦ ἀποτυχεῖν τὸν βροτὸν τοῦ βροτοῦ μετὰ τὴν συνάντησιν i. ex eo quòd homo ab homine aberret post occursum.

Ἀβρόταξις, εως, ἡ, aberratio, deflexio de via. Eustath.

Ἀμβρότω, (assumpto μ) aberro, ut et ἀβροτάζω. Il. π'.—ἔγχεσι μὲν γὰρ Ἡμβροτον ἀλλήλων. Il. ἑ. Ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες. ubi annotat Eust. hæc proverbialiter dici in eos, qui aberrant ab eo, quod sibi proposuerant: atque idem his duobus verbis significari ἐκ παραλλήλου: fierique ἤμβροτες, vel ex ἀβρότω, per pleonasmum τοῦ μ; vel ab ἥμαρτες, mutando α in ο, et trajiciendo ρ, nec non inserendo β, ad elegantiorem sonum, ut fit in γαμβρὸς, et in μεσημβρία, aliisque hujusmodi.

Ἀμβροτεῖν, cum μ, exp. ἁμαρτεῖν, et ἀποτυχεῖν βροτοῦ. Item πρόπτειν, apud Hesych.

Ἀπαμβρότειν, deerro, aberro.

ἈΒΡΟ΄ΤΟΝΟΝ, sive ἀβρότονον, ου, τὸ, abrotonum, herba seu planta perpetuò virens: ☞ sic nominata, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν φαίνεσθαι ἁβρὰν καὶ ἀπαλὴν, quòd aspectu sit mollis et tenera. Nicander in Ther. Καὶ μὴν ἀβροτόνοιο, τό, τ' ἄγριον οὔρεσι θάλλει Ἀργεννὸν ὑπὸ βῆσσαν. Vide Theophrast. hist. plant. l. 6. c. 7. apud quem annotant legi etiam ἀβρότανον. vide et Diosc. l. 3. c. 29.

Ἀβροτονίτης et ἀβροτονίτης, ου, ὁ confectus ex abrotono: ut ἀβροτόνινον ἔλαιον, sive ἀβροτόνινον μύρον, apud Dioscor. l. 1. c. 61. Et ἀβροτονίτης οἶνος, apud eundem l. 5.

ἈΒΡΥΝΑ, τὰ, Hesychio, συκάμινα μόρα. Sic et apud Athen. lib. 2. Ἄβρυνα, συκάμινα, ἃ καλοῦσιν ἔνιοι μόρα.

ἈΒΥΡΤΑ΄ΚΗ, ης, ἡ, barbaricum edulium, ex porris, cardamo, granis mali punici, et ejusmodi aliis, quibus inest τὸ δριμύ. Theopomp. in Theseo, Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων Πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκην. Utitur eo vocabulo et Menander in Cecryphalo; teste Suida: et Alexis apud Athen. l. 3. Luc. in Lexiph. καρυκείαις annumerat hanc ἀβυρτάκην, itemque Plutarch. symp. 4.

ἈΓΑΘΟ`Σ, οῦ, ὁ, bonus, probus: ut ἀγαθὸς ἀνὴρ, et ἀγαθὴ γυνή. Plat. et Xenophon. Dicitur et de re, ut ἀγαθὸς οἶνος, ἀγαθὴ βουλή. ¶ Item fortis, strenuus. † Xen. Pæd. l. 3. p. 83.† Il. ζ'. Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται, ὅστις ἀφείη, Ἢ κακὸς, ἢ ἀγαθός. Et Thuc. l. 2. οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμήσονται, τοῖς προσήκουσιν ἄθλοις ἀρετῆς. ¶ Item prudens. Apoll. Hom. Il. τ'. Μηδ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Eust. significare vel strenuum vel prudentem. ¶ Ἀγαθὰ πράγματα, res secundæ, apud Thuc. l. 3. In eadem significatione usurpatur et ἀγαθὰ sine substantivo, Xen. Sic ἀγαθῇ τύχῃ. Lat. quod faustum felixque sit. ¶ Ἀγαθὴ δαίς. Il. ψ'. lautum et opiparum epulum. † γῆ, fertilis terra. Xen. Pæd. l. 3. p. 73. et ὄρη, fertiles montes. ibid. p. 74.† ¶ Item præstans, excellens, ut βοὴν ἀγαθὸς, apud Hom. Sic Xen. ἀγαθοὶ τὰ πολεμικά. † et τὰ πεζικὰ Xen. Pæd. 1. 3. 13.† Et pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, apud Plut. Et ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, apud eundem. ¶ Item peritus vel aptus: ut ἀγαθὸς στρατιώτης, ἀγαθὸς τεχνίτης, ἀγαθὸς σκυτεύς. Et cum infin. ἀγαθὸς ἱππεύεσθαι, Plut. peritus equitandi. ¶ Item utilis. Cum genit. Theophr. ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου, utilis adversus comitialem morbum. Cum dat. ut Od. ρ'. Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ. Et cum præpositione πρός: ut, ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη. Theoph. (Ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ. Cum vir bonus sis. Soph. Œdip. Tyr. 706. ¶ Ἀγαθὸν πρᾶγμα, res domestica. Palæph. p. 14. Σὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς. Æschyl. Ag. 165.)

Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, (substantive) bonum: ut ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος, Cic. interpr. ipsum bonum crescendi accessionem nullam habet. † κοινὸν ἀγαθὸν, commune bonum. Xen. Pæd. 1. 2. 2.† Tradunt quidam ἀγαθὸν, non præfixo articulo, de quolibet bono usurpari: at τὸ ἀγαθὸν, vel τἀγαθὸν de summo illo bono. ¶ Item commodum, emolumentum, utilitas: ut ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ Κύρου. Xen. Pæd. 7. commodo Cyri. Item Pæd. 3. σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ. cum infin. Il. ζ.—ἀγαθὸν δὲ γυναικὶ ποῖς ἐν φιλότητι μίσγεσθαι, utile est, juvat, confert. ¶ Ἀγαθὰ (plur.) opes, facultates, et cujusvis generis bona. † Xen. Pæd. 1. 5. 9. πολλὰ καὶ μεγάλα.† Xen. πολλαὶ δὲ ἅμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί. Pro beneficiis: ut ἀγαθὰ ποιεῖν, vel ἐργάζεσθαί τινα, beneficia conferre in aliquem, apud Isocr. et Luc. ¶ Pro virtutibus et dotibus. Isocr. de pace, τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ὠφελείας ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. ☞ Fit ἀγαθὸς ex ἀγαστὸς (quod est verbale ex ἄγαμαι seu ἀγάζομαι) abjectione σ et mutatione τ in θ, inquit Etymol. et Eust. Hic tamen ἄγαν hac voce includi tradit, atque ideo nullum nec comparat. nec superl. habere. * ἀγαθώτατος, vox malæ notæ, legitur in Diod. Sic. 16. p. 555. A. ἀγαθώτερος apud Joan. Chrysostom. et recentiores quosdam.* Irregulares autem comparativi sunt ἀμείνων, † Arist. Nub. 951.† ἀρείων, βελτίων, κάῤῥων, κρείττων, λωΐων. Et superlat. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος.

Ἀγαθῶς, utiliter. Hippocr.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas. Et pro θεότης (de Deo dictum.) Greg. Ἀγαθωσύνη idem, Rom. 15.

Ἀγαθικὸς, οῦ, ὁ, probus: ἀγαθικὰ proba, rectè et cum virtute facta vel dicta. Suid.

Ἀγαθόω, F. ώσω, bonum efficio, beneficio afficio. Dionys. Areop. Ἀγαθύνομαι, bene affectus sum. Nehem. c. 2. et Dan. 6.

Ἀγαθίζομαι, bona dico. Aristoph. δεῖ τὰς ἑταίρας κἀγαθιζομένας λαθεῖν. [Eccles. v. 23. Clar. vero Kusterus in Notis ad hunc Vers. legit ἐγκαθιζομένας loco ἀγαθιζομένας, magnum Scaligerum secutus.]

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, Hesychio fasciculus fili seu staminis colligati, glomus. unde ἀγαθῶν ἀγαθίδες, bonorum glomi, apud Poll. proverbium de opibus extructis et affatim cumulatis: sumpta metaphora à glomere textorio, quod ex plurimis filorum convolutorum gyris constat. Apud Suidam legitur etiam ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες: quod proverbium esse dicit ἐπὶ τῶν εὖ πασχόντων ἀνθ' ὧν εὐηργέτησαν πρότερον: ac si ἀγαθίδες essent acervi seu cumuli bonorum. ¶ Significat ἀγαθὶς etiam τὴν σησαμίδα. Eust. Hesych.

Composita.

Ἀνδραγαθία, ἡ, strenuitas, fortitudo. Aristoph. in Pluto. Item actio digna forti viro, quasi ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργον. Xen. et Plutarch. Item officium viri boni, probitas. [Herodot. I. 99. οὐδὲ ἐς ἀνδραγαθίην λειπόμενοι, λυπεοίατο, etc. 136. Ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας. v. 39. Cleomenes regnabat, οὐ κατὰ ἀνδραγαθίην σχὼν, ἀλλὰ κατὰ γένος.]

Comp. Ἀπαγινέω, ῶ, idem quod ἀγινέω: ut ἀπαγινεῖν φορτία, apud Herodot. Et ἀπαγινέειν ἀργύριον vel φόρον pendere tributum, apud eundem.

Ἐπαγινέειν, adducere, admovere. Herodot. ἐπαγινέειν σφίσιν αἶγας, admovere ipsis capras.

Καταγινέω, ῶ, deorsum fero vel veho, deveho, è loco superiore fero. Od. κ'. —— ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην.

Ἄξω. pro ἄγω, formatum è futuro: ut οἴσω pro φέρω. Od. ξ'. Ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριστον. Et Il. θ'. Ἐκ πόλιος δ' ἄξασθε βόας.

(Ἄξομαι, Æschyl. Agamem. 1640.)

Comp. Ἀνάξω pro ἀνάγω: unde ἀναξιδώρα, Ceres dicitur, quæ munera ex terra subvehit et submittit.

Ἀγγέλλω, Ἀγείρω, Ἀγυιὰ, Ἀγὼν, Ἄκατος, Ἄξιος, Αἰγὴ, Ἡγέομαι, Ἰξὸς, quomodo huc pertineant, vide suis locis.

Composita: ac primùm cum præpositione.

Ἀνάγω, sustollo, tollo, subveho, erigo, sursum veho. q. ἄνω ἄγω. Retinet tamen in quibusdam signif. vim præpositionis ἀνά. Isocr. in Helene, εἰς θεοὺς ἀνήγαγε, inter deos retulit. Plut. in Numa ἀνῆγεν εἰς τιμὰς, ad honores evehebat. Ἀνάγω τὴν ναῦν, navem subduco vel subveho, pro, è portu in altum educo, è portu solvo. ¶ Item reduco, refero. Aristot. Pol. 5. πάντα γὰρ ἀναγάγοι τις ἂν τὰ τυραννικὰ πρὸς ταύτας τὰς ὑποθέσεις. Item refero (eo sensu quo dicimur referre ad Senatum) ut εἰς τοὺς ἄρχοντας ἀνάγειν. ¶ Ἀνάγειν ἐπὶ πόδα, referre pedem, Xen. Item redhibeo, apud Platon. ¶ Item offero, προσάγω, Act. 7, ¶ Item pro ἀπάγω, abduco. apud Xen, ¶ Item rejicio, emitto, ut ἀνάγειν αἷμα, Gal. et Dioscor. ¶ Item educo, extraho, ejicio: itidem apud Diosc, ut ἀνάγει σκόλοπας. ἀνάγει τὰ ὀστᾶ. et ἀνάγει τὰ ἐκ πνεύμονος. ¶ Item evado, apud Aristot. lib. de part. an. 4. ¶ Item retrocedo, ἀναχωρῶ. Xen. Pæd. 3. παρηγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βέλους, pro quo alibi dicit, ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖν. ¶ Item instituo, educo, doceo, Xen. ¶ Item indico sceleris autorem et in eum tendo, Harpocr. ¶ Item pro ἄγω, apud Hom. sæpe; quod est Ionicæ linguæ, ut ait Eust. Sic Il. θ'. Οἱ δέ τι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι. (Ἀνάγω, i. e. ἀνυμνῶ. Soph. Tr. 215. Eurip. Phœniss. 1307. Æsch. Ag. 635. Aristoph. R. 78.)

Ἀνάγομαι, sustollor, tollor, etc. Greg. et Matth. cap. 4. Item reducor, referor. Aristot. Item educor, extrahor, elicior. apud Alex. Aphr. ἀνάγεται τὸ πτύαλον. Item instituor, educor. Xenoph. καλῶς ἀναχθείσας κύνας. Item absolutè positum, solvo, è portu solvo. Nam qui solvit è portu, in altum educitur sive subducitur aut subvehitur. Il. ά. ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν. Et Xen. Hel. 1. ἀνήχθη εὐθὺ Γυθείου. Interdum cum ἀπό: ut ἀνήχθην ἀπὸ Βρενδεσίου, apud Plat. de leg. solvi à Brundusio. Dicitur etiam ἀνάγεσθαι ναυσὶ, apud Xen. Et apud eundem ipsæ naves dicuntur ἀνάγεσθαι. Apud Plat. de leg. ἀνάγομαι ὡς ἐρωτήσων, pro, paro me ad interrogandum, accingor ad interrog. Item pro, ἄγομαι, ut ἀνάγεσθαι σύνοικον, Herod. ducere uxorem. † Ἀνάγομαι med. se referre, convertere εἴς τινα, ad aliquem. Xen. Pæd. 6. p. 195.† (Æschyl. Agamem. 1032.)

Ἀναγωγὴ, ἡ, subductio, subvectio, elatio, apud Greg. Naz. Peculiariter sic appellatur à theologis intellectus nostri veluti subvectio ad investigandum reconditiorem alicujus loci sensum. Item sic dicitur ἔκπλους exitus è portu, vel q. d. solutio è portu: quia tum naves è portu in altum subvehuntur. Dicitur et ἀναγωγὴ τῶν νεῶν, à Dem. Item reductio, relatio. Aristot. τῶν μετὰ τὰ φυσ. lib. 4. Item rejectio, emissio: ut ἀναγωγὴ αἵματος, Gal. et Dioscor. Item redhibitio. Plat. Item institutio, disciplina: ut ἡ τῶν παίδων ἀναγωγή. Plut. Sic et ἀναγωγὴ τῶν φυτῶν, apud Theoph.

Ἀναγωγὸς ζωὴ, dicta est à Dionysio theologo vita quasi sublimipeta, inquit Bud. ¶ Δύναμις ἀναγωγὸς, exp. subductrix facultas sive potentia. Sic apud Athen. lib. 1. καὶ πτυάλου ἐστὶν ἀναγωγὸς, vim habet extrahendæ seu eliciendæ salivæ. At ἀνάγωγος, vide in comp. ex ἀγωγὴ sine præpositione.

Ἀναγωγικὸς, οῦ, ὁ, q. d. subvectivus, subvectitius, Areth. in Apoc. c. 16. Ἀναγωγικὰ (inquit Bud.) dicuntur mystica, et quæ à sensibus nos ἀνάγουσι (i. subvehunt vel subducunt) ad intellectualia. Unde νοῦς ἀναγωγικὸς apud theologos, quam sensus literalis, ut vocant, in spiritualem vertitur. et ἀναγωγικὴ interpretatio, quæ sensus remotissimos atque abstractissimos exquirit. Ἀναγωγικῶς, mysticè, apud Greg. Naz.

Ἀναγωγεὺς, έως, ὁ, quod alligatur alicui rei, quasi ad eam sustollendam. Eust.

Decomp. Ἀντανάγω et ἀντανάγομαι, ex adverso in hostem prodeo, obviam hosti prodeo. Propriè sonat, solvo ad prodeundum in hostem. Thuc. l. 8. ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀντανῆγον καὶ αὐτοί.

Δυσανάγωγος, qui ægrè rejicitur vel excreatur. Diosc.

Ἐπανάγω, reduco: ut ἐπανάγειν τοὺς φυγάδας εἰς τὰς πατρίδας. apud Platon. ἐπανάγειν πρὸς τὸ φῶς, in lucem reducere. Item revoco, ut Platon. epist. 7. ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν, me revocavi à malis quæ tum erant. Apud Æschin. in Ctesiph. ἐπανάγω ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν εἰρήνην, me refero ad pacem, id est, orationem refero. Item reduco, id est, retrorsus ago: ut Xenoph. προβάλλεται τὰ ἀριστερὰ, ἐπανάγει δὲ τὰ δεξιά. Item rejicio ad majorem potestatem, ut et ἀνάγω. Aristotel. Pol. 4. ἀλλ' ἐπαναγέσθω πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, rejiciantur plebiscita ad magistratus. Item positum ἀμεταβάτως pro redire, † ἐπανάγειν, referre pedem, ab hoste recedere: verbum militare Xen. Pæd. l. 4. p. 87.† Hesych. ¶ Ἐπανάγομαι, idem quod ἀντανάγω. nam expon. è portu erumpo in hostem, ut cum eo conflicturus. Polyb. et Herodot. (Philostr. l. 1. c. 2.)

Ἀντεπανάγω, vicissim seu è contrario reduco et reveho. Thuc. lib. 4. ἀντεπαναγόμενοι πρὸς Ἀθηναίων ναοῦς ἑκκαίδεκα.

Εὐανάγωγος, qui facilè rejicitur sive excreatur. Diosc.

Ὑπεξανάγομαι, clàm è littore solvo et enavigo: navem ascendens lateo, et me mari subduco. Thuc.

Ἀπάγω, abduco. sæpe oppositum habet προσάγω: ut Aristotel. Probl. sect. 31. ὁ μὲν ἐγγὺς προσάγει ἄν τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόῤῥω ἀπάγει. † Sic Xen. Pæd. 1. 6. 38. opponitur τῷ ἐξάγω Xen. Pæd. l. 5. p, 119. a.† Interdum pro, avoco, ut et Lat. abduco, Thuc. lib. 2. καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἀπάγειν τὴν γνώμην. ¶ Interdum significat peculiariter, abduco in carcerem, vel ad pœnam abduco, ad supplicium rapio aut judicem. Demosth. ¶ Item reduco, Aristoph. in Nub. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξελάσας οἴκαδε. Et Aristot. Œcon. 2. ἐκείνους πάλιν εἰς τὸ χωρίον ἀπῆγε. ¶ Ἀπάγειν φόρον, pro afferre tributum, citatur ex Aristoph. Et ἀπάγειν δασμόν. Xen. † Pæd. 2. 58. l, et l. 3. p. 64.† pendere tributum. (Ejicio. Soph. Œdip. Tyr. 1362. 1540.)

Ἀπάγομαι, abducor. Item ad supplicium rapior. Item reducor. Item activa signif. pro abduco mecum. Xen. Item pro, averto, depello, ut apud Lysiam, ἀρὰν ἀπάγεσθαι καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι. (Æschyl. Eum. 267. vitior. Philostr. l. 1. c, 7.)

Ἄπαγε, apage, apagesis. Adverbium est rejicientis, sive abominantis: vel potius imperativus verbi ἀπάγω adverbialiter positus, sive usum adverbii habens. Interdum cum accusat. ut apud Gregor. ἄπαγε τὴν δούλην ὄντως ὑπόνοιαν, id est, absit ut de eo tanquam Deo quicquam servile intelligas significatum à scriptura. Et cum gen. frequenter. ut Philo de vita M. l. 3. ἄπαγε βεβήλων, καὶ ἀνοσίων ἐνθυμημάτων. Sic Synes. ep. 3. ἄπαγε τοῦ νόμου. Et cum εἰς. ut ἄπαγε εἰς μακαρίαν, proverb. apud Arist. Vide Erasm.

Ἀπαγωγὴ, abductio. Item peculiariter, abductio in carcerem, conjectio in carcerem. apud Polyb. et Esaiam 4. cap. Item scriptum quod magistratui exhibebatur de conjiciendo quopiam in carcerem. Vide Suid. Hesych. et Poll. Item reductio: ut εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπαγωγή. Bud.

Ἀπαγωγὴ vocatur etiam syllogismus apud Aristotelem, in quo de minoris propositionis certitudine dubitatur; quæ tamen æquè magis credibilis est ipsa conclusione. vide cap. 18. l. 2. pr. anal. ubi aliam τῆς ἀπαγωγῆς speciem constituit. [Herodot. i. §. 6. οὗτος ὁ Κροῖσος,—— τοὺς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τοὺς δὲ φίλους προσεποιήσατο. §. 27. ii. §. 182.]

Ἀπαγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, abductor, expulsor, expellendi vim habens, cui opponitur ἐπαγωγός. Gorg. in Encom. Hel. αἱ γὰρ ἔνθεοι διὰ λόγων ἡδοναὶ, ἐπαγωγοὶ μὲν ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ λύπης γίνονται, id est, adductrices voluptatis, abductrices mœroris.

Ἄπακτος, abductus. Ἀπακτόω, ῶ, pro ἀπάγω, abduco. Soph. in Ajace, Καὶ δῶμ' ἀπάκτου.

Decomposit. Συναπάγω, simul abduco, simul abripio. Unde συναπάγομαι, simul abducor, simul abripior. ad Galat. cap. 2. Et 2 Pet. 3.

Διάγω, traduco, trajicio, transmitto, ut διάγειν τὴν στρατιάν. Item διάγω σε πρὸς τοῦτον, transmitto te, vel adduco, apud Syn. Dicunt etiam διάγειν τὸν βίον, † Arist. Nub. 464.† trajicere vitam. Sic διάγειν τὸ γῆρας, τὸν αἰῶνα, τὸν χρόνον, τὴν ἡμέραν, apud Xen. † Pæd. l. 5. p. 119. c.† Ponitur absolutè et pro degere, vitam traducere, vivere: ut διάγειν ἐν εὐδαιμονίᾳ. Aristoph. † Sic Xen. Pæd. 1. 2. 2. et 3.† Et apud Dem. διάγειν ἡδέως. Et generaliter pro versari, † Xen. Pæd. 1. 2. 6.† ut Lat. dicunt agere in aliquo loco. Herod. lib 1. τὸ τελευταῖον διάγοντος ἐν προαστείῳ τοῦ Κομμόδου. Item rego, vel facio ut vivas. Isocrat. χρὴ τοὺς βασιλεύοντας τὰς πόλεις ἐν ὁμονοίᾳ πειρᾶσθαι διάγειν, i. ita regere et ducere ut in concordia vivant. ¶ Item abduco, dirimo, remoror, detineo. Philostrat. διάγω ἀπὸ τοῦ λόγου, à sermone te avoco. Item diduco, divarico. Ezech. cap. 17. † διάγειν ἑαυτοὺς ἐπὶ σκηνάς. Xen. Pæd. l. 4. p. 103. e. Διάγειν sine casu: sc. χρόνον Xen. Pæd. 1. 4. 14. ἡ ψυχή μου οὐ τὸ ἀσφαλέστατον σκοποῦσα διῆγεν. Xen. Pæd. l. 5. p. 139. a.† (Eurip. Med. 1039. Aristoph. R. 104. Æschyl. Pers. 679. Eum. 998. Philostr. l. 4. c. 11.)

Διαγωγὴ, traductio, trajectio, transportatio. Item traductio; eo sensu quo dicimur vitam traducere. Aristot. Pol. 8. πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγήν. ¶ Est etiam institutum vitæ. Aristot. in Polit. Et Plat. itidem in Polit. ¶ Item oblectamentum quo tædium vitatur, ut sunt ludicræ actiones et παιδιαὶ, inquit Bud. ex Arist. et Strab. Item statio. Herodian. lib. 4. νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ.

Διαγωγικὸν τέλος, vectigal. Strab. l. 4.

Διάκτωρ, ὁ, internuntius. A' Suida et Hesych. exp. etiam διάκονος. Ex hujus genitivo factus nominativus, Διάκτορος, exp. ὁ διάγων τὰς ἀγγελίας, q. d. qui transmittit nuntia. Mercurii epith. Il. β'. Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ. Apud Non. βίου διάκτορος ὥρη, hora vitæ nuntia, vel administra. Διακτόρως, ab Hesych. exp. pacificè. Διακτορία, functio preferendi mandata, ut faciunt internuntii, vel id ministerium, apud Theophr. de hist. pl. l. 4. c. 12.

Decomp. Ἐνδιάγω, agito seu dego in, versor in. [Anthol. ἠδ' ὀλολυγὼν Τρύζει, τρηχαλέαις ἐνδιάγουσα βάτοις.]

Εὐδιάγωγος, citatur pro, qui est jucundi convictus. ex Diosc.

Προδιαγωγὴ, aff. pro, aquæ ductus longior. Plut.

Συνδιάγω, simul dego: ut συνδιάγω ὑμῖν, vobiscum dego seu versor. Diosc. et Aristot.

Εἰσάγω, induco, introduco, intromitto. Isocr. ad Nicocl. τούς σοι δῶρα εἰσάγοντας. Sic Xenoph, τοῖς κάμνουσιν ἰατροὺς εἰσάγειν. ¶ Item introduco, ut quum in scriptis nostris personas introducimus loquentes. ¶ Item in judicium sisto. Demosth. εἰσάγειν εἰς τὴν ἡλιαίαν. † εἰσάγειν δίκην κατά τινος, inducere, intendere litem alicui, contra aliquem, Aristoph. Nub. 780. εἰσαγαγὼν αὐτὸν in judicium trahens. 843. ubi Schol. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ δικαστήριον εἰσαγαγών.† Dicebatur autem εἰσάγειν interdum actor, interdum judex, qui et εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον dicitur à Demosthene. ¶ Item in unum adduco: ut Il. μ'. — ποταμῶν μένος εἰσαγαγόντες. Item pro εἰσιέναι, vel ὑπάγειν accipitur. Il. γ'. Λαοδίκην ἐσάγουσα θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. (Soph. Tr. 28. πίστις ἥ μ' εἰσήγαγε Τειχῆ πατρῷα. Eurip. Phœniss, 323. 1365. Æschyl. Ch. 75.)

Εἰσάγομαι, activa etiam significatione usurpatum reperitur: ut Aristot. ἀλλὰ μὴν εἰσάγονταί γε ἐφ' ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες τοὺς ἄλλους ἰατροὺς, i. introducunt. Expon. et accersunt. Item passivè, pro, introducor, etc.

Εἰσαγωγὴ, introductio. † Xen. Pæd. p. 194. c.† intromissio, importatio. Syn. Item constitutio judicii in aliquem. Item scriptio qua prima artis alicujus elementa tradimus, et ad eam lectores velut introducimus, i. ad ejus cognitionem.

Εἰσαγωγεὺς, qui actionem rei dare potest, et lege agere jubere. Demosthen.

Εἰσαγώγιμος, (cui opponitur ἐξαγώγιμος) ut εἰσαγώγιμος τροφὴ, apud Aristot. in Rhet. qui aliunde importatur et advehitur. ¶ Εἰσαγώγιμος δίκη, lis contra cujus exordium præscriptio objici jure non potest. Dem. et Isocr.

Εἰσαγωγικὸς, q. d. introductorius. Sic dicitur liber aliquis seu tractatus, quo aliqui adhuc rudes ad aliquam disciplinam velut introducuntur. Item τὸ εἰσαγωγικὸν, quod datur pro importatione.

[Εἰσακτέον. Aristoph. Vesp. 835. Τοῦτ' ἄρα πρῶτον τἀδίκημα τῷ πατρὶ Εἰσακτέον μοι. Xenoph. Ἱππαρχ. cap. 1. §. 10.]

Decomp. Ἀντεισάγω, vicissim introduco, vel in alterius locum introduco. ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, Gregor. [Demosth. Orat. in Philipp. iii. νῦν δ' ἅπανθ' ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἐκπέπραται ταῦτα· ἀντεισῆκται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς.]

Ἀντεισαγωγὴ, introductio, quæ fit vicissim vel in alterius locum. Est et figura quædam apud Aq. Rom.

Ἐπεισάγω, superinduco, superintroduco, aliunde inveho, ascisco. † adferre, adduco. ἵππους Xen. Pæd. p. 108. c.† Athen. Φίλιππος τῇ Ὀλυμπιάδι τὴν Κλεοπάτραν ἐπεισάγων. Sic et Chrysost. et Basil. Ἐπεισαγωγὴ, q. d. superinductio. Dicitur quum aliquid præterea introducimus vel aliunde invehimus sive asciscimus. in epist. ad Heb. et apud Thucyd.

Ἐπεισαγώγιμος, invectitius, importatus aliunde, q. d. superinductitius. Sic Plat. lib. 2. de rep. τὰ ἐπεισαγώγιμα vocat merces peregrinas, quæ aliunde importantur. Ἐπείσακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἐπεισαγώγιμος. Demosth. ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Exp. etiam, adventitius, ascititius. ¶ Ἐπείσαγμα, τὸ, id quod superintroductum est, incrementum, accessio. Soph. in Philoct. δεινόν γε τοὐπείσαγμα τοῦ νοσήματος ubi tamen quidam legunt τοὐπίσαγμα. Ἀντεπεισάγω, vicissim seu è contrario introduco.

Παρεισάγω, penitus introduco, insinuo. Plutarch. in Galba. τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος, insinuavit in aulam et protulit. Παρείσακτος, irreptitius, qui se clàm insinuavit, ad Gal. c. 2. Item advena, adventitius. Suid. Apud Greg. παρείσακτον peregrinum et insolitum.

Προεισάγω, prior induco seu antè introduco. Aristot. Pol. 7. c. 17. οὐδενὶ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν. [Demosth. adv. Bœot. Herodot. lib. 1. προεσάξαντο σίτια ἐτέων κάρτα πολλῶν. Vide Æmil. Port. Dict. Ionic. in Voce Προεσάξαντο.]

Συνεισάγω simul introduco, mecum intromitto. Chrysost. πάντα τὰ ἀγαθὰ συνεισήγαγεν αὐτῇ. Exp. et confero, apud Synes. ep. 44. δοκεῖ μοι συνεισενέγκαι τινὰ γνώμην. Exp. et confero, eo sensu quo dicitur, conferre in commune. † τὰ ἐπιτήδεια Xen. Pæd. l. 3. p. 74. d. necessaria una adferre.† ¶ Συνείσακτος, simul introductus: qui vel quæ unà cum alio introducitur. Citatur ex Canone 3. Concilii Niceni pro aliunde importato et externo. ¶ Peculiari autem significatione dicebatur socius sociáve cœlibatus, sive virgo contubernalem haberet virum, sive monachus fœminam. Vide Bud.

Ἐνάγω, induco, i. impello, incito. Synes. ταῦτα ἐνῆγεν αὐτοὺς πρὸς τὸ καταδικάσαί μου. Construitur et cum præpos. εἰς. ¶ Interdum ἐνάγω τοῦτο, suadeo hoc, apud Thuc. ¶ Item accuso, defero. Basil.

Ἐνάγομαι, inducor, impellor, incitor. Greg. Item accusor, deferor. Basil.

Ἐναγωγὴ, accusatio, delatio, apud Suid.

Ἀντεναγωγὴ, vulgò, exp. compensatio: videtur tamen potius esse mutua accusatio.

Ἐξάγω, educo, ut ἐξάγειν στρατὸν, apud Thuc. lib. 4. Sic Lat. educere copias seu exercitum in aciem. † ἰατρούς: educere, secum sumere in militiam. Xen. Pæd. 1. 6. 12. γέλωτα ἔκ τινος, elicere risum ab aliquo. Xen. Pæd. l. 2. p. 48. b. εἰς προνομὰς, ad frumentandum. Xen. Pæd. p. 152. a.† Et ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, educere ad venationem. Xen. Item pro educere milites extra vallum, B. Interdum est exporto: ut ἐξάγειν σῖτον, apud Dem. Item proveho: ut apud Herod. lib. 3. ἐπὶ πλεῖστον αὐτὸν ἐξαγαγόντος τοῦ ῥεύματος. ¶ Ἐξάγειν ἑαυτὸν, (q. d. educere se ipsum, è vita scilicet) vim sibi afferre, mortem sibi consciscere. Synes. ad Anastas. Apud Dioscor. l. 4. c. 76. ἐξάγει τοῦ ζῆν, vitam adimit. Item (ut ἐνάγω) induco, impello, incito. Thuc. lib. 6. οἳ ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον. Sic lib. 3. ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. ¶ Item pro, expello, depello apud Isæum. ¶ Item ἀμεταβάτως positum pro, exeo, egredior. Apud Hom. et Xenoph. † Pæd. 1. 4. 14.† (ὁ δ' ᾤχετ' ἐξάξας γε. Subducens se abiit. Aristoph. R. 515.)

(Ἐξαγίζομαι, ἐξορίζομαι. Æsch. Ag. 650.)

Ἐξαγωγὴ, eductio, exportatio: ut ἐξαγωγὴ σίτου, Isocr. Item mors conscita. Alex. Aphr. ἐξαγωγὴ εὔλογος, mortem sibi consciscendi justa occasio. ¶ Exponitur etiam subductio alvi.

Ἐξαγώγιμος, cui opponitur εἰσαγώγιμος. Dicuntur τὰ ἐξαγώγιμα merces quæ exportantur. ut contrà τὰ εἰσαγώγιμα, merces quæ importantur. Aristot. Œcon. 2. [Eurip. Erechth. 73. ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.]

Decomp. Ἀντεξάγω, vicissim educo, è contrario educo. sub. milites. Plut. in Publ. ἀντεξῆγον τοὺς Ῥωμαίους οἱ ὕπατοι.

Διεξάγω, traduco, διάγω: ut διεξάγειν τὸν βίον, apud Syn. vitam traducere, sed apud Polyb. est vitam tolerare, victitare. ¶ Item rego, transigo: eo ferè sensu, quo dicimur negotium transigere. Et pass. διεξάγομαι, transigor. Plut. de fato, εἱμαρμένη ἐστὶ νόμος ἀκόλουθος τῇ τοῦ παντὸς φύσει, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα, per rerum naturam aguntur et traducuntur; inquit Bud. Διεξάγω τὴν ἀμφισβήτησιν. Polyb. controversiam dirimo. ¶ Διεξαγωγὴ, traductio; ut et διαγωγή. Syn. ¶ Item transactio, compositio; controversiæ diremptio, apud Polyb.

Δυσεξάγωγος, qui difficilè educitur vel exportatur; difficilis exportatu.

Ἐπεξάγω: Dicitur ἐπεξάγειν peditatus, quum progreditur: ut ἐπελαύνειν equitatus, inquit Bud. Idem dicit, de exercitu dici viam faciente composito agmine. Apud Plut. exp educere exercitum. Thuc. l. 2. ἀλλ' ἐκάκιζον ὅτι στρατηγὸς ὢν οὐκ ἐπεξῆγε.

Ἐπεξαγωγὴ, progressio exercitus composito agmine. vel eductio exercitus. Bud.

Ἀντεπεξάγω, ex adverso progredior, vel in occursum. invadenti hostiliter occurro. Thuc. lib. 8.

Παρεξάγω, et ἀντιπαρεξάγω, duco exercitum in hostes: infesto exercitu eo in hostes. Dem. in epist. Philipp. [Herodot. lib. 4. ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης, νυκτὸς παρεξῆγον.]

Προεξάγω, prior educo, ut vulgò exponitur. [Æschin. Orat. in Timarch. προεξαχθῶ τι ῥῆμα εἰπεῖν, ὅ ἐστιν ὅμοιον τοῖς ἔργοις τοῦ Τιμάρχου. Herodot. lib. ix. τὴν λοιπὴν προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλόν. Thucyd. lib. 7. ὁ Γύλιππος τοὺς μὲν ὁπλίτας ἔξω τῶν τειχῶν μᾶλλον ἢ πρότερον προεξαγαγὼν ξυνέμισγεν αὐτοῖς.]

Συνεξάγω, simul educo: ut συνεξάγω στρατόν. Exponitur etiam simul expello.

Ὑπεξάγω, subduco, subtraho, Chrysost. de sacerd.

Ἐπάγω, induco, inveho, infero. Plat. in Timæo, καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖν. Item importo, ἔξωθεν ἄγω. Interdum ascisco, vel accerso. In qua signific. frequentiùs dicitur ἐπάγομαι. Et pro, cito autorem et laudo testem. ¶ Ἐπάγειν κίνδυνον, periculum afferre, Greg. Sic et ἐπάγειν δίκην τινὶ, apud Demosth. dicam impingere alicui. Et πληγὰς ἐπάγειν τινὶ, plagas infligere alicui. Item, pro, impingo vel illido. ut Aristoph. in Vesp. ἀλλ' ἔπαγε τὴν σὴν γνάθον, impinge dentes tuos molares, ut exedas rete, quo cinctus es. ¶ Item porto, veho. Thuc. lib. 1. δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. ¶ Item adduco vel affero post aliud, adjicio, alia atque alia addo. Plutarch. in Lycurgo, ἐπάγων τῷ λόγῳ ἔργον, verbis opus subjungens. ¶ Item stipo, obstruo. Theophr. καὶ ταῦτα ἐπάξαντες τῇ ὕλῃ. ¶ Item impello, incito. Thuc. lib. 1. ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς κρύφα. Et pro, flecto, persuadeo: ut Lat. adduco. Od. ξ. Ἦ μάλα τίς τοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἄπιστος, Οἷόν σ' οὐδ' ὀμόσας περ ἐπήγαγον οὐδέ σε πείθω. ¶ Ἐπάγω Πέρσαις, apud Herod. lib. 6. duco exercitum adversus Persas. ¶ Ἐπάγων, οντος, ὁ, artemo, trochlea in cujusdam machinæ radice collocata. Vitruv. l. 12. (Æschyl. Pers. 85. Eurip. Phœniss. 867.)

Ἐπάγομαι, introduco sive induco, apud Thuc. Item importo. Thuc. lib. 1. καὶ ἐκ θαλάσσης ὧν δέονται ἐπάξονται. Item accerso et ascisco, frequentius dicitur quam activa voce. Demosth. αὐθαίρετον αὐτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, sponte sua servitutem sibi asciscunt. Huic significationi vicina est qua ponitur pro, cito autorem et laudo testem; qui enim citat autorem, eum velut asciscit. Aristotel. de part. anim. lib. 3. τοῦτο γὰρ λέγουσί τινες, ἐπαγόμενοι καὶ τὸν Ὅμηρον. Apud Xenophon. exponitur etiam, adipiscor. Item pro interjicere, intercalare, apud Herodotum in Euterpe. Item pro, superinduco. superinveho. Plat. de legibus lib. 11. μητρυιὰν μὴ ἐπαγόμενον. Accipitur et pro mecum duco. Herodot. lib. 7. πολύ τι πλῆθος ἐπαγόμενος στρατοῦ. Et pro, flecto, persuadeo. Philo de vita M. lib. 2. πάντας γὰρ ἐπάγεται καὶ συνεπιστρέφει. Citatur ex Plutarch. ἐπάγονται τοῖς πολεμίοις, pro congrediuntur cum hostibus. Dicitur passiva signif. τὰ ἐπαγόμενα, quæ sequuntur, quæ adjiciuntur.

Ἐπάγμενος, Ionica syncope pro ἐπαγόμενος.

Ἐπαγωγὴ, importatio, ut Thucyd. lib. 5. ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων. Item invasio hostilis, apud eundem Thuc. Item pellacia et illecebræ. Platon. lib. 2. de Repub. Item ordinum series et consequutio deinceps continuata: ut in exercitu composito agmine procedente, quum ordines deinceps alii post alios procedunt. Ex quo ἐπαγωγὴ dicta est argumentatio quæ ex concessis, sensim laqueos texit ad irretiendum eum qui semel se interrogandum præbuit. A' Cic. et Fab. inductio appellatur. Aristot. top. 1.

Ἐπαγωγὸς, inductivus, i. vim habens inducendi: ut ἐπαγωγὸς ἡδονῆς. Item vim habens persuadendi, persuasorius, blandus, pellax, illecebrosus. frequens est apud Thuc.

Ἐπαγωγεῖς, dicti certas quasdam lites ἐμμήνους ἐπάγοντες. Poll.

Ἐπαγώγιον, ου, τὸ, præputium. Dioscor. lib. 3. cap. 25. ubi ἐπαγώγιον ita dictum annotat Marcell. quod ducatur et reducatur: vel ἀπὸ τοῦ ἐπάγεσθαι, quod sit idem cum ἐπισπᾶσθαι, ut videtur Henr. Steph.

Ἐπακτὸς, adventitius, hoc est, ἀπὸ ξένης ἐπαχθεὶς, translatitius, οὐκ ἐγχώριος, et profectitius, ut apud Herodot. in Polym. ἀρετὴ ἐπακτὸς virtus quæ aliunde accessit. Ἐπακτὸς ἀνὴρ, apud Soph. externus vir. item ἐπακτὸς ὄμβρος, imber impetuosus et procellosus, teste Suida. Ἐπακταὶ ἡμέραι, interjecti dies, qui intercalares appellantur. Lingua vernacula epactam appellat rationem vulgarem, qua colligitur cursus lunaris ab imperitis. Ἐπακτὸν ὅρκον, apud Isocratem ad Demosthenem exponitur jusjurandum delatum, et ab alio impactum, non sponte susceptum. (Ἐπακτὸς στρατός. Soph. Tr. 263. νόσος ἐπακτός. ib. 498. στράτευμα ἐπακτόν. Æschyl. S. c. Th. 589. 1027. γάμων ἐπακτὸν ἄτην. Eurip. Phœniss. 302.)

Ἐπακτὴρ, ῆρος, ὁ, venator. Eustathius ait sic dictos esse venatores: vel ὡς ἀεί τι ἐπαγομένους, οἷον κύνας, ἢ ὅπλα: vel ὡς ἐπαγομένους τοῖς θηρίοις, ἤγουν πολεμίαν δίκην ἐπιόντας. Hesychius autem habet, ἐπακτῆρες κυνηγοὶ, οἱ τοὺς κύνας ἐπάγοντες, καὶ δίκτυα, καὶ δόλους.

Ἐπακτρεῖς, venatores, iidem qui et ἐπακτῆρες. Hesych.

Ἐπακτρὶς, ίδος, ἡ, (et apud Nicand. ἔπακτρον, ου, τὸ,) navigiolum, navigium piscatorium. Hesychius censet ἐπακτρίδας dictas esse τὰς ἁλιάδας, quod iis utantur ἐπακτρεῖς, quorum appellatione comprehenduntur et ἁλιεῖς, i. piscatores. Xen. Hell. 1. σὺν πέντε τριήρεσι, καὶ ἐπακτρίδι.

Ἐπακτικὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, illex, illecebrosus: ut Dioscor. ἐπακτικὴ διὰ τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις ἐστὶ παραδόξως, ignari suavitate ejus magnopere trahuntur, vel alliciuntur. ¶ Ἐπακτικοὶ λόγοι, habentes ἐπαγωγὴν, i. inductionem. Ἐπακτικῶς per inductionem, utendo inductione, singula æstimando percurrendóque. Aristot.

Decomp. Κατεπάγω, aff. pro, induco, invito, infero.

Συνεπάγω, expon. colligo, constringo, adduco. Συνεπάγομαι, unà mecum duco.

Κατάγω, deduco, deorsum ago sive duco, quasi κάτω ἄγω. Plut. in Numa, καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας ἐκείνους, deduxisse Jovem arte magica, sicut Virg. dicit cœlo deducere lunam. Apud Lucian. κρόκην κατάγειν et ἔρια κατάγειν, deducere filum, lanas. Apud Nicarchum epigr. lib. 2. ὡς Ἑρμῆς κατάγει τοὺς θεραπευομένους, deducit ad inferos. Dicit Bud. in comm. κατάγειν esse deducere à capite ad finem: ut κατάγειν τὸ στέμμα, ab origine gentis deducere. Idem Bud. ibidem scribit pro, deorsum agere, esse theologicum verbum, cui oppon. ἀνάγειν. ¶ Κατάγει τὴν ναῦν (sub. εἰς λιμένα) dicitur pro appellere navem seu applicare. At κατάγειν εἰς θάλασσαν, apud Herod. 3. in mare deducere seu devolvere. Item, duco: ut apud Syn. κατάγειν πομπὴν, ducere pompam. Sic κατάγειν θρίαμβον, apud Plutarch. in Fabio, ducere triumphum. ¶ Apud eundem in Lycurgo, καταγαγὼν ἐκ τοῦ πολέμου χρυσὸν, expon. qui ex bello aurum reportavit. ¶ Item reduco Plut. in Camillo, καταγαγὼν τὴν πόλιν αὐτὴν εἰς ἑαυτὴν, qui urbem in pristinum statum reduxit. Et peculiariter reduco domum ab exilio. reduco in patriam. sæpe apud Thuc. Xen. Paus. * Vid. Æschyl. Theb. 644.* (Æsch. S. c. Th. 653. Ag. 1616. Eurip. Med. 1018. Phœniss. 386.)

Κατάγομαι, deducor, descendo. hinc καταγόμενοι ἀπὸ γένους, exp. à genere descendentes. Et apud Plut. in Numa, καίπερ ἐξ ἀρχῆς εἰς τοῦτον κατάγεσθαι τῶν στεμμάτων ἀκριβῶς δοκούντων, ad hunc deduci stemmata. Item appello in, &c. appello in portum sive applico, καταπλέω: cui oppon. ἀνάγομαι, solvo è portu. Item reducor in patriam. Hinc καταγόμενοι, reduces. Item diversor, hospitor. Quod à Cicerone dicitur etiam, deducor. Vide B. † Κατάγομαι, ὡς εἰς οἰκεῖα Xen. Pæd. p. 227. c. et p. 230. c.†

Καταγωγὴ, appulsus in portum, applicatio, Aristot. Est etiam reditus exulum in patriam. Item mansio et diversorium, statio, apud Herodot. Appian. et Herodian. Item sedes, i. locus sedendi, apud Lucian.

Καταγώγιον, diversorium. Καταγωγικὸς, cui opponitur ἀναγωγικὸς, i. mysticus, apud Areop.

Κάταγμα, τὸ, quod netur, glomus.

Decomp. Ἐπικατάγομαι, post alium applico vel appello. Dicitur à Thucyd. navis ἐπικατάγεσθαι, quæ appellitur post aliam. lib. 4.

Συγκατάγω, unà reduco, adjuvo, adjuvo in reducendo exulem: vel reducentes adjuvo. Isocrat. et Æschin.

Μετάγω, transfero, traduco. Interdum, dimoveo. Herodian. l. 3. πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν καὶ τοὺς παῖδας μεταγαγεῖν. Item sequor cum exercitu. Xen. Pæd. 7. † p. 187. c.†

Μεταγωγὴ, translatio, traductio. Μεταγωγὸς, translator, apud Dionys. Areop.

Παράγω, produco, profero, in medium adduco. Dem. τὸν ἕκαστα παρήγαγον, in medium produxerunt. Luc. παρήγαγεν ἐκ μὴ ὄντος τὸν ἄνθρωπον, hominem ex nihilo produxit. Plato de legibus lib. 4. παρήγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον τοῖς λόγοις. Lysias, τοῦτον παράγει εἰς τὸν δῆμον, testem producit in medium. ¶ Item deduco. Plutarch. in Lycurgo,

παραγαγὼν ἄχρι τοῦ τόκου τὴν ἄνθρωπον, quum ad partum usque mulierem deduxisset. Accipitur etiam pro deducere, id est, derivare: ut apud Plutarch. in Camillo, παράγειν τὸ ὕδωρ ὀρύγμασιν εἰς τὸ πεδίον, aquam fossis in planiciem derivare. Usurpatur et à grammaticis pro derivare: unde παράγωγα derivata. ¶ Item promoveo, proveho, ut παράγειν εἰς ἀξίωμα ἐπισκοπῆς. Chrysostom. ¶ Item disserendo et disputando fallo. Alexandr. topic. 1. Item, verba do, et à proposito subdola oratione abduco. Est etiam oratione blanda vel muneribus perducere quò quis velit, hoc est, persuasione subdola obrepere: ut παράγειν ἀναπείθοντας, apud Platon. 2. de Repub. Sic Plutarch. in Amat. narrat, οἱ τοὺς ἐφόρους ψευδέσι λόγοις παραγαγόντες. Item pro depravare vel potius pervertere. apud Philostr. et Antiphontem. Accipitur et pro pervertere, in propria significatione. Unde παραγωγὴ, perversio. Est etiam verbum militare, significans, porrò agere et promovere ordines ab altitudine in longitudinem, id est, ἀπὸ τῶν στίχων ἐπὶ τὰ ζυγὰ, atque etiam transversos agere, id quod fit ad porrigendam frontem et circumveniendos hostes. † παράγειν τινὰ, deducere per aciem exp. Xen. Pæd. l. 3. p. 78. b.† Xen. † Pæd. 2. 55. a. procedere in frontem.† ἐκ τούτου παρῆγον οἱ δεκάδαρχοι εἰς μέτωπον. Citatur ex Xenophon. et pro ἀπάγειν. ¶ Item neutrali significatione, transeo, prætereo: ut προάγω, præeo, et προσάγω, accedo. Matth. 9. et 20. cap. (Æsch. Pers. 98. Aristoph. R. 1086.)

Παράγομαι, in errorem abducor, subdola persuasione decipior. Thucyd. lib. 2. ὑμεῖς δὲ μήτε ὑπὸ τῶν τοιῶνδε πολιτῶν παράγεσθε. Item lib. 1. κελεύει αὐτοὺς μὴ λόγοις μᾶλλον παράγεσθαι. Et alibi, ὥστε ἀπάτῃ μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. Item pro prætereo, ut παράγω. 1 Joh. 2. ὅτι ἡ σκοτία παράγεται. Et post, καὶ ὁ κόσμος παράγεται καὶ ἐπιθυμία αὐτοῦ. † παράγομαι. pass. ἵπποι equi dicuntur Xen. Pæd. p. 215.† (τῷ φόβῳ παρηγόμην. Soph. Œdip. Tyr. 994.)

Παράκτης, qui canes venatorum ducit venatum. Hesych.

Παρακτικὸς, qui vel quæ vim habet producendi in lucem sive proferendi. vide Bud. comm.

Παραγωγὴ, productio, quo sensu dicitur, producere in medium vel in rerum naturam. Item deductio, derivatio, apud grammaticos. Volunt item nonnulli, ab iisdem sic appellari, quum aliquid fini vocabuli adjicitur: dicitur et προσχηματισμὸς, pro eodem. Item deceptio: Dem. ψευδόμενος καὶ παραγωγὰς λέγων. Item productio et traductio ordinum ab altitudine aciei. Item perversio in Hippiatria, οὐκ ἔστιν ἐκβολὴ, ἀλλὰ παραγωγή. [Herodot. lib. 1. γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἄλλα τρόπους τέσσαρας παραγωγέων.]

Παράγωγος, derivativus, deductivus. Vocabulum gramm.

Παραγώγιον, ου, τὸ, vectigal, portorium, seu portorium circumvectionis. Polyb. ἀξιοῦντες καταλύσειν αὐτοὺς τὸ παραγώγιον. Vide Poll. Παραγωγιάζειν, portorium exigere, vectigal poscere. Polyb. ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἀποστῆναι τοῦ παραγωγιάζειν, desistere eos coëgerunt ab exigendo portorio.

Decomposit. Ἀντιπάραγω, † Xen. Pæd. 1. 6. 38.† hostium exercitum captans, cum exercitu ipse adequito. Polyb. ἀντιπαρῆγε τοῖς πολεμίοις. Hinc ἀντιπαραγωγὴ apud eundem Polyb. [Xenoph. Κύρ. Παιδ. pag. 97. 1.]

Εὐπαράγωγος, qui vel quæ facilè decipitur, cui verba dare facile est. Aristoph. in Pluto.

Περιάγω, circunduco, circumago. Plato de leg. lib. 10. ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστι περιάγουσα ἡμῖν πάντα, quòd quum anima sit quæ nobis omnia circumagat. Aristoph. in Vespis, Φέρε νῦν σε τηνδὶ τὴν ταχίστην περιάγω. ¶ Item circumago, id est, verso, unde περίακτος. ¶ Item circumeo, lustro. ut Matth. 9. περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας. Et alibi sæpe. Sic et ex Cebete citatur, ὁρᾷς ὡς περιάγοντας, pro, vides circumvagantes. Est etiam converto. Plat. Pol. 2. τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός. Cicer. Offic. 3. interpr. ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat. ¶ Item perduco, tandem deduco vel adduco. Aristot. Pol. 2. κατὰ μικρὸν περιάγει πρὸς τὴν ἑτέραν πολιτείαν. Et Herodian. lib. 4. εἰς αὐτόν τε μόνον περιαγαγεῖν τὴν ἀρχήν. ¶ Περιάγειν τὰς χεῖρας ὀπίσω, attrahere manus post terga, vel retorquere, vincire, Plut. ¶ Item redigo, afficio tandem. Dioscor. 6. σχεδὸν γὰρ αἱ τῶν πλείστων φαρμάκων δυνάμεις εἰς ὁμοιοτρόπους περιάγουσι τὸ σῶμα διαθέσεις, ad similes affectiones redigunt.

Περιάγομαι etiam dicitur pro, circumago, mecum duco. Xenoph. Pæd. 2. περιάγῃ τοῦτο τὸ μειράκιον. Item pro, adducor tandem. Significat et, sensim ægreque fio. Herodian. ἐς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν περιήγετο, i. adductus est tandem ad conditiones concordiæ et amicitiæ. Item pro, redigor, περιαχθήσῃ εἰς τὸ, &c. redigeris, &c. apud Them. Vide Comm. Bud.

Περιαγωγὴ, circumductio, circumactio, vel circumactus, Aristot. et Plutarch.

Περιαγωγὸς, circumductor, circumactor.

Περιηγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, (apud poëtas) rotundus, q. d. circumactus aut circumactilis: idem quod περιφερὴς, ut περιηγὲς ἄγκιστρον. Significat et curvum, ut apud Apoll. Rhod. περιηγὴς ἀκτὴ, exp. curvum littus. Sic λιμὴν περιηγὴς, apud eundem. Sic περιηγὲς τόξον apud Dionys. de situ orbis. Item astrictus, circumvinctus, q. d. circumadductus: ut περιηγέας χεῖρας.

Περίακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, versatilis. Athen. καθάπερ αἱ τῶν περιάκτων δίφρων κατασκευάζονται θέσεις.

[Περιακτέον. Plat. de Rep. ii. οὕτω ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου περιακτέον εἶναι, ἕως ἂν &c.]

Decomp. Ἀντιπεριάγω, in contrarium converto. Syn. ad Anast.

Ἐμπεριάγω, circundo.

Εὐπεριάγωγος, circumactu facilis.

Συμπεριάγω et συμπεριάγομαι, mecum duco, vel mecum quoquo versum duco. Xenoph. in Hierone, ὡπλισμένοι ἀεὶ οἴονται δεῖν διάγειν καὶ ἄλλους ὁπλοφόρους συμπεριάγεσθαι. † In passivo Xen. Pæd. p. 99. a.† Συμπεριαγωγὸς, qui vel quæ adjuvat in deducendo aliquo, vel circumquaque ducendo. Plat. Pol. 7.

Προάγω, deduco, perduco, promoveo, proveho. Xen. προαγαγεῖν ἐπ' ἀρετήν. Et pro provehere, promovere, in alio etiam loquendi genere; ut apud Plutarch. προάγειν εἰς ἀξίωμα, provehere ad dignitatem vel honores. Sic et προάγειν εἰς δόξαν. apud eundem. Idem in Galba, προῆγε πολλοὺς ἐφ' ἡγεμονίας. ¶ Item proveho vel impello, incito, stimulo. Isocrat. ad Philip. ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν προαγαγεῖν. Sic Aristot. Rhetor. 3. προάγειν εἰς γέλωτα, et προάγειν εἰς πάθος. Et cum infinit. Thucyd. προάγει τινὰ κινδυνεύειν. ¶ Προάγω εἰς φῶς, Plat. epist. 7. in lucem profero vel produco. ¶ Item produco, de lenone dictum: unde προαγωγός. ¶ Item educo, abduco. Cum accus. et genit. Aristot. Œcon. 2. προάγων αὐτοὺς τῆς πόλεως μικρόν. Sic Eurip. προάγειν δάκρυα ὀμμάτων, emittere sive effundere lachrymas. Item neutraliter, præeo, prægredior, præcedo. Plut. de musica, καὶ μήτε προάγειν, μήτε ὑστερίζειν, nec præcedere, nec subsequi. Xenoph. in Cyneget. ἐφ' ὅτῳ ἂν τύχωσι προάγουσι, temerè procurrunt. Et cum accus. frequenter apud Matthæum et Marcum. ¶ Item, progredior, procedo. Aristot. Œcon. 2. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον προῆγεν, ad hunc modum progressum faciebat. Sic Luc. προάγειν πρὸς ἄστυ. Et metaph. Dem. ἐπὶ πολὺ προάγει τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι, magnopere in violentiam crudelitatemque evadit. ¶ Προάγειν etiam dicitur ductor exercitus cum agmine procedens. Polyb. ¶ Item præcello, anteeo. Diosc. προάγει δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ θερμινθίνη.

Προάγομαι, provehor, evado. Demosth. ἐπειδήπερ εἰς τούτους προήχθην τοὺς λόγους, quando huc usque ego dicendo provectus sum. Apud Xenoph. Ἀπομν. ἱ. εἰς φιλοσοφίαν προαχθέντας, exp. delapsos. Item provehor, ut provehor ad honores, Plutarch. Idem Plut. activa significatione copulavit, τιμᾶν καὶ προάγεσθαι. ¶ Item, pellicio, adhortor, impello. Arist. Pol. 2. προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους ποιῆσαι παῖδας, i. allicit, impellit. (V. Palæph. p. 15. Luc. Nigrin. p. 25.)

Προηγμένα, et ἀποπροηγμένα, Stoicis peculiaria verba, quæ Cicer. promota, et remota interpretatur. Idem προηγμένα vertit etiam producta, præposita et præcipua: ἀποπροηγμένα, rejecta. [Cic. de Fin. lib. 3. c. 15. p. 247. lib. 4. c. 26. p. 340. ult. Ed. Dav.]

Προαγωγὴ, promotio, provectio. Et peculiariter, provectio ad honores. Plutarch. οἱ ἐν προαγωγῇ φίλοι, ad dignitatis gradum promoti. Item pro institutione (quæ ἀγωγὴ appellari solet, quasi ductus) apud Polyb. Item perductio mulierum, qualis à lenonibus fit, lenocinium, προαγωγεία.

Προαγωγὸς, perductor, sive productor, leno, prostitutor; qui alio nomine μαστρωπός. Æsch. contra Timarch. καὶ τοὺς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει. (Aristoph. R. 1111.)

Προαγωγικὸς, q. d. ad lenocinium aptus. A' Bud. ex. qui vim habet conciliandi amoris, apud Dionys. Areop.

Προαγωγεὺς, idem.

Προαγωγεύω, perduco, perductor sum, prostituo. † Aristoph. Nub. 976.† Phocyl. Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον. Metaph. pellicio quibusdam verborum lenociniis aut aliis artibus. Apud Xen. οἶδα μὲν, ἔφη, σὲ Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύοντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ.

Προαγωγεία, perductio, lenocinium, προαγωγή. [Demosth. Orat. in Timarch. καί τινα ἕτερον νόμον ἔθηκε, φύλακα τῶν ἡμετέρων παίδων, τὸν τῆς προαγωγείας, τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπιγράψας· ἐάν τις ἐλεύθερον παῖδα ἢ γυναῖκα προαγωγεύσῃ. Xenoph. Conviv. §. 61.] Cicero introductiones mulierum atque adolescentulorum nobilium appellavit προαγωγείας, Epist. ad Att. lib. 1. Legitur ut προαγωγία, apud Poll. et Suid.

Προσάγω, adduco, admoveo. cui opponitur ἀπάγω. Aristotel. Problem. sect. 31. ὁ μὲν ἐγγὺς προσάγει ἄν τι βούληται ἰδεῖν, ὁ δὲ πόῤῥω ἀπάγει. Luc. προσάγουσι τῷ βωμῷ, aræ admovent. † cum εἰς: Xen. Pæd. 1. 4. cum πρός: Xen. Pæd. 1. 6. 38. cum ὑπό: Xen. Pæd. l. 5. p. 119. d.† Item offero: † Xen. Pæd. 1. 3. 4.† ut Aristoph. in Pluto, δεῖπνον κατὰ μῆνα προσάγειν. Et Chrys. τοὺς ὕμνους τῷ δεσπότῃ προσάγειν. ¶ Item adhibeo, admitto. Isæus, οὔτε δούλους προσῆγεν. ¶ Item injungo, impono. Apud Herod. προσάγειν ὅρκους, deferre jusjurandum, jurejurando adigere. ¶ Προσάγειν πρὸς τὸν δῆμον, referre ad populum. Aristot. ¶ Item neutraliter positum, accedo, propè accedo, appropinquo. Plutarchus in Galba, προσῆγον ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν. Idem in Pomp. τοῖς τεσσαράκοντα ἔτεσι προσῆγεν, proximus erat 40 annis. Et cum πρός: ut apud Hippocr. πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσι. Item allicio, concilio Plut. in Public. ἐμμελῶς προσάγω φοβερὸν ἄνδρα. (Eurip. Med. 860. 994. et Phœniss. 1664. 1089.)

Προσάγομαι, ad me attrabo. Plat. l. 5. de Rep. ἐκεῖνόν τε προσηγάγετο, &c. Item ascisco, προσκτῶμαι, ut apud Plutarch. in Rom. προσάγεσθαι ἔθνη πολέμῳ. Item allicio, concilio. (Soph. Œdip. Tyr. 131. Æsch. Suppl. 430.) Isocrat. in Plat. ἀξιώσετε προσάγεσθαι τοὺς Ἕλληνας; Idem παρὰ μὲν τῶν ἐκπρίασθαι, τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις προσάγεσθαι. Item pro accedo: ut προσάγω, apud Gregor. ἵνα μᾶλλον προσάγωνται τῇ ἀληθείᾳ. Citatur ex Arist. in Probl. προσάγομαι τροφὴν, pro, cibum capio.

Προσαγωγὴ, accessus, aditus. Plutarch. Item accessus et aditus ad principes, qui datur per illorum emissarios, hinc προσαγωγέας dictos, ad Ephes. 2. et ad Rom. 5. Sunt qui admissionem vertant. Item appropinquatio: unde προσαγωγὴν ποιεῖσθαι dicitur imperator à Polybio, i. appropinquare, vel propiùs admovere copias suas. Item exp. adjunctio, apud Thucyd. lib. 1. Ἐκ προσαγωγῆς aliquid fieri dicitur, quum accessione fit sensim crescente. Luc. in Zeuxide.

Προσαγωγὸς, vim habens alliciendi, pellax, illecebrosus. Thuc.

Προσαγωγεὺς, qui aditum præbet, admissionalis. Item, conciliator, interpres, sequester, emissarius. Plut. in lib. περὶ πολυπρ. dicit tyrannos invisissimos reddi per eos qui aures illorum et προσαγωγεῖς appellantur. Christum Gregorius nostrum προσαγωγέα vocat, i. conciliatorem et interpretem.

Προσαγωγίδης, idem qui et προσαγωγεύς. Plut. in lib. περὶ πολυπρ. Erasm. προσαγωγίδας, interp. exploratores.

Προσαγώγιον, ου, τὸ, instrumentum fabrile, quo admoto ligna curva dirigunt, inquit Suid. Est etiam διαβήτης. Hesych.

Προσακτρίδες, Hesych. sunt οἱ τῆς μηλολόνθης πρὸς τῷ στόματι μικροὶ πόδες, quibus τὰ ἐπιτήδεια προσάγει, καὶ προσέλκει.

Συνάγω, congrego, colligo. ut συνάγειν ἐκκλησίαν, apud Thuc. Sic συνάγειν τὸ κεφάλαιον, summam colligere, apud Aristotelem. Συνάγειν εἰς ἓν, aff. ex Demosth. pro, in unum colligere. Συνάγειν φθόνον, apud Demost. conflare invidiam. ¶ Item concludo, ratiocinor, quod et colligere dicitur. Philop. in Proclum. ¶ Item contraho quod apertum est, id est, claudo. Sic συνάγειν τὰς ὀφρῦς, Aristoph. in Neb. contrahere supercilia. Et συνάγειν τὸ πρόσωπον, apud Plut. Et συνάγειν τὰ ὦτα, apud Xen. Apud Aristot. lib. 2. hist. an. διοίγοντες καὶ συνάγοντες θηρεύουσι τὰ ἰχθύδια τὰ μικρά. Item intendo, augeo. Greg. ἀεὶ τὸν πόθον ἀλλήλοις συνάγοντες θερμότερόν τε καὶ βεβαιότερον. ¶ Item conjungo, consocio. † τίνα τίνι, aliquem alicui. Xen. Pæd. l. 5. p. 128. c.† Aristot. de mundo, τὸ ἄῤῥεν συνήγαγεν ἡ φύσις πρὸς τὸ θῆλυ. Xenoph. autem alia constructione dixit, συνάγειν ἀνθρώπους εἰς κηδείαν. Hom. συνάγειν ὑσμίνην et συνάγειν ἄρηα pro conserere pugnam, q. d. consociare pugnam. Plutarchus autem συνάγειν εἰς χεῖρας pro conserere manus, dixit in Publ. Ponitur et pro concilio, apud Herod. l. 4. στασιάζοντας τοὺς ἀδελφεὺς ἡ μήτηρ συνάγειν ἐπειρᾶτο. Et alibi sæpe. Idem alibi dicit, συνάγειν τοὺς παῖδας εἰς φιλίαν. ¶ Item compoto, apud Athen. (Cur Mercurius dicatur aliquod συνάγειν. Æschyl. S. c. Th. 514. 762. Eurip. Phœniss. 1520.)

Συναγωγὴ, collectio, congregatio, ipse colligendi seu congregandi actus: ut apud Thuc. lib. 2. Συναγωγὴ τοῦ πολέμου, collectio eorum quæ ad bellum pertinent. ¶ Item cœtus, concilium, conventus. In Testamento novo dicitur peculiariter de conventu Judæorum seu loco ipso in quem convenire solebant ad scripturam tractandam. Quidam expon. collegium. Matth. 10. ¶ Item cumulus, acervus. Basil. συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν. Apud Alexand. Aphrod. συναγωγὴ τοῦ γάλακτος, exp. copia lactis. ¶ Item contractio: ut σεμνὸς ὢν οὐ ταῖς τοῦ προσώπου συναγωγαῖς, &c. apud Isocrat. ¶ Et conclusio, συμπέρασμα, Themist.

Συναγωγὸς, collectivus, aptus ad colligendum vel conjungendum, ut δεσμὸς συναγωγός. Plat. in Timæo.

Συναγωγεὺς, collector, coactor. Lys. συναγωγεῖς τῶν πολιτῶν. Item congregator et conciliator, apud Plat. in symp.

Συναγώγιον, convivium quod ex symbolis fit, compotatio. Athen. l. 8.

Συναγώγιμος, collectilis, collatitius: ut συναγώγιμα δεῖπνα, apud Athen. quæ et τὰ συναγώγια.

Σύναγμα, τὸ, sedimentum, lotii quasi collectio. Gal. Hippocr.

Σύναξις, collectio, congregatio, conventus. Eust. Sic peculiariter dictus est à quibusdam theologis conventus, qui fiebat ad celebrandam cœnam Domini: item celebratio ipsius cœnæ.

Συνακτὴρ, ῆρος, ὁ, collector vel contractor et astrictor. Peculiariter sic vocatur subligaculi seu femoralium quoddam genus, quod describitur à Josepho in Antiq. Συνακτήριον, ου, τὸ, accumulatio, cumulus. Hesych.

Συνακτικὸς, collectivus, coactivus, congregativus, aptus ad colligendum seu cogendum. unde συνακτικὴ δύναμις, vis cogendi aut contrahendi.

Decomp. Ἀποσυνάγω, disgrego, dispello, 4 Reg. c. 5.

Ἀποσυνάγωγος, synagoga motus, cui interdictum est synagoga. Joan. c. 9.

Ἀρχισυνάγωγος, princeps synagogæ: vel præfectus synagogæ: apud Marcum et Lucam. Ponitur et adjectivè:

ut ἀρχισυνάγωγος εἰρήνη, apud Areopag. quæ est præcipuè autor congregationum.

Ἀσυνάγωγος, à synagoga alienus, à synagoga exclusus.

Ἀσύνακτος, qui vel quæ congregari non potest, insociabilis. Activè etiam dici putatur pro, ὁ μὴ συνάγων, i. συμπεραίνων, ut apud Eurip. ἀσύνακτοι λόγοι.

Δυσσύνακτος, qui difficulter cogi seu colligi potest.

Ἐπισυνάγω, aggrego, post alium colligo seu congrego, vel insuper colligo. Interdum simpliciter pro συνάγω. Polyb. Et Matth. 23. et Marc. 13. cap. Ἐπισυναγωγὴ, aggregatio. 2 Thessal. 2. cap.

Εὐσυνάγωγος, qui vel quæ facilè congregari potest. Item εὐσυνάγωγος τόπος τοῖς πεμπομένοις, Arist. Pol. 7. Locus in quem facilis est importatio.

Ὑπάγω, subduco, clàm eximo. Il. λ'. Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης. Et metaph. ὑπάγειν κοιλίαν, Diosc. subducere alvum. Sic Gal. ὑπάγειν τὴν γαστέρα. Apud Hom. Il. π'. ὑπάγειν ζυγὸν ἵππους dicitur pro ἄγειν ὑπὸ ζυγόν. Pro quo ejus posteri dixerunt (ut annotat Eust.) ὑπάγειν ζυγῷ, sub jugum ducere, subdere jugo. Sic apud Luc. ὑπάγειν θησαυρὸν τῇ δικέλλῃ, in Timone. ¶ Item subjicio, subdo jugo. Aristid. τὰ δῆλα τοῖς ἀδήλοις ὑπάγειν. ¶ Item clàm induco, paulatim compello, perpello, pellicio. Xenoph. in Hipp. πειρᾶσθαι τοὺς πολεμίους εἰς ἐνέδρας ὑπάγειν. † Pæd. 1. 6. 32. ἐπειδὰν ὑπάγωσι τοὺς πολεμίους ὑποφεύγοντες ὥστε ἐγγὺς ἡμῖν γενέσθαι. Xen. Pæd. l. 3. p. 72. a. quum fugientes adduxerunt hostes ut prope sint.† ¶ Item defero, in judicium adduco, accuso. Xenoph. ἡμεῖς μὲν οὖν τοῦτον ὑπάγομεν ὡς προδιδόντα ὑμᾶς, postulamus proditionis, vel reum facimus. Pro eodem dicitur et ὑπάγειν εἰς δίκην, apud Thuc. 3. quod Bud. exp. deferre et ad judicium exhibere judicandum. Dicitur et ὑπάγω σε θανάτου, apud Herodotum et Xenoph. accuso te criminis capitalis. Et ὑπάγειν δικαστηρίοις, apud Luc. subjicere judiciis. ¶ Item neutraliter positum pro, me subduco, retrocedo. ut ἀναγκάζομαι ὑπάγειν, apud Aristot. Citatur ex Aristoph. ὑπάγεθ' ὑμεῖς τῆς ὁδοῦ, pro, subducite vos è via. ¶ Item de animalibus dictum, subsido, demittor, et clunem submitto in coitu. Aristot. lib. 5. an. ¶ Item pro προάγω, procedo, progredior. Plut. ¶ Et simpliciter pro, eo. Aristoph. in Nub. † v. 1301.† ὕπαγε, τί μέλλεις; Et sæpe apud Matth. Marc. et Joan. (Aristoph. R. 175.)

Ὑπάγομαι, subducor, jugo subdor. ut apud Luc. ὑπαχθησόμενος τῷ ζυγῷ. Item pro, subjicio mihi, subjugo, apud Lucian. Item pro, clàm induco, &c. ut ὑπάγω. Apud eundem legitur ὑπάγεσθαι ἐς φιλίαν. Demosth. pro cor. dicit, εἰς ἔχθραν καὶ μῖσος καὶ ἀπιστίαν τῶν πόλεων ὑπηγμένων ὑπὸ τούτων, impulsis et provectis. Et cum infinit. apud Dem. ὑπαχθῆναι πόλεμον ἐπιφέρειν, impelli ad bellum inferendum. Et pro, dolo adduci, decipi, Plutarch. Apud Demosth. ὑπῆκται exp. à Bud. productus est vel adductus, protrusus. Item pro suadere, apud Xenoph. ἀναβ. lib. 2. Item deferor, accusor, Xenoph. ¶ Item, insurgo, apud Xenoph. (Philostr. l. 1. c. 2.)

Ὑπαγωγὴ, subductio, ut ὑπαγωγὴ κοιλίας. Diosc. Est etiam ἀναχώρησις, quæ fit quum receptui canitur: cui opponitur ἡ δίωξις, apud Thuc. quæ quia interdum subdola est ad pelliciendum hostem in insidias, ideo ὑπαγωγὴ ponitur pro deceptione. Vel ab ὑπάγω significante ἐξαπατῶ et pellicio. ¶ Item submissio et succidua exceptio maris. Unde ὀχείαν ποιεῖσθαι ἐξ ὑπαγωγῆς. Aristot. de histor. anim. lib. 6.

Ὑπαγωγὸς, subductivus, vim habens subducendi: ut ὑπαγωγὸς κοιλίας, Diosc.

Ὑπαγωγεὺς, instrumentum fabrile, ut volunt Poll. et Aristoph. schol. sed de ejus usu non consentiunt. Sunt qui tormentum esse putent aut aliquid hujusmodi, quod calones oneri supponunt, ut pulvini usum præstet: quale est quod Festus cesticillum appellat. Aristoph. in Avib.

Decomp. Ἀνθυπάγω, recriminor, vicissim accuso. Thuc. 3. ἀνθυπάγει αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους πέντε ἄνδρας.

Ὑπεράγω, exupero, excello, apud Suid.

Ὑπεραγόντως, (q. d. exuperanter) supra modum.

Alia composita: formata ex ἀγωγὴ seu ἀγωγὸς, citra præposit.

Ἀγκαλιδαγωγὸς, ου, ὁ, ὁ ἀγκαλίδας ἄγων, qui manipulos seu fasciculos (propriè φρυγάνων) vehit navigio aut super jumento. Poll.

Ἀγκαλιδαγωγεῖν, manipulos seu fasciculos vehere, Eustath. ex Pausan.

Ἀνάγωγος (accentu posito in antepenult.) ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. ineducatus, qui institutus non fuit, qui caruit institutione. Est enim compositum ex α privat. et ἀγωγή. Exponitur etiam cui non contigit institui ut decebat. ut ἀνάγωγοι παῖδες, et ἀνάγωγοι κύνες, apud Xenoph. ¶ Item contumax, intractabilis, quasi qui duci nequeat: ut ἀνάγωγος ἵππος, equus indomitus. apud Xen. ¶ Item dissolutus, intemperans, petulans. Plutarch. ¶ Item indoctus, imperitus, ἀπαίδευτος, apud Athen. Expon. etiam ineptus. At ἀναγωγὸς vide in ἀνάγω. ¶ Ἀναγώγως, contumaciter. Item petulanter, injuriosè, contumeliosè. Athen. 13. Item citra inductionem et certam quandam cohærentiam, quæ species argumentationis dicitur ab Aristot. quum quis per plura singularia progrediens, universale aliquod probat: id quod Platoni frequentissimum est.

Ἀναγωγία, ἡ, defectus disciplinæ. Item dissoluta vita et animus juvenis indomitus. Plut.

Γεροντα γωγὸς, qui senem instituit seu erudit.

Γεροντα γωγεῖν, senem instituere, mores seniles formare. Plut. * Soph. Œd. C. 361. Pelei fr. 1.* [Aristoph. Equit. 1095. Καὶ μὴν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτονὶ Γεροντα γωγεῖν, κἀναπαιδεύειν πάλιν.]

Γλευκαγωγὸς βύρσα, apud Poll. lib. 7. pro utre coriaceo, in quo vehitur mustum.

Γραμματοεισαγωγεὺς. q. d. ad litteras introductor, vel litterarum introductor. Exponitur præfectus. Deut. 16.

Δημαγωγὸς, q. d. plebis seu populi ductor, qui plebem scit ducere quò vult, cujus consilio et quasi ductui plebs obsequitur, utpote qui sit gratiosus. Aristot. Pol. 4. et Plat. 5.

Δημαγωγία, ἡ, popularitas, gratia et auctoritas qua quis valet apud populum: aut etiam artes quibus quis ad conciliandum sibi populum utitur. Plut.

Δημαγωγέω, ῶ, populum duco et impello quocunque volo. Dicitur et de eo qui favorem populi aucupatur, per quem eum sibi obsequentem reddat. Plut. in Alcibiade, ὁ δὲ δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος, τῶν ὅπως οὐ δόξουσι δημαγωγεῖν προπηλακιζόντων τοὺς πολλοὺς ἀμεμπτότερος. Apud Isocr. exp. populum sive remp. moderari, in hoc ad Nicocl. loco, καλῶς δημαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενος περιορᾷς. Latiùs etiam extenditur pro conciliare seu allicere gratiam, emereri. Cum accus. apud Plut. (Aristoph. Ran. 422.)

Δημαγωγικός. Arist. Equit. 217. Τὰ δ' ἄλλα σοι προσέστι δημαγωγικὰ, Φωνὴ μιαρὰ, &c.

Decomp. Ἀντιδημαγωγέω, ῶ, vicissim populum mihi concilio. Eust.

Ἐκδημαγωγῶ, idem.

Καταδημαγωγῶ, idem. Synes. unde καταδημαγωγούμενος. Plut. in Pericle, cum accus. superans populari gratia.

Συνδημαγωγῶ, unà concilio gratiam, vel ad conciliandam gratiam juvo. Plut.

Δουλαγωγῶ, in servitutem redigo. Theophr. cum accus.

Δυσάγωγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui difficilè ducitur et impellitur quò volumus, intractabilis, indocilis, contumax, ut δυσάγωγος ἵππος, contumax equus.

Ἐλεφανταγωγὸς, qui elephantem agit, ὁ ἄγων ἐλέφαντα. Poll.

Εὐάγωγος, ductilis, qui facilè duci potest: unde pro tractabili et docili accipitur. Aristot. Pol. 7.

[Εὐαγωγία. Plut. de Lib. educandis. ὥστε εἰ τῷ μέλει τῶν πατέρων τῆς τῶν τέκνων εὐαγωγίας, ἐκδιωκτέον τὰ μυσαρὰ ταῦτα θρέμματα.]

Θεαγωγία, exp. deorum seu superorum evocatio, apud Naz. 6.

Ἱππαγωγὸς, q. d. equorum ductorius: ut ἱππαγωγοὶ νῆες, naves ad trajiciendos equos. Philostr.

Κουφαγωγὸς, leve onus ferens. Xen. de re eq.

Κυναγωγὸς, canum ductor. Xen.

[Λοχαγέω. Xenoph. Memorab. lib. 3. §. 5. Ἄγε, ἔφη, ἵνα καὶ ἐὰν ἡμῶν τις ταξιαρχῇ, ἢ λοχαγῇ σοι, &c.]

Λοχαγωγὸς ductor λόχου, i. turmæ.

Λαφυραγωγέω, spolio, prædor, deprædor, diripio. Propriè est spolia abduco. Plutarch. de l. ed. πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.

Μυσταγωγὸς, οῦ, ὁ, vel ἡ, initiator, sicut μύστης: et qui initiatur, seu initiatus, sacris videlicet. Greg. Est etiam is qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solet, si credimus Ciceronis orationi in Verr. 4.

Μυσταγωγία, officium ejus qui μυσταγωγὸς vocatur. vel actio illa initiandi sacris. Unde exp. et, initiatio in sacris. Greg.

Μυσταγωγέω, ῶ, initio sacris. mysteria doceo seu sacra. Greg. cum accusat. Μυσταγωγητὸς, ad sacra mysteria jam introductus, initiatus.

Μειαγωγέω, ῶ, significat, τὸ μεῖον ἄγω, minus pondero. In Apaturiis patres pro filiis offerebant ovem. eam ferunt oportuisse aliquanto minus pendere solito pondere, ideóque τοὺς φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου ἐπιφωνῆσαι μεῖον. Inde μειαγωγεῖν est dicere ἄγειν μεῖον, pendere minus. Ἀμειαγώγητον χρῆμα, res quæ non minus ponderare dicitur: seu quæ non ponderatur, cujus pondus non examinatur.

Νεκραγωγέω, mortuos duco. Luc.

Νωταγωγὸς, dorso vehens, dorsuarius. In Hippiatr.

Ξεναγωγὸς, ductor hospitum, idem cum ξεναγὸς, de quo infrà. ξεναγωγοὶ esse dicuntur qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent: quos Bud. perductores vocat.

Ξεναγωγέω, ῶ, duco hospitem ad ea quæ visenda sunt. Item hospitem suscipio, hospitio suscipio.

Decomp. Ἀξεναγώγητος, non ductus ab hospite. Eustath. in Prooem. in Iliad.

Ταναήκης, et τανυήκης, protensam habens aciem, sive longam: τὴν ἀκὴν ἔχων παρατεταμένην. ut, ταναήκης χαλκὸς, et τανύηκες ἄορ, apud Hom. ¶ Item protensus, longus, tanquam per παραγωγὴν duntaxat à τανύω factum, minimèque nomen ἀκὴ inclusum habens, ut scribit Eust. Il. π΄. τανυήκεας ὄζους, id est, ἐκτεταμένους.

Τανακιδὴς, protensam habens aciem, ab ἀκὶς, idem quod ταναήκης, sive τανυήκης, apud Hesych.

ἈΚΙΝΑ΄ΚΗΣ, ου, ὁ, Etymologo, jaculi Persici genus, παρὰ τὴν ἀκήν. Hesychio est non solum hasta Persica (ut Suidæ quoque) sed etiam ensis. Et in ea significatione potius accipi liquet ex Herodot. qui in Polym. ait. καὶ Περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην καλέουσι. Scythis quoque peculiaris fuit hic ἀκινάκης, atque adeò pro deo eum habuerunt et per eum jurârunt. Luc. in Anachars. εἴσεται ὡς οὐ μάτην διεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην. Et in Scytha, πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν. Apud Herodotum per α scribi, ἀκινάκης, annotat Etym. quasi nimirum ἀκεῖαν, id est, (ὀξεῖαν) ἔχων τὴν ἀκήν.

ἌΚΙΝΟΣ, acinus; herbæ genus quod et ἄκονος, nominatur, Latinè ocimastrum. Vide Diosc. l. 3. c. 5. et Plin. l. 21. c. 27.

ἈΚΚΩ΄, οῦς, ἡ, Acco, mulier quædam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere, confabulari; ut hinc vulgo, quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, ἀκκίζειν dicerentur, et Ἀκκοῦς nomine compellarentur. Illud etiam moribus hujus mulieris adfuit, ut recusaret quæ tamen cupiebat.

Ἀκκίζομαι, simulatè recuso, fictè aspernor, fingo me nolle quum maximè velim. * Corpus ad fingendum compono.* Est etiam generaliter, simulatione utor, idem quod προσποιοῦμαι. Plut. in Symp. 1. μικρὰ μὲν οὖν ἠκκίσαντο παραιτούμενοι. Et Syn. epist. 121. σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύσῃ. Sæpe de mulieribus dicitur et scortis, quæ ut pluris se addicant, morosiora se præstant, nec facilè se exorari sinunt. Significat etiam (si Suidæ credimus) idem quod γυναικίζομαι et μωραίνω. Vide Erasm. in prover.

Ἀκκισμὸς, οῦ, ὁ, ficta recusatio, simulatio qua quis utitur fingens se accipere nolle quod tamen vult. Philostr. in epist. λάβε, λάβε καὶ σὺ, τὸν ἀκκισμὸν ἀφελοῦσα τοῦ σώφρονος. Est etiam ficta recusatio in alia qualibet re. Luc. πάντα δὴ περιελὼν ἀκκισμὸν, sublata omni tergiversatione, ut exponit Erasm.

ἈΚΜΗ΄, ἡ, cuspis sive acies. Il. κ΄. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. Sic dicitur à Plut. ἀκμὴ ὀνύχων, pro quo Plin. dixit aciem unguium. Sic ἀκμὴ ὀμμάτων, apud Ælian. ¶ Item vigor ætatis vel flos, firma ætas. Exp. et νεότης à Suida. Medici ἀκμὴν ætatem consistentiæ et virilem appellant, ab anno 28. ad 42. Sic quidam accipiunt ut apud Aristot. Ethic. 8. cap. 1. ubi amicitiam τοῖς ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις conferre ait. Interdum dicitur ἀκμὴ τῆς ἡλικίας et ἡλικία τῆς ἀκμῆς, apud Gal. Sic ἀκμὴ τοῦ βίου, apud Xen. Et ἀκμὴ τοῦ ζῆν, apud Athen. Dicitur etiam absolutè nonnunquam; ut, οἱ ἐν ἀκμῇ ὄντες, qui firma sunt ætate et vigente. exp. et juvenes, adolescentes. Sic apud Luc. εἰς ἀκμὴν καθίστη. Sic apud Isocrat. sæpe. Dicitur et de aliis, ut νοσήματος ἀκμὴ, morbus jam adultus: ἀκμὴ ὀδύνης, ἀκμὴ κακῶν. Ἀκμὴ ἀγῶνος B. exp. intensio certaminis, apud Paus. Sic θέρους ἀκμὴ, æstatis vigor, id est, illud æstatis tempus quo maximè viget calor. (πτερύγων ἀκμὴ remigium alarum. Arist. R. 1394. ἀκμὴν ἥβης Soph. Œdip. Tyr. 761. ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς. ib. 1054. κόμην σπῶσ᾽ ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς. ib. 1267. γάμων ἀκμάς. ib. 1506. οὐκ ἔτ᾽ ἦν μέλλειν ἀκμή. Æschyl. Pers. 407. ἀκμῇ χερῶν. 1065. ποδὸς ἀκμήν. Eum. 376. Eurip. Phœniss. 1041. 1214. Æschyl. Ag. 1362.) ¶ Est etiam cujusque rei summum incrementum, inquit Bud. quem vide. ¶ Est etiam καιρὸς, inquit idem Bud. id est, punctum sive articulus temporis quo res aliqua agi debet. momentum. ut apud Hesiod. ἀκμὴ καλεῖ. καιρὸς καλεῖ. Dicitur interdum ἀκμὴ καιροῦ: interdum καιρὸς ὢν ἐπ᾽ ἀκμῆς. Nonnunquam etiam solùm ἀκμὴ cum infinit. Isocr. ad Nic. κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν. Idem ad Philipp. πράττεσθαι νῦν ἀκμὴν εἴληφεν. ¶ Ἀκμαὶ dicuntur etiam vari; quia florentis ætatis tempore in facie exoriuntur, ut docet Cassius Probl. 33. ☞ Deducitur ab ἀκὴ, pleonasmo literæ μ, quod etymon convenit primæ significationi; aut à κάμνω, unde per syncopen κμῶ, et α privativo, quod juventus non facilè defatigetur, ut nec sol, qui ideo ἀκάμας ab Homero dicitur: vel à κάμνω significante πονῶ, et α epitatico, quod in vigore ætatis labores facilius suscipiantur et perferantur. etymon convenit secundæ significationi.

Ἀκμαῖος, ου, ὁ, vigens ætate. florens ætate, integer ævi. De eo dicitur qui ætate viget simul et robore: ut ἀκμαίαν λόγχην apud Plut. Dicitur interdum ἀκμαῖος τὴν ἡλικίαν. Transfertur et ad alia, ut ἀκμαιότατος χειμὼν, maxime vigens hyems. Apud Gregor. μεσημβρία τὸ τοῦ φωτὸς ἀκμαιότατον. Apud Luc. ἀκμαῖος τὴν ὀργήν. Et ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα, in Anth. epigr. ¶ Item pro tempestivus, ut in Anth. epigram. ἀκμαῖος ῥοθίῃ νηὶ δρόμος. Et Soph. in Ajace, Ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι. quàm tempestivus, si accesserit, adveniat. ¶ Item maturus, ut ἀκμαία παρθένος, apud Luc. nubilis virgo. (Æschyl. Pers. 441. πόλεις ἀκμαίοις, Eum. 408.)

Ἀκμάζω, F. σω, vigeo vel floreo ætate, ætate sum firma. Item sum vegetus et validus per ætatem, polleo juvenili robore. Isocr. de pace, τοῖς δὲ νεωτέροις καὶ μᾶλλον ἀκμάζουσιν ἢ ἐγώ. † ἀκμάζειν μᾶλλόν τινος, plus aliquo vigere, vigore aliquem superare Xen. Pæd. l. 4. p. 99.† Ἀκμάζοντας νεότητι πολλῇ, Thucyd. 2. Sic ἀκμάζουσα ἡλικία. Et per metaph. pro florere, vigere, pollere quacunque re: ut, ἀκμάζειν πλούτῳ, apud Herodot. Et apud Æschin. in Ctesiph. ἀκμάζων ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ πεζῇ στρατιᾷ. Apud Plat. in Fab. ἀκμάζων πρὸς δύναμιν. Dicitur de variis etiam rebus, sicut et ἀκμή: ut, ἀκμάζον νόσημα, ἀκμάζων πόλεμος. Ἀκμαζούσης ἡμέρας, apud Herodian. ipso meridie. Et apud eundem, ἀκμαζούσης νυκτὸς, nocte intempesta. Xen. ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, adultis jam frugibus. Apud eundem ἀκμάζει τὰ πράγματα, expon. res sunt in ipso articulo, res sunt in cardine. † Xen. Pæd. l. 4. p. 97.† (Ἀκμάζει. Impersonaliter pro καιρός ἐστι. Æschyl. S. c. Th. 97. Ch. 724.)

Ἀκμαστὴς, οῦ, ὁ, strenuus, validus, robustus. Herodian. lib. 1. νεανίσκον γενναῖόν τε καὶ ἀκμαστὴν πείθουσι.

Ἀκμηνὸς, οῦ, ὁ, adultus vel florens et exuberans, ut inquit Bud. ex Od. ψ΄. Ἀκμηνὸς θαλέθων. Pro jejunus, vide in Ἀκμάς. [Apoll. Rhod. lib. 4. 1295. Ἄκμηνοι καὶ ἄπαστοι ἐκείατο νύχθ᾽ ὑπὸ πᾶσαν Καὶ φάος, οἰκτίστῳ θανάτῳ ἔπι. Vide Observ. Illustr. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cer. 6.]

Ἀκμὴν, adhuc, etiam nunc: idem quod ἔτι. Videtur hoc adverbium dici κατ᾽ ἔλλειψιν, quasi κατ᾽ ἀκμὴν, in ipso negotii fervore; ut ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, apud Isocr. ad Dem. sedulò, strenuè, assiduè, summo studio philosopharis. ¶ Item, etiam eo tempore, apud Polyb. ubi tamen quidam expon. aliquandiu.

Composita.

Ἐνακμὴς et ἔνακμος, vegetus, robustus.

Ἐνακμάζω, vigorem accipio, vegetus reddor, invalesco. Suid.

Ἐξακμάζω, idem quod παρακμάζω, vigere desino.

Ἔπακμος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἔνακμος. Diosc. Ἔπακμον Bud. esse dicit, quod est acie exacutum; vel quod aciem seu cuspidem habet, ex Diosc.

Ἐπακμάζω, vigeo, vegeta sum ætate. Et ἐπακμαστικὸς, vigens, adolescens, validus, vegetus.

Ἐπακμαστικὸς, invalescens paulatim, vel sensim effervescens, apud Gal.

Παρακμὴ, vigoris remissio, languor, quum res aliqua inclinat et minuitur. Apud Gal. παροξυσμῶν παρακμαὶ, accessionum remissiones, quas vulgò *declinationes* medici appellant. Sic παρακμὴ πυρετοῦ, et cujusvis morbi, tempus quo se remittit et mitescere incipit. ¶ Item senilis ætas et flaccescens, quando jam robur consenescit.

Παρακμάζω, vigorem languidiorem habeo, vigor meus elanguescit aut jacet; vel vigorem amitto, flaccesco: hoc autem quia fit in senectute præcipuè, exponitur et consenesco, marcesco ætate, florem ætatis amitto, ad effœtam ætatem vergo. Participium, παρηκμακὼς, propriè, vigoris tempus egressus aut vegetam ætatem. Expon. et emeritus, qui consenuit. ¶ Transfertur et ad alia, ut et Lat. marcescere, flaccescere. Xenoph. in Symp. τὸ μὲν τῆς ὥρας ἄνθος ταχὺ δήπου παρακμάζει. Sic apud Plutarch. in Bruto, ὅταν παρακμάζῃ καὶ παρανθῇ τὸ τῆς ὀργῆς, id est, quum deferbuerit ira.

Παράκμασις, vigoris amissio. q. d. effœtatio, ut et quidam exp. apud Theophr.

Παρακμαστικὸς, cujus remissus est vigor; ut, παρακμαστικὴ ἡλικία, apud Galen. ætas jam vergens et inclinata. Et παρακμαστικὸς πυρετός.

Συνακμάζω, simul vigeo et ætate floreo; ut συνήκμαζε Γοργίᾳ, Bud. Συνήκμασεν αὐτῷ exp. temporibus ejus floruit seu claruit. Metaphoricè etiam dicitur συνακμάζουσα ὀπώρη. Epigr. lib. 2.

Ὑπέρακμος, ætatis florem egressus; vel qui excessit ætatis vigorem, ætatem vegetam egressus, 1 Cor. 7.

Ὑπερακμάζω, ætatis vigorem excedo; vel vegetior sum quàm, &c. Utitur hoc verbo Myron Prienensis apud Athen. lib. 14. εἴ τινες ὑπερακμάζοιεν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν,

---

ἈΚΟ΄ΛΟΥΘΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, pedissequus, vel pedissequa, comes, assectator. Demosthenes contra Midiam, ἀκολούθους τρεῖς ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων. Lucianus in Nigrino, φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ, invisus sive odiosus ob comitum turbam. Apud Platonem in Symposio, διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων γέγονεν ὁ ἔρως. † οἱ ἀκόλουθοι, de iis qui sequuntur exercitum. Xen. Pæd. l. 5. p. 125.† Dicitur etiam ἀκόλουθον quicquid sequitur vel consequitur, consequens. Cum genitivo, ut τούτου ἀκόλουθον, apud Xenophontem. Apud Plutarchum ἀκόλουθον et προηγούμενον opponuntur. ¶ Item ἀκόλουθος, consentaneus, congruens, conveniens. Hermogenes, καὶ γίνεται ἡ θέσις ἀκόλουθος. Demosthenes pro corona, ἀκόλουθα τούτοις πράττειν. Apud Xenoph. in Œcon. cum genitivo, ἀκόλουθα ἀλλήλων, exponitur conjuncta inter se. Ἀκόλουθον vult Suidas significare simile, hoc in loco, ἀκόλουθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις. Ἀκόλουθον, sub. ἐστὶ, consentaneum est, vel reliquum est. Greg. de divinitate, εἰδέναι δὲ ἀκόλουθον ἡμᾶς. Apud Basilium, ἀκολουθότερον ἦν, magis consentaneum erat. ☞ Componitur ex particula α significante ὁμοῦ, et κέλευθος.

Ἀκολούθως, consequenter, ut apud Diosc. 6. ἀκολούθως τούτοις, consequenter his, post hæc. ¶ Item convenienter, consentaneè, Plutarch. ἀκολούθως τούτῳ εἴρηται.

Ἀκολουθία, ας, ἡ, assectatio, comitatus. Synes. epist. 101. οὓς οὐκ εἰκὸς ἀγνοεῖσθαι διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δανειστῶν. Ἀκολουθίαν φύσεως ἀσπασόμενον, Philo de vita Mos. l. 2. ubi exponitur, sectam. ¶ Item consequentia, consecutio. Philo de mundo, ἀκολουθίαν τῆς φθορᾶς ἔχει, id est, continet dissolutionis consequentiam. Κατ᾽ ἀκολουθίαν, Herodianus dicit pro, per gradus quosdam. ¶ Item convenientia, congruentia. κατ᾽ ἀκολουθίαν, congruenter, convenienter. Philo de vita Mosis, l. 3.

Ἀκολουθέω, ῶ, F. ήσω, P. κα, sequor, assector, comitor. Dicitur autem ἀκολουθεῖν τινι, et μετά τινος: interdum et κατόπιν τινός. Luc. in dearum judicio, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι. Demosth. in Androtionem, γράψας ἀκολουθεῖν μεθ᾽ ἑαυτοῦ. Exponitur etiam famulor, pedissequus sum, vel à pedibus sum, aut sequor tanquam famulus. ¶ Item ἀκολουθεῖν, consentaneum esse, convenire, congruere: ut ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις, inter se conveniunt et congruunt, sive consentiunt. Et ἀκολουθεῖ impersonaliter positum, pro, consentaneum est, vel potius consequens est. Arist. in Præd. δυοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν ἀκολουθεῖ τὸ ἓν εἶναι. ¶ Item ἀκολουθεῖν, sequi aliquem vel aliquid, i. formam ejus

sequi, imitari. Luc. ἐν δίκῃ φωνηέντων, Τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας, καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα. Item ἀκολουθεῖν τινι, sequi aliquem, i. alicujus exemplum, alicujus exemplo quidpiam facere vel dicere. ¶ Ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ, assequi intelligentiam orationis, intelligentia consequi orationem, Plato in Phædro.

Ἀκολούθημα, τος, τὸ, et ἀκολούθησις, εως, ἡ, consequentia, consequutio. Item assectatio, vel consectatio. Aristot. Naz.

Ἀκολουθητικὸς, οῦ, ὁ, sequax, sequi solitus, vel proclivis ad sequendum aut consectandum. Aristot. Rhet. 2. ἀκολουθητικοὶ ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἐπιθυμίαις. Item 1. Ethic. ad Nicom. cap. 3. ἀκολουθητικὸς ὢν τοῖς πάθεσι. Sic ἀκολουθητικὸς τῷ λόγῳ sequax rationis, vel propensus ad sequendum rationem, id est, rationi obtemperandum.

Composita.

Ἀνακόλουθος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. inconsequens) non respondens præcedentibus. Ἀνακόλουθον, (inquit Erasmus) est vitium orationis quando non redditur quod superioribus respondeat: ut si in oratione ponatur μὲν, et non sequatur δέ. ¶ Item, non consentaneus, ineptus, ἀνάρμοστος, apud Hermog. ut inquit Bud.

Ἀνακολουθία, ας, q. d. inconsequentia: ut, ἀνακολουθία orationis, quum ea quæ dicuntur non respondent iis quæ jam dicta sunt. Demetr. Phal.

Ἀντακολουθέω, ῶ, vicissim sequor. Laërtius in Zenone, τὰς δ' ἀρετάς φασιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις.

Ἐξακολουθέω, ῶ, sequor, consequor. vèl usque sequor. 2 Pet. 1. et 2.

Ἐπακολουθέω, ῶ, subsequor. vel simpl. sequor. Plut. in Camillo, τοὺς ἄλλους ἐκέλευσεν ἐν τάξει ἐπακολουθεῖν. Plat. in Apolog. οἱ νέοι μοι ἐπακολουθοῦντες. Dicitur et, ὄπισθεν ἀκολουθεῖν τινι, apud Aristoph. Sic et Matth. 10. ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου. Et pro assectari tam in bonam quàm in malam partem, apud Æschin. ¶ Ἐπακολουθεῖν ἔργῳ τινὶ et apud Plat. de rep. 2. ἐπακολουθεῖν τῷ πραττομένῳ, persequi opus aliquod. Exp. et operi instare seu rei agendæ. Sic et 1 Tim. 5. Et pro assectari, inquit Bud. apud Æschin. Item persequor, sector. ¶ Item, animadversione et intelligentia consequor dicentem, apud Plat. in Phædone.

Ἐπακολούθημα, τὸ, quod consequitur ex alio, appendix. [Clem. Alex. Strom. lib. 8.]

Ἐπακολούθησις, consequentia, consequutio. Plut.

Ἐπακολουθητικὸς, q. d. consequutivus: qui consequitur, qui respondet et refertur. Item, τὸ ἐπακολουθητικὸν, consectarium.

Κατακολουθέω, ῶ, sequor, sector, seu assector. Item, sequor, (id est, assentior, accedo opinioni) vel obsecundo, obsequor. Greg.

Παρακολουθέω, ῶ, sequor, assector, comitor. Luc. in Alcyone, παρακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις. ¶ Item ad animam translatum, animadversione et intelligentiâ assequor dicentem. Æschin. καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς. Sic et Lucæ cap. 1.

Παρακολούθησις, sequela, consequentia. Vide Gell. lib. 6. cap. 1.

Decomp. Δυσπαρακολούθητος, intellectu difficilis, quem intelligentia non facilè consequi possumus. Quintil. lib. 4. cap. 1. δυσπαρακολούθητον, causæ genus esse dicit quod obscurum appellatur.

Εὐπαρακολούθητος, quem intelligentia facilè consequi possumus, intellectu facilis. Aristot. rhet. lib. 1. Item acutus ad res intelligentia consequendas: qui facilè res intellectu percipit. Hesych.

Συμπαρακολουθῶ, pro παρακολουθῶ, itidem metaphoricé. apud Plat. in Polit. καλῶς τῷ λόγῳ συμπαρηκολούθηκας.

Συνακόλουθος, comes. Quidam exp. correspondens.

Συνακολουθία, correspondentia.

Συνακολουθέω, ῶ, simul sequor, comitor, assector. Plato epistola 7. ἡμῖν ξυνακολούθησον πρὸς Διονύσιον, Isocr. in Areop. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλησίοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, stultitia divites comitatur. ¶ Et pro, sequor, imitor, apud Athen. lib. 1.

Φιλακόλουθος, qui libenter sequitur, qui libenter est ἀκόλουθος, apud Aristoph. [R. 417.]

ἈΚΌΝΗ, ἡ, cos. Isocrat. καὶ γὰρ ἡ ἀκόνη, αὕτη μὲν οὐ τέμνει, τὰ δὲ ξίφη ὀξέα ποιεῖ, cos non secat, sed gladios acuit. Ξυρὸς εἰς ἀκόνην, sub. ἔπεσε. et ἀκόνην σιτίζεις. vide Erasm. Item thya arbor apud Hippocr. in appendice libri de diæta. et apud Theophr. hist. pl. lib. 8. ut annotat Gal. in lex. ☞ Etym. deducit ab α epit. et κονῶ significante φθείρω καὶ λεπτύνω, aut etiam idem quod ἐνεργῶ, vel ab ἀκή.

Ἀκονάω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, acuo, exacuo. † Xen. Pæd. l. 6. p. 162.† Luc. in Tim. ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσι. ¶ Metaph. etiam pro, incito, impello. Herodianus, εἰς ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχήν.

Ἀκονάομαι, ῶμαι, acuor, exacuor. Item in act. sig. Xen. Hell. 7. πάντες δὲ ἠκονῶντο καὶ λόγχας.

Ἀκόνημα, τὸ, incitamentum. Metaph.

Ἀκόνιον, ου, τὸ, cos seu coticula. Diosc. lib. 1. cap. 130.

Ἀκόνιτον, ου, τὸ, aconitum herba venenata, de qua Diosc. lib. 4. et 6. ☞ Sic nominatam volunt, quoniam in cautibus seu ἐν ταῖς ἀκόναις provenit. Quod etymon sequutus Ovid. Metamorph. lib. 7. cecinit: *Quæ quia nascuntur dura vivacia caute, Agrestes aconita vocant.* Et Plin. lib. 27. cap. 3. Nascitur (inquit) in nudis cautibus, quas *aconas* nominant, (et ideo aconitam aliqui dixere) nullo juxtà ne pulvere quidem nutriente; hanc aliqui rationem nominis attulêre. Alii quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterenda, statímque admota velocitas sentiretur. Theoph. hist. pl. lib. 9. c. 16. ἀκόνιτον appellatum scribit ab Aconis, pago quodam Mariandynorum, quoniam ibi præcipuè proveniat. Steph. τὰς ἀκόνας esse dicit oppidum prope Heracleam, ita nominatum διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῷ πρὸς ἀκόνας πεποιημένων λίθων, quoniam ibi multi fiunt lapides apti exacuendo ferro. Additqué hinc nominari τὸ ἀκόνιτον venenum, alio nomine dictum κώνειον: διὰ τὸ (inquit) προφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ.

Ἀκονιτικὸς, ex aconito confectus, vel aconiti aliquid mistum habens. Xenoph. de venat. ἁλίσκεται δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι φαρμάκῳ διὰ δυσχωρίαν ἀκονιτικῷ, propter asperitatem regionis capiuntur aconito.

Composita ab ἀκονάω.

Διακονάω, acuo sive exacuo.

Ἐξακονάω, exacuo, ἀκονάω. Ezech. c. 21.

Εὐακόνητος, id est, εὐήκης, valde vel benè acutus, Schol. Nicand.

Κατακονάω, ῶ, acuo, corrumpo et attenuo atterendo; ut cos acuens ferrum, illud atterit et attenuat. Eurip.

Νεακόνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, recens acutus. schol. Soph. in El. et Hesych. Νηκονὴς, idem Hesych.

Παρακονάω, ῶ, exacuo, incito. Xenoph. Pæd. 6. παρακονᾷν ψυχὴν dicit pro, animum exacuere ad fortitudinem.

[Παρακονάομαι. Pass. Arist. R. 1147.]

Προσακονάω, insuper acuo.

ἌΚΟΡΝΑ, ἡ, nomen plantæ, quæ reponitur inter φυλλάκανθα, à Theophr. hist. pl. l. 1. c. 16. Vide et l. 6. c. 3. et 4. Aliis ἄκαρνα.

ἌΚΟΡΟΝ, herba quædam de qua Diosc. lib. 1. cap. 1. et Theophr. hist. pl. lib. 2. et Plin. lib. 25. cap. 13.

Ἀκορίτης οἶνος, apud Diosc. lib. 5. vinum ex acoro confectum seu acoro conditum.

ἈΚΟΣΤῊ, ῆς, ἡ, hordeum: item generalius quivis cibus; seu quodvis alimentum. ut Eust. docet. Il. ζ. Hesych. Cypria dialecto τὴν κριθὴν vocari ἀκοστὴν annotat. Utitur tamen eo vocabulo Nicander in Alexiph. Πολλάκι δ' ἐνθρύψειας ἐν ὀπταλέῃσιν ἀκοσταῖς, id est, ἐν πεφρυγμέναις κριθαῖς, inquit schol. qui κριθίνην πτισσάνην his verbis indicari ait, et ἀκοστὰς dici τὰς κριθὰς, παρὰ τὸ ἄκος ποιεῖν τοῖς νοσοῦσι πινομένας.

Ἀκοστέω, ῶ, multis modis exponitur apud Homerum, Il. ζ. ubi ait, Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων, Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο. Ibi enim Eustath. annotat ἀκοστῆσαι secundum veteres esse abundare esu hordei. ἀκοστὰς enim vocari τὰς κριθάς, quod quidem Homeri autoritate non probari, sed Nicandri tamen et aliorum. Quin veteres tradidere, apud Thessalos quasvis τροφὰς nominari ἀκοστάς. Alios verò ἀκοστῆσαι interpretari σχεῖν ἄχος ἐν τῷ ἵστασθαι: quosdam λαβεῖν ἄχθος, vel potius ἄκος τῇ στάσει καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπολαύσει. Alios autem velle hoc ἀκοστῆσαι per syncopen dictum pro ἀκολαστῆσαι, seu ἀκολάστως διατεθῆναι. nonnullos interpretari ἡσυχάσαι, nimirum παρὰ τὸ ἀκὴν (ἤγουν ἡσύχως) στῆναι. Esse alios qui scribant ἀγοστήσας, et exponant ῥυπανθεὶς, sordibus coinquinatus: derivantes hoc verbum ex α privativo et γοῖτος, significante sordes: ideoque poëtam subjunxisse, εἰωθὼς λούεσθαι. Eædem propemodum expositiones habentur apud Etym. Meminit et Hesychius harum interpretationum, sed præfert eam quæ ἀκοστήσας accipit pro ἐν ἄχει γενόμενος, quasi ἀχοστήσας: quam Aristonici esse ait. alios verò glossographos exponere κριθιάσας, ἀδδηφαγήσας, ἄδην πληρωθεὶς, videlicet ἀπὸ τοῦ ἄκος τῆσαι, hoc est λαμβάνειν. poni autem ἄκος ἐπὶ τῆς ἀποπαύσεως τοῦ τε λιμοῦ καὶ τῆς δίψης, patere ex Homerico hoc hemistichio, πίοντ' ἀκέοντό τε δίψαν.

ἈΚΟΎΩ, F. σω, P. κα, Aor. 2. ἤκοον. audio, auribus percipio. Cum genitivo personæ: ut Il. τ'. ἀκούοντες βασιλῆος. Xen. ἤκοον αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου, audivi ipsum de amicis etiam disserentem. Cum genitivo rei: Plutarch. in Othone, ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύρας, pro foribus tumultum et clamorem audiit. Cum accusat. rei, Xen. ἀκούειν τὰ ἀκουστά. Sic ἀκούειν φωνήν τινος, Dem. et Isocr. Odyss. γ'. μῦθον ἀκούσας. Cum genitivo personæ et accusativo rei. [Soph. Œdip. Tyr. 555. 749. ἀκούεις βοὰν, ἀκούεις τέκνων; Eurip. Med. 1275. ἄκουε ἀντὶ τοῦ πεισθῇ τι. Æsch. Ch. 498. 970.] Xenoph. τοῦτο πολλῶν ἔφη ἀκούειν, hoc se ex multis audire dicebat. † μηδέν' ἀκοῦσαι φωνὴν παιδός. Aristoph. Nub. 960.† Sic et Plut. et Dem. et alii. Cum præpositione: ut, τοῦτο ἀκούω παρά σου, vel πρός σου, hoc audio ex te, apud Herodot. &c. Dicitur et, ἀκούω ταῦτα περί σου, et ἀκούω ταῦτα περὶ τῶν πραγμάτων, et ἀκούω ταῦτα σοῦ πέρι, et ἀκούω ταῦτα τῶν πραγμάτων πέρι, et ἀκούω σοῦ περὶ τούτων, et ἀκούω περί σου, non præcedente accusativo. Cum participio accusativi casus: ut ἀκούω σε ὄντα, audio te esse. Ponitur etiam interdum absolutè. Il. ὁ. Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί. Item audio, i. mihi dicitur, ut Hesiod. in Erg. Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις, si malum verbum alii dixeris, statim ipse aliud pejus audies, id est, tibi dicetur. Sict et Plutarchus, λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούουσιν ἃ μὴ θέλουσιν. ¶ Item audio, i. intelligo, ex auditu scio aut rescisco, vel didici. ut Xen. Pæd. 1. ἤκουσεν ἀνδρὸς ἤδη τὰ ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον. Cyrum jam res viro dignas gerere audiit vel intellexit. Et Il. ώ. Καί σε γέρον τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι. ¶ Item audio, auditor sum, discipulus sum. Laërt. Ἀναξιμένης Μιλήσιος ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου, ἔνιοι δὲ καὶ Παρμενίδου φασὶν ἀκοῦσαι. ¶ Item audio, dicto sum audiens, ausculto, obtempero. Plut. in Lycurgo, οὐκ ἀκούειν ὑπομένουσι τῶν προστατεῖν μὴ δυναμένων, imperare nescientibus parere non sustinent. ¶ Item audio, i. intelligo et interpretor, ut docet Bud. Themistius in 2. de anima, ἁπλούστερον ἀκουστέον τούτων ἁπάντων τῶν ὀνομάτων, hæc simpliciùs intelligenda. ¶ Item audio, i. vocor, appellor, dicor: ut, ἐσθλὸς ἀκούω, apud Theocr. Sic Luc. οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν. Apud Herodot. τότε γὰρ Ἀργεῖοι ἤκουον εἶναι μουσικῶν πρῶτοι. Dicitur et κακῶς ἀκούω ἀπὸ τούτου, malè audio, vituperor; et contra, εὖ ἀκούω, bene audio, laudor. Plut. et Plat. et Thuc.

Ἀκούομαι, pass. audior. Hom. et Plut. &c. Item, media voce, (unde F. ἀκούσομαι, P. Atticum ἀκήκοα) activam habet signif. ut ἀκούω. Luc. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκέτι εὐκαταφρόνητα ἀκούσεσθε. Plut. in Camillo. πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες ἀνθρώπων. Dem. pro cor. ἅπερ εἰκότως ἀκούσεσθέ μου, quæ meritò ex me audietis. [Æschyl. Pers. 715.]

Ἄκουσμα, τὸ, res quæ auditur. Apud. Xen. ἔπαινος dicitur esse ἥδιστον ἄκουσμα. Exp. et auditio. ¶ Item, auditio discipuli, i. quod audit discipulus ex præceptore. Apud Isocr. ad Dem. quidam exp. præceptum. ¶ Item, auditio, fama, rumor. Hesych.

Ἀκουσμάτιον, auditiuncula. Exp. narratiuncula, sermunculus, Luc.

Ἀκουστὴς, οῦ, ὁ, auditor. Isocrat. Item discipulus. Dionysius Hal. 1.

[Ἀκουστέον. Soph. Œdip. Tyr. 1191.]

Ἀκουστὸς, οῦ, ὁ, (q. d. audibilis) sub auditum cadens, qui audiri potest. Xen. et Isocr. [Œdip. Tyr. 1336.]

Ἀκουστικὸς, οῦ, ὁ, ad auditum pertinens, sive sensum audiendi: ut, ἀκουστικὴ αἴσθησις, Plutarch. auditus sensus, sive audiendi. Sic πόρος ἀκουστικὸς, appellatur foramen teres quod est in medio aurium. meatus auditui accommodatus. Item νεῦρον ἀκουστικὸν apud Alexandrum Aphrodisæum. ¶ Exponitur etiam auditu valens, acri auditu præditus. ¶ Ἀκουστικοὶ appellabantur Pythagoræ discipuli illo quinquennio quo taciti auscultabant.

Ἀκοὴ, ἡ, auditus, sensus audiendi, vel aurium, vel auditus; facultas audiendi. Item, auditus, auditio, id est, ipsa audiendi actio. Thuc. 7. ἔκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποστέρησιν ἀκοῆς, perterrefactionem simul et auditus privationem. Ἀκοῆς ἄξιος, auditu dignus, sive auditione, id est, qui audiatur. Sic ἀκοῇ οἶδα, auditu novi vel accepi. Thuc. 1. Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. Pro eodem dicitur et ἀκοῇ αἰσθάνομαι. Plutarch. de audiendo. ἅμα τῆς ἀκοῆς ἐξεῤῥύη τὸ ἡδὺ, simul auditionis voluptas effluxit, id est, quæ audiendo seu auditu percipitur, vel ex auditione. ¶ Item auris. ut plurimum autem in plurali ponitur ἀκοαὶ pro auribus, ut ὄψεις pro oculis. Luc. in Philop. τὰς ἀκοὰς ἀποφράττω, μή που ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα, aures obturo, ne adhuc audiam ista. Æschin. in Ctesiph. κλέπτοντες τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, obrepentes vestris auribus. Item, aures, Cicerone interpr. nam quod Plato in Timæo dicit, οὐδ' ἀκοῆς ἐπεδεῖτο, vertit, nec auribus egebat. ¶ Item, auditio, id est, rumor, sive fama. Plat. in Timæo. ὅδ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς, ex fama vetusta. Et numero etiam plurali Thuc. lib. 1. τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων παρ' ἀλλήλων δέχονται, rumores rerum præteritarum, sive de rebus præteritis. ¶ Item, obedientia. citatur ex 1. Reg. cap. 16. [Βίου τερπνὰς ἀκοάς. Eurip. Med. 194. id. Phœniss. 776. 1437.]

Ἀκουὴ, ἡ, apud Hom. idem quod ἀκοὴ, auditus, auditio. Il. π'. ἵκανεν δέ τε γῆρυς ἀκουή. Et Od. δ'. ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουήν.

Ἀκουτίζω, F. ίσω. apud Græcos bibliorum interpretes exp. audire facio. Psal. 50. ἀκουτιεῖς μοι ἀγαλλίασιν. In Cant. Sol. cap. 2. ἀκούτισόν με τῆς φωνῆς σου. ¶ Ἀκουτίζειν τοῦ λόγου, citatur ex Aristot. pro, obtemperare rationi. * Vera forma est ἀκουστίζω.*

Ἀκουτιστικὸς, οῦ, ὁ, obtemperans, obediens. Bud. ex Aristot.

Ἀκουάζομαι, audio, in prima sig. Od. ι. Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζονται ἀοιδοῦ. At Il. δ'. ἀκουάζεσθαι δαιτὸς, vocari ad cœnam.

Composita: ac primùm cum præpos.

Ἀνακούω, idem quod ἐπακούω, inaudio, vel ausculto. Sophocles in Electra, Θέλεις Μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων;

Ἀντακούω, vicissim audio. Sophocles, Σὺ δ' ἀντακούσῃ τοῦτον, ὡς τεθάψεται. hoc vicissim audies, id est, hoc tibi vicissim dicetur. (ἀντὶ τῶν εἰρημένων ἴσ' ἀντάκουσον. Soph. Œdip. Tyr. 552. Æschyl. Eum. 198.) [Eurip. Hecub. 321. Εἰ δ' οἰκτρὰ πάσχειν φῄς, τάδ' ἀντάκουέ μου. Heracl. 1014. Πρὸς ἅγ' εἶπας, ἀντήκουσας. Xenoph. de Cyri Exp. Lib. 2. cap. 5. §. 3. ὡς δ' ἂν μάθῃς, ὅτι οὐδ' ἂν ὑμεῖς δικαίως οὔτε βασιλεῖ οὔτ' ἐμοὶ ἀποσταίητε, ἀντάκουσον.]

Διακούω, audio (ut discipulus loquentem præceptorem audit.) Plut. in Cicerone, διήκουσεν Ἀντιόχου τοῦ ῥήτορος, auditor fuit Antiochi, id est, discipulus. Interdum cum genitivo rei quæ à præceptore docetur: ut, διακοῦσαι μαγικῶν λόγων, ibidem. Sed frequentius cum accusativo: cui interdum additur præceptoris nomen in genitivo: ut apud Laërtium, de Eudoxo, τοῦτο τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἰατρικὰ, Φιλιστίωνος. Sic apud Platonem epist. 7. Δίωνός τε ἄττα διακηκοότες, exp. qui à Dione nonnulla fuerant edocti. ¶ Item, ad finem usque audio. Xenoph. ἵνα τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἔργα τελέως διακούσας καὶ καταμαθών. videtur tamen posse et pro simplici ἀκούειν sumi. ¶ Item pro ἀκούω. Plato Polit. τόδε τινῶν διακήκοας, hoc ex aliquibus audivisti, vel auditu cognovisti. Xen. Pæd. 1. διήκουε πάντα. Rursum Plat. 1. de Republ. διακοῦσαι τὸν λόγον, sermonem audire. Et in pass. voce διακούεσθαι σπάνιον, auditu rarum.

Εἰσακούω, vel ἐσακούω, exaudio, (ea significatione qua dicitur à Cicerone, Ut idem omnes exaudiant, voce clarissima dicam.) Thuc. lib. 5. τοῦ Ἀλκιβιάδου καταβοῶντος ἐσήκουον. (Eurip. Phœniss. 96. 1299.) Ponitur et pro, pareo, ab eodem Thucydide, lib. 1? et alibi. In Testamento novo, et apud LXX interpretes pro exaudio, (illo etiam sensu quo dicitur Deus exaudire preces.) Sic et pass. εἰσακούομαι, exaudior, preces meæ exaudiuntur: ut Matth. 6. ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Dicitur et ipsa precatio εἰσακούεσθαι, ut Luc. 1. διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου. ¶ Item simpliciter pro, ἀκούω apud Sophoclem, τοῦδ' εἰσάκουέ μ' ἀνδρός.

Ἐνακούω. q. d. inaudio. audio. [Hippoc. de Corde.]

Ἐνήκοος, exp. audiendi facultate præditus. Poll.

Ἐξακούω, audio, exaudio. Plutarchus in Fabio, ἐξακούσαντες τῆς φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς, quum vocem clarè non exaudissent.

Ἐξάκουστος φωνὴ, apud eundem in Numa, vox quæ vel cujus sonus ad aures pervenire potest.

Ἐπακούω, exaudio. ut ἐπακούσας τῆς εὐχῆς ὁ Θεὸς, apud Plutarchum. (ἐμοῦ 'πάκουσον. Soph. Œdip. Tyr. 728. κἀγὼ 'πακούσας ταῦτα. ib. 814. Æsch. Ch. 723.) Sic Lucianus in Timone, ἔπεμψέ σοι τὸν πλοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. Item, audio, id est, sum dicto audiens. Hesiod. καί νυ δίκης ἐπάκουε. Item ex præceptore audio et disco: ut, ἤρετο εἰ γεγεωμέτρηκεν, εἰ μουσικῆς ἐπακήκοεν. ¶ Item, pro ἀκούω audio. Homerus Odyss. ξ'. v. 328. Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Idem cum accusativo itidem, Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. Apud Lucianum cum accusativo rei et genitivo personæ, in Caucaso, ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. Apud Herodot. cum rei etiam genitivo, βουλευμάτων ἐπακούειν. Sic et Plutarchus dixit in Camillo, ταύτης τῆς φωνῆς ἐπακούσαντες.

Ἐπακουσμὸς, exauditio. Affertur ex Aretha.

Ἐπακουστὸς, qui auditur vel inaudiri potest. [Plut.]

Ἐπακουὸς, auditor. Hesiodus in Oper. — ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.

Ἐπήκοος, idem. ut Plato de leg. lib. 6. ἐπηκόους δὲ εἶναι καὶ θεατὰς τούτων τῶν δικῶν. (Æsch. Ag. 1429. Ch. 980.) Apud Xen. autem ἀναβ. 2. ἐπεὶ δ' ἔστησαν ἐς ἐπήκοον, in locum unde exaudiri possent. [Pind. Olymp. Od. xiv. 21.]

Κατακούω, exaudio. Plato in Euthydemo, οὐ γὰρ οἷός τε ἦν προστὰς κατακούειν ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic utitur et Thuc. 2. ¶ Item dicto sum audiens, obtempero. Demosthenes Olynth. 1. καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι.

Κατήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, dicto audiens, morigerus. Plato Pol. lib. 7. κατήκοος τῇ πόλει. Vicissim verò πόλις dicitur κατήκοος τοῦ φρονοῦντος, à Plutarcho in Fabio, consilio prudentis obtemperans. ¶ Item, subjectus, qui est in ditione ac potestate alicujus. Pausanias in Atticis, ὄντες Ἀθηναίων κατήκοοι. Itidem ex Herodoto citatur, κατήκοός σοί εἰμι, pro, sum tibi subjectus. ¶ Item, attentus, ut, ἔσσο κατήκοος ex Epigr. citatur, attentus sis, audi. Sic apud Platonem * Æschinem* in Axiocho, κατήκοος λόγων, pro ἀκροατὴς, auditor.

Παρακούω, perperam audio, vel non rectè audio, fallitur meus auditus, seu falluntur aures meæ. Plato in Theæteto, παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα, in plurimis eos oculi, aures, mens frustratur. vel, eorum oculi, aures et mens in plurimis falluntur. Plato in Protagora, ὀρθῶς ἀκούειν et παρακούειν inter se opponit. Budæus apud Galenum, παρακούσας γάρ τις οὕτω πολλῶν θεωρημάτων, exp. κακῶς συνεὶς, καὶ οὐκ ὀρθῶς ἐπαΐων τῶν λεγομένων. Sic Synesius de insomniis dixit, ὅτι τούτων πανσυδὶῃ παρήκουσεν. Sic et Plut. lib. utra anim. prudent. παρακούοντες ἐνίοις βοείαις θριξὶν οἴονται πρὸς τὰς ὁρμιὰς χρῆσθαι τοὺς παλαιούς. Exponitur etiam, oscitanter et negligenter audio; apud Polybium, παρακούσαντες τῶν λεγομένων. Et, εὐήθως καὶ παραλόγως ἀεὶ τοῦ Κλεομένους παρήκουε. Item, audiens sic transmitto quasi non audierim, apud Syn. epist. 5. ὅστις ἀσεβῆ σύνοδον ἰδὼν παρεῖδεν, ἢ ἀκούσας παρήκουσεν. Ubi verti etiam potest, se audisse dissimulavit. Sic etiam Lucianus initio orat. quæ inscribitur Judicium vocalium, καὶ παρήκουον ἕνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, audire me dissimulabam. Item audire nolo, apud Polybium. Hinc et pro, dicto audiens non sum, non obtempero, non pareo. Luc. in Caucaso, ἀλλὰ δεῖ ἀνασκολοπισθῆναι αὐτίκα παρακούσαντας τοῦ ἐπιτάγματος. Sic Matth. 18. ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν. ¶ Item, clàm et quasi furtim audio, clàm sermonem sublego. Sic Plato in Euthyd. ὁ Κτήσιππος παρ' αὐτῶν ταῦτα παρακηκόει, hæc clanculum audiendo cognoverat. Exp. et subausculto. ut Aristoph. in Ranis, καὶ παρακούων δεσποτῶν, ὅταν λαλῶσι. (i. e. λάθρα ἐπακροώμενος. 762.) Et in Epigr. — παρακήκοα νῦν ὅτι τίκτει. Sic apud Luc. in lib. de merc. cond. καὶ ὁ μὲν πρῶτος, εὐθὺς ἐπισκεπτομένου παρακούσας τοῦ δεσπότου. Apud Aristotelem Ethic. 7. cap. 6. ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου, παρακούειν δὲ, καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον, ἐκθέουσιν, &c. quidam παρακούειν exp. non plenè audire. Alii negligenter et oscitanter audire. ¶ Item, pro ἀκούω. Herodot. παρακούω ἐκείνου τὴν τέχνην, audio de illius artificio. Item Plat. epist. 7. οὐδὲν θαυμαστὸν, νέον ἄνθρωπον παρακούοντα ἀξίων λόγου πραγμάτων, εὐμαθῆ πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου, audientem de rebus magnis sermones.

Παράκουσμα, prava doctrina, quam quis à malo præceptore dicit. vel exitiosum acroama, quum quis malè audiendo mala opinione imbutus est. Plato in epistola ad Dionis propinquos, ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων, ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς, et alibi, ἄλλοι παρακουσμάτων τινῶν ἐμμεστοι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν, vide Bud.

Παρακοὴ, idem quod παράκουσμα. Plat. epist. 7. διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς. ¶ Item inobedientia, inobsequentia. Exp. et contumacia. Syn. epist. 67. ἀκοὴ γὰρ ζωὴ, καὶ θάνατος ἡ παρακοή.

Παρήκοος, idem ac παρακούων et ἀπειθὴς, immoriger, inobediens.

Προακούω, prius seu prior audio, ante audio et cognosco, præsentio. unde participium præt. med. προακηκοότες, qui priores audierunt, qui præsenserunt vel præsenserant. [Herodot. Hist. lib. 2. δῆλα γὰρ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δὲ, &c. Xenoph. Κύρ. Παιδ. lib. Δ. πολλὰ γάρ φασιν ἀνθρώποις καὶ ἵππον τοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶντα δηλοῦν, πολλὰ δὲ τοῖς ὠσὶ προακούοντα σημαίνειν.]

Προσακούω, insuper audio. Plut. in lib. de audiendo, οὐκ ἂν ἀηδῶς δ' οἶμαί σε προσακοῦσαι περὶ τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως.

Συνακούω, simul audio. [Athen. Deipn. lib. 6.]

Συνήκοος, q. d. coauditor.

Ὑπακούω, aures præbeo ad audiendum. q. d. subausculto. Simpliciter ponitur pro, ausculto. Sic janitor dicitur ὑπακούειν, auscultare ad fores, apud Plat. in Phædone. Sic et act. cap. 12. ¶ Item respondeo, apud Hom. Od. δ'. et Theocr. in Hyla. Quæ significatio sumpta est ex consequente. Item, sum dicto audiens, ausculto, pareo. Cum gen. Thuc. Ἀθηναίων ὑπακούοντες, Atheniensibus subjecti. † cum acc. Xen. Pæd. l. 2. 45.† Apud Theophr. ὑπακούειν ψύχους, obnoxium esse frigori. Sæpius cum dat. Thuc. ἄλλοις ὑπακούσωμεν. Sic Dem. ὑπακούσομαί σοι. Dicitur et ὑπακούω τοῦτο, pro κατὰ τοῦτο, et ὑπακούω σοι τοῦτο, Thuc. Metaphoricè dixit Luc. ἐπειδὴ ὑπήκουέ μοι τὸ πρᾶγμα, postquam res successit mihi ex animi sententia. ¶ Ὑπακούειν τοῖς λόγοις apud Plat. de leg. 10. orationis sensum assequi et mente comprehendere. Item intelligere, quum aliquid extrinsecus cogitatione assumitur. Vulgò subaudire vocant. Ptolem. μεγάλης συντάξεως lib. 1. καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῆς δὲ λαμβανομένων περιφερειῶν τὸ ὅμοιον ὑπακουέσθω. Sic et apud gramm. passim. ¶ Item, pro ἀκούω, Iliad. ξ'. v. 484. ὁ δ' ἐμμαπέως ὑπάκουσε. Sic et in principio Iliad. θ'. θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον.

[Ὑπακουός. Apoll. Rhod. iv. 1381. ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω Πιερίδων, &c. Schol. Ἐγὼ δ' ὑπηρέτης τῶν Μουσῶν.]

Ὑπακοὴ, obedientia. Rom. cap. 5. ubi opponitur τῇ παρακοῇ.

Ὑπήκοος, morigerus, subjectus, qui paret, qui imperio subest. Arist. in Pluto. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sæpius cum genit. (Æschyl. Pers. 234. 242.) Herod. ὑπήκοος τοῦ βασιλέως. Sic πόλις ὑπήκοος τῶν Ἀθηναίων, civitas quæ est in ditione Ath. Apud Xen. ὑπήκοον ἔχειν, habere in potestate, et ὑπήκοον ποιεῖσθαι, in potestatem redigere.

Decomp. Ἀνυπήκοος, inobsequens: ut ἀνυπήκοος τοῦ λόγου. Plat. in Tim.

Προσυπακούω, prætorea subaudio, apud gram.

Φιλυπήκοος, qui libenter morem gerit. [Plut. Artaxerx. v.]

Alia comp. formata ex tertia præt. pass. sing. sine præpositione.

Ἀνήκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non exaudibilis, qui audiri non potest. [Soph. El. 1524. Ἤκουσ' ἀνήκουστα δύστανος, &c. Schol. ἤγουν ἃ οὐ δύναταί τις ἀκούειν. Eurip Hippol. 362. Ἄϊες ὤ, ἔκλυες ὤ, ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας. Xenoph. Κυνηγ. cap. 3. §. 8. ἕτεραι δὲ ἀνεῖται ἐμπίπτουσαι εἰς τὰς ὁδοὺς ἁμαρτάνουσι, τὸ ἀνήκουστον πολὺ ἔχουσαι.] ¶ Ἀνήκουστον (ait Bud.) non auscultandum, † Soph. El. 1425.† et idem ferè quod ἀτέλεστον, non perficiendum, non concedendum, in hoc Antiph. loco, δεήσεται ἀθέμιστα καὶ ἀτέλεστα καὶ ἀνήκουστα καὶ θεοῖς καὶ ὑμῖν. Citatur ex Epigr. ἀνήκουστα πάθη, pro, non obedientia.

Ἀνηκουστία, contumacia, q. d. pervicacia, contemtus seu dedignatio aurem præbendi: citatur ex Platone de legibus 2. παρρησίας ἐμπίπλαται καὶ ἀνηκουστίας ἐν τῷ τοιούτῳ τῶν πέλας. Citatur et ex lib. 6.

Ἀνηκουστέω, ῶ, propriè quidem non audio: sed capitur pro, non obtempero, non sum dicto audiens, non ausculto. Il. ό. οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων. pro quo poëtæ dicunt etiam νηκουστέω, ῶ, ut Iliad. ύ. οὐδ' ἐνοσίχθων νηκούστησε θεᾶς. (cum Gen. Æsch. Pr. 40.) [Thucyd. lib. 1. §. 84. Εὔβουλοι δὲ, ἀμαθέστεροι τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι, καὶ ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστεροι ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν.]

Ἀξιάκουστος, auditu dignus. Xenophon. ἀξιοθέατοί τε καὶ ἀξιάκουστοι, digni qui spectentur, et digni qui audiantur. [Xenoph. Conviv. cap. 4. §. 43. ὥστε καὶ θεάσασθαι τὰ ἀξιοθέατα, καὶ ἀκούειν τὰ ἀξιάκουστα. De Provent. cap. 5. §. 4. Œconom. cap. 8. §. 3. ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ἀξιοθέατοι καὶ δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἀξιάκουστοι.] Ἀξιάκουστον, exp. etiam memorabile.

Ὠτακουστὴς, οῦ, ὁ, delator seu corycæus principis alicujus: qui quæ passim audit, notat, et ad dominum suum defert. Plutar. et Aristot.

Ὠτακουστέω, ῶ, intentis auribus sermones hominum sublego, ut ad dominum meum deferam, sicut ὠτακουσταί. Herodot. et Xenophon. et Plut. vide et Athen. lib. 6.

Alia composita, formata ex ἀκοὴ seu aor. 2. ἤκοον itidem sine præposit.

Ἀνήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non audit; vel qui non audiit, expers auditionis: ut apud Xenophon. ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, nullam tui laudem audis. Interdum omittitur genitivus: ut, οὐκ ἐάσεις ἀνήκοόν με ἀπελθεῖν, non me sines, priusquam te audiero, abire. Alicubi exponitur etiam ignarus, imperitus, ut apud Synes. de insomniis, τοῦτο φορτικῶς ὡμίλησε τῇ ποιήσει, καὶ ἀνήκοός ἐστι τῆς κατ' αὐτὴν φιλοσοφίας. ¶ Exponitur etiam, qui audire et auscultare monenti non vult, immorigerus.

Ἀνηκόως, ut, ἀνηκόως ἔχειν, pro ἀνήκοον εἶναι, non audivisse. Item, ἀνηκόως ἔχω ἀστρολογίας, ignarus sum astrologiæ.

Ἀνηκοΐα, (q. d. auditionis carentia) non audire. Plut. l. de garr. καὶ τοῦτο ἔχει πρῶτον κακὸν ἡ ἀσιγησία, τὴν ἀνηκοΐαν. Idem circa initium libri qui περὶ τοῦ ἀκούειν inscribitur, οὐκ ἀνηκοΐαν οὐδὲ κωφότητα προμνώμενος.

Ἀπήκοοι, inobedientes: Hesych.

Ἀριήκοος, valdè attentè audiens; ut apud Nonnum, Φθογγῆς ἡμετέρας ἀριήκοα. poëticum. [Apoll. Rhod. lib. 4. 1706. Ἀντοῖδη, τυνὴ δὲ κατ' οὐρανοῦ ἵκεο πέτρας Ῥίμφα μελαντείους ἀριήκοος, &c. Schol. λίαν ἐπήκοος.]

Αὐτήκοος, qui ipsemet audivit. q. d. qui suis ipse auribus audivit. ut apud Thucydidem lib. 1. αὐτήκοοι δὲ βουληθέντες ἔτι γενέσθαι αὐτοῦ Παυσανίου λέγοντος, q. d. suis ipsi auribus audire. Plut. de liber. educ. αὐτοὶ τῆς τούτων μαθήσεως οὔτε αὐτόπται γίνονται τὸ παράπαν, οὔτε αὐτήκοοι. ¶ Item qui est sui juris, qui nullius est subjectus imperio. Suid.

Βαρυήκοος, qui gravi est auditu, cui hebetes sunt aures. Et βαρυήκοοι νότοι, obtundentes auditum et hebetantes venti. Hippocr. aphor. lib. 3.

Βαρυηκοΐα, auditus hebetatio, auditus tarditas, seu gravitas, ibidem.

Δυσήκοος, qui difficilè audit, qui acutè non audit. vel, qui auribus parum audit. Ponitur et pro immorigero seu inobsequente.

Δυσηκοΐα, difficultas auditus. A quibusdam exp. etiam, aurium tarditas. Item, inobsequentia.

Δυσηκοεῖν, difficilè audire. Item immorigerum esse.

Εὐήκοος, facilè audiens, auditu valens. ut apud Hippocr. aphorism. l. 3. aquilones faciunt σώματα εὐηκοώτερα. ¶ Item, qui facile auditur. Exponitur etiam, exaudibilis. Aristot. in Probl. διατί εὐηκοωτέρα ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας ἐστί. ¶ Accipitur et pro morigero seu obsequente. Aristot. Ethic. 1. πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς, ἔτι δὲ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου. Sic Theophrast. εὐηκοώτατος πρὸς μεταβολήν.

Εὐηκοΐα et Εὐηκοεῖν, contrarias habent signif. proximè præcedentibus Δυσηκοΐα et Δυσηκοεῖν. (Εὐηκόων. Æsch. Suppl. 125. 136.) ‡ facile intelligo. Stanl.‡

Ὀξυήκοος, qui acuto est auditu, qui acutè audit. Basil. τὸ δὲ ὀξυήκοον τοῦ ζώου. [Plat. Tim. iii. 75. ἅμα τι αὐτοῖς ὀξυήκοον αἴσθησιν.]

Ὀξυηκοΐα, acumen audiendi, facultas acutè audiendi. cui opp. βαρυηκοΐα.

Πολυήκοος, qui multa audivit vel audit. Plat. de leg. [II. Phædr. iii.]

Φιλήκοος, audiendi cupidus, qui audire cupit. qui libenter audit. (Luc. Som. p. 4.) Interdum cum genit: ut, φιλήκοος μύθων.

Φιληκοΐα, audiendi cupiditas, audiendi studium. Isocr.
Φιληκοεῖν, auditionis studio teneri. Polyb. lib. 3.

ἈΚΡΕ´ΜΩΝ, ονος, ὁ, ramus major, grandis ramus, vel prægrandis. Virgultum vertit Hieronymus in Esaiæ cap. 13. Redditur et stipes à Gaza apud Theophr. de causis plantarum. τὰ γὰρ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ῥίζης καὶ κλωνὸς, οὐ πάντως δύναιτ᾽ ἂν καὶ ἀπὸ ξύλου καὶ ἀκρέμονος, καθάπερ ἄμπελος καὶ συκῆ. Bud. in Pand. alicubi ἀκρέμονας ait esse ramos prægrandes in quos arbor à caudice spargitur. A Suida et Hesychio ἀκρέμονες exponuntur βλαστοὶ, κλάδοι. Sic et ἀκρέμων apud Poëtas interdum generaliter pro quovis ramo. ¶ Dioscorides ἀκρέμονας dixit μαράθρου, id est, fœniculi, lib. 3. cap. 81. ¶ Metaphoricè ἀκρέμων σοφίας quidam dixerunt, imitantes Homericum illud, ὄζος Ἄρηος, ut tradit Eustathius. ☞ Etym. deducit ab ἄκρος i. summus, quod sit in summitate arboris, ὁ ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ δένδρου ὤν. Quidam vero dictum volunt, quasi ὁ ἐπ᾽ ἄκρου μένων. (Summus ramus. Theocrit. Idyll. ις΄. 96. Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν. Apollonius Rhod. in Argonaut. sæpè. ii. 1103. 1149. 1274. et alibi forsan.)

Ἀκρεμονικὸς, οῦ, ὁ, adject. ut ἀκρεμονικαὶ ἀποφύσεις apud Theophr. l. 4. ramorum grandium proventus.

ἈΚΡΙΒΗ`Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, diligens, accuratus, exquisitus. Isocrat. ad Nic. ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν σύνοντων. Ἀκριβὴς λόγος, exquisita et accurata ratio, apud Arist. Ἀκριβὲς ἔργον, apud Demosth. pro cor. Dicitur et de persona, ut, ἀκριβὲς τὴν ἐργασίαν, apud Luc. Et pro, certus, exploratus: ut, ἀκριβὲς σημεῖον, ἀκριβὴς μνήμη, certa memoria, apud Dem. ¶ Item plenus, justus, inquit Bud. ut apud Gal. ἀκριβὴς τριταῖος, et ἀκριβὲς ἐρυσίπελας. Πρὸς τὸ ἀκριβὲς et εἰς τὸ ἀκριβὲς, interdum ponitur pro ἀκριβῶς. ☞ Quidam deducunt παρὰ τὸ εἰς ἄκρον βαίνειν, quòd ab imo ad supremum ascendatur. Quod est exquisitæ perfectæque diligentiæ.

Ἀκριβῶς, diligenter, exquisitè, accuratè, Dem. † Xen. Pæd. 1. 3. 14.† ¶ Item planè, plenè et perfectè, penitus. ut Luc. χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς. Idem ἀκριβῶς μέλαν. Item certò: ut ἀκριβῶς οἶδα, Dem. ¶ Item summo jure, q. d. supra modum accuratè, nimis accurato studio, apud Isocratem. cui oppon. ἐπιεικῶς. Sic ad Nicocl. ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας. Apud Thuc. l. 1. ἀκριβῶς πράσσειν, exponitur ἀνενδότως, severè.

Ἀκρίβεια, ἡ, summa cura, summum studium, accurata diligentia: ut, μετ᾽ ἀκριβείας πράττειν et apud Aristot. δι᾽ ἀκριβείας λέγειν. Item, rigor juris, Bud. in Pand. ¶ Item tenacitas, parcitas. Plut. in Pericle, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχραν καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος.

Ἀκριβόω, ῶ, F. ώσω, planè cognosco, compertum exploratumque habeo, probè calleo, accuratè perquiro, diligenter exploro. Herod. τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ ἀκριβοῦσιν. Xenoph. Pæd. 1. ἀνάγκη ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῦν ταῦτα ἐδίδαξε. ¶ Item summa et exquisita diligentia aliquid facio, omnibus numeris absolutum reddo. † Sic Xen. Pæd. l. 2. 43. ἀκριβοῦν τὰς τάξεις.† Interdum etiam, facio ut quis sit accuratus, exquisitus. Sic Diosc. lib. 2. ἀκριβοῦν τὰς αἰσθήσεις dixit. ¶ Jungitur etiam cum περί. Arist. l. 5. de gener. an. c. 1. ἀκριβῶ περὶ τὰς διαφορὰς χρωμάτων, accuratè colorum differentias perdisco, aut pernosco. Et cum παρὰ apud Matth. c. 2.

Ἀκριβοῦσθαι dicitur res aliqua, i. accuratè fieri, summa cura et diligentia elaborari. ¶ Item pro, penitùs cognosci, pernosci. Hinc præt. ἠκριβωμένος, accuratè elaboratus, exquisitus.

Ἠκριβωμένως, accuratè. idem cum ἀκριβῶς. [Suid.]

Ἀκριβάζω, idem quod ἀκριβόω. Sed Pollux ait esse ἀπειρόκαλον. Citatur et Ecclesiast. cap. 46. ἠκριβάσθη. quod exp. probatus est.

Ἀκριβασμὸς, exquisita perpensio et examinatio, inquit Bud. Dionys. de eccl. hier. Item exacta limitatio. Proverb. Sal. cap. 8.

Ἀκριβαστὴς, οῦ, ὁ, diligens inquisitor, accuratus explorator. Bud.

Composita.

Ἀπακριβόω, ῶ, diligenter aliquid facio; summo studio aliquid elaboro, ad amussim facio. Apud Luc. exp. etiam, ad normam exigo.

Ἀπακριβοῦμαι, idem. Greg. ἓν ἀρετῆς εἶδος ἐκ πάντων ἀπηκριβώσατο, exquisitè composuit. Sumitur et passivè, unde particip. ἀπηκριβωμένος, factus ad amussim vel unguem, affabre factus. Apud Plut. ἀπηκριβωμένοι λόγοι, exp. dilucidè et planè exornata oratio.

Ἀπηκριβωμένως, absoluta et perfecta diligentia, ad amussim. A Bud. in annotat. exp. etiam, bona fide, citra ullum figmentum.

Διακριβόω, ῶ, idem quod ἀπακριβόω, Aristot. in Eth. 10. ¶ Item diligenter caveo, et exactè stipulor, inquit Bud. Item exactè respondeo, id est, statis horis evenio. Arist. de hist. an. libr. 7. Apud Plut. διηκριβωμένη ἐπανόρθωσις τῆς ἀνωμαλίας.

Διηκριβωμένως, idem quod ἀπηκριβωμένως. Citatur ex Arist. in Rhet.

Ἐξακριβόω, ῶ, idem quod ἀπακριβόω. (Diligenter vel summo studio aliquid facio, vel affirmare, ut: ἐξακριβῶσαι λόγον. Soph. Tr. 433.)

Ἐξηκριβωμένως, idem quod ἀπηκριβωμένως.

Ἐξακριβάζω, idem quod ἐξακριβῶ. Utitur Liban. in Epist. ad Bas.

Κατακριβόω, accuratè et exquisitè rimor.

Ὑπερακριβὴς, supra modum accuratus.

Φιλακριβέω, ῶ, amo accuratam diligentiam, accuratam diligentiam libenter adhibeo.

ἈΚΡΙ`Σ, ίδος, ἡ, locusta. Theocritus, βάτραχος δὲ ποτ᾽ ἀκρίδας ὥστις ἐρίσδω. Et Matth. cap. 3. ☞ Dicta παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι.

Ἀκρίδιον, ου τὸ, locustula, parvula locusta.

ἈΚΡΟΑ´ΟΜΑΙ, ῶμαι, F. άσομαι, idem quod ἀκούω, audio. † pr. ausculto, et igitur majus quid quam ἀκούω.† Cum genit. personæ. Plato in Apol. ἐμοῦ λέγοντος ἀκροάσονται οἱ νέοι. Cum genitivo rei: ut apud Isocr. in Plat. μετ᾽ εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων. Cum rei accus. Æschin. contra Ctes. ὥσπερ ἐπῳδὴν ἢ ἀλλότριον πρᾶγμα ἀκροώμενοι. Sic Luc. ἠκροώμην γὰρ ἅπαντα. Interdum sine casu ponitur, ut apud Isocr. Et ἀκροώμενος auditor, Plut. ¶ Item audio discendi causa. Damascenus, ὁ δὲ ἠκροᾶτο λόγων γεγηρακότων καὶ σοφίᾳ τινὶ κεκραμένων. Item audio, ausculto, pareo. Apud Plutarchum in Lycurgo, ἀκροᾶσθαι τοῦ προστάττοντος, parere imperanti. Sic. Aristid. in Panath. βασιλέως ἀκροᾶσθαι. Sic et Thuc. lib. 3. ☞ Etym. dicit ex ἀκοῶ, fut. 2. verbi ἀκούω, fieri ἀκρόω, pleonasmo literæ ρ.

Ἀκρόαμα, τὸ, quod auditur. idem quod ἄκουσμα et in bonam et in malam partem. Sic Xenoph. dicit laudem esse ἀκρόαμα ἥδιστον, at convitium, χαλεπώτατον ἀκρόαμα. ¶ Item ipsa persona quæ auditur. apud Athen. et Plut. Sic et acroama à Cic. usurpatur, pro Sestio, et Verr. 6.

Ἀκροαματικὸς, ad auditionem pertinens, vel in auditione consistens: ut ἀκροαματικαὶ διδασκαλίαι. Plut.

Ἀκρόασις, εως, ἡ, auditio, ipsa audiendi actio: ut apud Æschin. et Isocr. ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, audire. Item recitatio: ut, ἀκρόασις ἐπιδεικτικὴ apud Luc. (Prom. in verb. p. 14.) Et ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, recitare: ut modò significavit audire. Item pro ipso loco ubi fit ἀκρόασις videtur Stephano sumi à Plut. de disc. am. ab adul. ὅθεν ὁρᾶν ἔστιν αὐτοὺς ἕδρας τε τὰς πρώτας ἐν ἀκροάσεσι καὶ θεάτροις καταλαμβάνοντας.

Ἀκροατὴς, οῦ, ὁ, auditor, qui audit, Isocr. et Dem. Et pro discipulo. Isoc.

Ἀκροατικὸς, ad audiendum pertinens: ut, ἀκροατικὸς μισθὸς, apud Luc. merces quæ pro auditione datur.

Ἀκροατήριον, ου, τὸ, auditorium, locus in quo audiuntur recitationes, aut in quo auditur præceptor. Plut, de Aud.

Composita.

Ἀξιακρόατος, ου, ὁ καὶ ἡ, dignus auditu. Xen.

Ἐπακροάομαι, ausculto.

Ἐπακρόασις, auscultatio, auditio. [Βασιλ. xv. 22. ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθὴν, καὶ ἡ ἐπακρόασις ὑπὲρ στέαρ κριῶν.]

Παρακροάομαι, ῶμαι, idem quod παρακούω, perperam audio. et, non audio, non obedio.

Παρακρόασις, inobedientia, contumacia. Joseph. παρακρόασις ζημίαν φέρει.

Παρακροατὴς, ex Cyrillo affertur pro eo, qui audita aliter interpretatur quàm dicta sunt et falsò defert.

Φιλακροάμων, audiendi cupidus, qui acroamatis delectatur.

ἌΚΡΟΣ, ου, ὁ, summus, id est, extremus. Ἄκροις δακτύλοις ἅπτεσθαι, proverb. summis digitis attingere. Sic, ἐπ᾽ ἄκρων ὀνύχων βαδίζειν, summis pedum unguibus ingredi. Apud Apollonium Arg. 1. ἄκρα ἴχνη, summa pedum vestigia, vel summæ pedum plantæ. ¶ Item summus, id est, supremus, in summo positus, altus: ut, ἄκραι κορυφαὶ ὄρους, apud Aratum, pro quo dicit Homerus ἀκροτάτη κορυφή. † Sic ἀκροτάτη apud Hesiod Asp. 33. et Theog. 7.† Sic apud eundem Aratum ἄκραι χηλαί. Apud Sophoclem autem in Ajace, ἄκρας νυκτὸς, prima parte noctis. ¶ Item metaphoricè, summus, summum sive supremum gradum obtinens in re aliqua, perfectus, præstantissimus, excellentissimus, singularis: ut, τετραγωνιστὴς ἄκρος. Sic ἄκρος ἰατρὸς Ἄκρων, summus medicus Acron. Sic ἄκρος νομοθέτης. (ἀκρότατος. Soph. Œdip. Tyr. 896. πολλοὶ δὲ Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι. Eurip. Phœniss. 387. 1204. Æsch. Ag. 637. 814. Theocr. ιϛ΄. 31. ιδ΄. 61. ἐπ᾽ ἄκροισιν ἐλθεῖν, i. e. εἰς μάχην. Æschyl. Ch. 365.) ‡ ἐπ᾽ ἄκροισιν Ald. Turn. Sed ἄγκρισιν pro ἀνάκρισιν habet. Stanl. quod probat H. Steph. Vide Butl.‡ Dicitur etiam aliquis ἄκρος τὴν ἰδίαν τὴν τέχνην, sub. κατὰ, summus in sua arte, artis suæ peritissimus. Et ἄκρος εἰς φιλοσοφίαν, Plat. de repub. 6. Usurpant etiam de re: ut, ἄκρα τροφὴ, apud Plat. Et ἄκρα φιλία, apud Basil. Ἄκρον, ου, τὸ, (substantivè positum) extrema pars, extremitas, et ἄκρα, extremitates cujuslibet rei. † ἄκρον subst. jugum. Xen. Pæd. l. 3. p. 70. e.† Item, ἄκρα termini, fines, τὰ πέρατα. Est etiam ἄκρον summitas, summa pars sive suprema, vertex, cacumen. ut Hom. ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς, cacumen Idæ celsæ. (Promontorium. Sophocl. in Trach. 765. Ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον Κήναιόν ἐστιν ———.) Dicitur autem ἄκρον ὄρους, et ἄκρα τῶν ὀρῶν. Reperitur et per se positum ἄκρα, ut apud Herodotum. Ponitur ἄκρον et pro ἀκρότης, i. summus gradus: ut, εἰς ἄκρον σοφίας ἐληλακὼς, qui ad summum sapientiæ gradum pervenit. Item ἄκρα, pro τὰ πρωτεῖα: ut, ἄκρα φέρειν, in Antholog. epigr. primas partes obtinere.

Ἄκρως, summè, perfectè. Gal. ad Glauc. 1. ὅταν ἄκρως ᾖ ξηρὸν, quum est summè siccum. Diosc. lib. 3. ἄκρως ἁρμόζει πρὸς ἐψυγμένα, &c. adeò conducit, ut nihil supra.

ἈΜΙΛΛΑ, *ἡ*, certamen, contentio, (Eurip. Med. 547. 558. 1084. Soph. Œdip. Tyr. 224.) Arist. rhet. 1. *ὅπου γὰρ ἅμιλλα, ἐνταῦθα καὶ νίκη ἐστὶ*, ubi est certamen, ibi est victoria. Plutarch. in Symp. 5. *πρὸς τὰ θηρία γινομέναις ἁμίλλαις*, certaminibus adversus feras, vel cum feris. Apud Plat. de leg. *ἅμιλλα ἀρετῆς*, exp. studium virtutis. Isocr. in Panegyr. *περὶ τούτου ποιούμενοι τὴν ἅμιλλαν*, de hoc contendentes. Apud Demosth. *τὴν ἅμιλλαν ποιεῖσθαι ἐπὶ ταῖς παρὰ τοῦ δήμου δωρεαῖς*, Budæus reddit, certatim contendere.

Ἁμιλλότερος, contentiosior. Hesych.

Ἁμιλλάομαι, ῶμαι, f. *ήσομαι*, certo, contendo. † *ἐπί τινα* contra aliquem Xen. Pæd. 1. 4. 15.† Plut. in Apoph. *ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους*, certantes inter se de victoria. Idem in Numa, *ἁμιλλᾶσθαι τοὺς τεχνίτας ὑπὲρ τῆς ὁμοιότητος.* Interdum dicitur *ἁμιλλᾶσθαί τινι* pro *πρός τινα*. Aliquando cum dativo instrumentali, ut, *ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις*, equestri certamine contendentes. ¶ *Ἁμιλλῶμαι πρὸς τοῦτο*, enitor ad hoc, certatim contendo ad hoc. Isocr. in Areop. ¶ Pro æmulari, id est, invidere, poni videtur apud Greg. cum dativo, inquit Bud.

Ἁμίλλημα, τὸ, certatio, contentio. [Soph. Elect. 495. *ἄλεκτρ', ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήμαθ' οἷσιν οὐ θέμις.*]

Ἁμιλλητὴρ, ῆρος, ὁ, certator. Soph. in Antig. *Ἁμιλλητήριος, ου, ὁ καὶ ἡ*, q. d. certatorius, certativus: ut, *ἁμιλλητήριοι ἵπποι*, apud Aristidem, certatores equi.

Ἁμιλλητήριον, ου, τὸ, locus in quo certatur. Suid.

Composita.

Ἀναμίλλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo certamen et contentio non est, non controversus, exp. et non contentiosus.

Ἀνθάμιλλος, qui alicui in contentione seu certamine adversarius est, æmulus. [Lycophr. Alex. 428. *Ὅτ' εἰς ὀλυνθῶν δῆριν ἑλκύσας σοφὴν Τὸν ἀνθάμιλλον*, &c. Eurip. Ion. 605. *Οἱ τὰς πόλεις ἔχουσι, κἀξιώματα, Τοῖς ἀνθαμίλλοις εἰσὶ πολεμιώτατοι.*]

Ἀνθαμιλλᾶσθαι, dicitur qui in certamine seu contentione alicui se opponit, et *ἀνταγωνίζεται*, ut apud Xen. Hell. 6.

Διαμιλλάομαι, ῶμαι, decerto et contendo cum. Plut. in Themistocle, *διαμιλλώμενος τῷ Κίμωνι περὶ δεῖπνα.*

Ἐνάμιλλος, certans et contendens cum, non cedens, par, respondens ex æquo, seu contendendus, comparandus, Aristot. Pol. 3.

Ἐναμίλλως, ita ut contendi et comparari in certamine possim, pariter. Isocr. in Panath.

Ἐξαμιλλάομαι, ῶμαι, per contentionem exigo seu ejicio, vel in certamine expello. Eurip. *Τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς;* exp. *ἐλαύνουσι*. [Orest. 431. cui Exemplo addantur, 38. *αἵ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.* Helen. 394. 1487. *ὃν ἐξαμιλλησάμενος τρόχῳ τέρμονι δισκοῦ ἔκανε Φοῖβος*, &c.]

Ἐφάμιλλος, de quo certatur, ob quod contenditur, apud Dem. pro cor. Item, par, æqualis in certamine et contentione. Isocr. ad Dem. *ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι*, ut sis patris studiorum æmulus. Ut apud Dem. in Epit. *φιλοτιμία ἐφάμιλλος*. Et Isocr. in Hell. enc. *ἐφάμιλλον τὴν ἑαυτοῦ δόξαν πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησε.* Sic *τὸ ἐφάμιλλον*, dicitur paritas et æqualitas in aliquo certamine, apud Plut. et Isocr.

Ἰσάμιλλος, in contentione par, æqualis in certamine. [Anth. Ep. Gr.]

Παράμιλλος, citra certamen victor.

ἈΜΙ`Σ, *ίδος, ἡ*, matula seu matella, vas urinarium. Suid. ex Arist. Legitur et apud Athenæum, lib. 1. Eustathius ab antiquis Atticis aspiratum fuisse ait. (*Ἀμὶς* pro navi accipere videtur Æschylus. Suppl. 849. 854.)

Σκωραμὶς, ίδος, ἡ, vas in quo ventris onus deponitur, Aristoph. in Concion.

ἌΜΜΙ, *εως, τὸ*, nomen seminis cujusdam cumino minoris, de quo Diosc. l. 3. c. 7. et Plin. l. 20. c. 15. ¶ *Ἄμμι* etiam et *ἄμμιν* Æolicè dicitur, nobis.

ἌΜΜΙΟΝ, *ου, τὸ*, minium. Diosc. l. 5. c. 110. ubi tamen quidam legunt *ἀμμίνιον*.

ἌΜΝΙΟΝ, *ου, τὸ*, membrana fœtui proxima, ipsum totum à vertice ad imos pedes involvens. Vide Gal. et Theophilum anatom. lib. 5. c. 18. et Poll. ¶ Quidam ab *ἀμνὸς*, ab ejus videlicet mollitie seu teneritudine: alii à *μένος* deduxerunt, ut sit quasi *τὸ ἄνευ μένους*. ¶ Eustath. Od. *γ´*. *ἀμνίον* dici scribit, vas quo jugulati animantis sanguis excipitur, quasi *ἀμένιόν τι ὄν*, hoc est, *μένους* sive *αἵματος στεγαστικόν*. Cretenses verò *ἄμνιον* dicere *ἀγγεῖον εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν ἱερείων ἐδέχοντο, αἱμνιόν τι ὄν, παρὰ τὸ αἷμα.*

ἈΜΝΟ`Σ, *οῦ, ὁ*, agnus. *ἀμνὸς κεράστης*, apud Nic. in Alex. Atticè aspirari scribit Eust. [Arist. Pac. 934. *Ὥστ' ἐσόμεθα ἀλλήλοισιν ἀμνοὶ τοὺς τρόπους.* Schol. *Εὐηθεῖς, δειλοί, ὡς οἱ κριοί, ἢ πρᾳεῖς, καὶ μαλακοί. τὸ γὰρ ἄῤῥεν πρόβατον, ὅταν ἔχῃ τὴν μέσην ἡλικίαν, ἀμνὸς καλεῖται. οἱ δὲ τὸν ἐνιαύσιον ἄρνα, ἀμνὸν καλοῦσιν.*] Etym. à *μένος* deducit, præfixo *α* privativo, ut dicatur quasi *ἄμενος*. vel à *μνοῦς*, significante mollem pilum, seu tenerrimam et mollissimam lanam, cum qua nascitur; ut sit, *ὁ ἐστερημένος τῶν νηπίων τριχῶν*.

Ἀμνὴ, ἡ, agna. Orph. Argon. *ἐπ' αὐτῷ δὲ γλάγος ἀμνῆς.* Scribitur et *ἄμνη*.

Ἀμνὶς, ίδος, ἡ, et *Ἀμνὰς, άδος, ἡ*, idem quod *ἀμνὴ*, id est, agna. Theocr.

Ἀμνειὸς, οῦ, ὁ, idem quod *ἀμνὸς*, agnus.

(*Ἀμνειός.* adj. Theoc. *κδ´*. 61.)

Ἄμναμος, ου, ὁ, nepos. Suidas et Etym. propriè dici volunt de ovibus, utpote derivatum ab *ἀμνός*. Pollux l. 3. c. 2. poëticum esse ait.

ἈΜΟ´ΡΑ, exp. similago cocta cum melle, opus pistorium ex melle. Athen. l. 14.

Ἀμορίτης ἄρτος, panis ex similagine cocta cum melle, panis mellitus, dulciarius. Paralip. l. 1. c. 14.

ἈΜΟΡΒΟ`Σ, *οῦ, ὁ*, pro diversa signif. diversam habet etymologiam. Exponitur enim *σκοτεινὸς*, tenebricosus, obscurus. In qua signif. scholiastes Nicandri esse ait *παρὰ τὴν ὄρφνην*, exempto *ν* et verso *φ* in *β*: vel ex *ἄμορφος*, mutato accentu et *φ* itidem in *β* converso. ¶ Exponitur et *ἀκόλουθος*, comes, assecla, sectator, *παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι*, inquit schol. Callim. Et, pastor, Nicand. in Ther. Suidæ *ἀμορβὸς* est *ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν*, mutatione unius literæ ex *ἀμορμός*. Callim. hym. in Dian. *Οὕνεκα θυγατέρας Ἀντικλεῖ πέμπειν ἀμορβούς.*

Derivata ex ἀμορβὸς, id est, σκοτεινός.

Ἀμορβαῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, tenebricosus, obscurus. Exp. et *βουκολικὸς* seu *ποιμενικός*. Nic. in Ther. *ἀμορβαίους τε χαράδρας*.

Ἀμορβὴς et *ἀμορβὶς*, significat mediam noctem, teste Etym. qui ex *ὄρφνη* derivatum ait, quasi *ἀμορφνής*.

Derivata ex ἄμορβος, id est, ἀκόλουθος.

Ἀμορβὰς, άδος, ἡ, pedissequa, sectatrix, comes. Apoll. Rhod. Arg. lib. 3. *Τῇ δ' ἅμα νύμφαι ἕπονται ἀμορβάδες.*

Ἀμορβεύω, sequor, assector. Nicand. *Βουκαῖοι ζυγέεσσιν ἀμορβεύουσιν ὀρήων.* Idem in Ther. *Ναυθεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορβεύοντο λιπάργῳ Δᾶρα.* Vide schol.

Ἀμορμεύω etiam dicitur pro eodem: item, *ἀμορμεύομαι*, sequor, comitor, unà proficiscor; unde in Epigr. *ἀμορμεύεσκε* pro *συνοδοιπόρει*. * Codicis vitium pro *ἀμορβεύεσκε*.*

Ἀμορβεὺς, exp. pastor, apud Oppian. lib. 3. de venat. *φῶτες ἀμορβῆες*. potest tamen etiam exponi, sequaces.

ἈΜΟ`Σ, *οῦ, ὁ*, unus, aliquis. Esse Ionicæ vel Doricæ dialecti tradit Eust. Od. *ά*. ¶ Doricè pro *ἡμέτερος*, apud poëtas. ¶ *Ἆμος* autem, id est, quando, vide in *Ἦμος*.

Ἀμόθεν, alicunde, apud Hom. Od. *ί*. et Plat. 1. de leg. 7. [Thucyd. Hist. lib. 5. §. 77. *ἀλεξέμεναι ἀμόθι βουλευσαμένους ὅπα καὶ δικαιότατα δοκῇ τοῖς Πελοποννασίοις.*]

Ἀμῆ, et *ἀμῶς*, et *ἀμοί*, quæ composita cum aliis particulis usurpantur; ut, *ἀμηγέπη*, quodammodo, quadantenus, quoquo modo, vel quovis modo: ut Agathias apud Suidam, *ἔδοξέν οἱ ἀμηγέπη ἀποπειρᾶσθαι τοῦ φρουρίου.* [Plat. de Rep. lib. 5. *Ἴθι δὴ, ἀκολούθησόν μοι τῇδε, ἐὰν αὐτὸ ἀμηγέπη ἱκανῶς ἐξηγησώμεθα.*]

Ἀμωσγέπως, pro eodem, apud Plut. in Pericle.

Ἀμηγέπου, apud Aristoph. in Acharn. *Ὑμᾶς μὲν ἤδη μισθοφορεῖν ἀμηγέπου*, scholiastes exp. ubique, ubivis.

Ἀμηγέποι, quemcunque ad locum. Hesych.

Composita.

Μηδαμὸς, (tanquam *μηδ' ἀμὸς*) ne unus quidem, nullus, Herod.

Μηδαμοῦ, nusquam, nullo in loco. Luc. † Aristoph. Nub. 752.†

Μηδαμόσε, nusquam, nullo in loco.

Μηδαμόθι, idem.

Μηδαμόθεν, nullo ex loco, nulla ex parte.

Μηδαμῆ, nusquam, nulla in parte. † Xen. Pæd. l. 5. p. 140. c.† (Æsch. Prom. 58.)

* *Μήδαμα*. idem. Æsch. Pers.*

Μηδαμῶς, nullatenus, nullo modo. † Xen. Pæd. l. 3. p. 81. b.† Interdum dicitur *μηδαμῆ μηδαμῶς*, et tunc vehementia significationi additur.

Μηδαμινὸς, qui nullius est pretii, Hesych.

Οὐδαμὸς quasi *οὐδ' ἀμὸς*, ne unus quidem, nullus; idem quod *μηδαμὸς*, unde apud Herodot. *οὐδαμοὶ* pro *οὐδέτινες*. Et genit. *οὐδαμῶν ἀνθρώπων*.

[*Οὐδαμᾶ*. Herodot. Hist. lib. 3. *ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμᾶ ὑσθεῖσαι*, &c.]

Οὐδαμοῦ idem quod *μηδαμοῦ* apud Lucian. † Aristoph. Nub. 1422.† dicitur et *οὐδαμοῦ γῆς*, apud Aristidem. (Soph. Œdip. Tyr. 573.)

Οὐδαμόσε, idem quod *μηδαμόσε*.

Οὐδαμόθι, idem quod μηδαμόθι. Dicitur et οὐδαμόθι τῆς γῆς apud Luc. ut Lat. nusquam terrarum.

Οὐδαμόθεν, idem quod μηδαμόθεν: ut, οὐκ ἄλλοθεν οὐδαμόθεν, Demosth. ex nullo alio loco.

Οὐδαμῆ, idem quod μηδαμῆ, nusquam, apud Dionys. Areopag. (Æsch. Prom. 256.) Hinc οὐδαμῆ ἄλλῃ, nusquam alibi. Sæpius sig. nullatenus, nullo modo. Plato de rep. l. 1. τοῦτο μὲν οὐδαμῆ συγχωρῶ. Dicitur et οὐδαμῆ οὐδαμῶς.

Οὐδαμῶς, idem quod μηδαμῶς, Xen. Sæpe etiam dicitur οὐδαμῆ οὐδαμῶς. ¶ Accipitur et pro, nequaquam, minimè.

Οὐδαμινὸς, οῦ, ὁ, qui nullius est pretii, contemptus, qui nullo habetur loco. Dicitur etiam aliquid οὐδαμινὸν, apud Chrysost. et οὐδαμινέστερον apud eundem.

ἌΜΠΕΛΟΣ, ου, ἡ, vitis, vinea. Od. ι'. ἠδ' ἄμπελοι αἵτε φέρουσιν οἶνον ἐριστάφυλον. Apud Diosc. ἄμπελος οἰνοφόρος, ἄμπελος λευκὴ, ἄμπελος μέλαινα.

Ἀμπέλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, viteus, vitigineus, vinealis: ut, ἀμπέλινα φύλλα, Arist. apud Herodot. οἶνος ἀμπέλινος, et ἀμπέλινος καρπός.

Ἀμπέλειος, idem: ut, ἀμπέλειος βότρυς.

Ἀμπελόεις, εντος, ὁ, vitifer, vineas habens. Ἀμπελόεσσα γῆ et ἀμπελόεν πεδίον, solum vitibus consitum, vinetum.

Ἀμπελῖτις γῆ, vinealis terra, quæ et φαρμακῖτις: ut citatur ex Diosc. lib. 5. cap. 173. Sic dicta quòd adversus innascentes vitibus vermes illini soleat.

Ἀμπέλιον, ου, τὸ, viticula, apud Aristoph. [Acharn. 511. Κἀμοὶ γάρ ἐστιν ἀμπέλια κεκομμένα. excisæ sunt vineæ. Pac. 596.]

Ἀμπελιὼν, ῶνος, ὁ, vinetum, vitibus consitus locus. Pro eodem dicitur et ἀμπελεὼν, Atticè. *imo potius ἀμπελών.*

Ἀμπελὶς, ίδος, ἡ, avis quædam, cujus meminit Aristoph. [Acharn. 994. Πρῶτα μὲν ἂν, ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν.] et Poll. lib. 6. Eadem dicitur et ἀμπελιὼν, ῶνος, ὁ, Poll. l. 6. c. 9.

Composita.

Ἀγριάμπελος, q. d. ἀγρία ἄμπελος, labrusca.

Εὐάμπελος, pulchrè vitibus consitus, bonas habens vites. Strab.

Κατάμπελος, vitibus consitus, vites producens. [Strab. Geog. lib. 4.]

Κισσάμπελος, herba quædam, de qua vide Diosc.

Ξηραμπέλινος: ut, ξηραμπέλινος χιτὼν, colorem habens vitibus arefactis simillimum. vide Suid.

Πολυάμπελος, vitibus abundans.

Ὑπάμπελος, vitibus consitus. In novell. const.

ἈΜΠΡΟ'Ν, οῦ, τὸ, ‡ et ἄμπρος,‡ propriè dicitur τὸ ἕλκον τοὺς βόας σχοινίον, veluti ἀμπερόν τι ὂν καὶ διαμπερὲς τῶν ζυγῶν δεδεμένον, inquit Etym. qui tamen addit, ita etiam dici posse lignum quod jumentorum cervicibus imponitur. Hesychio, Eust. et Suidæ, est funis per juga tentus, ad quem jugatis bobus magna onera curribus imposita trahuntur. Helcium vocat Apuleius, unde helciarii, qui funibus veluti boves jugati onera trahunt.

Ἀμπρεύω, traho more boum seu jumentorum τῷ ἀμπρῷ προσδεδεμένων. Sic usurpavit Callim. teste Etymol. Itidemque Lycophron dixit, Ἄχλαινον ἀμπρεύσουσιν ἤλιτοι βίον, nudam trahent stulti vitam. Abusivè dicitur etiam pro bajulare et succollare, inquit Budæus.

Συναμπρεύω, unà traho, ut jumenta trahunt plaustrum, in trahendo adjuvo. Aristot. hist. an. l. 6. et Plut. in Cat. majore.

ἌΜΠΥΞ, υκος, ὁ vel ἡ, teste Eust. dicitur catena seu funiculus auratus, quo comæ in equorum frontibus sparsæ colligantur. (Æschyl. Suppl. 438.) Tribuitur etiam mulieribus, ut idem testatur, et sic nominatum fuit vinculum illud quo constringebantur fluxi crines, et vitta, quæ comis jam colligatis superinducebatur: διὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας, eò quòd cohibeat crines, teste Eust. ut Il. χ'. Τῆλε γ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα, Ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε, ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην. Idem Eust. rursum addit, ἄμπυκας dici κατὰ μεταφορὰν in equis fræna: idem tradit Suid. et Hesych. et Schol. Eurip. in Hecuba. ¶ Metaphoricè etiam ἄμπυξ à Sophocle in Philoctete dicitur rota, διὰ τὸ κυκλοτερές. Aristoph. schol. ἄμπυκα generalius etiam dici ait τὸ περιέχον: et apud ipsum comicum ita dici operculum vasis, παρὰ τὸ σκεπάζειν καὶ καλύπτειν τὸν οἶνον, sed καταχρηστικῶς. Locus est in Acharn.

Ἀμπυκτῆρες, idem quod ἄμπυκες, et quidem peculiariter in equis, apud Æschylum, in tragœdia quæ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις inscribitur, ubi vide schol. Ἀμπυκτήρια φάλαρα, apud Soph. in Œdipo Coloneo vocantur phaleræ, vel ipsi ἄμπυκες seu ἀμπυκτῆρες. ‡ v. 1068.‡

Ἀμπυκίται, aff. pro διαδήματα.

Ἀμπυκάζειν, religare, item frænare, et coronare. Eust.

Ἀμπυκίζειν, Eust. annotat dici τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας, idque ipsum sua ætate usurpatum fuisse pro, τὰς ἐμπροσθίας τρίχας ἀναδεῖν, hoc est, antias et capronas (ita enim dicuntur anteriores crines qui in faciem defluunt) religare et adstrictos tenere.

Composita.

Ἀνάμπυξ, non habens ἄμπυκα. Callim. [Hym. in Cer. 125. Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες. Sine vittis. Vide omnino Spanhem. Observ. ad loc.]

Ἑλικάμπυξ Σεμέλη, crines auro nodans. Pind.

Κυανάμπυξ, cæruleum habens ἄμπυκα. Theocr.

Λευκάμπυξ, albas vittas habens. Oppian. lib. 4. Hal.

Λιπαράμπυκα Θασίαν, Aristoph. in Acharn. ‡ 671.‡ vocat lagenam seu phialam vini Thasii. [Pind. Nem. Od. Ζ. 22. Εἰ Μναμοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος Εὕρηται τις ἄποινα μόχθων, &c.]

Μονάμπυκες πῶλοι unum tantùm habentes ἄμπυκα singuli. Euripides ita vocare dicitur τοὺς κέλητας. [Alcest. 428. καὶ μονάμπυκας Πώλους σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην. Suppl. 586. 680. Μοναμπύκων, quod etiam a Μονάμπυκος deduci potest.]

[Μοναμπυκία. Pind. Olymp. Od. V. 15. Ἵπποις, ἡμιονοῖς τε μοναμπυκίᾳ τε. Schol. μονοχαλίνῳ.]

[Μονάμπυκος. Eurip. Helen. 1583. Μονάμπυκον δὲ Μενέλεως ψήχων δέρην, &c.]

Παραμπύκια, Eustath. annotat vulgarem linguam solere dicere ἐπὶ τριχῶν.

Παραμπυκίζειν, idem Eust. inveniri ait pro, crines implicare.

Χρυσάμπυξ, habens vinculum vel reticulum ex auro, ad cohibendos et constringendos crines ne diffluant et latiùs spargantur: item aureis frænis insignis (de equo dictum.) Vide Eustathium. † Hes. Th. 916. V. ibi Grævius.†

ἈΜΥΓΔΑΛΕ'Α, et Ionicè ἀμυγδαλέη, et per contract. ἀμυγδαλῆ, amygdalus seu amygdala arbor, quæ et nux Græca dicitur. Diosc. lib. 1. cap. 177. Etymon vide in ἀμυγδάλη. Eadem dicitur et ἀμύγδαλος, ου, ἡ, apud Luc.

Ἀμυγδάλη, fructus illius arboris, qui et ἀμύγδαλον, à Latinis itidem amygdala et amygdalum nominatus. Diosc. Vocatas τὰς ἀμυγδάλας Herodian. gram. ait, παρὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλὰς, teste Athenæo, lib. 2. Sic Etym.

Ἀμυγδάλινος, ου, ὁ, amygdalinus; hoc est, confectus ex amygdalis: ut, ἀμυγδάλινον ἔλαιον, apud Diosc. l. 1. c. 39.

Ἀμυγδαλὶς, ίδος, ἡ, idem quod ἀμυγδάλη, amygdalum, fructus amygdalinæ arboris. Plut. in Symp. 1. probl. 6.

Ἀμυγδαλίτης, ου, ὁ, amygdalites, aliquam similitudinem habens cum amygdala. Plin. l. 26. c. 8.

Ἀμύγδαλον, ου, τὸ, amygdalum, fructus amygdalinæ arboris, qui et ἀμυγδάλη. apud Athen. lib. 2. et Theophr. et Diosc.

Ἀμυγδαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, amygdalæ speciem gerens.

Ἀμυγδαλόεις, εντος, ὁ, idem. Nicand.

ἈΜΥΔΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, obscurus, subobscurus, vix apparens, exilis, tenuis, idem quod ἀμαυρός. Nicand. in Ther. τυπῆσιν ἀμυδροτέρῃσιν ἰάπτει, obscurioribus et exilioribus ictibus. Idem, de aspide, ἀμυδρότερον δάκος ἄλλων, exilius et tenuius cæteris venenatis serpentibus. Ἀμυδρὸν φῶς, lux obscura et cæca, quæ non multum ab ipsis differt tenebris. Sic Thuc. lib. 6. ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε, obscuris literis quæ vetustate attritæ et exesæ vix apparent. Et Philo de mundo, τὸ ἐκμαγεῖον φυλάττει παρ' ἑαυτῇ, μέχρις ἂν ἡ ἀντίπαλος τῇ μνήμῃ τὸν τύπον λεάνασα λήθη, ἀμυδρὸν ἐργάσηται ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ. Plutarchus copulatè dicit ἀλαμπὲς καὶ ἀμυδρόν: item ἀμυδρὸν καὶ δυσφάνταστον. Itidemque Greg. ἀμυδρὰν καὶ ἀστήνη φαντασίαν. Ἐλπὶς ἀμυδρὰ, obscura et cujus aliquæ adhuc exstant reliquiæ. Plutarch. in Alcib. metaphora sumpta ab iis quorum levia adhuc cernuntur vestigia, At ἄμυδροι τόποι eidem sunt οἱ κάθυγροι καὶ ἄγαν ῥέοντες. παρὰ τὸ μυρεῖν, (inquit) ὅ ἐστι ῥεῖν. Pro quo habetur ἄμυροι, apud Etym. et apud Hesych.

Ἀμυδρὸν et ἀμυδρῶς, obscurè, exiliter: ut quum ἀμυδρὸν seu ἀμυδρῶς βλέπειν dicitur, quod et ἀμαυρὸν seu ἀμαυρῶς ὁρᾷν. [Aristot. de Hist. Animal. lib. 2. c. 8. τοῦτο δὲ ἐπ' ἄκρου σκληρότερον, κακῶς καὶ ἀμυδρῶς μιμούμενον πτερνήν.]

Ἀμυδρόω, ῶ, obscuro, hebeto: unde ἀμυδρούμενος, apud Dion. Areopag. hebescens, deficiens.

Ἀμύδρωσις, εως, ἡ, obscuratio, hebetatio, ἀμαύρωσις. Gal.

Ἀμυδρόεις, εντος, ὁ, idem quod ἀμυδρός. Nicand.

Ἀμυδρότης, ἡ, languidum ac invalidum esse. Gal. de pulsib.

(ἈΜΥΚΛΑ, genus calceorum. Theoc. Idyll. ι. 35. Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας. Ego vero habitu ornatus, et novis in utroque pede calceis. (Ubi Schol. Ἀμύκλαι, εἶδος ὑποδήματος.)

(Ἀμυκλαΐζω. more Amycleorum loqui. Theoc. ιβ'. 13.)

ἈΜΥ'ΜΩΝ, ονος, ὁ καὶ ἡ, dictum putatur quasi ἀμύγμων, ut sit ὁ μὴ ἔχων τὶ μυγμῆς, hoc est, τοῦ διὰ μυκτήρων ἤχου, quo irridere aliquem solemus et subsannare: aliis etiam dictum volentibus quasi ἀμώμων. Utut sit, significat eum in quo nihil culpari reprehendique potest, nihil derideri et subsannari. Unde ab Hesych. quoque et Suid. exp. ἀμώμητος, ἄψογος, ἀμεμπτος. Od. ξ'. Ὦ γέρον αἶνος μέν τοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας. Od. τ'. Ὃς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀμύμονα εἰδῇ; Τοῦ μέν τε κλέος εὐρὺ διὰ ξεῖνοι φορέουσι. Apud eundem sæpe propriis nominibus junctum legitur, et tunc exponi potest etiam, laudabilis, aut laudatissimus, celeber, præclarus, ut Il. ζ'. ἀμύμων Βελλεροφόντης. Od. ύ. Ὀδυσῆος ἀμύμονος. † Vide Clericum ad Hesiod. Theog. 263.† Exponi potest etiam, egregius, strenuus, ut Iliad. ι. ἀμύμονά τε κρατερόν τε. Opus quoque aliquod ἄμυμον dicitur, elegans, scitum, ut Il. ι. Δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας. Affertur et ex Dionys. de situ orbis, pro pulchro et præclaro. ¶ Apud Hom. Od. ι. Θεῶν ἀμύμονι πομπῇ exp. faustis deorum auspiciis, bono ductu.

ἈΜΥ'ΝΩ, auxilior, opem fero, suppetias eo, succurro, aliquem defendo, vel ab injuria defendo. (Æsch. Ag. 102. Eurip. Phœniss. 643. Soph. Œdip. Tyr. 914.) Iliad. φ'. αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί. Et ibidem, Τρωσὶ παριστάμεναι καὶ ἀμύνειν. Isocr. ἧκον ὑμῖν ἀμυνοῦντες, venerunt vobis auxiliaturi, venerunt vobis suppetias. Xenoph. Pæd. 3. μὴ φεύγειν καταλιπόντας αὐτὰς, ἀλλ' ἀμῦναι καὶ τέκνοις καὶ ἑαυταῖς καὶ σφίσιν αὐτοῖς. ¶ Item propello, propulso, arceo, passim apud Hom. cum accus. et dat. ut Odyss. ϑ': Ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ, ab urbe et liberis arcens crudelem diem, vel propulsans. Sic Il. ι. ἀμύνειν νηυσὶ θοῇσι Πῦρ ἐθέλεις, arcere vis ignem à navibus, defendere naves ab igni. Aliquando pro dat. ponitur genitivus. ut Il. δ'. αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει, et Iliad. ό. Τρῶας ἄμυνε νεῶν. Interdum additur præpositio, ut Od. ρ'. ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. Sic et apud Apoll. Arg. 1. ἀπὸ μητρὸς ἄμυνον λώβην. † Sic Hesiod. Asp. 240. ὑπό.† ¶ Item ulciscor, ut, ἀμύνω περὶ σοῦ τεθνηκότος, ulciscor te mortuum, ulciscor mortem tuam, q. d. propugno pro te mortuo.

Ἀμύνομαι, dimico pro, propugno pro, tueor, defendo. (Soph. Tr. 282. Æschyl. Ag. 1390.) Apud poëtas aliquando cum genitivo, ut, νηῶν ἀμύνοντο. Il. μ'. Et cum accusativo, ut Il. ρ'. ἀμύνεσθαι στίχας ἀνδρῶν. Aliquando cum præpos. περὶ, ut, ἀμύνεσθαι περὶ πατρίδος, pugnare pro patria. Sic Il. σ'. Οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νέκυος περὶ τεθνειῶτος. In prosa etiam sic usurpatur. Cum præpositione ὑπὲρ, ut apud Plut. ἀμυνόμενοι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Sic et apud Dem. et Xen. Cum præpos. πρὸς, ut, ἀμύνομαι πρὸς τῆς ἀδελφῆς, pro sorore pugno, sororem defendo, apud Plut. in Problem. Et cum accusativo, ut, ἀμύνομαι τὴν Ἑλλάδα, apud Plat. de legibus. Pro Græcia dimico vel pugno, Græciam tueor, vel defendo. ¶ Item, injuriam propulso, vim arceo, resisto, tueor me adversus aliquem. Cum accusativo, Xen. ὅπλα κτῶνται οἷς ἀμύνονται τοὺς ἀδικοῦντας, habent arma, quibus injuriam inferentibus resistunt, vel injuriam illatam propulsant. Sic ἀμύνομαι τοὺς ἐπιτιθέντας, tueor me adversus eos qui me adoriuntur. ¶ Item ulciscor. † πολεμίους ἀντί τινος πράγματος Xen. Pæd. l. 5. p. 136. e.† Cum accusativo, ut Hom. Odyss. μ'. Τὴν δέ κ' ἀμυναίμην. Demosth. Phil. 3. ἢ ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾶστα αὐτὸν ἀμυνούμεθα, tutissimè et facillimè ipsum ulciscemur. Herodianus, τὸν ἐχθρὸν ἠμυνάμην. Dicitur etiam ἀμύνομαί σε ὑπὲρ τούτου. Isocrates ad Philipp. ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτοὺς, ulcisci eos ob injurias quibus nos affecerunt, vel pœnas ab eis reposcere injuriarum. Dicitur et ἀμύνομαί σε τούτου, ut apud Lucianum, ἀμύνομαί σε τοῦ γέλωτος, ulciscor te ob risum, vel vicem reddo tuo risui. ¶ Item arceo, propello, propulso: ut, ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ. Iliad. λ'. et ν'. Sic apud Plutarchum in Publicola, οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, hic stans pro ponte hostes arcebat. ¶ In bonam etiam partem sumitur pro ἀμείβεσθαι, ut ἀμύνεσθαι τοῖς ἴσοις, par pari referre, apud Aristot. in Probl. Sic et apud Thuc. ἀμύνεσθαι τοῖς ὁμοίοις. † ἀμυντέον. verbale Xen. Pæd. p. 230. d.†

Ἀμυνάθω, Atticè pro ἀμύνω: ut, διωκάθω pro διώκω. (Æsch. Eum. 441.) Aristoph. in Nebulis, ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ, opem ferte mihi vapulanti. [1326. ubi pro Ἀμυνάθετέ μοι, Kusterus legit Ἀμύνατέ γέ μοι. Eurip. Androm. 721. Ἦ, μὴ ξίφος λαβοῦσ' ἀμυνάθοιτό σε. 1079. εἰ καὶ σοῖς φίλοις ἀμυνάθειν Χρῄζεις τὸ πραχθέν. Soph. Œd. Col. 1068. αἱ δὲ ξυμφοραὶ αὐτοῦ πανώλεις, ἄξιαι δ' ἀμυνάθειν.]

Ἄμυνα, ης, ἡ, ultio, vindicta, propulsatio injuriæ. Aliquando absolutè ponitur: nonnunquam cum genitivo, ut Alexander Aphrod. πρὸς ἄμυναν τῶν ἀδικούντων. Item gratiæ relatio, beneficii compensatio, retributio. Suid. Eust.

Ἀμυνίας, ου, ὁ, pro ἀμυντικὸς, Hesychius et Suid. Hinc ἀμυνίας θυμὸς, apud Comicum, inquit Eustath. animus ultionis cupidus, vel ulciscendi.

Ἀμυντικὸς, οῦ, ὁ, ad injuriam propulsandam aptus, instructus ad defensionem. ἀμυντικὴ δύναμις ἡ περὶ τοὺς πονηρούς. Plat. in Epist.

Ἀμύντωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, auxiliator, vel ultor. Iliad. ό. ἀμύντωρ Ζεύς. Od. π'. Καὶ φράσαι εἰ καὶ νῶϊν Ἀθήνη σὺν Διὶ πατρὶ Ἀρκέσει, ἦέ τιν' ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω. ¶ Cum genit. propulsator, expulsor: ut Simonides οἶνον dixit esse ἀμύντορα δυσφροσυνάων.

Ἀμυντὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod ἀμύντωρ, auxiliator vel ultor, vel propulsator. ¶ Item pars cornu cervini, apud Aristot. in 6. de hist. an. ut in suo lexico Budæus scribit.

Ἀμυντήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. auxiliatorius, propulsatorius, expulsorius. ἀμυντήριοι ὀδόντες, exp. dentes execti serrativè: sic dicuntur quasi ad vim propulsandam apti.

Ἀμυντήρια ὅπλα apud Diodorum, arma, quibus vis repellitur.

Composita.

Ἀνταμύνομαι, vicissim auxilior. [Soph. Antig. 654. ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς, &c. Thucyd. Hist. lib. 4. §. 19. ὀφείλων γὰρ ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνεσθαι ὡς βιασθεὶς, ἀλλ' ἀνταποδοῦναι ἀρετὴν, &c.]

Ἀπαμύνω, propulso, propello, arceo: ut Il. ά. ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Sic et apud Herodot. ἀπαμύνειν σφι τὰ κακά.

Ἀπαμύνομαι, injuriam propulso, resisto, ulciscor hostem. Od. π'. et λ'. et apud Basil.

Ἐξαμύνομαι, defendo, tueor. Aff. ex Eurip. (Æsch. Prom. 481.)

Ἐπαμύνω, defendo ab injuria, auxilior, succurro. Cum dat. apud Isocr. ¶ In Epigr. τὴν δολίην ἐπάμυνον, exp. ulciscebar. (Aristoph. R. 1399.)

Ἐπαμύντωρ, idem quod ἀμύντωρ. [Orph. de Lapid.]

Περιαμύνω, protego et defendo è circumstantibus periculis. Plut. in Alcib.

Προαμύνω, ut, προαμύνω σου, q. d. ἀμύνω πρὸ σοῦ, protego te. [Thucyd. Hist. Lib. 3. ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν, καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι.]

Προσαμύνω, vel προσαμύνομαι, insuper auxilior. Il. β'. et Plut. in Romulo.

Συναμύνω, unà opitulor. Eurip. [Iph. in Aul. 62.]

Χειμάμυνα, hyemis injuriam arcens. Ita dicitur læna quædam crassa, quam Homerus ἀλεξάνεμον vocat, inquit Eust.

ἈΜΥ'ΣΣΩ, vel Ἀμύττω, F. ξω, rado unguibus, vellico, lacero, discerpo, carpo. (Æsch. Pers. 161.) Proverbium est apud Suidam, μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθοὺς, probos ne spina quidem vellicaverit, aut punxerit. Il. τ'.—— χερσὶ δ' ἄμυσσε Στήθεά τ' ἠδ' ἀπαλὴν δειρὴν ἰδὲ καλὰ πρόσωπα. ☞ Ab αἷμα, inquit Etymolog. fit αἱμάσσω, et mutato α in υ, ἀμύσσω. ¶ Exponitur etiam lancino. Item (inquit Budæus) scarifico. Pollux, οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ ἀμύσσειν, ὃ οἱ νῦν κατασχάζειν. Item, metaphoricè, animum exulcero, sancio animum alicujus, apud Basilium. Æschines in epistolis, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόμνημα ἔχειν ὃ τὴν γνώμην ἀμύξει, quòd mentem exulceret (dolorem videlicet refricando.) Homerus Iliad. ά. σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις.

(Ἀμύσσομαι. pass. Æsch. Pers. 115.)

Ἄμυγμα, ατος, τὸ, laniatus et laceratio cutis, propriè. Soph. verò dixit etiam πολιᾶς ἀμύγματα χαίτας, pro, vellicatus seu evulsiones canæ comæ. [Aj. 643. Eurip. Androm. 826. Σπάραγμα κόμας, ὀνύχων τε δάϊ' ἀμύγματα θήσομαι. Schol. σπαράγματα, ξύσματα.] Idem et ἀμυχὴ dicitur.

Ἄμυξις, εως, ἡ, vellicatio, laniatio, laceratio. [Orph. Arg. v. 24.] Item scarificatio.

Ἄμυξ, υχος, ἡ, idem quod ἄμυξις.

Ἀμὺξ, adverb, q. d. vellicatim, discerptim. Nicand.

Ἀμυκτικὸς, οῦ, ὁ, vim habens dilacerandi et dilaniandi. Cæl. Aurel. Chron. l. 2. c. 6.

Ἀμυκτικῶς, idem quod ἀμύξ. Nic.

Ἀμυχὴ, ῆς, ἡ, idem quod ἄμυξις. Plut. ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν, i. lacerationes plangentium sustulit. ¶ Ἀμυχαὶ Dioscorid. interpretes parva hulcera sive hulcuscula vertunt, quidam hulcuscula cutis: ut l. 7. c. 3. οὐχ οὕτω δ' εὐλαβητέον τὰ μεγάλα τραύματα ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων, ὡς τὰ μικρὰ καὶ ταῖς ἀμυχαῖς ἐμφερῆ. Sunt et qui tubera liventia interpretentur.

[Ἀμυχιαῖος. Æschin. Dial. de Morte. τὸ δὲ σκῆνος τουτὶ πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις. ᾧ τὰ μὲν ἥδοντα ἀμυχιαῖα καὶ πτηνὰ καὶ πλείοσιν ὀδυναῖς ἀνακεκραμένα· τὰ δὲ ἀλγεινὰ ἀκραιφνῆ, &c. Vide Notam Cl. Clerici.]

Ἀμυχὶ, adverb. cum vellicatione, superficialiter: quasi radendo summam cutem.

Ἀμυχηδὸν, adverb. apud Etymologisten exp. ἄκροις δακτύλοις, primoribus digitis, vel summis digitis. Videtur tamen potius significare, in lacerationis aut vellicationis modum, aut per vellicationem, et quasi quis diceret, vellicatoriè seu vellicatim, discerptim.

Ἀμυγμὸς, idem quod ἄμυγμα, laceratio, laniatio: pro vulnere posuit Theocr. (κδ'. 124.)

Ἀμυχώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, similis ταῖς ἀμυχαῖς, in quo cutis veluti carpta ac vellicata unguibus videtur. Hippocr. Coac.progn. τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθήματα.

Ἀμυκαλαὶ, αἱ, cuspides jaculorum. παρὰ τὸ ἀμύσσειν, inquit Hesych.

Composita.

Ἀνήμυκτος, qui unguibus carptus scissusque non est: ὁ οὐκ ἠμυγμένος.

Καταμύσσω, lacero, laniatu saucio, perstringo. (Ita videlicet ut aratrum terram, et telum cutem perstringit leviterque sauciat, non profundum imprimens sulcum, quod et ξύειν dicitur.) Iliad. έ. Πρὸς χρυσῇ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν. Athen. l. 2. καταμυχθεὶς τὴν κνήμην ὑπὸ κυνοσβάτου.

Περιαμύσσω, sive Περιαμύττω, circumscarifico, circumcirca saucio. Metaphor. in Axiocho, δίος τι ποικίλος περιαμύττων τὸν νοῦν, saucians, lacerans.

ἈΜΦΑΜΙΩ͂ΤΑΙ, apud Cretenses vocabantur servi, quorum opera ruri utebantur, indigenæ quidem, sed bello capti. Ath. l. 6. et Eust.

ἈΜΦΙ', præpositio quæ variis casibus juncta varia significat.

Cum genit. significat, de. Od. θ'. Ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος ἐϋστεφάνου τ' Ἀφροδίτης. Luc. in Astrol. ἀμφί τι ἀστέρων ἡ γραφή. Item propter. Apoll. Arg. 1. τῆς δ' ἀμφὶ δύην ἐμόγησε βαρεῖαν, propter hanc, hujus causa vel gratia, hujus nomine. Item πρὸς, per, Apollon. Arg. 2. Φοίβου τ' ἀμφὶ καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης Λίσσομαι, oro atque obtestor per Phœbum. Item, ἀμφὶ πόλεως οἰκοῦσι, exp. circa urbem habitant. apud Herodot. (Cum genitivo, apud Æschyl. Ag. 1150. Suppl. 623. 812.) † δίκη ἀμφὶ τινός. Xen. Pæd. l. 3. p. 63. c.†

Cum dat. significat etiam περὶ, de. ut apud Sophoclem in Ajace, ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει, id est, περὶ τούτων. Sic et Herodotus, ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς ἐκφέρεται λόγος, de ejus morte duplex vulgatur fama. Od. ξ'. κακὴ φρεσὶν ἥνδανε βουλὴ Ἀμφ' ἐμοὶ, pro περὶ ἐμοῦ. Sic et ἀμφὶ βουλασίῃ et ἀμφὶ γάμῳ, apud eundem. Ponitur etiam pro, circa vel circum, idque frequentissima et maximè recepta significatione, præsertim apud poëtas. Hesiodus, Θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον. Hom. Od. ξ'.—— ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα. Apoll. Arg. 2. Ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθεντο, æreas galeas circum capita posuerunt, vel, capitibus circumposuerunt. † Aristoph. Nub. v. 595. ἀμφί μοι. circa vel ad me sc. veni. Scholiast: enim dicit λείπει τὸ ἴσο, ἢ τὸ χόρευσον.† Sic et apud Theocritum, ἀμφὶ στήθεσσι, circa pectus. Item propter: ut, ἀμφὶ φόβῳ, apud Euripidem scholiastes exponit, διὰ τὸν φόβον. Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι nonnulli exponunt, propter Helenam pugnare, vel Helenæ causa. Item pro κατὰ, contra. Sophoc. in Ajace, λόγους ἀνίσπα τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ, id est, κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως, adversus Ulyssem. (ἀμφὶ κρατί. V. Æschyl. S. c. Th. 161. Pers. 199. ἀμφ' Ἀθηναῖς. 718. Ag. 334. Eurip. Phœniss. 118. 1465.)

Cum accus. (apud prosæ scriptores potius quàm cum dativo) significat circa: ut, ἀμφὶ τὴν πόλιν, circa urbem. Apud Xenoph. Pæd. lib. 3. ἀμφὶ δεῖπνον εἶχε, circa cœnam occupatus erat. †l. 2. p. 42. c. τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον et p. 44. d. ἀμφὶ στράτευμα &c. ἀμφὶ στρατιωτικά.† Dicitur eodem sensu nonnunquam, εἶναι περί τι, et γίνεσθαι περί τι. Apud Thucydidem, τὰ ἀμφὶ ἄριστον quæ ad prandium pertinent. Οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, (subaudi ὄντες) pro ὁ Πρίαμος, Priamus. Iliad. γ'. Sic οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, Socrates. Sic et in obliquis casibus. Synesius, παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον καὶ Διονύσιον, pro παρὰ τοῦ ἑταίρου Παύλου καὶ Διονυσίου. Aliquando hac phrasi denotatur et homo et comitatus ejus: ut apud Thucydidem, οἱ ἀμφὶ Πείσανδρον, Pisander cum sociis. Sic οἱ ἀμφὶ Κῦρον, apud Xenophontem, Cyrus et ejus milites, vel, Cyri milites. †Pæd. 1. 4. 21. et l. 1. 3. 6. i. e. ministri.† Sic apud Platonem, οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, Orpheus et ejus sectatores: vel, Orphei sectatores. Item pro, circiter. † et additur σχεδὸν Xen. Pæd. l. 2. p. 39. d.† Lucian. ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους. Idem, ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη σοῦ ὄντος ἀπέθανον, quum annos esses natus circiter quinquaginta, vel, quum circa quinquagesimum esses annum. † et Xen. Pæd. 1. 2. 15. et 1. 4. 16. ἀμφὶ σκευασίαν ἔχειν. Xen. et ἀμφὶ αἰχμάλωτα ἔχειν Xen. Pæd. l. 5. p. 134. e. et ἀμφὶ δεῖπνον i. e. cœnare l. 5. p. 147. d. et ἀμφὶ ταῦτα hæc curare Xen. p. 151. e. διατριβὴ ἔσται ἀμφὶ ταῦτ' mora erit (fiet) circa illa. Xen. Pæd. p. 151. e. ἀμφί τινα alicui operam dare Xen. Pæd. p. 195. a. σχολὴν ἀμφί τινα vacare alicui. id. p. 195. b. οἱ ἀμφὶ Πρίαμον Priamus. V. Grævius ad Hes. Asp. v. 179. ubi notat articulum οἱ a poeta omissum. ὁ ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνος: hybernum tempus. Xen. Pæd. p. 223. b. etc. ἀμφὶ τὸ ἔαρ χρόνος: ver.† (Cum accus. finem indicat, ut ἀμφὶ λιτὰν, supplicandi gratiâ. Æsch. S. c. Th. 102. Eurip. Phœniss. 990. 1547. 1562. 1684.)

Ἀμφὶ περὶ, cum accus. positæ, ἐκ τοῦ παραλλήλου, pro alterutra sola. Il. β'. Ἀμφὶ περὶ κρήνην. Interdum περὶ præponitur, posita post ipsam particula τε, itemque post ἀμφί. ut Il. ρ'. περί τ' ἀμφί τε τάφρον. Sic Apoll. Arg. 2. ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται Ἀθάνατος. Suidas ἀμφὶ περὶ exp. ex utraque parte.

Ἀμφὶ pro περὶ et ἐν et ἐπὶ, et pro δύο, in compos. Eust.

(Ἀμφὶ ἐπὶ, ex utrâque parte. Theoc. κέ. 9.)

Ἀμφὶ, adverb. sine casu; ut et circùm Latinè aliquando. Exponitur et circumcirca. Apoll. Arg. 2. ἀμφὶ δὲ πλῆξ. ibidem,——ἀμφὶ δὲ Κόλχων Ἔθνεα ναιετάουσι.

Ἀμφὶς, (aliud adverb. ex ἀμφὶ præpositione factum, addita litera σ) utrinque, ab utraque parte. Iliad. ί. σιδηρείῳ ἄξονι ἀμφὶς, id est, ἀμφοτέρωθεν, inquit Eust. At Il. ά. Ἠ χ' ἵππους καὶ λαὸν ἐρυκάκει ἀμφὶς ἐοῦσα. ubi ἀμφὶς idem ait significare, vel, in circuitu, aut circumcirca: vel pro ἀμφὶ (circum) accipi: ut intelligatur, ἀμφὶ τὸ τεῖχος οὖσα. Apud Hesiodum in Erg. Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών. ¶ Item sine, seorsum. Cum Genit. ut, ἀμφὶς Διὸς, absque Jove, vel seorsum à Jove, apud Homerum. Interdum cum verbo junctum idem significat: ut, ἀμφὶς φράζεσθαι, seorsum deliberare vel consultare. Diversa consilia agitare. Sic ἀμφὶς φρονεῖν exponitur διχονοεῖν, quasi διχοφρονεῖν. ¶ Item extra, itidem cum genit. ut apud Hom. ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην, id est, ἐκτὸς, inquit Eust. ¶ Item inter, in medio. Il. γ'.——ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρουρα, parum erat terræ inter utrosque.

Διαμφὶς, *comp.* utrinque. Item seorsim. Dionys. de situ orbis.

Διαμφίδιος, (q. d. seorsim positus, separatus) diversus, alienus, Hesych. (Æsch. Prom. 577.)

ἈΜΦΙΜΑ'ΝΤΩΡ, Hesych. est, infelici fato mortuus. Item qui utrumque parentem habet vel amisit. Item ἀμφιμάντορα dici scribit farinas melle imbutas.

ἈΜΦΙΣΒΗΤΕ'Ω, F. ήσω, controversor, contendo de re aliqua, discepto. ut apud Plat. in Protag. καὶ περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή. Sic apud Aristot. Rhet. 1. ἐπεὶ δὲ πολλάκις, ὁμολογοῦντες ἄμφω συμφέρειν, περὶ τοῦ μᾶλλον ἀμφισβητοῦσιν. Jungitur et dativo rei. ut Aristot. Ethic. 6. ἀμφισβητεῖ τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς, controversatur de iis quæ evidentia sunt, vel adducit in controversiam ea quæ, &c. Et infinitivo: ut apud Demosthenem in Paragr. ad Apat. ὅτι ἠμφισβήτησεν οὗτος μὴ εἶναι ἡμᾶς διαιτητὰς αὐτῷ. Apud eundem, ἀμφισβητῶ μὴ ἀληθῆ λέγειν σε, contendo te non vera dicere. ¶ Item contendo in judicio, litigo, ambigo. Isocr. ad Nicoclem, τὰς κρίσεις ποιοῦ περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, noli ad gratiam de iis de quibus inter se ambigunt, sententiam ferre, vel de quibus inter eos ambigitur. Arist. Pol. 4. οὐ γάρ πω κρίσις γέγονεν ἀμφισβητούντων περὶ τοῦ ὀνόματος. ¶ Item ἀμφισβητῶ τοῦτο, vel τούτου, aut περὶ τούτου, contendo de hoc tanquam ad me pertinente, hoc mihi vendico. ut apud Themistium, εἰ τοῦ πράγματος ἠμφισβήτουν, si rem vendicarem mihi, ut Bud. interpr. Apud Demosth. in epist. Phil. ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν ὑμῖν προσηκόντων. Isocrates in Evagora, ἀμφισβητοῦντες περὶ βασιλείας. Arist. Pol. 3. ἀμφισβητοῦσι τὴν τοῦ πράγματος ἰσότητα. Additur interdum dativus personæ: ut apud Isocratem, ἀμφισβητῶ σοι τῆς ἀρχῆς, certo tecum de imperio, vel contendo tecum. ¶ Item dubito, ambigo. Aristot. Rhet. 2. καὶ ἀμφισβητοῦντες προστιθέασιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. ☞ Ἀμφισβητεῖν, inquit Suid. est, μὴ συμφωνεῖν, ἀλλ' οἷον χωρὶς βαίνειν καὶ ἀμφιβάλλειν, quasi ἀμφισβατεῖν. Affertur et aliud etymon, παρὰ τὸ ζητέω, quasi ἀμφιζητέω.

Ἀμφισβητοῦμαι, ambigor, in controversiam venio seu adducor: ut, τοῦτο ἀμφισβητεῖται, hoc controversum est; unde τὰ ἠμφισβητημένα, res controversæ. Exp. et controversia mihi movetur, apud Demosth.

Ἀμφισβήτημα, τὸ, controversia. Item, quæstio inter disputantes agitata.

Ἀμφισβήτησις, εως, ἡ, controversatio, disceptatio, contentio. Isocr. Item dubitatio. Item actionis quoddam genus apud Pol.

Ἀμφισβητήσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, controversus, in controversia positus, de quo controversia est, de quo disceptatur, dubius, de quo dubitatur. Xen. Demosth. Aristot.

Ἀμφισβητητικὸς, οῦ, ὁ, contentiosus, id est, contentionibus deditus. [Plat. Sophist. Τῷ δὲ λόγοις πρὸς λόγους, τί τις,——ἀλλὸ εἴπῃ πλὴν ἀμφισβητητικόν;]

[Ἀμφισβητικός. Plat. Polit. Τὸ γὰρ ἀρετῆς μέρος, ἀρετῆς εἴδει διαφόρον εἶναί τινα τρόπον, τοῖς περὶ λόγους ἀμφισβητικοῖς καὶ μάλ' εὐεπίθετον πρὸς τὰς τῶν πολλῶν δόξας.]

Composita.

[Ἀμφισβήτητος. Thucyd. Hist. Lib. 6. §. 6. ὅμοροι γὰρ ὄντες τοῖς Σελινουντίοις, ἐς πόλεμον καθέστασαν,——περὶ γῆς ἀμφισβητήτου.]

Ἀναμφισβήτητον, non controversum, quod constat et convenit. Xen. Pæd. p. 226. c. [Thucyd. Hist. Lib. 1. §. 132. μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιατοῦ, ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. Plat. de Leg. Lib. 7. τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν.]

Ἀναμφισβητήτως, sine controversia, citra controversiam, proculdubio, indubitanter. Dem. pro cor.

Διαμφισβητέω, ῶ, controversor, discepto. Demosth. pro cor. αὐτοῖς μὲν πρὸς ἀλλήλους διαμφισβητεῖν περὶ τῆς ἡγεμονίας.

Διαμφισβήτησις, altercatio, vel dubitatio.

ἈΜΦΙΤΡΙ'ΤΗ, dicitur mare: vel quoniam navigantibus ab omni parte est formidabile: παρὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν τρεῖν ποιεῖν, ut tradit Etymol. ex Chœrobosco et Origene: vel παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν τὴν γῆν, quod terram undique terat suis fluctibus: vel παρὰ τὸ ἀμφιτρέχειν αὐτὴν, quod eam ambiat.

ἌΜΦΩ, ambo, vel ambæ. (Theoc. ιε'. 12.) Odyss. σ'.——τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνίσχεν. Apud Hesiod. ἄμφω γε μὲν ἐσθλαί. In duali genit. vel dat. ἀμφοῖν. ut, ἀμφοῖν χεροῖν, ambabus manibus: qui dativus χεροῖν interdum subauditur. ☞ Fit ab ἀμφίς.

Ἀμφότερος, ρα, ρον, uterque, utraque, utrumque. Il. γ'. Ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος. Sic et Od. ί. Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη, &c. In duali: Isocr. in Panegyr. ἀμφοτέρων αὐτοῖν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὄντων. Et Od. γ'.

Νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὁρμηθέντες. In plur. ἀμφότεροι, utrique, frequentissimum est apud utrosque scriptores. † Xen. Pæd. 1. 1. 4. et 1. 3. 14.† Ἀμφοτέραις χερσὶ ambabus manibus, qui tamen dat. χερσὶ sæpissimè subauditur et in prosa et in carmine.

Ἀμφοτέρως, utroque modo. apud Plut. Aristot. Rhet. 2. Pro quo interdum ponitur ἀμφότερον, adverbialiter, ut Il. δ'. et γ'.

Ἀμφοτεράκις, idem.

Ἀμφοτέρωθι, utrobique. Ἀμφοτέρωθεν, utrinque. † Hes. Th. 733.† [Thucyd. Hist. lib. 3. §. 26. ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν θορυβούμενοι, &c. utrimque.] Ἀμφοτέρωσε, utroque, in utramque partem.

Ἀμφοτερίζω, in utramque partem vergo. Item utrinque cingo vel attingo. Strab. l. 6.

Composita.

Ἐξαμφοτερίζω, utraque re excido. Item in dubio pono, dubium facio.

Ἐπαμφοτερίζω, cum dat. (inquit Bud.) in utramque partem vergo, ancipitem me præbeo, et mediam naturam habeo: inter duo aut plura genera ita intercedo, ut nullo in genere planè censeri possim. Aristot. de part. anim. lib. 3. φανείη γὰρ ἐπαμφοτερίζειν τούτοις τὸ ἧπαρ καὶ ὁ σπλήν. ubi quidam interpr. ancipiti inter hæc esse specie. Construitur et cum ἐπὶ vel πρὸς, cum significat, anceps et ambiguum esse. ut Aristot. in Eth. 7. ¶ Item utrique sufficio. Arist. de gen. lib. 4. ἡ δὲ φύσις οὐ δύναται πολυχοεῖν οὕτως ὥστ' ἐπαμφοτερίζειν. B. Et pro, alternare. Plut. ἐπαμφοτερίζων τοῖς λογισμοῖς, alternantibus in eo sententiis. ¶ Item, in neutras partes transeo, integrum me et medium præbeo; ut apud Plut. τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ὁρῶν ἐπαμφοτερίζοντας.

Συνάμφω, ambo, q. d. simul ambo. Polyb. l. 1.

Συναμφότερον, q. d. simul utrumque. Et pro ἀμφότερον, utrumque. Plat. Thuc. Dem.

ἈΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, amomum; nomen fruticis cujusdam et aromatis, apud Dioscor. et Theophr. Κιννάμωμον, vide suo loco, infrà.

Ἀμωμίτης, ου, ὁ, amomum similitudine aliqua referens. Diosc.

Ἀμωμὶς, ἴδος, ἡ, herba quædam ex eo dicta, quòd amomo similis sit. Diosc. l. 1. c. 14.

Καρδάμωμον, aromatica planta, à cardamo denominata. vide Plin. Diosc. Theophr.

ἌΝ, conjunctio interdum potentialis, interdum expletiva: ut Demosthen. ad Aphobum, ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐζήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας. Hic alterum ἂν est δυνητικὸν, alterum παραπληρωματικὸν, inquit Bud. Sic apud Aristot. in 10. Ethic. μάλιστ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικὸς γενόμενος. Et apud Aristophanem in Vespis,—ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. Ejus usus, exemplis colligendus est. ¶ Cum Indicativi præt. imperfecto. Demost. contra Midiam, χρησιμώτατοι γὰρ ἂν ἦσαν ἁπάντων, essent enim omnium utilissimi. Vel, esse possent. Cum præterito perf. Idem, ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε, jampridem periissetis: vel, jampridem fieri potuisset ut periissetis. Cum præt. plusquamperf. Demosthen. τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τι περὶ ἐμοῦ γέγραφε. Cum Aor. 1. μὴ ἂν ᾠήθη τήμερον ῥηθῆναι, non putasset. Cum Aor. 2. ut, εἶπον ἄν, εἰ ἀκηκόειν, dixissem si audivissem. Cum optativi etiam ponitur modò hoc, modò illo tempore. † εἰκότως ἂν ἄρχοντες τούτων νομίζοιντο: Similiter principes illorum existimarentur vel existimari possent. Xen. l. 1. 1. 2. Cyri Pædiæ. et l. 1. 1. §. 3. Pæd. εἰδότας, ὅτι οὐδ' ἂν ἴδοιεν: scientes, quod non viderent vel videre possent.† Cum præsenti, Lucianus, καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἄν σοι πόλις ἡ Ἀθηναίων οὐκ ἂν φθάνοι χάριν ὁμολογοῦσα. † αὐτὸς σὺ τρίβων εἴης ἄν: ipse in peritis sis licet. Aristoph. Nub. 868.† Sic, τί ἂν λέγοιμεν; cur diceremus? vel, cur dicamus? Cum Aoristo, οὐκ ἂν διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν εἴτε καὶ παρθένος, non dijudicaveris, vel dijudicare non possis. Lucianus, δυοῖν γὰρ θατέρου οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. Demosthenes, πῶς ἂν ὠμότερος συκοφάντης γένοιτο. Iliad. ε'. Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη, non cognosceres, vel non animadverteres, sive non animadvertas, aut non animadverteris, aut animadvertere non possis. Iliad ε'. Τυδείδης, ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο, qui nunc vel cum ipso Jove dimicet; sive dimicaret aut dimicare posset, vel possit. Iliad. α'. et β'. Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, alioqui enim nunc postremum, Atrida, convitiareris, aut potius, convitiatus esses. Sic Plato de rep. lib. 8. οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν τοῦ βίου ἡγεμόνα ἐστήσατο, alioqui enim cœcum vitæ ducem non constituisset. Dicitur et, γάρ τ' ἂν, pro γάρ τοι ἂν, ut apud Xenophontem, δεινὸν γάρ τ' ἂν εἴη, ὦ Κῦρε. Item ἂν cum optativo post relativum. Xenophon. λέγει ἃ οὐκ ἄν τις βούλοιτο ἀκοῦσαι. † ἂν cum optativo, potentialis: et potest exponi per *velle*: ut Xen. Pæd. 1. 4. 11. ἂν ἀφεῖεν: dimittere vellent.† ¶ Cum subjunctivo etiam collocatur. Isocrat. in Panegyrico, οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμεῖς πεπείρασθε, ὥστε ἄριστ' ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν, ita exp. ut optimè docere possitis. Galenus libr. Meth. 10. ἐπίσκεψις δ' ἀκριβὴς ἄν σοι γένηται διελομένῳ τὴν, &c. consideratio, exacta tibi fuerit (vel, esse possit) si dividas, &c. Lucianus, ὁποῖος ἂν ᾖ, Ποσειδῶνος υἱός ἐστι, qualiscunque sit, filius est Neptuni. † ὧν ἂν ἐπιστατῶσι ζώων. quibuscunque supersint animalibus. Xen. l. 1. 1. 2. Cyri Pædiæ. et ὅσῳ ἂν et ὁπόσοις ἄν, οὓς ἄν. Xen. Pæd. 1. 3. 12.† Demosthen. ὦ λέγων εὐχερῶς ὅτι ἂν βουληθῇς. Sic, παρασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς. Habet conjunctivum ἂν, et quum annectitur adverbiis temporis ὅτε, ὁπότε, ἐπεὶ, et apud poëtas εὖτε: unde, ὅτ' ἄν, ὁπότ' ἄν, ἐπ' ἄν, et εὖτ' ἄν: vel potius conjunctim, ὅταν, ὁπόταν, ἐπὰν, εὖταν: ut et ἐπειδὰν, passim conjunctim scriptum reperitur, non divisim ἐπειδ' ἄν. ¶ Cum infinitivo tria tempora significat, inquit Bud. Domosth. ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῖν δοκῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἄν, τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; vel divites modicas pecunias in id impendere voluisse? vel modica pecunia emptum voluisse, ne justam collationem præstare cogerentur? Sic et Xenophon. Hell. 6. δοκῶ ποιήσασθαι ἄν. Jungitur cum futuro plerunque in verbis quæ futurum poscunt: ut, νομίζω, ἡγοῦμαι, φημὶ, ἐλπίζω, προσδοκῶ, et similibus. Antiph. περὶ χορευτοῦ, Ἐλπίζων οὕτως ἂν ἄριστα πράξειν. Isocrat. in Busiride, ἡγούμενος ἐκ τούτου μάλιστ' ἂν εὐδοκιμήσειν. Idem de pace, οἶμαι πάντας ἂν ὑμᾶς καταγνώσεσθαι. Fit tamen et aliter in iis verbis interdum: ut Thucydides, ἐλπὶς δὲ καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ τινι ἂν χρόνῳ τοῦτο παθεῖν. Xenophon, ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἔργων ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. Lucianus, οἴει ἡμᾶς ἐρέττειν ἄν; Putas nos esse navigaturos? Herodotus, οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο, illi negaverunt se ullius rei gratia id facturos. Jungitur etiam ἂν (inquit Budæus) quum vim habet δυνητικὴν, cum præter. infinit. Demosthen. περὶ παραπρ. Ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι. Xenophon. Pædiæ 4. καὶ τοίνυν ἔγνω ὅτι τούτους εἰκὸς μάλιστα πάντως ἐν τῷ στρατοπέδῳ νῦν κατειλῆσθαι ἂν ἦν, διὰ τὸ ἀμφὶ σκευασίαν ἔχειν. Ponitur et cum plusquamperf. ut idem in Œcon. dixit. ὅτι μὲν δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι ἠκηκόειν ἄν. ¶ Cum participio etiam jungitur, idque non raro. Cum præsenti, ut Demosthenes Olynth. 3. καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν. Isocrat. ad Philippum, εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως ἡσυχίαν ἄγουσαν, πλὴν εἰ δόξειε, &c. Nullo pacto videbam posse Græciam tranquillitate frui. Cum Aoristo etiam sæpe. Demosthenes, ὑμεῖς δ' οἱ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις εἰκότως, &c. Qui succensere poteratis. Aristoteles, τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὸ συνέχον λέγεται ἃ συνέχει ἔχειν, ὡς διαχωρισθέν τ' ἂν κατὰ τὴν αὐτοῦ ὁρμὴν ἕκαστον, i. quod nisi foret, suopte quæque nutu separata essent et dissipata. ¶ Convenit etiam interrogationibus cum particula γὰρ, inquit Budæus. Æschines contra Ctesiphontem, σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις, μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν ὅπου κίνδυνος πρόσεστι; tu ut vicum unum ad defectionem traheres? Quum autem sine γὰρ ponitur, non habet eandem vehementiam; ut illud Demosthenis pro corona, τί ποιεῖν ἂν ἢ τί οἴεσθε λέγειν τοὺς ἀσεβεῖς ἀνθρώπους τουτουσί; quid dicturos fuisse existimatis, aut quid facturos? Et illud, οὗ χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἐτῶν ὀλιγωροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε. ¶ Apud Isocratem vim etiam habet verbi taciti ac subaudiendi (inquit Budæus.) In Panegyrico, τοσαύτην ἐποιήσαντο σπουδὴν ὅσηνπερ ἂν τῆς ἑαυτῶν χώρας πορθουμένης, tam enixè contenderunt, tam accuratè præstò fuerunt, quam facere potuissent, si suum agrum populantes vidissent. Affert enim particula hæc compendium orationi. Plato in Philebo, δόξαν μὲν ἔγωγ' ἂν συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα ταῦτα οὐκ ἄν, non etiam, non item concederem. ¶ Interdum ponitur ἂν præcedente εἰ, ut Demosthen. ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τι περὶ ἐμοῦ γέγραφε. Plato in Apologia, εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικὰ, πάλαι ἂν ἀπολώλειν, si jam pridem Rempub. tractare aggressus fuissem, jampridem periissem. Æschin. εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετο τοὔνομα τοῦ δήμου, si saperetis, ne nominaretur quidem populi nomen. ¶ Quædam sunt genera, in quibus ἂν in priore, εἰ μὴ in posteriore collocatur: ut apud Xen. l. 1. ἀπομν. οὐκ ἂν προέλεγεν εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν. Interdum verò πλὴν εἰ: ut apud Isocratem, εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως ἡσυχίαν ἄγουσαν, πλὴν εἰ δόξειε, &c. ¶ Ἂν geminatum, ait Budæus, sibi magis παραπληρωματικὸν videri, quàm δυνητικὸν, in hoc Xenophontis loco Pæd. 5. ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τόσῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν ἀριστήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν καὶ καθευδήσομεν. Idem alibi ἂν esse πλεονάζον dicit, in hoc Platonis loco in Alcibiad. 2. ἀλλὰ κἂν εὔξαιτο ἂν γενέσθαι, εἰ τῷ μὴ παρόντα τυγχάνοι. ¶ Ἂν pro ἐὰν si, vide in Εἰ. ¶ Item pro ἀνὰ, vide in Ἀνά. [V. Eurip. Med. 369. 371. 492. 677. 740. 739. 819. 940. 969. 1227. 1341. 1346. Phœniss. 358. 364. 1598. Æsch. Ag. 942. Pr. 982. Soph. Tr. 20. Œdip. Tyr. 712. 877. 882. 1225. Aristoph. R. 955. 958. 979. 981. 1054. Luc. Som. p. 5. ἡσυχῇ τις ἂν ὑπεφθέγξατο. ib. Nigrin. p. 27. Æschyl. Suppl. 280. 726.]

ἈΝΑ', (præpositio) per: Odyss. ξ'. Χῶρον ἀν' ὑλήεντα, per locum sylvosum. Et, ἀνὰ δῆμον, Odyss. τ'. per populum, inter cives. Item, Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν, incedentem per urbem. † ἀνὰ κράτος: totis viribus. Xen. Pæd. 1. 4. 23. et l. 4. p. 112.† Sic apud Plutarchum, ἀνὰ τὰ ὄρη σκεδαννύμενοι, palantes per montes. Sic ἀνὰ τὸν βίον, per vitam, in vita. Et apud Dioscorid. ἀνὰ πᾶν ἔτος, per singulos annos, quotannis. Exponitur et apud: ut, πολλὰ δ' ἤγειρα χρήματ' ἀν' Αἰγυπτίους, apud Ægyptios multum pecuniarum collegi. Ἀνὰ στόμα ἔχειν, in ore habere, pro ἐν στόματι ἔχειν, inquit Eustathius, Iliad. β'. Sic et ἀνὰ μέσον exp. ἐν μέσῳ, et ἀνὰ μέρος, ἐν μέρει. Interdum sæpè scriptum ἀναμέσον, conjunctim, et ἀναμέρος. † Sic ἄμμεγα pro ἀνὰ μέγα Apollon. Arg. 1. 123. et ἄμπολιν pro ἀνὰ πόλιν. Apollon. Arg. 1. 166.† ¶ Apud Poëtas cum dativo sig. cum: ut Iliad. α'. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, unà cum aureo sceptro. Vel (secundum alios) ἀνὰ pro ἄνω. Sunt qui et pro circa hic accipiant. Significat et super apud eosdem, sæpè quidem cum dativo: interdum tamen et cum accusativo, apud Homerum, ἐτίθει ἅρματα ἀνὰ βωμοῖς. et, ἀνὰ γαργάρῳ ἄκρῳ, et apud Pind. χρυσέαις ἀν' ἵπποις. Cum accusat. ut, ἀνά τ' ἔντεα, καὶ μέλαν αἷμα. Eustath. Idem in hunc locum Iliad. ι'. Ὣς εἰπὼν, ἀνὰ νηὸς ἔβην, ait, ἀνὰ νηὸς esse pro ἐπὶ νηὸς, posita præpositione una pro alia, aut esse pro ἀνέβην νηὸς, subaudita ἐπί. ¶ Ἂν pro ἀνὰ interdum ponitur à Poëtis, sequente etiam consonante. Cum dativo: ut, ἂν βωμοῖσι, apud Homerum. Cum accus. ut ἂν πύργους, et ἂν δόνακας, apud eundem. Sic et apud Hesiodum, ὁπόταν φερέοικος ἂν φυτὰ βαίνῃ. Sæpe et in verbis ex ἀνὰ compositis: ubi fit tmesis, ponitur ἂν pro ἀνά: ut Odyss. ξ'. ἂν δὲ συβώτης Ἵστατο: pro ἀνίστατο δὲ συβώτης. [Ἂν pro *pariter, juxta*. Il. γ'. 268.] ¶ Ἀνὰ ποταμὸν πλέειν, apud Herodot. exp. adversus flumina navigare, vel adverso flumine navigare. ¶ Ἀνὰ cum accusativo, declarat etiam æqualem quandam distributionem: ut apud Diosc. l. 2. c. 91. ἀσπαλάθου τε καὶ ξυλοβαλσάμου ἀνὰ ὁλκὴν μίαν. μίξον δὲ καὶ κινναμώμου καὶ καρδαμώμου καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγκίαν μίαν. xylobalsami atque aspalathi singulæ drachmæ: cinnamomi, cardamomi et nardi, singulorum uncia una. Sic ἀνὰ δραχμὰς ιβ', apud eundem, singulorum drachmas duodecim. Sic et Matth. cap. 20. ἀνὰ δηνάριον ἔλαβον, acceperunt singuli denarium. Luc. 9. μηδὲ ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν, singuli binas tunicas. Joan. 2. ὑδρίαι χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, hydriæ capientes singulæ binos aut ternos metretas. Rursum Luc. 9. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα, facite ut discumbant per singulos quosque discubitus quinquageni. [Pro εἰς. ἀνὰ κίνδυνον βαλῶ. Æschyl. Ag. 1036. V. Il. δ'. 209. 251. Eurip. Phœniss. 306. Aristoph. R. 443. 1362. Theoc. ιδ'. 43.] ¶ Vacat etiam interdum, ut Apoc. cap. 21. καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. et duodecim portæ, duodecim margaritæ: unaquæque portarum erat ex uno margarite: vel, et singulæ portæ è singulis erant margaritis. ¶ In comp. sæpè signif. iterationem et velut redintegrationem: ut in ἀναβλαστάνω, repullulo, ἀναβιόω, vel ἀναβιώσκω, revivisco. Interdum signific. retrò: ut in ἀνέλκω. Frequenter ponitur pro ἄνω, sursum, ut in ἀναβάλλω, attollo: ἀνέρχομαι, ascendo: ἀνίσταμαι, sursum erigor. Aliquando simplicis significationem auget, ut in ἀναβοάω, ἀναθεωρέω, ἀναζητῶ. Sæpè etiam vacat, ut in ἀναρπάζω, ἀνακαθαίρω, ἀναγγέλλω. Interdum mutatur in ἀμ, sequente β, vel π, ut in ἀμβάλλω, ἀμπνέω, pro ἀναβάλλω, ἀναπνέω: vel mutatur in ἀγ, sequente κ, ut in ἀγκρίνω pro ἀνακρίνω: aut χ, ut in ἀγχαλάζω, pro ἀναχαλάζω. Et in ἀν, sequente alia consona: ἄνδεμα, pro ἀνάδεμα: ἀνστρέφω, pro ἀναστρέφω. ¶ Ἄνα verò est Vocat. nominis ἄναξ. Il. γ'. Od. ρ'. et alibi. Ponitur et per Apocopen pro ἀνάστα, surge.

ἈΝΑΓΑΛΛΙ'Σ, ἴδος, ἡ, anagallis: herbæ nomen, de qua Diosc. lib. 2. c. 209. et Plin. lib. 25. c. 13. Meminit Suid. etiam, et Gal. 6. simpl.

ἈΝΑ'ΓΚΗ, ης, ἡ, necessitas. (vel ab ἀνάσσω, i. regno: vel ab ἄγω, ἄγη, deinde ἀνάγκη pleonasmo literæ κ, quasi ἡ πάντα κρατοῦσα, ut vult Etymol. Aristotel. de mundo, aliud etymon sequutus, dixit, οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι πλὴν τὸν θεὸν, οἱονεὶ ἀκίνητον οὐσίαν ὄντα, i. existimo etiam ἀνάγκην non aliud appellari quàm Deum, veluti qui sit immobilis substantia.) Xenophon. Pæd. 2. οὐ γάρ ἐστι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, non est magistra ulla horum melior quàm necessitas. Apud eundem ἀνάγκῃ πείθεσθαι, necessitati parere. Demosthen. Olynth. 1. εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, veniamus in necessitatem faciendi, cogamur facere. Apud Euripidem, εἰς ἀνάγκην κεῖμαι, ad necessitatem adducor, imponitur mihi necessitas, cogor. Dicitur et, ἀνάγκη μοι τοῦτο ποιεῖν, necesse est mihi hoc facere, cogor hoc facere, apud Demosthen. Xenophon. † Pæd. 1. 3. 4.† et alios. † ἀνάγκη τοξεῦσαι θηρίον. Xen. Pæd. 1. 2. 10. et ἡμᾶς δεῖσθαι. Pæd. 1. 4. 12. iterum cum acc. l. 1. 5. 12.† Dicitur et πᾶσα ἀνάγκη, omnino necesse est, apud Gregor. Pro eodem usurpantur, ἀνάγκη, ὑπ' ἀνάγκης, πρὸς ἀνάγκην, ἐξ ἀνάγκης, necessitate, necessariò, coactè, invitò. ¶ Exponitur etiam, fatum, fatalis necessitas. Plutarch. εἰ δὴ καὶ Ἄρατον κατέλαβεν ἀνάγκη γενέσθαι Μακεδόνων ξύμμαχον. Euripides ἀνάγκας θεῶν, appellavit calamitates fatali quadam

necessitate à diis impositas. ¶ Item ἀνάγκαι, tormenta, quæstio, ut in epitome Polybii, τὰ πρὸς ἀνάγκας ὄργανα, quæ alibi τὰ πρὸς βασάνους ὄργανα dicit. Et Plutarch. in Publ. πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσε ταῦτα, ne quæstio quidem hoc illi expressisset. (In plur. num. Æsch. Pers. 589. Eurip. Phœniss. 1698. Soph. Tr. 845. Œdip. Tyr. 1006. Æsch. Eum. 598.)

Ἀναγκαῖος, ου, ὁ, necessarius, necessariò eveniens, coactus. (Æsch. Ag. 911.) Item ἀναγκαῖον, quod ex necessitate fit, et vitari nequit. Demosthenes pro corona, ἀναγκαῖα ἁμαρτήματα, peccata quæ necessariò consequuntur, peccata quæ vitari nequeunt. Et ἀναγκαῖοι πολεμισταὶ, qui ex necessitate et coacti pugnant. † ἀναγκαίη τύχη: fatum violentum. Soph. El. 48.† Odyss. ώ. μῦθος ἀναγκαῖος, expon. ἀναγκαστικὸς, quo imponimus necessitatem, et cogimus aliquid facere, Odyss. ρ'. Dicitur et ἀναγκαῖόν ἐστι, necesse est. † Xen. Pæd. 1. 4. 25.† ¶ Item necessarius, cujus usus est necessarius: ut, πῦρ ἀναγκαῖον τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Apud Thucydidem, τὰ κατὰ τὴν ἑκάστην ἡμέραν ἀναγκαῖα, res quarum usus singulis diebus est necessarius. Sic ἀναγκαῖα τοῦ βίου, res ad vitam necessariæ, apud Isocratem, in Panegyr. Item τὰ ἀναγκαῖα, dicuntur quæ præcipuè ad rem faciunt, quæ sunt in aliquo negotio præcipua, et quæ maximè conducunt. Demosthenes pro corona, μικρὰ δ' ἀκούσατε ὅμως αὐτὰ τὰ ἀναγκαιότατα. Interdum ἀναγκαῖος exponitur utilis, fructuosus. Sic apud Homerum, ἀναγκαῖοι δμῶες. ¶ Item necessarius, necessitudine conjunctus. Xenoph. Hell. 5. ἀναγκαίου μοι ὄντος καὶ ἐπιτηδείου. Et Isocrat. ὅσοι μηδ' ὄνομα συγγενείας ἔχοντες, οἰκειοτέρους σφᾶς αὐτοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς τῶν ἀναγκαίων παρέσχον. ¶ Item ἀναγκαίη, (*substantivè*) necessitudo, affinitas, propinquitas. Herodot. in Clione. Ἀλυάττεα γὰρ ἔμνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρυήνιν Ἀστυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί· ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. † ἀναγκαιότατος: superl. Xen. Pæd. 6. p. 162. b.†

Ἀναγκαίως, necessariò. (Soph. Tr. 736. Æschyl. Ch. 237.) ἀναγκαίως τὸ πῦρ θερμὸν καὶ τὸ γάλα λευκὸν, necessariò ignis calidus est et lac candidum. Isocrat. ἀναγκαίως ἔχει παρ' ὑμῶν τῶν δικαίων τυγχάνειν πειρᾶσθαι, i. necesse est. Cicero ἀναγκαίως ἔχει vertit, sic jubet necessitas.

Ἀναγκαιότης, ητος, ἡ, necessitudo, id est, propinquitas generis. Lysias.

Ἀναγκάζω, F. σω, cogo, compello, adigo. † Xen. Pæd. 1. 4. 13.† Isocr. ad Philip. τοῦ δὲ συμφέροντος πείθοντος, τῶν δὲ παρόντων κακῶν ἀναγκαζόντων, utilitate suadente, cogentibus autem malis præsentibus. Exponitur etiam à Bud. urgeo, vexo.

Ἀναγκάζομαι, cogor. Plat. † Aristoph. Nub. v. 375. Xen. Pæd. l. 1. 1. 3.†

Ἀναγκαστὸς, οῦ, ὁ, coactus, non voluntarius. Thuc. [lib. 7. §. 13. καὶ οἱ ξένοι, οἱ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐσβάντες, εὐθὺς κατὰ τὰς πόλεις ἀποχωροῦσιν. §. 58. καὶ Σικυώνιοι ἀναγκαστοὶ στρατεύοντες. lib. 8. §. 24. εἶχον δὲ ἐπιβατὰς τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγου ἀναγκαστούς.]

[Ἀναγκαστέον. Plat. de Rep. lib. 4. τοὺς δ' ἐπικούρους τούτους καὶ τοὺς φύλακας ἐκεῖνο ἀναγκαστέον ποιεῖν, καὶ πειστέον ὅπως ὅτι ἄριστοι δημιουργοὶ τοῦ ἑαυτοῦ ἔργου ἔσονται, &c.]

Ἀναγκαστῶς, coactè. 1 Pet. 5.

Ἀναγκαστικὸς, οῦ, ὁ, qui cogit, qui necessitatem imponit.

Ἀναγκαστήριος, idem. [Dion. Hal.]

Composita.

Ἀναναγκαστος, voluntarius, minimè coactus. Item ἀναναγκαστον, ex voluntate manans, quod præter voluntatem non fit. Arrian.

Διαναγκάζω, invitum cogo. [Plat. Phileb.]

Εἰσαναγκάζω, idem quod ἀναγκάζω. Plat. [Æschyl. Prometh. 289. τό, τε γάρ με, δοκῶ, ξυγγενὲς οὕτως ἐσαναγκάζει, &c. Plat. Tim. iii. 49, A.]

Ἐξαναγκάζω, cogo, compello, excito, urgeo, instigo. apud Xen. τὴν ἀργίαν πληγαῖς ἐξαναγκάζουσι. (Soph. Tr. 1275.)

Ἐπάναγκες, τὸ, necesse, necessarium. Demost. ἃ δὴ ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐπάναγκες. Et in quadam lege, τοὺς δὲ προέδρους χρηματίζειν ἐπάναγκες. Plutarch. in Solone, ἐπάναγκες μὴ εἶναι υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα, necesse non esse. In Act. Apost. cap. 15. πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, præterquam hæc necessaria. Item adverbialiter, necessariò, apud Dem.

Ἐπαναγκάζω, cogo, compello. Dem. et Andoc.

Καταναγκη, violentior amoris illecebra: unde ἐρωτικαὶ καταναγκαι. Synes. ¶ Item catanance, herba cujus duæ species, quæ ambæ feruntur ad amoris illecebras facere, inquit Diosc. lib. 4. cap. 134. Meminit et Plin. lib. 27. cap. 8.

Καταναγκάζω, idem quod ἀναγκάζω.

Πειθανάγκη, persuasio cum necessitate conjuncta, i. cui vis adhibetur. Utitur Cic. ad Atticum.

Προσαναγκάζω, insuper cogo. Et simpl. cogo, Plat.

[Προσαναγκαστέον. Plat. de Rep. καὶ προσαναγκαστέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἤθους ἐμποιεῖν τοῖς ποιήμασιν, &c.]

Συναναγκάζω, simul cogo, vel simpl. cogo. Polyb. et Xen. † Pæd. p. 196. b. συναναγκασθαι.†

Ὑπεραναγκάζομαι, ultra quam necessitas postulat, aut satis est, aliquid facio. Æl. var. hist.

Χεζανάγκη, nomen emplastri seu unguenti ad movendam alvum. Aët.

ἈΝΑ'ΓΥΡΙΣ, εως, ἡ, et ἀνάγυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, anagyris sive anagyrus: nomen fruticis βαρυόσμου, apud Dioscor. l. 3. c. 117. et Plin. l. 27. c. 4.

ἈΝΑΙ'ΝΟΜΑΙ, abnuo, renuo, recuso, detrecto. (Eurip. Med. 237. Æsch. Ag. 308. 592. 1661.) Item inficior. Interdum cum infin. ut Iliad. σ'. Et Aristides, οὐκ ἀναίνεται μὴ οὐ κοσμεῖν. * et cum participio, ἀναίνομαι νικώμενος. Æsch. Ag. 585.* Sæpè cum accus. Odyss. γ'. de Clytæmnestra, τὸ πρὶν μὲν ἀναίνετο ἔργον ἀεικές. Xen. Pæd. 2. ὡς μηδὲν ἀναίνοιντο ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὐτοῖς πράσσειν ὅσα ἂν ὁ ἄρχων προστάττῃ, i. ut nullum opus detrectent, sed existiment decere se agere quicquid imperator jusserit. Habet et accusativum personæ, pro, repudio, respuo, et (secundum quosdam) aspernor. Od. θ'. Τῶν δ' ἄλλων οὔπερ τιν' ἀναίνομαι οὐδ' ἀθερίζω. Demost. εἰ δὲ πρὸς δόξαν ἢ γένος ἀναίνῃ τὸν Φορμίωνα κηδεστὴν, si respuis socerum præ nobilitate tua: vel non agnoscis esse socerum tuum, ut interpretatur Budæus. ☞ Eustath. deducit ex αἶνος (i. assensio) præfixo α privat. et interjecto ν euphoniæ gratiâ. Quidam volunt propriè dici de recusatione circa nuptias, aut concubitum, et ex ἀρνοῦμαι factum dicunt ἀρναίνομαι deinde sublato ρ, ἀναίνομαι.

Ἀπαναίνομαι, (*compos.*) Aor. 2. ἀπηνηνάμην, renuo, respuo, recuso, rejicio. (Æsch. Eum. 975.) Cum accusat. Od. κ'. Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν. Et Il. ή. Οἱ δ' οὐ γινώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος. Hesiodus, Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δὸς καὶ ἅμαξαν, Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι. Usi sunt hoc verbo etiam interpretes Bibliorum, ut Ecclesiastic. c. 4. ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου. Citatur et ex Psalmo 76. cum infinitivo, ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου.

ἈΝΑ'ΚΕΙΑ, τὰ, festum Dioscurorum, qui dicuntur ἄνακες, Eust. ex Paus.

Ἀνάκειον, templum Dioscurorum, ἀνάκιον, Hesych. [Demosth. Orat. in Steph.]

Ἄνακες, appellantur Dioscuri: vel ἀπὸ τῆς τῶν δεινῶν ἀνασχέσεως, ut tradit Plut. in Num. vel διὰ τὰς ἀνοχὰς, vel ἀπ' ἀνεκὰς, Atticè significante ἄνω: aut ab ἀνακῶς, διὰ τὸ ἀνακῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐπιμελουμένους τῶν πλεόντων, ut idem vult in Thes.

ἌΝΑΞ, κτος, ὁ, (pro ἄνακος, inserto τ per pleonasmum) rex. Od. ρ'. Παναπάλῳ οἷοίτε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν. Iliad. ά. Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν. Tribuitur diis quoque: ut Il. β'. Ἑρμείας δὲ ἄναξ. Od. μ'. θεῶν ἀέκητι ἀνάκτων. In vocativo ἄνα: ut Od. ρ'. Ζεῦ ἄνα. Isocrat. in Evagoræ encomio: καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων οὐδένα κατέλιπεν ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προσαγορευόμενον, ἀλλὰ τὸν μὲν βασιλέα καλούμενον, τοὺς δὲ ἄνακτας, τὰς δὲ ἀνάσσας. Ὦναξ etiam sæpe dicitur pro ὦ ἄναξ: ut initio Argon. Orphei, Ὦναξ Πυθῶνος μεδέων, ἑκατηβόλε, μάντι. Ubi scribitur etiam, Ὦναξ et Ὤναξ, tanquam coalescente α cum ω. Soph. οἴκτειρε δ' ἄναξ παῖδα τὸν σόν. ¶ Item herus, dominus. Od. κ'. Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτηθεν ἰόντα Σαίνωσ' αἰεὶ, &c. Od. ξ'. δμῶες et ἄνακτες appellantur famuli et domini. Item Od. ά. οἴκοιο ἄναξ, domus dominus. (κωπῆς ἄναξ. Æschyl. Pers. 378. νεῶν Eurip. Med. 760. Ag. 968. Aristoph. R. 1290. Soph. Œdip. Tyr. 85. 312. 292. 718. 931.)

Ἄνασσα, ης, ἡ, regina. Apud Homer. ab Ulysse vocatur ἄνασσα, regis etiam filia. Od. ζ'. Ἀλλὰ ἄνασσ' ἐλέαιρε.

Ἀνάσσω, F. ξω, regno, impero, regno potior sive imperio: tam cum genitivo, quàm cum dativo. Il. ά. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις. Od. λ'. Ζωὸς Φαιήκεσσι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω. Hesiod. ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν. Il. ά. Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν, Πᾶσι δὲ σημαίνειν. (Eurip. Phœniss. 693. Soph. Œdip. Tyr. 1125. 924. Cum Dat. lat. N. 150. Æsch. Suppl. 798.)

Ἀνάκτωρ, ορος, ὁ, rex, vel herus, dominus. [Eurip. Troad. 1217. Ὦ μέγας ἐμοί ποτ' ὢν ἀνάκτωρ τῆς πόλεως.] (Æsch. Ch. 355.) Item Deus, Hesych.

Ἀνακτορία, ας, ἡ, regnum, imperium. Item dominium. [Apoll. Rhod. Arg. i. 839. ἀνακτορίη δὲ μελέσθω Σοί τ' αὐτῇ καὶ νῆσος.]

Ἀνακτόριος, ου, ὁ καὶ ἡ, sive ἀνακτόρεος, regius, vel herilis. Od. ό. Δειπνήσας ἅμ' ὕεσσιν ἀνακτορίῃσιν ἕπεσθαι.

Ἀνάκτορον, ου, τὸ, regia, palatium. Et plurali num. pro eodem, ἀνάκτορα. Est etiam ἀνάκτορον, templum. Apud Dionys. Areop. habetur ἱεροῖς ἀνακτόροις. Et peculiariter templum Cereris, secundum Hesychium. ¶ Ἀνάκτορα, (inquit Budæus) Theodor. Eccles. hist. l. 5. pro gradibus altaris magni ponere videtur; vel loco edito, aut pro adyto altaris.

Ἀνακτόρειον, (substantivè) idem quod ἀνάκτορον, templum. Citatur enim ex Herodot. ἱερὸν ἀνακτόρειον.

Ἀνακῶς, regiè, regaliter, Suid. ¶ Item sedulò, cum cura et diligentia: ut, ἀνακῶς ἔχειν τινὸς, curam alicujus gerere, apud Herodot. et Thuc. * Herodot. i. 24. viii. 109. Thucyd. ix. p. 470. Plato Comicus apud Mœrin. p. 43.*

Composita.

Ἀμφιάνακτες, dicti dithyrambici Poëtæ, quòd subinde his verbis uterentur, Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβος ἄναξ Δήλιε. Suid.

Ἀμφιανακτίζειν, prooemio uti, προοιμιάζειν, inquiunt Suidas et Aristophanis enarrator, quem vide in Neb.

(Ἀστυάναξ, ακτος. Æsch. Suppl. 1025.) ‡ urbis præses.‡

(Ἱππιάνακτες, οἱ ἄνακτες τῶν ἵππων. Æsch. Pers. 1002.)

Χειρώναξ, opifex, operarius, q. d. manuum suarum dominus, qui manibus imperat, ut hoc vel illud agant. Plut. in Polit. præc. πᾶσι τοῖς βαναύσοις καὶ χειρώναξι. * Vid. Æsch. Prom. 45.* (Luc. Som. p. 7.)

Χειρωναξία, ἡ, opus quod manibus fit. Apud Æschyl. et Herodotum.

Χειρωνάξιον, ου, τὸ, aff. ex Aristot. Œcon. l. 2. pro vectigali, quod exigebatur viritim à vulgo.

Χειρωνακτικὸς βίος, vita eorum, qui manuum labore victum quærunt.

ἈΝΑΡΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, animal è cochlearum genere. Athen. l. 3. meminit hujus ἀναρίτου Ibycus quoque et Epicharmus. ☞ Sunt qui κατὰ στέρησιν existiment ἀναρίτην dici quasi οὐ νηρίτην, quoniam scopulis tantùm adhærescat, nec ut neritæ innatet: ut et ἀνηρίτης. Etymol. à Νηρεὺς derivatum ait.

ἈΝΑΦΑ'ΛΑΝΤΟΣ, calvus, recalvus, aut recalvaster: propriè cui à fronte vel superciliis pili deciderunt. Levit. c. 13. ἐὰν δὲ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ μαδήσῃ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, ἀναφάλαντός ἐστι.

Ἀναφαλαντίας, ου, ὁ, idem, apud Luc.

Ἀναφαλαντίασις, calvities propriè, quæ in superciliis est, superciliorum glabrities. Arist. hist. anim. lib. 3. cap. 11.

Ἀναφαλάντωμα, idem. Levit. 13.

ἉΝΔΑ'ΝΩ, placeo. † Aor. 2. ἧδον et poet. ἅδον. Hes. Th. 917. (quasi ab ἅδω.)† Il. ά. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et Od. θ'. τρίχα δέ σφιν ἥνδανε βουλή. (Vid. Eurip. Med. 11.) ☞ Annotat Eustath. fieri ab ἅδω, eodem modo quo λανθάνω ex λήθω, et μανθάνω ex μήθω. Alibi tamen annotat, ex Heraclidis grammatici sententia, esse ab ἅδω, ut λαμβάνω à λάβω.

Composita.

Ἀφανδάνω, displiceo.

Ἀφάδιος, hostis, Hesychio. Pro quo et Ἀνφάδιος dici ait.

Ἀφαδία, (eodem autore) est ἡ πολεμικὴ ναῦς, dicta διὰ τὸ ἀφανδάνειν.

Ἐπιανδάνω, complaceo, gratus sum. Iliad. ή. ἐμοὶ ἐπιανδάνει οὕτως. Od. π'. τοῖς δ' ἐπιήνδανε μῦθος.

Ἐφανδάνω, idem. Il. ή. Βουλὴν ἥ ῥα θεοῖσιν ἐφήνδανε μητιόωσι.

ἌΝΔΗΡΟΝ, ου, τὸ, Hesychio est summitas, cacumen. Item fluviorum labra. Scholiastes Theocriti exponens hoc hemistichium Idyll. 5. de rosis et anemone, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει, scribit, ἄνδηρα ibi dici flores vel cacumina: propriè verò ἄνδηρα esse τὰ ἐπάνω τῶν ὀχετῶν τῶν ὑγρῶν, παρὰ τὸ ἄνω διερῶν εἶναι, hoc est, labra seu aggeres fluviorum. Idem scribit Etymologus et Eustathius, nec non Harpocration et Suidas. Theophr. parietibus etiam tribuit sub fin. l. 7. hist. pl. vide et Poll. l. 2.

ἈΝΕ'ΔΗΝ, Hesychius exp. effusè, afferens ex Æschylo, φεύγειν ἀνέδην, addensque, dici κατὰ στέρησιν τοῦ ἕσαι, quod est ἱδρύσαι ἀναστάτους γενομένας ἤτοι ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀνεστηκυίας. Itidemque Etymologus: qui præterea exponi ait ἐκλελυμένως, et derivari ab ἀνίημι. Eustath. etiam exp. ἀνέτως καὶ ἐλευθέρως, licenter, impunè et nullo prohibente; ac quasi dicas, laxatis plenis habenis. velut in hoc apud Suid. Arriani loco, τοῖς φρέασι φύλακας ἐπέστησεν ὡς μὴ ἀνέδην ὅπως τις ἐθέλει ὑδρεύεσθαι. Et rursum, ἀνέδην ἐξεπόρθουν μετὰ ἀγριότητος. ¶ Exponitur etiam promiscuè, nullo discrimine: Item largiter, ad satietatem usque. ¶ Item et pro, palàm, apertè, apud Demosth. πομπείας τῆς ἀνέδην οὑτωσὶ γεγενημένης. * Incert. ap. Stob. p. 71. Χρήσονται δ' ἄλλοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνέδην. effuse.*

ἌΝΕΜΟΣ, ου, ὁ, ventus. Arist. de mund. scribit, τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα καλοῦμεν ἀνέμους· αὔρας δὲ τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς. flatus qui in aëre flant, vocamus ἀνέμους: at verò αὔρας, ex humore prodeuntes expirationes. Idem ibidem quid sit sive ἄνεμος, sive πνεῦμα, docet his verbis: ἐκ τῆς ξηρᾶς (ἀναθυμιάσεως) ὑπὸ ψύχους ὠσθείσης ὥστε ῥεῖν, ἄνεμος ἐγένετο· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗτος πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. id est, à sicca (exhalatione) oriri solet ἄνεμος, quum à frigore ita protrusa est illa, ut fluat: nihil enim est hic aliud quàm aër multus fluens et coacervatus: qui etiam πνεῦμα nominatur. Poëtæ dicunt interdum πνοιὰς ἀνέμου sive ἀνέμων, pro ἄνεμον sive ἀνέμους simpliciter, ut Homer. Odyss. β'. πέτοντο μετὰ πνοιῆς ἀνέμοιο. Et Odyss. δ'. λιάσθη Ἐς πνοιὰς ἀνέμων. Apud eundem habetur, ἀνέμου θύελλα sive ἄελλα, venti procella. Odyss. κ'. αἱ δ' ἐφέροντο κακῇ ἀνέμοιο θυέλλῃ. Aratus,—εἰ

δέ κε τοὶ Ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δινὴ ἀνέμοιο θύελλα, (Cicer. interpr.) Sin gravis inciderit vehementi flamine ventus. ☞ Ab ἄω sive ἄημι (id est, flo, spiro) derivatum putatur quasi ἄεμος, et interjecto ν, ἄνεμος.

Ἀνεμόεις, εντος, ὁ, ventosus. (Soph. Tr. 970. Æsch. Ch. 590.) Poëticum est: sed usurpatur potiùs ἠνεμόεις.

Ἀνεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, vento plenus, ventosus, venti naturam habens.

Ἀνεμόω, ῶ, ventilo, vento agitari facio. Luc.

Ἀνέμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, item ἀνεμίδιος, item ἀνεμιαῖος, vento plenus, vanus, evanidus, subventaneus: ut, ἀνεμίδιον ᾠόν. Ἀνεμιαῖον κύημα, exp. fœtus evanidus. Metaphoricè ἀνεμιαῖος ἄνθρωπος, homo levis, inconstans.

Ἀνεμίζω, vento impello sive agito.

Ἀνεμίζομαι, vento impellor, sive agitor. in ep. Jac. c. 1.

Ἀνεμίδιον, q. d. ventulus. Plat. in Theæt. γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει.

Ἀνεμωλία, nomen herbæ apud Theophr. hist. pl. l. 7. c. 10. quæ eadem esse creditur cum τῇ ἀνεμώνῃ.

Ἀνεμώλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ventosus, vanus, irritus, inanis, quasi ἀνεμώνιος, inquit Etymol. Odyss. δ'. et λ'. ἀνεμώλια βάζειν. Vide et in comp. ex Ὄλλω.

Ἀνεμώνη, ἡ, anemona: herba quædam apud Dioscor. l. 2. c. 207. Sic dicta quòd vento flante aperiatur. ¶ Item metaphoricè vanitas. Luc. μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, id est, vana verba, frivola, nugatoria, inquit Bud.

Ἀνεμῶτις, fuit cognominata Minerva, in quodam Peloponnesi loco: quod ibi ventum perniciosum sedaret.

Ἤνεμος, poët. pro ἄνεμος.

Ἠνεμόεις, εντος, ὁ, ventosus, ventis perspirabilis. Odyss. τ'. τάχα δ' ἵκανον πτύχας ἠνεμοέσσας. ¶ Et metaph. altus, quòd loca altiora ventis magis pervia sint: ut, ἠνεμόεσσα Ἴλιος. ¶ Item celer, et ventos velocitate assequens: apud Oppian. l. 3. τίγριδες ἠνεμόεσσαι.

Ἠνεμώδης, idem quod ἀνεμώδης.

Composita.

Ἀλεξάνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ventos arcens. Odyss. ξ'. ‡ v. 529.‡ χλαῖναν ἕεσσατ' ἀλεξάνεμον. [Schol. βοηθὸν ψύχους, δυναμένην ἀντιπράττειν ἀνέμῳ, ἢ ἀπείργουσαν τοὺς ἀνέμους. Vide Eustath. ad loc.]

Ἀνήνεμος, ventorum expers, tranquillus: ἀνήνεμος γαλήνη, in Epigramm. [Soph. Œd. Col. 707. Luscinia ἀνέχουσα κισσὸν, καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ φυλλάδα μυριόκαρπον, ἀνάλιον, ἀνήνεμόν τε πάντων χειμώνων.]

Ἀνηνεμέω, ventorum expers sum. Strab.

Ἀνηνεμία, ventorum expers tranquillitas. Arist. in Probl.

Ἀπήνεμος, ventos non habens, aut à vento procul remotus. Hesych.

Διανεμόω, idem quod ἀνεμόω. Exponitur etiam, ventis expono. In Epigr. Διανεμωμένας ἐθείρας, jubas vento expassas.

Διήνεμος, velocissimus, ἰσάνεμος, ventos æquans. Anacr. (Soph. Tr. 331.) [ἐξότου πατρὰν διήνεμον λέλοιπεν. Schol. ἔρημον. ὑψηλήν. ἣν Ὅμηρος ἠνεμόεσσάν φησιν. Iliad. β'. 606.]

Δυσήνεμος, difficiles et malos ventos habens, ventis vexatus, δυσήνεμος χθὼν, apud Dionys. de situ orb. ventis vexata regio. Exp. et, graviter olens et fœtens.

Ἐξανεμόω, ῶ, vel potius ἐξανεμοῦμαι, pass. de segetib. dictum, quum jam maturescentes perflatu nimio exinaniuntur et quasi eventilantur, apud Theophr. de hist. pl. l. 8. c. 10. Ab Aretha dicitur, ἐξηνεμωμένος, καὶ ἀερίζων, i. in ventum evanescens, ut tradit B.

Ἐπηνέμιος, ventosus, vanus, evanidus, talis qui in ventos abiturus sit. apud Suidam.

Εὐάνεμος seu εὐήνεμος, bonos et prosperos ventos habens. Et metaph. serenus, plucher. Apud Eurip. εὐήνεμος λιμὴν, à ventorum injuria tutus portus. (ἐν εὐανέμοις βάσσαις. Soph. Aj. 198.)

Ἰσάνεμος, par vento, velocissimus. apud Eurip.

Κατήνεμος, ventis obnoxius seu expositus, ventosus.

Κωλυσάνεμος seu κωλυσανέμας, fuit ita dictus Empedocles, quòd ventos prohiberet, seu arceret. Laërt.

Λανθάνεμος ὥρα, tempus quo silent venti, clementia temporis. apud Aristot. hist. anim. l. 5.

Μετηνέμιος πῶλος, pullus equinus, qui pedum pernicitate vel cum ventis contendat, ut illi qui apud Homer. πέτοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο.

Νήνεμος, ventos non habens. Item serenus, tranquillus. idem quod ἀνήνεμος. Item εὔπνους. Hesych. ut Il. θ'. νήνεμος αἰθήρ. (Æschyl. Ag. 575. 749.)

Νηνεμία, ventos non habens serenitas. Propriè de serenitate aëris dicitur. [Herodot. Hist. lib. 1. ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμεῖν ἐξαπίνης νέφεα, &c.] Νηνεμούμενον, quod à ventis non amplius agitatur, tranquillum. Hesych.

Παυσάνεμος, ventos sedans seu placans. Æschylus vocavit Παυσάνεμον θυσίαν, sacrificium quo impetramus sedationem ventorum. [Agam. v. 222.]

Ποδήνεμος, q. d. pedibus (i. pedum velocitate) ventos æquans; pedibus celer: ut, ποδήνεμος Ἶρις. Il. ε'. [353. Schol. 368. Schol. ab Auctore citatur, quibus exemplis addatur Iliad. Λ. 195. Schol. Ἴση ἀνέμοις κατὰ τὸ τάχος.]

Προσήνεμος, vento expositus, auræ patens. προσήνεμος ἅλως, Xen. προσήνεμον καὶ πνευματῶδες, Theophr. et ἐν προσηνέμῳ, in aura. Xen. in Œcon. λικμᾶν ἐκ τοῦ ὑπηνέμου μέρους τῆς ἅλω, οὐκ ἐκ τοῦ προσηνέμου.

Πυρήνεμος, ignem ventilans: ut, πυρηνέμους ῥιπίδας. in Epigr.

Ὑπήνεμος, auræ patens, i. vento expositus: ut, ὑπήνεμος νεοττιά, vento expositus nidus, hoc est, non occultus vel in terra defossus. Aristot. de hist. anim. Nonnunquam προσηνέμῳ opponitur, ut apud Xen. in Œcon. et apud Theophr.

Ὑπηνέμιος, ventosus (q. d. subventaneus) cui subest ventus. Dicitur de ovis irritis et ex quibus nihil gignitur, quæ fœminæ mutua inter se libidinis imaginatione concipiunt. Plin. l. 10. c. 58. Aristoph. apud Athen. l. 9. πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων ὑπηνέμια βίᾳ τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. Legitur et apud Aristotelem aliquoties. Huc autem Lucianus alludens in lib. de sacrificiis, dixit Junonem sine congressu virili concepisse Vulcanum ὑπηνέμιον παῖδα. Ab illis ovis ducta metaphora dicitur ὑπηνέμιον, quicquid est inane, vanum et futile. unde ὑπηνέμιος λόγος, Plut. de audiendo. Sic Lucianus, ὑπηνέμια ὀνείρατα, dixit futilia. At Græci poëtæ ὑπηνέμιον variè usurpant. Unde apud Nonnum ὑπηνέμιος ποῦς, et ὑπηνέμιον πνεῦμα.

ἌΝΕΥ, (*adverb.*) absque, sine. † Xen. Pæd. 1. 6. 2.† ἄνευ ἠχῆς, sine sono, sine ullo sono. (V. Æschyl. Ag. 472.) Interdum exponitur citra: ut, ἄνευ τῆς πρὸς ἄνδρας ὁμιλίας, citra virilem congressum. Ἄνευ πτερύγων, exceptis alis. Hæc Epicuri verba, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως, Cic. exp. non posse jucundè vivi, nisi sapienter vivatur. Idem, hunc ex Timæo Platonis locum, χωρισθὲν δέ τε πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ· στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς: sic reddit, nihil porrò igni vacuum videri potest, nec verò tangi quod careat solido: solidum autem nihil quod terræ sit expers. Postponitur nonnunquam: ut, ὧν ἄνευ, et τούτων ἄνευ.

Ἄνευθε et Ἄνευθεν, (apud poëtas tantùm) pro eodem. Iliad. χ'. Οἶος ἄνευθ' ἄλλων. Iliad. π'. Μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο. Interdum ponitur sine casu. (Homer. Il. δ'. 277.)

Ἄνις, poëticè pro ἄνευ. Nic. in Alexiph. * Aristoph. Ach. 834.*

Composita.

Ἀπάνευθε et ἀπάνευθεν, sine, vel procul à, aut seorsum. ut Iliad. ά. ἀπάνευθε θεῶν. Iliad. ύ. Εἴως μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν. Od. ζ'. αἱ δ' ἀπάνευθεν ἴσαν. † Hes. Th. 386.†

Κᾄνις, Doricè pro καὶ ἄνευ, etiam sine. Aristoph. in Acharn. πειρῆσθε κᾄνις τῶ πάτρος παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάζαν. Apud schol. verò scriptum κᾄννις, duplici ν, exponentem itidem καὶ χωρίς.

ἈΝΕΨΙΌΣ, οῦ, ὁ, consobrinus, amitinus, patruelis, fratris vel sororis filius. (ἐξάδελφος. Æsch. Pr. 855.) Dicitur interdum ὁ πρὸς πατρὸς ἀνεψιὸς, et ὁ πρὸς μητρὸς ἀνεψιός. Isæus, ὁ νόμος δίδωσιν ἀγχιστείαν τοῖς πρὸς πατρὸς ἀνεψιοῖς, lex refert hæreditatem amitinis, vel patruelibus, vel agnatis. Plutarchus Theseum et Herculem appellat ἀνεψιούς. Hom. Iliad. ι. Ἦ μὲν πολλὰ ἔται καὶ ἀνεψιοὶ ἀμφὶς ἐόντες. ubi Eustathius ait dici ἀνεψιοὺς, τοὺς τοῦ γένους, ὡς ἀπὸ μέρους τῶν ἀνεψιῶν. esse autem ἀνεψιοὺς qui postea nominati sunt ἐξάδελφοι. ☞ Etymologistes deducit παρὰ τὸ ἀνῆφθαι, ut sit ὁ ἄνωθεν συνημμένος εἰς συγγένειαν.

Ἀνεψιὰ, ᾶς, ἡ, consobrina, patruelis. Xenoph. συνεληλύθασι πρὸς ἐμὲ ἀδελφαί τε καὶ ἀδελφιδαῖ, καὶ ἀνεψιαί. Plutarchus in Solone; ἀνεψιὰ μητρὸς, consobrina matris.

Ἀνεψιότης, ητος, ἡ, q. d. consobrinitas, vel patruelitas, gradus propinquitatis, quam ἀνεψιοὶ faciunt et ἀνεψιαί. Apud Demosthenem, μέχρι ἀνεψιότητος.

Ἀνεψιαδοῦς, ὁ, filius consobrini, sive consobrinæ, sive patruelis, vel amitini. Demosthenes fratris et sororis liberos invicem ἀνεψιοὺς appellat, et eorum filios ἀνεψιαδοῦς, in oratione adversus Stephanum.

Ἀνεψιαδῆ, filia consobrini, vel consobrinæ, sive patruelis, vel amitini.

Ἀνεψιάδης, vide apud Poll. et Suidam, in vita Hesiodi.

Composita.

Αὐτανεψιὸς, pro ἀνεψιὸς, Bud. putat poni apud Plat. in Euthyd. Ab Eustath. dicitur Glaucus αὐτανεψιὸς, Sarpedoni, quorum Glaucus ex Hippolocho, Sarpedon verò ex Laodamia Hippolochi sorore natus erat. [Eurip. Rhes. 944. Ὀρφεὺς, αὐτανεψιὸς νεκροῦ τοῦδ', &c. Heracl. 987. Æschyl. Suppl. 939. ἥκειν γυναικῶν αὐτανεψιὸν στολόν; 991.]

Ἐξανεψιὸς, ex patre consobrinus. Jul. Pol. l. 3.

ἌΝΗΘΟΝ, ου, τὸ, anethum, herba quæ sic appellatur secundum Etymologisten, παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, quòd citò crescat. Aristoph. in Nub. οὐδ' ἂν ἄνηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν. † v. 978.† * Mosch. Epit. Bion. τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον.*

Ἀνήθινος, ου, ὁ καὶ ἡ, anethinus, ex anetho confectus, ex anetho constans: ut, ἀνήθινος στέφανος, apud Theocr. Et ἀνήθινον μύρον, apud Diosc. lib. 1. cap. 62. Item ἀνήθινος οἶνος, ex ejusdem lib. 5. cap. 67.

ἈΝΉΡ, vir, (in obliquis casibus ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα, dicunt poëtæ: in prosa autem usurpantur ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἄνδρα. Vocativus est ἄνερ.) variè sumitur, ut et vir apud Latinos. (Sophocl. Trach. 559. Œdip. Tyr. 835. Philostr. l. 3. c. 24. Eurip. Med. 1259.) Interdum simpliciter pro ἄνθρωπος, homo: ut, ἔσχατοι ἀνδρῶν. Sic dicitur ἀνὴρ ῥήτωρ, et ἄνδρες ἀγωνισταὶ, à Demosthene: et passim ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Sic et κατ' ἄνδρα, in singulos viros, per singulos viros, viritim. Usurpatur itidem pro ἐκεῖνος, apud Gregorium identidem: ut, ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος ἦν, erat enim ille. Item ἐγένετό τις πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορὰ, adversus illum. ¶ Item vir, i. mas, masculus. Plato de legibus, τῶν ἀνδρῶν ἄπαις, carens liberis maribus, mascula prole carens. De tauro etiam dicitur in Anth. epigr. ut Virgil. dixit, Vir gregis ipse caper. ¶ Item vir. i. non eviratus, habens sua virilia, non eunuchus: ut in ænigmate quod ex Clearcho profert Athenæus, ἀνήρ τε κ' οὐκ ἀνὴρ, ὄρνιθά τε κ' οὐκ ὄρνιθα, ἰδών τε κ' οὐκ ἰδὼν, &c. ¶ Item vir, i. virilem ætatem habens, vir ætate. Plut. in Alcib. καὶ παῖδα καὶ μειράκιον καὶ ἄνδρα πάσῃ συνανθῆσαν τῇ ἡλικίᾳ. Hinc illa loquendi genera, εἰς ἄνδρας τελεῖν, εἰς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι, εἰς ἄνδρας δοκιμάζεσθαι, εἰς ἄνδρας ταχθῆναι, ad virilem ætatem pervenire, ætatem virilem attingere. Dicitur etiam, εἰς ἄνδρας ἐλθεῖν, et προελθεῖν ab Aphthonio; Item εἰς ἄνδρας ἀφικέσθαι, Romani dicebant virilem togam sumere. Dicitur et ἀνὴρ τέλειος, apud Xen. Pæd. 8. ¶ Item vir, i. virili animo præditus, strenuus, fortis, magnanimus. Il. θ'. Ἀνέρες ἔστε φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς, et apud Thucydidem scholiastes ἄνδρες exponit ἀνδρεῖοι. † Xenoph. Cyri. Pædiæ, cap. 1. ἄνδρες σοφοί.† Dicuntur etiam aliquando ἄνδρες quicunque aliquid dignum viro vel dicunt vel faciunt: et non esse ἄνδρες, qui servile quidpiam et abjectum facere sustinent: ut Xenophon in Hierone, ἄνδρες καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Herodotus in Polymnia, δῆλον δ' ἐποιεῦντο ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δ' ἄνδρες, multos quidem esse homines, paucos autem viros. Æschines in Ctesiphontem, πρᾶξιν δὲ ἀνδρὸς οὐ πράξεις. ¶ Item vir, i. maritus. Plutarchus in Lycurgo, μόναι τῶν ἀνερῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι. μόναι γὰρ, ἔφη, τίκτομεν ἄνδρας. Odyss. ζ'. Ἄνδρα τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν Ἐσθλήν. Et Odyss. ά. — καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω. Cum genitivo: ut, ἀνὴρ ἐκείνης, maritus illius, Athen. l. 12. Dicitur etiam ἀνδρὸς ὡραία, virgo nubilis, tempestiva viro. ☞ Etym. deducit ab ἄνω seu ἀνύω, perficio.

Ἀνδρόθεν, (adv. poët.) ex viro, à viro. in Anth. Epigr.

Ἀνδροτὴς, ῆτος, ἡ, virilitas, fortitudo. Il. π'.

Ἀνδρόμεος, ου, ὁ, humanus. Il. ύ. χροὸς ἀνδρομέοιο. Od. ι. — ψωμοὶ ἀνδρόμεοι.

Ἀνδρακὰς, (adverbium poëticum) viritim. pro quo in prosa dicitur κατ' ἄνδρα. Od. ν'. Ἀλλ' ἄγε, οἱ δῶμεν τρίποδα μέγαν ἠδὲ λέβητα Ἀνδρακάς. (Æsch. Ag. 1604.)

Ἀνδρὰξ, idem quod ἀνδρακάς. Hom.

Ἄνδραχλος, dicitur herba quædam, quod sit viro similis: quasi ἀνδρείκελος, facta syncope, et mutata tenui in aspiratam.

Ἀνδρεῖος, ου, ὁ, virilis, i. ad virum pertinens: ut, ἱμάτιον ἀνδρεῖον, apud Xenophontem. Idem Pæd. 8. ὑποδήματα ποιεῖ ὁ μὲν ἀνδρεῖα, ὁ δὲ γυναικεῖα. Invenitur etiam τὸ ἀνδρεῖον μόριον, pro membro virili, apud Lucianum, εἶτά σοι τὸ ἀνδρεῖον μόριον, ἀνεφύη; Numero plurali ἀνδρεῖα erant συσσίτια quædam apud Cretenses, sicut φειδίτια apud Lacones. Athen. lib. 5. Verùm antiquitus Lacones non φειδίτια vocabant, sed ἀνδρεῖα, sicut et Cretenses, ut inquit Aristoteles Pol. lib. 2. Dicebantur autem ἀνδρεῖα sodalitia publicè epulantium, à virorum appellatione: quod soli viri hujusmodi epulis interessent, nec ad eas accederent mulieres, ut quidam tradunt. ¶ Item ἀνδρεῖος, virilis. i. strenuus, fortis, virum se præbens. † Xen. Pæd. 1. 4. 11. et Aristoph. Nub. 1048. ἀνδρειότερος.† Cui opponitur ἄνανδρος. Plato in epitaphio, οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens. Interdum dicitur, ἀνδρεῖος πρός τι. ¶ Ἀνδρεῖα, absolutè, virilia.

Ἀνδρείως, viriliter, strenuè, ut virum decet. Aristot. Rhet. 1. † Xen. Pæd. 1. 3. 1.†

Ἀνδρεία, ας, ἡ, virilitas, i. strenuitas, fortitudo, animi robur, animi præstantia. † Aristoph. Nub. v. 510.† (Ἀνδρείᾳ φλέγων. Æsch. S. c. Th. 52.) Aristot. Rhet. 2. καὶ σώφρονες μετὰ ἀνδρείας, καὶ ἀνδρεῖοι μετὰ σωφροσύνης. Invenitur autem scriptum modò ἀνδρεία, modo ἀνδρία. [Thucyd. Hist. lib. 3. §. 82. Sed Dion. Hal. legit ἀνδρεία.] Item ἀνδρεία, virilitas, virilis ætas. Harpocration ex Antiphonte. Ionicè dicitur ἀνδρήϊος pro ἀνδρεῖος, et ἀνδρηΐη pro ἀνδρεία.

Ἀνδρειότης, virilitas, fortitudo.

Ἀνδρικὸς, ῶ, ὁ, idem quod ἀνδρεῖος, virilis, i. ad virum seu viros pertinens. Apud Xenophontem Hel. 6. χορὸς ἀνδρικὸς, ex viris constans. † ἀνδρικώτατοι, Xen. Pæd. 1. 2. 12.† ¶ Item virilis, i. strenuus, fortis, ἀνδρεῖος. Platoni μέλανες dicuntur esse ἀνδρικοί. Tradit Eustathius, quamvis ἀνδρεῖος et ἀνδρικὸς idem valeant, dici tamen ἀνδρικὴ γυνὴ, non ἀνδρεία γυνή. Dicitur etiam ἀνδρικὸν quicquid est viro forti dignum. ἀνδρικὸς πόνος, apud Lucianum, labor virilis, i. virum fortem decens, viro dignus.

Ἀνδρικῶς, viriliter, strenuè, fortiter, aliquando etiam validè, robustè, ut apud Aristophanem in Equitibus, παῖ ἀνδρικῶς.

A Budæo exponitur, vehementer, apud Dioscoridem, ἀνδρειχῶς δὲ ποιεῖ πρὸς παλαιὰ ῥεύματα.

Ἀνδρίζω, virile quippiam ago. Suid.

Ἀνδρίζομαι, virilem ætatem ingredior, ad firmam et robustam ætatem pervenio. Budæus ex Polluce exponit, vir sum. Apud Lic. in Anachar. ἀνδρίζεσθαι τῷ σώματι exp. corpore corroborari, robur virile assumere corpore. Item viriliter ago et fortiter, viriliter me gero, apud Platonem in Theæteto. Idem in Phæd. ἀλλ' ἀνδριστέον καὶ προθυμητέον ὑγιῶς ἔχειν. Est ἀνδρίζομαι (inquit Bud.) ago more viri: ut, ἀνθρωπεύομαι, ago more hominis vel more humano. ¶ Item, ad fortitudinem me comparo. ut Arist. Ethic. 3. ἅμα δὲ καὶ ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστιν ἡ ἀλκὴ, ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν. Dicuntur ἀνδριζόμεναι mulieres, naturam muliebrem fortibus factis superantes, quales à Latinis appellantur viragines. (Ἀνδρίζομαι ἐπί. Philostr. l. 1, c. 37.)

Ἀνδριστὶ, viriliter, strenuè. Aristoph. (Theoc. ιά. 23.)

Ἀνδρῷος, ου, ὁ, virilis, ad virum pertinens. Leo imperator constit. 20. τήν τε γυναικείαν καὶ τὴν ἀνδρῴαν.

Ἀνδρόω, ῶ, virilem reddo, virile robur ministro, Bud.

Ἀνδρόομαι, οῦμαι, virile robur, vel ætatem virilem assumo. Ad virilem ætatem pervenio, vir fio, togam virilem sumo. Herodotus, τί δὴ ἀνδρωθέντες δῆθεν ποιήσουσι; Et Aristot. Ethic. 10.

Ἀνδρωθεῖσα, etiam dicitur quæ cum viro consuevit, cui virginitatem vir eripuit. Hesych. Idem ἀνδρώσασθαι exponit συγγενέσθαι.

Ἀνδρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, virilis, virum decens, forti viro dignus, forti animo præditus, magnanimus. Plut. et Aristot. ἀνδρῶδες, τὸ, virilitas, virile robur. Et pro ἀνδρεία.

Ἀνδρωδῶς, viriliter, fortiter, ut virum decet. Isocr. in Panath.

Ἀνδρὼν, ῶνος, ὁ, domus pars in quam viri seorsum à mulieribus se recipiunt. (Æsch. Ag. 250. Ch. 710.) Aristoph. τὰ δικαστήρια καὶ τὰς στοὰς ἀνδρῶνας πάντα ποιήσω. Græci ἀνδρῶνας appellant οἴκους ubi convivia virilia solent esse, quòd eò mulieres non accedant: ut scribit Vitruvius l. 6. c. 9.

Ἀνδρεὼν, etiam dicitur pro eodem apud Herodot. in Thal. ubi tamen Suidas exp. magna domus. Dicitur ἀνδρεὼν in carmine per epenthesin literæ ε.

Ἀνδρωνῖτις, ιδος, ἡ, idem quod ἀνδρών. Plut. de non irascendo, δι' ὧν ἔνιοι τὸν θυμὸν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν οὐκ εὖ μετοικίζουσιν. [Lysiæ pro cæde Eratosth. Def. οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. Vide Notam Cl. Taylor. Xenoph. Œconom. cap. 9. §. 5. ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραν βαλανείῳ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος, &c.]

Ἀνδρίον, ου, τὸ, homulus, homuncio, homunculus. Aristoph. ἀνδρίοις καὶ ἀνδράσι.

Ἀνδράριον, (alium dim.) homulus. Synes. [Aristoph. Acharn. 516. Ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα,—— ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια.]

Ἀνδρίσκος, homuncio.

Ἄνδρια, vel ἀνδρεῖα, τὰ, dicta apud Cretenses fuere convivia quædam publica, ad quæ soli viri conveniebant. Arist. polit. l. 2. c. 8.

Ἀνδριὰς, άντος, ὁ, statua, simulachrum, propriè statua viri. In epistola Phil. ad Demosthen. ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνίστησιν εἰς Δελφούς. Arist. Poll. 5. ἀνδριάντα τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενον. Copulantur sæpe ἀνδριάντες et γραφαὶ, apud Plutarchum.

Ἀνδριαντίσκος, ου, ὁ, parva statua. [Plut. Thes.]

Ἀνήρης, virilis. Hesych. ex Æschyli Salamine. Etymol. ἀνήρεις dicit esse ἀνάνδρους ἢ χήρας, ἢ παρθένους. ab ἄνω, i. πράττω.

Ἠνορέα, seu Ionicè ἠνορέη, † Hes. Theog. 516.† idem quod ἀνδρεία, sed est poët. hinc dat. ἠνορέηφι. Pro eodem dicitur et ἀνορέα, apud Theocr. [Pind. Olymp. H. 88. Ὅς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀνορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν, &c.] (V. Æsch. S. c. Th. 855.) ‡ διδυμ' ἀνορέᾳ. H. Steph. alii διδυμανορέα. Alii etiam aliter. V. Butl.‡

Ἀνόρεος, virilis, fortis. Soph. ἀνόρεος πόλεμος, pro ἠνόρεος.

Composita: ac primum retinentia ἀνδρ.

Ἀγήσανδρος, dicitur orcus, tanquam homines adducens ad se, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἄνδρας.

[Ἀνάνδρειος. Demost. Olynth. B. (al. Γ.) pag. 103. 12. Ed. Mount. καὶ τὸ πάντων ἀνανδρειότατον τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. In Ed. Wolf. pag. 13. B. legimus ἀνανδρότατον.]

Ἄνανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non se præstat virum, parum virilis, minimè fortis, instrenuus, ignavus. (Æsch. Pers. 289. 298. Soph. Œdip. Tyr. 1519.) Item effœminatus, mollis. Isoc. in Encom. Evag. ἐξ ἀνάνδρων δὲ πολεμικούς. Æsch. in Ctesiphon. τὸν ἄνανδρον καὶ λελοιπότα τὴν τάξιν. Plut. in Solone, ἀνάνδροις καὶ γυναικώδεσι πάθεσι. Et τὸ ἄνανδρον, (substantivè) ignavia. Thuc. l. 3. ¶ Item (secundum quosdam) dicitur qui est eviratus. ¶ Ἄνανδρος γυνὴ innupta mulier, viro carens mulier, i. marito, apud Platonem. Cui opponitur ὕπανδρος, apud Chrysost. † ἀνανδρότερος apud Xen. Pæd. p. 242. d.†

Ἀνάνδρως, non viriliter, ignavè. Isocr.

Ἀνανδρία, ignavia, instrenuitas. Demosth. (Æsch. Pers. 757. Eurip. Med. 467. Phœniss. 466.)

Ἀνανδρόομαι, οῦμαι, ignavus reddor. A Gregorio poni videtur pro evirari seu virilitatem deponere, ubi de Gallis sacerdotibus loquens, dicit, ἢ Φρυξὶ κατατέμνεσθαι τὸ ὑπ' αὐλῶν κηλουμένοις καὶ ἀνανδρουμένοις ὑφ' ἅλματος, Bud.

Ἀνάνδρωτος, viro viduata, marito orbata. Sophoc. in Tr. εὐναῖς τ' ἀνανδρώτοις τρύχεσθαι. Factum ex ἀνανδρόω.

(Ἀναρπάξανδρος——ἀναρπαξάνδραν κῆρα. Sphingem appellat. Æsch. S. c. Th. 782.) ‡ Schol. τὴν τοὺς ἄνδρας ἁρπάζουσαν καὶ ἐσθίουσαν.‡

Ἄντανδρος, in alius viri locum substitutus, succedaneus. [Lucian. Mort. Dial.]

Ἀπανδρόω, virilitatem, seu annos viriles assumo. Luc. in Amor. [Eurip. Ion. 53. ὡς δ' ἀπηνδρώθη δέμας, Δελφοί σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα τοῦ θεοῦ, &c.]

Ἀτισανδρεῖν, Hesych. despicari et fastidire virum.

Αὔτανδρος, ut navis capta αὔτανδρος, id est, cum ipsis hominibus. Sic Polyb. l. 16. συνέβη τὴν μὲν πληγεῖσαν αὔτανδρον καταδῦναι.

Αὔτανδρον, (inquit Hesych.) σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι.

Αὐτανδρὶ, unà cum ipsis viris. Polyb. 55. τὸ ὅλον αὐτανδρὶ σκάφος ὑποχείριον γίνεται τοῖς ἐχθροῖς.

Γυναικάνηρ, mollis, effæminatus. Eustath.

Γύνανδρος, qui masculi et fæminini sexus est. Item effæminatus. [Phil. Jud.]

Δειλανδρία, timiditas. Δειλανδρέω, ῶ, terreor, paveo. 2. Mac. et Eust.

(Ἕλανδρος. Æsch. Ag. 698.) [ἕλανδρος, ἑλέπτολις, &c. Schol. ὁ ἑλὼν καὶ καθελὼν τὸν τῆς Ἑλένης ἄνδρα Ἀλέξανδρον, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ.]

Ἐξανδρόομαι, οῦμαι, vir fio, in virum evado. Aristoph. [Equit. 1238. Τέχνην δέ τινά ποτ' εἶχες ἐξανδρούμενος; Eurip. Phœn. 32. Ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος Παῖς οὑμὸς, &c. Suppl. 703. Λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος Δεινὸς παλαιστὴς ἦν. Herodot. Hist.]

Ἔπανδρος, virilis, virilitatem præ se ferens. Palæphatus de Minerva, διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ τὸ ἔπανδρον καὶ γοργωπὸν αὐτῇ ἀνατιθέασι πολὺ ἔχειν.

Ἐσανδρόω, ῶ, viris impleo, virili prole habitatum reddo. Apoll. Arg. lib. 2.

Εὔανδρος, ut, εὔανδρος πόλις, strenuos seu fortes viros habens civitas, quæ à strenuis viris incolitur. Aristoph. in Nubib. εὔανδρον γῆν Κέκροπος. † v. 299.†

Εὐανδρία, abundantia fortium virorum, copia virorum præstantium. Georg. Leont. in Helenes encomio, κόσμος πόλει εὐανδρία. ¶ Item virilitas.

Εὐανδρέω, ῶ, bonis viris et acribus abundo, apud Strabonem de Alexandria loquentem, inquit Bud.

Εὐανδροῦμαι, pro eodem. Plut. οὐ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους ἀναγκαῖον. καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι, ἀλλὰ, καὶ τὸ μέγιστον, εὐανδρεῖσθαι. Item Εὐανδρῶ, vigeo et virilis sum, Suid. et Plutarchus in Camillo.

Ἡμίανδρος, semivir. (eo sensu quo sacerdotes Cybeles vocantur semiviri.) Lucianus, ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος.

Θεανδρικὸς, dicitur de Christo apud Areop. Et θεανδρικὴ ἐνέργεια, apud eundem et Damasc.

Κακανδρία, ας, ἡ, idem quod ἀνανδρία, ignavia. Soph. in Ajace δειλίαν et κακανδρίαν conjungit, timiditatem et ignaviam.

Κένανδρος, viris vacuus. A Suida exp. vir vanus, et futilis. [Æschyl. Pers. 117. μὴ πόλις πύθηται κένανδρον μέγ' ἄστυ Σουσίδος. Schol. κενὴν ἀνδρῶν. Soph. Œd. Col. 917. καί μοι πόλιν κένανδρον ἢ δούλην τινὰ Ἔδοξας εἶναι.]

Κενανδρία, vacuitas virorum. Æschyl. [Pers. 732. Πρὸς τάδ' ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει.]

Λειπανδρεῖν, viris defici, virorum penuria laborare. [Strab. Geog. lib. 6.]

Λειπανδρία, virorum penuria. Suid. Λειψανδρία, idem. Hesych.

Λειπανδρεῖον, quidam expon. decretum de virorum penuria emendanda latum. Vide Suid.

Μεγάλανδροι, magni viri et fortes. [Phav. Lex.]

Μένανδρος, qui virum in se irruentem excipit et sustinet. in Epig.

Μονανδρέω, ῶ, unicum maritum habeo. Suid.

(Μυρίανδρος, populosus. Luc. Nigrin. p. 130.)

Νομανδρία, aff. pro, cœtus virorum pastoritius.

Ὀλιγανδρέω, ῶ, virorum paucitate et penuria laboro. Plut. ἀνεπλήρωσε τὴν βουλὴν ὀλιγανδροῦσαν, ad paucos viros redactum. Sic Thucydides, πολλοὶ γὰρ, φθειρομένων ἐν τῇ ναυαγίᾳ τῶν σκαφῶν, ἀπεκολύμβησαν· οὓς ἐς τὸ ναυτικὸν ὀλιγανδροῦν κατέταξαν.

Ὀλιγανδρία, per quod Budæus interpretatur τὸ ὀλιγανθρωπία. (Philostr. l. 3. c. 30.)

Πολύανδρος, multos viros habens, ut apud Non. γυνὴ πολύανδρος. [Æschyl. Pers. 73. πολυάνδρου δ' Ἀσίας θούριος ἄρχων, &c. 533. 900. Agam. 702.]

Πολυανδρέω, ῶ, multos viros habeo, viris abundo, cui opponitur λειπανδρῶ. Strabo. l. 8. Πολυανδρέομαι, idem.

Πολυάνδριος τάφος. Hesych. πολυχώρητος, qui multos capit. Et substantivè apud Suidam πολυάνδριον, τὸ τάφος, μνῆμα, cœmeterium, et κενοτάφιον, locus sepulturæ destinatus, quò multorum virorum corpora mortua feruntur. Æl. θάψαντες δὲ τοὺς νεκροὺς εἰργάσαντο κοινὸν πολυάνδριον. Nazianz. οὐ ναοὺς βεβηλουμένους ἁγίων αἵμασι, καὶ γενομένους ἀντὶ ναῶν πολυάνδρια.

Σάκανδρος, pudendum muliebre. Aristoph.

Ὕπανδρος, qui vel quæ sub viro est, viro subjectus, viro obnoxius: ὕπανδρος γυνὴ, Paul. Rom. 7.

Φίλανδρος, amans viri. ut, φίλανδρος γυνὴ, quæ mariti amore tenetur. In malam quoque partem φίλανδρος γυνὴ et μοιχεύτρια à Platone dicitur in Sympos. virosa et impudica.

Φιλανδρία, ας, ἡ, amor mariti. Plut. de Penelope in vita Hom.

Aliud compositorum genus, in άνειρος.

Ἀντιάνειραι, Amazonum epithetum, quòd viris aut pares essent et æquiparandæ, aut adversariæ, eorumque consuetudinem abnuerent. Latini viragines dicunt. [Hom. Iliad. Γ. 189. Ἀμάζονες ἀντιάνειραι. Schol. Αἱ ἴσαι κατὰ δύναμιν ἀνδράσιν, ἢ αἱ ἐναντιούμεναι ἀνδράσιν. ἐξ οὗ, πολεμικαί. Vide Eustath. ad loc. ἀντιάνειραι δὲ Ἀμάζονες, ἀντὶ τοῦ ἐξισούμεναι πρὸς ἀνέρας, ὡς οἷον ἴσανδροι. ἢ ἐναντιούμεναι ἀνδράσι. καὶ ὡς ἄν τις ἀστείως ἐρεῖ δηϊάνειραι. Occurrit in Sing. Num. apud Pind. Olymp. xii. 23. εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα &c. Schol. Νεοτ. εἰ μὴ ἡ μάχη ἡ ἀντιάνειρα, τουτέστι ἡ ἐξ ἐναντιώσεως τῶν ἀνδρῶν γενομένη, &c.]

Βωτιάνειρος, ου, ὁ, ἡ, alens et educans viros: unde Φθίη βωτιάνειρα, Il. ά. ‡ v. 155.‡ virorum strenuorum et fortium educatrix. Comp. ex βόσκω et ἀνήρ.

Δηϊάνειρα, ἡ, nomen proprium uxoris Herculis. Compositum ex δήϊος et ἀνὴρ, διὰ τὸ καυστηρὰν γεγονέναι τῷ ἀνδρί, Eustath.

Κυδιάνειρος, gloriam viris afferens, claros viros habens: ut, κυδιάνειρα ἀγορὰ, apud Homerum, et alibi πατρὶς κυδιάνειρα. [Hom. Iliad. A. 490. εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν. Schol. Ἐνδόξους ἄνδρας ἔχουσαν, ἢ ἐνδόξους τοὺς ἄνδρας ποιοῦσαν. Δ. 225. μάχην ἐς κυδιάνειραν. Ω. 391. μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ. Schol. ἐν ᾗ δοξάζονται οἱ ἄνδρες.]

Aliud compositorum genus, in άνωρ.

Ἀγάνωρ, ορος, ὁ, Hesych. interpretatur, ἀγαπητικὸς τὴν ἀνδρείαν, ἢ ὑπὸ τῆς ἀνδρείας ἀγαπώμενος. Vide Ἀγήνωρ.

(Δυσάνωρ. Æsch. Suppl. 1070.) [Ζεὺς ἄναξ ἀποστεροίη γάμον δυσάνορα δάϊον, &c.]

Ἡμιάνωρ, semivir, idem quod ἡμίανδρος.

[Μεγαλανορία. Pind. Nem. Od. xi. 57. Ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν, &c. Schol. ἀλλὰ μεγαληγοροῦμεν μεγάλα τε, &c. Eurip. Phœn. 192. Σύ τοι μεγαλανορίαν ὑπεράνορα κοιμίζεις. Schol. σὺ κοιμίζεις καὶ ταπεινοῖς τὴν κενοδοξίαν τὴν ὑπεράνορα καὶ ὑψηλήν.]

Μεγαλάνωρ, idem quod μεγάνωρ, magnos viros faciens. Opp. de venat. lib. 1. [Pind. Pyth. Od. A. 99. Καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ, ἴσαμεν.]

Μεγάνωρ, magnos viros faciens, et (ex consequenti) superbos. epithetum divitiarum apud Pindarum, μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

Πολυάνωρ, multos viros habens. Eurip. θρόνῳ πολυάνορι, frequenti viris. [Æschyl. Agam. 62. πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς, &c. Aristoph. Av. 1313. Ταχὺ δ' ἂν πολυάνορα τάνδε πόλιν Καλεῖ τις ἀνθρώπων ἄν.]

Στυγάνωρ, odio prosequens viros. Æschyl. in Prometh. Amazonum exercitum στυγάνορα vocat.

Τρυσάνωρ, virum atterens, i. conficiens, excrucians, emacerans. Soph. in Philoct.

(Φιλάνωρ. πόθῳ φιλάνορι. Æsch. Pers. 136. Ag. 420. 865.)

Aliud compositorum genus in ήνωρ.

Ἀγαπήνωρ, utilitatis et fortitudinis amans, vel virorum amans. Ducis epith. Il. ν'. [Θ. 114. Schol. ὁ ἀγαπῶν τὴν ἠνορέην, ἤγουν τὴν ἀνδρίαν. N. 756. Schol. ἀγαπῶντα τὴν ἀνδρίαν, πολεμικόν.]

(Ἀγανόρειος, θαυμαστὸς ὁρᾶσθαι καὶ ἐπιτήδειος εἰς ἀνδρείαν. Æsch. Pers. 1031.)

Ἀγήνωρ, admodum virilis, seu strenuus, fortissimus: vel superbus, ferox, præfidens, q. d. nimium virilis: modò in laude, modò in vituperio ponitur: ut sit ὁ ἄγαν τῇ ἠνορέῃ χρώμενος. Vel est compositum ex ἀγῶ et ἠνορέη, ut sit, qui virilitatem admiretur, aut qui aliis ob virilem animum admirationi sit. Vel ex ἄγω et ἀνὴρ, ut sit, qui viros ducat, qui viris præsit et imperet. Sed in vitio potius ponitur. Sic Il. ί. ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως. Sic Od. ύ. proci dicuntur ἀγήνορες. Apud eundem θυμὸς ἀγήνωρ in laude potius dicitur. Od. δ'.

Ἀγηνορία, virilitas, strenuitas. Et interdum audacia, seu præfidentia, superbia. Il. χ'. Καὶ δή μιν κατέπαυσεν ἀγηνορίης ἀλεγεινῆς. Et in plur. num. ἀγηνορίαι, Il. ί. Νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας. Ἀγηνορέω, superbio.

Ἀλεξήνωρ, Æsculapii epith. apud Aristoph. q. d. adjuvans viros.

Ἀνήνωρ, idem quod ἄνανδρος, ignavus. Exp. etiam invalidus, imbellis. Hom. et Hesiod.

Ἀπατήνωρ, virum decipiens. Nonn.

[Δεισήνωρ. Æschyl. Agam. 157.——τεκτόνα τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα. Schol. οὐ φοβουμένην, ἢ οὐ δείσασαν τὸν

ἄνδρα. Forte πεισήνορα. de Iphigenia, quæ a patre et ducibus ut sibi parcerent impetrare non potuit. Stanl.]

Εὐήνωρ, bene virilis, seu bene viriles et strenuos faciens. Epithetum apud Hom. τοῦ οἴνου. Est etiam χαλκὸς dictus εὐήνωρ, ut ait Eust. quòd armis quæ antiquitus ex ære fiebant, muniti, viriliores et animosiores simus. quomodo et æs quod ad lebetes et tripodes conferebatur, εὐήνορα χαλκὸν apud Homer. vocari ait: et οἶνον εὐήνορα: ut item σίδηρον. [Pind. Olymp. Α. 36. Λάμπει δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λύδου Πέλοπος ἀποικίᾳ. Schol. Νεωτ. τουτέστι τῇ Πελοποννήσῳ τῇ καλῶς ἐχούσῃ ἕνεκα γενναιότητος ἀνδρῶν. Olymp. Od. vi. 135. Ἀρκάδιαν τ' εὐάνορα τιμᾷ. Olymp. Χ. 119. Nem. Β. 26.]

[Εὐανορία. Pind. Olymp. Od. Ε. 46. Αἰτήσων πόλιν εὐανορίαισι τάνδε κλυταῖς Δαιδάλλειν. Schol. ὥστε σε ταύτην τὴν πόλιν τὴν Καμαρίναν ταῖς εὐφημίαις, καὶ ταῖς εὐανδρίαις αὔξειν καὶ ἀγάλλειν. Eurip. Herc. Fur. 406. Ἀστρωπούς τε κατέσχειν οἴκους Εὐανορίᾳ Θεῶν.]

Λιπεσήνωρ, maritum deserens, adultera, * Stesichorus* ex schol. Euripid. in Orest.

Λυσήνωρ, homines solvens, frangens. Tryphiod. in excidio Tr.

Ὀλεσήνωρ, viros perdens, hominibus perniciem afferens. Hesiod. in Theog.

Ῥηξήνωρ, viros frangens. Vel, virilitate et strenuitate frangens et perrumpens hostium agmina. (ἀπὸ τοῦ ῥῆξαι τοὺς ἀνέρας. vel ἀπὸ τοῦ ῥῆξαι τῇ ἠνορέῃ.) fortis, strenuus, bellicosus. Sed peculiariter dici putatur de eo qui fortitudine acies hostium perrumpat. Sic Hom. Il. η. Achillem vocat ῥηξήνορα, θυμολέοντα. † Sic Hes. Theog. 1007.†

Ῥηξηνορία, fortitudo. Peculiariter tamen illa fortitudo perrumpendi agmina. Od. ξ'. Θάρσος μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη Καὶ ῥηξηνορίην.

Τρυσάνωρ, virum atterens, i. conficiens, excrucians, exhauriens, emacerans. Soph. in Philoct.

Ὑπερήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, supra modum virilis, fortis: ut, ὑπερήνορες υἷες Ἀχαιῶν, et apud Hesiod. † Theog. v. 995.† βασιλεὺς ὑπερήνωρ. Annot. Eust. ὑπερήνωρ et ἀγήνωρ, idem aliquando esse, et in malam partem accipi etiam ὑπερήνωρ, ut sit qui supra modum et supra quàm viros deceat, robore utatur; superbus, ferox. (Eurip. Phœniss. 179.)

Ὑπερηνόρεος, idem. Theocrit.

Ὑπερηνορία, seu ὑπερηνορίη, ‡ et ὑπερηνορέη‡ ferocitas, superbia. Apoll. 3. Argon. [65. Ὅς μ' ὑπερηνορίῃ θυέων ἀγέραστον ἔθηκεν.]

Ὑπερηνορέω, supra modum virilis et fortis sum: supra quàm viro dignum sit, robore utor, ferocio, superbio.

Ὑψήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, alta seu celsa virilitate præditus, celsos viros faciens: ut apud Nonn. ὑψήνορα τιμήν.

Φθισήνωρ, homines perdens, hominibus exitiosus. Epith. belli. Il. β'. † Hesiod. Th. 431.†

Φυξάνωρ, fugam viris immittens, fugæ occasionem dans. Æsch. in Ἱκ. [9. φυξάνορα γάμον. Schol. φυγὴν ἀνδρῶν ἐμποιοῦντα ἡμῖν.]

ἈΝΘΕΡΙΚΟΣ, ου, ὁ, asphodeli fructus (vel secundum alios) asphodeli caulis. Vide Theophr. hist. pl. l. 7. c. 12. et Diosc. l. 2. c. 202. et schol. Theocr. idyll. ι.

Ἀνθερικώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, antherici formam referens.

(Ἀνθερίξ. Theoc. Id. 1. 52.)

ἌΝΘΟΣ, εος, τὸ, flos. secundum Etymologicum παρὰ τὸ ἄνω θεῖν ἐν τῷ αὐξάνεσθαι, quod sursum ascendat dum crescit. Odyss. κ'. γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Il. ρ'. ἄνθει λευκῷ. Il. β'. ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι. In genit. plur. dicitur ἀνθέων non ἀνθῶν, ad differentiam τοῦ ἀνθ' ὧν, item participii ἀνθῶν à verbo ἀνθεῖν. Plut. in præc. de san. ὥσπερ αἱ τῶν ἀνθέων ὀσμαί. Reperitur tamen etiam ἀνθῶν, ut apud Athen. l. 2. καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν εὐώδη. Apud Theophrast. l. 2. ἔνια τῶν ἀνθῶν νύκτωρ μὲν συμμύει. Et l. 3. ἀμφισβητεῖ δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνθῶν ἐνίων. Xen. in Cyneg. τῶν ἀνθῶν τὰς ὀσμάς. ¶ Dicitur et aliarum rerum quàm herbarum et stirpium; ut, ἄνθος ἁλὸς, flos salis, Diosc. l. 5. et apud Julium Pollucem ἀδάμας χρυσοῦ ἄνθος. Apud Plut. πορφύρας ἄνθος. † ἄνθος σώφρον ἔπεστιν λόγοις Aristoph. Nub. 1023.† Apud Hom. πυρὸς ἄνθος. ¶ Capitur etiam metaph. ut, ἥβης ἄνθος. Il. ν'. Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅτε κράτος ἐστὶ μέγιστον. Quo etiam modo dicitur ἄνθος τῆς ὥρας. unde apud Plat. ἀνθοῦντες ἐν ὥρᾳ. Item decor corporis, apud Plat. in Symp. καὶ ἂν ἐπιεικὴς ὢν τὴν ψυχήν τις, καὶ ἐὰν σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ, ἐξαρκεῖ αὐτῷ καὶ ἐρᾶν καὶ κήδεσθαι. ¶ Item pro κόσμος: ut apud Æschyl. in Prometh. Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας. Etiam pro colore accipitur. Opp. lib. 3. de Venat. ὁμοῦ δὲ φέρουσι διπλοῦν μεμορυγμένον ἄνθος, duplicem colorem mistum ferunt. (Περσῶν ἄνθος. Æschyl. Pers. 252. ἄνθη πλεκτά, i. e. στέμματα. 620. Ag. 752. Eurip. Med. 843. Soph. Tr. 1017.

Ἄνθεμος, floridus. Pind. Nem.

(Ἀνθήρ. Sch. Theoc. Id. 1. 52.)

Ἀνθηρὸς, οῦ, ὁ, floridus, florulentus. (Philostr. l. 3. c. 8.) Dicuntur ἀνθηραὶ non solum herbæ et stirpes, sed aliæ res metaphoricè: ut colores. Plut. de adul. discer. οἱ γραφεῖς ἀνθηρὰ χρώματα καὶ βάμματα μιγνύουσι. Ἀνθηρὸν etiam dicitur quicquid amœnum est et jucundum aspectu: unde ἀνθηρὸν et τερπνὸν copulantur nonnunquam, ut apud Plut. in Pericl. τῆς χρόας τὸ ἀνθηρὸν ἅμα καὶ τερπνόν. Interdum etiam quod est jucundum auribus, † μέλος Xen. Pæd. 1. 6. 33.† unde apud Isocr. ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον λέγοντας. Plutarchus hominem quoque ἀνθηρὸν dixit, de adul. discer.

Ἀνθηρῶς, floridè. Item, amœnè, jucundè: ut, ἀνθηρῶς λέγειν, Isocrates adversus Sophistas. [Sed videtur esse Error Typographicus, quia idem locus citatur sub voce Ἀνθηρός.]

Ἀνθινὸς, οῦ, ὁ, vel Ἀνθεινὸς, floridus, florens; ut, ἀνθινοὶ στέφανοι, apud Plut. floreæ, corollæ, i. factæ ex floribus. Vocatur mel ἀνθινὸν, quod vere factum est, ὡραῖον autem quod æstate.

Ἀνθινὰ, dicuntur etiam vestimenta. ἀνθινοὶ χιτῶνες, apud Ath. lib. 12. ἀνθιναὶ στρωμναὶ, apud eundum l. 4. στολὴ ἀνθινὴ, Plut. in Hel.

Ἀνθώδης, flore plenus, florulentus. Theoph. hist. l. 1. c. 21.

Ἀνθοσύνη, ης, ἡ, (poët.) floriditas. Citatur ex Anth. epigram. pro herbis luxuriantibus.

Ἀνθέω, ῶ, F. ήσω, floreo. (Æschyl. Ag. 668. Ch. 1009. Soph. Tr. 1105.) Usurpatur sæpe metaph. ἀνθοῦσαι παρειαὶ, florentes genæ, floridæ genæ, quæ et εὐανθεῖς. Od. λ'. πρὶν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέϊ λάχνῃ. Hinc et ἀνθοῦντες ἐν ὥρᾳ, apud Platonem, et ἀνθοῦντες ἀκμὴν, citatur ex Diosc. l. 1. c. 151. florentes ætate. Item floreo, splendesco, niteo. Xen. Pæd. 6. ὥστε ἤστραπτο μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά. Item floreo, id est, inclaresco, celebror, et illustris sum, in pretio et honore sum. Aristoph. † Nub. 959.† ὅτ' ἐγὼ καὶ δίκαια λέγων ἤνθουν. idem, ταῦτα γὰρ ἀνθεῖ διὰ τουτουσί. Demosth. Olynth. 2. τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ, &c. ¶ Item cum Dativo, scateo, exubero. Luc. τῶν δὲ ἀρετῶν ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. † In Passiv. de sene usus est Soph. Elect. 43. ubi alii per *canere*, alii per dolis fallaciisque instructum expon. V. Camerar. ibi.†

Ἄνθημα, ατος, τὸ, vel Ἄνθησις, εως, ἡ, florum emissio, florum productio, vel floris q. d. efflorescentia, florescentia, ipsa florendi actio. At ἀνθήματα potius usurpatur pl. num. pro ἐξανθήματα.

Ἀνθήμων, floridus. Nicand. in Alex.

Ἀνθητικὸς, οῦ, ὁ, ad florendum aptus, sive idoneus, florendi vim habens, item floribus fœcundus.

Ἀνθήλη, ης, ἡ, est flos evadens in lanuginem, πάππον à quibusdam appellatam. Diosc. l. 3. A quibusdam panicula exponitur, et dicitur esse in frugibus certis, ut in panico et milio. Item in plantis quibusdam lanosus flos, qualis in summa arundine per autumnum floret. Legitur apud eundem Dioscoridem, ἀνθήλη καλάμων.

Ἀνθήλιον, ου, τὸ, flosculus. Diosc. l. 3. περὶ μασχάλας ἀνθήλια μικρὰ μήλινα. lib. 4. καυλίον ἔχει ἐφ' οὗ ἀνθήλιον σφόδρα εὐῶδες. [Eurip. Ion. 1549. τίς οἴκων θεοδόκων ὑπερτελὴς Ἀνθήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν; Ἀνθήλιος —— Hoc in loco solis-ad-instar-fulgens; sic Homero ἀντίθεος pro θεοείκελος. Barnes.]

Ἄνθη pro ἄνθησις capitur, Suida teste. Theophr. hist. pl. l. 7. καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα τὴν ἄνθην ἀθρόαν ποιεῖται. Ἄνθη tamen pro ἄνθος, flos, ut docet Nicandri scholiastes, ex Philostrato citatur.

Ἀνθεστήρια, ων, τὰ, (q. d. floralia) ita dicebantur Bacchanalia. Hesych. Etymol.

Ἀνθεστηριὼν, ῶνος, mensis octavus apud Atticos, quo ἀνθεστήρια celebrabantur, ducta appellatione ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, quod tunc terra florere incipiat, ut Etymologistes scribit: sive quod terræ fœtus magna ex parte tunc floreant. Volunt enim hunc octavum mensem fuisse Aprilem, ex Macrobio Satur. l. 1. c. 14. et ex Philostrato. Gaza tamen Novembrem esse censuit. Vide Erasmum in proverbio, Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια.

Ἀνθίζω, floridum reddo, floribus conspergo, varietate distinguo, multiplici materia et venustate exorno. Halic. in Isocrate, ἀνθίσαι βουλόμενοι τὴν λέξιν, concinnitatem et nitorem orationi addere. [Athen. Deipn. lib. 14. Ex Epicrate in Mercatore. ἐγὼ κρέα κάλλιστ' ὄπωπα πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα. Vide Casaub. Animadv. ad loc. Ἀνθίζειν πυρὸς ἀκμαῖς est, tosturâ flavum reddere et κρεμβαλεόν. Aristot. de Hist. Anim. lib. 5. c. 15. θλιβόμενος δὲ, βάπτει καὶ ἀνθίζει τὴν χεῖρα.]

Ἄνθεμον, ου, τὸ, flos, κατὰ γλῶσσαν, ut vult Eustat. unde ἀνθεμόεις. Apud Aristoph. ἔχων στέφανον ἀνθέμων, Suidas. exp. rosarum. ¶ Item herba quædam de qua Theophr. de pl. l. 7. c. 13. ¶ Ἄνθεμα, saltatio quædam, apud Athen. l. 14.

Ἀνθέμιον, ου, τὸ, herba quæ et gith, ut vulgo annotatur.

Ἀνθεμὶς, ίδος, ἡ, idem quod ἄνθεμον, flos. ¶ Item anthemis, quæ ab aliquibus argemona. Vide Diosc. l. 3. c. 154.

Ἀνθεμόεις, εντος, ἡ, floridus, vernans. Iliad. β'. λειμὼν ἀνθεμόεις, pratum floridum. Hesiodus † Theog. 878.† itidem γαῖαν ἀνθεμόεσσαν dixit. Λέβης ἀνθεμόεις, (secundum gramm.) aut variegatus et veluti florum coloribus pictus, aut pro ἀναθηματικὸς, ab ἄνθεμα pro ἀνάθεμα, quod quidem sit ἀνάθημα. Vide Eust.

Ἀνθεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, floridus, idem quod ἀνθεμόεις. Hesych. (Aristoph. R. 452.) [Æschyl. Prom. 453. ἦν δ' οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ, Οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος, οὔτε καρπίμου Θέρους βέβαιον. Eurip. Bacch. 462. Τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων.]

Ἀνθεμίζομαι, F. ίσομαι, pro eo quod Livius deflorari dicit, et Græci τὸ ἄνθος ἀποδρέπεσθαι, apud Æschyl. [Suppl. 76. γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι δειμαίνουσα, &c. Schol. τῶν γόων τὸ ἄνθος ἀποδρέπομαι.]

Ἀνθίας, ου, ὁ, piscis quidam à floriditate dictus. Aristot. lib. 6. an. c. 17. Vide Athenæum.

Ἄνθρησκα, τὰ, flores, et ἄγρια λάχανα, τὰ παραπλήσια ἀνήθοις, ut quidam annotant. Apud Etym. scribitur ἄνθρυσκα per υ.

Ἀνθυλλὶς, ίδος, ἡ, herba quam salsolam vocat Ruellius. De qua vide Gal. 6. Symp. Diosc. l. 3. c. 153. Plinius, l. 21. c. 29. anthyllion vocat, et anthyllida, l. 26. c. 8. Ἀνθύλλιον, ου, τὸ, idem, Plinio.

Ἀνθερεὼν, ῶνος, ὁ, mentum, ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, quod in eo barba efflorescat: unde et ἀνθοῦσαι παρειαὶ dicuntur et εὐανθεῖς. Suida teste sic dicitur etiam λάρυγξ: qui cum facit Cæl. quoque Aurelianus, sic scribens Chron. l. 1. c. 3. ex utraque parte gutturis, quam Græci ἀνθερεῶνα vocant, nos rumam. Et acut. morb. l. 3. c. 3. gutturi, vel tonsillarum vicinitati, quam Græci ἀνθερεῶνα vocant. Homerus tamen apertè discrimen facit inter λάρυγγα seu λαιμὸν, qui Latinis est gula seu guttur. Il. ν'. ὁ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ Λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, guttur seu gulam sub mento. Quo modo accepit et Il. γ'. canens, Ὥς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης. Sub mento enim lorum galeæ stringi solet. Nonnus et pro ore posuit καταχρηστικῶς: dicens, ἐπέτασσε θεηγόρον ἀνθερεῶνα.

Comp. ac primùm in ανθης desinentia.

Ἀνανθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, flore carens; ut Theophr. hist. plant. l. 1. ἀνανθῶν δένδρων. Et metaph. ἀνανθεῖ σώματι καὶ ψυχῇ. Plato in Symposio. Exponitur etiam, floris infœcundus, florem non proferens.

Διανθὴς, duplicem florem habens: ut apud Theophr. ἄνθη διανθῆ, hist. plant. l. 1. c. 21. de rosa et lilio. * Nicand. Ther. 534. Orph. Argon. 165.*

Ἐλλοβοανθὴς, florem in siliqua edens: in folliculo florens.

Εὐανθὴς, pulchrè floridus, εὐθαλής. † Aristoph. Nub. 998.† Invenitur et superl. εὐανθέστατος. Accipitur et prò venusto: unde, εὐανθὴς γλῶσσα, apud Suid.

Εὐανθέω, bene et feliciter seu pulchrè floreo.

Κολοβοανθὴς, mutilum florem habens: vulgo exponitur minutulum florem edens: et dicitur, ononin herbam flore pumilo esse, et in siliqua, ob idque κολοβοανθῆ et ἐλλοβοανθῆ dici à Theophr. l. 6. c. 5.

Κολοβοανθεῖν, florem sessilem gerere, ex Gazæ expositione affertur, apud eundem Theophr. hist. plant. l. 8.

Λευκανθὴς, florem album habens: unde, λευκανθὲς κάρα, apud Soph. canum caput, per catachresin. (Soph. Œdip. Tyr. 762.)

Λευκανθίας, idem quod λευκανθής. Pind. Nem. 9.

Λευκανθίζω, albi floris more candeo. Hesych. [Herodot. Hist. lib. 8. προειπὰς αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν.]

Ὀψανθὴς, serò florens, tardè florens. Theophr. huic oppon. πρωϊανθής.

Πολυανθὴς, multos habens flores, floribus abundans: ut, ἔαρ dicitur πολυανθὲς passim à poëtis. Sic ὕλη πολυανθής. Od. ξ'.

Πορφυρανθὴς, qui purpureo flore est. [Athen. Deipn. lib. 15.]

Πρωϊανθὴς, maturè florens, vel præmaturè, exponitur in hoc Theophrasti loco de narcisso loquentis, ὀψανθὲς δὲ σφόδρα, καὶ ὀψιβλαστὲς, ἢ πρωϊανθές τ', ὁποτέρως τις λαμβάνει τὴν ὥραν.

Φυλλανθὲς, herba inter ἐπιγειόφυλλα, apud Theoph.

Aliud genus comp. in ανθος et ανθη.

Ἴανθος, ου, ὁ, Hesych. dicit esse florem et purpureum quendam colorem.

Ἰάνθινον χρῶμα, color purpureus seu violaceus. Plin. l. 21. c. 6. et 8.

Μελάνθιος πόα, sive Μελάνθιον, melanthium: herba de qua Theophr. hist. pl. lib. 1. cap. 22. et Diosc. lib. 3. cap. 93.

Μήνανθος, ου, ὁ, mensiflora, apud Theophr. hist. plant. lib. 4. c. 11. ubi tamen et μίνανθος scribitur.

Μηλάνθη, sive μηλολάνθη, scarabæorum quoddam genus. Eust. scribit esse animal vespa majus, et nasci ἐκ τῆς μηλεῶν ἀνθήσεως, aut μηλέαις advolare, quum florere incipiunt. Dicitur et μηλολόνθη. Est et lusus puerilis genus, de quo vide Schol. Aristoph. in Nub. † v. 761. ubi Spanhemius dicit ab Atticis μηλόνθη dici.† Item Suid. Eust. et Poll.

Οἰνάνθη, flos vitis: seu uva germinans, apud Aristoph. et Eurip. (Phœniss. 215. Aristoph. R. 1355.) Plerique dicunt esse florem labruscæ seu vitis agrestis, vel uvas ex labrusca pullulantes. Diosc. l. 5. c. 2. et 5. ¶ Est etiam herba, de qua vide Diosc. l. 3. c. 135. et Theophr. hist. pl. l. 6. c. 7. ¶ Est etiam avis nomen apud Aristot. hist. an. l. 9. c. 49.

Οἰνάνθινος, œnanthinus, ex œnanthe factus: ut, οἰνάνθινον ἔλαιον, Diosc. l. 1. c. 57. Et οἰνάνθινον μύρον, et οἰνάνθινος οἶνος, apud eundem.

Οἰνανθὶς, ἴδος, ἡ, flos vitis, seu uva germinans.

Πίσσανθος, picis flos. Vide Gal. lib. 2. de simpl. medic. facult.

Φάλανθος, calvus. Suid. φαλακρός.

Φαλανθίας, calvus. Lucian. in philos.

Χάλκανθος, ου, ὁ et Χαλκάνθη, ἡ, et Χάλκανθον, ου, τὸ, atramentum sutorium, ut interpretatur Celsus, est succus concretus, ex chalcitide genitus et efflorescens. Vide Diosc. l. 5. c. 114.

Comp. ex ἀνθέω, cum præposit.

Ἀναν θέω, ῶ, refloresco.

Ἀπανθέω, ῶ, defloresco, florem seu flores amitto: ut, λειμῶνες ἀπηνθηκότες, prata quæ florere desierunt. Plato in Symp. metaph. usus est, ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν οὐκ ἐνίζει ἔρως.

Ἀπάνθησις, floris seu florum amissio, ipsa deflorescendi actio, Exponitur etiam florum marcor. Theophr. de caus. pl. l. 5. ὅταν ἐπινιφθῇ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, eo tempore quo deflorescit.

Ἐξανθέω, ῶ, effloresco, ex Num. 17. cap. Interdum contrà pro, defloresco, ἀπανθῶ. In metaph. significatione multo frequentius est, interdum pro, scateo. ut apud Thucyd. lib. 2. φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσι ἐξηνθηκὼς, pustulis parvis et ulceribus scatens. Greg. de leproso scribit, μὴ πάλιν ἐξανθήσῃς κακῶς. Interdum pro, pullulo vel emergo. Plut. in Theseo, ἐξήνθησαν αἱ κακίαι. Aristot. Metaph. 3. ἐκ γὰρ ταύτης τῆς ὑπολήψεως ἐξήνθησεν ἡ ἀκροτάτη δόξα τῶν εἰρημένων ἢ τῶν φασκόντων ἡρακλειτίζειν. A Basilio ponitur etiam (inquit Bud.) pro, per summa emineo, et erumpo. Interdum et acc. jungitur pro, emitto. Plut. in Alex. de naphtha loquens, ἅμα τῷ ἀλεῖψαι καὶ θίγειν, ἐξήνθησε φλόγα τὸ σῶμα, καὶ πυρὶ κατεσχέθη πᾶν. Sic usus est lib. qui inscribitur γυναικῶν ἀρεταί. [Æsch. p. 165.]

Ἐξάνθημα, quod effloruit. q. d. efflorescentia. Laërt. in Diog.

Ἐξανθήματα, dicuntur pustulæ seu papulæ, per metaphoram. ex Aristot. citatur etiam ἐξάνθημα ὃ καλεῖται λεύκη, de anim. 3.

Ἐπανθέω, ῶ, superfloreo. Ἐπανθεῖν dicitur quod superfloret seu superflorescit, i. quasi in superficie efflorescit, ut Aristoph. in Nub. † 974.† τοῖς μήλοισιν ἐπήνθει χνοῦς, lanugo malis superflorescebat Metaphoricè frequentius usurpatur pro enitere, effulgere, existere, conspicuum esse. Ac primùm de colore. Lucian. (de facie muliebri loquens) χρὴ δὲ καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν, id est, ἐπιπρέπειν. Sic dixit Synesius, καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα. Apud Herodotum, ἐπανθέουσα ἅλμη exponitur exudans salsugo. Ad alia etiam multa transfertur, ut apud Arist. καὶ τοῦτο τοὐπιχώριον ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ. † Aristoph. Nub. 1176.† Luc. de narratione dilucida loquens, ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει. [Æschyl. S. c. Th. 958. Theoc. κ΄. 21.]

Ἐπάνθησις, q. d. superflorescentia.

[Ἐπανθιάω. Apoll. Rhod. Arg. iii. 518. Σὺν δὲ καὶ Οἰνεΐδης ἐναρίθμιος αἰζηοῖσιν Ἀνδράσιν, οὐδέ περ ὅσσον ἐπανθιόωντας ἰούλους Ἀντέλλων. Vide Not. Cl. Hoelz.]

Εὐανθέω, bene seu pulchrè et feliciter floreo.

Παρανθέω, ῶ, idem quod ἀπανθῶ, defloresco, Theophr. Item metaph. apud Plut. in Bruto, ὅταν παρακμάζῃ καὶ παρανθῇ τὸ τῆς ὀργῆς, quum consenuerit ira et deferbuerit.

Προανθέω, præfloreo: ante alia floreo, flore prævenio.

Συνανθέω, simul floreo, unà floreo.

Comp. ex ἀνθίζω.

Ἀπανθίζω, decerpo flores, defloro. [Æsch. Ag. 1671.] Metaphoricè, decerpo seu colligo, (apis more flores legentis.) Lucianus, αὐτὰ γοῦν ἅ φημι, ταῦτα πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ᾽ ὑμῶν παραλαβὼν, ἢ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος; Plutarch. de audiend. poët. ὁ μὲν ἀπανθίζεται τὴν ἱστορίαν, ὁ δὲ ἐμφύεται τῷ κάλλει καὶ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων.

Διανθίζω, floridis coloribus pingo, inquit Bud. unde χλαμύδες διηνθισμέναι. Plut. in Philopœmene. Idem interpr. eleganter et variè concinno, item elegantia et varietate distinguo, et concinno, in hoc Herod. loco, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐκόσμει στέφανος λίθοις πολυτελέσι διηνθισμένος. Basil. ad divites, ἔδαφος ταῖς ψηφῖσι διηνθισμένον. vermiculatum pavimentum.

Ἐξανθίζω, floridis quibusdam coloribus tingo.

Ἐξανθισμὸς, exp. eruptio pustularum.

Ἐπανθίζω, floridum reddo, i. colorem hilariorem illino, apud Lucianum, inquit Bud. Idem esse vult, floridis coloribus illustro, floribus spargo, apud Greg. in l. de homine, τί οὖν ἐκεῖνό ἐστιν ὃ καλοῦ τε καὶ κακοῦ συγκεκραμένην ἔχει τὴν γνῶσιν, ταῖς δ᾽ αἰσθήσεως ἡδοναῖς ἐπηνθισμένον. [Æsch. Ch. 148.]

[Ἐπανθίζομαι. Æsch. Ag. 1468.]

Ἐπανθισμὸς, exornatio seu illustratio quæ fit adhibendo floridos colores. Citatur ex Diosc. pro flore.

Περιανθίζω, floribus undique orno, vel floridis quibusdam coloribus. Greg. (teste Bud.) περιηνθισμένον dixit τὸ περικεχρισμένον, jucundo colore. Item translatè, orno, apud Cyrillum, περιανθίζεσθαι λόγοις τῆς ἀληθείας δόξας.

Composita ex ἄνθεμον.

Βοάνθεμον, herbæ nomen, idem quod χρυσάνθεμον.

Ἠράνθεμον, ου, τὸ, anthemidis species, secundum Diosc. l. 3. c. 154. Plinius quoque anthemidem ab aliquibus eranthemum vocari tradit, quoniam vere floreat.

Κηράνθεμον, annotatur Dioscoridi idem esse quod Aristot. l. 9. hist. c. 40. ἡ κήρινθος, Varroni erithace, Plinio cerinthus et sandaracha, Gazæ et Marcello cerago.

Κισσάνθεμον, herba quædam, de qua Diosc.

Λευκάνθεμον, anthemidis species, ut tradit Diosc. lib. 3. cap. 154.

Μελάνθεμον, Plinius anthemidem sic ab aliquibus vocari scribit, l. 22. cap. 21.

Πολυάνθεμος ὥρα, floridum tempus, ex poëmatis Mimnermi. [Pind. Olymp. Od. xiii. 21. πολλὰ δ᾽ ἐν Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσμαθ᾽.]

Χρυσάνθεμον, et Χρυσανθέμιον, ου, τὸ, herba est quæ alio nomine helichryson dicitur et amarantus; item buphthalmus et chalcas. Latinis caltha dicitur: ab herbariis verò quibusdam calendula, et cotula non fœtida: vel anthemidis species coloris lutei esse putatur. Vide Diosc. l. 4. c. 57. 58. Plin. lib. 21. c. 6. et 25.

ἌΝΘΡΑΞ, ακος, ὁ, carbo, ἐπ᾽ ἀνθράκων ὀπτᾶσθαι, apud Athenæum, lib. 3. Apud eundem, l. 8. οἱ ἐξ ἀνθράκων et οἱ ἀπὸ τηγάνου opponuntur. Ἄνθρακες ἡμμένοι, carbones accensi, i. prunæ. Interdum tamen ἄνθρακες (sine adjectione) dicuntur prunæ. ¶ Item carbunculus, gemma quædam. ἄνθρακος σφραγὶς, Eccles. cap. 35. ¶ Item carbunculus, hulcus quoddam, sive exulceratio similis iis quæ usta sunt, ut Paulus Ægin. post Galenum docet. ¶ Suidæ piscis genus est quod super carbones assatur.

Ἀνθρακὶς, ἴδος, ἡ, pruna, ignis ex congestis carbonibus. Suidas ἀνθρακίδας discit esse pisces minutulos super carbonibus assari solitos.

Ἀνθρακιὰ, ἡ, carbonum strues, carbonum congeries seu prunarum. Hom. Ἀνθρακιὴν στορέσας ὀβελοὺς ἐφύπερθε τάνυσσε. Athen. lib. 8. τῶν ἰχθύων τινὰ ἀποθορόντα σὺν ἀνθρακιᾷ. Apud. Diosc. l. 5. ἀνθρακιὰν προσεμβάλλειν. ¶ Item, carbonaria fornax. Theophr. in 5. τέμνουσι δὲ καὶ ἐξηθοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακιὰς τὰ εὐθέα τῶν ξύλων καὶ νέα. Idem, εἰς μὲν τὴν ἀνθρακιὰν τὰ τοιαῦτα ζητοῦσι.

Ἀνθρακίας, ου, ὁ, ater ut carbonarius, titionarii faciem habens. Luc. de Empedocle, Ἀνθρακίας τις ἰδεῖν, καὶ σποδοῦ πλέως, καὶ κατωπτημένος. Bud.

Ἀνθράκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, niger ut carbo, colorem carbonis habens.

Ἀνθρακόεις, (poëticum.) ut, ἀνθρακόεις πυρσὸς, apud Nonnum, ignis ex carbonibus factus.

Ἀνθρακώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, carbonem referens, carbonis more ardens, vel rutilans.

Ἀνθράκωσις, ἡ, ἄνθραξ, carbunculus. Galen.

Ἀνθρακεὺς, έως, ὁ, carbonarius, eadem forma qua dicitur κεραμεὺς pro laterario.

Ἀνθρακεύω, carbones conficio. Theophr. φαῦλον δὲ τὸ ξύλον πρὸς τὸ καίειν καὶ ἀνθρακεύειν. Exponitur etiam, titiones facio.

Ἀνθράκιον, ου, τὸ, carbunculus, parvus carbo. Et interdum gemma. ¶ Item parvus caminus. Item μικρὸν τριπόδιον. Item χυτροπώλιον. Hesych.

Ἀνδράχλη, ἡ, scabellum muliebre foramen habens et subjectos carbones: *recentioris Atticismi pro ἀνθράχνη.* αἴθρακος etiam seu αἴθρανος dictum Eust. et Suid.

Ἀνθρακόω, ῶ, F. ώσω, in carbones redigo, in carbones converto. torreo, asso.

Ἀνθρακοῦσθαι, in carbones redigi.

Ἀνθρακίζω, idem quod ἀνθρακόω. apud Aristoph.

Ἀνθρακίζων, apud Aretam in Apoc. carbonis seu carbunculi speciem præ se ferens aut colorem habens. τόπαζος ἐρυθρὸς καὶ ἀνθρακίζων.

Composita.

Ἀπανθρακόω, ῶ, in carbones verto seu redigo, incendo ita ut in carbones redigam.

Ἀπανθρακόομαι, οῦμαι, in carbones redigor: ut, ἀλλ᾽ ἀπηνθράκωμαι ὅλος ὁ κακοδαίμων καὶ ζέω, apud Luc. [In Marin. Dial. Sed pro ὅλος, lege ὅλως.]

Ἀπανθρακίζω, idem quod ἀνθρακίζω, ut apud Aristoph. βοῦν ἀπηνθράκιζ᾽ ὅλον, πλακοῦντας ὤπτα. [Aristoph. R. 509.] Apud eundem ἀπανθρακίζομεν exp. ἄνθρακας ζωπυροῦμεν, vel ὀπτὰ ἐσθίομεν. Suidas dicit esse comedere ἄνθρακας, piscium genus quod assum editur. Item ὀπτὰ ἐσθίειν, vel ἄνθρακας ζωπυρεῖν.

Ἀπανθράκισμα, τὸ, quidquid tostum est in prunis, teste Bud.

Ἀπανθρακὶς, ἴδος, ἡ, piscis cui convenit assatio. Est et placentæ genus, secundum Hes. Vide et Athen. l. 3.

Κατανθρακόω, ῶ, F. σω, idem quod ἀπανθρακόω: unde κατηνθρακωμένος, quod ex Soph. † El. v. 58.† citat B. in suo lex. Hes. addit, κατηνθρακῶσαι esse etiam κατοπτῆσαι. [Soph. Elect. 57. τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον. Eurip. Iph. in Aul. 1601. ἐπεὶ δ᾽ ἅπαν Κατηνθρακώθη θῦμ᾽ ἐν Ἡφαίστου φλογὶ, &c.]

ΑΝΘΡΗ'ΝΗ, crabro, vespa. Utroque modo enim exponit Gaza. Arist. in Nub. † 944. † τὼ ὀφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ᾽ ἀνθρηνῶν. Suidas ait esse genus vespæ, sed poëtas abuti pro ape. Hes. ait, esse genus apis.

Ἀνθρήνιον, ου, τὸ, favus vespæ. Suid. † in verbo ἀνθρήνη.† et Hesych. [Aristoph. Vesp. 1075. Ἐξελεῖν ἡμῶν μενοινῶν πρὸς βίαν τἀνθρήνια. Schol. Νῦν μὲν τὰ τῶν σφηκῶν κηρία. κυρίως δὲ, τὰ τῶν ἀνθρήνων σμήνη.]

ἌΝΘΡΩΠΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, homo. Ἄνθρωπος ἀγαθὸς, apud Platonem in Minoë. Ἄνθρωπος πένης μέν τις καὶ ἀπράγμων, ἄλλως δὲ οὐ πονηρὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρηστὸς, apud Demosth. adversus Midiam. Æschines tamen ἄνθρωπον pro viro dixit, scribens, ἄνθρωπος καὶ γυνή. Cicero ἄνθρωπον, hominis naturam aliquando vertit: ut, διαλυομένου δὲ τοῦ ἀνθρώπου, quum hominis natura morte dissolvitur. Apud eundem, ἀνθρώπου φύσις, humana natura. De muliere etiam dicitur. Demosth. περὶ παραπρ. (de matrona loquens:) ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου. Plut. in Alcib. Τοιοῦτος ἔρως κατεῖχε τὴν ἄνθρωπον. ☞ Apud Platonem in Cratylo ἐτυμολογεῖται quasi ὁ ἀναθρῶν ὀπωπάς. Ab Etymologiste dicitur ita nominatus παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν, id est, à sursum aspiciendo. Ad quam etymologiam pertinet illud Ovidii: Pronaque quum spectent animantia cætera terras, Os homini sublime dedit, cœlumque videre Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus. Apud Theophrastum, παρὰ τὸ διαθρεῖν τὴν ὄπα.

Ἀνθρωπότης, ητος, ἡ, humana natura, humanæ naturæ conditio.

Ἀνθρώπειος, ου, ὁ, humanus, ad homines pertinens, ad humanum genus pertinens: ut, ἀνθρώπεια πράγματα, apud Plat. ἀνθρώπειον γένος. apud Luc. [Soph. Aj. 132. Æsch. Ag. 946.]

Ἀνθρωπείως, humano more, hominum more, vel ut homines decet, humanitus. Ἀνθρωπείως φράζειν, apud Aristot.

Ἀνθρωπήϊος, Ionicè pro ἀνθρώπειος, humanus. Ἀνθρωπηΐη sub. δορὰ, pellis hominis, vel corium hominis, apud Herodot. Dicitur et per contractionem ἀνθρωπῆ, sicut τραγῆ, λεοντῆ, λυκῆ, pro τραγέη, λεοντέη, λυκέη, hircina, leontina, lupina, sub. pellis.

Ἀνθρώπινος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀνθρώπειος, ut, ἀνθρώπινον γένος, apud Plat. Apud Dem. ἀνθρώπινος λογισμός. Rursum apud Plat. ἀνθρώπινος ἀμαθία. Dicitur etiam interdum ἀνθρωπίνη, in f. g. ut, ἀνθρωπίνη σοφία, apud Xen. ἀνθρωπίνη φύσις, apud Plat. Dicitur etiam ἀνθρώπινον, humanæ naturæ conveniens, quod est secundum conditionem humanæ naturæ, apud Xen. Pæd. 1. ἀνθρώπινον μὲν τὸ γεγενημένον πάθος. Et Pæd. 3. ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν, i. ab humana natura non aliena. Invenitur etiam τὸ ἀνθρώπινον, pro, conditio humanæ naturæ, vel res humanæ: ut Plat. in Epist. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ πάνυ βέβαιον. Apud Thuc. κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ut sunt res humanæ. Ἀνθρωπινούστατος, superl. gradu usurpatur pro ἀνθρωπινώτατος, à Strab. l. 15.

Ἀνθρωπίνως, humanitus, hominum more, ut fert humanæ naturæ conditio: ut, ἀνθρωπίνως λαλεῖν, apud Athen. Videtur etiam interdum accipi pro φιλανθρώπως, i. humanè, ut decet humanam naturam. Dem. in Aristot. νόμος ἀνθρωπίνως καὶ καλῶς κείμενος, quidam exp. clementer.

Ἀνθρωπικὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἀνθρώπινος. Arist. Plut. Ἀνθρωπικῶς, idem quod ἀνθρωπίνως. Luc. in Zeuxide, καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς.

Ἀνθρωπέη, ἡ, humana pellis. Et per contractionem ἀνθρωπῆ, sub. δορά. Herodot. vide ἀνθρωπήϊος suprà.

Ἀνθρώπιον, ου, τὸ, diminut, homuncio, homunculus, homulus, apud Dem. et Xen. †l. 5. p. 116. e. in plur.† Idem significat ἀνθρωπάριον, ου, τὸ, et ἀνθρωπίσκος, ου, ὁ, apud Aristoph. [750. Οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν, οὐδὲ γυναῖκας, &c. Plat. de Rep. lib. 6. Eurip. Cycl. 315. Ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός. Vide Notam Cl. Barnes.]

Ἀνθρωπεύομαι, more hominum ago, ea quæ sunt hominis usurpo, ut Bud. exponit apud Aristot. ethic. 10. Quidam interp. ex natura humana ago, vel ea ago quæ ad hominem spectant.

Ἀνθρωπίζω homines imitor, humano more ago, aut humano ingenio præditus sum. Et pro, humaniter ago, humanum me præbeo, apud Architam in epist. ad Dionys.

Ἀνθρωπίζομαι, (apud Theologos Græcos) homo fio, ut apud Greg. et Damasc. Christus dicitur ἀνθρωπισθείς.

Ἀνθρωπισμὸς, οῦ, ὁ, humanitas, i. humani et compositi mores, non efferi. Aristoph. εἰ δ᾽ ἀπαίδευτοι ἀνθρωπισμοῦ δέονται.

Ἀνθρωποῦσθαι, verbum fictitium, apud Plut. ad Colotem.

Ἀνθρωπώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, humanus, vel ad hominem aut humanam naturam proximè accedens.

Composita.

Ἀπάνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, inhumanus, immanis, crudelis. Soph. Item carens hominibus seu hominum frequentia. Luc. in Caucaso, ἐρήμη καὶ ἀπάνθρωπος ἡ γῆ.

Ἀπανθρώπως, inhumaniter, crudeliter. [Joseph. Ant. lib. 7. cap. 13. §. 6.]

Ἀπανθρωπία, ἡ, inhumanitas, crudelitas. Lucian.

Ἀπανθρωπεύομαι, inhumanus sum, vel à consortio hominum abhorreo. Hippocr. in epist. ad Philop.

Αὐτοάνθρωπος, ου, ὁ, homo ipse, per se hominis idea. Aristot. eth. 1. 6.

Ἐνανθρωπέω, ῶ, F. ήσω, et Ἐνανθρωπίζω, F. ίσω, inter homines versor et ago. Peculiariter hoc verbo utebantur veteres theologi, de Christi inter homines conversatione loquentes.

Ἐνανθρώπησις, conversatio vitaque Domini nostri hominis inter homines, seu ærumnosa dei inter homines apparitura, dei incolatus, deus per ora hominum ærumnosè traductus, sub integumento et persona justæ humanitatis, apud Dion. et Greg.

Ἐξάνθρωπος, ut, ἐξάνθρωπος ἡ συμφορὰ, apud Athen. quæ ex homine ratione prædito insanam belluam efficiat propemodum, vel quæ ex hominum numero tollat. [Æschin. Orat. in Timarch. τὸ δὲ τελευταῖον δήσαντες πρὸς τὸν κίονα, αὐτὸν τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξανθρώπους πληγὰς, &c.]

Ἐξανθρωπισθῆναι, ex homine in aliam quasi naturam verti, ex hominum numero eximi, hominem esse desinere.

Ἐξανθρωπίζω, ῶ, exp. ad humanum cultum traduco. Plut. de Socr. dæm.

Ἡμιάνθρωπος, semihomo. Luc.

Λυκανθρωπία, ἡ, melancholia quædam, qua qui laborant, luporum de more noctu egrediuntur, et donec illucescat circa mortuorum corpora versantur.

Λυκάνθρωπος, f. gen. pro eodem morbo. Alii exp. in mas. gen. qui eo morbo laborat. Idem morbus dicitur et κυνανθρωπία et κυνάνθρωπος.

Μισάνθρωπος, osor hominum, inhumanus; quo nomine dictus est Timon apud Luc.

Μισανθρωπία, odium hominum, inhumanitas, odium in homines. Hippocr. epist. ad Demag.

Μισανθρωπέω, ῶ, odi homines, alieno in homines animo sum, idem quod ἀπανθρωπεύομαι.

Ὀλιγανθρωπία, paucitas raritasque hominum. Thuc. l. 3.

Ὀλιγάνθρωπος, paucos homines habens, non frequens hominibus. Xen. in Œc. [cap. 4. §. 8.]

Πολυάνθρωπος, multos homines habens, frequens hominibus. Aristot. Pol. lib. 7. [Thucyd. Hist. lib. 1. προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο ἡ τῶν Ἐπιδαμνίων πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος.]

Πολυανθρωπία, multitudo et frequentia hominum. [Polyb. Hist. lib. 1. ἡ μὲν οὖν Σαρδὼ——οὖσα νῆσος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς γεννήμασι διαφέρουσα. Xenoph. de Provent. cap. 4. §. 49. ἀλλὰ πολυανθρωπίας περὶ τὰ μέταλλα ἀθροιζομένης, &c.]

Συνανθρωπέω, ῶ, cum hominibus conversor et consuesco. Plut.

Συνανθρωπεύω et συνανθρωπίζω, idem. Συνανθρωπεύομαι, idem. Theophr. 3. de pl. καὶ τὰ μὲν ἄγρια, τὰ δ' ἥμερα, ὥσπερ τῶν ζώων τὰ συνανθρωπευόμενα καὶ τὰ δεχόμενα τιθάσσιν. Theologi quoque quum Christi hominis aut angelorum cum hominibus conversationem declarare volunt, hoc verbo utuntur.

Τρισάνθρωπος, ter homo, pro τρισάθλιος. Laërt. in Diog.

Ὑπεράνθρωπος, qui est supra hominem, qui humanam conditionem excedit.

Φιλάνθρωπος, amans hominum, studiosus hominum, humanus. † φιλανθρωπότατος Xen. Pæd. 1. 2. 1.† Syn. Herodian. Res quoque ea, quæ humaniter et benevolè præstatur, φιλάνθρωπος, dicitur: ut apud Dem. φιλάνθρωπον οὐ ποιήσας, et φιλάνθρωπα λέγειν, apud eundem. ¶ Est etiam herbæ nomen inde dictæ, quòd hirsuta quum sit, vestibus hominum adhærescat, ut tradit Plin. Vide Dioscor. l. 3. c. 104. et Plin. l. 27. c. 5.

Φιλανθρωπία, amor hominum, humanitas, † Xen. Pæd. 1. 4. 4. et l. 4. p. 92.† dexteritas quædam benevolentiaque erga omnes homines promiscua.

Φιλανθρώπως, humaniter. Plut.

Φιλανθρωπέω, ῶ, humanus sum, humanum me præbeo. Poll. lib. 1. Et pro, humaniter tracto, apud eundem. Poll. lib. 3.

Φιλανθρωπεύομαι, idem. Dem. περὶ παραπρεσβ. φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς. exp. in comitatem benignitatemque compositus.

Φιλανθρώπευμα, liberale facinus et benignitatis plenum, (ut exp. Bud.) Plut. in Dem.

Decomp. Ἀφιλάνθρωπος, humanitati non studens, inhumanus. Plut. Ἀφιλανθρωπία, inhumanitas. Ἀφιλανθρώπως, inhumaniter.

ἈΝΊΑ, ἡ, mœror, tristitia. Odyss. ί. ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος. Et alibi, ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης. Soph. ὅσας ἀνίας μοι καταστείρας φθίνεις; ☞ Etym. deducit ab ἰῶ, (i. sano) unde fit ἴα, et præfixo α privat. interjectoque ν, ἀνία. Plato in Cratylo, παρὰ τὸ ἐμποδίζειν τὸ ἰέναι quod impediat ire.

Ἀνιαρὸς, οῦ, ὁ, mœrorem afferens, tristis, mœstus. [Eurip. Med. 1097. Superl. ib. 1115.] Ἀνιαρὸς τοῖς ἐχθροῖς, apud Aristoph. † Nub. 1161.† hostibus gravis et molestiam afferens. Xenoph. Pæd. 1. ἀνιαρὸς καὶ σκυθρωπὸς ὢν σιωπῇ διῆγεν. † ibi passive.† Apud Dem. pro cor. τὰ ἀνιαρὰ, res adversæ. Apud Herodot. et Poëtas ἀνιηρὸς, (pro ἀνιαρὸς) unde comparat. ἀνιηρέστερος.

[Ἄνιος ut ἀνιαρός. Æsch. Pers. 265. 1060.]

Ἀνιρὸς, per syncopen dicitur, pro ἀνιηρὸς, apud Nic. in Ther.

Ἀνιαρῶς, molestè, acerbè, cum mœrore. Xen. ἀνιαρῶς ζῆν. [Plat. de Leg. lib. 2. Soph. Antig. 322. Οὐκ οἶσθα καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις; Xenoph. Memorab. lib. 1. cap. 6. §. 4. δοκεῖς μοι——ὑπειληφέναι με οὕτως ἀνιαρῶς ζῆν, ὥστε πέπεισμαί σε μᾶλλον ἀποθανεῖν ἂν ἑλέσθαι, ἢ ζῆν ὥσπερ ἐγώ. Ad hunc locum forte respexit Auctor.]

Ἀνιγρὸς, ὁ, idem quod ἀνιαρὸς et ex eo factum per syncopen, deinde per pleonasmum literæ γ, ut vult Etym. Sed pro pernicioso potius accipitur. Utitur Nicander.

Ἀνιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, molestus, injucundus. Theophr.

Ἀνιάω, ῶ, molestia afficio, mœrore afficio, tristitiam affero. Xen. Pæd. 1. ἐχθροὺς ἀνιᾷν. Item pro lædere et dolorem inferre corpori, apud Gal. ut ait Bud.

Ἀνιάομαι, ῶμαι, pass. mœrore afficior, contristor, doleo. Xen. Pæd. 8. δαπανῶντα ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι. Cum dat. Od. ό. οὐ γάρ τις τοι ἀνιᾶται παρεόντι.

Ἀνιάζω, idem quod ἀνιῶ. Od. τ'. τοῦτον ἀνιάζῃ. Capitur et pro pass. ἀνιᾶσθαι: ut, θυμῷ ἀνιάζων. Il. φ'. et Od. χ'. Item Od. δ'. ἀνιάζουσιν ἑταῖροι.

Composita.

Ἀνάνιος, seu ἀνήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, non habens ἀνίαν, mœrore carens. Exp. etiam ἀβλαβής. i. innocuus, innoxius. Quæ significatio ex consequenti sumpta videtur. Nam quod est innocuum, tristitiam non affert. ¶ Exp. et superbus, ab Hesych. et Etym. sed tunc ab ἠνία potius deducitur.

Ἀνανίως, sine dolore et molestia, indolenter.

Δυσάνιος qui et δυσανίης, qui mœrorem levi de causa concipit, vel (ut inquit Gal.) cui res parvæ tristitiam afferunt, vel magnæ vehementiorem aut diuturniorem quàm aliis hominibus. Exp. et anxius. Utitur Hippocr. Antiph. Aristot. Gal.

Εὐάνιος, qui moderatè dolores fert, lenis. Hesych.

Λυσανίας, ου, ὁ, mœrores et tristitias solvens. Apud Aristoph. in Nub. † 1161.† λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν, dissolutor mœrorum, quos pater ex magnis his malis percipit. * adde Παυσανίας.*

Συνανιάομαι, ῶμαι, simul mœrore afficior, simul contristor.

Ὑπανιάω, dolere facio, dolore afficio. Ὑπανιῶμαι, doleo, indoleo. Aristoph. in Nub. † 1197.† ἕωθεν ὑπανιῷντο τῇ νουμηνίᾳ.

ἌΝΙΣΟΝ, ου, τὸ, seminis cujusdam nomen, anisum. Vide Diosc. l. 3. c. 65. et Plin. l. 20. c. 17. Scribitur etiam ἄννισον.

ἈΝΌΠΑΙΑ, sive Ἀνοπαῖα, ἡ, legitur Od. λ'. (de Minerva) Ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο. Ubi quidam dicunt nomen et genus esse avis ἀετώδους καὶ φήνῃ ἐοικυίας: quidam accipiunt pro ἀόρατος, ἀφανὴς, καὶ πόῤῥω τῆς ὄψεως. Herodianus properispωmenως scribit ἀνοπαῖα, dicens esse neutrum plurale adverbialiter positum pro ἀνοπαίως, hoc est, ἀοράτως, κατὰ στέρησιν τοῦ ὀπτάνεσθαι. Alii adverbialiter itidem accipiunt, pro ἀνὰ τοὺς ὦπας. Alii accipiunt pro ἀνὰ τὴν ὀπὴν τὴν ἐν μέσῳ τῆς ὀροφῆς, quæ κάπνη, et καπνοδόκη vocatur: ut Pherecrates quoque ἀνοπαῖαν esse dicit τὴν τετρημένην κεραμίδα τὴν ἐπὶ τῆς ὀροφῆς. Itidemque Eustath. exponi annotat, διὰ τῆς ὀπαίας κεραμίδος ἣ τὴν κάπνην ἔχει. Hique divisim videntur scripsisse ἀν' ὀπαῖα, ut ii etiam qui exponunt ἀνὰ τοὺς ὦπας. Alii rursum qui ὑφ' ἓν legunt, et nomen esse volunt, pro ἀνωφερὴς usurpatum aiunt, occasione sumpta ex eo quod apud Empedoclem de igne legerunt, Καρπαλίμως δ' ἀνόπαιον. Quidam πανόπαια scribunt, et eo nomine intelligunt hirundinem. Vide Eustathium, brevium scholiorum Autorem, et Etymologum. Hesychius etiam expon. ἀνὰ τὴν ὀπὴν τῆς θύρας, sive ἀνὰ τὴν θυρίδα. Item ἄφανος ab ὄψ significante vox. Eustathius montis etiam nomen esse ait apud Herod.

ἈΝΤΊ, (præpositio) pro. ut Iliad. ν'. τρεῖς ἑνὸς ἀντὶ πεφάσθαι, tres pro uno interfectos esse. Xen. Hell. 7. ἄλλον τινὰ φίλον ἀντὶ βασιλέως ζητεῖν, alium quempiam amicum quærere pro rege, vel alium amicum quàm regem. † postponitur Hes. Th. 893.† Sic sæpe exp. loco, vice, instar: ut Alex. Aphrod. ἀνθ' ἱματίων περιέβαλε πτερὰ, pennas vestimentorum loco aut vice. Iliad. ί. ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστιν ἀνὴρ ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ. loco multorum populorum, vel instar multorum pop. Sic, ἀντὶ πολλῶν ἂν γένοιο, multorum instar fueris, vel esse possis. Ab Hesychio ἀντὶ πολλῶν exponitur ἴσος πολλοῖς. ¶ Exponitur etiam, propter, (vel per ablativum) gratia. Aristoph. in Nubibus, ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου Διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον, i. hujus præcepti gratia, vel propter hoc præceptum. Demosth. pro corona, εἶτά μ' ἐρωτᾷς ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι. Sic ἀνθ' ὅτου exp. cujus rei gratia, quamobrem, Demost. ὡς ἐγὼ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου. Lysias, ἥτις ἦ αὐτοῖς πρὸς τὴν πόλιν ἔχθρα ἀνθ' ὅτου τοιαῦτα ἐτόλμησαν εἰς αὐτὴν ἐξαμαρτεῖν. Sic dicitur, ἔχθρα ἀνθ' ὅτου, causa est quamobrem. Pro ἀνθ' ὅτου dicitur etiam ἀνθ' ὧν, quod exponit Budæus, eò quòd, propterea quòd, idcirco quòd. Lucian. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. ¶ Aristoph. in Plut.——δοῦναι δίκην Ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι. Accipitur etiam pro ὑπὲρ, et commodum ac utilitatem declarat: ut Matth. 17. ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Et c. 20. δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν; Sic et Marci 10. c. ¶ Interdum finem designat: ut 1 Cor. 11. ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ, pro velamine, i. ut esset velamen. Sic et Heb. 12. ¶ In compositione æqualitatem indicat, ut in ἀντίθεος, ἀντιάνειρα, ἀντίχειρ. Sæpe significat vicissitudinem: ut in ἀνταμείβω, ἀντιδίδωμι, ἀντιπάσχω. Sæpissimè signif. contrà, adversus; ut in ἀντιβάλλω, ἀντιλέγω, &c. [Ἀντὶ, pro quam vel præter. Æschyl. Pr. 466. Et sic in Sophocl. Trachin. 1243.——ἀντὶ σοῦ λάβοι ποτέ. Præter se accipiat unquam.]

Ἀντίος, ου, ὁ, adversus, ex adverso stans, è regione positus, vel ex adverso, qui est in conspectu. Exponitur etiam obvius. Aliquando sine casu; ut Il. ά. ἀλλ' ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες. et Il. λ'. Ἀρτύνθη δὲ μάχη, στὰν δ' ἀντίοι. Sic Xenoph. Pæd. 7. καὶ ὡς εἶδεν ἐκ τοῦ ἐναντίου παῖδα προσφερόμενον, ἀντίος ἐλαύνει. Aliquando cum genitivo, ut Iliad. έ. ὅστις τοῦγ' ἀντίος ἔλθοι. et Il. λ'. Ὅς ῥα τότ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν. Invenitur in prosa, ἀντίος Λέσβου, qui est è regione Lesbi. Apud Plutarch. cum dativo, in Camillo, ἔχων ἵππον, ἐξήλασεν ἀντίος ἀνδρὶ μεγάλῳ, i. tendens adversus magnum virum. Herodot. ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα αὐτοῖς.

Ἀντιὰς, άδος, ἡ, et in plurali ἀντιάδες, tonsillæ, ut Celsus vocat: quæ et παρίσθμια dicuntur. Esse partem corporis propriè, et non morbum, declarat Ruffus Ephes. lib. 1. de part. corp. hum. Unde autem dictæ sint, testatur idem lib. 2. ἀντιάδες δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάνοιξιν τοῦ στόματος ἀλλήλαις ἐναντίας φαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν φλεγμαίνωσι.

Ἀντίον, (*adverb.*) ex adverso, è regione, αὐτὸς δ' ἀντίον ἷξεν Ὀδυσσῆος. Capitur et pro, contra, adversus: ut, ἀντίον ἵστασθαι, item ἀντίον αὐδᾷν, et ἀντίον εἰπεῖν, apud Homerum. Sed ἀντίον αὐδᾷν, Od. ό. exp. respondere, et Il. ά. ἀντίον εἴπῃ, contra dixerit. ἀντίον ἐλθεῖν, apud eundem poëtam est ἀπαντῆσαι, Eustathio, i. obviam venire. ¶ Est etiam liciatorium, hoc est, lignum teres quo circumacto textores licium intendunt: ut Poll. quoque docet lib. 7. c. 10. In qua significatione legitur l. 2. Reg. c. 21. Itidemque Paralip. l. 1. c. 11. Necnon apud Aristoph. in Θεσμοφ. Hinc μεσαντίον, l. 1. Reg. c. 17.

Ἀντία, adverbium aliud, significationem eandem habens. Herodotus, ἀντία ἵζοντο τούτοις. ἀντία δεσποίνης φάσθαι, Od. ό. quidam exponunt coram domina, alii adversus dominam: ut, ἀντία Πηλείωνος μάχεσθαι, apud eundem Iliad. ύ. et, στήμεναι ἀντία σεῖο, Iliad. χ'. [V. Æsch. Pers. 703. Il. γ'. 424.]

Ἀντιάω, ῶ, idem quod ἀντάω, occurro, obviam eo, vel obviam venio, obvius fio. Apoll. Arg. 2. ἀντιάοιτε Ἀνδράσιν εὐξείνοις. Gregorius, Ἡ πυρὸς ἠὲ θεοῖο φαεσφόρου ἀντιάσοντας, vel in ignem, vel in Deum incursuros. ¶ Capitur item pro, assequor, consequor: ut in Anthologia epigr ἀντιάσας γήραος, senectutem consequutus. Sic Il. ά. ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων Βούλεται ἀντιάσας. Sophocles οὔτε τοῦ τάφου ἀντιάσας, οὔτε γόων παρ' ἡμῶν. ¶ Item, precor supplex, supplico. Soph. in Ajace, Καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διός.

Ἀντιάομαι etiam invenitur. Apoll. Arg. 2. καὶ ὑπίσχεται ἀντιάασθαι, occurrere armatus, contrà tendere, tendere adversus eum. In altera autem significatione Il. ώ. Πάντες δ' ἀντιάασθε θεοὶ γάμου.

Ἀντιάζω, (idem quod ἀντιάω) obviam prodeo. Plutarch. in Dione, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἀντιαζόντων, καὶ δεομένων ἐπείγεσθαι τὸν Δίωνα. Apud Lucianum quoque cum dativo, sicut et ὑπαντιάζω. Apud Herodotum cum accusativo pro, obviam procedo infestus, tendo adversus aliquem: ut, ἀντιάζω τὸν Ἀραβίων στρατόν. Item ἀντιάζομεν τὸν ἐπιόντα. Apud eundem, ἀντιάζει εἰς πέλαγος, exp. in pelagus obviam contendit. [Soph. Œdip. Tyr. 201.] ¶ Ἀντιάζω, oro, supplico. Eurip. in Alc. [Electr. 1012. Æsch. Ag. 1566.]

Ἀντιόω, ῶ, vel potius Ἀντιόομαι, οῦμαι, adversor: sto contrà, tendo adversus. Apud Herodotum, ἀντιοῦμαι τὸν βάρβαρον, tendo adversus barbarum.

Ἀντικρὺ, (*adverb.*) contra, adversum. Cum genit. ut Il. θ'. ἴαλεν Ἕκτορος ἀντικρύ. Item, ex adverso, è regione: ut, ἀντικρὺ Χίου, è regione insulæ quæ dicitur Chios. ¶ Item, apertè, palam. Il. ή. Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, i. φανερῶς. Hesych. Eust. ¶ Item, penitus: ut Il. γ'. Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα. [V. Didymi Not. ad Il. γ'. 359.]

Ἄντικρυς, pro ἀντικρὺ ponitur aliquando, i. è regione, ex adverso. ut apud Thucyd. in 2. οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ ἔξω. Frequentissimè pro, apertè, palàm, apud Luc. et Plutar. Demosthenes ἄντικρυς et σαφῶς copulat in Aristocrate. [Aristoph. R. 753. Æschyl. Ch. 190.]

Ἄντα (adverb. poët.) coràm, palàm, ante oculos, in conspectu: item apertè, manifestè. Ἄντα ἰδὼν, Il. ρ'. et χ'. Et, ἐς ἄντα ἰδὼν, Od. ό. † Hesiod. Asp. 432.† Sunt tamen et qui ἔσαντα conjunctim scribant hic et alibi: sicut et ἔναντα. quod Hesych. exp. φανερῶς. ¶ Cum genit. antè, ut, Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα, id est, ante genas, vel è regione genarum. Dicitur etiam ἄντα τινὸς εἶναι,

vel στῆναι, esse ex adversâ parte, stare contrà, esse adversus aliquem, adversari alicui. Il. φ'.

Ἄντην, etiam pro ἄντα usurpatur; ut Od. ζ'. Θεῷ ἐναλίγκιος ἄντην. Et Iliad. σ'. ἄντην εἰσιδέειν, quod Eust. esse idem ait quod ἀντωπῆσαι.

Ἀνταῖος, adversus. Item adversarius, hostis. Eurip. ἀνταία πληγή. Et Apoll. Rhod. ἀνταίη δαίμων. Vide Hesych.

Ἀντάω, ῶ, F. ήσω, occurro, obvius fio, obviam eo. Cum dat. Soph. Μή σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι, tibi obvius factus. Et cum genit. Il. π'. Ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος. ¶ Exp. et consequor, nanciscor, itidem cum genit: ut Od. ρ'. ἤντησας ὀπωπῆς, i. ἔτυχες. Sic et apud Herodot. ἤντησας ξεινίων μεγάλων.

Ἀντιάω, Ionicè pro ἀντάω. Il. ή. εἰ δ' ἔντεσιν ἀλλήλοισι.

Ἄντησις, occursus. ¶ Item ἀντήσεις, supplicationes, supplices preces, Hesych. Ἀντήδην, suppliciter, Hesych.

Ἄντω, idem quod ἀντάω, occurro, obvius fio. Sed magis in usu est ἄντομαι. Il. ό. ἀλλήλοισιν Ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ. ¶ Item supplico. Eurip. in Med. ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος, precor te per istud mentum.

Composita: ac primum ex ἀντίος formata.

Ἀπαντία, idem quod ἀντία adverb. Hom. in hymn. Apol.

Ἀπαντίον, idem quod ἀντίον, ut, εἰς τὴν ἀπαντίον, in ulteriorem, scilicet continentem. Καταντίον pro eadem signif. citatur ex epigr. καταντίον ὄμμα βαλόντες. † ἔναντι τοῦ θεοῦ: coram deo. Lucæ. cap. 1. 8.†

Ἐναντίος, ου, ὁ, pro ἀντίος, adversus, qui est in conspectu seu coràm, qui est è regione, oppositus, Il. ζ'. v. 251. Ἔνθα οἱ ἠπιόδωρος ἐναντίη ἤλυθε μήτηρ. Sic et paulò antè, θάλαμοι κουράων ἑτέρωθεν ἐναντίοι. Sic et apud Xenophontem, ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις, obvertere hostibus, q. d. adversa hostibus ponere. Thucyd. lib. 1. δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. Et Dioscor. ἐναντία ἀλλήλοις φύλλα, libr. 4. adversa inter se folia. † ἐκ τοῦ ἐναντίου Xen. Pæd. 1. 4. 8.† Ἐξ ἐναντίας (adverbialiter) ex adverso, è regione, adversa fronte. quod et una voce scriptum invenitur Ἐξεναντίας. Aristot. de mundo, ἡ μὲν ἶρις ἐξεναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης. Ponitur Ἐξεναντίας et pro, e contrario, contrà. Ἐναντίον, (adverbium) itidem pro, ex adverso, adversum, coram. Odyss. ζ'. Αὐτῷ δ' οὔπω φαίνετ' ἐναντίον. Et Iliad. ά. σφοῦ πατρὸς ἐναντίον, exp. obviam suo patri. Thucydides libr. 6. ἀλλ' ἐναντίον ἁπάντων ἤδη λέγειν. Plato in epistola, καί με τούτων ἐναντίον διηρώτησας, et me coram istis interrogasti. et ἐναντίον βλέπειν, Demosthenes. † Aristoph. Nub. 576. ὔμμιν μέμφομαι ἐναντίον: contra vos queror.† ¶ Ἐναντίος, adversarius, hostis. Hesiodus in Theogonia, Ἤδη γὰρ μάλα δηρὸν ἐναντίοι ἀλλήλοισι. Xenophon. οἱ γὰρ ἐναντίοι κρατοῦσι τῆς γῆς. Et, ἐναντίον τινὶ πράττεσθαι, dicitur quod fit adversus aliquem, apud Demosthenem pro corona. Et ἐναντίον, adversus: ut Iliad. ό. Ἕκτορι καὶ Τρώεσσιν ἐναντίον. In prosa dicitur etiam ἐναντία adverbialiter. Thucyd. 3. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις. ¶ Item, Ἐναντίος, adversus, contrarius. † γνῶμαι ἐναντίαι. Aristoph. Nub. 1034.† (Euripides in Med. v. 471. νόσῳ, contrarius morbi curationi. V. etiam Philostr. l. 1. c. 9. τἀναντία. Æsch. Ag. 1382.) Luc. in Herc. οὔτε ὅλως ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερείδουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ἐξυπτιάζοντες. Cicer. apud Platonem, κατὰ τὰ ἐναντία et κατὰ τἀναντία, exp. contrariè et contrariis cursibus. Xenoph. Hell. 4. ἀπεκρίνατο ὅτι τὰ ἐναντία λέγοιεν τοῦ συμφέροντος, contraria utilitati. Sed frequentius dicitur τἀναντία, et τοὐναντίον. Æschin. τἀναντία τῶν καλῶν. Plat. de rep. 1. τῷ δὲ ἀδίκῳ πάντα τούτων τἀναντία ὑπάρχει. Dicitur et cum dativo. ut Aristot. Pol. 5. περὶ ὧν δὲ στασιάζουσι, ἔστι κέρδος, καὶ τιμὴ, καὶ τἀναντία τούτοις. Isocr. τοὐναντίον δὲ πέπονθα τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων. Interdum sequentem habet particulam ἢ, (ut Latinè contrà habet partic. quàm.) Plat. in Symp. ἢ οἶσθα ὅτι τοὐναντίον ἐστὶ πᾶν ἢ ὃ ἔλεγεν; Sic Demosthenes, ἐναντία ἢ ἔδει. Aristoph. τοὐναντίον δρῶν ἢ προσήκει. Habet et comparativum ἐναντιώτερος, et superlativum ἐναντιώτατος. Adverbialiter ponitur τοὐναντίον pro, e contrario, contrà: vel τἀναντία. Xenoph. ὃς τἀναντία τούτων ἐγκρατὴς μέν ἐστι τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν. Contrà quam isti. Sed et κατὰ τὰ ἐναντία exponitur etiam, contrariè, vel contrario modo.

Ἐναντίως, contrariè, contrario modo. Cum genitivo. Aristot. in Probl. ἐναντίως αὐτῶν ἔχει.

Ἐναντιότης, ητος, ἡ, contrarietas, apud philosophos. [Plat. Phæd.]

Ἐναντιόομαι, οῦμαι, adversor, repugno, obsto. (Æsch. Pr. 785.) Isocrat. τούτοις μὲν τοῖς νόμοις ἠναντιοῦντο. Dicitur etiam ἐναντιοῦμαί σοι εἰς τοῦτο, Thuc. lib. 1. Et ἐναντιωθεὶς πρὸς τοῦτο, huic rei adversatus, Plut. in Pericle. Et apud eundem in Camillo, ἐναντιοῦσθαι πρὸς ἀνθρώπους. Et cum infinitivo apud Platonem in Apologia, μόνος ἠναντιώθην ὑμῖν μηδὲν ποιεῖν παρὰ τοὺς νόμους, repugnabam vel obsistebam quo minus faceretis. Et res quæ contrarium exitum habet ei quem cupimus, dicitur nobis ἐναντιοῦσθαι, apud Thucydidem lib. 8. Nonnunquam etiam ἐναντιοῦμαι πρὸς ταῦτα est contradico his, ut apud Plat. Item ἐναντιοῦσθαι, dicitur aliquid pro ἐναντίον εἶναι, contrarium esse.

Ἐναντίωμα, τὸ, quod adversatur seu obsistit. Thucyd. Demosth. Item repugnantia in dictis aut factis. Athen. l. 5.

Ἐναντίωσις, repugnantia. Isocr.

Decomp. Ἀντεναντίωσις, figuræ nomen, cum per contrarium dicimus, quod velut per affirmationem dictum volumus intelligi.

Ἀπέναντι et ἀπεναντίον, ex adverso, è regione, contrà. Et, coram, in conspectu. Matth. 21. et 27. Item adversus, apud Plut. Dicitur et ἀπεναντίας, pro eodem, apud Chrysost. ‡ et ἀπεναντίως. Lucian.‡

Κατέναντι et κατεναντίον, et κατεναντία, idem quod præcedentia: sunt tamen usitatiora. Lucian. κατέναντι Ὀλυμπιείων, ex adverso Olympiorum. Et Greg. κατέναντι κυρίου τραχηλιᾶν, adversus dominum. Apoll. Arg. 2. κατεναντίον ἄρκτου, i. è regione, ex adverso. Ibidem, κατεναντία νήσου. In anth. epigr. κατεναντίον ἦλθον ἀγῶνος, exp. descenderunt in certamen. Cum dat. significat adversus, apud Hesiod. † Asp. 73.†

Ἐπεναντίωσις, contrarietas, contrarium: idem quod ἐναντίωσις. Hippocr. l. 2. aphor.

Ὑπεναντίος, pro ἐναντίος, adversarius, hostis. Hesiod. † Asp. 347.† ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν, et Polyb. τὴν τόλμαν αὐτοῦ καταπεπληγμένων τῶν ὑπεναντίων. Exp. et subcontrarius, apud Aristot. Pol. 2. Ὑπεναντίως, adverb. ut, ὑπεναντίως ἀλλήλοις ἔχει, sibi mutuò adversantur, inter se repugnant.

Ὑπεναντιοῦμαι, itidem pro ἐναντιοῦμαι: ut, ὑπεναντιούμενος ἐκείνοις, Plutarch. in Pericle, adversans illis.

Ὑπεναντιότης, contrarietas, subcontrarietas. Laërt. in Epic.

Ὑπεναντίωσις, Plutarch. de Stoic. [Arist. de Soph. Elench.]

Καταντίον, pro ἀντίον, citatur ex epigram. καταντίον ὄμμα βαλόντες.

Συναντιάζω, occurro, idem quod συναντάω in prosa: unde συνηντίαζον, apud Soph. (Œdip. Tyr. 814.)

Ὑπαντιάζω, occurro, obviam eo: idem quod ὑπαντιάω et ὑπαντάω. (Æsch. Pers. 407. 836. 852.) Luc. ἐπεὶ δὲ ἀφικόμεθα, καὶ ὑπηντίαζον ἡμῖν, ἠσπάζοντο μετὰ δακρύων οἱ ἑταῖροι. Item hostiliter occurro, incurro, (sicut et ἀντιάζω) ut apud Plut. ὑπαντιάζουσι τοὺς πολεμίους, in adversos hostes incurrunt.

Ὑπαντιάω, idem quod in prosa ὑπαντάω, occurro.

Composita ex ἀντικρύ.

Ἀπαντικρὺ, è regione, ex adverso. Paus. in Lac. ἀπαντικρὺ δὲ ἥτε ὀνομαζομένη κολώνα. Dicitur etiam ἐκ τοῦ ἀπαντικρὺ pro ἀπαντικρύ. [Demosth. de Chersoneso. δύο ἐν Εὐβοίᾳ κατέστησε τυράννους, τὸν μὲν ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπιτειχίσας, τὸν δ' ἐπὶ Σκιάθῳ. Xenoph. Hist. Græc. lib. 6. cap. 4. §. 4. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ τῷ ἀπαντικρὺ λόφῳ, οὐ πολὺ διαλείποντες, &c.]

Καταντικρὺ, è regione, ex adverso; ut, καταντικρὺ τῆς ὄψεως. Arist. de mundo, καταντικρὺ ἀλλήλων δύο σημεῖα. Pro eodem dicitur et ἐκ τοῦ καταντικρύ.

Composita ex ἀντάω, et ἄντω.

Ἀπαντάω, ῶ, (F. ἀπαντήσω et ἀπαντήσομαι, apud Thuc. et Xen.) venio obviam, obviam procedo, occurro. † Xen. Pæd. 1. 4. 22.† Dicitur ἀπαντῶ σοι, vel ἀπαντῶ σοι ἐς ἐκεῖνον τὸν τόπον, apud Thucyd. Dicuntur et οἱ ἀπαντῶντες obvii, qui occurrunt, apud Lucianum in Nigrino. Exponitur etiam, me confero, me offero, præsto sum, cum εἰς vel πρός. Aristoteles Ethicῶn 9. καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν, ad funera deducenda se conferre et offerre. Et ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν, vel ἐπὶ τὴν κυρίαν, obire diem vadimonii. Exponitur et, adesse ad judicium die vadimonii. Item, ad vadimonium, vel ad vadimonii diem occurrere. Sic ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίαιταν. Demosth. in Midiam. Et discipuli ad scholam ventitantes ἀπαντᾶν à Laërtio dicuntur in Theophr. vita. A Budæo ponitur pro convenire, coire, cogi, ex Aristotele. ¶ Item ruo, invado, et erumpo, Greg. ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἀπαντᾷ τῶν ἑαυτοῦ συμφορῶν. Citatur ex Reg. lib. 1. cap. 22. ἀπάντα εἰς τούτους, irrue in hos. Et ex Plat. ἀπαντᾶν εἰς τὸν ἀγῶνα. Et Luc. ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν. Ex Demosth. ἀπαντᾶν εἰς τὴν τίμησιν, obviam ire et deprecari pœnam. Ex Aristot. Pol. ἀπαντᾶν πρὸς τὸ τέλος, contendere ad finem. ¶ Item contingo, evenio. Alex. de fort. ἂν ἀπαντήσῃ ἐκ τοῦ σκάπτειν θησαυροῦ τινος εὕρεσις. Et ἀπαντῶντα, apud Xen. oblata et fortuita, non arrogata aut impetrata; ut auguria oblata et auspicia. Item (de persona dictum) pro, incido, eo sensu quo dicitur aliquis incidere in librum aliquem, et eum legere. Sic Athen. ἀπαντᾶν συγγράμμασι, et ἀπαντᾶν τῷ δράματι. ¶ Item respondeo. Isocr. in Busiride: ἴσως οὖν τοῖς εἰρημένοις ἀπαντήσει ὅτι, &c. Plut. πρὸς οὓς οὐ χαλεπὸν ἀπαντῆσαι. Ponitur et pro, respondeo, id est, eventu convenio, et congruo. Synes. ᾧ τὴν διὰ λόγων τραφέντι τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λόγον, cui in literis educato, fortunæ bona, ut par erat, non respondent.

Ἀπάντημα, et Ἀπάντησις, occursus, obviam itio. Item responsio. Plut. in Pol. Præc.

Ἀπάντομαι, resisto. Citatur ex Eurip.

Ἀπαντίζω, unde et συναπαντίζω, concurro, apud Themist.

Decomp. Προαπαντάω, (q. d. præoccurro) obviam præcurro. [Thucyd. Hist. lib. 1. τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλθόντα, ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι.]

Προαπάντησις, obviam itio qua prævenitur aliquis. Est etiam quum præpostero ordine prius se offert quod posterius est: ut in lexicis annotatur.

Διανταῖος, adversus, ex adverso penetrans: unde, διανταία πληγὴ, apud Diod. Sicul. (Διανταίαν λέγεις πλαγάν. i. e. διαμπὰξ γενομένην. Æsch. S. c. Th. 900. διανταία μοῖρα, ἡ διαμπὰξ τιμωρουμένη. Eum. 335. Ch. 182. 638.)

Δυσάντητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus malus seu sinister est occursus, cui occurrere malum est et periculosum, vel cui occurrere difficile est: ut, δυσάντητον θέαμα, apud Lucianum.

Δυσάντης, (vel Δυσαντής) pro eodem apud poëtas: ut Opp. de venat. lib. 3. φράζεο δὲ δύο φῦλα δυσάντεα, καρχαρόδοντα, sinistri et inauspicati occursus. Citatur et ex Nonno.

Εὐάντητος, contrarium præcedenti.

[Εὐαντής. Apoll. Rhod. Arg. iv. 147. αὖε δ' ἄνασσαν Νυκτιπόλον, χθονίην εὐαντέα δοῦναι ἐφορμήν. Schol. τὴν εὐάντητον καὶ εὐεξίλαστον.]

Καταντάω, ῶ, devenio, evado. Polyb. in 4. πολλάκις τὸ τολμᾶν περιττὸν εἰς ἄνοιαν καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾶν εἴωθεν. Κατηντήσαμεν εἰς τὴν Πτολεμαΐδα, Actor. cap. 21. devenimus. ¶ Καταντᾶν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀρχιερωσύνην, retorquere in se ipsum. citatur ex Macc. l. 2. c. 4.

Βακχεῖος, ου, ὁ, furore Bacchico afflatus, Bacchicus, ad Bacchum pertinens; ut, Βακχεία, ὄρχησις, Plut. (Aristoph. R. 1290. Soph. Œdip. Tyr. 1125.) ¶ Item pes quidam ex brevi et duabus longis constans, ut, μεθήμων, eò quòd hymnis in Bacchum et dithyrambis esset usitatissimus. Hinc παλιμβάκχειος et ἀντιβάκχειος, apud Fab. l. 9. c. 4.

Βακχεῖον, templum Bacchi. Plutarch. (εἴς τε βακχεῖον

πεσών. Eurip. Phœniss. 21. Aristoph. R. 360.) Βακχεῖα, sacrificia Bacchica. Aristoph.

[Βακχειώτας. Soph. Œd. Col. 710. ἵν' ὁ βακχειώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει, θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις.]

Βακχικὸς, κὴ, κὸν, bacchicus.

Βακχάω, bacchor, seu bacchantium more ex hedera coronam gesto.

Βακχεύω, Βακχεύομαι, bacchor, bacchanalia ago, furore bacchico agitor, vel furore afficior seu rapior. Plat. in Ione. ¶ Interdum generalius pro, furo bacchantium more. Theodor. hist. eccl. l. 1. Nonnunquam pro, insolesco cum quodam furore, vel furibunda quadam insolentia feror; ut, βακχευθεὶς ὑπὸ ἐξουσίας. ¶ Item βακχεύω interdum transitivè pro, bacchari facio, in furorem bacchicum impello. Theodor. hist. Eccl. 3.

Βακχεία, ἡ, bacchatio. Plut. Herodian. (Æsch. Ch. 696.)

Βάκχευμα, τὸ, idem: τὰ βακχεύματα, plur. num. bacchationes. item bacchanalia. Plut.

[Βακχεύσιμος. Eurip. Bacch. 298. Τὸ γὰρ βακχεύσιμον, Καὶ τὸ μανιῶδες, μαντικὴν πολλὴν ἔχει.]

[Βάκχευσις. Eurip. Bacch. 357. πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών.]

Βακχεύτωρ. Dionysii epith. in Epigr.

Βακχευτὴς ῥυθμὸς, Bacchicus. [Orph. Hym. in Pan. v. 5.]

Βακχευτικὸς, (q. d. bacchativus) ad bacchationem seu ad bacchantes pertinens.

[Βακχιάδαι. Herodot. Hist. lib. 5. ἦν ὀλιγαρχίη, καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνεμον τὴν πόλιν.]

[Βακχιάζω. Eurip. Bacch. 928. Ἔνδον προσείων αὐτὸν, ἀνασείων τ' ἐγὼ, καὶ βακχιάζων, ἐξ ἕδρας μεθώρμισα. Cycl. 203. Τί βακχιάζετ'; οὐ Διόνυσος τάδε, &c.]

[Βάκχιος. Eurip. Bacch. 65. θοάζω—Τὸν Βάκχιον εὐαζομένα θεόν. 195. Μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν; 308.]

Composita.

Ἀβάκχευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, alienus à Baccho, vel Bacchici numinis expers. Aut malè bacchans. Eurip. in Oreste. Exp. et valde bacchans. Nonnus, ἀβάκχευτον τράπεζαν appellat vino carentem.

Αἰνοβάκχευτος, graviter bacchans, horribili furore percitus: apud Lycoph. in Alex. ex αἰνὸς et βακχεύω.

Βακχέβακχος, acclamatio quæ fiebat Dionysio in sacrificiis. Aristoph. Vide Eustath.

Ἐκβακχεύω, vehementer bacchor, debacchor. vel transitivè, in bacchicum furorem impello.

Ἐκβακχεύομαι, bacchor, debacchor.

Ὀρίβακχος, Bacchus montanus. Dionys. epith. Oppian. de Venat.

Παλιμβάκχειος, palimbacchius, qui et antibacchius: pes metricus ex prima et secunda longis, tertia brevi. Fab. l. 9. c. 4.

Παράβακχος, aff. pro, furore correptus, debacchans.

Συμβακχεύω, unà bacchor, vel unà cum aliis bacchanalia celebro. [Eurip. Bacch. 725. πᾶν δὲ συνεβάκχευσ' ὄρος, Καὶ θῆρες. Plat. Phædr.]

[Συμβάκχη. Eurip. Ion. 717. λαιψηρὰ πηδᾷ Νυκτιπόλοις ἅμα συμβάκχαις.]

[Σύμβακχος. Eurip. Troad. 500.]

ΒΑΛΑΝΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, balineum, balneum. † Aristoph. Nub. 835.† (In Ranis. 722. Philostr. lib. 1. c. 16.) Plut. οὔτε γὰρ βαλανείου, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστι. ☞ Dictum volunt παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν. Suidas enim glandibus veteres vesci solitos fuisse docet, earumque putamina succendisse. D. August. in libris confess. refert, βαλανεῖον appellari, quoniam βάλλει τὰς ἀνίας, id est, anxietates pellit ex animo. Quod etymon habetur et apud Etymol.

Βαλανεὺς, έως, ὁ, balneator, Plat. Pol. 1.

Βαλανεύω, f. εύσω, propriè, aquam in balneo ministro: deinde de quovis ministerio dicitur. Aristoph. in pace, κἀγὼ 'μαυτῷ βαλανεύσω, ipse mihi ministrabo.

Βαλανείτης, ου, ὁ, balneator. Suid.

Βαλανειώτης, pro eodem. Suid.

Βαλανὶς, ίδος, et βαλάνισσα, ἡ, balneatrix.

ΒΑ'ΛΑΝΟΣ, ου, ἡ, glans. Propriè quercus fructum esse volunt; deinde ad similes aliarum quarundam arborum fructus transferri. Marcellus tradit fructus longiores hoc nomine contineri, unde βάλανοι δρύϊναι, πρίνιναι: et Σαρδιαναὶ, quæ castaneæ (ut Plinius docet) dicuntur, et Εὐβοϊκαὶ, pro iisdem: item βάλανοι φηγοῦ et φοινίκων, (quæ comp. voce φοινικοβάλανοι appellantur et δάκτυλοι) et Διὸς βάλανοι, quas Diosc. castaneas vocat, Hermonax autem et Timachidas apud Athen. nuces Ponticas. Apud medicos est etiam celebris βάλανος μυρεψικὴ, quam Plin. et Aët. μυροβάλανον dicunt, glans unguentaria, fructus arboris myricæ similis, magnitudine avellanæ nucis, quæ quòd in Æthiopia, Ægypto, Arabia et Petra, oppido juxta Judæam, nascatur, Αἰθιοπικὴ, Θηβαϊκὴ, Ἀραβικὴ, Πετραία, Συριακὴ, et Αἰγυπτία, dicta est. ¶ Est etiam glans, i. arbor ipsa glandifera, specialiter arbor quædam apud Theophr. l. 4. c. 2. quam à fructu nomen obtinuisse scribit. Est etiam ex aquatilium animantium genere, ἀπὸ τῆς πρὸς δρυΐνας βαλάνους ὁμοιότητος, ut Athen. indicat lib. 3. et Aristot. l. 4. anim. ¶ Est præterea medicamentum quod in glandis formam effictum, sedi imponitur ad dejiciendam alvum. ¶ Est item extremi penis carnosa substantia, in glandis similitudinem facta. ¶ Item obex, pessulus, μοχλός. propriè Aristophanes et Thuc. schol. esse vult τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήρεον, unde et μάγγανον vocetur, ferrum quod init μοχλὸν, et à clave ducitur ac reducitur. Thuc. τὰς πύλας ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν.

Βαλανηρὰ, τὰ, quæ in glandario genere comprehenduntur; ut, σιτηρὰ, καρυηρὰ, βοτρυηρὰ, σταχυηρὰ, Theophr. et ὀστρακηρὰ, Aristot.

Βαλανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, glandibus plenus.

Βαλανίζω, glandes excutio. Epigr. lib. 2. Item glandem sedi subjicio, apud medicos.

Βαλανίτης, balanum, seu glandem referens, ut, βαλανῖται λίθοι, apud Plin. l. 37. c. 10.

Βαλάνινος, qui è glande unguentaria fit; ut, βαλάνινον ἔλαιον.

Βαλανόω, ῶ, obice trajecto obsero, ut annot. schol. Aristoph. in Avib.

Composita.

Ἀντιβάλανος, Hesychio est ἡ κηκὶς, galla: quoniam eam fert ἡ δρῦς ἀντὶ βαλάνου, loco glandis. Qua de re vide Plinium, l. 16. c. 6. et 7.

Δρυοβάλανος, glans querna. Strab. 26.

Μυροβάλανος, glans unguentaria. de qua Aët. l. 10. c. 11. Apud Aristot. de pl. l. 2. cap. ult. μυροβάλανοι arbores quædam sunt. de quibus eum vide.

Φοινικοβάλανος, fructus palmæ Ægyptiæ postquam maturuit.

Χρυσοβάλανος, glans aurea. Gal. lib. 8. τῶν κατὰ τόπους.

ΒΑΛΑ'ΝΤΙΟΝ, seu βαλλάντιον, ου, τὸ, crumena, marsupium. Plato de republica 1. τὰ βαλάντιά τε ἀποτέμνειν. (quod et βαλαντιοτομεῖν.) Herodian. 5. βαλάντιά τε χρημάτων μεστὰ, δέλεαρ προδοσίας, Epigr. l. 7. τὸ σὸν βαλάντιον οἶδεν. ¶ Deducitur à verbo βάλλειν. Unde Plutarchus velut ad etymum alludens in libro περὶ φιλοπλ. scripsit ἀλλὰ συστέλλειν καὶ ἀποῤῥάπτειν ὥσπερ βαλάντιον, ἵνα στέγειν καὶ φυλάττειν τὸ εἰσβληθὲν δύνηται. Quibus subjungitur, καί τοι τὸ μὲν βαλάντιον, ἐμβληθέντος τοῦ ἀργυρίου, γίνεται ῥυπαρὸν καὶ δυσῶδες.

Βαλαντίδιον, ου, τὸ, crumenula. Eupol. apud Poll.

ΒΑΛΑΥ'ΣΤΙΟΝ, flos mali punici sylvestris, ut tradit Diosc. l. 1. c. 155. et Plin. l. 13. c. 19. et l. 23. c. 6.

ΒΑΛΒΙ'Σ, ίδος, ἡ, est locus unde ii qui cursu certant, emittuntur, ut docet Pollux: carceres Latini vocant. Aristophanis schol. scribit dictum hoc vocabulum esse vel διὰ τὸ ἐπὶ τῆς γραμμῆς τῆς ὑπὸ ὕσπληγγα βεβηκέναι τοὺς δρομέας, vel ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλεσθαι βάδην, (quia primùm lento gradu incederent antequam currerent) vel ab ἄλλομαι, quasi ἀλβὶς, et facto ὑπερβιβασμῷ, βαλβίς. Eustathius etiam à βάλλομαι deducit. Aristoph. in Equit. Ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί. (Euripides, Med. 1247. Βαλβὶς λυπηρὰ βίου.) ¶ Metaphoricè accipitur pro initio, ut apud eundem Aristoph. in Vespis, Καὶ μὴν εὐθύς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω τῆς ἡμετέρας. ¶ Apud Soph. in Antig. βαλβίδων ἐπ' ἄκρων ἤδη νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι, schol. exponit κρηπίδων τοῦ τείχους, metaphora sumpta à cursoribus. ¶ Βαλβίδες Eustathio sunt etiam incisuræ et eminentiæ per quas in puteos descenditur. ¶ Apud Hippocratem βαλβὶς est concavitas oblonga, autore Galeno, et τὸ ἔχον ἑκατέρωθεν ἐπαναστάσεις, ut Hesychius scribit. ¶ Est etiam βαθμὸς, ἔρεισμα, eidem Hesychio, gradus et nixus.

ΒΑ'ΛΛΩ, f. βαλῶ, p. βέβληκα, jacio, jaculor. (V. Æschyl. S. c. Th. 1022. πρίν γε χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν. 1036. Ag. 247. Eurip. Phœniss. 1472. 1478. cum Dat. Il. γ'. 80. pro *peto*. Soph. Tr. 727. 933. 957. βαλεῖν μαλθακόν. Aristoph. R. 606. Æschyl. Ag. 175. 365.) Interdum absolutè, ut Dem. Philipp. 3. κἂν μή πω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ. Interdum cum accus. ut βάλλειν λίθον. Sic et metaph. βάλλειν λόγον, apud Gregor. Et cum dativo instrumenti, ut Xen. βάλλειν βώλῳ. † τινὰ κεραυνῷ. Hes. Th. 515.† Et Eur. βάλλειν πέτροις, petere lapidibus seu incessere aliquem. Sic Il. σ'. Βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσι. Dicitur etiam metaph. λόγοις βάλλειν. ¶ Interdum pro, attingo. item ferio, figo, saucio. † βάλλειν θηρία. Xen. Pæd. 1. 4. 5. ferire, jaculari: et l. 1. 4. 8. εἰς μέτωπον.† Il. ἑ. οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν. Et Il. β'. Βεβλήκει κεφαλῆς κατὰ ἰνίον ὀξέϊ δουρί. Invenitur et βάλλειν σκοπὸν, apud Greg. attingere scopum. Pro quo dicitur et βάλλειν ἐπὶ σκοπὸν, à Xen. † Pæd. 1. 6. 26.† ¶ Item jacio, projicio, ῥίπτω, ut Il. β'. ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ, sceptrum in terram projecit. Et Od. ζ'. Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, in ignem jaciebat. Apud Apoll. Arg. 2. ῥόον εἰς ἅλα βάλλει, jacit, devolvit. ¶ Item emitto, ut, βαλεῖν δάκρυ. apud Hom. et Eurip. emittere lachrymas et profundere. ¶ Item pono, immitto, ut Il. ε'. Πάνθῳ ἐν χείρεσσι βάλω. Et εἰς οἶνον βάλλειν. Od. δ'. Sic et metaph. βάλλειν ἐν θυμῷ vel ἐν φρεσὶ, passim apud Hom. pro, versare in mente, seu in animo cogitare. Apud Matth. cap. 25. βαλεῖν τὸ ἀργύριον τοῖς τραπεζίταις. tradere vel committere mensariis, aut ponere apud mensarios. Apud Liban. βάλλειν δύο ὀβόλους, solvere duos obolos, pro καταβάλλειν. ¶ Il. θ'. v. 306. ἑτέρωσε κάρη βάλεν, quidam exp. aliò caput vertit, seu flexit.

Βάλλομαι, jacior, projicior, &c. (Æschyl. Ag. 477. Theoc. κέ. 163.) ¶ Item pro activo βάλλω, ut, βάλλεσθαι ἐν θυμῷ seu ἐν φρεσὶ, apud Hom. sæpe. Et pro eodem βάλλεσθαι εἰς νοῦν, apud prosæ scriptores, quod exp. animadverto, intelligo, item animum appello. Apud Herodot. βάλλεσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ, apud se cogitare, in animo versare. Item jacio, ut, βάλλεσθαι κρηπῖδα ἐλευθερίας, apud Plutarch. jacere fundamenta libertatis. Et Phocyl. Μηδέ τις ἢ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάληται, nemo manum injiciat.

Βλῆμα, τὸ, jactus vel potius ictus. [Herodot. Hist. lib. 3. §. 35. πεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς, ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν, καὶ σκέψασθαι τὸ βλῆμα.]

Βλητὸς, οῦ, ὁ, ictus, item attonitus. Hippocr.

Βλητικὸς, ictibus seu vulneribus patens.

Βλῆτρον, ου, τὸ, clavus ferreus, pessulus. Suidas.

Βληστρίζειν, sunt qui accipi putent pro ῥιπτάζειν, i. jactare, apud Hippocrat. lib. 3. de morbis. [Xenophon. apud Diog. Laert. lib. 9. §. 19. Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοὶ Βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδα ἀν' Ἑλλάδα γῆν. Βληστρίζοντες: id est, impetuose et tempestuose jactantes: ——Mer. Casaub.]

Βληστρισμὸς, οῦ, ὁ, jactatio. Hippocr. [de Morb. Vulg. lib. 1. 3. παρακοπὴ δὲ τῆς γνώμης, καὶ ταραχὴ, καὶ πολὺς βληστρισμός. Vide Fœs. Œconom. Βληστρισμὸς incontinentem corporis jactationem et inquietudinem significat, qua corpus perpetuo exagitatur aut incontinenter disjicitur.]

Βλήδην, q. d. jactim, jaciendo. Hesych.

Βλωμὸς à βάλλω deductum ab Eustath. buccella, offella.

Βλωμίδιον, diminut. parva buccella, frustulum. Eust.

Βολὴ, jactus, conjectus, conjectio, ut, βολὴ ἀκοντίου, βέλους, λίθου, &c. ¶ Item, ictus, plaga, ut Od. ώ. v. 160. et Od. ρ'. v. 283. (κεραυνίους βολάς. Æsch. S. c. Th. 436. ἐοίαις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἀελίου. Eurip. Phœniss. 162. Æsch. Ag. 1338.) ¶ Item pro ἀποβολὴ, abjectio, amissio, ex Theoph. de causa pl. ἀνθῶν ποιεῖ βολήν.

Βόλος, ου, ὁ, jactus. (Æsch. Pers. 424.) A Bud. exp. retis jactus, rete piscatorium, i. funda. Plut. et Aristot. Reperitur et βόλος δικτύου, apud Aristoph. ¶ Item, βόλος πέσσινος καὶ κυβευτικὸς, pro aleæ jactu, Bud. ¶ Item βόλος ὀδόντων, dentium amissio. Aristot. de hist. an. 6.

Βολαῖος, ου, ὁ, impetuosus; ut, βολαῖος θύννος, apud Eustath.

Βολὶς, ίδος, ἡ, jaculum, Suid. βολίδες ἀστραπῶν. Sapient. 5. ¶ Item funis alligato plumbo, quo nautæ deprehendunt fundum maris.

Βολίζω, bolidem demitto, bolide fundum maris exploro. Act. c. 27.

Βολέω, ῶ, jacio. Iliad. ί. ἄχεϊ βεβολημένος ἦτορ. † Apoll. Arg. 1. 262.†

Βολεὼν, ῶνος, ὁ, fimetum, sterquilinium, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι ἤγουν ῥίπτεσθαι. Eustath. dicit Atticum esse, et à βολὴ derivari, eique ἀκόλουθον esse καὶ τὸ βόλιτον ἢ βόλβιτον ἐπὶ κόπρου νοούμενον.

Βόλιτον, ου, τὸ, (secundum Eust.) seu βόλιτος, ου, ὁ, (secundum schol. Aristoph.) stercus bubulum, ut Pollux ostendit. Theophr. lib. 5. c. 7. ἂν ἐν βολίτῳ φυτεύηται σπέρμα.

Βολίτινος, ου, ὁ, stercoreus. Aristoph. (R. 297.)

Βόλβιτον, ου, τὸ, seu βόλβιτος, ου, ὁ, idem est quod βόλιτον. Diosc. l. 2. c. 98.

Βολβιτία, polypodum genus Hippocr. teste Gal. Idem βολβοτίνη nominatur.

Βολβοτίνη, et βολβίτις, genus polypodum.

Βαλλέω, ῶ, inusit. unde fut. βαλλήσω, apud Aristoph.

Βαλλητὺς, ύος, ἡ, jactus, ut, λιθίνη βαλλητὺς, Athen. lib. 9.

Βαλλίζω, tripudio, pedibus plaudo, tripudiantium more salto, apud Athen. lib. 8. Legitur et in can. 52. concil. Laod.

Βαλλισμὸς, tripudatio, chorea, Athen.

Βαλιὸς, οῦ, ὁ, nomen equi Achillis, apud Hom. Item varius. Exp. et velox, et derivatur à βάλλω, quia ταχὺ φέρεται τὰ βαλλόμενα. Scribitur et βαλίος, in Epigramm. Βαλίαι ἔλαφοι, exp. varii cervi, maculosi. βαλίοι ἄνεμοι, exp. ταχεῖς et rapidi.

Comp. ex βάλλω. Ac primùm cum præposit.

Ἀμφιβάλλω, circumjicio, circumpono, circumdo. (Æsch. Pers. 50. 72. Eurip. Phœniss. 276.) Odyss. ξ'. Ἀμφὶ δέ μοι ῥάκος ἄλλο κακὸν βάλον, per anastrophen pro ἀμφέβαλον ἐμοὶ, mihi circumposuerunt, mihi circundederunt. ¶ Item comprehendo, amplector, complector. Od. ρ'. Καὶ κρέας, ὅς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι. Item, induo, ut, ἀμφιβαλοῦσα κάρα στυγερὰν δουλοσύναν, apud Eurip. induens capiti tristem servitutem. ¶ Item dubito, ambigo. Greg. de homine, ὅτι γὰρ ἄλλο τι παρὰ τὰς αἰσθήσεις ὁ νοῦς ἐστιν, οὐκ ἂν οἶμαί τινα τῶν ἐμφρόνων ἀμφιβάλλειν.

Ἀμφιβάλλομαι, passivum, circumjicior, circumponor, circundor. ¶ Item accingor, induor, vel accingo me. induo me. cum accusat. significante (ut plurimum) aliquod armorum genus; unde Hes. exponit etiam ὁπλίζομαι. Od. χ'. Καὶ κυνέην πάγχαλκον ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν Αὐτός τ' ἀμφιβαλεῦμαι ἰών. Phocyl. Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν, præcingere ense.

Ἀμφίβλημα, τὸ, indumentum, vestimentum. Apud Euripidem in Phœn. πάνοπλα ἀμφιβλήματα, indumenta armorum omnis generis; vel indumenta cuncta quibus quis armatur.

Ἀμφίβληστρον, ου, τὸ, omne instrumentum ad circundandum. Peculiariter autem rete, vel (ut quidam volunt) retis genus. (Æsch. Pr. 81. Ag. 1391. Ch. 490.) Quidam expon. verriculum, alii funda. Matth. 4. ¶ Item metaph. tunica, apud Soph. in Trach.

Ἀμφιβληστρευτικὴ, ars piscatorum, qui utuntur ἀμφιβλήστρῳ.

[Ἀμφιβληστρικός. Plat. Sophist. σχεδὸν γὰρ αὐτὸν περιειλήφαμεν ἐν ἀμφιβληστρικῷ τινι τῶν ἐν τοῖς λόγοις περὶ τὰ τοιαῦτα ὀργανῶν.]

Ἀμφιβολεὺς, έως, ὁ, piscator. Esa. cap. 29.

Ἀμφίβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui undique feritur. (πάντοθεν βαλλόμενος. Æsch. S. c. Th. 304.) Thuc. l. 4. οὗτοί τι ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες οὐκέτι ἀντεῖχον, hi quum undique ferirentur, non jam hosti resistere poterant. ¶ Item metaph. ambiguus, anceps, dubius, ut, λόγοι ἀμφίβολοι. Isocr. ἀμφίβολος φήμη. Plutarch.

Ἀμφιβόλως, ambiguè, Athen. Ἀμφιβολία, ambiguitas in sermone. Item incertitudo consilii de re quapiam.

Ἀναμφίβολος, (decomp.) qui non est ἀμφίβολος, minime dubius, non ambiguus seu anceps, indubitatus. Unde ἀναμφιβόλως ἔχειν dicitur, quod ἀμφίβολον non est, dubium et ambiguum non esse.

Ἀναβάλλω, quasi ἄνω βάλλω, sursum tollo, attollo, erigo. ἀναβάλλειν τινὰ ἐπὶ τὸν ἵππον, apud Xenoph. † Pæd. p. 178. e.† idem quod ἀναβιβάζειν, tollere in equum. Apud Aristot. in Probl. ἀναβάλλειν τὰ ὄμματα et καταβάλλειν τὰ ὄμματα, opponuntur, attollere oculos et demittere oculos. Apud Xenophon. Pæd. 8. ἀναβάλλειν γῆν, egerere terram fodiendo. Apud eundem dicitur à Callimacho fons aquam ἀναβάλλειν, ejicere aquam quasi subsilientem. Item sterno et excutio, ut equus sessorem, inquit Budæus apud Xenophon. ¶ Item remoror, protraho. Demost. τοὺς λόγους οἷς ἀναβάλλουσιν ἡμᾶς. ¶ Item, differo, ut in proverbio, ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει. Sic et Od. τ'.

Ἀναβάλλομαι, sursum tollor, attollor, tollor; ut, ἀναβάλλομαι εἰς ἵππον. ¶ Item induor. Aristoph. in Vesp. ¶ Item, resupinor, θρύπτομαι. Dionys. Halicarn. ¶ Capitur et pro differo, prorogo, procrastino. † Sic Aristoph. Nub. 1132. τί τινι. διὰ δικασίαν. Xen. Pæd. p. 203. e.† Plut. in Them. πᾶν ἀνεβάλλετο εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Et cum inf. Xen. Hell. 1. ἀεὶ ἀνεβάλλετό μοι διαλεχθῆναι. Usurpatur et passive pro, differor, Isocr. οὐδὲ εἰς τοὺς παῖδας ἀναβληθήσεσθαι τὰς τιμωρίας. ¶ Item ad judicium alterius rejicio, arbitrio alterius permitto. Luc. ¶ Item, idem quod προοιμιάζομαι, præfationem dico, preludium cantus facio, cum accus. apud Isocr. in Panath. et cum inf. Od. ά. ¶ Apud Herod. ἀναβάλλεσθαι μάχας πρὸς Μεσσηνίους, exp. adversus Messenios prælia suscipere. (Theoc. ί. 22.)

Ἀνάβλησις, dilatio, procrastinatio. Il. β'.

Ἀναβληδὸν, amictim, ut ἀναβληδὸν ἐνδύεσθαι, induere in modum amiculi, amictum circumjacere.

Ἀναβολὴ, egestio. Capitur et pro terra egesta. ¶ In prosa frequentissimè, idem quod ἀνάβλησις in carmine; unde ἀναβολὴν ποιεῖσθαι, differre. ¶ Item cunctatio, ut vult Eust. ¶ Item amictus. Synes. ¶ Item procemium carminis, sive initium. Aristophanes in pace. (Luc. Som. p. 5.)

Ἀναβολεὺς, id in quod imposito pede conscendimus equum. Item homo cujus ministerio utimur ad hoc ipsum. Plutarch.

Ἀναβόλαιον, ου, τὸ, amictus, pallium.

Ἀναβολάδιον, ου, τὸ, amictorium, quo humeri operiuntur; inde dictum quòd ab inferioribus partibus ad superiores elevetur.

Ἀμβάλλω, Ionica et poëtica syncope pro ἀναβάλλω. Sic Ἀμβλήδην pro ἀναβλήδην, seu ἀναβολάδην, quod exp. ἀπὸ προοιμίου, Iliad. χ'. Ἀμβολάδην pro ἀναβολάδην, procrastinando. Item cunctanter et segniter. Herodot. Ἀμβολὴ pro ἀναβολὴ, dilatio, cunctatio, Luc. et pro terræ egestione. Ἀμβολίη, idem, i. cunctatio et mora. in Epigr. et apud Apollon. Arg. lib. 3.

Ἀμβολὰς, άδος, ἡ, terra egestitia seu fossitia. Suid.

Decomp. Διαναβάλλω. Exod. ult.

Διαναβάλλομαι, differo, prolato, procrastino, apud Suid.

Ἐπαναβάλλομαι, de die in diem differo. Item superinduo, vel induo. [Aristoph. Eccles. 275. Καὶ θαἰμάτια τἀνδρεῖα, τάπερ ἐκλέψατε, ἐπαναβάλλεσθε. Herodot. Hist. lib. 1. τρία γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν.] Suid. Ἐπαναβληδὸν, q. d. superinjectim. Herod. ἐπαναβληδὸν εἵματα φορέουσι, Bud. exp. amictim, superjecta veste.

Ἐπαμβλήδην, differendo, tergiversando. Hesych.

Προαναβάλλομαι, præludo. Isocr. in Panath.

Προσαναβάλλω, insuper, sursum jacio. Aristot. de mundo.

Ὑπαναβάλλομαι, cunctor. ex Phalar. epist.

Ἀντιβάλλω, contrà jacio, ex adverso jacio. Item in alterius locum jacio, unum pro alio jacio vel injicio. Item vicissim jacio, ut, ἀντιβάλλειν λόγους πρὸς ἀλλήλους, Luc. conferre sermones inter se.

Ἀντιβολὴ, collatio, ut, ἀντιβολὴ λόγων. ¶ Citatur etiam pro ἀντιπροβολὴ, ex Plat. [de Leg. lib. 6. τὴν δὲ αἵρεσιν καὶ τὴν ἀντιβολὴν τούτων (ἱππαρχῶν) τὴν αὐτὴν γίγνεσθαι καθάπερ ἡ τῶν στρατηγῶν ἐγίγνετο.]

Ἀντιβολέω, ῶ, occurro. Cum. dat. ut Il. π'. Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν. Et alibi sæpe. Jungitur etiam genit. pro μετασχεῖν et ἐπιτυχεῖν, ut Il. δ'. μάχης ἀντιβολῆσαι. Et Od. φ'. ἐπητύος ἀντιβολήσεις. Item supplico, oro, obsecro, παρὰ τὸ ἄντην ποδῶν βάλλεσθαι τοὺς ἱκετεύοντας, i. ῥίπτεσθαι, inquit Eustat. Cum accus. ut Aristoph. in Nub. † 313.† ἀντιβολῶ σε. Demosth. in Mid. pro obtestari et obsecrare, ἀντιβολοῦντος τούτου καὶ λιπαροῦντος οὐκ ἀνίστη.

Ἀντιβόλησις, supplicatio, deprecatio. Plato in Apoll. Ἀντιβολία, idem. Eust. apud Eupol. [Thucyd. Hist. lib. 7. §. 75. πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι, ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, &c. Schol. Ἀντιβολίαν. παράκλησιν. ἀντιβολία, δέησις, ἱκεσία. ἀντιβολία, δάκρυα, καὶ σταλαγμός, παρὰ τῷ ἀντιβολῷ.]

Decomp. Καταντιβολέω, ῶ, precor. [Joseph.] Προσαντιβολῶ, ultra supplico, vel obsecro.

Ἀποβάλλω, abjicio, rejicio, repudio, apud Plat. ¶ Item amitto: cui opponitur σώζω, interdum et ἔχω. † Xen. Pæd. l. 3. p. 83. et l. 8. p. 237. d.† Item κτῶμαι. apud Xen. Ἀποβάλλειν τὴν κεφαλὴν, capite plecti.

Ἀποβάλλομαι, abjicior, rejicior, repudior, respuor. Item amittor. ¶ Item activa signific. abjicio, &c. ut ἀποβάλλεσθαι δόξαν. Luc.

Ἀπόβλημα, τὸ, quod abjicitur, seu rejicitur. q. d. rejectamentum.

Ἀπόβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, abjiciendus, rejiciendus, repudiandus, respuendus, spernendus: ut, ἀπόβλητα δῶρα. Il. γ'. et Luc.

Ἀποβλητικὸς, exp. qui amittit, vel qui amittere potest aut solet, cum genit.

Ἀποβολὴ, abjectio, rejectio, repudiatio. Plato de leg. lib. 12. καὶ τῆς τῶν κατὰ πόλεμον ὅπλων ἀποβολῆς. Item amissio, jactura, ut, χρημάτων ἀποβολή. [Phav. Lex. Ἀποβολὴ, ἡ πρόσκρουσις. ὡς ὁ Ἀπόστολος, εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν. sc. S. Paulus, in Epist. ad Rom. cap. 9. v. 15.]

Ἀποβολεὺς, abjector, rejector, ut, ἀποβολεὺς ὅπλων, apud Plat.

Ἀποβολιμαῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro ἀποβολεὺς apud Aristophanem de pace——εὐθέως ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγένετο.

Decomp. Ἀναπόβλητος, qui amissus non est, vel amitti nequit. Laërt.

Ἀσπιδαποβολὴς, ῆτος, ὁ, qui clypeum abjicit, desertor militiæ. Aristoph. in Vesp.

Προσαποβάλλω, insuper amitto. Aristoph. in Nub.

Συναποβάλλω, simul abjicio, vel simul amitto.

Διαβάλλω, trajicio, transmitto, transfero. Herodot. ὡς διαβάλοι ἐς τὴν Νάξον. Thuc. καὶ ἐκ Πατρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων. Plut. cum accusativo. Διαβαλὼν τὸν Ἰόνιον, Ἀπολλωνίαν αἱρεῖ. ¶ Item trajicio, i. transfigo. Unde Dioscor. lib. 4. c. 76. καὶ ὁ φλοιὸς διαβληθεὶς λίνῳ. ¶ Item calumnior, obtrecto, apud Luc. in lib. περὶ διαβολῆς. Item generaliter criminor, insimulo. † Διαβάλλειν τι πρός τινα: aliquid criminari super aliquem, de aliquo. Xen. Pæd. 1. 5. 3.† Dicitur autem, διαβάλλω σε, ὡς φαρμακέα, vel ὡς φαρμακέα ὄντα, vel ὡς φαρμακεὺς εἶς, vel φαρμακέα εἶναι. Dicitur et διαβάλλω σε ἐπὶ τούτῳ, item Διαβάλλω σε εἰς τοῦτο, et πρὸς τοῦτο. Dicitur et Διαβάλλω αὐτοῦ τὴν μετριότητα. Plut. in Othone. Exponitur etiam invidiam conflo, in invidiam adduco, odiosum reddo. Quinetiam res quæpiam dicitur διαβάλλειν eum, qui propter illam malè audit. Herod. lib. 6. Hinc et διαβεβλημένος, qui invidia laborat vel infamia, infamis, ignominiosus. Et ὁ διαβεβλημένος βίος. Herodot. l. 7. Generalius etiam διαβεβλῆσθαι dicitur res de qua fama sparsa est: unde apud Herod. lib. 7. τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσι καὶ διεβέβλητο, exp. tritum jam vulgatumque apud omnes erat. Item pro συγκρούω (inquit Bud.) inimicos reddo. Plato de repub. lib. 6. μὴ διάβαλλε ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας. Item, decipio, fallo. Herodot. in Terps. (Διαβάλλω, conjicio. Athan. V. S. Ant. Διαβάλλομαι. Philostr. l. 3. c. 22. ; 4. c. 8.)

Διαβολὴ, ἡ, calumnia, criminatio, obtrectatio. Herod. in Polymn. διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον. ¶ Item accusatio, delatio, ut apud Isocr. εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσι.

Διάβολος, ὁ, ἡ, calumniator, criminator, obtrectator. Apud Athen. unde superl. διαβολώτατος. Aristoph. in Equit. ¶ In sacris literis ita dicitur qui Satan Hebræis, vel quòd Deum apud homines calumnietur, vel quòd hominibus Deum infensum reddat.

Διαβόλως, calumniatoriè, criminatoriè. Thuc. διαβολικὸς, ad diabolum pertinens, diabolo conveniens, vel à diabolo prodiens.

Διαβολία, ἡ, exp. pilum, apud Herod. lib. 2.

Decomp. Ἀδιάβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, quem calumniari non possumus, in quem calumnia non cadit. [Aristot. Eth. Nicom. lib. 8. cap. 4. p. 349. Ed. Ox. Καὶ μόνη δὲ ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία ἀδιάβλητός ἐστιν. cap. 6. (Ed. Par. cap. 8.) τῷ δὲ τὴν μὲν ἀδιάβλητον εἶναι καὶ μόνιμον, ταύτας δὲ ταχέως μεταπίπτειν.]

Ἐνδιαβάλλω, calumnior, plus tamen est quàm διαβάλλω. [Lucian.]

Εὐδιάβλητος, quem facilè calumniari possumus, qui calumniæ patet.

Εὐδιάβολος, idem. Aristot. Rhet. 1. [Plat. Euthyphr. εἰδὼς ὅτι εὐδιάβολα τὰ τοιαῦτα πρὸς τοὺς πολλούς.]

Προδιαβάλλω, antè calumnior, anteverto in calumniando; unde apud Aristot. Rhet. 3. προδιαβεβλημένος ἄνθρωπος, homo de quo adversa concepta est opinio.

Προσδιαβάλλω, insuper calumnior, calumniam augeo. Plutarch.

Συνδιαβάλλω, in invidiam adduco. Plut. in Catone. [Demosth. adv. Bœot. Isocrat. c. Soph. Thucyd. Hist. lib. 6. ἃ τότε πάντα ἐκ τῆς Κερκύρας ξυνδιέβαλε τὸν Ἰόνιον κόλπον.]

Εἰσβάλλω, injicio, immitto, impono, cui opp. ἐκβάλλω. ut εἰσβάλλειν τὸ ῥέεθρον, Herodot. Usitatius in neutra significatione pro, ingredior, introëo, cum εἰς. Sic fluvii dicuntur εἰσβάλλειν, εἰς τὸν πόντον, influere in mare, Polyb. ¶ Item ingredior hostiliter, irruo, invado, irrumpo, aggredior; ut, εἰσβάλλειν εἰς τὴν Ἀττικήν. Thuc. Ἐσβάλλω, Ionicè vel Atticè pro eodem.

Εἰσβολὴ, ingressus, introitus, frequentissimè de hostili ingressu. unde et exponit. incursus, irruptio, item expeditio. Polyb. et Herod. Est etiam aggressio, unde et εἰσβολὴ τοῦ πυρετοῦ. Et locus ad aggrediendum seu invadendum opportunus, apud Herodianum lib. 3. Item ingressus fluminis et ostium. Item ingressus et principium, procemium, ut εἰσβολὴ τοῦ λόγου, et εἰσβολαὶ τῶν λόγων, Dion. Hal. (λιποῦσα συμπληγάδων πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν. Eurip. Med. 1266. Aristoph. R. 987. 1135.)

Decomp. Δυσείσβολος, et Atticè δυσέσβολος, in quem erumpi ægrè potest, invasu difficilis; ut regio inaccessa exercitui. Plut.

Εὐείσβολος, ingressu facilis, aggressum facilem habens; ut, εὐείσβολος χώρα.

Παρεισβάλλω, latenter invado, clam aggredior. Bud.

Συνεισβάλλω, simul aggredior seu invado. Gal. ad Glauc. εἰ κεφαλῆς ἄλγημα συνεισέβαλεν.

Ἐκβάλλω, ejicio, expello; ut Dem. ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πατρίδος, pro quo et ἐκβάλλειν per se interdum ponitur apud eundem Dem. ablegare, patriæ finibus expellere. † ἐκβάλλειν τιμῆς. Xen. Pæd. 1. 3. 8.† ¶ Item, excutio; ut, ἐκβαλὼν τὴν θύραν, Dem. excusso ostio. ¶ Item, peculiari significatione, partum ejicio, seu fœtum abigo aut expello. Theophr. ¶ Item, rejicio, repudio. Plat. ¶ Item exeo, erumpo. Plato in Phædone, τρίτος δὲ ποταμὸς τούτων κατὰ μέσον ἐκβάλλει. (Eurip. Phœniss. 813. Iph. A. 451. Soph. Œdip. Tyr. 869. Æsch. Ag. 1672. Ἐκβεβλημένος. Eurip. Med. 513.)

Ἔκβλητος, ejiciendus, rejiciendus, rejectandus, dignus qui rejiciatur, ut apud Heraclitum, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι. Item ἔκβλητον, apud Eurip. maris ejectamentum.

Ἐκβολὴ, ejectio, expulsio. (Æsch. Eum. 751. Suppl. 427. Philostr. l. 2. c. 10.) Item ejectio mercium in tempestate, jactura. Bud. ex Dem. Item, eruptio, ut ἐκβολὴ σίτου. Thuc. Item exitus, ut ἐκβολὴ ποταμοῦ, exitus fluminis, ostium. Item digressio, ut ἐκβολὴ τοῦ λόγου, digressio ab instituto sermone. Thucyd. lib. 1. Item luxatio artuum. Item χάλασμα. Bud.

(Ἔκβολος. Eurip. Phœniss. 761.)

Ἐκβολὰς, άδος, ἡ, pro purgamento argenti. Strab.

Ἐκβόλιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ejectitius. Ἐκβόλιμον et ἐκβολιμαῖον βρέφος, expositus infans.

Ἐκβόλιον, ου, τὸ, (q. d. ejectorium) medicamentum ejiciens seu abigens ex utero fœtus enectos. Diosc. lib. 2.

Ἐκβόλιος οἶνος, vinum quo partus ejicitur.

Decomp. Διεκβάλλω, trajicio, per medium emitto et trajicio. Bud. ex Gal. Διεκβολὴ, trajectio. Item eruptio et exitus per locum angustum et interceptum. Bud. ex Diodoro. [Polyb. Hist. lib. 3. cap. 40. Ἀννίβας μὲν οὖν ἐνεχείρει ταῖς διεκβολαῖς τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, &c.]

(Παρεκβαλέομαι, οῦμαι, remitto. Athan. V. St. Ant. 477.)

Προεκβάλλω, ante ejicio, priùs emitto. [Callistrat. Icon. xiv. 7.]

Προσεκβάλλομαι, unde προσεκβληθεῖσαι γραμμαὶ, lineæ ulterius productæ, apud Geometras.

Πυρεκβόλος, ignem ejiciens, seu evomens, ignivomus. Item silex scintillas edens. Πυρέκβολος, ignis elisus. Bud.

Συνεκβάλλω, unà ejicio.

Ὑπεκβάλλω, pro παρέρχομαι et ἀμείβομαι, apud Apoll. Rhod.

Ἐμβάλλω, jaculor, in aliquem injicio, immitto; ut, ἐμβάλλειν πῦρ, apud Thuc. Sic dicitur χαλινὸν ἐμβάλλειν τῷ ἵππῳ, injicere frænum equo. † ἐμβάλλειν ἐπιθυμίαν, desiderium injicere. Xen. Pæd. 1. 1. 5. et προθυμίαν. Pæd. 1. 6. 12. et 1. 6. 10. προσδοκίας. et ἔριν πρὸς ἀλλήλους. id. l. 6. 157. d.† Item conjicio, impello, intrudo, ἐμβάλλειν τινὰ εἰς τὰ δίκτυα. Xenoph. ¶ Item, insero, intersero. Item intercalo. Dem. ἐμβαλὼν τὴν δεξιάν, inserans dextram. Item insero, de arboribus dictum, unde Demosth.

ἐστὶ τῶν φυτὰ ἐμβεβλημένα. ¶ Item ingredior, ingredior cum impetu, irrumpo, impetum facio, incurro. † De hoste Xen. Pæd. l. 2. 39. εἰς χώραν σὺν l. 3. p. 78. d. εἰς ἐναντίους. l. 6. p. 153. a. et cum dat. πολεμίοις. l. 7. p. 175. a.† Sic flumina dicuntur ἐμβάλλειν εἰς τὴν θάλασσαν. Sic ἐμβάλλειν εἰς τὴν Ἀττικήν. Antiph. ¶ Apud Hom. ἐμβάλλω κώπαις, exp. incumbo remis. (Æsch. S. c. Th. 589. Eurip. Med. 1327. Id. Phœn. 61. 552. 1117.) † ἐμβάλλειν οἰκίαν τινὶ Aristoph. Nub. 1490. ἐμβάλλειν βουλὴν εἰς στρατὸν ad exercitum referre. Xen. Pæd. l. 2. p. 48. d. et ibid. λόγον περὶ τούτου. et p. 49. b. ψῆφον. et l. 5. p. 143. a. ὁμονοίαν τινὶ περί τινος, ad aliquem de aliquo referre. Xen. Pæd. l. 5. p. 147. d. λόγον περί τινος. Xen. Pæd. l. 6. p. 150. c. σῖτον ἵπποις, pabulum equis. p. 206. φιλοτιμίαι id. p. 206. b.†

Ἐμβάλλομαι pro ἐμβάλλω, injicio, ut, εἰς νοῦν ἐμβάλλεσθαι τοῦτο, apud Dem. et Plut. in animum inducere, animo concipere. Item impono, ut, σιτία ἐμβάλλεσθαι. Luc.

Ἔμβλημα, emblema quod operi cuipiam injicitur et inseritur ornatus gratia. Magis autem peculiari significatione ἐμβλήματα, fuerunt appellata vasorum aureorum argenteorumque ornamenta, quæ his ita inserebantur, ut quoties libitum esset, revelli possent. Vide Bud. in annotat. pr. et Cæl.

Ἐμβολὴ, injectio, et q. d. insertio, ut, ἐμβολὴ τῶν ἄρθρων. Item irruptio, impressio, impetus irruentis aciei; ut, ἐμβολὴ τοῦ στρατοῦ. Dicitur et de aliis rebus, ut, ἐμβολὴ χαλάζης, ex Aristide. ¶ Quidam etiam interp. rostrum navis. (δαμασθεὶς ναΐοισιν ἐμβολαῖς. ἀντὶ τοῦ προσβολαῖς. Æsch. Pers. 279. 336. 409. ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις, pro συγκρούσεσι, καὶ προσάξεσι τῶν νεῶν. 415. 562. * leg. ἐμβόλοις.*) Item ostium fluminis, ut ἐκβολή. Bud.

Ἐμβολὰς, άδος, ἡ, ut, ἐμβολάδες ἄπιοι. Aristoph. pira insititia.

Ἐμβολεὺς, q. d. injector, Epigr. Item aggressor, invasor.

Ἐμβόλιμος, (q. d. injectitius) intercalaris, insertus, intercalatus, unde ἐμβόλιμοι ἡμέραι. Plut. Ἐμβολιμαῖος, ου, ὁ, idem.

Ἐμβολίσματα, panni diversi hinc inde consuti. q. d. injectamenta pannorum. Ἐμβολισμὸς, intercalatio.

Ἔμβολον, (q. d. injectorium) instrumentum rusticum ad injiciendum in terram et depangendum. Exponitur pastinum vel paxillus quo semina depanguntur, apud Theophr. de hist. pl. l. 2. ¶ Item vectis, repagulum. (Eurip. Phœniss. 112.)

Ἔμβολον vel ἔμβολος, rostrum navis. Polyb. Item ἔμβολος, Æliano, acies cuneata. Item in curru dicitur illud quod axi insertum rotam continet ne excidat. Poll.

Decomp. Ἀντεμβάλλω, vicissim injicio, vel in locum alterius injicio seu repono. Rependo, refundo, vicissim repono. Bud. ex Theophr. ¶ Item contrà irruo, contrà facio impetum, ut, ἀντεμβάλλειν ταῖς ἐμβολαῖς, apud Synes. impetum ex adverso moliri. Ἀντεμβολὴ, injectio, seu repositio unius in locum alterius. Item incursus, seu incursio quæ fit vicissim: impetus qui fit ex adverso. Item ἀντεμβολαὶ, summæ cardinis partes, quæ in cavum induntur; vel eæ partes ossium quæ in vertebras prominent, inquit Bud.

Δεκέμβολος, denis instructus rostris. Sic et Æschylus vocavit Nestoris navem.

Διεμβάλλω, injicio, seu injicio per. [Athen. Deipn. lib. 3.]

Δυσέμβολος χώρα, in quam non facilè irrumpere hostes possunt, apud Arist. polit. 7. [Polyb. Hist. lib. 3. Ταύτης δ' ὄρη δυσπρόσοδα καὶ δυσέμβολα, καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀπρόσιτα. Xenoph. Hist. Græc. lib. 6. cap. 5. §. 24. δυσεμβολωτάτη μὲν ἡ Λακωνικὴ ἐλέγετο εἶναι.]

Ἐπεμβάλλω, q. d. superinjicio. Alium super alium immitto, intercalo, intersero. Plat. Luc. Item ἐμφυτεύω, ut, ἐμβάλλω, Bud. Item superadjicio, seu auctarium addo, Luc. Item urgeo, impello. Xen. Item in alium, irrumpo, super alium ingredior, ut fluvius in alium fluvium incidens. Ἐπεμβάλλομαι, devoro. Basil.

Ἐπεμβολὴ, figura oratoria non admodum absimilis parenthesi, de qua Hermog. et Bud. in comm.

Εὐέμβολος χώρα, terra in quam facilè irrumpere hostes possunt.

Κοιλέμβολον, ου, τὸ, vocabulum militare est, ἐπειδὰν ἡ ἀντίστομος διφαλαγγία τὰ μὲν ἑπόμενα κέρατα συνάψῃ, τὰ δὲ ἡγούμενα διαστήσῃ.

Κυανέμβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, cæruleum rostrum habens. Aristoph. in Equit. et Ran.

Παρεμβάλλω, interjicio latenter, intersero, clàm immisceo, Gal. et Theophr. Item intercalo, ut, παρεμβεβλημένον, Cic. in ep. exp. intercalarem. Et pro, inculco extra rem, ut Dem. in Tim. αἰσχρὸς ὑποψίας παρεμβάλλῃ. ¶ Παρεμβάλλειν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑτέρου, in Pand. intercedere, fidejubere. ¶ Item παρεμβάλλειν dicitur imperator, quum in acie instruenda milites ordine certo locat, Polybii hist. 2. ¶ Item tentoria colloco ordinibus distincta, atque inter se paribus spatiis congruentique positu respondentia. Polyb. Et generalius pro, castra loco: apud 70 Interpr. Παρεμβολὴ, interjectus, interjectio. Item intercalatio, intersitio subdola, et interjectio rei nihil ad rem pertinentis. Demosth. ¶ Item, tentorium, positus et metatio ordinatione castrensi constans. Item intercalatio subsidiariorum inter ordines primæ aciei. Item castra. Plut. (Act. 22. 24.)

Παρεμβολικὸς, castrensis. Plut. Παρεμβόλια, τὰ, intercalatio reticulorum, verbum venaticum, ex Poll.

Προεμβάλλω, interpono, interjicio. Aristot. Rhet. l. 3. [Polyb. Hist. lib. 3. τηλικοῦτον γὰρ προενεβεβλήκει κατελπισμὸν τοῖς ὄχλοις. Herodot. Hist. lib. 4. ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθεν οὐχ οἷοί τε εἰσὶ, προεμβαλλόντων ἐς τὴν γῆν τῶν κερέων. Thucyd. Hist. lib. 4. ἀποσιμωσάντων ἐκείνων, καὶ προεμβαλόντων, ἑτέραν ναῦν ἀπολλύουσι.] Προέμβολος, ου, ὁ, et προέμβολον, ου, τὸ, et προεμβολὶς, ίδος, ἡ, lignum quoddam eminens ad proram navis, cui rostrum affigitur, quo impetum faciunt in hostium classes. Hesych. Suid.

Προσεμβάλλω, insuper adjicio, impello. [Diod. Sic.]

Συνεμβάλλω, simul injicio. Plut. lib. de Isid. [Aristoph. Lysistr. 246. Ξυνεμβάλωμεν. Schol. Συνέλθωμεν αὐταῖς, ὥστε τοὺς μοχλοὺς τοῦ ναοῦ βαλεῖν. Polyb. Hist. lib. 4. ὑπέσχετο συνεμβαλεῖν ὁμόσε τοῖς Αἰτωλοῖς εἰς τὴν Ἀχαΐαν. Demosth. Orat. de Cor. ἡ γὰρ ἐμὴ πολιτεία, ἧς οὗτος κατηγορεῖ, ἀντὶ μὲν τοῦ, Θηβαίους μετὰ Φιλίππου συνεμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν, &c. Vide Dion. Hal. ii. 199. 15. Xenoph. Græc. Hist. lib. 7. §. 22. καὶ ἱππεῖς συνεμβάλλειν ἐπειρῶντο.]

(Συνεμβολή. V. Æsch. Pers. 396. et supra in ἐμβολή.)

(Συνέμβολος. Æsch. Ag. 993.)

Συριγγοέμβολος, vel συριγγέμβολος, canalis subterraneus quo aqua in castella obsessorum ducitur. Συρέμβολος, per syncopen, idem, ut Eust. docet.

Τριέμβολον, tribus instructum ἐμβόλοις, triplici armatum rostro. Aristoph.

Ὑπερεμβάλλω, insuper immitto.

Χαλκέμβολος, æreum seu æratum rostrum habens, ut χαλκέμβολοι νῆες, rostratæ naves. Χαλκεμβολὰς, άδος, in fœm. gen. idem, apud Euripid.

Ἐπιβάλλω, injicio, vel potius superinjicio, ut, ἐπιβαλεῖν τινι τὴν χεῖρα, apud Luc. injicere manum alicui. Sic ἐπιβάλλειν τὰς ὄψεις, apud Synes. et Herodian. ¶ Item, impono: ut, ἐπιβάλλειν σφραγῖδα, apud Herodot. ἐπιβάλλειν φάρμακα, apud Gal. Et ἐπιβάλλειν τέλος seu φόρον, apud Aristot. vectigal imponere. ¶ Item, adjicio, addo, de tempore aut pretio dictum, apud Plut. et Aristot. ¶ Item, tendo aliquò, vel aliquò pervenio felici rectoque cursu et quasi collimando. Od. ό. v. 295. Ἡ δὲ Φεὰς ἐπέβαλλεν, vide Eust. ¶ Item, incumbo, ingruo. Plato in Phædro, πατοῦσαι καὶ ἀλλήλαις ἐπιβάλλουσαι. Exponitur et, incido: unde τὰ ἐπιβάλλοντα, quæ incidunt. ¶ Item, aggredior, capesso, incepto: ut, τοῖς κοινοῖς ἐπιβάλλειν πράγμασιν. Plut. ¶ Ἐπιβάλλει μοι τόδε τὸ πρᾶγμα, hæc res ad me pertinet. Herodot. Sic et Lucæ cap. 15. Dicitur et τὸ ἐπιβάλλόν σοι, sub. μέρος, quantum in te est. ¶ Item, claudor, operior, Bud. ex Aristot. lib. de part. anim. (Eurip. Med. 1117. in memoriam revoco. Soph. El. 1252.)

Ἐπιβάλλομαι, superjicior, injicior: et interdum active pro, injicio. (Eurip. Med. 841.) Hesiod. in Op. ἕτερόν γ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο. ¶ Item induor, vel induo: ut apud Gal. ἐπιβεβλημένος σινδόνα, indutus sindone. ¶ Et pro jacere, seu mittere: ut apud Theophrast. ἐπιβάλλεται πάλιν ἄλλους βλαστούς. Item, capesso, aggredior. Item incito. Et quidem interdum pro, manum admoveo, tum in propria, tum in metaph. signif. apud Polyb. ¶ Interdum cum genitivo, pro, cupio: ut, Il. ζ' Μή τις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος. Affertur et ex Arist.

Ἐπίβλημα, quod adjicitur seu additur, additamentum et auctuarium, Matth. 9. ¶ Item, vestimentum exterius, amiculum, stragulum torale, apud Gal.

Ἐπιβλὴς, ῆτος, ὁ, pessulus, repagulum, vectis. Sic appellatur ex eo quod foribus injiciatur, seu obdatur. Iliad ώ. Ἐπιβλήτης, Hesych. idem. Item trabs seu tignum.

Ἐπίβλητος, adjectitius.

Ἐπιβλητικῶς, dicitur de mente in aliquam cogitationem incumbente. Philop.

Ἐπιβλήδην, q. d. injectim, vel superinjectim. Apoll. Arg. 2.

Ἐπιβολὴ, injectio, impositio: ut, χειρῶν ἐπιβολὴ, in Pand. apud Thuc. ἐπιβολαὶ πλίνθων, exp. impositiones laterum, vel structuræ. Ἐπιβολὴ τέλους seu φόρου, impositio tributi. qua in signif. ponitur etiam sine adjectione, ut, ἐπιβάλλειν ἐπιβολὴν, apud Lys. imponere mulctam. Item incubitus, eo sensu quo dicitur mens incumbere in rem quampiam, applicatio intellectus. Et pro notione ac conceptu mentis. Gal. Est item infestus et hostilis accessus, impetus et incursus aciei. Plut. Item, aggressio, inceptatio, inceptum, propositum, institutum. Diod. Polyb. Item, defensio, propugnaculum: ut exp. apud Theophr. de caus. pl. l. 3. c. 22. Exponitur et, transitus, apud Polyb.

Ἐπίβολος, compos. Et pro fibula quæ axi indita ipsum impedit ne rotis excidat. Vide ἐπήβολος infrà.

Ἐπιβόλαιον, idem quod ἐπίβλημα, ex Ezech. cap. 13.

Ἐπήβολος, pro ἐπίβολος, (licentia poëtica) proprie dicitur qui compos factus est rei alicujus, et ad eam veluti collimavit: sed generaliter apud Homerum capitur pro eo qui aliquid adeptus est. (Æsch. Ag. 551. ἐπήβολος φρενῶν. Pr. 443.) Od. β'. οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρετάων Γίγνομαι. Arist. in Ethic. l. 1. τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἐπήβολοι. Ἐπηβόλως, ab Eust. exp. ἐπιτυχῶς.

Ἐπιβλὴ, ἡ, fibula. παρὰ τὸ ἐπιβάλλεσθαι τοῖς ἱματίοις, unde et ἐνέται dicuntur.

Decomp. Δυσεπήβολος, conjectu difficilis, quem contingere et assequi difficile est, apud Suid.

Εὐεπήβολος, idem quod ἐπήβολος, Suid. Εὐεπηβόλως, manifestè, rectè. Suid.

Μεγαλεπήβολος, qui magnis rebus manum admovet, ardua capessens, magna aggrediens. Suidæ.

Προεπιβάλλω, q. d. præinjicio. Polyb.

Συνεπιβάλλω, competo, incurro eodem. Συνεπιβάλλομαι, unà aggredior. Lucian. συνεπιβάλλεσθαί μοι τοῦ ἔργου, una mecum opus aggredi.

Εὔβολος, felix jactus. Opp. l. 3. hal.

Εὐβολέω, felicem aleæ jactum sortior, feliciter aleam jacio. Luc. in Amor.

Καταβάλλω, dejicio, deturbo, prosterno, everto. (Eurip. Phœniss. 1014.) Thuc. l. 3. κατέβαλε κεραμίδα. Et metaphoricè pro evertere: ut, καταβάλλειν τὰ μητρῷα τῆς πόλεως δίκαια, apud Synes. Et καταβάλλειν ἀπὸ τοῦ ἵππου, apud Xen. ¶ Item, conjicio: ut, καταβάλλειν εἰς φόβον, conjicere in metum, terrere. Sic Plat. καταβάλλειν εἰς φθόνον, conjicere in invidiam. Et Eurip. καταβάλλειν εἰς συμφοράν. ¶ Item abjicio aut projicio: ut apud Xen. Pæd. 2. καταβάλλει ὃ ἔλαβεν. Apud Plut. καταβάλλειν ἑαυτὸν, abjicere se, vel se demittere. ¶ Item, telis peto et obruo, sterno, vel potius telis petitum atque adeo obrutum prosterno. Polyb. in 5. καὶ τῶν μὲν Γαλατῶν οὐκ ὀλίγους κατέβαλον. Xen. ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἠκόντιζον, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατέβαλλον. Apud eundem, Xen. Pæd. 4. καταβάλλει τὴν ἄρκτον. † et 1. 3. 12. et 1. 4. 8.† Exp. sternit vel conficit. ¶ Item solvo, persolvo, pendo: ut, καταβάλλειν τὰ πορθμεῖα, Luc. naulum solvere. Sic Demosth. ζημίας καταβάλλειν. ¶ Apud Herodian. lib. 1. ἐπεὶ δὲ κατέβαλον αἱ τῆς θέας ἡμέραι, τὸ μὲν ἀμφιθέατρον πεπλήρωτο, quidam exp. postquam spectaculi dies adfuit. Καταβάλλομαι, dejicior, prosternor. Et metaph. pro, despectui habeor, negligor; unde καταβεβλημένον φρόνημα, spiritus abjecti et demissi. Item pro, conjicior seu retrudor: citatur ex Theophrast. de caus. pl. l. 3. Item activè pro, ordior, præmolior, auspicorque, præstruo, et quasi fundamenta jacio, ut, καταβάλλεσθαι θεμέλιον. (Theoc. ιή. 11.)

Κατάβλημα, quicquid exterius parti superjicitur, sive fimbria, sive aliud quid simile, apud Hippocrat. in lib. de arte. Καταβλήματα, in theatro dicebantur aulæa aut tabulæ pictæ, quæ ad argumentum fabulæ facerent. Poll. l. 4. c. 19.

Καταβλητικὸς, dejiciendi et prosternendi vim habens. Xen.

Καταβολὴ, jactus qui fit ex alto deorsum; ut ad Eph. c. 1. πρὸ καταβολῆς κόσμου. Καταβολὴ σπέρματος, jactus seminis, sementis. ¶ Item, pensio: ut καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον, Dem. pendere pensiones. Est et vocabulum per metaph. ductum ab eorum similitudine, quibus statis diebus in orbem redeuntibus certas summas pecuniarum dependere solenne est: ut sunt καταβολαὶ τῶν τελωνησάντων, apud Plat. et Aristot. ¶ Καταβολὴ πυρετοῦ, accessio febris. Dem. et Gal. ¶ Pro calumnia, citatur ex Cleobuli iambico, ψευδὴς καταβολὴ βίον λυμαίνεται.

Κατάβολον, ου, τὸ, quodvis emporium et maritimum oppidum, quod olim dicebatur ἐπίνειον, inquit schol. Thucyd.

Καββαλικὸς, aptus ad dejiciendum, pro καταβαλικός. Ex Plut.

Κάββλημα, pro κατάβλημα. Hesych. usurpari ait pro περίστρωμα.

Κατηβολέω, ῶ, animam ago, linquor animo, ut exponitur apud Nicand. in Ther. Vide schol.

Decomp. Ἀκατάβλητος, qui dejici non potest. Metaphoricè apud Aristoph. in Nub. ponitur, ἀκατάβλητος λόγος.

Ἐγκαταβάλλομαι. Aphrod. probl.

Ἐπικαταβάλλω, demitto, ut Xenoph. de canibus, ἐπικαταβάλλουσαι δὲ τὰ ὦτα.

Παρακαταβάλλω, depono aut abjicio aliquid prope suum locum: ut Il. ψ'. Αὐτὰρ ἐπεὶ πάντα παρακάββαλον ἄσπετον ὕλην. ¶ Παρακαταβάλλειν, etiam dicebantur qui de bonorum aliquorum possessione disceptantes, certam pecuniam pro litis æstimatione deponebant; qua is qui judicio vinceretur, temeritatis pœnam lueret, ut tradit Poll. ut, παρακαταβάλλω σοι τοῦ κλήρου, apud Isæum. [Demosth. Orat. adv. Macart. τοῦ κήρυκος κηρύττοντος, εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου.—οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, &c. Adv. Leochar.] Latini dicunt, sacramento agere vel contendere. Vide Bud. in comm. Παρακαταβολὴ, actio hæc, qua qui experiri volebant, pecuniam deponebant. Dem. contra Pant.

Περικαταβάλλω, circumjicio, circumdejicio. Apoll. Arg. 3. [707. Σὺν δὲ κάρη κόλποις περικάββαλον.]

Προκαταβάλλω, q. d. præjicio. Chrys. προκαταβάλλειν τῆς πίστεως τὰ σπέρματα. ¶ Item repræsento, ante diem solvo. Προκαταβάλλομαι, præstruo. Greg. in Jul. 1. Προκατάβλημα, quod solvitur ante diem. Sic appellabatur Athenis repræsentatio pensionis vectigalium. Προκαταβολὴ, idem Suid.

Προσκατάβλημα, est quod ob moram mulctæ nomine dependebant publicani et alii qui altero tanto mulctabantur.

B. Item accessio, corollarium, accessio sortis, apud Demosth. κατὰ Ἀριστοκρ. [adv. Timocr. τὰ προσκαταβλήματα ὀνομάζομενα,—τὰ δὲ προσκαταβλήματα τοὺς μὲν τιθέντας, &c.]

Μεταβάλλω, inverto, vel obverto; ut, μεταβάλλειν τὰ νῶτα. Il. Ψ. v. 94. et apud Greg. Apud Xen. μεταβάλλειν τὴν γῆν, vertere solum arando. ¶ Item muto. † Xen. Pæd. l. 6. p. 161. c.† Aristot. in Probl. ὁ οἶνος μεταβάλλει τοὺς πίνοντας ἐκ προσαγωγῆς. Item mutor. Thuc. 2. ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, vos autem mutamini. Sic et Aristot. polit. 5. μετέβαλεν ἡ τάξις, mutatus est ordo. ¶ Apud Alex. Aphr. μεταβάλλω τὴν τροφὴν exp. concoquo cibum. Item migro, in aliam regionem commeo: ut apud Aristot. de hist. anim. 8. (ὀργὰς μεταβάλλουσι, iras deponunt. Eurip. Med. 121. Soph. El. 1264. Philostr. l. 1. c. 13.)

Μεταβάλλομαι, muto. Xen. οἱ μεταβαλλόμενοι τὰ ἱμάτια, ψύχους καὶ θάλπους ἕνεκα μεταβάλλονται. Sic Aristoph. in Vesp. μετεβάλλοντο τοὺς τρόπους. Item mutor, convertor. Plut. μεταβάλλεσθαι πᾶσαν μεταβολὴν, in omnes facies se vertere. Et pro transferre aff. ex Xen. καὶ τὸ δόρυ εἰς τοὔπισθεν μεταβαλλόμενος. Item transferor. ¶ Item transeo, i. sum transfuga. Plut. in Ant. ἀπὸ Ἀντωνίου μεταβαλλόμενος πρὸς αὐτόν. Item transeo et degenero de una specie in aliam. Gal. ¶ Item, me pœnitet, muto mentem. Thuc. ¶ Item vendo et permuto. Aristoph. (R. 8.)

Μεταβλητὸς, idem quod μεταβλητικὸς, mutabilis. Plut.

Μεταβλητικὸς, mutabilis. Theophr. lib. 6. de caus. Et qui mutationem facit, Aristot. Μεταβλητικὴ, permutatoria ars, apud eundem. Aristot.

Μεταβολὴ, mutatio, commutatio. Eurip. Thuc. Item paraphrasis.

Μεταβολεὺς, qui merces mercibus aut etiam pecunia commutat.

Μετάβολος, ου, ὁ, ἡ, negotiator, propola. Idem quod μεταβολεύς.

Μεταβολικὸς, mutabilis, commutabilis.

Μεταβολία, permutatio. Eccles. 37.

Decomp. Ἀμετάβλητος, immutabilis, semper idem. [Plut. adv. Colot.]

Ἀμεταβλησία, immutabilitas.

Ἀμετάβολος, idem quod ἀμετάβλητος. [Lycophr. Alex. 719. Schol.]

Ἀντιμεταβολὴ, ex adverso mutatio.

Δυσμετάβλητος, difficilis mutatu. Plut.

Εὐμετάβλητος, facilè mutabilis. Aristot. Rhet. lib. 1. εὐμετάβολος, idem.

Συμμεταβάλλω, unà mutor. Συμμεταβάλλομαι. exp. deficio, abscedo, ἀφίσταμαι.

Παραβάλλω, objicio (eo sensu quo dicitur objicere edendum brutis.) Plato in Phædro, παρέβαλε τοῖς ἵπποις τὴν ἀμβροσίαν. ¶ Item projicio, vel conjicio, ut exp. apud Thucyd. lib. 2. et 6. ¶ Item, flecto, detorqueo, ut, ὀφθαλμοὺς παραβάλλειν, apud Aristoph. et Luc. A Platone dicitur παραβάλλειν τὴν κεφαλὴν, de eo qui auscultandi gratia convertit caput et admovet. Exponitur et admoveo, apud Theophr. ταῖς ἀμπέλοις κόπρον παραβάλλειν. ¶ Item, committo, ut Aristid. παραβάλλοντες μέσην τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις πόλιν. Item depono, id est, depositum do, et apud sequestrem depono. ¶ Item, accedo et appropinquo, ad aliquem me applico. Plut. in Demetr. Κλεωνύμου παραβάλλοντος εἰς τὰς Θήβας. Et παραβάλλειν εἰς τὰς ἡδονὰς, Aristot. applicare se ad voluptates. ¶ Item transmitto, trajicio. Thuc. ναῦς εἰς Ἰωνίαν παραβαλεῖν, trajecturas esse, vel appulsum iri. ¶ Item, confero, comparo. Dicitur autem, παραβάλλω τούτῳ et πρὸς τοῦτο. Lucian. Isocr. Aristot. Item laxo. Suid. ex Aristoph.

Παραβάλλομαι, objicior; ut, παραβληθεὶς ζώοις, apud Ath. objectus bestiis. ¶ Item objicio et ostento: ut apud Dionem, πόῤῥωθεν ἀρχὴν ἐλευθερίας παραβαλλόμενον Συρακουσίοις. (Aristoph. in Ranis. 270.) † Nub. 361. ὀφθαλμὼ παραβάλλεις: oculum detorques, obliquo oculo intueris: ubi sic Kusterus. † Item projicior. unde apud Thuc. παραβεβλημένοι λίθοι. Item depono, i. depositum do, ut apud Herodot. ἡμέων ἀμφοτέρων παραβαλλομένων τὰ τέκνα, exp. utroque deponente liberos suos. Item decipio, Suid. ex Thuc. ¶ Item conferor, comparor. Xen. πρὸς ποῖον κτῆμα τῶν ἄλλων παραβαλλόμενος φίλος ἀγαθός; Item projecta audacia periculum adeo, et ῥιψοκινδυνῶ. Il. ι. Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. Sic et Thuc. l. 3. dixit, παραβάλλεσθαι τὸν κίνδυνον. Nonnunquam etiam dicitur, παραβάλλομαι πρὸς τοῦτο. † παραβάλλομαι ἴσα εἰς κίνδυνον: paria in discrimen ponere. Xen. Pæd. l. 2. p. 53. b.†

Παράβλημα, quod objicitur animantibus comedendum, pabulum. Hom. Παράβλητος et παραβλητικὸς, adjectitius, comparabilis. Παραβλήδην, per comparationem. Item simulatè, dolosè, obliquè. Il. Δ.

Παραβολὴ, comparatio, collatio. In Evangelio significat ænigmaticam vel allegoricam comparationem, aut etiam allegoriam et ænigma. ¶ Item concursio. Est etiam sectionis conicæ appellatio. Item apud arithmeticos et geometras, partitio seu divisio, contraria ratio multiplicationi. Παραβολικὸς, comparativus, apud Eust. et cæteros grammaticos. Παραβολήδην, et per syncopen metri causa παραβλήδην, idem quod παραβολάδην vel παραβεβλημένως. Παράβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, audax, confidens, temerarius periclitator, ad audendum projectus. Frequentius de re dicitur, quam de persona. παράβολον ἔργον, Polyb. audax facinus. Item periculosus: ut, παράβολον φάρμακον. Plut. Παραβόλως, temerè, audacter, projecta audacia. Plut. [Polyb. Hist. lib. 1. Ἀννίβας δὲ ἀνελπίστως καὶ παραβόλως αὐτὸς ἐν τῇ σκαφῇ διέφυγε.]

Παραβόλιον καὶ παράβολον, ab Aristot. vocatur sportula quæ in provocatione ad aliud judicium ab appellatore deponitur. Poll.

Decomp. Ἀντιπαραβάλλω, confero, confero inter se. Plat. in Apoll. ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, casus meos cum illorum casibus conferenti. et Plut. in Them. ἀντιπαραβάλλει τὰς ἑαυτοῦ ταῖς ἐκείνου πράξεσι. Ἀντιπαραβάλλομαι, comparor, conferor.

Ἀντιπαραβολὴ, comparatio, collatio. Aristot. Rhet. 3.

Ἀπαράβλητος, qui comparari cum alio non potest, dissimilis. Theophr.

Ἐμπαραβάλλομαι, injicio, indo. Phalar. in epist.

Προσπαραβάλλομαι, ut apud Thucyd. προσπαραβάλλονται σφίσι λίθους, aggerunt in suum usum lapides.

Φιλοπαράβολος, qui projectæ audaciæ facinora amat, Plut. in Phil.

Περιβάλλω, circumjicio, cingo, circundo; ut, περιβάλλειν τὰ δεσμὰ τοῖς σκέλεσι. Gal. ad Glauc. apud Aristot. περιβάλλειν τεῖχος τῇ πόλει. q. d. circundare mœnia urbi, urbem mœnibus cingere. Metaph. apud Isocr. συμφοραῖς περιβάλλειν τινὰ, irretire, implicare, vel involvere calamitatibus. ¶ Item induo, amicio, Herod. χλαμύδι περιβάλλουσι. ¶ Item amplector, amplexor, amo. cum accusat. Plut. Xen. Synes. Item supero, ὑπερβάλλω. Od. περιβάλλει ἅπαντας δώροισι. (Æschyl. Pers. 750. περὶ δ' ὠλενὰς δέρᾳ φίλτατα βάλλοιμι. Ag. 528. Eurip. Phœniss. 159. 184. 1410. 1607.)

Περιβάλλομαι, circumjicior, cingor. (Æsch. S. c. Th. 877.) Item activè, circumjicio, cingo: ut, ξίφος περιβάλλεται ὤμοις. Od. ξ. Sic περιβάλλεσθαι τάφρον τῇ πόλει, et περιβάλλεσθαι ἐρύματα. apud Xen. ¶ Item induo, vel assumo, capesso. ut Plut. ἐκ τούτων περιβαλλόμενος σεμνότητα καὶ ὄγκον. apud Luc. et Isocr. περιβάλλομαι δύναμιν, exp. cingo me et circundo sepioque potentia et copiis. περιβέβλημαι τὸ σχῆμα, personam indui. Xen. Legitur et περιβάλλεσθαι ἐσθῆτα, vel ἱμάτιον, ut Act. Ap. cap. 12. ¶ Item amplector, i. colligo, comparo, quæro; ut, δόξαν περιβάλλεσθαι, Xen. Et, πλοῦτον περιβάλλεσθαι. Polyb. † περιβάλλεσθαι med. τάφρον. fossam sibi circumdare. Xen. Pæd. l. 3. p. 80. c. sic ἔρυμα. ibid. d. περιβάλλεσθαι λείαν prædam sibi comparare. l. 3. p. 79. e.†

Περίβλημα, quod corpori circumjicitur, indumentum, amictus; et idem quod περιβόλαιον, Anachars. [Plat. Politic. ἐσθῆς τε ξύμπασα, καὶ τῶν ὅπλων τὸ πολὺ, καὶ τείχη, πάντα θ' ὅσα γήϊνα περιβλήματα καὶ λιθινὰ, καὶ μύρια ἕτερα.] Περιβλητικὸς, vox rhetoribus usitata, ut περιβλητικὸν σχῆμα, quod περιβολὴν τοῦ λόγου facit: cui opp. ἀπερίβλητος λόγος.

ΓΝΟ'ΦΟΣ, ου, ὁ, caligo, tenebræ, ad Hebr. c. 12. καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ. Apud Aristot. de mundo, μυρίων τε γνόφων συμπληγάδες, conflictationes aëriæ caliginis vel opacitatis. ☞ Ἀπὸ τοῦ νέφος, (inquit Eust.) νόφος, καὶ γνόφος, assumpto γ ex Æolica dialecto, ὃς ἄλλως δνόφος. Etymologus quoque hujus derivationis meminit. Addit etiam, vel à νείφω, νόφος, et γνόφος, per pleonasmum literæ γ, vel à δονεῖν (inquit) et νέφος fit δόνοφος, et per syncopen δνόφος ac γνόφος.

Γνοφερὸς, idem quod γνοφώδης. Job. 10.

Γνοφώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, caliginosus, tenebrosus. Aff. et pro, ater, ex Eurip.

Γνοφόω, ῶ, caligine tego, obtenebro, obscuro. Aff. et γνοφέω, pro eodem.

ΓΟΑ'Ω, f. ήσω, gemo, deploro, defleo, Odyss. κ'. Ἑζόμενοι δὲ κατ' αὖθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας. Et cum accus. Odyss. λ'. σὸν πότμον γοόων. Verbum est poëticum, et à sono fictum videtur.

Γοάομαι pro γοάω, gemo, &c. (Med. Æschyl. Pers. 1077. Soph. Tr. 51. 954. cum Acc. Œdip. Tyr. 1273.) Xen. Pæd. 4. πολλὰ γοωμένη. Reperitur et γοήμεναι. Il. ξ'. tanquam à γόημι, seu γοαίνω. Affertur et signif. pass. γοηθεὶς, ex Epigr. pro, defletus.

Γοήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, gemebundus, flebilis, in Epigr.

Γόος, ου, ὁ, luctus, ut, στυγερὸς γόος, et κρυερὸς γόος, apud Hom. (Æsch. Pers. 707. Pl. Eurip. Med. 1213. id. Phœniss. 845. Soph. Tr. 1216.)

Γοώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lugubris, flebilis, lamentabilis. [Plat. de Leg. lib. 7.]

(Γόεδνος. Æsch. Pers. 1052. V. in Ἕδνον.)

Γοερὸς, idem. Luc. καὶ γοερόν τι μυκᾶσθαι. [Apoll. Rhod. Arg. iv. 18. πυκνὰ δὲ κουρίξ Ἑλκομένη πλοκάμους γοερῇ βρυχήσατ' ἀνίῃ.]

Composita.

Ἁβρογόος, molles gemitus et mollia lamenta edens. Æschyl. [in Pers. 541. αἱ δ' ἁβρογόοι Περσίδες, &c. Schol. αἱ τοῖς γόοις δακνόμεναι, &c.]

Ἄγοος, luctus expers. qui non lugetur. Æsch. in ἑπτὰ ἐπὶ Θ. [1070. Σύ γε μὴν πολλῶν πενθητηρῶν τεύξῃ· κεῖνος δ' ὁ τάλας ἄγοος. ille autem miser indefletus.]

Μαζαγόος, ου, ὁ, ἡ, ob mazam flens. Hesych.

Ὀξύγοος, acris seu vehementis luctus. (Ὀξυγόοις λιταῖς. i. e. διὰ τὰς ὀξυθρηνήτους λιτάς. Æsch. S. c. Th. 325.)

Ὀρθρογόη, antelucano tempore lamentans et quiritans; hirundinis epith. apud Hesiod. Scribitur et ὀρθογόη, id est, sublata et intenta voce flens.

ΓΟ'ΓΓΡΟΣ, ου, ὁ, congrus seu conger, piscis de quo Aristot. hist. an. l. 8. et Plin. l. 9. c. 10. et Athen. l. 7. Ita dictus (inquit Etym.) παρὰ τὸ γρῶ τὸ ἐσθίω, facto diplasiasmo, quoniam ἀπεσθίει τῶν πολυπόδων τὰς πλεκτάνας. ¶ Sic dicitur etiam vitium quoddam arborum, præcipuè oleæ, teste Theophr. hist. pl. l. 1. c. 13. hoc est, eminentia quædam rotunda in trunco arboris, à cujus similitudine dicitur γογγρώνη, ἡ βρογχοκήλη, tumor gutturis, apud Hippocr. Epidem. l. 6. ubi vide Gal.

ΓΟΓΓΥ'ΖΩ, murmuro. utuntur Evangelistæ, Matth. Luc. Joan. Dicuntur et columbæ γογγύζειν, teste Poll.

Γογγυσμὸς, οῦ, ὁ, murmuratio, Exod. 16.

Γογγυστὴς, οῦ, ὁ, murmurator. Γογγυστικὸς, murmuratorius, ad murmurationem propensus. Nazianz.

Composita.

Διαγογγύζω, idem quod γογγύζω, Luc. c. 15.

Καταγογγύζω, adversus aliquem murmuro, obmurmuro.

ΓΟ'ΗΣ, ητος, ὁ, incantator, præstigiator, qui præstigiis aliisve malis artibus imponit. (Æsch. Ch. 820.) Herodot. in Melpom. κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι. Ab Æschin. in Ctesiph. μάγος et γόης copulantur. A Plat. in symp. γόης καὶ φαρμακεὺς, καὶ σοφιστής. Pro quovis etiam impostore capitur, atque interdum copulan-

tur ἀπατεὼν et γόης, ut à Plut. de Sibyll. orac. ☞ Eust. à γόος derivat, dicens, γόητα esse τὸν μετὰ γόου ἐπᾴδοντα, unde apud Soph. Θροεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Γοητικὸς, incantatorius, præstigiatorius, ad incantandum seu decipiendum aptus.

Γοητεύω, incanto, fascino, incantatione seu præstigiis decipio, illicio, pellicio, ut, γοητεύειν τὴν σελήνην καὶ καθαιρεῖν, Plut. de def. orac. Apud Plat. Bud. exp. stupore affectum decipio.

Γοήτευμα, τὸ, incantamentum, præstigiæ, fallaciæ. Plat. in Phil.

Γοητεία, ἡ, idem, vel ipsa actio incantandi et præstigiis decipiendi. Plut. de prud. anim.

Composita.

Ἀγοήτευτος, qui fascinari non potest.

Δυσγοήτευτος, qui non facilè fascinari potest. Et qui non facilè vel illecebris vel stupore obligatur. Bud. ex Plat.

(Ἐγγοητεύω. Philostr. l. 3. c. 4.)

Ἐκγοητεύω, præstigiis illudo. idem quod γοητεύω.

Καταγοητεύω, idem. † pellicio. Xen. Pæd. p. 206. b.†

Μισογόης, osor præstigiarum et imposturæ. Lucian. in pisc.

ΓΟ'ΜΦΟΣ, ου, ὁ, cuneus, clavus. (Æsch. S. c. Th. 458. Suppl. 952.) Od. ἑ. de navi, γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρε. Aristot. Metaph. 9. pro clavo, μάλιστα δὲ ἔτι φύσει τοιοῦτον καὶ βίᾳ, ὥσπερ ὅσα κόλλῃ ἢ γόμφῳ ἢ συνδέσμῳ. Cic. apud Plat. in Tim. γόμφους cuneolos vertit, ubi tamen (inquit Bud.) clavos potius signif. videtur, quum sic appellet δεσμοὺς τοῦ σώματος.

Γομφόω, ῶ, clavis compingo. Item simpl. compingo, coagmento. Aristoph. in equit. γομφούμενά γε τὰ πάντα καὶ κολλώμενα. (Æsch. Suppl. 449.)

Γόμφωμα et γόμφωσις, coagmentum, coagmentatio, Budæus ex Plut. Exponitur et compages, contabulatio. Item, γόμφωσις, apud medicos, species συναρθρώσεως, quum os ossi clavi modo infigitur, ut inquit Gal.

Γομφωτὴς, coagmentator, qui compingit. [Anthol. Ep. Gr.]

Γομφωτὸς, coagmentatus, compactus. Γομφωτήριον, ου, τὸ, q. d. coagmentatorium, id est, id quo fit coagmentatio, clavus.

Γομφίος, ου, ὁ, molaris dens. Xen. anteriores dentes cibum dicit secare, at τοὺς γομφίους λεαίνειν. Ideo autem vocantur γομφίοι, quòd clavorum modo genis infigantur. (Aristoph. R. 580.)

Γομφιάζω, dentium dolore teneor, stupeo dentibus. Ecclesiast. 30.

Γομφίασις, morbus dentium, vel gingivarum molarium, vel (secundum alios) maxillarum à dentitione dolor. Sunt et qui γομφίασιν de mobilitate dentium interpretentur, apud Diosc. Et, γομφιασμὸς, confractio dentium, vel stupor dentium. Hesych. et Suid.

Composita.

Ἀγόμφωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, nullis compactus clavis, vel etiam generalius, qui coagmentatus et compactus non est, sumpta metaph. ab iis quæ clavis sunt compacta.

Δερριδόγομφοι πύλαι, Hesych. sunt αἱ δέρρεις ἔχουσαι περιπετάσματα.

Ἐγγόμφωσις, εως, ἡ, compages dentium, quæ et γομφίασις, Gal. lib. 5. τῶν κατὰ τόπους, et Diosc. l. 2.

Εὔγομφος, benè coagmentatus clavis. Opp. lib. 1. pisc. [Eurip. Iph. in Taur. 1286. Καλεῖτ', ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας, &c.]

Εὐγόμφωτος, bene clavis compactus. Idem lib. 1. de Venat.

Καταγομφόω, et Συγκαταγομφόω, affligo, infligo.

Πολύγομφος, ου, ὁ καὶ ἡ, multos habens clavos, seu multis clavis compactus, ut, πολύγομφος ναῦς, apud Hesiod. in Erg. [658. Æschyl. Pers. 71. πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. Vide Not. Cl. Stanl.]

Συγγομφόω, infigo, configo, clavis compingo. Plut. in lib. de facie in orbe Lunæ. de defect. oracul. lib. 1.

Χαλκεόγομφος, æreos clavos habens. Simonides apud Dion. Halic.

(ΓΟΝΙ'Α. Æsch. Ch. 1067.) ‡ Τρίτος αὖ χειμὼν πνεούσας γονίας ἐτελέσθη: spirante vento procelloso: ex interpr. Th. Stanl. Schol. γονίας ἄνεμος, ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα. Quæ sequuntur verba sunt Hermanni: "nescio an satius sit interpretationem sequi acutissimam, quam nuper Schneiderus in Lexico Græco protulit voce Γόνιος. Is in eo tantum ab Scholiasta discedit quod γονίας genitivum putat esse, intellecto αὔρας, ut γονία αὔρα eadem sit, quæ γονίμη. Cæterum Dorice scribendum πνεύσας pro πνεούσας. Id quum Schol. nesciret, πνεύσας pro participio Aoristi habuit, unde etiam γονίας ipsi nominativus esse visus est."‡

ΓΟ'ΝΥ, τὸ, (gen. τοῦ γόνυος, et per metathesin γουνὸς, pro quo dicitur et γόνατος, † et γούνατος poet.† tanquam à γόνας. plur. nominat. γοῦνα pro γόνυα, genit. γούνων pro γονύων, dat. γούνεσι pro γονύεσι) genu. γόνυ κάμπτειν, Il. ἰ. genu flectere. Il. χ'. Ὥς οἱ ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα. Plut. in quæst. Rom. ὁ δὲ προσπεσὼν τοῖς γόνασι. Dicitur et προσπίπτειν πρὸς γόνατα. ¶ Γόνυ καλάμου, apud Herodot. in Thalia, internodium arundinis, apud Plin. et Colum. Dicitur etiam de vite, apud Philostratum in Heroicis. (πρὸς γονάτων. Eurip. Med. 325. 498. 711. Theoc. ιδ'. 70. in lævo genu ensis appendebatur. ib. κβ'. 196. γόνυ ἀμπέλου. V. Philostr. l. 2. c. 9.) ☞ A plerisque deducitur γόνυ παρὰ τὸ κονεῖν, τὸ ἐνεργεῖν δι' αὐτοῦ, οἷον κόνυ τὶ ὄν.

Γονάτιον, diminut. à γόνυ, geniculum. Luc. in Asino.

Γουνὶς, ίδος, ἡ, idem quod γόνυ, ex Arato.

Γουνόομαι, οῦμαι, genua amplectens oro, genua amplector supplex. Cum accus. Il. φ'. Γουνοῦμαί σ' Ἀχιλεῦ. Et Od. δ'. πολλὰ θεοὺς γουνούμενος.

Γουνάζομαι, idem, ut Od. ν'. Νῦν δέ σε πρὸς πατρὸς γουνάζομαι. Et. Il. χ'. μή με κύον γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων.

Γονατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, geniculatus, geniculis cinctus, nodis geniculatus. Theophr. hist. pl. l. 4. c. 12.

Γονατίζω, ingeniculo genicula flecto, apud Poll.

Γονατόομαι, οῦμαι, geniculor, in geniculum nodor. Theoph. hist. plant. l. 8. c. 2.

Γνὺξ (*adverb.*) exp. ἐπὶ γόνυ, sive ἐπὶ τὰ γόνατα, i. in genu, sive in genua, ut Il. ν'. Γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας, exp. ἐπὶ γόνυ ἔπεσε. Sic et Il. ἑ. et alibi. Exp. et genu flexo. Videtur dictum γνὺξ per syncopen, quasi γονύξ.

Composita.

Ἀγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, genu carens, cui non est genu, Aristot. in lib. περὶ πορείας ζώων. ¶ Item non geniculatus.

Βαρύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, gravis genibus, cui gravia sunt genua, ideoque tarda. Expon. etiam, cui genua sunt infirma. [Callim. Hym. in Del. 77. ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.] Βαρυγούνατος, idem, Theocr. [Idyll. xviii. 10. Ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;]

Διγόνατος, duplici geniculorum nodo cinctus.

Ἐνγόνασι, (aut disjunctim ἐν γόνασι) q. d. in genibus. ita dici annotatur stella quam Jul. Firm. ingeniculum vocat. Vide Arat. in Phænom.

Ἐπιγουνὶς, sive ἐπιγουνατὶς, aut ἐπιγονατὶς, ίδος, ἡ, os toti genu superjectum, seu os quo tegitur genu. Latinè mola et patella dicitur. Item ἐπιγουνὶς, musculus ipsius genu. Sunt autem intelligendi illi tori qui circa genu in robustis corporibus apparent, bonæ constitutionis indices, inquit Camer. ex Od. σ'. Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. Item genu, ut quidem exp. à Cicerone ap. Aratum. † V. Græv. ad Hes. Asp. 264†.

Ἐπιγουνίδιος, (adject.) impositus genibus, ut apud Pind. in Pyth. ode 9. ἐπιγουνίδιον βρέφος.

Εὐγόνατος, exp. pulchra genicula seu internodia habens. Pulchrè seu bene geniculatus.

Καμπεσίγουνος, incurvans genua. Sic dicta fuit Erinnys, quod genua peccantium incurvet.

Μεσογονάτιον, sive μεσογόνιον, ου, τὸ, q. d. quod est inter genicula, internodium calami seu arundinis. Theoph. l. 4. hist. pl. c. 12.

Ὀλιγογόνατος κάλαμος, arundo paucioribus geniculis et longioribus internodiis. Theophr. de hist. pl. lib. 12. Vide Plinium, l. 16. c. 36.

Πολυγόνατος, multa genicula seu internodia habens, multum geniculatus, frequentibus geniculis cinctus. Πολυγόνατον, ου, τὸ, subst. polygonaton, herba, à geniculorum frequentia.

Πρόχνυ, existimatur dictum per syncopen pro πρόχονυ, et hoc quasi πρόγονυ, adverb. expon. in genua, sicut et γνύξ. Iliad. ἰ. de matre Meleagri, diras illi imprecante, Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχνυ καθεζομένη, ubi expon. εἰς γόνατα. Accipitur et pro, funditus, radicitus, ut, ὀλέσθαι πρόχνυ, interire funditus, Od. ξ'. et Il. φ'.

Πυκνογόνατος, densis geniculis constans, crebris distinctus geniculis et internodiis.

Ταχύγουνος, cui velocia sunt genua, velox, celer.

Ὑπογονάτιον, ου, τὸ, quod genibus subjicitur. Chrys. l. de re divina.

ΓΟΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, velox, citus, vel agilis, facilè mobilis, versatilis, ut apud Hermog. εὐκίνητος καὶ γοργὸς λόγος. Frequentius rebus animatis tribuitur, exponiturque etiam, vividus, acer, item terribilis, ut in Epigr. γοργὸς ἄρης, Eurip. γοργὸς ὁπλίτης. Xen. de re eq. ἵππος γοργὸς ἰδεῖν. Et, τὸ γοργὸν, motus citatus, agilitas, vel etiam acrimonia et vivacitas. † Comparat. apud Xen. Pæd. l. 4. p. 102. c. et l. 5. p. 125. e.† (γοργὸν ὄμμα. Æsch. S. c. Th. 543. ὄμμασι γοργὸς εἰσιδεῖν. Eurip. Phœniss. 141.)

Γοργῶς, velociter, agiliter.

Γοργότης, ητος, ἡ, celeritas, velocitas, cursus citatus. Hermog.

Γοργόομαι, fio γοργὸς, seu agiliorem et vivaciorem me præbeo, agilius et vivacius me infero. Exp. et ferocio, efferor. Xen. de re equestri, καὶ κυρτοῖ μάλιστα τὴν κεφαλὴν, γοργούμενος.

Γοργεύω, gradum cito, velocius gradior, festino. Hesych.

Γοργὼ, οῦς, ἡ, idem quod γοργότης, Hesychio. Est et nomen proprium mulieris apud poëtas, unde Γόργειος et Γοργόνειος.

ΓΟΡΓΥ'ΡΑ, ἡ, canalis subterraneus per quem aqua effluit. apud Dinarch. Æschin. et Herodot. lib. 3.

ΓΡΑ'ΒΙΟΝ, ου, τὸ, dicitur ilignum quernumve lignum, quod fractum fissumve et accensum iter facientibus lucem præbet, teste Athenæo lib. 15. Γραβίου meminit Eust. quoque Athenæi illa verba referens, dicensque videri esse δᾳδῶν εἶδός τι, siquidem πίσσαν καταστάζειν ἔχει, ut patet ex Theodorida Syracusano sic canente, Πίσσα δ' ὑπὸ γραβίων ἔσταζεν.

ΓΡΑΙ̃Α, ας, ἡ, anus, vetula. (Æsch. Eum. 69.) Apud Athen. l. 6. παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον. ☞ Deducunt gram. vel à ῥαίω significante φθείρω, vel à nomine γεραιὸς, unde γεραιὰ et per syncopen γραῖα. ¶ Item, cutis circa umbilicum, quòd in ea rugæ senectutem indicent, ut Pollux scribit.

Γραῖς, ίδος, ἡ, anus, apud schol. Hom. Il. γ'.

Γραΐδιον, anicula. Aristoph. in Pluto, et Demosth. pro cor. Et pro eodem γρᾴδιον, per synæresin, Eust.

Γραϊκὸς, οῦ, ὁ, anilis.

Γραιόομαι, οῦμαι, anus fio, senesco.

Γραῦς, γραὸς, ἡ, idem quod γραῖα, Athen. l. 11. γραῦς φίλοινος. Archilochus apud Plut. in Pericle. Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο. † Xen. Pæd. p. 229. d.† ¶ Item crustula rugosa quæ concrevit et innatat polentæ, ut inquit Bud. ex Aristot. de gen. anim. l. 2. τὸ δὲ δέρμα ξηραινομένης τῆς σαρκὸς γίνεται καθάπερ ἐπὶ τοῖς ἑψήμασιν ἡ καλουμένη γραῦς. Aristoph. in Plut. ἄλλαις γὰρ χύτραις ἡ γραῦς ἐπεσ' ἀνωτάτω, i. crusta pultis, sive spuma quæ supernatat in olla. Dicitur et de lacte, ut apud Athen. 247. ἦν γὰρ ἐφεστηκυῖα γραῦς αὐτῷ. Item de melle, ut scribit Eust. ¶ Eodem nomine dici aiunt et alarum fœtorem.

Γραώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, anilis, senilis. [1 Epist. ad Timoth. cap. 4. 7. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ.]

Γρηῦς, γρηὸς, γρηΐ, item γρηῦς, γρήϋος, per dialysin, apud Hom. idem quod γραῦς. Od. τ'. Εἰ μή τις γρηῦς ἐστι παλαιὴ κέδν' εἰδυῖα. Od. ά. γρηΐ σὺν ἀμφιπόλῳ. Od. σ'. γρηΐ καμινοῖ ἶσος. Od. β'. Ὣς ἄρ ἔφη, γρηῦς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ. Scribitur et oxytonws γρηύς.

Γρήϊος, anilis, antiquus, Etym. et Hesych.

Ἀπογραΐζειν, (*comp.*) utitur scholiastes Nic. exponens quod poëta dixit, ἀποαίνυσθαι τὴν γρηῦν, in Alex.

ΓΡΑ'ΣΟΣ, ου, ὁ, sordes quæ in ovium lanis colliguntur, quæ οἴσυπος etiam dicuntur, Etymol. ¶ Item alarum fætor, axillarum gravis odor, itemque hircorum fœtor, ut docent Poll. lib. 2. et Suid. Sic Aristot. in problem. τοῦ καλουμένου γράσου ὄζουσι, hirci virus olent. Pro eodem dicitur et γράσσος et γράος, Suid. Plut. in apophth. Alex. αὐτοὶ γὰρ ἡμῶν τὸν γράσσον οὐχ ὑπομένουσι, id est, fœtorem qui militibus non delicatis subter alas et poplites sudore et pulvere colligitur. ¶ Etymologo etiam, fatuus, demens.

Γράσων ἄνθρωπος, hircosus, cui fœtent alæ, ut, τῷ γράσωνι μὴ ὀργίζου, apud Suid. Ab Hesych. exp. et fatuus, demens.

ΓΡΑ'ΦΩ, F. ψω, P. φα, scribo, videlicet insculpendo literas (vel notas literarum loco) in lapidem aut lignum. Latini exarare et perarare de literis etiam dicunt. Il ζ'. πόρε δ' ὅγε σήματα λυγρὰ Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. Ubi vide Eust. de antiqua inscribendi, i. insculpendi literas consuetudine. Et Il. ρ'. γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις Αἰχμὴ Πουλυδάμαντος. ¶ Apud Homeri posteros generaliter, scribere significat. Æschin. in Ctes. πρὶν περὶ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημοσθένη. Herod. γράφειν εἰς διφθέρας. Demosth. γράφειν εἰς στήλην χαλκῆν. Plut. in Sol. διὰ μέλανος τοὺς νόμους ἔγραφε. Apud Aristoph. γράφειν περί τινος, de re aliqua scribere, id est, de ea tractare. ¶ Aliter etiam exp. pro vario accus. Ut, γράφειν τὸν πόλεμον, Dem. decernere bellum. Γράφειν νόμον, Plut. legem ferre. Γράφειν ψήφισμα, Dem. pro cor. rogationem ferre. Διαδικασίαν γράφειν, apud Æschin. judicium dictare, controversiam constituere. ¶ Item describo, lineam duco, Aristot. in Probl. καὶ γράφει εὐθείας τοῖς ὁρίζουσιν αὐτὸν κύκλοις, describit lineas rectas vel ducit. ¶ Item pro γράφεσθαι, accusare. Bud. ex Synes. ¶ Item adscribo, annumero, Xen. Pæd. 4. ἐμὲ μὲν οὖν, ἔφη, γράφε τῶν ἱππεύειν ἐπιθυμούντων. ¶ Item, pingo, ut, εἰκόνα γράφειν, apud Herodian. Dicitur et γραφέω, ῶ, (Atticè pro γράφω) unde γεγράφηκα, apud Synes. Et, ἐγεγραφήκειν, apud eundem. (Eurip. Phœniss. 531.) ☞ Etym. derivat γράφω à γράω significante ξύω.

Γράφομαι, scribor, unde γραφεῖσα ἐπιστολή. Demosth. Et pro γράφω, unde et γέγραμμαι pro γέγραφα, apud Dem. et Pind. Et apud Luc. γράμματα γράψασθαι. Et, γρά-

φεσθαι τὸν νόμον, apud Plutarch. Dicitur et γράφεσθαι γραφήν. † Sic Aristoph. Nub. 1484.† ¶ Frequentissimum est pro accuso: ut, γράφομαί σε προδοσίας. Plutarch. Item pro, accusor, ut, ἐγράφη παρανόμων τὸ ψήφισμα, Æschin. ¶ Item, pingor, ut, γεγραμμένη εἰκών. (Æsch. Ag. 810. Eum. 50. Ch. 449. cum Gen. In numero eorum sum qui obsequantur. Soph. Œdip. Tyr. 418.)

Γράμμα, τὸ, scriptum, liber, ut Callim. ἀλλὰ Πλάτωνος Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. Sic γράμματα Σιβύλλεια, Plut. libri Sibyllini. ¶ Item γράμματα, epistola seu literæ. ¶ Aristot. γράμματα leges scriptas vocat, et artem scriptam, ut docet Budæus. ¶ Item, γράμμα alibi scriptionem, id est, ipsam scribendi actionem significat, ut apud Basil. ἰδοὺ νῦν καὶ κατάρχομεν τοῦ γράμματος αὐτοί. ¶ Item, γράμμα, litera, ut quum Plut. dicit στέργειν et στέγειν differre ἑνὶ γράμματι. Ita dicuntur Ἑλληνικὰ γράμματα, sicut et Ῥωμαϊκὰ, &c. ¶ Item, γράμματα, literæ, i. doctrina quæ literarum monumentis continetur, ut in hoc senario, διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. ¶ Item, γράμματα, literæ et acta publica seu tabulæ publicæ, et tabellæ judiciales. Item rationes argentariorum et similium hominum. Item exempla et ἀπογραφαὶ, i. indices, quæ inventoria et repertoria à jurisconsultis vocantur, inquit Bud. Item, γράμματα pro δικαστήρια, apud Aristoph. in Pluto, quòd sortes per literas ducerentur de loco in quo quenque judicia exercere oporteret. ¶ Item, γράμμα, pictura apud Greg. in qua significatione usurpatur potiùs γραφή. Item, scrupulum in Hippiatria. Bud. (Theoc. ιά. 81.)

Γραμματικὸς, οῦ, ὁ, q. d. literarius, γραμματικὸν ποτήριον, apud Athen. l. 11. literis insculptum. Et, γραμματικὴ (sub. τέχνη) grammatica, literatura. Luc. in Alc. γράψαι γραμματικὸν τρόπον, more grammatico. Item, γραμματικὸς, qui literas docet, literator, grammaticus, Plut. γραμματικὸς ἐπιπλήττων παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου. Γραμματικῶς, grammaticè. Epigr. l. 2.

Γραμματικεύομαι, grammaticum seu literatorem ago. Epigr.

Γραμματεὺς, έως, ὁ, scriba. Dem. pro cor. ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς. (Aristoph. in Ranis. 116.) †Nub. 668.†

Γραμματεῖς, in novo Test. dicuntur legis interpretes, quòd sicut scribæ publicarum tabularum custodes erant, sic penes istos tanquam sequestres, libri legis essent velut depositi. Apud Phalar. in epist. exp. librarius.

Γραμματεῖον, ου, τὸ, tabella, libellus, codicillus, album. Apud Dem. quodcunque volumen, libellus, et tabella, inquit Bud. Et testamentum et testamenti exemplum.

Γραμματεῖα, significant et acta publica et documenta literaria, et syngrapham (unde tabulæ novæ dictæ) et tabellas judicum. Bud. Idem Bud. γραμματεῖον, exponit chirographum, cautionem. ex Pand. Item rationes argentarii. ¶ Item, γραμματεῖον (inquit Pollux) Atticis dicebatur etiam in quo pecuniæ reponerentur, quod et γραμματεῖον βιώσιον appellabant: recentiores autem ἀργυροθήκην. ¶ Apud Suidam est etiam, ludus literarius.

Γραμματεύω, f. εύσω, scribam ago. Xen. Hell. 5. et Dem. pro cor.

Γραμματεία, ἡ, literatura, ἐξαρίθμησις, Suid.

Γραμματίδιον, ου, τὸ, epistolium. Antipho. ¶ Item, pro schedula testificantis. Bud. ¶ Ponitur etiam pro γραμματεῖον, i. tabella, libellus. apud Plut. in παραμυθ. ad Apoll. Γραμματείδιον etiam pro eodem scribitur per ει, apud Suid. i. ludus literarius.

Γραμμάτιον, ου, τὸ, literula. Suid. Item epistolium. B. ex Luc. (libellus. Antiph. Orat. 1. p. 18.)

Γραμματίζω, unde γεγραμματισμένος δοῦλος, literatus servus. B. ex Pand. Γραμματιστὴς, οῦ, ὁ, grammaticæ præceptor, ludi literarii magister. Plut. Et apud Suid. pro eo qui scribere docet. hos literatores Martian. appellat. Bud. apud Plat. in Euthyd. exponit prælectorem et recitatorem. Accipitur etiam pro librario vel scriba, apud eundem in Philebo. Γραμματιστικὸς, οῦ, ὁ, literatorius, grammaticus. Themist.

Γραμμάριον, ου, τὸ, scrupulum, seu scrupulus, i. 24. unciæ pars.

Γράπις, ιδος, ἡ, senecta seu exuvium cicadæ, aut serpentis, et aliorum quæ pelle se exuere solent verno tempore. vernatio. Hesych. Est et avis species. apud eundem. Etymol. verò oxytonws γραπὶς est ὁ ἐρρυτιδωμένος, ὑπὸ τοῦ καταγεγράφθαι ταῖς ῥυτίσι.

Γραπτὴρ, ῆρος, ὁ, scriptor. Epigr.

Γραπτὸς, οῦ, ὁ, scriptus. (Theoc. ι. 28.) γραπτὸς λόγος, Alcid. γραπτὸς νόμος. Naz. unde comp. Ἄγραπτος, non scriptus. Γράπτης, οῦ, ὁ, rugosus. Eust.

Γραπτὺς, ύος, ἡ, inscriptio, (eo sensu quo dixit Plautus corpus vulneribus inscribere) vel laniatio, scarificatio. Od. ω. γραπτῦς ἀλεείνων.

Γραφὴ, ἡ, scriptura, scriptio. Luc. de hist. scrib. καὶ παρ' ἐκείνου ἀπαίτει μισθὸν τῆς γραφῆς. Item scriptum. Thuc. l. 1. Peculiariter interdum in novo Testamento de certo quopiam scripturæ loco dicitur. ¶ Item, accusatio. †Aristoph. Nub. 1483.† Xen. Apomn. l. 1. unde ἀποφέρειν γραφὴν, dicam impingere. ¶ Item, pictura, item picta tabula. Luc. de cal. Dicitur et de fucata facie, tanquam et ipsa picta sit, ut apud Theophyl. ep. 2. (πρέπουσά δ' ὡς ἐν γραφαῖς. Æsch. Ag. 249. ἀστεροπὸς ἐν γραφαῖσι. Eurip. Phœniss. 126. 1095. Æschyl. Ag. 1338. Ch. 230.)

Γραφεὺς, έως, ὁ, pictor. Isocr. Γραφεῖον, ου, τὸ, stylus, penicillus. Plut. de prud. an. Γραφείδιον, pro eodem.

Γραφικὸς, οῦ, ὁ, scriptorius, γραφικὸν μέλαν, atramentum scriptorium, seu librarium atramentum cujus ad scribendum usus est. Idem et γραφικὸν ῥέεθρον dicitur in Anth. Epigr. Γραφικὴ δύναμις, scribendi facultas: cui oppon. αὐτοσχεδιαστική. γραφικὸς νόμος, lex scripta. Nonn. Herodotus à Plutarch. γραφικὸς vocatur tanquam scribendi peritus historicus. ¶ Item, arte pingendi valens, apud Luc. Et, γραφικὴ exp. pictura, apud Arist. in Rhet. pro quo et γραφικὴ τέχνη dicitur.

Γραφικῶς, expressè, graphicè. Bud. ex Plut.

Γραφὶς, ίδος, ἡ, stylus, penicillus, graphium vocat Ovidius, i. instrumentum quo in pugillaribus scribitur. Plat. in Protag. ¶ Item, lineamentorum ductus et umbratilis pictura, Bud. in Pand. ¶ Exod. 32. ἔπλασεν αὐτὰ ἐν τῇ γραφίδι, exp. formavit opere fusorio.

Γραφίον, etiam dicitur in eadem signif. qua γραφίς. [Hippocr. de Superfœt.]

Γραφίσκος Διοκλέος, ferramenti chirurgici genus, telis è corpore extrahendis accommodatum à Diocle autore dictum. Vide Cels. l. 7. c. 5.

Γραμμὴ, ῆς, ἡ, linea. Plat. in Protag. dicit γραμματιστὰς pueris scribendi adhuc imperitis ὑπογράφειν γραμμὰς τῇ γραφίδι, lineas quasdam penicillo præducere. Γραμμὴ κυκλοτερὴς, in oculo dicitur circulus pupillam ambiens, qui alio nomine Ἶρις appellatur. ¶ Est etiam idem quod βαλβὶς, i. carceres, unde cursores stadii cursum incipiebant. quoniam olim initium, unde cursus incipiebatur, ducta linea notabatur, sicut rursus extremum linea itidem signabatur, ut apud Aristoph. in Achar. πρόβαινε νῦν ὦ θυμέ, γραμμὴ δ' αὑτηί. i. jam instat certamen et agon. Et Eurip. in Antig. ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν. ¶ Γραμμαὶ, etiam in ludo tesserario quinque erant lineæ ab utraque parte, quibus totidem imponebantur calculi, quarum media ἱερὰ dicebatur, unde non nisi quum res posceret, talus movebatur. Quo pertinet quod Eust. ex Theophrast. citat. Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, lapidem à sacra linea movet, id est, extrema experitur. Vide Erasmi Chil. in prov. Movebo talum à sacra linea. ¶ Γραμμὰς, Polyb. et Hesych. idem etiam tradit esse quod διαγραμμισμόν.

Γραμμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lineæ similis. Theophr. hist. pl. lib. 4. cap. 13.

Γραμμικὸς, οῦ, ὁ, linearis, ut, γραμμικαὶ ὑποδείξεις, apud Quint. l. 1. c. 10. demonstrationes seu probationes geometricæ per lineas. ¶ Item linearum peritus, ex Plut. de exilio.

Γραμμισμὸς, (tanquam à γραμμίζω, quod tamen ab Eust. ponitur) lusus τῶν γραμμῶν. de quo vide Poll. l. 9.

Composita, ac primùm cum præpos.

Ἀναγράφω, conscribo, scribo, perscribo, literis mando sive prodo. Dioscorides in præfatione identidem et alibi. Athenæus quoque identidem sic usurpat, ut, Μιθριδάτου δ' ἀναγράφει κόλακα Σωσίπατρον, id est, prodidit. Sic et Libanius. Itidem, ἀναγράψαι βίβλον, apud Galenum. ¶ Item proscribo, vulgò edo, ut in programmate, inquit Bud. Sic ἀναγράφειν τοὺς νόμους ἐν τῇ στοᾷ, et ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον καὶ ἐκτιθέναι. Item perscribo, in acta refero, ut docet Bud. Æschines adversus Timarchum, καὶ τούτους τοὺς νόμους ἀναγράψαντες, ὑμῖν παρακατέθεντο, i. quum in acta retulissent, quum perscribenda in tabulario publico mandassent. ¶ Item inscribo, ut apud Thucydidem, ἀναγράφειν εἰς τὸν τρίποδα τὴν πόλιν, in tripode urbem inscribere. Sic ἀναγράφειν εἰς κατάλογον, apud Isocratem. ¶ Ἀναγράφειν κληρουχίας, apud Plutarchum in Pericle, exponitur educere agri sortitiones. ¶ Item, adscribo, ut apud Dionem historicum, ἀναγράφειν τινὰ ἐν τοῖς φίλοις, adscribere aliquem amicis, referre in amicorum numerum. Item, pingo, ἀναγράψαι τὰ ὑποτυπωθέντα, pingere et effingere ea quæ delineata sunt, inquit Bud. Idem alibi ἀναγράφειν exp. colores addere formis vel imaginibus delineatis, ex Aristot. eth. 1.

Ἀναγράφομαι, perscribor, Lucianus in Anacharside. νόμοι μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι, leges grandibus literis perscriptæ, vel scriptæ. Item literis mandor, literis prodor, Luc. in Anachar. ὥστ' εὐεργέτης ἡμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω, literis mandetur, literarum monumentis prodatur. Diosc. ἀναγράφεται δὲ ἐν τοῖς φθαρτικοῖς, id est, (ut ait Budæus) adscribitur, censetur, proditur. Item perscribor, i. in acta referor. Aristot. Poll. 6. Et, ἀναγράψασθαι, Aorist. 1. medius pro ἀναγράψαι, in acta referre. Aristot. Œcon. 2. κομίζεσθαι τὴν τιμὴν ἣν ἀνεγράψατο.

Ἀνάγραπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, perscriptus, literis proditus, memoriæ mandatus, ut, ἀνάγραπτοι λόγοι, Theodor. lib. eccles. hist. 2. Item perscriptus, in acta relatus, ut ait Budæus ex Basilio, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι.

Ἀναγραφὴ, ῆς, ἡ, scriptio vel perscriptio. Plut. in Pericle, τῇ περὶ τοὺς βίους ἀναγραφῇ ἐνδιατρίψαι. ¶ Item commentarius, breviarium, descriptio, enumeratio. Laërtius in Stilpone, καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν. Et liber census peracti. Plut. τέλος δὲ τοῦ πλήθους τῶν χρημάτων ἀναγραφὴν ἔχουσα, προσέδωκε Καίσαρι. In præfatione Dioscoridis (ut scribit Bud.) non semel pro commemoratione rerum et historica traditione. ¶ Item perscriptio, acta, inquit Budæus ex Aristotel. Et, Ἀναγραφαὶ δημοσίαι, acta publica.

Ἀναγραφεὺς, έως, ὁ, perscriptor, scriba, ἀναγραφεὺς τῶν νόμων, apud Lysiam, magistratus ad leges Solonis exscribendas et in volumen unum redigendas creatus, ut tradit B.

Ἀναγραμματίζειν, transpositis literis efferre aut dicere, unde ipsa vox dicitur ἀναγραμματίζεσθαι, quæ trajectis literis effertur.

Ἀναγραμματισμὸς, οῦ, ὁ, literarum trajectio et transpositio: figura apud grammaticos, qua vocabuli alicujus literis trajectis, et transpositis fit alia et diversum significans vox: ut, χόλος, ὄχλος: ἀρετὴ, ἐρατή: φλύαρος, φλαῦρος: λιαρὸς, ἱλαρός: λόχος, ὄχλος: ὀλίγος, λοιγός: ὄλισθος, λοῖσθος: χλόη, χολή: ἄτλας, τάλας. Sic πίλας, λέπας: μῦθος, θυμός: αἵματα, ἰάματα: ἦρα, ἀήρ.

Decomp. Προσαναγράφω, insuper conscribo, conscribo. Plut.

Ἀντιγράφω, rescribo, vicissim scribo ad eum qui ad me scripsit, scripto respondeo, apud Plut. et Julian. imperat. [Arrian. de Exp. Alex. lib. 2. Πρὸς ταῦτα ἀντιγράφει Ἀλέξανδρος, καὶ ξυμπέμπει τοῖς παρὰ Δαρείου ἐλθοῦσι Θέρσιππον, &c. Æschin. Orat. in Timarch.]

Ἀντιγράφομαι, (inquit Bud. ex Polluce) observo, refero in commentarios. Pro eodem dicitur ἀπογράφομαι. ¶ Ἀντιγράφομαί σοι, præscribo tibi, exceptione te ab accusatione repello, apud Æsch. in Timocratem.

Ἀντίγραμμα, contrarium scriptum, contraria scriptio, contrascriptum. [Lucian. Hermot.]

Ἀντιγραφὴ, rescriptio, ipse actus rescribendi, responsum quod datur per scriptum. Athen. 14. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφῇ. Exponitur item ἀντιγραφὴ βασιλικὴ, rescriptum regium, rescriptum imperatorium. Item rescriptio et quasi contrascriptio, refutatio scripti. Plut. in Cæsare sic appellat Anticatonem Cæsaris. ¶ Item pro ἀντωμοσία, apud Plat. in Apologia, καὶ ταῦτα καὶ διομόσω ἐν τῇ ἀπογραφῇ. Vide Hesych. et Harpocrationem. ¶ Ἀντιγραφαὶ, plur. num. apud Aristoph. in Nub. †472.† ἀνακοινοῦσθαι πράγματα κἀντιγραφάς. scholiastes tradit sic appellari solitas lites omnes propter oppositiones eorum quæ objiciebantur.

Ἀντίγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, exemplum descriptum continens. Dem. τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἐστήσασθε ὑμεῖς τε κἀκεῖνοι. ubi significare videtur (inquit Budæus) cippos eodem exemplo sculptos.

Ἀντίγραφον, ου, τὸ, exemplum libri et descriptio. Capitur generaliter pro exemplo scripti cujuslibet, ut, ἀντίγραφον epistolæ apud Plutarch. in Alexandro. Dicuntur etiam ἀντίγραφα pro exemplaribus scriptorum alicujus autoris. Apud Athenæum lib. 2. et 6. ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις. Apud Eusebium, ἀντίγραφα διημαρτημένα, exemplaria mendosa. ¶ Item custodis commentarius, qui vulgò contrarotulatus.

Ἀντιγραφεὺς, observator coactorum, id est, eorum qui pecuniam cogunt ad principem aut ad rempublicam pertinentem, qui à Græcis ἀποδέκται, vulgò receptores appellantur, vel receptores particulares et horum observatores, qui à Græcis ἀντιγραφεῖς. vocare possumus custodes, cum Cicerone in oratione pro lege agraria contra Rullum, et de reditu suo. Et, ἀντίγραφα dicebantur eorum scripta, quasi contrascripta. Dem. contra Androtionem, ἕκαστος ἀντιγραφεὺς ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰσενεγκόντων.

Ἀπογράφω, ab exemplari describo, id est, exemplum scribo, et ab exemplari tabula depingo. Athenæus de Phryne, καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἀπελλῆς τὴν ἀναδυομένην ἀπεγράψατο. ¶ Item in tabulas refero, perscribo, expensum fero, vel acceptum refero. Lysias, ἀπογράφει Ἀγόρατος τῶν αὐτοῦ ἐγγυητῶν τὰ ὀνόματα. Demosth. ἔχειν τὴν προῖκα ἀπογράψας πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους. Item enumero, indicem facio, Laërt. de Aristot. συνέγραψε δὲ πάμπλειστα βιβλία, ἃ ἀκόλουθον ἡγησάμην ἀπογράψαι. ¶ Item, proscribo. Pollux lib. 8. δημεῦσαι οὐσίαν, ἀπογράψαι, δημοσίᾳ ἀπογραφῆναι. ¶ Item defero. et ἀπογραφὰς ἀπογράφειν dicuntur homines qui delationes faciunt. Andoc. de mysteriis. πρῶτος μὲν οὗτος ταῦτα ἐμήνυσε, καὶ ἀπέγραψε τούτους. ¶ Item, nomen do et profiteor, inquit Bud. Arrianus, ὡς δὲ ἐξηγγέλθη ὅτι οὐκ ἀπογράφουσι σφᾶς οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπικρύπτουσι τὴν ἀπιστίαν τῶν στρατιωτῶν, ἐκάκισεν.

Ἀπογράφομαι usurpatur sicut et ἀπογράφω, pro, nomen do et profiteor, Plut. in Antonio, ἀπεγράψαντο γὰρ οἱ φίλοι συναποθανουμένους ἑαυτούς. †Ἀπογράφεσθαι εἴς τι πρός τινα. Xen. Pæd. l. 2. 42. a. apud aliquem suum nomen dare, profiteri, ad aliquid vel in aliquâ re.† Est potissimum in usu aoristus medius. Xen. Hell. 6. ἀπογραψάμενοι δ' ἐν ταῖς ὁμωμοκυίαις καὶ οἱ Θηβαῖοι, id est, quum autem Thebani nomen dedissent inter urbes fœderatas, vel quum autem Thebani inter fœderatos populos professi essent. Et, ἀπογράφεσθαι, ad nomina ultrò respondere in delectu militum. Plutarch. in Agesilao ἐκήρυξαν τῶν νέων ἀπογράφεσθαι τὸν βουλόμενον τῷ βασιλεῖ βοηθεῖν. ἀπογραψαμένων δὲ πάντων προθύμως, τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐκλεξάμενοι ἀπέστειλαν. Dicebatur etiam de athletis: unde ἀπογραψάμενος πύκτης,

pugil qui nomen suum dedit, inter cæteros videlicet pugiles, vel qui se adscripsit numero reliquorum. ¶ Item nomen do, seu profiteor in censu, vel censum profiteor. Aristot. Œcon. 2. Κύψελος ὁ Κορίνθιος εὐξάμενος τὰ ὄντα Κορινθίοις πάντα τῷ Διῒ ἀναθήσειν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπογράψασθαι. ἀπογραψαμένων δὲ πάντων, τὸ δέκατον μέρος παρ' ἑκάστου ἔλαβε. Sic et apud eundem Pol. 4. Et Lucæ c. 2. ¶ Item, scripto denuntio, et quasi proscriptione (id est, programmate) promulgo. Isocr. in Areopagetico. ὑπὲρ ἧς ἐγὼ καὶ τὸν λόγον μέλλω ποιεῖσθαι, καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην, id est, denuntiavi et programmate edito professus sum concionem me habiturum. Demosth. adversus Euergum, ἔργῳ δὲ οὐκ ἀπεγράψατο πρὸς αὐτὸν διαδικασίαν, id est, experiri non institit cum eo, nec eorum petitorem se constituit. Inde ἀπόλειψιν ἀπογράψασθαι, repudium marito mittere, apud eundem. ¶ Item adnoto. Basil. homil. 6. in Hexaem. de genethliacis loquens, τὸν μέλλοντα πρὸς ἀκρίβειαν τὴν ὥραν ἀπογράφεσθαι. ¶ Item in rationes et calendarium refero: ut, πρὸς Τιμόθεον Demosth. scribit, ἀπεγράψατο δὲ τήν τε χρείαν εἰς ἣν ἐλήφθη τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ λαβόντος. Est etiam, in acta referre. Basil. de jejunio orat. 2. ἄγγελοί εἰσιν οἱ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀπογραφόμενοι τοὺς νηστεύοντας. Significat etiam in actis profiteri et promulgare, quod nunc jurisperiti insinuare vocant. Aristot. Œcon. 2. νόμου δὲ ὄντος αὐτοῖς ἀπογράφεσθαι τὰ χρέα εἰς τὸ δημόσιον, δεηθέντες χρημάτων ἐψηφίσαντο τοὺς ὀφείλοντας ἀποδοῦναι τῇ πόλει. ¶ Est etiam (inquit Budæus) libello dato peto, ut qui judicium dictant. Plato de leg. 8. τὴν ἀξίαν τῆς βλάβης ἀπογραφόμενος, damnum injuria datum certa pecunia æstimans. Ἀπογράφεσθαι etiam dicuntur petitores et candidati. Plutarch. ἐπὶ στρατηγίαν πολιτικὴν ἀπεγράψατο, præturam urbanam petere cœpit. ¶ Item passiva voce et significatione, describor, deferor, annotor, in rationes et calendarium vel in acta referor, &c. Hinc ἀπογεγραμμένος, apud Xen. Pæd. 8. παρὰ βασιλεῖ ἀπογεγραμμένοι. Et 6. ἔχετε μὲν ἀπογεγραμμένους παρ' ἐμοῦ τοὺς ἀποδεδοκιμασμένους.

Ἀπόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, (*adject.*) ab exemplari, vel ad exemplar effictus, Laërt. in Onesicrito.

Ἀπόγραφον, ου, τὸ, (*subst.*) exemplum vel libri vel tabulæ. Latinè descriptum vel exscriptum dicitur. Cicero descriptionem imaginemve tabularum appellat in actione 5. in Verrem, αὐτὸ τὸ ἀπόγραφον καὶ τὸ ἀντίγραφον. Idem lib. epist. ad Att. 12. circa finem libros suos philosophicos ἀπόγραφα vocat, quasi Græcorum scriptorum imagines et exempla.

Ἀπογραφὴ, actorum tabulæ et perscriptio. Demosth. πρὸς Λεπτίνην, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. Item, ἀπογραφὴ τῶν ἐλλιμενιστῶν dicitur calendarium et ephemeris publicanorum, apud eundem. Est etiam ἀπογραφὴ commentarius quicunque et index in quo res enumerantur. Significat verò et ipsam rerum enumerationem seu recensionem, sicut ἀναγραφὴ, apud eundem. Inventarium et repertorium jurisconsulti vocant. ¶ Item descriptio vel conscriptio verti potest apud Lucam Evangelistam initio capitis secundi. Item, pictura, Polybio. B.

Decomp. Ἀναπόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, à publicano non census nec scriptus, incensus: inscriptus quoque hoc sensu dicitur à Varr. et Lucill. Poll. l. 9.

Ἐναπόγραφος, adscripticius, adscriptitiæ conditionis.

Προσαπογράφω, idem quod ἀπογράφω, defero. Lysias adversus Agoratum, ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγένετο, μηνύει ὁ Μενέστρατος καὶ προσαπογράφει ἑτέρους τῶν πολιτῶν.

Συναπογράφομαι, exp. mittor ad suffragia magistratus gratia. ¶ Item pictura, Polybio.

Διαγράφω, describo, delineo: ut apud Plat. de rep. 6. διαγράφειν τὴν πόλιν. Item, conscribo, deligo, ut, διαγράφειν τοὺς στρατιώτας, delectum habere militum. ¶ Item distribuo et diplomatibus publicis largior et divido. Plut. καὶ Λεύκολλος μὲν διέγραψε χώρας τῆς αἰχμαλώτου. ¶ Item deleo, expungo, induco. † Διαγέγραπταί μοι δίκη. deleta, expuncta est mihi dica. Aristoph. Nub. 772.† Plut. in princip. libelli, utrum Athen. in bello an &c. καὶ Θουκυδίδης σοι διαγέγραπται, deletus à te fuerit Thycydides, id est, libri Thucydidis. Item pro ἀκυροῦν, abrogare, antiquare, abolere, inducere: ut, διαγράφειν τὴν ἀμφισβήτησιν, circumducere actionem et ex actis eximere. Et accusator dicitur διαγράψασθαι τὴν κατηγορίαν, quando non instat accusationi institutæ. Quæ metaphora manavit à tabulis actuariorum et scribarum in quibus litium et actionum contestationes perscribebantur, ut hodie fit. Vide Bud.

Διάγραμμα, descripta forma in scientiis demonstrativis. A quibusdam apud geometras exponitur simpliciter figura. Plat. Pol. 7. διαπεπονημένοις διαγράμμασι, quæ elaborata sint figuris. ¶ Item perscriptio et breviarium, qualia sunt quæ ad collationes publicas fiunt, quum ex censu εἰσφοραὶ describuntur. Bud. ex Suida, apud quem et διαγραφεὺς est, qui hoc describendi officio fungitur. ¶ Item Διάγραμμα quod Cic. scripturam vocat, vide paulò post in Διαγραφή. ¶ Item edictum. Plut. in Marc. Hinc προτιθέναι διάγραμμα, apud eundem, id est, edicere.

Διάγραπτος δίκη, interlita lis et inducta.

Διαγραφεὺς, vide in Διάγραμμα. (Marcellin. Vit. Thucyd.)

Διαγραφὴ, ῆς, ἡ, descriptio, delineatio, Bud. ex Plat. Est etiam quod Cicero scripturam vocat, h. e. publicanorum acta et perscriptiones. Item antiquatio et peremptio rei cœptæ vel jam peractæ.

Διαγραφικὴ, pro pictura in buxo, ex Plin. affertur.

Ἐγγράφω, inscribo, i. intrà scribo. (Æsch. Pr. 788. Soph. Tr. 160. ἐγγραφεῖ q. ab ἐγγραφέω. Sch. Æsch. Ch. 697.) Xen. ἐγγράψας εἰς βιβλίον. Et apud geometras ἐγγραφόμενον σχῆμα, quod intus ita comprehensum est, ut tamen angulis lineam comprehendentem stringat. Item inscribo, quo utebantur in liberorum professione. Et pro inscribo, i. in rationes refero, inquit Budæus ex Demosthene, κελεύει γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἐγγράφειν, ὅτι οὔτ' ἔλαβον οὐδὲν τῶν τῆς πόλεως, οὔτ' ἀνήλωσα. Apud eundem Demosthenem, pro, in numeros militares refero, aut inter classiarios. Et, ἐγγράψαι, apud eundem in orat. contra Aristoph. pro inter ærarios referre, unde exponitur et mulctare: et ἐγγράφεσθαι, mulctari. Demosth. ἐγγραφῆναι τὸ διπλοῦν τῷ δημοσίῳ, altero tanto mulctari. Et, ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει, in arcem relati, vel quorum nomina Athenis in arcem relata. vide Bud. in annotat. ¶ Item pro προσγράφω, adscribo, addo: ut Demosth. ἐγγράφει τοῦτο εἰς τὸ ψήφισμα. Plut. in Publ, τοὺς δ' ἐγγραφέντας ὑπ' αὐτοῦ. Et, ἐγγράφεσθαι εἰς ἄνδρας seu ἐγγραφῆναι. Demosthenes, in album virorum referri. ¶ Item inscribo, seu conscribillo, scarifico. Bud. ex Theophrast. πλὴν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες, ἐπιπολῆς ἐγγράφουσιν. (Æsch. Suppl. 953.) [οὐ πίναξίν ἐστιν ἐγγεγραμμένα. Schol. οὐκ ἐγγράφως ταῦτα εἶπον, ἀλλὰ ζώσῃ φωνῇ.]

Ἐγγράμματος, scriptus; ut, ἐγγράμματος φωνή.

Ἐγγραφὴ, inscriptio.

Ἔγγραφος, scriptus, scripto constans, in literas relatus: cui opp. ἄγραφος, ut, ἔγγραφος νόμος, Plut. in Lyc. (Luc. Nigrin. p. 38.)

Ἐγγράφως, scripto, seu in scripto, aut cum scriptis.

Ἐγγραπτὸς, inscriptus.

Decomp. Μετεγγράφω, transcribo: quod uno loco scriptum est, aliò transfero. vel professionem muto. ex Gregorio, de sancto baptismo, εἰ μὲν ἄλλως ἐγγέγραψαι, ἢ ὁ ἐμὸς ἀπαιτεῖ λόγος, δεῦρο, καὶ μετεγγράφηθι.

Παρεγγράφω, falsò inscribo vel adscribo, subdolè intersero interponoque. Plutarchus in Antonio, καὶ τούτοις παρεγγράφων ὡς ἐβούλετο. Unde παρεγγεγραμμένος, item παρέγγραπτος et παρέγγραφος, adscriptitius, non germanus, ut Hercules et Bacchus et Ganymedes à Luciano dicuntur inter deos παρεγγεγραμμένοι: à Greg. παρέγγραπτοι ἱερεῖς, qui obrepserunt. Et, παρέγγραφος πολίτης, apud Athen. factitius civis, et quolibet modo civitatem adeptus.

(Παρεγγράφομαι. Philostr. l. 2. c. 29.) [Æschin. Orat. de falsa Legat. C. Cleophon.—παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, &c.]

Προσεγγράφω, insuper adscribo, Bud. ex Dem. εἰκότως δ' οὐ προσενεγράψατο τὴν ποίησιν τῇ διαμαρτυρίᾳ. [Æschin. c. Ctesiph. προσεγγράφουσι γάρ τι πρὸς τὰ ψηφίσματα, &c. Demosth. adv. Leochar. Herodot. Hist. lib. 2.]

Ψευδεγγραφὴ, ἡ, falsa et ementita inscriptio. ψευδεγγραφῆς δίκη, sive ψευδέγγραφος δίκη, lis adversus quæstorem instituta, qui falsò nomen debiti inscripserit. apud Suid. Vide et Harpocr. Poll. l. 8.

(Ἐκγράφομαι. Aristoph. R. 151.)

Ἐπιγράφω, inscribo, superscribo. Luc. de hist. scrib. ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία. Et, ἐπιστολὴ ἐπιγεγραμμένη τὸ ὄνομα. apud Synes. epistola hoc vel illud nomen inscriptum habens. Thuc. ἐπιγράψασθαι ἐπὶ τρίποδα. ¶ Item (inquit Budæus) epigrammata scribo. Plut. ἀνεγίνωσκε τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιγεγραμμένα μονόστιχα. ¶ Item, inscribo virgis, i. conscribillo, scarifico, perstringo, leviter vulnero; Il. δ'. v. 139. Ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός. Hinc adverb. Ἐπιγράβδην. ¶ Item, viritim collationem describo et indico. Aristot. Œcon. 2. ἐπέγραψε τοῖς πλουσιωτάτοις αὐτῶν πλῆθός τι ἀργυρίου. ¶ Ἐπιγράφω τίμημα, inscribo pœnam, mulctam irrogo, &c.

Ἐπιγράφομαι, adscribo mihi, titulum hunc mihi vendico, hoc mihi tribuo. Plut. in Demetr. ἀλλὰ Δημήτριος ἔχαιρε τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν ἀνομοιοτάτην ἐπιγραφόμενος προσωνυμίαν. Item, ἐπιγράφομαι τοῦτον, hunc mihi ducem et autorem vendico et adscribo, Bud. ex Chrysost. Sic et apud Lucian. ἐπιγραφόμενος τὸν Διογένη et τὸν Πλάτωνα. ¶ Ἐμαυτῷ μὲν ἐπεγραψάμην εἰσφορὰν μεγίστην, mihi ipse descripsi, mihi statui et imperavi. ¶ Item, testium nomina do quos sum producturus, Bud. ex Demosth. καὶ ἐπιγράφεται μάρτυρας. ¶ Item de scripto actionem intendo, libello actionis genus edo. Sic Dem. πρὸς Ἄφοβον dixit, τῶν ἐπιγεγραμμένων ἐπετίμησαν, tanti damnaverunt quanti eam litem æstimaverant.

Ἐπίγραμμα, inscriptio, ἐπιγραφή. Apud Aristot. autem Rhet. 1. ἢ τὸ ἐπίγραμμα οὐχ ὁμολογοῦσιν, exp. litis inscriptionem non concedunt, i. rem quæ nomine illo appellatur se fecisse negant. ¶ Item peculiari sig. idem quod et Lat. epigramma. Ἐπιγραμματίζω, apud Laërt. epigrammate noto vel mordeo. Ἐπιγραμμάτιον, dim. Plut.

Ἐπιγραφὴ, inscriptio, titulus. Athen. l. 13. καὶ ἄλλα δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς. Item pro titulo, metaph. Polyb. 1. τὴν ἐπιγραφὴν τῶν πραγμάτων λαβεῖν. ¶ Item, indictio. Isocr. ¶ Item, descriptio tributi, et munus ipsum publicum. Ἐπιγραφεὺς, qui hoc munere fungitur describendi tributum. Bud. Vide et Poll. l. 8.

Ἐπιγράβδην, adverb. apud Hom. strictim, perstringendo. [Iliad. Φ. 166. Τῷ δ' ἑτέρῳ μιν πῆχυν ἐπιγράβδην βάλε χειρὸς Δεξιτερῆς, &c. Schol. Ἄχρι τοῦ ἐπιξέσαι μόνον τὸ δέρμα.]

Decomp. Ἀνεπίγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, non habens ἐπιγραφὴν, seu inscriptionem: ut liber ἀνεπίγραφος, cui autoris nomen inscriptum non est, vel carens titulo. Et epistola ἀνεπίγραφος, cui non est inscriptum nomen ejus ad quem mittitur.

Ἀντεπιγράφω, vicissim seu loco alterius inscribo. [Demosth. adv. Timocr. σκέψασθε ὡς καλὰ καὶ ζηλωτὰ ἐπιγράμματα τῆς πόλεως ἀνελὼν, ὡς ἀσεβῆ καὶ δεινὰ ἀντεπέγραψεν. ubi plurima sunt ex Orat. adv. Androtion. desumpta.]

Παρεπιγραφὴ, figuræ nomen est, apud schol. Aristoph. in Nub. [3. et 10. 226. Schol. Ran. 314. Schol. Acharn. 1148. Schol. Biset. Lysistr. 294. Schol. 951. Schol. Biset.]

Συνεπιγράφω, simul inscribo (i. simul autorem esse dico.) Plut. in Polit. præc. ὅθεν οἱ μεγάλοι καὶ δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφουσιν, consortem laudis faciunt, laudem impertiunt. Συνεπιγραφεὺς, qui unà cum alio fungitur munere describendi tributum.

Ψευδεπίγραφος, falsò inscriptus, fictitium et ementitum gerens titulum. Plut. Ψευδεπιγραφεῖν, falso nomine inscribere.

Καταγράφω, perscribo: ut, νόμοι κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας. Plut. in Solone. Item, Καταγράφω στρατιώτας, conscribo milites: unde καταγραφέντες στρατιῶται, Polyb. Dicitur et de aliis quorum numerus perscribitur, ut apud Plut. καὶ κατεγράφησαν ἄνδρες οὓς ἔδει θνήσκειν, ὑπὲρ διακοσίους. ¶ Item, delineo, Paus. τῷ δὲ Μυῒ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων Παῤῥάσιον καταγράψαι. Et, καταγράφεσθαι εἰς σφαῖραν, Procl. de sphæra. (Luc. Nigrin. p. 21.)

Καταγραφὴ, perscriptio: ut, καταγραφὴ κεφαλαίων quidam Plut. liber vocatur. Et conscriptio: ut, καταγραφὴν τῶν στρατιωτῶν ποιεῖσθαι, Polyb. milites conscribere. Est item delineatio. Plat. in sympos.

Κατάγραπτος, perscriptus. Item pictus, notis et punctis distinctus.

Κατάγραφος, idem apud Luc. ut testatur Bud.

Μεταγράφω, muto scriptum, Bud. ex Xen. Et, μεταγράφω τὸν νόμον, abrogo, refigo, idem ex Dinarcho. Idem, μεταγράφειν interpr. arbitrium inducere et circumducere, h. e. sententiam arbitrorum antiquare. Schol. exp. μεταγράφειν τὴν ὑπογραφὴν τῆς διαιτήσεως, jam probatum arbitrium inducere. ¶ Item, pro ἀπογράφω, exscribo, describo. Apud Thuc. significat etiam, in aliam linguam transfero: τὰς ἐπιστολὰς μεταγραψάμενοι ἐκ τῶν Ἀσσυρίων γραμμάτων ἀνέγνωσαν. ¶ Item transcribo: ut, μεταγράφω τοῦτο εἰς σε, Paus. (Philostr. l. 1. c. 3.)

Μεταγραφὴ, descriptio libri et exemplum. Julian.

Μεταγραφεὺς, exscriptor, qui transcribere solet.

Παραγράφω, adscribo, juxtà scribo. Syn. τὰ παραγεγραμμένα τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Est etiam, annoto in margine. de qua signif. vide in παραγραφή. Item appingo, Bud. † οἷον παραγράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες. Xen. Pæd. 1. 2. 13.† ¶ Item præscribo, exceptione summoveo: pro quo dicitur et παραγράφομαι. ¶ Item, perperam scribo. Demosth. pro cor. Item παραγράφω νόμον, legi jam latæ et rogatæ aliam legem obrogo et oppono. ¶ Item pro ἐγγράφω, inscribo, et me esse profiteor. Vide Bud. Exp. etiam prætexto, apud Polyb. τὰ μὲν γὰρ πρὸς Ἀντίγονον καὶ Φίλιππον ὑμῖν ὑπάρχοντα φιλάνθρωπα παρεγράφη, i. negotium vestrum humanitatis specie prætexitur.

Παραγράφομαι, præscribo, excipio, exceptione submoveo petitionem. Demosth. ad Pantæn. παρεγραψάμην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. Idem in Mid. Δημοσθένει τὴν γραφὴν τοῦ φόνου παραγράψασθαι, accusationem transcribere et transferre, vel, Demosthenem accusare, et in eum, præterito alio, accusationem crimenque intendere. ¶ Item præscribo finem: ut, αὐτοχειρίᾳ παραγράψασθαι τὸν βίον, apud Jos. sua manu vitæ finem sibi præscribere, i. sibi mortem consciscere. ¶ Item, sperno et rejicio, ex Nonn. ς'. με παραγράψαιτο.

Παράγραμμα, quod adscribitur ultra solitum et justum, Bud. ex Dem. Παράγραμμα, et Παραγραμματισμὸς (à παραγραμματίζω) scripturæ inversio, q. d. alliteratio. Aristot. Rhet. 3. Dicitur et, τὸ παρὰ γράμμα σκῶμμα. Suid. παραγραμματισμὸν esse dicit, quum γράμμα loco γράμματος ponitur, ut, μυρσίνη pro βυρσίνη, et Κεκλοπιδῶν pro Κεκροπιδῶν. Vide et Aristoph. schol. Docet Bud. ex Eust. παραγραμματισμὸν dici et vitium literas perversè pronuntiantium; ut si quis κόλακος pro κόρακος dicat. Παραγραμματίζω, paragrammate utor, seu alliteratione. [Strab. Geogr. lib. 1.]

Παραγραφὴ, adscriptio et annotatio in margine. Item scholium et annotationis signum in margine adscriptum. Isoc. περὶ ἀντιδός. Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς ἀνάγνωθι τὰ περὶ ἡγεμονίας. Inde paragrapi vel paragraphæ jurisconsultorum. Est etiam schema quoddam quo, finito sermone uno, ad alium fit transitus. Eust. ¶ Item præscriptio, præscribendi jus, exceptio. Apud Demosth. pro cor. Bud. exceptionem et translationem interpr. παραγραφικὸς ἀγὼν, litis contestatio super exceptione et translatione, quam Cicero translativam causæ constitutionem vocat Rhet. 3. Hujusmodi est controversia apud Demosth. πρὸς Πανταίνετον et πρὸς Φορμίωνα.

Παράγραφος, figura quædam cujus nota velut in certas quasdam portiones comœdia dividebatur, de qua lege Hephæst. et schol. Aristoph. Sunt qui contra Bud. paragraphos jurisconsult. nomen hinc accepisse putent.

Παραγράπτους et Παρεγγράπτους vocant Suid. spurios, peregrinos, videlicet perperam inscriptos.

Decomp. Ἀντιπαραγράφομαι, exceptione utenti occurro.

Ἀντιπαραγραφὴ, formula qua quis occurrit ei qui exceptione utitur. Vulgò replicationem appellari scribit Bud. in prior. annotat. in Pand.

Προσπαραγράφω, adscribo, jam scriptis addo, ut interp. Bud. [Demosth. adv. Bœot. Plat. Phædr. ὥστε προσπαραγράφουσι πρώτους οἳ ἂν ἑκασταχοῦ ἐπαινῶσιν αὐτούς.]

Περιγράφω, circumscribo, Naz. ὥσπερ κύκλον κέντρῳ περιέγραψε τὴν πόλιν. Plut. in Rom. ἐς τὸ σύμμετρον περιγεγραμμένοι. Et, περιγραφόμενον σχῆμα, geometr. de quo Bud. ¶ Item, circumscribo, i. defino seu præfinio, quasi circumscribendo præstituo. Arist. Metaphys. 10. τούτων δὲ τῶν ἐπιστημῶν ἑκάστη περιγραψαμένη, τί γένος αὐτῇ. Xenoph. τὰς τῶν ἀφροδισίων ἡδονὰς ταῖς ἄλλαις δοῦναι περιγράφοντας τοῦ ἔτους χρόνον. Hinc et pro coërceo, cohibeo, coarcto, ut Thucyd. ἐκ βραχέος καὶ περιγράπτου, ex præscripto et non liberè laxèque. Apud Greg. περιγράφειν τὸν λόγον, i. finire seu claudere. ¶ Item pro delineare, vel deformare rudius, non exactè describere: apud Aristotelem, περιγεγράφθω μὲν οὖν τἀγαθὸν ταύτῃ. ¶ Item deleo, oblitero, aufero è numero. Æschin. περιγράψετέ με ἐκ τῆς πολιτείας.

Περίγραπτος, circumscriptus, et quasi certis finibus inclusus. Item qui circumscribi potest et finiri.

Περιγραφὴ, circumscriptio. (Æsch. Ch. 205.) Polyb. περίμετρον et περιγραφὴν pro eodem posuit, de ambitu maris Pontici loquens, ut scribit Bud. Ex eodem affertur et pro καταστροφή. Item delineatio, deformatio quædam rudior, descriptio minus exacta, Aristot. τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, quæ rectè delineata sunt. ¶ Item, Poll. l. 4. est vitium quoddam in corpore.

Decomp. Ἀπερίγραπτος, cui contr. περίγραπτος, ut Damasc. de Deo, ἀκατάληπτος, ἀπερίγραπτος. Idem quod ἀπερίγραφος, qui circumscriptus non est. Strabo.

Ἐμπεριγράφω, scripto comprehendo. [Eustath.]

Προγράφω, antè scribo, prius scribo. Paul. ad Ephes. 3. v. 3. καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ. Sic et alibi προγράφειν ἐν τοῖς πινακίοις dixit Aristoph. in avibus. ¶ Item pro, conscribo, ex Aristot. Œcon. 3. χορηγοὺς προέγραψε. et ex Plut. in Camill. προέγραψε στρατιᾶς κατάλογον.

Πρόγραμμα, scriptum quod publicè proponitur, aliquid indicans aut fieri jubens, seu tabella publicè proposita, ut quod in ea scriptum est, ab omnibus legatur. Luc. ¶ Interdum signif. διάταγμα et quasi edictum.

Προγραφὴ, proscriptio, ut Bud. apud Strab. interpr. de Sylla loquentem, προγραφὰς δὲ ποιούμενος οὐκ ἐπαύσατο πρὶν ἢ πάντας τοὺς ἐν ὀνόματι Σαυνιτῶν διέφθειρεν.

Προσγράφω, insuper scribo, scriptis addo, adscribo: ut, προσγράφειν τοῦτο πρὸς τὴν εἰρήνην. Exp. et adscribo seu allego, apud Plut. in Publ. προσέγραψε τῇ βουλῇ Οὐαλέριον. Et in Numa, Πυθαγόραν τῇ πολιτείᾳ προσέγραψαν.

Πρόσγραμμα, τὸ, quod jam scriptis additum est, adscriptio.

Συγγράφω, conscribo, scriptis mando, historiam scribo. † Xen. Pæd. p. 223. a.† Thuc. lib. 1. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. Luc. de hist. scrib. οὗ γε τὰς πράξεις καὶ φιλόσοφοι ἤδη συγγράφειν ἀξιοῦσι. Et συγγεγραμμένοι πατέρες. Plut. patres conscripti. ¶ Item, συγγράφειν, et frequentius συγγράφεσθαι, scripto cavere, quod syngrapha dicitur; stipulari. ex Isocr. et Xenoph. et Theophrasto.

Σύγγραμμα, opus quod quis conscripsit, liber, opus. Xen.

Συγγραμμάτιον, opusculum, libellus. Luc.

Κόρος, ου, ὁ, scopæ, κάλλυντρον, Hesych. ¶ Item puer, juvenculus, seu filius. Athen. l. 2. Οὐ ῥᾷστα δὴ παισὶ Κεκροπιδῶν κόροι. Plutarch. in Lyc. οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πολιτεύειν, καὶ πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι, καὶ ᾄδειν, τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων. Item novellum germen. Gal. in lex. Hippocr. Hesych. et Suid. ¶ Item satietas, de qua signif. in sequenti classe derivatorum.

Κόρη, ης, ἡ, pupa, puella, juvencula. Xenoph. in pol. Lacod. τὰς κόρας οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἠρεμιζούσας ἐριουργεῖν ἀξιοῦσι. Athen. lib. 2. Μητέρα, παρθενικήν τε κόρην, ἀστούς

τὰ συνήθεις, &c. Sic et apud Plat. lib. 7. de rep. Interdum exponitur virgo: ut apud Plat. de leg. κόρη καὶ δέσποινα. Demosth. παῖς κόρη, puella virgo. Item filia. Isocrat. in Helena, κόρην τὴν Διὸς καὶ Δήμητρος. Dicitur et de nupta puella, sed adhuc juvencula. Herodian. lib. 3. (de filia Plautiani, uxore Antonini Caracallæ.) ἀπεχθῶς πάνυ πρὸς τὴν κόρην διέκειτο. Interdum κόρη, seu κώρη, Doricè, absolutè ponitur pro Proserpina: ut apud Bion. Smyrn. idyll. 1. ¶ Item pupa, imaguncula pueri vel puellæ, aut alterius animalis. Etym. ¶ Item pupilla, i. nigrum illud quod est in medio oculi, ut inquit Poll. Theocr. idyll. 6. καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα. Doricè pro κόρη. Vide et Rufum. [τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας. Eurip. Med. 923. 1177.] ¶ Item apud Hippocr. τὸ ὑπερικὸν, teste Gal. quod fructum habet τῷ κορίῳ similem.

Κορικὸς, οῦ, ὁ, puellaris, virginalis. Poll.

Κορικῶς, puellariter, puellarum more. Philo de vita M. l. 1.

Κορίκιος, ου, ὁ, ad virginem seu puellam spectans. Poll.

[Κορίνη ut κόρη, an autem ita legendum. V. Philostr. l. 2. c. 22.]

Κόριον, ου, τὸ, pupa, puellula. Theocr. idyll. 11. ¶ Item sacrificium pro pueris juvenculis. Poll. ¶ Sic dicitur etiam coriandrum, quòd hebetet oculorum papillas. De quo et in Κόρις.

Κορώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, puellaris.

Κορίδιον, ου, τὸ, puellula, pupa. Poll.

Κορίσκη, ἡ, et κορίσκιον, ου, τὸ, puellula, pupa. Poll. et Athen. l. 15.

Κοράσιον, ου, τὸ, pupa, puellula. Matth. 9.

Κορασιώδης, puellaris. Plut. περὶ φιλοπλουτ.

Κορεύω, devirgino, virginitatem libo, stupro. Eustath. et Euripid. in Alcest.

Κόρευμα, τὸ, virginitas: apud eundem Euripid. ibidem.

Κορεία, ἡ, idem. Suid. ex Epigr. ¶ Item sacrificium in honorem Proserpinæ. Hesych. Item pulchritudo: eidem Hesych.

Κοῦρος, ου, ὁ, idem quod κόρος, ex eoque factum poëtica epenthesi τοῦ υ. Iliad. γ'. τότε κοῦρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει. Iliad. ϱ'. κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικὼς, &c. Sic et Odyss. ή. et alibi. ¶ Item novellum germen, seu ramus, sicut et κόρος. Doricè pro eo κῶρος dicitur. ut apud Theocr. idyll. 1. Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει. Fœm. gen. κούρη, idem quod κόρη. Odyss. ζ'. Ὥστε με κουράων ἀμφήλυθε θῆλυς ἀϋτή. Dicitur et de uxore seu muliere juvencula: ut Iliad. ά. Πατρόκλεις ἔξαγε κούρην. Sic et Iliad. β'. ζ'. et alibi apud Homer. Interdum exp. filia, sicut et κόρη. ut Il. ζ'. κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. sic et Il. ί. et ύ. et alibi passim. † Sic Hesiod. Th. 13.†

Κουρότερος, (*comp.*) junior. Hesiod. in Erg. Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται. Sic Athen. l. 13. ψυχὴ κουροτέρα, animus juvenilis.

Κουροσύνη, et Doricè κωροσύνα, ἡ, pueritia, infantia. Theocr. idyll. 25. ἐπάλλετο δ' ὑψόθι χαίρων Κωροσύνᾳ, gaudens more infantum seu pueriliter.

Κουρόσυνος θρὶξ, puerilis capillus. in Epigr.

Κουρίδιος, juvenilis: plerumque ei tribuitur, qui juvenili ætate uxorem duxit: ut Od. λ'. Κουριδίῳ τεύξασα πόσει φόνον. Iliad. έ. Κουρίδιον ποθέουσα πόσιν τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν. Sic Luc. φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου θυγατέρα, κουρίδιον ἄνδρα τεθνειῶτα θρηνεῖν. Κουρίδιον δῶμα, ædes in quas aliqua virgo, juveni marito nubens, pervenit. Odyss. τ'. Fœm. κουριδία, de uxore juvencula, seu quæ virgo nupsit. Iliad. ν'. Κουριδίην ἄλοχον θήσειν. Herod. lib. 1. κουρίδιαι γυναῖκες.

Κουρίζω, juvenilem ætatem ago. Odyss. ύ. ὁ κουρίζων φορέεσκε. Item juvenilia sapio. Suid. Item à puerili ætate educo. Hesiod. in Theog. Ἄνδρας κουρίζουσιν Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι. † 347. V. ibi Clericus et Guietus qui per *tondere* reddunt.†

Κουρίζομαι, nubo, hymenæus mihi cantatur. Hesych.

Κορίζομαι, blandior, blandè appello seu compello. Aristoph. Τοῦτον τὸν υἱὸν λαμβάνουσ' ἐκορίζετο.

Κοριζόμεναι, puellæ nubiles.

Composita: ac primùm ex κορέω, et κόρος, scopæ.

Ἀκόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui scopis mundatus non est. Item incultus, minimè ornatus. Aristoph. in Nub.

Ἐκκορέω, everro, verrendo expurgo. Synes. εἰ πάντα εὐθετήσας ἐκκορήσειας, καὶ ἐνθυμιάσειας τὰ δωμάτια. Exponitur etiam, excutio: apud Alciphr. ep. 38.

Ζάκορος, ὁ, ἡ, æditnus, a, qui vel quæ templa mundat et verrit. (παρὰ τὸ ζα, quod ponitur pro διὰ, et κορεῖν, τὸ καθαίρειν.) Plutarch. in Camillo, ἱερεῖς τε καὶ ζάκοροι θεῶν. Athen. ζάκορον Ἀφροδίτης μὴ ἀποκτεῖναι. Item generaliter, famulus, minister, seu ministra, famula, quorum et quarum ministerio in verrendis expurgandisque ædibus utimur. Etym.

Ὑποζάκορος, (*decomp.*) qui vel quæ inservit æditno, minister vel ministra æditui. Herodot. [lib. 6. εἶναι δὲ ὑποζάκορον τῶν χθονίων θεῶν.]

Μυληκόρον, ου, τὸ, scopæ farinariæ, seu quibus in mola utuntur.

Νεωκόρος, qui templi verrendi et expurgandi cura commissa est: æditnus, schol. Aristoph. Item nauta purgandæ navis curam habens: in Epigr. † V. Græv. Lect. Hesiod. p. 12.†

Νεωκορέω, templi verrendi et ornandi curam habeo, sum æditnus.

Νεωκορία, ἡ, munus æditui. Theocr.

Παρακορέω, converro, verro. Poll. l. 6.

Περικορέω, circumcirca verro, converro.

Περικόρημα, τὸ, purgamentum, sordes circumquaque verrendo collectæ.

Σηκοκόρος, qui stabulum verrit seu purgat: aut qui stabuli curam gerit. Od. ϱ'. Exponitur etiam, æditnus, qui deorum delubra verrit, eorumque curam gerit. Pro eodem dicitur σηκηκόρος, et Doricè σηκακόρος.

Composita ex κόρος, seu κοῦρος, puer.

Ἀγλαόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, splendens et quasi florens juvenibus, pulchros juvenes habens. Corinthum ἀγλαόκουρον appellat Pindarus, Olympiorum ode 13.

Ἀμφίκορος, medius inter tres fratres. Hesych. Suid.

Διακορεύω, et διακορέω, devirgino, stupro seu constupro, vitio: virginitatem eripio, apud Suidam. Et Pollux l. 3. ex Aristoph. [Thesm. 487. Ὅσπερ με διεκόρευσεν οὖσαν ἑπτέτιν. Schol. διεπαρθένευσεν ἑπτέτιν οὖσαν, καὶ κόρην διέφθειρεν. Av. 212. Schol.]

Διακόρευσις, et διακόρησις, εως, ἡ, ipsa actio devirginandi, stuprum.

Διόσκουροι, (qui et Διόσκοροι,) Jovis filii, Διὸς κοῦροι, Castor et Pollux, ita per excellentiam dicti Jovis et Ledæ filii: quum alioqui Διὸς κοῦροι dicantur et reges à Stesichoro. Plutarch. de frat. char. ἃ μυθολογοῦσιν ἐπὶ τῶν Διοσκούρων τῆς φιλαδελφίας.

[Διοσκούρειον. Demosth. de Falsa Legat. ἀλλ' ἐν τῷ πανδοκείῳ τῷ πρὸ τοῦ Διοσκουρείου,——ἐνταῦθα ἐγίγνοντο οἱ ὅρκοι, &c. Thucyd. Hist. lib. 4. § 110. τοῦ στρατοῦ ἐκάθεζετο πρὸς τὸ Διοσκούρειον, ὃ ἀπέχει τῆς πόλεως τρεῖς μάλιστα σταδίους. Castoris et Pollucis Templum vocatur, Διοσκούρων ἱερὸν, et Ἀνάκειον.]

Συγκασικόρα, germana soror. Eurip. in Alcest.

Ψευδοκόρη, fictitia et ementita puella.

Composita ex κορίζομαι.

Διακορίζω, devirgino, virginitatem eripio. Hesych. ¶ Item intentis pupillis seu pupulis inspicio: eidem Hesych.

Διακουράζεσθαι, intentis pupillis intueri. Etym. Pro eodem scribitur et διακοράζεσθαι, apud Suid.

Ἐπικορίζω, sperno et rejicio. Aristot. hist. an. l. 9. c. 8.

Ὑποκορίζομαι, subblandiens voco, subblandior, seu blandis verbis compello. Aristoph. in Pluto, εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με, νηττάριον ἂν καὶ βάτιον ὑπεκορίζετο. Item, minuendo seu extenuando verum nomen, nomen speciosius et honestius prætexo. Plut. in Sol. ἀστείως ὑποκορίζεσθαι τὰς πόρνας ἑταίρας. Idem de virtut. mor. καὶ προθυμίας τὰς ἐπιθυμίας ὑποκορίζονται. Sic et apud Plat. et Athen. Interdum exp. contrario modo, tacendo verum nomen falso seu turpiori nomine appello. ut apud Xen. apomn. l. 2. οἱ δὲ μισοῦντές με, ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσι κακίαν. Exponitur etiam, innuo, et indico, apud Plut. symp. 6. probl. 7.

Ὑποκόρισμα, τὸ, malæ rei integumentum, et speciosum ac honestum nomen auribus blandiens. Plutarch. in polit. præcept. Athen. lib. 11.

Ὑποκορισμὸς, extenuatio, qua rei turpi honestum nomen prætexitur. Aristot. rhet. 3. ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθόν.

Ὑποκοριστικὸς, οῦ, ὁ, extenuatorius, diminutivus. Athen. l. 14.

Ὑποκοριστικῶς, blandè, seu subblandiendo. Item more eorum quæ diminutiva à grammaticis appellantur. Athen. l. 7.

Derivata ex κορέω, satio.

Κορέσκω, satio, κορέω. Nic. in Alexiph.

Κορέννυμι, seu κορεννύω, idem quod κορέω, satio.

Κορέννυσθαι dicitur etiam, quum nobis satisfit, et cupiditas nostra acquiescit. Herodian. lib. 1. ὁ δὲ δῆμος κακόρεστο, Item quum abunde aliquid nobis suppetit. Hesiod. in Erg. τοῦ κε κορεσσάμενος νείκη καὶ δῆριν ὀφέλλοις.

Κόρος, ου, ὁ, satietas, fastidium. Il. ν'. Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος. Solon. Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται. Ἐς κόρον, et ἄχρι κόρου, ad satietatem. Luc. Dem. Διὰ κόρον, præ nimia satietate: Philo de vita Mos. lib. 2. Eustathius etiam à κείρω derivat, quod, aliquando significare ἀπλήστως ἐσθίω, annotat. [Æsch. Ag. 373. pl. Eurip. Phœniss. 1685.]

Κόρος est etiam mensuræ quoddam genus quadraginta medimnûm et unius, teste Josepho lib. 3. de antiq. unde ἡμικόριον, dimidia cori pars.

Composita.

Αἰγικορεῖς, caprarii, qui capras satiant et pascunt. Et generaliter aliorum pecorum pastores. Plut. in Sol.

Αἱμακουρίαι, seu αἱμακορίαι, inferiæ, parentationes. Pind. Olymp. ode 1. Sic dictæ putantur, quasi animæ mortuorum saturentur iis, quæ in inferiis ipsis mittuntur.

Ἀκορία, ἡ, insatiabilis aviditas, desiderium insatiabile et inexplebile: ut, ἀκορία τροφῆς.

Ἀκόρεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, insatiatus, insaturabilis. Philo de vita Mos. lib. 2. Soph. in Electra. [V. Æschyl. Pers. 545. αἰχμῆς ἀκόρεστον. 1004. ἀκόρεστα νείκη. Eurip. Med. 640. ἀκόρεστον οἰζύν. Æschyl. Ag. 765. 1011. 1340. 1493.]

Ἀκορέστως, insatiabiliter, inexplebili cupiditate.

Ἀκόρητος, apud Poëtas, idem quod ἀκόρεστος. Iliad. ύ. μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί. Sic Hesiod. in Asp. † 459.† Ἀμφιτρυωνιάδης δεινῆς ἀκόρητος ἀϋτῆς.

Ἀνεπικόρητος, idem quod ἀκόρεστος. Hesych.

Ἀψίκορος, fastidiosus; qui, simul ac gustavit quod appetit, eo fastidito aliud appetit. Aristot. rhet. 2. Τὸ ἀψίκορον, fastidium alia et alia appetens: satietas prioris cum novo appetitu connexa. Plut. in Caio. Luc. de calumn.

Ἀψικορία, idem quod τὸ ἀψίκορον. Plut. de garrul.

Ἀψικόρως, cum fastidio tali quod aliud atque aliud appetit.

Γυιοκόρος, membra ad satietatem usque depascens: ut, γυιοκόροι μελεδῶναι, apud Hesiod. in Erg. † v. 66. ornando corpori deditæ curæ exp. Græv.†

Διάκορος, satur, satiatus. Xen. in Laced. pol.

Διακορὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Plut. in Lyc.

Διακόρως, abunde, affatim, satis superque: ut διακόρως ἔχω, satis superque habeo. Poll.

Κατακορέννυμι, exsatio, exsaturo: idem quod κορέννυμι.

Κατάκορος, idem quod διάκορος, Poll. Item nimius, qui satietatem et fastidium affert. Plut. in Alex. Item insatiabilis, seu insaturabilis. Suid.

Κατακόρως, ad satietatem usque, abunde, &c. Plut. de Herodot. Diosc. lib. 5. Item immodicè, apud Demosth. Item, crebrò. Aristot. rhet. 3.

Κατακορὴς, idem quod κατάκορος, et διάκορος, fastidium afferens. Aristot. rhet. l. 3. Exponitur etiam, fastidiens. Item multus, redundans; quum de re dicitur. Plat. in Phædro. ¶ Item merus, purus, sincerus. Aristot. problem. sect. 30. quæst. 7. Dioscorid. Hippocr.

Κατακορὲς, (*adverbial.*) admodum, plenè, quantum satis est.

Κατακορέως, sufficienter, sincere. Gal. apud Hippocr. comm. περὶ διαιτ. ὀξ.

Προσκορέννυμι, idem quod κορέννυμι.

Πρόσκορος, satur, vel saturitatem afferens.

Προσκόρως, satis superque, abunde. Hermog.

Προσκορὴς, satietatem inducens seu afferens. Luc. Hermog. Exponitur etiam fastidium inducens, et satietate ingratus, nimius. apud Aretham.

Τραπεζόκορος, qui satiatur seu expletur mensis appositis. Phocyl. Vide et in comp. à Κείρω.

Ὑπερκορέω, supra modum satio. Theogn.

Ὑπέρκορος, supra modum satur. Athen. l. 10.

Ὑπερκόρως, satis superque. Poll.

Ὑπερκορὴς, idem cum ὑπέρκορος. Dion. de Claudio Cæs.

ΚΟ'ΡΘΥΣ, υος, ἡ, acervus, agger, tumulus. Theocr. idyll. 10. Εἰς Βορέαν ἄνεμον τᾶς κόρθυος, ἃ τομὰ ὔμμιν, Ἢ Ζέφυρον, βλεπέτω, acervos (aristarum) Boream aut Zephyrum intuentes secate. Et apud Suid. κόρθυν ἄμμου ποιήσας, facto tumulo arenæ.

Κορθύω seu κορθύνω, in acervum colligo, coacervo. Hesiod. in Theog. † 853.† Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν κόρθυνεν ἑὸν μένος, εἵλετο δ' ὅπλα, postquam collegit vires suas, et velut coacervavit.

Κορθύομαι, in acervum colligor. Il. ί. ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν Κορθύεται, in acervum velut attollitur.

ΚΟ'ΡΙΣ, εως, ὁ καὶ ἡ, cimex. Diosc. l. 2. c. 36. κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης. Et Geopon. l. 15. πῶς χρὴ ἀναιρεῖν τὰς κόρεις. Vide et Aristot. hist. an. l. 5. c. 31. Apud Aristoph. in Nub. † 709.† per jocum dicti sunt κόρεις οἱ Κορίνθιοι. [R. 115.] ¶ Item herbæ seu fruticis nomen, qui alias hypericon. Diosc. l. 3. c. 174. ¶ Κορὶς est piscis quidam: Item herba quæ et χαμαίπιτυς. Hesych.

Κόριον, et κορίαννον, sive κορίανον, coriandrum: frutex caule exili, cicutæ odore gravi, &c. quidam existimarunt sic appellatum, quòd folia ejus et caules cimices redoleant. Diosc. Gal. Nic. in Alex. Vide et κόριον in Κορέω. Κόριον ἔνυγρον, à quibusdam appellatur adiantum. ¶ Κορίανον dicitur etiam annulus, qui in indice digito gestatur. Poll.

ΚΟΡΥ'ΒΑΣ, αντος, ὁ, corybas: sacerdos Rheæ seu Vestæ. Luc. de salt. πρῶτον δέ φασι Ῥέαν, ἡσθεῖσαν τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς κουρῆτας, ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι. ☞ Quidam κορύβαντας dictos volunt ἀπὸ τοῦ, κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, more Homericorum ἀντεσμένων: unde et, furore agitatos sic appellari, testatur Strabo l. 10. alii παρὰ τὴν κόρυθα, quòd galeatis incederent capitibus. Sunt etiam qui à κόρη, i. pupilla, deducant, quòd, dum custodirent Jovem, apertis oculis ipsis fuerit dormiendum. Pro eodem dicitur et κύρβας. Hesych.

Κορυβάντιον, templum corybantum. Strabo. l. 10.

Κορυβαντικὸς, corybantius: corybantis proprius, seu ad corybantem pertinens: ut, κορυβαντικὰ σκιρτήματα. Plut. in Erot.

Κορυβάντειος, corybantius. unde in Epigr. κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων.

Κορυβαντώδης, corybantes imitans, furorem corybantum præ se ferens. Lucian.

Κορυβαντιάω, corybantas imitor entheo incessu: vel insanio seu furo more corybantum. Luc. in Herod. Μή με κορυβαντιᾷν ὑπολάβητε, corybantico furore percitum esse. Aristoph. in Vesp. Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς.

Συγκορυβαντιᾷν, (*comp.*) cum alio corybantum more insanio. Plato in Phæd. et apud Suid.

Κορυβαντίζω, corybantum sacris initio. Aristoph. in Vesp.

Κορυβαντισμὸς, lustratio, seu expiatio, quæ à corybante fit ære canoro.

ΚΟ'ΡΥΖΑ, ης, ἡ, gravedo: crudi humoris è capite in nares distillatio: morbus cerebri, de quo vide Gal. de loc. aff. lib. 1. et Aët. serm. 9. c. 59. Cels. l. 4. c. 2. ¶ Item mucus narium, pituita, seu humor crassior, qui per nares destillat. Gal. com. in progn. Hippocr. Apud Luc. de conscrib. hist. λήρου πολλοῦ καὶ κορύζης συγγραφικῆς γέμουσα, quidam accipiunt pro superbia et fastu: alii pro stultitia seu stoliditate.

Κορυζάω, ῶ, gravedine laboro, muco plenus sum, nares pituita clausas habeo. Luc. in dial. Sim. et Pol. Plato pol. 2.

Βουκόρυζος, (*comp.*) admodum mucosus. ideoque stolidus. Hesych.

ΚΟ'ΡΥΚΟΣ, ου, ὁ, sacculus, marsupium, saccus: apud Suid. Interdum de testium sacculo seu scroto: ut Apsyrtus in Hippiatr. ἐμπίσῃ τὰ ἔντερα εἰς κόρυκον ἢ θυλάκην. ¶ Item pilæ genus quod è pellibus consui solet, ventoque inflatum brachialibus ligneis impellitur: follis, Martiali. Scribitur et κώρυκος per ω.

ΚΟ'ΡΥΜΒΟΣ, ου, ὁ, et κόρυμβον, ου, τὸ, vertex, cacumen, seu eminentia flexuosa; et præcipuè cacumen tale montium, teste Eustath. Herodot. οἴχοντο φεύγοντες ἐπὶ τὸν τοῦ οὔρεος κόρυμβον. Κόρυμβα νηῶν, apud Homer. Il. ί. extremæ navium partes: quidam etiam exp. amplustria. [V. Æschyl. Pers. 661. Κόρυμβα νεώς. 411.] Κόρυμβος dicitur et de coma certo quodam modo nodata: alii comæ ornamentum fuisse dicunt. Eustathius ex Athen. κορύμβους δ' ἀναδούμενοι τῶν τριχῶν, χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόμας ἐφόρουν. In hac significatione dicitur et κορύμβαι, apud Athen. l. 12. ¶ Item caules asparagi, Hesych. Dicitur et de aliis: ut, κόρυμβος κισσοῦ, racemi acini hederæ; quatenus unus corymbus plures racemos, ceu caules, et consequenter plures acinos, habet. Et generaliter, pro ramo; ut, κόρυμβος δάφνης, in Epigr. et, κορύμβους συκῆς. Nonn. ☞ Eustath. à κάρα derivari scribit.

Κορυμβίας κιττὸς, hederæ quædam species, sic appellatæ, quòd racemi ejus in orbem sint circumacti. Vide Theophr. hist. pl. l. 3. et Plin. l. 16. c. 34.

Κορυμβήθρα, à nonnullis dicitur hedera, quod ferat corymbos. in append. Diosc. l. 2. c. 110.

Κορυμβοῦμαι, unde κεκορυμβωμένη κόμη χρυσῷ στρόφῳ, coma aureo vinculo fastigiata, vel aureis corymbis fastigiata.

Composita.

Ἀκροκόρυμβα, idem quod ἄκρα κόρυμβα.

Δικόρυμβος, binos corymbos habens. δικόρυμβον ὄρος, duplicem verticem habens mons, seu duplex cacumen; apud Philostr.

Τετρακόρυμβος, quaternos corymbos habens: ut, τετρακόρυμβος κισσός. in Epigr.

ΚΟΡΥ'ΝΗ, ης, ἡ, clava: propriè ῥάβδος κεφαλωτή. (☞ Παρὰ τὴν κάραν, ut inquit Eustath.) Il. ή. Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας. Theocr. idyll. 26. Δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν, χειροπληθῆ τε κορύνην. ¶ Item metaphor. pro asini veretro. Nic. in Alex. Δεινὸν βρωμήσαντος ἐναλθήσασα κορύνην. Κορύνη βλαστοῦ dicitur geniculatum incrementum, et cacuminum articulatio, in germinatione arborum, à clavæ similitudine: apud Theophr. histor. plant. l. 3. c. 6. ¶ Κορύναι vocantur etiam à quibusdam tam summi humeri quàm cubiti articulus. Poll. l. 2.

Κορυνᾷν, instar clavæ fastigium edere, seu fastigiare se, et velut thyrsum proferre. Theophr. hist. pl. l. 4. c. 12. (de junco.) κορυνᾷ δ' ὅλως ὁ κάρπιμος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ γραμμώδους ἐξοιδήσας.

Κορύνησις, εως, ἡ, germinatio. Hesych.

Κορυνιόεις, εντος, ὁ, clavæ formam habens; vel in clavæ modum fastigiatus. Hesiod. in Asp. †289. V. ibi Grævius.†

Κορυνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod κορυνιόεις. Theophr.

Κορυνήτης, ου, ὁ, clavator, clavarius, i. qui clava utitur in pugna. Il. ή.

ΚΟ'ΡΥΣ, υθος, ἡ, (in accusativo κόρυθα vel κόρυν,) galea, cassis. (☞ Sic dicta à κάρα, caput: alii tamen sic vocatam putant ἀπὸ τοῦ κάρα ῥύεσθαι, quòd caput defendat.) † V. Schol. ad Hesiod. Asp. 198.† Il. π'. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον Ἐγγύθι λαμπομένης. Il. ν'. Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Sic et Il. φ'. et alibi passim. ¶ Item κόρυς, galerita: avis, quæ et κορυδαλὸς ac κορυδαλλὸς, apud Theocrit. idyll. 10. Item κορυδαλλὶς, et κόρυδος, apud eund. idyll. 7. [23. 141.] Exponitur etiam alauda.

Κορύσσω, galea armo: Item generaliter, armo. Iliad. β'. πολεμόνδε κορύσσων, (pro εἰς πόλεμον,) ad bellum armans. ¶ Item incito, tanquam armans ad prælium. Hesiod. in Asp. †148.† κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν. † Sic μάχην. 198.†

Κορύσσομαι, armor. [καθοπλίζομαι. Il. δ'. 274. γ'. 18.] Il. π'. Πάτροκλος δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ. Il. ύ. Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος. (pro κεκορυσμένος.) Sic et alibi apud Homer. Item impetu feror, tanquam armatus ad prælium; furo. Apoll. Arg. 2. κῦμα θαλάσσης Τρηχὺ θοὴν ἐπὶ νῆα κορύσσεται. Sic apud Theocr. idyll. 26. (de nubibus) τὰ δὲ ἄλλα κορύσσεται αὖθις ἐπ' ἄλλοις, aliæ super alias cum impetu sursum feruntur.

Κορυστὴς, οῦ, ὁ, armiger, armatus miles: vel strenuus miles, bellator. ut Il. π'. ἄνδρα κορυστήν. et Iliad. ν'. —— δύω Αἴαντε κορυστά.

Composita.

Ἀντικορύσσομαι, oppugno, ad prælium me comparo, ex Athen.

Ἐπικορύσσομαι, armor, seu me armo adversum. Luc.

Εὐκόρυθος, pulchrè galeatus. Oppian.

Ἱπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, bellator equestris, qui armato equo pugnam init. Iliad. β'.

Τρίκορυς, tres galeas gestans: vel simpliciter armatus. Euripid. in Bacch. [123.]

[Τρικόρυθος. Eurip. Orest. 1480. Οἷος οἷος Ἕκτωρ ὁ Φρύγιος, ἢ τρικόρυθος Αἴας. &c. Vide Schol.]

Χαλκοκορυστὴς, ære seu æreis armis armatus: † Hes. Th. 984.† Item simpliciter, armatus. Il. π'. Ἕκτορα χαλκοκορυστήν.

ΚΟΡΥΦΗ', ῆς, ἡ, vertex, pars capitis inter sinciput et occiput, media, et summa: seu (secundum alios) linea illa capitis, qua capilli alii ad dextram, alii ad sinistram adversi distinguuntur. Poll. ex Arati iatricis: —— ὅππωσα καρήατα πολλὰ μὲν αὔτως Μεσσατίης κορυφῆς μούνῃ συνεεργμένα γραμμῇ. Tribuitur et equo, apud Xenoph. de re equest. [Æsch. Suppl. 96.] ¶ Item vertex, cacumen, fastigium, apex. Il. β'. Οὔρεος ἐκ κορυφῆς. Il. λ'. Ἴδης ἐν κορυφῇσι. Sic et apud Thucyd. et Herodot. ¶ Item summa, caput, metaphorice. ut, κορυφὴ τοῦ λόγου, summa vel caput sermonis. Plato in Cratylo, ἔρχομαι γὰρ ἐπὶ τὴν κορυφὴν ὧν εἴρηκα. Sic Plut. de prud. anim. ἵνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιθεὶς ἑαυτῷ παύσηται. ¶ Item pars ossis quod κόκκυξ τρητὸς dicitur, quæ anum versus inclinat. Poll. ¶ Κορυφὴ dicitur etiam ornamentum quoddam muliebre, quod et πλοκαμὶς, teste Eustath. ¶ Κορυφαὶ digitorum extremitates internæ, quas quidam vertices vocant. Poll. ☞ Etymologus κορυφὴν dictam esse scribit quasi τῆς κάρης ὀροφήν: aut à κρύπτω deduci, ut sit quasi κρυφὴ, quòd ea pars capitis crinibus tegatur.

Κορυφαῖος, ου, ὁ, q. d. verticalis, aut in vertice positus: supremum locum obtinens, supremus, præcipuus: Luc. de calumn. Plut. ad Col. περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος, excellentissimus, seu eminentissimus. Apud Herodian. l. 7. κορυφαῖον τέλος, expon. fastigium. Κορυφαῖος χοροῦ, dicitur præsultor in choreis: apud Aristot. pol. 3. et de mundo. Et, κορυφαῖος Ζεὺς, Capitolinus Jupiter: apud Pausan. Κορυφαῖον, retis pars. Κορυφαία, habenæ pars, summum equi caput cingens.

Κορυφαιότης, summitas.

Κορυφόω, ῶ, f. ώσω, in verticem attollo, fastigio, consummo.

Κορυφοῦμαι, in verticem attollor, fastigior, consummor, apud Basil. et Strab.

Composita.

Ἀκόρυφος, verticem seu fastigium non habens. Apud Hesych. exp. innumerus, multus.

Ἀποκορυφόω, in verticem conformo, apud Polyb. Apud Herodot. in Terpsichore, Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἀποκορύφου σφι τάδε, quidam exp. amicitiam regiam verbis extollebat, vel gloriosè respondebat: alii, summatim hæc respondit.

Δικόρυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. bivertex,) duplicem habens verticem. [Aristot. de Hist. Animal. γίνονται γάρ τινες δικόρυφοι, οὐ τῷ ὀστῷ, ἀλλὰ τῇ τριχῶν λυσάσει. Eurip. Phœn. 234. Ἰὼ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας, ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων, &c. Schol. δικόρυφον αὐτὸν εἶπεν, ἐπείπερ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνάσσου εἰσὶν ἱερὰ, τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου.]

Δικόρυφοι dicuntur ii, quibus geminum est discerniculum capillorum, seu linea illa quæ capillos in duas partes discernit.

Ἐκκορυφόω, ῶ, summatim dico, à principio et velut à capite incipiens expono. Hesiod. in Erg. ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω.

Ἰσοκόρυφος, q. d. æqualem verticem habens, æquè eminens: ut, ἰσοκόρυφοι πόλεις, urbes æqualis excellentiæ. Dion. Halic.

Μελαγκόρυφος, atrum verticem habens: nomen avis, apud Aristot. [Av. 888.] quæ à Gaza vocatur atricapilla. Eadem dicitur συκαλὶς, id est, ficedula.

Τρικόρυφος, triplicem habens verticem, apud Steph. et Strab.

ΚΟ'ΡΧΟΡΟΣ, ου, ὁ, Hesychio et Suidæ est olus quoddam sylvestre vile; unde proverb. καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις. utpote vix dignus, qui oleribus annumeretur. Sic et Theophr. hist. pl. l. 7. c. 7. (de oleribus quibusdam agrestibus:) ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι διὰ πικρότητα κόρχορος. A Plin. quoque l. 21. c. 15. numeratur inter vulgares in cibis herbas. ¶ Sunt qui κόρχορον dicant esse piscem quoque, εὐτελὲς ἔδεσμα etiam ipsum, teste Suida; qui addit, dici de hominibus vilibus, et iis, qui majores sibi honores arrogant, quàm quantis digni sint. Scribitur et κόρκορος per κ.

ΚΟΡΩ'ΝΗ, ης, ἡ, cornix. Hesiod. in Erg. Μή τι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη, garrula cornix. Athen. l. 13. ex Archilocho, Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας. Oppian. l. 3. de ven. Αἰετόεντά τε φῦλα, πολύζωοί τε κορῶναι, vivaces cornices, seu annosæ. Apud Homer. Odyss. έ. Σκῶπές τ', ἴρηκές τε, τανύγλωσσοί τε κορῶναι Εἰναλίαι. per marinas coronas quidam intelligunt mergos, aut fulicas, teste Eustath. ¶ Item marculus ferreus, quo fores pulsantur, vel annulus quo fores attrahuntur. Od. ά. Βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο, θύρην δ' ἐπέρυσε κορώνῃ Ἀργυρέῃ. Sic et Od. ή. et φ'. Item summitas in curvamine arcus: vel curvatura in arcu, ubi figitur ex utraque parte nervus. Il. δ'. (de fabricatore arcus:) Πᾶν δ' εὖ λειήνας, χρυσῆν ἐπέθηκε κορώνην. Hinc proverbialiter, χρυσῆν ἐπιτιθέναι κορώνην, felicem finem alicui rei imponere, teste Eust. Et generaliter, quævis summitas: ut Artemid. ἔδοξέ τις τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ ἄχρι τῆς κορώνης τετριχῶσθαι, ad summum usque glandem. Item omne quod incurvatum est. Item γένος quoddam ἐπιπλοκῆς, Eust. ¶ Item inflexum illud quod in navis puppi visitur: Arat. ὅταν δὴ ναῦται ἀποστρέψωσι κορώνην, Ὅρμον ἐσερχόμενοι, i. Obvertunt navem magno cum pondere nautæ, Adversamque trahunt optata ad littora puppim. ut vertit Cicer. ¶ Item apex ligni inter utrumque bovem in aratro protensi: unde in illo oraculo, Ἰστοβοῆϊ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην. ¶ Κορώνη sive κορωνὸν dicitur etiam ossis apophysis, in finem acutum desinens; cujusmodi habetur una utrinque in osse genæ inferioris, tendinem à temporali musculo descendentem excipiens: sic appellata quòd cornicis rostro similis sit. ¶ Capitis κορῶναι vocantur δύο ὑπὸ τὴν παρεγκεφαλίδα ἐνίζουσαι προβολαὶ εἰς τὰς δύο κοιλότητας τὰς ἐν ταῖς πλαγίαις τοῦ ἐπιστροφέως σφονδύλου. teste Poll.

Κορώνη, corona. Eust. Hesychio verò est εἶδος στεφάνου. Eidem κορῶναι sunt τὰ περιφερῆ σχήματα.

Derivata ex κορώνη, cornix.

Κορωνιδεὺς, έως, ὁ, cornicis pullus. Hesych. et Eust.

Κορώνεως, ω, ἡ, ficus, cujus fructus sunt colore cornicis nigro. Aristoph. in Pace, τὴν κορώνεών γέ μου Ἐξέκοψαν.

Κορωνίζω, cornicis colligo stipem: de circulatoribus quibusdam, qui cornicem circumferentes, stipem ei corrogabant, cantilenam quandam canentes; de qua Athen. l. 13.

Κορώνισμα, τὸ, carmen, quod illi circulatores, cornici stipem corrogantes, canebant.

Κορωνιστὴς, οῦ, ὁ, circulator, qui cornici stipem mendicat. Athen. l. 13.

Composita.

Πεντακόρωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui quinque cornicum ætates vixit. Epigram. lib. 2. πεντακόρων' Ἑκάβη, ô Hecuba quæ quinque cornicum ætates vixisti.

Τετρακόρωνος, epith. cervi, apud Hesiod. quòd quatuor cornicis ætates vivat.

Τρικόρωνος, qui tres cornicis ætates degit, cujus vita est admodùm longæva.

Derivata ex κορώνη, i. summitas vel curvatura.

Κορωνὶς, ίδος, ἡ, dicitur navis: vel quæ nigra est, vel in qua summitates inflexæ sunt, teste Eust. vel in qua puppis incurva est, ut vult schol. Arati. Il. ά. Οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσι. Sic et Il. β'. et Od. τ'. Tribuitur et bobus qui cornua in summitatibus inflexa habent, apud Theocr. idyll. 26. οἵ τ' ἐπὶ βουσὶ κορωνίσι βουκόλοι ἦσαν. ¶ Item substantivè, coronis, i. linea brevis in extrema parte aliquantùm incurvata, quæ in comicorum et tragicorum fabulis adhibetur: schol. Aristoph. ¶ Sic dicebatur etiam

nota, quæ in calce libri appingi solebat, unci figura, ad significandum finem, quam et Martialis coronidem appellat: Plut. de fortuna Alex. ¶ Item fastigium, summitas et apex in re aliqua; idem quod κορυφή. unde, κορωνίδα ἐπιτιθέναι, fastigium et finem imponere rei alicui, apud Luc. de hist. scrib. Greg. in Euseb. Plut. de disc. adul. ab amico.

Κορωνὸς, οῦ, ὁ, elatus, cervicem in altum efferens. Etymol. ex Archilocho, Βοῦς ἔστιν ἡμῖν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ Κορωνὸς, ἔργων ἴδρις.

Κοράνιος, incurva et lunata cornua habens. Hesych.

Κορωνιάω, cervicem vel cornua effero. Hesych. Item incurvus et lunatus sum: unde apud Hesiod. in Theog. κορωνιόωντα πέταλα, instar lunæ inflexa folia: legitur tamen ibi etiam, κορυνιόωντα, à Κορύνη. † In Asp. 289.†

ΚΟ'ΣΚΙΝΟΝ, ου, τὸ, cribrum. Aristoph. in Nub. † 372.† διὰ κοσκίνου οὐρεῖν, mingere per cribrum. Plato Polit. 2. τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους ἐν ᾅδου κοσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν, cribro aquam ferre. ¶ Apud Psellum esse dicitur figura, quæ collectione numerorum perficitur, eò quòd velut per incerniculum quoddam dilabantur primi quilibet numeri. Hesychio κόσκινοι sunt aves domesticæ, aves quæ domi nostræ aluntur: ut gallinæ, anseres, perdices et similes.

Κοσκινεύω, cribro. Plutarch. de placit. philosoph.

Κοσκίνιον, ου, τὸ, cribellum. Athen. l. 14.

Κοσκινηδὸν, cribri modo, in modum cribri. Luc. in Tim.

Κοσκινίζω, cribro.

Τυροκόσκινον, ου, τὸ, (*comp.*) caseus cretus incerniculo, ut quidam interpr. apud Athen. l. 14. Alii, cribrum quo caseus cernitur.

ΚΟΣΚΥΛΜΑ'ΤΙΑ, τὰ, coriorum et pellium minuta præsegmina. Hesych. Suid. et schol. Aristoph. Metaphoricè, seu abusivè, apud Aristoph. in equit. ἤκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα, Κοσκυλματίοις ἄκροισι τοιαυτὶ λέγων. pro, εὐτελέσι ῥηματιδίοις, sive λογαρίοις εὐτελέσι, in modum τῶν κοσκυλματίων.

ΚΟ'ΣΜΟΣ, ου, ὁ, ordo, τάξις. (☞ A κομῶ, significante ἐπιμελοῦμαι.) Herod. οἱ δὲ Πέρσαι ἑσσηθέντες ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. Thucyd. lib. 3. καὶ πολλοὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἀτάκτως, καὶ οὐδενὶ κόσμῳ προσπίπτοντες, i. incompositè. Luc. in Zeuxide, ἐκκλίναντες σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφευγον. Exponitur etiam, εὐταξία, à schol. Thucyd. ¶ Item modus et ratio: unde, κατὰ κόσμον, apud Hom. modo et ratione, ordine, decenter, ritè, aptè, convenienter. † Apollon. Arg. 1. 333.† (κόσμῳ. adverbialitèr. Æsch. Pers. 400. 835. Eurip. Med. 952. pl. Æsch. Ag. 364. 530.) ¶ Item disciplina; sæpè apud Thucyd. Ab Hesychio exponitur et κατάστασις. Apud Aristot. et Isocr. in Panath. κόσμος πολιτείας, ratio republicæ rectè atque ordine constitutæ. ¶ Item ornamentum, ornatus. Isocr. ad Nic. τρύφα μὲν ταῖς ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις. Herodian. lib. 3. καὶ πάντα τὸν κόσμον καὶ κειμήλια ἁρπάσαντες, Sic apud Xen. Pæd. 8. ac Plat. l. 2. de rep. γυναικεῖος κόσμος, ornamenta muliebria. Interdum decus, laus. Thucyd. l. 1. οἷς κόσμος, καλῶς τοῦτο δρᾶν, quibus laudi est, id facere egregiè. Soph. in Ajace, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, mulieribus silentium laudem affert, vel ornamentum. Apud Homerum Od. θ'. ἵππου κόσμον ἄεισον. Eustathius κόσμον esse dicit τὴν εὔκοσμον ἐπίνοιαν καὶ μέθοδον, καὶ τὴν ἔνδον αὐτοῦ ἡρωϊκὴν διάταξιν, καὶ, ὡς εἰπεῖν, στρατηγικήν. † Κόσμος τοῦτ' ἔστιν ἐμοί. Aristoph. Nub. 911. et Xen. Pæd. 2. 57. a. ornamento hoc mihi est.† ¶ Κόσμοι, magistratus Cretensibus, qui ἔφοροι Lacedæmoniis: Aristot. Polit. l. 2. c. 8. ¶ Κόσμος, mundus, orbis mundi, totius naturæ systema. unde Diogenes, apud Luc. se dicit esse κόσμου πολίτην. ¶ Item, incolæ mundi, humanum genus, seu omne, seu certum. Nonn. Οὕτω γὰρ πολύμορφον ἐφίλατο κόσμον ἀλήτην, &c. Peculiariter interdum pro cœlo, ut exp. l. 2. Epigr.

Κοσμικὸς, οῦ, ὁ, mundanus, ad mundum pertinens. Chrysost.

Κόσμιος, ου, ὁ, qui est moribus compositis, moderatus, modestus: Plato polit. 1. Apud Lysiam κόσμιος appellatur qui legibus paret.

Κοσμίως, moderatè, modestè, ut decet eum qui est compositis moribus. Luc. in Hermot. † Xen. Pæd. l. 5. p. 131. a.†

Κοσμιότης, ητος, ἡ, moderatio, modestia. Isocr. in Panath. et Aristoph. in Pluto.

Κοσμέω, ῶ, ordino, distribuo, compono: ut Il. μ'. Πένταχα κοσμηθέντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο. (Κοσμέω λόγους. Eurip. Med. 557. Aristoph. R. 1059. Soph. El.) Item adorno, instruo, apparo. † Xen. Pæd. 1. 3. 2. et 3.† Odyss. ή. —— καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει. Item orno, honesto. Hesiod. in Erg. Ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, ornavit, seu exornavit. † Theog. 573.† Thuc. l. 2. ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν. Sic dicitur, τιμαῖς κοσμεῖν, in majus offerre, ornando honoribus, apud Herodian. lib. 7. † orno, alicui esse ornamento. Xen. Pæd. 2. 57. a.† ¶ Κοσμεῖν dicuntur etiam οἱ κόσμοι magistratus, quum magistratu suo funguntur.

† Κοσμέομαι pass. ornari. Xen. Pæd. l. 3. p. 77. b. et ibid. e. κοσμούμενοι ἐν ὅπλοις.†

Κόσμημα, τὸ, ornamentum, insigne. Plato de leg. † Xen. Pæd. p. 284. e.†

Κόσμησις, εως, ἡ, ornatio, exornatio. Aristot.

Κοσμητὴς, οῦ, ὁ, ornator, exornator. † Xen. Pæd. p. 241. e.† Exponitur et moderator, item ordinator.

Κοσμητικὸς, ornandi vel ordinandi peritus.

Κοσμήτωρ, ορος, ὁ, ordinator, moderator, dux. Iliad. ά. δύω κοσμήτορε λαῶν.

Κοσμάριον, ου, τὸ, q. d. parvum ornamentum, apud Hesych.

Composita.

Ἄκοσμος, ου, ὁ καὶ ἡ, inordinatus, indigestus, incompositus. Il. β'. Item inornatus, incultus, incomptus. (Æsch. Pers. 470.)

Ἀκόσμως, ου, ὁ, inordinatè, indigestè, incompositè. [Æschyl. Pers. 374. οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως, ἀκράντως ἐπεσσι. Schol. ἀτελειώτων ἐφήψατο λόγων. Schol. Νεώτ. οὐδὲ λόγων ἐφήψατο ἀδυνάτων τελεσθῆναι.]

Ἀκοσμία, ἡ, status rerum perturbatus, res incompositæ. Synes. epistol. 104. Exponitur etiam congeries rerum confusa, apud Aristot. de mundo, et Plut. in lib. de animi procr. Item dedecus, et rerum indignitas. Plut.

Ἀκοσμέω, ῶ, incompositè me gero, aut indecenter seu inhonestè; facio aliquid contra decorum, aut officium. Soph. in Antig. Ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν. Exponitur etiam, munere meo perperam fungor: vices meas non obeo, apud Demosth. et Lysiam.

Ἀκόσμητος, incompositus, indigestus. Item inornatus, incomptus. Dion. Areop.

Ἀκοσμήτως, incompositè. Item inornatè, incomptè. Plat. de leg.

Ἀκοσμήεις, idem quod ἄκοσμος.

Ἀντικοσμέω, ῶ, vicissim orno, seu contrà orno.

Ἀποκόσμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui procul à mundo degit, qui in secessu et monasterio vivit. apud Greg.

Ἀποκοσμέω, ῶ, aufero, amoveo, recondo, quæ ordine collocata erant. Od. ή. —— ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός. ¶ Item ornatum adimo, ornatu privo. Greg.

Γυναικοκόσμοι, Athenis dicti fuerunt, qui petulantiores mulieres afficiebant mulcta, proposita publica scriptura mulctæ in platano Ceramico. Athen. lib. 6.

Διάκοσμος, ordo et rerum digestio numeros omnes concinnitatis habens: apud Luc. et Aristotel. Item pro διακόσμησις.

Διακοσμέω, ῶ, ordino, distribuo, digero. † Xen. Pæd. p. 220. c.† Item compono, adorno, instruo. Il. β'. Ὡς τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα Ὑσμίνην δ' ἰέναι. Thucyd. lib. 1. Ἱππάρχῳ περιτυχόντες τὴν παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι. Sic et apud Aristot. de mundo, et Plut. de primo frigido. Exponitur etiam, rectè et ordine constituo; item guberno. unde pass. apud Plat. de leg. οὕτω τούτων διακεκοσμημένων. † rectè instrui. Xen. Pæd. l. 3. p. 78. b.†

Διακόσμησις, ordinatio, distributio. Item constitutio, gubernatio. Plato de leg.

Decomp. Ἀδιακόσμητος, inexornatus: vel qui compositè distinctus et distributus non est.

Συνδιακοσμέω, ῶ, simul ordino, simul compono.

Ἐγκόσμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui est intra mundum, qui versatur in mundo.

Ἐγκοσμέω, ῶ, colloco ordine, seu dispono in. Odyss. ό. Ἐγκοσμεῖτε τὰ τεύχε' ἑταῖροι νηὶ μελαίνῃ.

Ἐπικοσμέω, ῶ, ornatum addo, cohonesto. apud Aristot. in pol. et Demetr. Phal. † Cum acc. person. et dat. rei. Xen. Pæd. p. 185. c.†

Decomp. Συνεπικοσμῶ, unà orno, ad ornatum addendum juvo. Xen.

Εὔκοσμος, bene ordinatus: cui oppon. ἄκοσμος. Thuc. l. 1. † Superl. apud Xen. Pæd. 2. 56. b.† (Æsch. Pers. 481.)

Εὐκόσμως, ordinatè, compositè. Item ritè atque ordine, decore. Exponitur etiam ornatè, concinnè, apud Diog.

Εὐκοσμία, decentia, modestia, elegantia, mores compositi. Isocr. Herodian. et Xen. Pæd. 1. † p. 4. a. et l. 8. p. 205. e.†

Εὐκοσμέω, ῶ, modestè me gero, officio meo fungor.

Εὐκόσμητος, idem quod εὔκοσμος, Hom.

Κατακοσμέω, ῶ, compono, digero in ordinem, apto. Plato, εἰς τὸν ἑαυτοῦ δρόμον κατακοσμούμενος ᾔει, ratione et ordine constitutus. Apud Plut. in Romulo: κατακοσμοῦντες ἑαυτοὺς, exp. colentes observantesque se invicem.

Κατακόσμησις, digestio rerum et apta compositio. Plat.

Decomp. Ἀκατακόσμητος, inexornatus. Item indispositus, decenti ordine non distinctus. Plut. de defectu orac.

Συγκατακοσμέω, compono. Plut.

Κοροκόσμιον, ου, τὸ, puellarum seu virginum ornamentum. Suid.

Μετακοσμέω, ῶ, q. d. aliter compono, in alium statum compono, seu in aliam formam.

Μετακόσμια, intermundia. Cic. de fin. l. 2.

Μετακόσμησις, alia compositio. Plut. Luc. ἢν ταῦτα ἐπανορθώσῃς καὶ μετακοσμήσῃς. [Plat. de Leg.]

Νεκροκόσμος, qui defunctos ornat, aut defunctorum funera exornat. Plut.

Παρακόσμως, indecorè, indecenter. Joseph.

Προκόσμιος, (q. d. antemundanus,) qui fuit ante conditum mundum.

Προκόσμημα, τὸ, q. d. anteornamentum. Exponitur etiam, externus cultus: ex Laërt.

Προσκοσμέω, orno, adorno. Plut.

Συγκοσμέω, ῶ, simul honesto, cohonesto, ex Xen. † Pæd. 2. 50. b.†

Τριχοκοσμητὴς, οῦ, ὁ, comæ ornandæ artifex.

Ὑπερκόσμιος, (q. d. supramundanus.) Unde, ὑπερκοσμίους ἐκφαντορίας, exponunt, rerum cœlestium explanationes, apud Areop.

Φιλόκοσμος, ornatus amans seu cultus, cultus studiosus; apud Strab. et Chrysost. Item qui amat mundum, i. res mundanas.

Φιλοκοσμία, ornatus studium, cultus studium.

ΚΟ'ΣΣΥΦΟΣ, et Atticè κόττυφος, ου, ὁ, merula, avis de qua Aristot. hist. an. l. 9. c. 19. Ælian. Oppian. ¶ Est et piscis nomen, quem Plin. quoque merulam vocat.

ΚΟ'ΣΤΟΣ, ου, ὁ, costus: aromatis genus, de quo Theophr. hist. pl. l. 9. Diosc. l. 1. c. 15. et Plin. l. 12. c. 12.

ΚΟ'ΣΥΜΒΟΣ, ου, ὁ, pro nodo et ἀναδέσματι accipitur. Exod. 28. οἱ κόσυμβοι τῶν χιτώνων ἐκ βύσσου, nodi tunicarum ex bysso. Pollux. Et pro crinium nodo accipitur, lib. 2. tit. de tonsura et crinibus. Exponitur etiam, vestis fimbriata.

Κοσυμβωτὸς, nodatus seu nodis substrictus. Ut Exod. 28. ποδήρην, καὶ χιτῶνα κοσυμβωτὸν, togam talarem, et tunicam nodis substrictam. Ab Hesych. exp. et κροσσωτὸς, fimbriatus. Scribuntur hæc et gemino σ apud eundem Hesych.

ΚΟ'ΤΙΝΟΣ, ου, ὁ, oleaster, oliva sylvatica. Plut. in Fab. σκληρότερον δὲ προσφέρεσθαι καὶ βιαιότερον, ἥπερ οἱ γεωργοῦντες ἐρινεοῖς, καὶ ἀχράσι, καὶ κοτίνοις, quàm agricolæ caprificis, piris sylvaticis, et agrestibus olivis. Item corona ex oleastro, qua olympicis ludis donari solebant qui vicissent. unde Archias Epigr. lib. 1. (de quatuor Græciæ certaminibus, Olympico, Pythio, Isthmio, Nemeo:) ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Sic Pausanias, ἥττητο, ἤδη ἐπικειμένου τὸν κότινον, quum ei jam imponeretur corona ex oleastro. ¶ Exponitur etiam acinus, apud Theophrast. hist. pl. l. 2. c. 8. (de vite:) ἧττον ἀποβάλλειν τοὺς κοτίνους.

Κοτινὰς ἐλαία, olea in oleastrum inserta. Hippocrat. de morb. lib. 3. pro bacca oleastri accipere putatur, quum dicit, νήστει δίδου ἄνθος χαλκοῦ ὅσον κοτινάδα.

Κοτινοῦσαι, rectiùs κοτινοῦσσαι, per contractionem ex κοτινόεσσαι dicuntur insulæ quædam, ob oleastrorum uberem proventum.

ΚΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, ira vetus, ira diu in mente reposita, vindictæ occasionem quærens: plus est quàm ὀργὴ, χόλος, μῆνις. Iliad. ά. Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ. Iliad. θ'. Ὀλλῦσαι Τρῶας, τοῖσιν κότον αἰνὸν ἔθεσθε. Iliad. π'. τοῖσιν κότον αἰνὸν ἐνήσεις, contra quos irarum habenas, quas diu strinxisti, effundes. (Æsch. Ag. 465. 644. 777. 1220. 1270. 1650. Eum. 420. Aristoph. R. 868. cum Sch. ibid.) Interdum pro μῆνις seu χόλος ponitur, teste Eustathio. ☞ Qui etiam à κεῖμαι derivari scribit, quòd sit χόλος ἀπόθετος. Quod etymon Homerus quoque innuere videtur, quum dicit, κότον ἔνθετο θυμῷ, et κότον ἔθεσθε.

Κοτήεις, εντος, ὁ, iratus, vel graves animo iras premens. Il. έ. θεός νύ τις ἐστὶ κοτήεις.

Κοτέω, f. ήσω, et έσω, irascor: vel æstuo ira, quam diu pressi sub pectore. Il. ά. σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος, non moveor tuis iris, quas alta mente repostas coquis seu premis. Cum genitivo rei, cujus causa irascimur. Ut Iliad. δ'. Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ἐπισσείησιν ἐρεμνὴν Αἰγίδα, τῆσδ' ἀπάτης κοτέων, fraudis hujus nomine graves alta mente reponens iras, seu memori ira prosequens hanc fraudem. Et cum dativo. Ut apud Hesiod. in Asp. † 403.† —— λέοντε δύω ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο Ἀλλήλοις κοτέοντε, mutua ira æstuantes nomine cervæ. † In Theog. 315.† Idem in Erg. Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει. Particip. κεκοτηκὼς, iratus, ira accensus. Od. ί. † Κοτέω cum inf. sic κοτέων μάχεσθαι, incensus ad pugnam. Hesiod. Asp. 176.†

Κοτέομαι, idem quod κοτέω. Il. ψ'. Τυδέος υἷϊ κοτέσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. Il. β'. τῷ δ' ἄρ' Ἀχαιοὶ Ἐκπάγλως κοτέοντο νεμεσσηθέντ' ἐνὶ θυμῷ.

Κοταίνω, idem quod κοτέω. Æschyl. [Sept. c. Theb. 490. πῶς νιν Ζεὺς νεμέτωρ ἐπίδοι κοταίνων.]

Composita.

Ἄκοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui graves et veteres iras alta mente repostas non habet. Hesych.

(Βαρύκοτος. Æsch. Eum. 785.

Ἔγκοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui veteres iras animo conditas habet: vel iratus. Suid. ex epigr. τίς φθόνος αἰὲν Θησείδας

ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει; Utitur et Herodot. (Æsch. Ch. 391. 924. 1054.)

Ἐγκότως, irato animo, iracundè.

Ἐγκοτέω, ῶ, idem quod κοτέω. Eust. (Æsch. Choëph. 39.)

Ἐγκότημα, et ἐγκότησις, ira: vel vetus et gravis ira: idem quod κότος. apud Hesych. et Oseæ cap. 9. in versione Aquilæ.

Ἐπίκοτος, iratus. Æschyl. [Prometh. 603. ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα. Schol. ad 601. δαμασθεῖσα μήδεσι καὶ βουλεύμασι τῆς Ἥρας ἐπικότοις καὶ ὀργίλοις, καὶ μανικοῖς. Sept. c. Theb. 792. ἐφῆκεν ἐπικότους τροφάς. Schol. ἐπιβλαβεῖς δ' ἐντολὰς περὶ τροφῶν ἐφῆκεν αὐτοῖς. Schol. β'. ἔπεμψεν ὀργίλας ἀνατροφάς.] Ἐπίκοτα, exp. culpanda, et ob quæ meritò quis irascatur. Hesych. ex Soph. Nauplio.

Ἐπικότως, iratè, iracundè: Æschyl. in Prometh.

Ζάκοτος, valde iratus, qui vehementer exæstuat ira, quam diu profundo pectore pressit: Il. γ'.

(Νεόκοτος. Sch. ex. νεωστὶ κατεσκευασμένος. Æschyl. S. c. Th. 809. νεωστὶ μηνυθείς. Pers. 256.)

Παλίγκοτος, qui vicissim alicui irascitur, seu qui, iratum alium videns, vicissim et ipse se ostendit iracundum. Theocr. idyll. 23. Ἄγριος εἶ πρὸς πάντα παλίγκοτος. Exponitur et simpliciter, iracundus, apud Aristoph. μὴ γένῃ παλίγκοτός τις ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν, ne sis ita iracundus ut rogantes nos juvare nolis. (Æsch. Ag. 580. 872. 883. Suppl. 381.)

Παλιγκότως, animo vicissim irato, seu simultatem gerente. Exponitur et, iracundè, apud Herodot. [lib. 4. Eurip. Œnom. 11. Ἔνεστι πάντων τοῦτο πρῶτον εἰδέναι, Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.]

Παλιγκοτία, simultas. Exp. et, offensio: ex Hippocr.

Ὑπέρκοτος, supra modum iratus. (Æsch. Ag. 831.)

Ὑπερκότως, admodum ira inflammato animo, supra modum iracundè. Eurip. in Herc. furente. [1087.] (Æsch. Ag. 831.)

ΚΟ'ΤΤΑΒΟΣ, † Aristoph. Nub. 1069.† Atticè pro κόσσαβος, ου, ὁ, cottabus: ita vocatur genus convivialis lusus, à Siculis primùm repertum, mox à Græcis, et plerunque à juvenibus amantibus, usurpatum. In eo quum bibissent, reliquum sic à poculo ejiciebant ut id resonaret. Erat et aliud genus lusus quod fiebat in pelvi. Ea implebatur aqua; cui innabant ὀξύβαφα vacua: in quæ ex carchesiis dejiciebant τὰς λατάγας· quique plura vascula submersisset ista τῶν λαταγῶν dejectione, is superior evadebat. Vide Athen. initio lib. 15. Poll. lib. 6. cap. 19. Pro ludo ponitur apud Eurip. in Œneo, Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι Κάρα γέροντος. τὸν βάλλοντα δὲ στέφειν Ἐγὼ τετάγμην, ἆθλα κοττάβων διδούς. ¶ Sic nominatur etiam vinum quod è poculo in pelvim suppositam demittebatur in vascula ei innatantia: alio nomine dictum λάταξ seu λαταγή: apud Athen. Itidem Eurip. in Plisthene, πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς Κυπρίδος προσῳδὸν ἀχεῖ μέλος ἐν δόμοισι.

Κοτταβεῖον, dicebatur ea pelvis, ut docet Dicæarchus apud Athen. l. 15. Item vas, in quod injiciebant τὰς λατάγας. Ut et κότταβος, ibidem. Item præmium illud quod reportabat qui cottabo vicisset. Poll. Scribitur et κοττάβιον, pro eodem, apud Athen.

Κοτταβικὸς, adject. cottabicus, ut, κοτταβικὴ ῥάβδος, apud Athen. et Poll.

Κοτταβὶς, idem quod κοτταβική. ut, κοτταβὶς κύλιξ, ibid.

Κοτταβίζω, cottabo ludo, cottabo certo: Athen. lib. 11. Ponitur per jocum etiam pro vomere, evomere, ut testatur Pollux l. 6. c. 19.

Κοτταβισμὸς, lusus cottabi, i. actio ludendi cottabo. Athen.

Κοττάβισις, idem. apud Plut. symp. 3. probl. 6.

Composita.

Ἀποκοτταβίζω, in κότταβον defundo, et quidem ita ut sonitum reddat. Xen. Hell. 2. de Theramene, ἐπεί γε τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἀπεκοττάβισε. Metaphoricè Theophyl. ep. 9. ἀπεκοττάβιζον δὲ καθημέραν τὰ δάκρυα. Aliquando absolutè et sine casu ponitur pro, ἀποκοτταβίζει τὸ λειπόμενον: apud Athen. lib. 11. Ponitur et pro vomere, evomere, ut κοτταβίζω. Poll. l. 6. c. 10. et Athen. l. 15.

Ἀποκοτταβισμὸς, dicitur certamen illud potorum, quo postquam biberunt, reliquum sic è poculo ejiciunt ut resonet. apud Athen. lib. 15.

Ἐπικοτταβίζειν, idem quod ἀποκοτταβίζειν, apud Poll. l. 6. c. 19.

Καλλικοτταβέω, ῶ, pro, καλῶς κοτταβίζω, venustè cottabo ludo, eleganter sciteque cottabizo: apud Athen. lib. 11.

Κατακοτταβίζειν, idem quod κοτταβίζειν, vomere seu evomere in: apud Athen.

Μεθυσοκότταβος, ebrius, temulentus: propriè de eo qui jam ebrius cottabo vel potius cottabismo ludit. Aristoph. in Acharn.

ΚΟ'ΤΤΗ, ης, ἡ, dicitur κεφαλὴ, Hesych.

Κοττοὶ, οἱ, eidem Hesych. galli gallinacei, ob cristam quam in capite gestant.

Κοτὶς, occiput, ex Hippocr.

Πρόκοττα, species quædam tonsuræ, quum anterior capitis pars crinita relinquitur, occiput raditur: ut quidam interpr.

ΚΟΤΥ'ΛΗ, ης, ἡ, cavum, cavitas: idem quod κοίλωμα. Athen. l. 11. ex Apollodoro, πᾶν δὲ τὸ κοῖλον, κοτύλην ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, ὡς καὶ τὸ τῶν χειρῶν κοῖλον. ¶ Item cavitas coxæ: Athen. ibid. Et cavitas manus, quæ et vola. Item sinus in quo caput femoris volvitur: propriè tamen ab anatomicis dicitur cavitas ossis profundior, in quam alterum os inseritur. Il. έ. Τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι. ¶ Κοτύλαι dicuntur et cymbala, ut Athen. et Eustath. docent. ¶ Item κοτύλη, vasculum quoddam seu poculum convacum, forma scutellæ. Ut Odyss. ρ'. (de Ulysse mendico:) δώσει δέ οἱ, ὅσκ' ἐθέλῃσι, Πύρνον καὶ κοτύλην. Il. χ'. (de orphano seu pupillo:) Τῶν δ' ἐλεησάντων κοτύλην τις τυτθὸν ὑπέσχε, cotylam præbuit libandam extremis labris. ¶ Est etiam mensura liquidorum, eadem quæ Romanis hemina, ut Diodorus et Heraclitus apud Athen. tradunt. Fuit et aridorum mensura apud Atticos: continens uncias novem mensurales. Thucyd. apud Athen. l. 11. ἐδίδοσαν ἐξ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος, καὶ δύο κοτύλας σίτου.

Κοτυλιαῖος, ου, ἡ, cotylæ mensuram æquans. Laërt.

Κοτύλαιος verò, exiguus instar cotylæ. Æschin. contr. Ctesiph.

Κοτυλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, qui cotylæ formam repræsentat. Athen. l. 11.

Κοτυληδὼν, όνος, ἡ, idem quod κοτύλη, cavitas, ut, κυάθου κοτυληδὼν, apud Nic. in Alex. Item cavum illud in quo femoris caput vertitur: acetabulum. Aristot. hist. anim. l. 1. c. 13. et l. 3. c. 7. ¶ Item umbilicus Veneris: herba folium habens acetabuli figura (unde et nomen) orbiculatim et inevidenter concavum. Dioscor. l. 4. c. 92. ¶ Κοτυληδόνες dicuntur etiam polypodum acetabula, seu concavæ partes in polyporum flagellis sive cirris. Athen. l. 11. et Aristot. hist. an. l. 4. c. 1. Item pro ipsis brachiis, sive cirris, synecdochicè accipi vult Eust. apud Hom. Od. έ. Item ora venarum et arteriarum intra uterum eminentia, et quodammodo nodosa, non multum dissimilia cotyledonis herbæ foliis orbiculatis et parum concavis.

Κοτυλὶς, ίδος, ἡ, concavitas coxendicis, apud Hippocr. ἐν τῷ μοχλικῷ, et lib. 2. de morb.

Κότυλος, ου, ὁ, cotyla: poculi genus, ut κοτύλη, apud Athen. Est et mensuræ nomen apud Marcell. empir.

Κοτυλίσκη, et κοτυλίσκιον, parva cotyla.

Κοτυλίσκος, ου, ὁ, (diminut. à κότυλος,) vocatur parvus crater Baccho sacer, quo sacerdotes ipsius utuntur. Athen. l. 11.

Κοτυλίζω, f. ίσω, heminatim vendo: propriè de vino dicitur: ut apud Aristot. Œc. 2. τοῖς δὲ ἐμπόροις καλῶς εἶχε μὴ κοτυλίζειν. Metaphoricè etiam de aliis quæ particulatim venduntur. Aristoph. Κερνάντες γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν, κοτυλίζετε τοῖς πένησιν.

Δικότυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui duarum cotylarum est: seu duas cotylas habens, i. duas carunculas concavas circa cirros: dicitur de piscibus quibusdam ex eorum genere qui μαλάκια appellantur. Aristot. hist. an. l. 4. c. 1.

Ἐγκοτύλη, ludus quidam, qui et, ἐν κοτύλῃ, de quo Athen. Poll. et Eustath.

Ἡμικοτύλιον, ου, τὸ, cotyla seu hemina dimidiata, dimidia cotylæ seu heminæ pars. Diosc. lib. 5.

Ἡμικοτυλιαῖος, qui est cotylæ seu heminæ dimidiatæ. Idem lib. 8.

Μονοκότυλος, qui unam concavitatem habet in cirris suis seu flagellis; in quo unum tantum acetabulum est. Dicitur de quodam polyporum genere: apud Aristot. loco antè citato.

Τετρακότυλος, quatuor cotylas capiens: apud Athen.

Ὠμοκοτύλη, ἡ, humeri acetabulum. Poll. l. 2.

(ΚΟΥ'ΔΕΛ. Sch. Theoc. ιά. 56.)

ΚΟΥ͂ΡΜΙ, curmi: potionis genus ex hordeo, interdum et ex tritico. Iberis occidentalibus et Britannis usitatum. ut tradit Dioscor. lib. 2. c. 110.

ΚΟΥ͂ΦΟΣ, ου, ὁ, levis, non ponderosus. Theocr. idyll. 11. κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἁδὺ Γίγνετ' ἐν ἀνθρώποις· εὑρῆν δ', οὐ ῥᾴδιόν ἐστι. Idem idyll. 13. Κουφότερ' ὦ παῖδες, πεισεῖσθ' ὅπλα. Plato, λόγου, κουφοτάτου πράγματος, βαρυτάτη ζημία καὶ παρὰ θεῶν ἔπεται καὶ παρὰ ἀνθρώπων. Sic, κοῦφαι ἐσθῆτες, apud Herodian. Et, κοῦφα σπέρματα, apud Theoph. levia semina, i. quæ terram nimia defrugatione non exinaniunt. Item, κούφη ὅπλισις, levis armatura, Philo de vita Mos. l. 1. ¶ Item levis, i. remissus, languidus: ut apud Diosc. ἕψε κούφῳ πυρί. Et, κοῦφαι σικύαι, medicis cucurbitulæ quæ sine scarificatu cutem laxant. ¶ Κούφη ἐλπὶς, seu κοῦφαι ἐλπίδες, levis spes, exigua spes: aut quæ ex levi occasione concipitur, seu cujus concipiendæ levis est occasio, Herodian. lib. 2. quidam exp. bona spes et hilaris, apud Thucyd. lib. 2. † de homine, levis, agilis. Xen. Pæd. p. 212. 4.† ¶ Κοῦφος ἄνθρωπος, homo levis, ventosus, Herodian. lib. 5. Κοῦφαι νῆες, vacuæ naves. † comp. κουφότερος. Xen. Pæd. l. 5. p. 130. c. et l. 8. p. 212. a.†

Κούφως, leviter. Thucyd. lib. 4. ἄνθρωποι κούφως ἐσκευασμένοι, leviter armati. ¶ Κούφως φέρειν, leviter ferre, modicè ferre, moderatè ferre. Eurip. in Medea, κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς. Item κούφως, leviter, temerariè. (Κούφως φερούσῃ. V. Eurip. Med. 450. Æsch. Pr. 700.)

Κουφότης, levitas: cui opponitur βαρύτης, gravitas. Theophr.

Κουφόω, ῶ, levo, allevo. Erot. ex Hippocr.

ΚΩΛΑΚΡΕ'ΤΑΙ, οἱ, quæstores et custodes judicialis pecuniæ et sumptuum in deos, apud Aristoph. in Vesp. vide schol.

ΚΩ͂ΛΟΝ, ου, τὸ, membrum. Specialiter autem pes, ut Eust. tradit. Plerunque ea membra, sive ii artus, κῶλα vocantur, quæ crura et lacerti Latinis. Habet et periodus sua κῶλα, i. membra. Habent etiam strophæ et antistrophæ et epodi sua κῶλα, i. versus. Retibus etiam tribuuntur sua κῶλα. Item κῶλον, intestinum crassum, ordine a ventriculo quintum, medium inter cæcum et rectum. Latinè etiam colon. Celsus interpr. intestinum laxius et plenius. Exponitur etiam alvus. In hac signif. scriptum reperitur etiam κόλον, afferturque etymologia παρὰ τὴν κοιλότητα. (Æsch. Eum. 378. Ag. 352. τρέμουσα κῶλα. Eurip. Med. 1171. Phœniss. 1369. Aristoph. R. 1400.)

Derivata ex κῶλον, i. membrum.

Κωλάριον, ου, τὸ, parvum colon, seu imperfectus versiculus, ut vulgò expon.

Κωλεὸς, οῦ, ὁ, vel ἡ, idem quod κῶλον, teste Gal. Exp. et perna, suffrago.

Κωλεὰ, et per contract. κωλῆ, ἡ, petaso. idem quod κωλεός.

Κωλὴν, ῆνος, ὁ, perna, petaso.

Κώληψ, ηπος, suffrago, aut sura: vel ἡ περὶ τὰς ἰγνύας ἀγκύλη, ut Eustath. a veteribus exponi tradit.

Κώλυμα, τὸ, idem quod κῶλον. At pro impedimento, vide in Κωλύω.

Composita.

Ἄκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, membris truncus. Et specialiter, pedibus carens.

Ἀκροκώλια, τὰ, trunculi, hoc est, extrema membrorum: seu edulia ex trunculis extremorum membrorum parata.

Ἀκροκωλία, ἡ, extremitas membrorum, hoc est, brachiorum, ubi nimirum humeris inseruntur.

Ἀνάκωλος χιτωνίσκος, brevissima tunica, apud Plat. de virt. mul.

Βραχύκωλος, brevia membra habens, brevibus membris constans. Apud Aristot. rhet. 3. περίοδοι βραχύκωλοι, periodi in quibus κῶλα sunt breviora.

Βραχυκωλία, ἡ, membrorum brevitas, cola brevia. Hermog.

Δίκωλος, bimembris, duo membra habens. Dioscor. lib. 2. cap. 106. Apud Rhetores δίκωλος περίοδος, est periodus duorum membrorum.

Ἰσόκωλος, in quo paria membra sunt. Quint. l. 9. c. 3.

Ἰσοκωλία, ἡ, membrorum æqualitas: quum membra omnia æqualia et paria sunt. Hermog.

Μακρόκωλος, membra longa habens. in Geopon. et apud Aristot. Rhet. 3.

Μακροκωλία, longum membrum: quum periodus aliqua longius membrum habet. Hermog.

Μεγαλόκωλος, grandiora membra habens: in quo articulorum internodia magna sunt. Aut, (si de periodo dicatur,) quæ magnis membris seu κώλοις constat.

Μονόκωλος, uno artu porrectus, apud Theophr. Item μονόκωλος περίοδος, quæ unico membro absolvitur. Aristot. Rhet. Sic μονόκωλος λόγος, apud Plut. de puer. educ. unius membri oratio. Et, μέτρον μονόκωλον, apud Poëtas, in quo cola unius modi sunt.

Ὀνόκωλος, pedes asininos habens. Empusæ epith. apud schol. Aristoph. in Ran.

Ὀρθόκωλον, vitium articuli est, quando ob durum aliquem tumorem chorda musculos partem aliquam inflectentes non sequitur, sed perpetuò articulus tenditur, nec inflecti potest, ut annotat Gal. comment. 3. εἰς τὸ περὶ ἰητρ.

Σύγκωλος, exp. solidus.

Τετράκωλος, habens quatuor membra seu artus: vel habens quatuor pedes.

Τρίκωλος, tria membra seu cola habens. Quint. l. 9. c. 3.

Ὑποκώλια, τὰ, internodia.

Derivata ex κῶλον, i. intestinum, &c.

Κωλικὸς, οῦ, ὁ, colicus, ad coli dolorem pertinens: ut, κωλικὴ ὀδύνη, vel κωλικὸν ἄλγημα, coli dolor. Et, κωλικὸν φάρμακον, medicamentum ad coli dolorem sedandum. Gal. lib. 6. de locis aff. Et, ἀντίδοτος κωλικὴ, pro eodem. ¶ Item qui coli dolori obnoxius est, qui plenioris intestini morbo laborat, colicus. Diosc. Scribitur etiam per ο, Κολικός.

Κωλικεύομαι, coli vitio laboro, coli seu intestini plenioris morbo conflictor. Alex. Trall. Scribitur et Κολικεύομαι.

Μεσόκωλον, ου, τὸ, Galenus mesenterium interpretatur, partis vocabulum pro toto accipiens. Sed propriè significare videtur partem eam mesenterii, quæ crassis intestinis continua est, ut quæ pertinet ad tenuia intestina. Hippocr. l. 6. epidem.

ΚΩΛΥ'Ω, F. ύσω, impedio, prohibeo, veto. Plut. in apophth. ἔλεγε, τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κατακελεύειν. Thucyd. κωλύω ὥστε μὴ περιπλεῖν, obsto quo minus circumnaviget. Dem. οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει, nihil obstabit seu nihil causæ erit quo minus perituri sint. † Sic Aristoph. Nub. 1451.† ¶ Κωλύει accipitur etiam pro κωλύεται, apud Thucyd. lib. 1. ut testatur Dionys. Halic. Item κωλύω, inhibeo, reprimo. Herod. καὶ πείθει αὐτὸν κωλύειν τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀλαζονείας, minuere nimiam insolentiam. ¶ Item pro ἀποκωλύω, arceo, prohibeo. Cum gen. Chrysost. Φόβος κωλύει πονηρευμάτων. †Cum gen. rei. Xen. Pæd. 2. 60. d.† Et cum ἀπὸ, Xen. Pæd. 3. ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλύσαι. (Eurip. Phœniss. 953.)

Κώλυμα, τὸ, impedimentum, obstaculum. Luc. de cal. Interdum genit. vel infinitivo, posito genitivi loco. Ut Thucyd. κωλύματα τοῦ μὴ αὐξηθῆναι, quæ obstant et prohibent quo minus augescant. Herodian. lib. 1. κώλυμα δηλητηρίων, medicamentum quo venena prohibentur. Apud Thucyd. lib. 5. κώλυμα θεῶν, obstaculum à diis immissum.

Κωλύμη, ἡ, idem, apud Thuc. l. 1. et 4. et apud Herodian. l. 8.

Κώλυσις, εως, ἡ, impeditio, i. ipsa impediendi actio. [Plat. Sophist.] Item impedimentum, obstaculum. Item obex.

Κωλυτὴρ, ῆρος, ὁ, qui impedit.

Κωλυτήριος, ου, ὁ, impediendi vim habens.

Κωλυτήριον, ου, τὸ, impedimentum, obstaculum. Item id, quod malum quodpiam arcet. Diosc. Exponitur etiam propugnaculum.

Κωλυτὴς, idem quod κωλυτήρ. [Thucyd. Hist. lib. 3. εἴ τις παραβοηθῶν παρὰ τὸ τεῖχος κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως. Vide Notam.]

Κωλυτικὸς, οῦ, ὁ, prohibitorius, impediendi vim habens,

idem quod κωλυτήριος. Alex. Aphrod. φάρμακον κωλυτικὸν ἀνίας.

Κωλυτὸς, οῦ, ὁ, impeditus: et qui prohiberi potest. Epict.

Composita.

Ἀκώλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui impeditus et prohibitus non est, seu qui non impeditur et prohibetur. Luc. in Tim. εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς τοῦ πίθου, καὶ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος, liber exitus, et qui nullis impedimentis prohibetur. Herodian. lib. 2. ῥᾳδία δὲ εἴσοδος αὐτῇ, καὶ ἀκώλυτος, nec accessu prohibebatur. Ἀκώλυτος, apud Christianos, qui, non fungens muniis ecclesiasticis, à consortio fungentium non prohibebatur.

Ἀκωλύτως, sine impedimento, sine obstaculo, nullo prohibente seu vetante. Plato in Crat.

Ἀνακωλύω, arceo.

Ἀποκωλύω, arceo, prohibeo. † Xen. Pæd. 1. 3. 7. et 10. et ἀπὸ σοῦ. ibid.† Cum genit. Greg. ἀποκωλύσαι ναμάτων. Aliquando sine casu. ut apud Plat. Polit. 2. ἀποκωλύει οὐδὲν, nihil vetat. (Eurip. Med. 1413.)

Ἀποκώλυσις, impeditio, impedimentum, prohibitio. Xenoph. [περὶ Ἱππ. cap. 3. §. 11. Τὰς δέ γε τῶν χαλινώσεων καὶ ἀναβάσεων ἀποκωλύσεις, καὶ τἄλλα δινήματα, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον καταμάθοι τις, &c.]

Διακωλύω, impedio, prohibeo, veto, idem quod κωλύω. Plat. pol. 2. τὸν μὲν σκυτοτόμον διεκωλύομεν μήτε γεωργὸν ἐπιχειρεῖν εἶναι ἅμα, prohibebamus, vetabamusque, ne simul et agriculturam exercere aggrederetur. Idem in apol. διακωλύων πολλὰ ἄδικα γίγνεσθαι.

Διακώλυμα, τὸ, impedimentum, obstaculum, id ipsum quo prohibemur, et vetamur facere aliquid. Plato. [de leg. l. 7.]

Διακωλυτὴς, οῦ, ὁ, qui vetat, qui est impedimento, qui prohibet et obstat. Plato.

Διακωλυτικὸς, οῦ, ὁ, prohibitorius,

Ἐπικωλύω, impedio, sum impedimento, vel, insuper impedio, insuper prohibeo.

Ἐπικώλυσις, impeditio. Xen.

Κατακωλύω, prohibeo, veto, remoror, detineo. Demosthen. μὴ κατακωλύοιμι τοὺς πρέσβεις. Xenophon. μή σε κατακωλύω ἀπιέναι ἤδη βουλόμενον. Et apud Aristophan. κατακωλύεις δειπνεῖν, prandium remoraris.

ΚΩΛΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, stellio: qui et ἀσκαλαβώτης et γαλεώτης. Hesych. et Suid. qui et Bacchum sic dici tradit. At κωλωτὴ, apud Arist. esse avis dicitur.

ΚΩ˜ΜΑ, ατος, τὸ, somnus profundus, sopor altus, veternus. Hesiod. in Theog. † 798.† κακὸν δ' ἐπὶ κῶμα καλύπτει. Apoll. Rhod. Arg. 2. —— ἀβληχρῷ δ' ἐπὶ κώματι κέκλιτ' ἄναυδος. ☞ Quidam volunt per syncopen dictum pro κοίμημα. alii esse à verbo κῶ, inusitato, pro κεῖμαι, ex quo esse et κώμη. quidam, et à κωμάζω deduxerunt, quod οἱ κωμάζοντες facilè in κῶμα incidant. ¶ Apud medicos est veternus, marcor, inexpugnabilis propè dormiendi necessitas: apud Hippocrat. Vide Gal. initio comment. 1. εἰς τὸ προῤῥητικόν. ¶ Item illecebra, θέλγμα, ut exponit schol. Pindari apud eum.

Κωματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, quem tenet seu opprimit marcor κῶμα dictus.

Κωμαίνω, dormito, dormiturio. Hesych.

ΚΩΜΑΚΟ'Ν, aromaticum quiddam, inquit Hesych. Theophrast. hist. pl. l. 6. c. 7. fructum esse dicit unguentis pretiosis permisceri solitum. Sunt qui caryophyllon esse velint.

ΚΩ'ΜΗ, ης, ἡ, pagus, vicus. Thuc. l. 3. οἰκεῖν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ. Hesiod. in Asp. † 18.† —— μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας. Exponitur etiam, villa, item castellum, in Nov. Testament. [In Evang. S. Lucæ, Bethleem vocatur πόλις, cap. 2. ver. 4. sed Joh. 7. ver. 42. κώμη.] ¶ Item vicus in urbe: Suid. ☞ Derivatur à κῶ τῷ κεῖμαι, (i. cubo,) quòd constet ex domibus, in quibus cubant animalia, et homines quoque, quasi sint eorum κοιμητήρια.

(Κώμας, Athan. V. S. Ant. 487.)

Κωμητικὸς, οῦ, ὁ, paganus, vicanus, qui est in pago seu è pago, aut ad pagum pertinens: ut, κωμητικαὶ ἐκκλησίαι, apud Synes.

Κωμήτης, ου, ὁ, paganus, pagum incolens. Item κωμῆται, ejusdem pagi incolæ. † οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀμφόδου καὶ τόπου. Sic Scholiast. ad Aristoph. Nub. 962.† [Eurip. Alcest. 476. Ξένοι, Φεραίας τῆσδε κωμῆται χθονὸς, &c. Schol. ἐπεὶ εἰς κώμας ἦσαν διῃρημένοι, τουτέστιν εἰς φυλάς.] ¶ Κωμῆται in urbe, ejusdem vici incolæ, seu ejusdem viciniæ, vicini, apud Aristot. polit. 1. c. 1. et 2.

Κωμῆτις, ιδος, ἡ, pagana, vicana. [Aristoph. Lysistr. 5. Πλὴν ἥ γ' ἐμὴ κωμῆτις ἥδ' ἐξέρχεται. Schol. ἀντὶ τοῦ γείτων.] Et, κωμήτιδες ἐκκλησίαι, eædem quæ et κωμητικαί. Item vicina.

Κωμηδὸν, pagatim, vicatim.

Κώμιον, ου, τὸ, q. d. pagulus, viculus, i. parvus pagus. Plut. in narr. amatoriis.

Κωμύδριον, exp. parva et vilis herba.

Composita.

Ἀμφίσκωμοι, qui circumjacentes pagos inhabitant. Hesych.

Μητροκωμία, ἡ, vicus aliorum vicorum mater: seu ex quo coloniæ ducuntur.

Χιλιόκωμος, mille vicos seu pagos habens. Strabo. l. 12.

ΚΩ˜ΜΟΣ, ου, ὁ, commessatio. Quidam exp. convivium luxuriosum. Alii convivium lascivum. item festivitas in convivio. Xenoph. Pæd. 7. ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι. Aristoph. in Pluto, ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, videtur ad comessationem ire, i. ad convivium lascivum et immoderatum. Comprehenditur hoc nomine omne amatoriæ lasciviæ ac proterviæ genus: aliquando verò generaliùs dicitur de illis qui amatoria quadam lascivia proterviaque ac nequitia utuntur. Herodian. l. 3. τίς γὰρ εἰς ἑστίασιν ἢ κῶμον ὡπλισμένος ἔρχεται; Plut. de Socr. dæm. μεθύοντας ἀπομιμούμενοι κώμῳ χρωμένους μετὰ γυναικῶν. Idem in polit. præc. ἀπέστησε τῶν πότων καὶ τῶν κώμων ἑαυτόν. Sic et Rom. c. 13. Interdum est comessantium agmen. (Eurip. Phœniss. 746. Æschyl. Ag. 1198.) Exponitur etiam, cœtus et comitatus Bacchicus, apud Athen. et Demosth. ¶ Item lascivia et protervia, qualis comessabundorum et amatorum juvenum. ¶ Item festum, quod magna cum hilaritate peragitur tanquam à comessabundis. Dionys. de situ orb. κῶμον ἄγουσιν ἐριβρεμέτῃ Διονύσῳ. ¶ Item saltatio quædam in comessationibus usitata. Interdum et generaliùs pro saltatione. ¶ Item pro petulante et lasciva cantilena. Hesych. ¶ Item Κῶμος, genius præses comessationum, seu lasciviæ proterviæque comessabundorum hominum: apud Philostr. in imagine 3. ☞ Eustath. videtur ex κῶμα deducere, quum dicit, κῶμον esse, δι' οὗ καταφέρεταί τις εἰς κῶμα.

Κωμάζω, comessor, sum petulans et lascivus more comessantium. Arrian. κωμάζειν παρά τινι. Xen. Pæd. 7. ὅλην τὴν νύκτα πίνουσι καὶ κωμάζουσι. Exponitur etiam, temulentia proterva convitior, et obvios pulso. apud Demosthen. ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει. Apud Hesiod. in Asp. † 231.† Ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, exp. tripudiabant. Sic et apud Luc. in lib. de salt. ¶ Item comessabundus venio, venio cum lascivia et protervia, qualis est comessantium: cum ἐπὶ, vel πρὸς, vel παρὰ, apud Luc. Athen. Plut. (Theoc. Id. 3. 3.)

Κωμαστὴς, οῦ, ὁ, comessator, comessabundus. Plat. Xen. Plut.

Κωμαστικὸς, οῦ, ὁ, ad comessationem pertinens seu ad comessatores: ut, κωμαστικὴ ὄρχησις, apud Poll. et, κωμαστικὴ ἑορτὴ, apud Eustath.

Κωμαστικῶς, comessabundè, comessantium modo.

Κώμαξ, ακος, ὁ, petulans, nugator. Eustath.

Composita.

Ἀγλαόκωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchram habens choream. Pind.

Ἐγρεσίκωμος, Bacchus, excitans comessationem, in Epigr.

Εἰσκωμάζω, et ἐπισκωμάζω, comessabundè et temulenter me infero, impudenter et velut temulenter me infero: apud Athen.

Ἐκκωμάζω, procax excedo. Eurip. [Androm. 603. ἐξεκώμασε Νεανίου μετ' ἀνδρὸς εἰς ἄλλην χθόνα.]

Ἐπίκωμος, qui ad comessationes ventitat, comessator. Plutarch. et Alciphr.

[Ἐπικώμιος. Pind. Pyth. Od. x. 8. Ἱπποκλέα θέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν Ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα. Schol. θέλοντές με τὴν ἔνδοξον καὶ ἐγκωμιαστικὴν τῶν χορευτῶν, ἐπ' αὐτὸν Ἱπποκλέα ἄγειν φωνήν. Nem. Od. vi. 56. Od. viii. 85. Ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος δὴ πάλαι, &c. Schol. τουτέστι, τὰ ἐγκώμια ἐγράφετο καὶ πάλαι.]

Ἐπικωμάζω, vinolentus et comessabundus offendo et obvius fio, debacchor. Alciphr.

Ἡδύκωμος, q. d. jucunda comessatio. Item genus saltationis. Athen. Item quoddam canticum. Poll. et Hesych.

(Κατακωμάζω. εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε δώμασιν Οἰδιπόδαο. Eurip. Phœniss. 355.)

Κραιπαλόκωμος, qui ebrius et gravatus vino comessatur et bacchatur. Aristoph. in Ran.

[Περικωμάζω. Aristoph. Vesp. 1020. Οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πεινῶν.]

Πολύκωμος, comessationibus abundans, vel potius multarum comessationum autor. de Baccho dicitur in Epigr.

Προκώμιον, quod κῶμον præcedit. apud Pind. [Nem. Od. Δ. 17.]

(Προσκωμάζω, petulanter irruo. Philostr. l. 4. c. 6.)

Σύγκωμος, socius comessationis. Eurip. in Bacch. [1171. Ὁρῶ γε, καί σε δέξομαι σύγκωμον, ὦ. Phœn. 802. Schol. Aristoph. Acharn. 263.]

Συγκωμάζω, simul comessor. Lucian. in somn. [Pind. Olymp. Od. ΙΑ. 16. Ἔνθα συγκωμάξατ'. Schol. συγκωμάσατε καὶ συγχορεύσατε. Schol. Νεώτ. συγκωμάσατε. τουτέστιν, ἐμοῦ χορευούσαι ὑμνήσατε, &c.]

Τετράκωμος, saltatio quædam Herculi dicata, et bellica. Poll.

Φιλόκωμος, qui amat comessationes, qui amat κῶμον, in Epigr.

ΚΩ'ΜΥΣ, υθος, ἡ, Hesych. laurus quæ ante fores statuitur. Item fasciculus fœni: ut apud Suid. οἱ δὲ ξυνδήσαντες τὰς καλάμας καλωδίοις τε καὶ τολύπαις, κώμυθας πολλὰς ἀπειργάσαντο. Apud Theocritum idyll. 4. Καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κώμυθα δίδωμι. schol. exponit fasciculum. Theophr. lib. 4. histor. plant. cap. 12. dicit, τὸν χαρακίαν κάλαμον φύεσθαι ἐπὶ τοῖς κώμυσι. subjungens, κώμυθας istic vocari, οὗ ἂν ᾖ συνηθροισμένος κάλαμος, καὶ συμπεπλεγμένος ταῖς ῥίζαις. Hoc autem fieri, καθ' οὓς ἂν τόπους τῆς λίμνης εὔγειον ᾖ χωρίον. Plin. lib. 16. cap. 36. characiam arundinem nasci scribit in ripis expatiantis lacus.

ΚΩ˜ΝΟΣ, ου, ὁ, conus, turbo, meta: figura apud mathematicos ex lato in acutum desinens. Aristot. in probl. τοῦ κώνου βάσις κύκλος ἐστί. Ibidem κῶνον esse dicit τὴν ἔκπτωσιν τῶν ὄψεων, quòd aspectuum procidentia turbine seu cono agatur: unde et acies. Inde κῶνος dicitur quidquid tali est figura: ut meta segetum in agris, ex mergitibus quatuor, tribus, duobus, uno, conicè cumulatis. Galenus in lex. Hippocr. Itidem κῶνοι, (ut et στρόμβοι et στρόβιλοι,) dicuntur turbines illi quibus pueri ludunt, alio nomine βέμβηκες dicti. ¶ Item involucrum fructus quarundam arborum, quod ab eis separari potest. Sic Theophr. histor. plant. lib. 3. c. 10. in discrimine τῆς πίτυος et τῆς πεύκης, scribit, τὴν πίτυν τὸν κῶνον ἐλάττω φέρειν καὶ πεφρικότα μᾶλλον. Dioscor. tradit, πιτυΐδας vocari τὸν καρπὸν τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης, τὸν εὑρισκόμενον ἐν τοῖς κώνοις. Et Mnesitheus apud Athen. lib. 2. ὀστρακίδας nominari τῶν κώνων τοὺς πυρῆνας, nec non ipsos τοὺς κώνους. Latini et conum vocant, et nucem pineam; Græci medici, recentiores præsertim, diminutivè κωνάριον. ¶ Dicitur et de galea κῶνος, ut et Latinis. ¶ Hesychio κῶνοι sunt etiam thyrsi: qui κώνητες ibi suprà eidem.

Κῶνος, etiam est πίσσα ὑγρὰ quibusdam, ut refert Dioscorid.

Κωνικὸς, in coni figuram compositus.

Κωνικῶς, conicè, ad instar metæ.

Κωνάριον, ου, τὸ, diminut. vide in præcedente κῶνος.

Κώνης, ητος, ὁ, ibidem vide.

Κωνάω, circumago, περιδινῶ. Hesych. στρέφω. Etym. ex Aristoph. in Tagenistis. Idem Etym. dicit, κωνῆσαι propriè esse τὸ κέραμον πισσῶσαι.

Κωνίας οἶνος, vinum picatum. Gal. in lex. Hippocr.

Κώνειον, ου, τὸ, cicuta: planta venenata. de qua vide Dioscor. lib. 4. c. 79. et Plin. l. 25. c. 13. Nicand. in Alexiph. κωνείου βλαβόεν πῶμα, cicutæ noxius potus. (Aristoph. R. 124. pl. 1083.) ☞ Etymol. ita nominatum tradit διὰ τὸν γενόμενον εἰλιγμὸν καὶ σκότον τοῖς πίνουσι. nam τὸ στρέψαι antiquos dixisse κωνῆσαι.

Κωνειάζομαι, lethale venenum bibo, apud Suid.

Composita.

Ἄκωνος πῖλος, pileus conum et fastigium non habens, non fastigiatus in metam: apud Joseph.

Περικωνέω, circumcirca illino. Propriè significat pice oblinere seu picare vasa fictilia, inquit schol. Aristoph. in Vesp.

Πισσοκωνάω, ῶ, pice circumlino. Unde πισσοκώνητος, pice circumlitus. Æschyl. et Cratin.

Πρόκωνα, sive προκώνια ἄλφιτα, farina ex hordeo non tosto. Poll. et Gal. in lex. Hippocr.

ΚΩ'ΝΩΨ, ωπος, ὁ, culex: seu culex vinarius, ut exp. apud Aristot. hist. anim. lib. 5. Sic et apud Plutarch. symp. l. 4. dicit quidam, τὴν δὲ ἀνθοσμίαν ἀπωσάμενοι τουτονὶ καὶ ἡμερίδην, ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου κωνώπων χωρῷ περιαδόμενον. In Epigr. tamen hæc legas: Ὀξυβόαι κώνωπες ἀναιδέες, αἵματος ἀνδρῶν Σίφωνες. Aristoph. in Pluto genere fœminino dixit τὴν κώνωπα, teste Suida. (Æsch. Ag. 901.)

Κωνωπεῖον, ου, τὸ, conopeum: velum ad arcendos culices.

Κωνωπεὼν, ex Epigr. pro genere instrumenti ad arcendos culices.

ΚΩ˜ΠΑΙ, αἱ, Copæ, arum, urbs Bœotiæ ad Kephisum amnem, et lacum Copaïdem. Strab. l. 9.

Κωπῖτις πίσσα, pix Copaïca. Rhianus.

Κωπαῒς λίμνη, lacus de quo jam dictum.

ΚΩ'ΠΗ, ης, ἡ, remus. Ut Od. ι. et κ'. Ἐμβαλέειν κώπης, incumbere remis. (Æsch. Pers. 376. Ag. 1627. Eurip. Phœniss. 1361. Soph. Tr. 570.) Thuc. lib. 2. καὶ τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν τῷ κλύδωνι ἀναφέρειν. Plutarch. ἡ κώπη κέκλασται. ☞ Παρὰ τὸ κοπεῖν, i. à tundenda aqua, quasi κόπη, ut vult Etymol. ¶ Item manubrium, capulus, λαβή. Od. λ'. ξίφεος δ' ἐπεμαίετο κώπην. Il. ά. Ἦ καὶ ἐπ' ἀργυρέῃ κώπῃ σχέθε χεῖρα βαρεῖαν.

Derivata ex κώπη, i. remus.

Κωπητὴρ, ῆρος, ὁ, scalmus, i. id cui alligantur remi, vel

secundum quosdam, id quo remus scalmo alligatur, quod ἐπικωπητὴρ etiam vocatur.

Κωπητήριον, vel κωποτήριον, (q. d. remorum repositorium,) locus ad asservandos remos. Poll.

Κωπεὺς, έως, ὁ, remex. Synes.

Κώπεις, Hesych. ligna apta ad conficiendos remos.

Κώπιον, ου, τὸ, q. d. remulus, parvus remus. Aristoph. (R. 271.)

Κώπια, τὰ, dicta fuerunt etiam ossa angustiora costarum: sicut πλάται, αἱ, quæ sunt latiora.

Κῶπα, et κώπια, τὰ, apud Suid. ornamentum quod collo circumponitur.

Κώπαιον, superior pars remi. Hesych.

Composita.

Ἄκωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, remo carens: in anth. epigr. [lib. 1. cap. 40. τὸν ἄκωπον Ναύτην τῇ στόματος θέλγον ἐγὼ κιθάρῃ. Nautam remis-carentem. h. e. delphinum, cantu demulcebam. Vinc.]

Δίκωπος, qui duobus tantùm remis agitur: ut, δίκωπα σκαφίδια, Strab. lib. 1. [Eurip. Alcest. 252. Ὁρῶ δίκωπον, ὁρῶ σκάφος. 443. Λίμναν Ἀχεροντίαν πορεύσας Ἐλάτᾳ δικώπῳ.]

Ἔγκωπον, ου, τὸ, ea pars navis in qua remi sunt collocati: apud Athen.

Εἰκοσάκωπος, viginti remos habens, ut, εἰκοσάκωπος ναῦς, navis, quæ viginti remis impellitur.

Ἑλίκωπος, Græci dicebantur, ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν τὰς κώπας, i. à remis circumvertendis. Vide et in comp. ab ὢψ, in ὄπτομαι.

Ἐπίκωπος, remo admotam habens manum, remigationi accinctus, qui est in procinctu navigationis. Idem quod ἐπήρετμος, vel ὁ κωπηλάτης, remex. Item remigio instructus: ut, ἐπίκωπος κέρκουρος. Athen. 65. [Aristoph. Acharn. 230. Ὀξὺς, ὀδυνηρὸς, ἐπίκωπος, &c. Vide Schol.]

Ἐπικωπητὴρ, idem quod Κωπητήρ.

Μονόκωπος, unico remo inter navigandum utens. Eurip. in Helena. [1138.]

Ὀρθιοκῶπαι, qui se erigunt in ducendis remis, ut fortius eos impellant. Hesych.

Πολύκωπος, multos remos habens. Eurip. in Iphig. Taur. [981.] (Soph. Tr. 668.)

Πρόσκωπος, (q. d. qui est ad remum, seu juxta remum) remex. qui manum remo admovet, qui remum manu tractat. Thucyd. l. 1. Luc. in Char.

Pertinentia ad κώπη, i. manubrium.

Κωπήεις, εντος, ὁ, manubrium habens, seu capulum: ut, φάσγανον κωπῆεν, apud Hom. Il. ό. et ξίφος κωπῆεν. Il. ψ'.

Ἀκώπητος, ου, ὁ καὶ ἡ, imparatus. ἀπὸ τῶν νεῶν μὴ ἐχουσῶν κώπας, inquit Hesych. vel ἀ κώπη, i. λαβὴ τοῦ ξίφους.

(Αὐτόκωπα βέλη. Sch. ex. τὸ ἀφ' ἑαυτῶν ἔχοντα τὴν λαβὴν ξίφη. Æsch. Choëph. 161.)

Ἐλεφαντόκωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, ut, ἐλεφαντόκωπον ξίφος, eburneum capulum habens. Lucian. in somn.

Πρόκωπος, ut πρόκωπος δεξιὰ, dextra capulo admota. Et, πρόκωπα ξίφη, enses quorum capulis manus est admota. (Æsch. Ag. 1660. 1661.) [Eurip. Orest. 1478. Ὁ δὲ ξίφος πρόκωπον ἐν χεροῖν ἔχων.] A Suida exp. nudi, i. districti.

ΚΩ'ΡΥΚΟΣ, ου, ὁ, pera, saccus coriaceus: ut in quo panes reponi solent. Sic parasiti quidam apud Athen. lib. 6. dicunt, se ἀντὶ κωρύκων παρέχειν se τοῖς ἀθληταῖς. Hom. Od. ί. appellat κώρυκον, quem alibi δέρμα πυκνὸν et δορὸν εὐῤῥαφέα dixit. Exponitur etiam folliculus, sicut, θυλάκιον. Theophr. hist. pl. l. 3. c. 14. de ulmo, ἐν τοῖς κωρύκοις τὸ κόμμι καὶ θηρί' ἄττα κωνωποειδῆ φέρει. ¶ Κωρύκους à Macedonibus vocari τὰς τραχείας κόγχας, ab Atheniensibus dictas κρείους, tradit Athen. lib. 3. ex Hegesandri commentariis. ¶ Κώρυκος est etiam montis nomen, à quo κωρύκειον ἄντρον, et κωρύκειος κρόκος. Sunt qui Pamphyliæ promontorium esse dicunt: cujus incolas vocari κωρυκαίους: proverbio autem dici, Κωρυκαῖος ἠκροάσατο, explorator sive delator auscultavit.

Κωρυκὶς, dicitur pro κώρυκος, teste Eustath. ex Aristoph.

Κωρυκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, peræ seu folliculo similis. Theophr. hist. pl. lib. 3. c. 15.

Κωρύκιον, ου, τὸ, sacculus, folliculus. Suid.

Κωρυκίδιον, ου, τὸ, idem.

ΚΩ'Σ, τὸ, pellis ovina villosa, ovinum vellus. ☞ Etymol. deducit παρὰ τὸ ἐπ' αὐτοῦ κοιμᾶσθαι, exemplum hoc afferens ex Nicochari Lemnia, ἐπλέομεν ὦ κόρη ἐπὶ κώς.

Κῶας, τὸ, idem. Etymologus scribit fieri κῶας ex κῶς, per pleonasmum, sicut ὦας ex ὦς. Apollon. Argon. l. 1. Χρύσειον μετὰ κῶας. quod alibi χρύσειον δέρος appellat. Sic Hom. Od. τ'. φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ. Et paulo antè, ἔθ' ἐπὶ μέγα βάλλετο κῶας. (Theoc. κά. 12.) Hesych. κῶας exp. ὀφθαλμοὺς, oculos: tanquam à nominativo κώς.

Κῴδιον, et per contractionem κῷδιον, ovium vellus, idem quod κώς. Aristoph. (R. 1526.) ὅδε πλύνει κῴδια, lavat vellera.

Κῳδάριον, ου, τὸ, idem, apud Aristoph. in Ran.

Κῶος, εος, τὸ, idem quod antecedentia. Hinc plur. κώεα et κώεσσι, apud Homer. ut Od. ἐ'. Κώεα καστορνῦσα θρόνοις ἔνι δαιδαλέοισι. Et Il. ί. —— ἐν ἀλεψάτῳ βιέῃ καὶ κώεσιν οἰῶν Ἕδραθεν.

Κῶος, ου, ὁ, Hesych. est jactus taxilli, valens sex. Κῶος Χῖον, sive, Κῶος πρὸς Χῖον, significans comparationem imparium. Ab insulis Co, et Chio.

ΚΩΤΙ'ΛΛΩ, loquitor, fabulor, garrio. Hesiod. in Erg. Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω Αἱμύλα κωτίλλουσα. Apud Athen. lib. 10. Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν. Et Theocr. idyll. 15. Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνήνυτα κωτίλλουσαι. Exponitur etiam, blandis et fallacibus verbis decipio: ut apud Theogn. Εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρόν.

Κωτίλος, loquax, garrulus. Theog. Κωτίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾷν χαλεπώτατον ἄχθος. Exponitur etiam canorus: in ovo Simmiæ Rhodii. Item blandus, fallax. Theocr. idyll. 21. ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις; quàm blanda verba loqueris! Sic et Epigr. l. 3.

ΚΩΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, surdus; cui auditus est vitiatus. Alexand. Aphrod. in probl. διὰ τί οἱ ἐκ γενετῆς κωφοὶ καὶ ἄλαλοι; Ut et apud Gregorium, κωφὸς καὶ ἄλαλος. ¶ Aliquando accipitur pro, fatuus, stolidus, hebes, seu absurdus, ex consequente: quòd tales sint οἱ κωφοί. Soph. in Ajace, Ἐγὼ δ' ὁ πάντα κωφός. (Œdip. Tyr. 298.) ¶ Accipitur etiam pro, mutus: quoniam et τὸ ἄλαλον consequens τοῦ κωφοῦ. Ut et κωφὸν πρόσωπον in scenis dicitur muta persona, quæ nihil loquitur. Et κωφὸς φρῦνος, Nicandro, rubeta muta: quam et ἄφθογγον appellat. Κωφὸν κῦμα, fluctus nullum edens strepitum, apud Homerum. Item pro hebes, invalidus, inefficax. Il. λ'. Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

Κωφότης, ητος, ἡ, surditas: cui Demosthenes [de falsa Legat.] opponit ἀκριβῆ αἴσθησιν. [Plat. Alcib. καὶ ὦτα δὲ, κωφότητος μὲν ἀπογιγνομένης, ἀκοῆς δὲ ἐγγιγνομένης, βελτίω τε γίγνεται, καὶ ἄμεινον θεραπεύεται.]

Κωφίας, ου, ὁ, surdaster. Hesych. esse dicit serpentis speciem, qui et τυφλίας nominatur, Latinis cæcilia, à cæcitate.

Κωφόω, ῶ, exurdo, surdum reddo.

Κώφωσις, εως, ἡ, exurdatio, surditas. Hippocr. Aphor. l. 4.

Κωφάω, exurdo, obsurdescere facio. Oppian. Cyneget. 3.

Κωφάομαι, ῶμαι, obsurdesco, vel obmutesco.

Κωφέω, et κωφεύω, surdeo, surdus sum. Item sileo, quiesco.

Composita.

Ἀνακωφάω, ῶ, surdum reddo, exurdo. Suid. ex Aristoph.

Ἀποκωφόω, ῶ, exurdo, i. surdum reddo. Expon. etiam, mutum reddo.

Δύσκωφος, surdaster, aurium gravitate laborans. Aristot. de insomn.

Ἐθελόκωφος, qui sponte surdus est, qui consultò non audit, qui audire non vult: ut qui simulat se non audire, quum tamen audiat. Hesych. et Suid.

Ἐκκωφάω, ῶ, idem quod κωφάω. Aristoph. in equit. Ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφηκας βοῶν, clamoribus tuis exurdasti et obtudisti.

Ἐκκωφόω, idem. Lucian. in Tim. καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι, καθάπερ οἱ παρηβηκότες, aures tuæ exurdatæ sunt, seu exurduerunt. [Eurip. Orest. 1287. Ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφη.]

Λασιόκωφος, q. d. surdus ex nimia aurium hispiditate, ὁ λάσια ὦτα ἔχων, ὥστε συγκεκωφῶσθαι καὶ ἀναισθητεῖν.

Παράκωφος, aliquantum surdus, surdaster. Apud Athen. l. 10. Οὐ μέν τοι παράκωφον ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι, quòd ægrè et penè surda aure audiatur.

Ὑπόκωφος, aliquantum surdus, surdaster. Aristot. rhet. lib. 3. Item ὁ ἀκούων, καὶ μὴ προσποιούμενος, teste Suida. Ψυχὴ ὑπόκωφος, exp. animus iners, ingenium obtusum.

Λ.

Λ NOTA est undecimæ apud Græcos literæ, quam λάμβδα seu λάβδα appellant. ¶ Dores eam in ν mutant: ut quum φίντατος dicunt pro φίλτατος. Attici contrà hanc in illam convertunt, λίτρον dicentes pro νίτρον. ¶ Est etiam nota numeralis, de qua vide in Appendice.

Λαμβδακισμὸς, sive λαβδακισμὸς, literæ λ crebra et odiosa repetitio. Fab. lib. 1. cap. 6.

ΛΑ, particula per se nihil significans, in compositione vehementiorem significationem reddit: ut in λάγνος, λάμαχος, &c. Ex adverb. λίαν.

ΛΑ῀ΑΣ, λάαος, ὁ, lapis, saxum. Iliad. δ'. Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς Ἄχρις ἀπηλοίησεν. Il. β'. Λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. Sic et Od. λ'. Il. γ'. (Eurip. Phœniss. 1117.)

Λᾶς, (per contractionem factum ex λᾶας,) genit. λᾶος, idem quod λᾶας. Nicand. in Ther. Σκορπίος ἀπροϊδὴς ὀλίγῳ ὑπὸ λᾶϊ λοχήσας. Hinc et dat. λάεσσι. Il. γ'. Ἰοῖσίν τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ' ἔβαλλον. Arist. de gen. an. l. 1. τοὺς λάας προσάπτουσιν αἱ ὑφαίνουσαι τοῖς ἱστοῖς.

Λάϊνος, ου, ὁ, lapideus: ut Od. ύ. παρὰ λάϊνον οὐδόν. Sic Il. γ'. ἦ τέ κεν ἤδη Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας. (Eurip. Pœniss. 752.)

Λαΐνεος, idem. Unde apud Theocr. idyll. 24. λαϊνέας κρηπῖδος. Et apud Nonn. Ἄγγεσι λαϊνέοις, et, Λαϊνέῳ κενεῶνι. (Eurip. Phœniss. 113.)

Λάϊγξ, ιγγος, ἡ, lapillus, calculus. Od. ζ'. et ί.

Λεύω, F. εύσω, lapido, lapidibus obruo, jactu lapidum incesso: idem quod λιθάζω. Philo de mundo, σφαττομένοις, ἢ καὶ λευομένοις, ἢ ἐμπιπραμένοις.

Λευσμὸς, οῦ, ὁ, lapidatio: et malorum cumulus, scholiastæ Æschyli.

Λεύσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidatorius: vel lapidatus. Eurip. in Oreste. (Æsch. Ag. 1127. 1625.)

Λευστὴρ, ῆρος, ὁ, lapidator. (λευστῆρα δῆμον δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον. Æsch. S. c. Th. 205.) Etymol. ex Lycophr. Exponitur etiam, dignus qui lapidetur, apud Ælian. et Suid.

Λευστὸς, lapidatus. Hes. Item pro ὁρατὸς, apud eundem Hes. à λεύσσω.

Composita.

Ἀπολάω, in lapidem verto seu commuto. Exponitur et, lapido.

(Δημόλευστος, publicè interemptus. Soph. Ant. 36.)

Εὐλάϊγξ, è bonis pulchrisque structus lapidibus.

Καταλεύω, lapidibus obruo, lapidibus cooperio. Plato in epist. κατέλευσαν βάλλοντες, jactis lapidibus obruerunt. Utitur et Thucyd. Demosth. et alii. Hinc et pass. καταλευσθεὶς, lapidibus obrutus, apud Herodot.

Καταλεύσιμος, dignus qui lapidibus cooperiatur. Suid. ex Dinarchi oratione contra Lycurg.

Λιθολεύω, lapido. idem quod simplex λεύω.

Λιθολεύστης, ου, ὁ, lapidator. Hesych.

Λιθόλευστος, lapidatus, vel per lapidationem factus. Soph.

Λιθολευστῶ, idem quod λιθολεύω.

ΛΑ'ΒΡΟΣ, ου, ὁ, vorax, nimiùm vorax. ☞ Quasi λίαν βορὸς, seu λίαν βαρὺς, Eustath. Accipitur plerunque pro, avidus et qui hianti ore ingerere in ventrem omnia cupit. Epig. l. 2. λάβρος δ' εἰς βάκχον ὀλισθὼν Ἄχρις ἐπὶ σφαλεροῦ ζωροπότει γόνατος. Et, τὸ λάβρον, ejusmodi aviditas hianti ore omnia devorandi. Plut. περὶ ἀδολεσχ. τὸ λάβρον τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς λόγους ὀξύπεινον ἀνακρουστέον. Tribuitur interdum rebus inanimatis: ut apud Oppian. l. 3. πυρὶ λάβρῳ. Et, ποταμὸς λάβρος, Il. φ'. Item, οὖρος λάβρος, Od. ό. Et, ζέφυρος λάβρος, Il. γ'. Sic dicitur, λάβρον πνεῦμα, apud Plut. symp. l. 4. Apud Soph. λάβρον στόμα, exp. procax.

Λάβρως, voraciter, incontinenter, confertim, impetuosè, rapidè. (Æsch. Pr. 1021.)

Λαβροσύνη, ἡ, voracitas, incontinentia, procacitas. Suid.

Λαβρότης, ητος, ἡ, idem. Athen. lib. 7.

Λαβρεύομαι, incontinens vel præceps sum in loquendo. Il. ψ'. Ἀλλ' αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι.

Λαβρεία, ἡ, præcipitantia, seu incontinentia et procacitas in loquendo.

Λαβράζω, idem quod λαβρεύομαι. Nicand. in Alexiph. οἷά γε μάργοι Δήμια λαβράζουσι.

Λαβρύσσω, idem quod λαβρεύομαι et λαβράζω. Hesych.

Λάβραξ, ακος, ὁ, labrax: piscis, qui ab Aristotele numeratur inter eos qui præda laniatuque vivunt. Dictum esse παρὰ τὸ λάβρως ἐσθίειν, tradit Etym. ex Oppiano. Athen. quoque l. 7. eum παρὰ τὴν λαβρότητα dictum tradit. Eustath. διὰ τὸ λίαν βορόν. Vide et Plut. de solert. animal.

Λαβράκιον, ου, τὸ, parvus labrax. Athen. lib. 14.

Λαβρωνία, ἡ, poculum quoddam Persicum: ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πίνειν λαβρότητος, ut Athen. scribit lib. 11. Idem ibidem mascul. gener. dicitur λαβρώνιος, substantivè, et λαβρώνιον, apud Hesych. Est et λαβρώνιος adject. ut λαβρώνιος ὄρνις, apud eundem Athen.

ΛΑΒΥ'ΡΙΝΘΟΣ, ου, ὁ, labyrinthus: locus multis viarum ambagibus inflexus. Suidæ et Hesych. κοχλιοειδὴς τόπος. Vide Plin. l. 36. c. 13. ¶ Dicitur etiam in loquaces, quòd ii soleant multis verborum ambagibus uti, et orationis exitum inveniant nunquam. ¶ Λαβύρινθοι dicuntur etiam nassæ piscatorum, seu alia instrumenta, variis nexibus et plicaturis ita contorta, ut non facilè principium aut finis appareat. Hinc apud Theocr. idyll. 22. ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι, ex juncis facti labyrinthi. ☞ Suidas deducit παρὰ τὸ μὴ λαβεῖν θύραν.

Λαβυρίνθειος, et λαβυρινθώδης, labyrintheus, et labyrintho similis. Lucian. λαβυρινθώδης, ἐρώτησις, interrogatio intricata labyrinthi modo.

ΛΑ'ΓΑΝΟΝ, ου, τὸ, laganum: placentæ genus è simila et oleo recente, teste Hesych. Athen. l. 3. ex Aristophane citat, λάγανα πέττεται.

Λαγάνιον, ου, τὸ, parvum laganum, apud Athen. l. 14.
Ἀρτολάγανον, (*comp.*) panis genus delicatum, apud Athen.

ΛΑ'ΓΗΝΟΣ, ου, ἡ, lagena, poculi genus. Rhianus, Ἥμισυ μὲν πίσσης Κωπίτιδος, ἥμισυ δ' οἴνου, Ἡδὺ λάγηνος ἔχει. Et in Epigr. apud Suidam, Κύπριδι κεῖσο λάγηνε. Athen. l. 10. dicit, Demetrium Phalereum Crateti Cynico, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων, καὶ λάγηνον πέμψαι οἴνου. Usurpatur etiam masc. gen. apud Athen. Scribitur et λάγυνος per υ in secunda syllaba, apud Suidam, Athen. et Eust. Idem Athen. l. 11. scribit, dicere quosdam λάγυνον esse nomen mensuræ apud Græcos, veluti χόα et κοτύλην.
Λαγήνιον, vel λαγύνιον, ου, τὸ, lagenula.

Composita.

Ἀρτολάγυνος πήρα, panem et lagenam habens pera.
Τριλάγυνος, tres continens lagenas. Athen.

ΛΑ'ΓΝΗΣ, sive λάγνος, ου, ὁ, libidinosus, lascivus, salax, effusus et præceps in venerem. Hesych. et Suid. ☞ Eustath. scribit, λάγνον dici videri per syncopen; vel quasi λάγονον, admodum fœcundum seminis; vel quasi λάγυνον, admodum mulierosum: particula λα utrobique posita pro λίαν: item, Atticè in superl. dici λαγνίστατος, pro λαγνίστος.
Λαγνεύειν, libidinosum et salacem esse, pronum esse ad res venereas. Item rebus venereis uti, semen emittere. apud Hippocr. de morb. intern. itidemque in lib. de genitura.
Λάγνευμα, τὸ, lascivia, salacitas, item coitus, seu semen. Hippocr. de nat. infant.
Λαγνεία, ἡ, (q. b. libidinositas,) salacitas, immoderata rei venereæ appetentia. Xenoph. et Phil. de vita Mos. lib. 3. Item pro coitu, seu semine genitali, apud Hippocr.

Composita.

Ἀπολαγνεύω, in λαγνείαν insumo. Hesych.
Καταλαγνευθεὶς, in libidinem effusus. Hesych.

ΛΑΓΧΑ'ΝΩ, (aor. 2. ἔλαχον, à λήχω inusit. Præt. med. λέλογχα. fut. κληρώσομαι, à κληροῦμαι.) sortior, sortes duco. Isocr. in Areop. δημοτικωτέραν ταύτην ἐνόμιζον εἶναι τῆς διὰ τοῦ λαγχάνειν γινομένης. Sæpius significat, sorte accipio, sortitò obtineo, seu sorte mihi obtingit. Il. η. ὅς κε λάχῃσι, quisnam sortitò obtineat. Il ψ'. μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος. Thuc. l. 8. ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον, quum id sortitò eis obtigisset. Et cum genitivo. Apollonides l. 1. Epigr. Μητέρες ὡς ἀνίσου μοίρης λάχον. Cum dat. apud Xen. κλήρῳ λαχών. Sic apud Aristoph. in avib. κυάμῳ λαχὼν, faba eam dignitatem sortitus. Dicitur et, ἔλαχον ἱερεὺς, apud Demosth. et, λαχεῖν βασιλέα, per sortem creari regem, apud eundem. ¶ Λαγχάνω δίκην, dicto judicium, litem intendo, edo judicium et actionem: (quod etiam subscribere judicium dicitur.) à more prisco deductum. sortes enim à judicibus ducebantur; et quæ prima dica ex urna exierat, prima agebatur. Demosth. contra Mid. et apud Isocr. Interdum construitur cum genitivo, ubi tamen accusat. δίκην subaudiendus videtur: ut apud Dem. ibidem, φόνου ἂν εἰκότως ἐμαυτῷ λαχεῖν, mihique ipse cædis judicium dictavisse. Litigator autem dicitur litem λαγχάνειν, quum sortitur, et sorte exeuntem in judicium deducit. Et prætor dicas sortitur ἐν τῷ κληροῦσθαι, hoc est, sortibus missis, et eductis, controversiarum agendarum ordinem constituit, vel quæstionum exercendarum. ¶ Item λαγχάνω, obtineo, obvenit mihi: vel nanciscor, adipiscor. Il. α. τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς. Sic Hesiod. in Th. —— τιμὴν ἔχει, ἠδὲ λέλογχε Μοῖραν. Sic et Aristot. de mundo, τὴν ἀνωτάτω καὶ πρώτην ἕδραν ὁ Θεὸς ἔλαχε. Et cum genit. apud Thuc. l. 2. εἴ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσι τελευτῆς. Sic et apud Synes. et Phil. de mundo. Res quoque aliqua alicui λαγχάνειν dicitur, quæ sorte obtingit seu obvenit. Ut apud Plat. l. 5. de leg. καθιερῶσαι τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ Θεῷ, partes singulas ut sorte obtigerunt. ¶ Item transitivè, participem reddo, tribuo, aut veluti sortem tribuo. Ut Iliad. ψ'. ἐπὴν με πυρὸς λελάχητε, si hoc veluti sortitus à vobis fuerim ut me cremetis. Sic et Il. ὁ, et χ'. (Æsch. Pers. 187. Ag. 566. Eum. 718. Soph. Œdip. Tyr. 1380. Eurip. Phœniss. 68. Theoc. ις'. 84. Λελάχω. Theoc. Sch. Id. 1. 52.)
Λαχμὸς, οῦ, ὁ, sors, κλῆρος: ut Soph. et Theocr. scholiastæ exponunt, dicentes, poëticum esse. ¶ Exponitur etiam λακτισμὸς, calcitratio: apud Antimachum. ¶ Item pilorum densitas. Od. ι. Λαχμῷ στεινόμενος. Ubi tamen Eustathius annotat, quosdam cum Herodiano malle scribere λάχνῳ. et Etym. Seleucum sic scribere testatur.
Λάξις, εως, ἡ, sortitio. Hesych. Item sors, vel sortitio per sortes. Suid. ex Herodoto.
(Λαχὴ —— τάφων πατρῴων λαχαί. Æsch. S. c. Th. 920.)
Λάχος, εος, τὸ, sors, hoc est, id ipsum quod sorte obtingit. Gregor. Exponitur etiam, fortuna et sors hominis, apud Theogn. Ῥηϊδίως δὲ φέρειν ἀμφοτέρων τὸ λάχος. (Æschyl. Ch. 359. Eum. 5. 310. 335. 348.)

Λάχεσις, ἡ, Lachesis: una ex Parcis. Aristotel. de mundo. Ita dicta, quoniam vitæ, quæ sorte obtingere ab ethnicis dicitur, præest.
Λῆξις, εως, ἡ, sortitio. Plerunque de sortitione causæ, i. exordio. Isæus, ἐν ᾧ ἔλαχον τὴν κλήρου λῆξιν οὗτοι. Sic et apud Plat. et Demost. sors. Item sors, id ipsum quod sorte obtingit, portio, conditio. Item sors, i. hæreditas, portio quæ è bonis paternis sorte obvenit: Phil. de v. M. l. 3. et. l. 1. Syn. de inso. ¶ Item cessatio, (à verbo λήγω.) Suid.
Λόγχη, ης, ἡ, Ionum idiomate, dicitur sors, portio: teste Etymol. et Hesychio. Etymol. ex Ione, ἔκ τε τῆς Τέω λόγχης λόγχας ποιεῖν. ¶ Item lancea. (V. Æschyl. Pers. 149. Eurip. Phœniss. 135. 1240.) Aristot. de poët. λόγχην φοροῦσι γηγενεῖς. Chron. in epist. οἱ Θρᾶκες, πρὶν ἐς ἐφικτὸν ἐλθεῖν, ἠκόντισαν τρεῖς λόγχας ἕκαστος. In Epigram. venabulum quoque sic appellatur. Pollux etiam λόγχην esse dicit cuspidem seu mucronem hastæ. Sic accipitur apud Xen. Hell. 7. ἐκονῶντο λόγχας καὶ μαχαίρας. et † Pæd. l. 6. p. 162. b.† Sic et apud Aristoph. in Holcad. (Λόγχα δορός. Soph. Tr. 869.)

Ab hac signific. qua pro lancea accipitur, sunt sequentia derivata.

Λόγχιμος. (Æsch. Ag. 411.) ‡ ad hastam pertinens. Blomf.‡
Λογχίτης, et λογχαῖος, ου, ὁ, qui lanceam fert. Suid.
Λογχῖτις, ιδος, ἡ, herbæ nomen est: sic dictæ, quoniam ἐν περικαρπίοις σπέρμα ἔχει τρίγωνον, ὅμοιον λόγχῃ. Diosc. l. 3. c. 161.
Λογχοῦσθαι, mucronatim in acutum desinere.
Λογχωτὸς, mucrone instructus: mucroni aut cuspidi similis, aut etiam lanceæ. Suid. ex Epigr.

Composita: ac primùm ex λαγχάνω.

Ἄληκτος, qui nondum sorte obtigit, seu ὁ μήπω εἰς λάχος ἐλθὼν, ut Eust. exponit. Vide et in compos. à Λήγω.
Ἀντιλαγχάνω, resortior: ut, ἀντιλαγχάνειν δίκην, apud Dem. contra Mid. resortiri judicium, hoc est, ab arbitris ad judices provocatione facta causam denuò disceptare. Apud eundem, [adv. Pantænet.] οἱ νόμοι καὶ τούτων διδόασιν ἀντιλαγχάνειν παραγραφὰς, exp. leges præscribendi jus indulgent, seu dant potestatem agendi. [Orat. adv. Bœot.]
Ἀντίληξις, apud Athenienses veluti παλινδικία erat hujusmodi: quum quispiam in judicium vocatus non responderat, aut vadimonium promissum deseruerat: aut quum per præconem inclamatus ad nomen non responderat, eremodicio damnabatur, ut hodie fit: huic porrò sic causa lapso intra duos menses licebat judicium illi resortiri secundum quem causa indicta judicata fuerat: alioqui tantæ pecuniæ damnabatur quantam pecuniæ summam in intentione sua actor petendam censuerat: judiciumque ex eo tempore in rem semel judicatam transisse censebatur. B. [Demosth. Orat. adv. Bœotum. ὡς δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω· λαβέ μοι τὴν ἀντίληξιν, καὶ τὸ ἔγκλημα τουτί.]
Ἀπολαγχάνω, sortior infeliciter, sors mihi non obtigit, sorte vincor. Plut. in consolat. καὶ δεῖ λαχόντα μὲν ἄρχειν, ἀπολαχόντα δὲ φέρειν ἀνεπαχθῶς τὴν τύχην. ¶ Item pro simplici λαγχάνω, sortior, seu sortitò accipio. Herodot. ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, sortiti; seu simpliciter, adepti. ¶ Item pro διαλαγχάνω, seu διανέμομαι, Suid.
Διαλαγχάνω, sortior inter. Item sortitò divido, sorte inter nos divido. Xenoph. Pæd. 7. διαλαχόντας τὰς ἁμάξας κομίζειν ὅποι ἂν αὐτοὶ πορεύωνται, sorte inter se vehiculorum curam partientes. Plut. περὶ φιλαδ. ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχόντες.
Διάληξις, εως, ἡ, divisio seu partitio quæ sorte inter aliquos fit. Suid.
Ἐκλαγχάνω, sortior: unde, ἐκλάχοι, sortiatur, apud Soph. † El. 762.†
Ἐπιλαγχάνω, super alio seu post alium sorte obtineo, post alium mihi sorte obtingit. Hinc ἐπιλαγχάνοντες appellantur qui sortitò sufficiuntur et subleguntur. Æschin. ἐνταῦθα δὲ εἰσέρχεται Δημοσθένης, οὔτε λαχὼν, οὔτ' ἐπιλαχών.
Μεταλαγχάνω, mutatis vicibus sortior, seu præsenti sorte amissa et mutata alia sorte obtineo, et quasi sortitò muto. Philo de mundo, ἀφθάρτου ζωῆς μεταλαχεῖν. Pluto de deo Socr. ὅπως ἐκεῖ μεταλάχῃ τῶν νομιζομένων. Sic et Basil. πάντα γὰρ ταῦτα μεταλαγχάνει τοῦ εἶναι ἐν τούτῳ τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ. ¶ Exponitur etiam, serò ad muneris functionem accedo: apud Plat. in Gorgia.
[Προλαγχάνω. Aristoph. Eccl. 1150. μηδὲν ἡμῖν αἴτιον Ὅτι προείληχ'.]
Συλλαγχάνω, simul sortior. Socr.

Composita ex λάχος.

Μοιρολαχέω, seu μοιρολογχέω, sorte dispertior. Poll. lib. 8. Item sortitò portionem seu partem aliquam accipio. Hesych.
Μοιρολόγχαι, αἱ, qui sortitò partes distributas capiunt, seu partiarii. Poll. ibid.

Πρόλαχος, quod prius sorte obvenit, prior sors.

Composita ex λόγχη.

Ἀκαματολόγχης, hasta infatigabilis. Pind.
[Ἀκαμαντολόγχης. Pind. Isthm. Ζ. 13. Ἡ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν. Bello-indefatigatorum.]
Δίλογχος, apud Cratinum, dicitur ἡ Βένδις dea: vel à duplicibus honoribus, quos est sortita: vel à duabus lanceis, quarum duas gestat, ut venatrix. Hesych. (Æsch. Ag. 651.)
‡ Ἐπίλογχον βέλος, præfixum cuspide telum. Monk. ad Eur. Hipp. 222.‡
Μοιρόλογχοι, qui publica aliqua bona distribuunt sorte. Hesych.
Πλατύλογχοι, dicuntur quorum hastilia latis cuspidibus præfixa sunt. Pollux.
Χρυσόλογχος, auream lanceam gestans: Palladis Epith. Eur. in Ione. [8. Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις, Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη, &c. Aristoph. Thesm. 324. Καὶ σὺ παγκρατὲς κόρα Γλαυκῶπι χρυσόλογχε, &c.]

ΛΑΓΩ'Ν, όνος, ἡ, ilia, lateris cavitas laxior et exossis inter costas et coxendicem. (Aristoph. R. 675.) ☞ Dicta, ut Athen. vult, παρὰ τὸ λαπαρὸν, ut Eustathius, παρὰ τὸ λήγειν ἐκεῖ τὰ ὀστώδη πλευρά. Ab Homero vocatur λαπάρα. Terræ etiam tribuitur. Nonn. χθόνιοι λαγόνες, terræ cavitates et hiatus. Et Athen. l. 11. Ἔτευξε λαγόνος εὐρύνας βάθος.
Λαγαρὸς, οῦ, ὁ, laxus, mollis, vacuus, non distentus, nec plenus. Hippocr. (de corde) ἀτὰρ ἠδὲ καὶ πάμπαν εὐρυκοίλιος, καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης. Themistoc. orat. 6. τὴν πόλιν ἀντὶ λαγαρᾶς καὶ ὑποσόμφου μεστὴν ἐποίησεν ἀγλαΐας. Athen. l. 3. πολλῶν καὶ μεγάλων ὄγκων εἰσενεχθέντων, μετὰ σμικρὸν χρόνον λαγαροὶ γινόμεθα. Eustath. κοιλότητα hoc vocabulo significari ait, qualis est τῶν λαγόνων. Grammatici λαγαρὸν versum vocant, qui non eodem, i. pleno tenore incedit, sed in medio laxior est, et ὑπόκενος: eam ob rem et σφηκοειδὴς dictus, qualis hic Homeri, Βῆ δ' εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα.
Λαγαρότης, ητος, ἡ, ejusmodi laxitas et vacuitas: quum videlicet aliquid distentum non est, sed inaniter laxum.
Λαγαρόομαι, οῦμαι, laxus dictum in modum, et vacuus fio. Exp. etiam, extenuor, contrahor. Fluvius λαγαροῦσθαι dicitur, quum excavatur et paulatim subsidit, ut hyeme quum adstringitur gelu. in Epigr.
Λαγαρίζομαι, itidem, laxus fio et exinanior. Aristoph. in Vesp. Hesychius λαγαρίζεσθαι esse ait τὸ πρὸς τὰς λαγόνας τὸν ἀγκῶνα προσάγειν πυκνὰ, διαπείροντα τὴν χεῖρα.

ΛΑΓΩΟ'Σ, οῦ, ὁ, lepus. Il. χ'. Ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. Od. ρ'. ἠδὲ πρόκας, ἠδὲ λαγωούς. Luc. de hist. scrib. συσὶν ἀγρίοις, καὶ λαγωοῖς, καὶ ὑπογαστρίοις. ¶ Item nomen sideris cœlestis, apud Aratum: quod et Latinis lepus dicitur. ¶ Λαγωὸς θαλάσσιος, lepus marinus. Plut. de solert. anim. Dicitur etiam, λαγὼς, et λαγός· quorum hoc Ionicum, illud Atticum esse docet Eustath. Plut. symp. 4. (de Judæis.) καὶ τοῦ λαγὼ φασί τις ἀπέχεσθαι τοὺς ἄνδρας. Sic et apud eundem in apophth. Frequentius est λαγὼς, et sæpè apud Xen. in Cyneg. reperitur. † Pæd. 2. 59. d.† Utitur et Demosth. Plut. Luc. Athen. ☞ Sunt qui à λα, particula epitatica, et οὖς, derivatum velint: nam prælongas aures id animal sortitum est: alii autem à λάω, i. βλέπειν.
Λαγῷος, ου, ὁ, leporinus: ut, λαγῷα κρέα, leporinæ carnes, Athen. l. 9. pro quo et absolutè λαγῷα, apud eundem, lib. 5. Pro eodem reperitur et λαγώνειος, apud Hesych.
Λαγώδιον, ου, τὸ, lepusculus.
Λαγωδίας, orus avis.
Λάγιον, ου, τὸ, lepusculus. [Xenoph. Κυνηγ. §. 13. τῶν δὲ μικρῶν λαγίων ὄζει μᾶλλον, ἢ τῶν μεγάλων.] Λαγίδεύς, ου, ὁ, catulus leporis.
Λαγίδιος, lepusculus. Et λαγίδιος γεώρυχος, cuniculus: quod animal, lepori assimile, scrobibus se abscondere amat. Strabo l. 3.
Λάγειος, idem quod λαγῷος: ut, κρέα λάγεια, Eustath.
(Λάγινος. λαγίναν γένναν. Æsch. Ag. 120.)
Λαγώειος, leporinus. Oppian. lib. 1. de Venat.
Λαγοῦσσαι, insulæ quædam, à leporum abundantia denominatæ. Strab. l. 1. Athen. l. 1.
Ἁρπάλαγον, (*comp.*) est telum leporarium: cujus meminit Oppian.

ΛΑ'ΖΟΜΑΙ, capio, prehendo, arripio, corripio. Poëticum est, idem significans quod in prosa λαμβάνω. Il. δ'. λάζετο δ' ἔγχος, arripiebat, seu prehendebat, capiebat. Iliad. β'. Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν, dentibus terram corripiant, seu mordicus terram prehendant, i. corruant. Od. ν. πάλιν δ' ὅγε λάζετο μῦθον, i. sermonem excipiebat, altero suæ orationi finem imponente. Utitur hoc verbo etiam Hipp. in l. de loc. in homine, σῶμα τὸ ξηρότερον πεφυκὸς dicitur νόσους λάζεσθαι καὶ μᾶλλον πονέειν, morbos admittere, hoc est, morbis esse obnoxium: ut vicissim αἱ νόσοι λάζονται, corripiunt et invadunt. Eodem libro: ἀπὸ ῥήγματος πυρετὸς οὐ λάζεται πλεῖον ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας. Et de morbis lib. 2. ἢν σφακελίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, ὀδύνη λάζεται

ἐκ τῆς κοτίδος ἐς τὴν ῥάχιν. Genitivo etiam jungitur apud Aristoph. in Lysistrata, λάζοισθε πᾶσαι τῆς κύλικος. [Eurip. Med. 957. Phœniss. 1600.]

Λάζυμαι, idem quod λάζομαι. Hippocr. Γυναικείων, l. 1. τὸ στόμα οὐκ ὀρθόν ἐστι τῆς μήτρης, ἀλλ' ἰδνοῦται, καὶ οὐ λάζυται γονήν.

Composita.

Ἀναλάζομαι, rursum capio. Theocr. idyll. 19. ἑτέρην ἀνελάζετο μορφήν.

Ἀντιλάζομαι, et ἀντιλάζυμαι, pro ἀντιλαμβάνομαι, apprehendo, vel capesso, suscipio. Eurip. Τί δ' ἐστὶν οὗ σοι καιρὸς ἀντιλάζυται; Idem in Oreste, Ἀλλ' ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει. [452. Med. 1215. Ὁ μὲν γὰρ ἤθελ' ἐξαναστῆσαι γόνυ, Ἡ δ' ἀντελάζετ'. Ubi vide Notam. Iph. in Aul. 1227. οὗ (sc. γενείου) νῦν ἀντιλάζομαι χερί. Ut legimus λάζυμαι et λάζομαι. Vide Schol. Eurip. Hec. 64. et Bacch. 451. Schol. ita ἀντιλάζυμαι æque ac ἀντιλάζομαι. Eurip. Orest. 751. ἀντιλάζυσθαι. Suppl. 363. Iph. in Aul. 1109. ἀντιλάζυται.]

[Ἀπολάζυμαι. Eurip. Hel. 916. Ἑρμῆς ἔδωκε πατρὶ σῷ σώζειν πόσει Τῷδ'· ὃς πάρεστι, κἀπολάζυσθαι θέλει.]

Ἐπιλάζυμαι, prehendo, comprehendo. Ex Eurip. ἐπιλάζυμαι στόμα, os contineo.

[Προλάζυμαι. Eurip. Ion. 1027. Προλάζυμαι γοῦν τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς.]

Προσλάζομαι, et προσλάζυμαι, assumo. Eurip. in Hecuba.

ΛΑ'ΘΥΡΟΣ, ου, ὁ, cicercula, genus leguminis. Vide Theophr. l. 8. hist. pl. ☞ Plut. in probl. Rom. scribit, Pythagoricos aversatos esse fabas, καὶ τὸν λάθυρον, καὶ τὸν ἐρέβινθον, ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους, καὶ τῆς λήθης, ad etymon alludens.

Λαθυρὶς, herba quædam, de qua vide Diosc. l. 4. c. 167. Plin. l. 27. c. 11.

ΛΑΙΔΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, impudens, procax, audax. Hesych. itidemque scholiastæ Nicandri in Ther. σκύλακας γαλέης, ἢ μητέρα λαιδρήν. Et in Alexiph. Γερύνων λαιδροὺς δαμάσαιο τοκῆας.

ΛΑΙ'ΛΑΨ, απος, ἡ, turbo: genus venti procellosi. [συστροφὴ ἀνέμου, καταφορὰ μετ' ὄμβρου. Il. δ'. 278. Æschyl. Suppl. 34.] Arist. de mund. λαίλαπα et στρόβιλον esse dicit ventum violentum, qui infernè sursum versus repentè convolvitur. Hesych. esse dicit venti vorticem cum imbre. Il. μ'. ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσοι. Il. δ'. νέφος Φαίνετ' ἰὸν κατὰ πόντον, ἄγει δέ τε λαίλαπα πολλὴν, multum turbinis procellosi. Vento etiam tribuitur. Il. ρ'. Ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ, Βόθρου τ' ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσ' ἐπὶ γαίῃ. Od. ι'. Νηυσὶ δ' ἐπῶρσ' ἄνεμον Βορέην νεφεληγερέτα Ζεὺς Λαίλαπι θεσπεσίῃ. Itidem Od. μ'. ἐπαύσατο λαίλαπι θύων. Lucianus quoque pro turbine procelloso usurpavit in Alcyone, αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀνυποστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταθεῖναι.

ΛΑΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, guttur, gula, jugulus. Iliad. σ'. Δείδιε γὰρ μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ. Il. τ'.——οὔ πως ἂν ἔμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη Οὐ πόσις, οὐδὲ βρῶσις, ἑταίρου τεθνειῶτος. [Eurip. Phœniss. 1052.] Luc. ἐνταμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. Sic et alibi apud eundem. ☞ Eustath. scribit, derivari à λάω, unde λαύω et ἀπολαύω· διὰ τὸ ἀπολαυστικὸν τοῦ τόπου.

Λαιμάσσω, insatiabili gulæ aviditate deglutio, seu immodicè edo. Suid. Pro eodem dicitur etiam λαιμάω, et λαιμάζω. Hesych. [Λαιμάττω. Aristoph. Eccl. 1170. Ἀλλὰ λαιμάττουσί που.]

Λαιμώσσω, gulæ ingerere et abligurire cupio: vel famelicus sum. schol. Nicand. ex Hipponacte, Λαιμώσσει δέ σου τὸ χεῖλος ὡς ἐρωδιοῦ. Legitur et apud Nic. in Ther.

Λαῖμα, Aristoph. schol. et Suidas expon. λαιμὸς, apud Aristoph. in avib. et apud Menand. Alii exp. αἷμα. Nonnulli ὅρμημα.

ΛΑΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, sinister, lævus: idem quod ἀριστερός. Herodian. ἐν τῷ λαιῷ μέρει, à sinistra. [Æsch. Pr. 713.]

Λαισήϊον, clypeolus, parmula. Iliad. ε'. et μ'. Δῄουν ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι βοείας Ἀσπίδας εὐκύκλους, λαισήϊά τε πτερόεντα. ☞ Παρὰ τὸ ἐν τῇ λαιᾷ χειρὶ βαστάζεσθαι, quòd sinistra manu facilè gestari queat et agitari. Vide aliud etymon in Λάσιος.

Ἀμφιλαῖος, utraque manu lævus, ἀμφαριστερός.

ΛΑΙ'ΦΟΣ, εος, τὸ, vestis seu vestimentum: et quidem è tenui stamine, vestis attrita et lacera. Od. ν'. ἀμφὶ δὲ λαῖφος Ἕσσω, ὅκεν στυγέῃσιν ἰδὼν ἄνθρωπος ἔχοντα. Et Od. υ'. κἀκεῖνον οἴω Τοιάδε λαίφε' ἔχοντα κατ' ἀνθρώπους ἀλάλησθαι. ¶ Significat etiam velum: apud Plut. μάλα λαῖφος ὑποστολίσας. Sic Eurip. in Hecuba, τὰς ποντοπόρους σχεδίας Λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας. Et in Oreste, λαῖφος ἀκάτου θοᾶς ἀνατινάξας τις δαίμων. [Med. 525. Soph. Tr. 571. Æschyl. Eum. 559. Suppl. 723. 731.] Dicitur etiam fœm. gen. λαίφη: ut apud Suid. διερὴν ἀπεσείσατο λαίφην, quod exp. χλαμύδα, chlamydem.

ΛΑΚΑ'ΘΗ, ης, ἡ, lacatha: ponitur in censu arborum campestrium, apud Theophr. hist. pl. l. 3. c. 4. ¶ Λακάρα, vel λευκάρα, ibid. c. 7. in numero τῶν εὐαυξεστάτων.

ΛΑ'ΚΑΦΘΟΝ, ου, τὸ, lacaphthum: à Paul. Ægin. in l. 7. c. 22. numeratur inter species aromatum, è quibus κῦφι τὸ Ἡλιακὸν componitur, esseque dicitur cortex pini, aut alterius alicujus arboris.

ΛΑΚΕ'ΡΥΖΑ, ης, ἡ, vociferatrix, loquax, garrula, nugatrix: item convitiatrix, maledica. Epitheton est cornicis apud Hesiod. in Erg. Apud Platonem verò l. 10. de rep. ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπότην κύων ἐκείνη κραυγάζουσα, i. vociferatrix, loquax, vel etiam latratrix. ☞ Etym. scribit, ex κρῶ fieri κρύζα, et pleonasmo τοῦ ε κέρυζα, et præfixa epitatica particula λα, fieri λακέρυζα, i. μεγάλως κράζουσα.

Λακερύζειν, sive λακερύζεσθαι, multa verba facere, garrire, nugari: item convitiari, maledicere. Hesych. Suid. Etymol.

ΛΑ'ΚΚΟΣ, ου, ὁ, fossa, fovea, Plutarch. in Polit. præc. ἔτυχον ἐν ὁδῷ παῖδες ἐκ λάκκου τινὸς ἀστράγαλον ἐκκόπτοντες. In Psalmis Davidicis λάκκος et τάφος ponuntur pro morte et periculo: quoniam foveæ et fossæ fiunt vel in insidiis, vel in morte. ¶ Item puteus, cisterna, seu fossa subterranea. Aristoph. in concion. Ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν Ὕδατος. Et Apollodorus Gelous, Ἀγαπῶσα τόν τε τοῦ λάκκου κάδον, Λύσασα καὶ τὸν τοῦ φρέατος, εὐτρεπεῖς Τὰς ἱμονιὰς πεποίηκας.

Λακκαῖος, ου, ὁ, cisterninus: ut, λακκαῖον ὕδωρ, aqua cisternina, aqua è cisterna seu fossa subterranea, apud Athen. l. 3.

Ἐργολαβία, operis faciundi susceptio, redemptura.

Ἐργολαβέω, ῶ, opus faciendum suscipio, redempturas facio, ut mancipes et conductores solent. Xenoph. εἴ τις ἀνδριάντα ἐργολαβοίη, μὴ μεμαθηκὼς ἀνδριαντοποιεῖν. Dice-

bantur ἐργολαβεῖν interpretes etiam, et sequestres, qui judiciis corrumpendis aut ejusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locabant.

Decomp. Ἀντεργολαβέω, ῶ, cum alio contendens ἐργολαβέω, æmulus alicui sum in operis faciendi redemptura. apud Athen. l. 14.

Ἐνεργολαβέω, ῶ, idem quod ἐργολαβῶ ἔν τινι, et quæstum aliqua in re facio. Æschin. in Ctesiph.

Εὐλαβὴς, bonam seu commodam ansam habens, seu bonas ansas. Metaphoricè apud Lucianum, πτύα δὲ εὐλαβὴς, καὶ μύρια τά ἄγκιστρα ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος ἐκπεφυκότα ἔχουσα. ὁ δὲ πλοῦτος, δυσκάθεκτος, οὐδεμίαν ἀντιλαβὴν παρεχόμενος βεβαίαν. ¶ Item qui benè rem capessit. Suid. et Etym. ¶ Item qui timidè ad agendam rem aliquam accedit, timidus, circumspectus, cautus. Philo de vita Mos. l. 1. καὶ ἅμα τὴν φύσιν εὐλαβὴς ὢν, ὑπεστέλλετο, natura paulò timidior. Plut. in Pericl. περὶ τὸν λόγον ἦν εὐλαβὴς, ad dicendum timidè accedebat. Item in Pericle dicit, medicum morbis interdum ἡδονὰς εὐλαβεῖς προσφέρειν τῇ σωτηρίᾳ, cautas voluptates quasdam aut jucunda quædam adhibere. Et, τὸ εὐλαβὲς, timiditas circumspecta, cautio. Herodian. l. 2. ¶ Εὐλαβὴς apud Eccles. scriptores et in Test. novi libris, circumspectus, et cautus circa ea, quæ ad cultum divinum pertinent: religiosus, pius. Ut Lucæ c. 2. Synes. ep. 67.

Εὐλαβῶς, timidè, cautè: ut, εὐλαβῶς ἔχω τοῦ εἰπεῖν, non audeo dicere, vereor dicere. Item religiosè, apud Demosthenem contra Midiam. [Εὐλαβεστέρως. Eurip. Iph. in Taur. 1375. Ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες, εὐλαβεστέρως Ἐμαρνάμεσθα, &c.]

Εὐλάβεια, ἡ, timiditas circumspecta, qua quis utitur ad res aggrediendas; seu in rebus agendis circumspectio. Plut. in Camillo, ἡ δ' εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον μετ' εὐλαβείας, cautè, religiosè. Plut. in symp. εὐλάβειαν ποιεῖν, cavere. Sophoc. Cum genit. exp. cauta vitatio, declinatio circumspecta. Plato de leg. εὐλάβεια πληγῶν. ¶ Εὐλάβεια, consideratio: ut apud Sophoc.——ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν Ἔνεστι εὐλάβεια τῶν ποιουμένων. ¶ Apud Herodian. lib. 5. δι' εὐλάβειαν ἡσυχαζόντων, exp. metu quiescentium. ¶ Εὐλάβεια, religio, pietas in Deum. Plutarch. in Cam. τὴν τοῦ Ἀλβίνου πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν. (Eurip. Phœniss. 736. Æsch. Ag. 1033. Soph. El. 907.)

Εὐλαβέομαι, οῦμαι, caveo, religio mihi est: religiosè caveo, ne. Plato in epist. εὐλαβοῦμαι μὴ ἐμπέσω, caveo ne incidam. Item cum infin. apud eundem Plat. εὐλαβοῦμαι μηδὲν ποιεῖν γείτονι διάφορον, caveo, ne. Aristot. εὐλαβοῦμαι ψόφον ποιεῖν, caveo ne strepitum moveam. Item, εὐλαβοῦμαι περὶ τὰ, cautus sum in, cautè versor in. Plat. de leg. ¶ Item timeo, metuo, vereor. Eurip. in Oreste, εὐλαβεῖσθ' ὃ τοῖς φίλοισι δρῶσιν οἱ κακοὶ φίλοι. (Phœniss. 1368. Soph. Œdip. Tyr. 47. 624.) Plut. in Pericle, Περικλῆς νέος ὢν σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο. Item cum infin. Sophoc. εὐλαβοῦμαι πεσεῖν, timeo ne cadam. Apud Plat. de. leg. εὐλαβεῖσθαι θεὸν, Deum revereri. ¶ Item cautè fugio, religiosè declino: vel simpl. fugio, vito. Isocr. εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσι, fuge et aversare calumnias. ¶ Εὐλαβεῖσθαι, religione teneri, apud Æsch. οὐ περὶ τούτων προὔλεγεν εὐλαβεῖσθαι καὶ πέμπειν εἰς Δελφούς.

Εὐλαβουμένως, cautè, circumspectè. Aristot. rhet. 3.

Decomp. Ἀνευλαβὴς, non timens, non verens: irreverens, irreligiosus: vel etiam incautus, circumspectus. Greg.

Διευλαβέομαι, οῦμαι, metuo, vel caveo. Plato in ep. διευλαβούμενος μὴ παθεῖν, cavens ne sibi accideret. Item revereor, colo. apud Plat. de rep. lib. 9.

[Διευλαβητέον. Plat. de Reb. lib. 7. Ἡμῖν δ', ἔφην ἐγὼ, πάντα τὰ τοιαῦτα διευλαβητέον, &c.]

Ἐξευλαβέομαι, οῦμαι, vereor, caveo. Eurip. ἐξευλαβοῦνται μὴ φίλοις τεύχειν ἔριν. [Androm. 644. Plat. Lach. ᾧ γε μόνῳ προσήκει καὶ περὶ θεοὺς καὶ περὶ ἀνθρώπους ἐξευλαβεῖσθαι &c.]

[Καταλαβέω. Herodot. Hist. lib. 3. γράφει εἰς βιβλίον πάντα, τὰ ποιήσαντά μιν, οἷα καταλελάβηκε.]

Μεσολαβέω, medium capio, medium prehendo, vel in medio cursu prehendo, intercipio, anteverto, apud Œcum. in Act. 19. (Æsch. Pr. 471.) ‡ Ibi in Schol.‡

Μεσολαβέομαι, in medio cursu intercipior, apud Suid.

(Μεσολαβής. ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου μεσολαβεῖ κέντρῳ. Æsch. Eum. 156.)

Μεσολάβον, ου, τὸ, instrumentum quoddam mathematicum, apud Vitruv. l. 9. c. 3.

Ὀξυλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, celer ad prehensionem, velociter prehendens aut capiens, seu in captura aut in capienda præda celer. Aristot. hist. an. l. 9. c. 34.

Ὀξυλαβέω, ῶ, celeriter prehendo, celeriter capesso et aggredior. Hesych.

Ὀξυλάβεια, studium celeriter aliquid capessendi et aggrediendi. Eustathius.

Ὀξυλάβος, qui citò prehendit, celer in aliquo negotio capessendo et exequendo. Eustath.

Παντολάβος, qui omnia accipit, vel potius ex omnibus accipit.

Ῥινολαβὶς, ίδος, ἡ, instrumentum, quo nasus arreptus torquebatur. Suid.

Σαρκολάβος, (q. d. carnis prehensor), forceps ad particulas carnium prehendendas. et instrumentum chirurgicum. Paul. Ægin. lib. 6.

Σαρκολαβὶς, ίδος, ἡ, idem, apud Diosc. et in Hippiatr.

Τριχολαβὶς, et τριχολάβιον, volsella: à capiendis et vellendis pilis. Aët.

Χειρολαβὶς, ίδος, ἡ, stivæ pars: nimirum cavum illud cui manum arator immittit. Poll.

[ΛΑ'ΜΒΔΑ. Anth. Ep. Gr. Pallad. Ῥῶ καὶ λάμβδα μόνον κόρακας κόλακάς τε διΐστᾷ. Aristot. de Hist. Animal. σχίζονται εἰς δύο, ὥσπερ εἰς λάμβδα ἑκάτεραι, &c. Athen. Deipn. lib. 7.]

ΛΑ'ΜΙΑ, seu Λαμία, bestia quædam. Plin. lamias à Græcis numerari ait in planorum piscium altero genere, quod pro spina cartilaginem habet. Nicander Colophonius ἐν ταῖς γλώσσαις, scribit, τὸν καρχαρίαν piscem vocari etiam λαμίαν et σκύλλαν. Sunt qui lamiam esse dicant animal facie muliebri, ab inferiore parte pedibus equinis. Philostr. l. 4. λαμίας inter τὰ φάσματα numerat. Vide et Diodor. Siculum l. 20.

ΛΑ'ΜΠΩ, F. ψω, luceo, splendeo, fulgeo. Aristot. de mundo, κατὰ δὲ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πυρωθὲν τὸ πνεῦμα καὶ λάμψαν, ἀστραπὴ λέγεται. Aristoph. λάμπων πυρὶ κεραυνός. Matth. 17. ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ἥλιος. Item metaphoricè, apud Plat. ep. 7. διὰ πάντων ἀνθρώπων λάμψασα δόξα. Aristoph. in Vesp. Οὐδ' εἰ Κλέων ἔλαμψε τῆς σύχης χάριν. et Nub. 1160. λάμπων ἀμφήκει γλώττῃ. (Æschyl. Eum. 909. Eurip. Phœniss. 211. seq. infin. pro δηλόω. Soph. Œdip. Tyr. 196. 480.)

Λάμπομαι, idem quod λάμπω: vel splendesco, illucesco, illuminor, illustror. Iliad. σ'. δαΐδων ὕπο λαμπομενάων. Iliad. ύ. Τεύχεσι λαμπόμενον. (Eurip. Med. 1196.) Xen. anab. 3. Καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσαν. Aristot. de mundo, ἀὴρ ὑπὸ κινήσεως λαμπόμενος, agitatione illustratus. Neutraliter apud Aristoph. in Ran. πυρὶ γοῦν λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον, igneo fulgore coruscat. Sic et apud Basil.

Λάμψις, εως, ἡ, splendor, fulgor. Naz.

Λαμπτὴρ, ῆρος, ὁ, fax fulgens. Od. σ'. Αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν. (Æsch. Ag. 22.) Sic et apud Xen. et Plut.

Λαμπὰς, άδος, ἡ, lampas, fax, funale. (Æsch. Ag. 93. Eurip. Med. 353. id. Phœniss. 1216.) Athen. lib. 14. νάρθηκας καὶ λαμπάδας φέρουσι. Plut. in probl. Rom. πέντε λαμπάδας ἅπτουσιν, ἃς κηρίωνας ὀνομάζουσι. Sic dicitur etiam in meteoris species quædam phantasmatis, Aristot. de mundo. ¶ Λαμπάδες sunt etiam tormentorum genus, apud Cyrill. ¶ Λαμπὰς appellata fuit etiam ἡ λυχνὶς ἀγρία, apud Diosc.

Λαμπάδιον, ου, τὸ, parva lampas, facula, funale. Plato polit. 1. Philo de vita M. lib. 3. Λαμπάδια dicuntur etiam linamenta quæ vulneribus induntur. Aristoph. in Acharn. ¶ Λαμπάδιον numeratur etiam inter personas comicas, quæ crinium plexus gestant in acutum desinentes instar lampadis. Poll. l. 4.

Λαμπαδεύομαι, lampada fero, apud Suid.

Λαμπαδίζω, lampadem ferens curro, schol. Aristoph.

Λαμπαδιστὴς, οῦ, ὁ, qui facem tenet seu gestat, apud eundem. (Adj. Sch. Aristoph. R. 131.)

Λάμπος, ου, ὁ, auroræ equus quidam. à fulgore et splendore dictus. Od. ψ'. Sic etiam dictus fuit Hectoris equus quidam. Il. θ'. Item alter equorum Solis, teste schol. Soph.

Λαμπηδὼν, όνος, ἡ, scintilla. Hesychio.

Λάμπη, seu λαμπὴ, ἡ, crassior spuma vino innatans: à nitore et candore dicta. Erot.

Λαμπώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, in quo spuma innatat, apud eundem.

Λαμπηρὸς, spumosus, spumeus. Gal. in lex. Hippocr.

Λαμπετάω, luceo, splendeo, fulgeo: idem quod λάμπω. Il. ά. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκτην. † Sic Hesiod. Theog. 110.†

Λαμπετὶς, ίδος, ἡ, fulgens, lucidus. Lucian.

Λαμπρὸς, οῦ, ὁ, splendidus, fulgidus, clarus. Iliad. β'. ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, clarum solis lumen. Thuc. lib. 7. ἦν μὲν γὰρ σελήνη λαμπρά. Item splendidus, magnificus. Demosth. contra Mid. λαμπρὸς καὶ πλούσιος. Phalar. ὠρέχθην μοναρχίας ἵν' ἔχοιμι λαμπρὸς εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, splendidus et liberalis erga amicos. At λαμπραὶ ἐλπίδες, ampla spes: et λαμπρὸς ἐν ἐλπίσι, qui amplam spem animo concepit, cui luculenta spes affulsit. Plutarch. in Artax. (Λαμπρὸς ὄμματι, vultu læto. Soph. Œdip. Tyr. 81. Tr. 382. 1190) Item clarus, illustris, (de nominis fama) vel præclarus. Isocr. ad Philip. ἐξ ἀδόξων γενέσθαι λαμπρούς. Xen. Hell. 5. ἦν τοῦ λαμπρόν τι ποιῆσαι πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦ ζῆν ἐραστής. Item clarus, i. ita ut exaudiri possit. Plutarch. de virt. mul. λαμπρόν τι ἀνωλόλυξε. Λαμπρὸς ἄνεμος, expon. ventus vehemens. Synesius epist. 4.

Λαμπρῶς, splendidè, luculenter, clarè. Item splendidè et magnificè, Xen. Hell. 2. Item clarè, apertè, Synes. ep. 67. Item apertè, manifestò, φανερῶς, (paulo alia signif.) Thuc. lib. 2.

Λαμπρότης, ητος, ἡ, splendor, fulgor, claritas. Plut. symp. l. 1. Item splendor nominis, seu illustre nomen, claritas. Isocr. in Helen. encom. Item λαμπρότης, apud Hermog. orationis splendor, splendidum dicendi genus.

Λαμπρύνω, splendorem affero, lucidum et clarum reddo. Item magnificè me ostento. Xenoph. de re eq. ἦν τις βουληθῇ ἵππῳ μεγαλοπρεπεστέρῳ τε καὶ περιβλεπτοτέρῳ ἱππάζεσθαι, τοῦ μὲν ἕλκειν τε τὸ στόμα τῷ χαλινῷ καὶ μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον (ἃ οἱ πολλοὶ ποιοῦντες λαμπρύνειν οἴονται) ἀπέχεσθαι δεῖ.

Λαμπρύνομαι, illustror, lucidus et splendidus reddo. Xenoph. in polit. Laced. (de æreo clypeo quem gestare Lacones solebant.) τάχιστα λαμπρύνεται, καὶ σχολαιότατα ῥυπαίνεται. Item activè, apud eundem ibidem: καὶ ὅπλα δὲ λαμπρύνεσθαι προαγορεύεται. Dicitur etiam de oculis, quum clariores redduntur. Aristoph. in Pluto, —— ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ Ἐξωμμάτωται, καὶ λελάμπρυνται κόρας, claræ ejus pupillæ redditæ sunt, i. visum recuperavit. Item illustror, nobilitor, clarus reddor. Theodoret. hist. Ecclesiast. lib. 4. παντοδαπῇ μὲν λαμπρυνόμενος ἀρετῇ. Item magnificentiam ostento, largitionis splendore me illustro. Aristot. eth. ad Nicom. 4. cap. 6. καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος. Dicitur et de ostentatione magnificentiæ gestus et sermonis, apud Hermog. Exponitur etiam, splendidè verba facio, apud Plut. de Herod. πολλὰ περὶ τῶν Μηδικῶν λαμπρυνόμενον ἔργων, multa magnificè disserentem. (Æsch. Eum. 104.)

Λαμπρυντικὸς, vim habens illustrandi et nitidum reddendi. Diosc.

Composita: ac primùm ex λάμπω.

Ἀειλαμπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, semper lucens, semper splendens et fulgens: ut, ἀειλαμπὲς φῶς, apud Naz.

(Αἰνολαμπής. Æsch. Ag. 397.) [αἰνολαμπὲς σίνος. Stanl. Grave-lucens noxa.]

Ἀλαμπὴς, splendoris et fulgoris expers, non splendens. (cum Gen. Soph. Tr. 704.)

Ἀλάμπετος, idem: ut, ἀλάμπετος ἀὴρ, apud Homerum, hymno in Lunam.

Ἀναλάμπω, reluceo, refulgeo, fulgorem et splendorem edo seu emitto. Xen. Pæd. 5. καὶ πυρὸς γάρ τοί ἐστι, θίγοντα μὴ εὐθὺς καίεσθαι, καὶ τὰ ξύλα οὐκ εὐθὺς ἀναλάμπει. Et metaph. apud Plut. de solert. anim. ἄφνω γὰρ αὖθις ἧκε, καὶ ἀνέλαμψε, et iterum emicuit, sub. vox.

Ἀνάλαμψις, fulgor. Plut.

Ἀντιλάμπω, è contrario splendeo seu fulgeo, splendorem seu fulgorem reflecto. (Æsch. Ag. 302.) Greg. (de Sole et planetis loquens.) οἱ μὲν ἀντιλάμπουσιν, ὁ δὲ ὑπερλάμπει. [Xenoph. Κυνηγέτ. cap. 5. §. 18. Τὸ γὰρ φανὸν τὸ ἐν αὐτοῖς ἐνὸν ἀντιλάμπει.]

Ἀντίλαμψις, ἡ, luminis reciprocatio. Plut.

Ἀπολάμπω, emico, effulgeo, refulgeo, resplendeo. Iliad. ζ'. Ἀστὴρ δ' ὡς ἀπέλαμπεν. Dionysius, πῦρ ἀπέλαμπεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. Item ejaculor, emitto: ut, ἀπολάμπειν αὐγὴν, apud Lucianum, ejaculari splendorem.

Ἀπολάμπομαι, idem quod ἀπολάμπω, quum neutrum est. Ut Iliad. ξ'. Et apud Hesiodum in Theog. †583.† χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή. † πῦρ ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. Asp. 72.†

Decomp. Συναπολάμπω, simul effulgeo, seu unà resplendeo. Luc. in opusculo περὶ οἴκου, et in somn.

Διαλάμπω, persplendeo, splendore et fulgore penetro. Aristoph. in Pluto, Ἐγρηγόρεσαν ἕως διέλαμψεν ἡμέρα, donec dies fulgore suo penetrasset omnia. Item splendeo inter, interluceo, interniteo. Isocr. in Panath. τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν.

Διαλαμπὴς, splendens, fulgens: vel persplendens, internitens.

[Διάλαμψις. Aristot. Meteorolog. lib. 2. τὴν μὲν οὖν διάλαμψιν τοῦ τοιούτου πυρὸς, ἀστραπὴν εἶναι· τὸν δὲ ψόφον ἐναποσβεννυμένου καὶ τὴν σίξιν, βροντήν.]

Decomp. Ἐπιδιαλάμπω, perluceo, luceo per. Theophr. hist. plant. lib. 9.

Εἰσλάμπω, illuceo, luceo in: de Sole irradiante, apud Theophr. lib. 2. de caus. plant.

Ἐκλάμπω, eluceo, effulgeo, emico. Plat. lib. 4. de rep. βασανιοῦμεν, καὶ τάχα ἂν παρ' ἄλληλα σκοποῦντες καὶ τρίβοντες, ὥσπερ ἂν ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην. Apud Naz. cum dativo, ἵνα τὸ τῆς τριάδος ἐκλάμψῃ τοῖς λαμπροτέροις, affulgeat, vel illuceat. Idem, ἐκλάμπωμεν τοῖς ἄλλοις, aliis lucem præbeamus. Et cum accus. rei, apud eundem, ἐκλάμπει πρώτην τὴν τοῦ φωτὸς τούτου δύναμιν, fulgendo edit. Ἐκλάμπειν dicitur etiam, cujus nominis splendor majore laude enitescit. Plut. de Cic. δι' εὐφυΐαν ἐκλάμψας καὶ λαβὼν ὄνομα.

Ἐκλάμπεσθαι, illustrari. apud Dionys. de angelis.

Ἔκλαμψις, εως, ἡ, fulgor: vel fulgor emicans, splendor enitescens.

Συνεκλάμπω, (*decomp.*) simul illustro, simul effulgeo. Plut.

Ἐλλάμπω, illuceo. Themist. in 3. de anima, οὗτος τοίνυν ὁ δυνάμει νοῦς, ὅταν ἀπολάβῃ τὴν οἰκείαν μορφὴν, ἐλλάμψαντος αὐτῷ τοῦ ποιητικοῦ, πρῶτον νοεῖ τὰ ἁπλᾶ. Item illustro, illumino.

Ἐλλάμπομαι, illuminor, illustror. Themist. ὁ μὲν ἐλλάμπων, εἷς· οἱ δὲ ἐλλαμπόμενοι, πλείους. Apud Theologos ἐλλάμπεσθαι significat divinitus doceri et illuminari. Di-

onys. τοὺς τῶν ὄντων οἰκείως ἐλλάμποντας λόγους, divinitus illustrati causas rerum percipiunt. Sic et apud Greg. Item cum dat. ut apud Nazianz. ἐλλαμπόμενοι τῇ τριάδι, trinitate illustrati. Ἐλλάμψασθαι, illustrari, rerum gerendarum splendore se illustrare, magnificentiam suam ostentare. Hermog. ἐπὶ διαπρεπέσι τῶν ἔργων, ἐφ' οἷς ἔστι, λαμπρύνεσθαι ὡς ἀληθῶς, ὅπερ φησὶν Ἡρόδοτος ἐλλάμψασθαι.

Ἔλλαμψις, εως, ἡ, splendor, fulgor, claritas. Item illuminatio, seu doctrina divina et inspirata, qua, discussis humanæ ignorantiæ tenebris, mens divinitus splendore quodam illuminatur et illustratur.

Ἐπιλάμπω, superfulgeo, luceo, seu splendeo super aut post: ut apud Xen. de Sole post nivem splendente. Metaphoricè dicitur, ἐπιλάμψαντος τοῦ ἔαρος, appetente verno tempore. Item transitivè, illustro: ut Apollon. in Arg. ἐπέλαμψε κολώνας, illustravit lampade.

Ἐπιλάμπομαι, desuper fulgeo, seu simpliciter, fulgeo, splendeo. Apoll. in Arg. ἐπελάμπετο πήληξ.

Ἐπίλαμπος, illustris, apparens, evidens, manifestus. Suid. ex Herodoto. [lib. 3. ἐπίλαμπος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀΐστώσει μιν.]

Εὐλαμπὴς, benè seu pulchrè splendens. ex Polem.

Καταλάμπω, illustro, illumino. Plut. τὰ δὲ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τοὺς στενωποὺς, λαμπάδια καὶ δᾷδας ἱστώντων ἐπὶ ταῖς θύραις. Lucianus in Cauc. οὐχὶ τὸν ἥλιον κεκωλύκατε καταλάμπειν αὐτούς; illustrare ipsos seu lucere ipsis. Apud Aristid. κατέλαμπον κάμηλοι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, exp. conspiciebantur auro et argento fulgentes.

Καταλάμπομαι, illuminor, illustror. Greg. de Theolog. αἳ, διὰ τὸ πλησίον εἶναι Θεοῦ, καὶ ὅλῳ τῷ φωτὶ καταλάμπεσθαι, τυχὸν ἂν καὶ τρανοῖντο. Item neutraliter, fulgeo, apud Alex. Aphr. ἔστι δὲ ὁρᾷν τῶν λεόντων καὶ τὴν κόρην καταλαμπομένην.

Κυσολαμπὶς, dicitur cicindela et noctiluca: quòd vates ei luceant. Hesych.

Νυκτιλαμπὴς, noctu lucens: epitheton Lunæ, apud Dionysium Halicarn.

Παραλάμπω, à latere splendeo: vel parum fulgeo.

Παράλαμψις, ἡ, cicatrix in nigro oculi resplendens. Galen. in lex. Hippocr.

Περιλάμπω, circumfulgeo. Act. 26. οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς. Lucæ 2. δόξα κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς. Interdum activè, undique illustro, splendore ac lumine circumfundo, collustro. Greg. (de Dei notione:) πρὶν νοηθῆναι διαδιδράσκον, τοσαῦτα περιλάμπον ἡμῶν τὸ ἡγεμονικὸν, ὅσα καὶ ὄψιν ἀστραπῆς, tanto fulgore et lumine circumfusum menti nostræ.

Περιλάμπομαι, undique illustror: lumine et fulgore circumfundor. Greg. οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι, unum animo concipere nequeo, ut non trium splendore circumfundar. Interdum neutraliter, circumfulgeo, circumcira seu undique fulgeo et splendeo. Luc. περιλαμπόμενος τῷ χρυσῷ. Basil. οἶκοι παντοδαποῖς μαρμάροις περιλαμπόμενοι, circumlucentes: vel etiam passivè, collustrati, undique illustrati.

Περίλαμψις, fulgore circumfusus. Greg.

Περιλαμπὴς, undique splendore circumfusus, undique splendidus. in Epigr. et Plut. in Fab.

Προλάμπω, splendorem et lucem prodo, illuceo. Synes. in hymno quodam matutino: Πάλιν φέγγος, πάλιν ἀὼς, Πάλιν ἡμέρα προλάμπει Μετὰ νυκτίφοιτον ὄρφναν.

Προσλάμπω, adluceo. Plut.

Πρόσλαμψις, fulgor, illustratio. Epicurus.

Πυριλαμπὴς, igne micans, igne rutilans, vel splendens. in Epigr.

Πυριλαμπὶς, noctiluca: genus insecti instar ignis splendens. Suid.

Συλλάμπω, simul luceo. Nonn.

Σύλλαμψις, collustratio. Plut.

Ὑπερλάμπω, præluceo, præradio, i. fulgore supero, super alios clarus et conspicuus sum. Greg.

Ὑπολάμπω, subluceo, subtus luceo: vel aliquantum luceo. Plutarch. symp. 4. probl. 5. κοιμᾶται δὲ ἀκαρὲς χρόνου, καὶ ὑπολάμπει τὰ ὄμματα καθεύδοντος, sublucent. Item in passi. ὑπολάμπεται, subfulget. Apoll. in Arg.

Ὑπολαμπὴς, sublucidus, subfulgidus: vel aliquantum fulgidus. Hesiod. in Asp. †142.†

Composita ex λαμπρὸς et λαμπρύνω.

Ἀπολαμπρύνω, splendidum reddo, splendescere facio. Item illustro, illustrem reddo.

Ἀπολαμπρύνομαι, splendidus reddor, illustror: unde, ἀπολαμπρύνεται τοῖς ἔργοις, factis illustratur, apud Herodot.

Ἔκλαμπρος, ου, ὁ καὶ ἡ, lucidus, fulgidus.

Ἐκλαμπρύνω, exclaro, illustro.

Ἐκλαμπρύνομαι, claresco, illustrior et clarior evado. Syn. ep. 12. Exponitur etiam glorior.

Ἐλλαμπρύνομαι, splendesco, claresco. Item magnificentiam ostento, largitionis splendore me illustro. Phalar. ἐπειδὴ τάχιστα τούτου κατ' εὐχὴν παρὰ τῶν θεῶν ἔτυχον, οἷα ἔχω πρὸς οὓς ἐλλαμπρύνομαι ταῖς χάρισι. Item splendida et magnifica oratione utor. Hermog.

Ὑπέρλαμπρος, supra modum splendidus et illustris. Aristoph. in Nub. Ὑπέρλαμπρον ὀλολύζειν, supra modum clara voce ejulare. Demosth. pro cor.

Ὑπερλαμπρύνομαι, supra modum in alacritatem me compono, et magnificè gestio. Xen.

ΛΑΜΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, sive λάμυρος, ου, ὁ, disertus, loquaculus, lepidus, facetus. Athen. λαμυρώτερον οὐδὲν, ὦ Τίμων, σου, nihil te lepidius atque elegantius. ¶ Item in malam partem, impudenter loquax, procaciter lepidus, scurrilis, apud Suid. Item generalius, procax, impudens, protervus, modum excedens audaciâ. Plut. adversus. Col. θῆρα μειρακίων λαμύρων καὶ προπετῶν. Et apud Athen. γαστὴρ ἧς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν. Mare etiam et lacus vocant λαμυροὺς, à vastitate quasi impudente. Synes. epist. 148. τὴν μεγάλην λίμνην τὴν λαμυράν. (Soph. Œdip. Tyr. 81.)

Λαμυρῶς, disertè, lepidè: seu loquaciter, scurriliter, procaciter, protervè. Xenoph. in symp. εἰ δὲ λαμυρώτερον λέγω, μὴ θαυμάζετε.

Λαμυρία, ἡ, facundia, lepores. Item loquacitas. Item procacitas, protervia, impudentia. Plutarch. de discern. adulat. ab am. et symp. lib. 6. ¶ Exponitur etiam, puritas, limpiditas.

ΛΑ'Ξ, (adverb.) calce seu calcibus, extremo pede, λήγοντι μέρει τοῦ ποδὸς, ut Eust. exponit, à λήξω futuro verbi λήγω derivans, ut, ποῦς à παύσω, fut. verbi παύω. Il. έ. Λὰξ ἐν στήθεσι βὰς, ἐξέσπασε μείλινον ἔγχος. Apollon. Argon. 2. ἐπ' ὀφθαλμοῖσιν ἐρωὴς Λὰξ ἐπέβη, calcibus in oculos insiliit. (Æsch. Ch. 641. Eum. 110.) Luc. in Lexiph. λὰξ πατήσας ᾤχετο. Et, λὰξ κινῆσαι πρός τινα, calcibus petere, apud eundem Luc. in asino. Λὰξ dicitur de ea etiam plantæ parte quæ in digitos desinit. Od. ρ'. —Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνου ἔγειρεν, Λὰξ ποδὶ κινήσας.

Λακτίζω, calco, calce pulso vel ferio, calcitro. Pind. πρὸς κέντρον λακτίζειν, adversus stimulum calces jactare. [Act. Apost ix. 5. Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Eurip. Rhes. 411. ὧν σὺ λακτίσας πολλὴν χάριν, Φίλων νοσούντων ὕστερος βοηδρομεῖς. Bacch. 793. Θυοίμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν, θεῷ. Pind. Pyth. Od. B. 173. Ποτὶ κέντρον δέ τοι Λακτιζέμεν, τελέθει Ὀλισθηρὸς οἶμος. Vide omnino Schol. Isthm. Δ. 113.] Alex. Aph. l. 2. probl. 31. τὰ σφαζόμενα ζῶα λακτίζει συνεχῶς τοὺς πόδας. Cum accusat. signif. etiam, calce peto, seu calcibus insulto. Ut Demetr. Phaler. οὐδὲ βαδίζοντες, ἀλλ' οἷον λακτίζοντες τὴν γῆν. Sic et apud Aristoph. [Thesm. 516. τὸ γὰρ ἦτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισεν. Lysistr. 800. Schol. ad 799. λακτίσαι δὲ, νῦν δηλοῖ τὸ λὰξ, ἢ λακτισμῷ πλῆξαι.] et Chrysost. [J. Poll. Onom. lib. 5. §. 94. ποσὶ λακτίζειν. Xenoph. de Cyri Exp. lib. 3. ὑπὸ μὲν γὰρ ἵππου ἐν μάχῃ οὐδεὶς πώποτε οὔτε δηχθεὶς οὔτε λακτισθεὶς ἀπέθανεν. Memorab. Socrat. lib. 2. Ἱππ. cap. 1. §. 4. Καὶ οἱ λακτίζοντες δὲ ἀναβεβαμένοι ἵπποι ἐκποδὼν ποιητέοι.] Additur aliquando et dativus instrumenti: ut Od. σ'. λακτίζων ποσὶ γαῖαν. (Æsch. Pr. 880. Ag. 391. 894. 1633.)

Λακτίζομαι, calcibus petor, calcibus verberor. Lucian. in Tim. πρὸς ἐνίων ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος. Idem Lucian. λακτιζόμενος εἰς τὴν γαστέρα ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν. Accipitur et pro, calcor, apud Synes. ep. 44.

(Λάκτισμα. Æsch. Ag. 1610.)

Λακτιστὴς, οῦ, ὁ, calcitro. Xenoph. [Memorab. lib. 3. cap. 3. §. 4. ἐὰν οὖν—παρέχωνταί σοι τοὺς ἵππους, οἱ μὲν, —οἱ δὲ, οὕτως λακτιστὰς, ὥστε μηδὲ τάξαι δυνατὸν εἶναι, &c.]

Λακτιστικὸς, οῦ, ὁ, pro eodem: ut, λακτιστικὰ ζῶα, et λακτιστικὰ ὑποζύγια, quæ calcibus verberare et ferire solent.

Δάκτις, stimulus, scutica. Item tudicula, pistillum. Callimach. Item tudicula, spatha, cochlear, quo aliquid in mortario aut olla miscetur et agitatur. Nicand. in Theriac.

Λάγδην, idem quod λάξ.

Composita.

Ἀντιλακτίζω, recalcitro, calcitrantem vicissim calcibus peto. [Aristoph. Pac. 612. Καὶ πίθος Πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀντιλάκτισεν πίθῳ.] Plut. de primo frig. ἀέρος κνίσσ' ἀντιλακτίζουσα καπνῷ.

Ἀπολακτίζω, calce ferio, calce repello. Luc. in asino. Item despicor, sperno, tanquam calce repellens, apud Areopagitam. (Ἀπολακτίσας' ὕπνον. Æsch. Pr. 652. Eum. 141.)

Ἀπολακτισμὸς, calcitratio. Plut. (pl. Æsch. Suppl. 943.)

Διαλακτίζω, calcitrando disjicio, seu à me repello. Theocr. idyll. 25. οὐλὰν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν.

Ἐκλακτίζω, calces in sublime jacto, calcibus auram verbero: ut apud Aristoph. in Vesp. ἐκλακτίζειν σκέλος. Item rejicio calcibus impetendo. Theophyl. ep. 13.

Ἐκλάκτισμα, τὸ, et ἐκλακτισμὸς, οῦ, ὁ, saltationis genus, quod fiebat calcibus in altum jactatis. Poll. lib. 5. c. 14.

ΛΑΟ'Σ, οῦ, ὁ, turba, populus. Il. ν'. ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν. Iliad. π'. ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω. Synes. epist. 57. καὶ φωνὰς ἀφῆκεν ἐπὶ συνεστώτων καὶ περιεστώτων λαῶν, coram congregato et circumstante populo, seu turba et multitudine. † λαοὶ pro hominibus positum notat Grævius apud Hesiod. Asp. 330.† ☞ Quidam à λᾶας derivant, eò quod jactis in aversum lapidibus Deucalion et Pyrrha λαοὺς repararint. Eustath. aliam rationem addit, quoniam Cecrops, videns Atticam πολυανθρωποῦσαν, convocabat τὸν ὄχλον, et numerum notabat λάεσιν, hoc est, lapidibus, unoquoque unum jaciente. Affert tamen et aliam etymologiam, derivans à λα epitatico, et αὔειν, i. φωνεῖν, quoniam πολύφωνος est ὁ λαός.

Λαώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, popularis.

Λεὼς, ὠ, Atticè dicitur pro λαὸς, ut νεὼς pro ναός. Sophocl. ἐνάλιος λεὼς, populus marinus. Sic et Lucianus in Hermotim. et in Harm.

Composita.

Ἀγελεία, ἡ, Palladis epithetum. Il. δ'. et apud Hesiod. in Theogon. παρὰ τὸ λεὼν ἄγειν, à ductando populo, quippe quæ sit ἡγεμονική. † V. Grævius ad Hes. Asp. 197.† Vide et in comp. à Λεία.

Ἀγησίλαος, vel ἀγεσίλαος, vocatur orcus, apud Callim. ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς λαούς. Dicitur etiam ἀγεσίλας.

Ἀρχέλαος, ου, ὁ καὶ ἡ, populi rector. [Herodot. Hist. lib. 5. cap. 68. ταύτῃ (φυλῇ) δὲ τοὔνομα ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ ἀρχῆς ἔθετο. οὗτοι μὲν δὴ Ἀρχέλαοι ἐκαλέοντο.]

Ἀρχέλας, ου, ὁ, idem.

[Ἀρχέλειος. Æschyl. Pers. 296. τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων, &c. Schol. λαῶν ἀρχόντων. Ἄλλως. τῶν βασιλέων, ἀπὸ τοῦ τῶν λαῶν ἄρχειν.]

Ζευξίλεως, cui subditi sunt populi. Suid. et Hesych. ex Soph. in Andromeda. Ab Hesychio exp. etiam ζευκτὸς λαός.

ΛΑΠΑ'ΖΩ, et λαπάσσω, sive λαπάττω, evacuo, inanio. (Æsch. S. c. Th. 47.) Athen. lib. 8. λαφύττειν γὰρ καὶ λαπάζειν, τὸ ἐκκενοῦν καὶ ἀναλίσκειν. Galen. καὶ τῶν ἐδεσμάτων ὅσα λαπάττει τὴν γαστέρα. ☞ Athenæus à λάπτω deducit, quod itidem significat evacuo. Exponitur etiam, mollio, λαγαρὸν vel λαπαρὸν ποιῶ. Hesych. et Erot.

Λαπάζομαι, sive λαπάττομαι, evacuor. Aristot. problem. sect. 23. οἱ τροχαζόμενοι ἰσχυρὸν ποιοῦσι τὸν πόνον, καὶ οὐ λαπάττονται. Item mollior.

Λάπαγμα, τὸ, id ipsum quod evacuando educitur. Hesych.

Λαπαγμὸς, οῦ, ὁ, evacuatio, exinanitio. Hesych.

Λάπαξις, εως, ἡ, idem. Aristot. phys. 2. et in probl.

Λάπαθος, ου, ἡ, et λάπαθον, ου, τὸ, fossa, terræ sulcus evacuando excavatus. Suidæ autem neutro gen. λάπαθον est ὄρυγμα εἰς θηρίων ἐνέδραν. Sic et Eustath. Δημόκριτος τοὺς βόθρους, οὓς οἱ κυνηγοὶ σκάπτοντες φρύγανα καὶ κόνιν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιβάλλουσιν, ἵνα τὰ θηρία ἐμπίπτωσι, λαπάθους καλεῖ, διὰ τὸ κεκενῶσθαι ὀρυχθέντας. ¶ Est et herbæ nomen, sic dictæ, quòd ventrem evacuet et emolliat. Diosc. l. 2. c. 111.

Λαπαρὸς, οῦ, ὁ, vacuus, inanis. Aristot. hist. anim. lib. 8. λαπαραὶ γίνονται γαστέρες, ventres evacuantur. Item tenuis, mollis. Hippocr. in lib. περὶ ἀγμῶν. (Il. γ'. 359.)

Λαπάρη, et λαπαρὸν, dicitur ea pars corporis quæ posita est inter costas nothas, et ossa, quæ ad ilia pertinent, quòd inanis sit et desideat. Il. γ'. et ή. Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα Ἔγχος. Sic et Il. χ'.

Λαπαρῶς, inaniter, κενῶς. Gal. comm. in Epidem. 3.

Ἀλαπάζω, idem quod λαπάζω, ex eoque factum pleonasmo τοῦ α, teste Eustathio. Plerunque significat vasto et diripio, spolio. Ut Il. ό. Τὸν δ' ἴδεν Αἰνείας ἀλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν. Odyss. ρ'. Ἀλλὰ Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονίων. (Æsch. Ag. 133.)

Ἀλαπάζομαι, vastor, diripior. Iliad. ώ.

Ἀλαπαδνὸς, οῦ, ὁ, vastationibus et direptionibus expositus, vastatu et direptu facilis. Il. δ'. ἀλαπαδνότεροι γὰρ ἔσεσθαι. Il. β'. Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἦεν. (imbellis. Il. β'. Cat. N. 182.) Exponitur etiam expugnatu facilis: ut Il. έ. τῶν δὲ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.

(Ἀλλάπαδα. Sch. Theoc. Id. 2. 85.)

Composita: ac primùm ex λαπάζω seu ἀλαπάζω.

Ἐξαλαπάζω, evacuo, exinanio. Od. δ'. μίαν πόλιν ἐξαλαπάξας. Item vasto, diripio. Iliad. ά. Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι. Sic et apud Hesiod. in Erg. ‡ ἀλλά με τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε, conficiebat. Theoc. Idyll. 2. 85.‡

Ἐκλαπάζω, idem cum λαπάζω. Æschyl.

Ὑπολαπάζω, subtus evacuo, evacuando subduco, aliquantum evacuo. Etymol.

Composita ex λάπαθον.

Βουλάπαθον, lapathum agreste, radicis altitudine à sativo differens.

Ἱππολάπαθον, lapathum sativo majus. Vide Diosc. lib. 2. c. 140. 141. Plin. lib. 20. c. 21.

Ὀξυλάπαθον, genus lapathi: sic dictum quòd folia sativo habeat acutiora.

Ὑδρολάπαθον, lapathum in aqua natum: lapathum aquaticum. Vide Plin. loco antè citato.

ΛΑ'ΠΗ, ης, ἡ, pituita. Hippocr. de morb. ἐμέει σίαλα καὶ λάπην.

ΛΑΠΙ'ΖΩ, insolentiùs et arrogantiùs me effero, jacto me. Etym. ☞ Innuit Hesych. derivatum esse παρὰ τοὺς Λάπιθας. quæ gens fuit Thessalica ferox.

Λάπισμα, τὸ, jactantia. Utitur Cicero ad Atticum l. 9. ep. 16.

Λαπιστὴς, οῦ, ὁ, jactator, gloriator, nugax, mendax, temerarius. item, delicatus et mollis, nihil pensi habens. Hesych. Suid.

Λαπίστρια, ἡ, exp. ἡ θέλουσα εὐωχεῖσθαι ῥεμβομένη, μετεωριζομένη. Suidas.

ΛΑ'ΠΤΩ, F. ψω, lambendo bibo, more canum, luporum, et animantium τῶν καρχάρων. Aristot. hist. anim. lib. 8. πίνει δὲ τῶν ζώων τὰ μὲν καρχαρόδοντα λάπτοντα· τὰ δὲ συνόδοντα σπᾷ, οἷον ἵπποι καὶ βόες, ἡ δὲ ἄρκτος οὔτε σπᾷ, οὔτε λάπτει, ἀλλὰ κάψει. καὶ τῶν ὀρνέων δὲ τὰ μὲν ἄλλα σπάσει. ☞ Vox est factitia à sono quem canes et lupi bibendo edunt. Iliad. π'. (de lupis præda satiatis :) ἀπὸ κρήνης μελανύδρου Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ Ἄκρον. Plutarch. de solert. anim. καὶ τὸ αἷμα λάπτουσι προθύμως. ¶ Λάψαι est etiam plenis se proluere poculis, confertim se ingurgitare mero : ut docet Athen. lib. 11. ex Aristoph. τὸ δ' αἷμα λέλαφας τοὐμὸν, ὦ 'ναξ δέσποτα. ¶ Λάπτειν est etiam evacuare, exinanire, ἐκκενοῦν, ut tradit Eust.

Composita.

Ἀπολάπτω, lambendo absorbeo. Aristoph. in Nub. γνοὺς ἀπολάψεις ὅ, τι πλεῖστον δύνασαι ταχέως.

Ἐκλάπτω, lambendo ebibo seu exorbeo, lambendo exhaurio, ut canes et animalia serratos dentes habentia. Aristoph. in Pace, τὸ ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται.

ΛΑΡΙΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, saginatus ; ut, λαρινοὶ βόες et σύες, apud Athen. (☞ Vel à Larina pago Epirotico : vel à pastore Larino : vel à particula λα significante λίαν, et nomine ῥινὸς denotante τὸ δέρμα. quidam et παρὰ τὸ λαρόν.) Apud Aristoph. ζητῶ τι λαρινὸν ἔπος ὃ τὴν τούτων θραύσει ψυχήν. pro μέγα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν βοῶν, inquit Suidas. ¶ Ab eodem exponitur etiam jucundus, suavis, ut λαρός.

Λαρινεύω, sagino.

Λαρινεύεσθαι, saginari : ut apud Soph. βόες δὲ λαρινεύονται.

ΛΑΡΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, corbis è vimine plexus, quo carbones ferunt, interdum, et caricas. Aristoph. in Acharn. Ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρίλης μοι συχνὴν ὁ λαρκὸς ἐπετίλησεν, ὥσπερ σηπία. Exponitur et generaliùs φορμὸς κόφινος.

Λαρκίδιον, ου, τὸ, apud Aristoph. [Acharn. 339.] parvus corbis.

ΛΑ'ΡΝΑΞ, ακος, ἡ, capsa, arca, loculus, conditorium. Iliad. σ'. (de Vulcano :) ὅπλα τε πάντα Λάρνακ' ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, τῇς ἐπονεῖτο. Josephus de capt. Jud. δύο λάρνακας ὡς εἰς ἐκκομιδὴν νεκρῶν παρεσκευασμένη. Sic Thuc. lib. 2. ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν, quum efferendum funus est, arcas ex cupresso currus singularum tribuum singulas ducunt.

ΛΑ'ΡΟΣ, ου, ὁ, larus, seu gavia : avis de qua Aristot. hist. anim. l. 5. c. 9. ἡ δὲ αἴθυια καὶ οἱ λάροι τίκτουσιν ἐν ταῖς περὶ θάλασσαν πέτραις· ἀλλ' ὁ μὲν λάρος, τοῦ θέρους, ἡ δὲ αἴθυια ἀρχομένου τοῦ ἔαρος. Avis hæc rapax est et vorax. Unde Aristoph. in Nub. † 591.† Κλέωνα, τὸν λάρον, δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς, Cleonem larum seu gaviam, hoc est, hominem avarum et rapacem seu furacem. Sunt etiam qui homines stupidos λάρους appellari dicant, à stupiditate ejus avis. ¶ Λαρὸς, οῦ, ὁ, dulcis. Theocr. Jucundus, gratus, voluntati nostræ acceptus. Apollonii enim schol. à λῶ, τὸ θέλω, derivat : alii quasi λίαν ἀρηρὼς dictum volunt. Odyss. μ'. λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον. Et in superlativo gradu, λαρώτατος, Odyss. β'. Et, λαροῖς ποσὶ, apud Hesiod. pedibus visu jucundis. Hinc et, λαρὸς ἀϋτμὴ, dulcis halitus, apud Theocr. idyll. 19.

ΛΑ'ΡΥΓΞ, υγγος, ὁ, guttur : colli pars anterior, opposita τῷ στομάχῳ. Aristot. hist. anim. lib. 1. αὐχὴν δὲ τὸ μὲν μεταξὺ προσώπου καὶ θώρακος, καὶ τούτου τὸ μὲν πρόσθιον μέρος, λάρυγξ, τὸ δὲ ὀπίσθιον, στόμαχος. Galen. comment. in Aphor. λάρυγγα vocari scribit, veluti caput et ostium asperæ arteriæ. Thomas Magister λάρυγγα esse dicit eam partem, per quam cibus in stomachum intrat : dicente Aristophane in Ranis, Ἐγὼ δὲ τὸν λάρυγγ' ἂν ἐκτέμοιμί σου, ᾧ τοὺς κοχλίας κατήσθιες. Idem tamen Aristoph. λάρυγγα etiam appellat vocis vehiculum seu meatum : in Equit. dicens, Ἐκ τοῦ λάρυγγος (τοῦ συνηγόρου) ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον, è gutture patroni suspenso Hyperbolo.

Λαρυγγίζω, latius diducto gutture vociferor et clamito. Demosthen. pro cor. ἐπάρας τὴν φωνὴν, καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων, ᾤετό μου κατηγορεῖν, Luc. in Lexiph. καὶ τὸ βρενθύεσθαι καὶ λαρυγγίζειν ἀπέσθω. Ponitur et cum accusativo apud Aristoph. λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας, occlamabo rhetoribus.

Λαρυγγισμὸς, οῦ, ὁ, clamor et vociferatio, quæ fit gutture latius diducto.

Λαρυγγιτὴς, οῦ, ὁ, vociferator : vel vorator, lurco. Athen. l. 6.

Λαρυγγιάω, idem ferè quod λαρυγγίζω. Agathias. epigr. l. 2. Καὶ περὶ λευκανίην βραγχὰ λαρυγγιόων, raucos gutture ronchos edens.

ΛΑ'ΣΑΝΟΝ, ου, τὸ, idem quod χυτρόπους. Hesych. Suid. Poll. Itemque schol. Aristoph. in Pace, ἐνταῦθα γὰρ Πρὸ τοῦ πολέμου τὰ λάσανα τῇ βουλῇ ποτ' ἦν. Exponitur etiam cloaca, sella familiaris : locus aut vas ad deponendum ventris onus, apud Hesych. et Poll. l. 10. cap. 9.

ΛΑ'ΣΘΗ, ης, ἡ, sanguis. apud Suidam. ¶ Ab Hesych. exponitur etiam, illusio, contemptus, probrum, contumelia. Ut apud Athen. lib. 8. in epitaphio Philænidis, Μή μ', ὦ μάταιε ναῦτα, τὴν ἄκραν κάμπτων, χλεύην τε ποίευ, καὶ γέλωτα, καὶ λάσθην, ne me ludibrio, risui et contemptui habeas.

Λάσθων, maledictis incessens.

Λάσθαι, ludificari, despectui habere, convitiis proscindere. Hesych.

ΛΑ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, hirsutus, hirtus, hispidus, setosus. Iliad. ώ. δῖς λάσιος μέγας. Philostr. epist. 25. Φοβερώτερος καὶ λέων ὁ λάσιος, leo hirtus et villosus. Dicitur etiam de homine. Aristoph. in Nub. † 348.† ἢν ἴδωσι κομήτην ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων. Theophyl. epist. 15. νεανίας τὸ περιστέρνιον λάσιος. Id quia virilitatis et animositatis signum esse putatur, cor etiam λάσιον appellatur, i. animosum, virile. Il. π'. Ἀχαιοὺς Ὦρσε Μενοιτιάδαο Πατροκλῆος λάσιον κῆρ. Sic apud Athenæum lib. 15. Ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω. Terra etiam et locus aliquis λάσιος dicitur qui herbidus est, arboribusque et fruticibus consitus. Xen. Hellen. 4. καὶ γὰρ ἦν λάσιον τὸ χωρίον. † hirsutus opp. τῷ ἐργάσιμος et εὐήλατος. Pæd. 1. 4. 15.† Philo in vita Mos. lib. 1. ἅπασα ἡ χώρα λάσιος. Sic in Epigr. λασίη ὄχθη. Apud Hippocr. τὸ λάσιον Gal. exponit σινδόνην, sindonem seu linteum.

Λασιῶνες, loca densa, et arbustis hirta ; tesqua. Nicand. in Ther.

Λάσσια, Pollux lib. 7. cap. 16. vocata fuisse scribit mantilia hirsuta, mantilia lanugine quædam hirta, ex Sapph.

Λαισήϊον, clypeolus, parmula : volunt esse ἀσπιδίσκιον θυρεοειδὲς, ἐκ λασίων βυρσῶν αἰγείων, unde et nomen. Vide et in Λαιός.

Περιωτάλσιος, (comp.) apud Heracl. ex Platone legi dicitur pro, ὁ περὶ τὰ ὦτα λάσιος, circum aures hirsutus.

ΛΑ'ΣΚΕΙΝ, dicere, loqui. Hesych. ¶ Item probrosè et cum convitiis dicere, maledictis incessere. apud Eurip. in Andromache, ξένης δ' ὕπερ τοιαῦτα λάσκες τοὺς ἀναγκαίους φίλους. (Æsch. Ag. 874.)

ΛΑ'ΤΑΞ, αγος, ἡ, Hesychio sonitus seu strepitus qui inter cottabizandum editur. Apud Athen. lib. 11. λάταξ sive λαταγὴ dicitur quod excidit ex poculo. ¶ Λάταξ est et nomen animalis quadrupedis, amphibii, aërem, non humorem, recipientis, crocodili more. Vide Aristot. hist. anim. l. 8. c. 5.

Λαταγεῖν, strepitum, seu sonitum reddere effusis ταῖς λάταξιν. Ut apud Lucianum in Lexiph. ὑμεῖς δ' ἴσως ᾤεσθε, μὴ λαταγεῖν τοὺς κοττάβους.

ΛΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ, latus : piscium genus, apud Athen. lib. 7.

ΛΑ'ΤΡΙΣ, ιος, ὁ, vel ἡ, servus, famulus : serva, famula, Athen. l. 6. Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων. Synes. in hym. Ἴδε τοῦτο, λάτρις πίπτω κατὰ γᾶς, ἱκέτας ἀλοός. Exponitur etiam mercenarius, apud Eustath. ex Aristoph. grammat. Fœm. λάτρις reperitur apud eundem Synes. in hymn. Οἷσι ψυχὰν Θωπευομέναν γᾶ λάτριν ἔχει. (Eurip. Phœniss. 229. Soph. Tr. 70.) ☞ Etymon vide in λατρεύω.

Λατρεύω, servo, famulor. [Soph. Œd. Col. 106. μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν. Trach. 35. αἰεὶ τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ. Schol. ὑπηρετοῦντα τῷ Εὐρυσθεῖ. Eurip. Cycl. 24. καλοῦσι δ' αὐτὸν, ᾧ λατρεύομεν, Πολύφημον. Ion. 123. 129. σοὶ πρὸ δόμων λατρεύω, τιμῶν μαντεῖον ἕδραν. Elect. 131. Æschyl. Prom. 967. κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ, Ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον. Schol. β'. προσταλαιπωρεῖν. Anth. Ep. Gr. Philipp. Ἰχθύσι δ' ἐκ σταχύων λατρεύομεν οἱ ταλαεργοί. S. Matth. Evang. iv. 10. Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.] Xenoph. Pæd. 3. ἐγὼ μὲν κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην. Plutarch. in probl. Græc. κατέχειν παρ' ἑαυτῷ λατρεύσοντας. Usurpatur et metaphoricè. ut, καιρῷ λατρεύειν, Phocyl. et, τῷ κάλλει λατρεύειν, Isocr. in Hellen. Item serviliter colo. Luc. νῦν δὲ λατρεύοντες εἰς ἀπόνοιαν τοὺς δυνάστας ἄγουσι. Apud Ecclesiasticos scriptores accipitur pro, religiosè colo : ut apud Damasc. et passim in Novo Testamento. Unde λατρεύοντες vocantur cultores Dei, in epist. ad Hebr. ¶ Sunt qui derivant à λα, particula intensiva, et verbo τρέω, id est, tremo : quòd servi ad jussa dominorum vehementer tremere soleant.

Λάτρευμα, τὸ, servitium, ministerium, cultus. in Epigr. (Λατρεύματα πόνων, laborum servitus. Soph. Tr. 361.) [Eurip. Iph. in Taur. 1275. πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν. Troad. 1106.]

Λατρευτὴς, cultor.

Λατρεία, ἡ, servitus. (Eurip. Phœniss. 211.) Item cultus, servitus religionis. sæpe in Biblicis scriptis. Et λατρεία, serva. Pind.

(Λατρός. Æsch. Suppl. 1018.)

Composita.

Δαιμονολάτρης, dæmonum cultor.

Εἰδωλολάτρης, ου, ὁ, qui honorem et cultum exhibet simulacris numen aliquod repræsentantibus. 1 Corinth. 6. et alibi in Novo Testamento.

Εἰδωλολατρεία, ἡ, ejusmodi cultus. In iisdem Novi Testamenti libris.

Εἰδωλολατρῶ, sum idololatra, apud Basil.

Συλλατρεύω, simul servio. Plut.

ΛΑΥΚΑΝΙ'Α, ας, ἡ, guttur, gula. (☞ Παρὰ τὸ λαύειν, quod est ἀπολαύειν, quia è cibo potuque voluptatem ea pars præ cæteris sentiat, ut tradunt grammatici.) Iliad. ώ. Νῦν δ' ἤδη σίτου πασάμην, καὶ αἴθοπα οἶνον Λαυκανίης καθέηκα, πάρος γε μὲν οὔτι πεπάσμην.

Λευκανία, ας, ἡ, idem quod λαυκανία, ut λεκάνη idem quod λακάνη. Il. χ'. ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσι Λευκανίης. Et Epigr. lib. 2. Καὶ περὶ λευκανίην βραγχὰ λαρυγγιόων.

Λευκανίηνδε, ad gulam. Apoll. Argon. 2. λευκανίηνδε φορεύμενος.

Λευκανόθεν, ex gutture, seu ex imo gutture.

ΛΑΥ῀ΡΟΣ, ου, ὁ, latus, multus, copiosus. Ut apud Herodot. λαῦραι πυλίδες. Il. π'. ὅτε λαυρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς. ubi tamen quidam legunt λαβρότατον. ☞ Eustath. dici vult à λα epitatico et ῥέων, i. valde fluens. Alibi idem ab αὔρα quosdam deducere scribit.

Λαύρως, latè, abundè.

Λαῦρα, ἡ, vicus, platea : sic dicta substantivè, quasi λαῦρα ὁδός. Od. χ'. Ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην. Athen. lib. 13. ex Mimnermo, Μακεδονίης πάσας κατενίσσατο λαύρας. Hesych. et Suidas sic appellatam volunt, ὅτι δι' αὐτῆς οἱ λαοὶ ῥέουσι.

Composita ex λαῦρα.

Διάλαυρος, cujus janua nostræ est è regione ex opposita vici ædificiorum serie.

Σποδησιλαῦρα, meretrix publica : παρὰ τὸ διατρίβειν τὰ πολλὰ ἐν ταῖς λαύραις, vel δημοσίᾳ σποδεῖσθαι, τουτέστι, συμπλέκεσθαι. Eustathius.

ΛΑΦΥ'ΣΣΩ, sive λαφύττω, F. ξω, avidè deglutio. Il. λ'. et ρ'. (de leone :) ἔπειτα δέ θ' αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει. Exponitur etiam, helluor, consumo per luxum, devoro : unde apud Agath. scholiast. lib. 2. —— οὐ γὰρ ἔγωγε Βήσομ' ὑφ' ὑμετέρῃ γαστρὶ λαφυξόμενος, deglutiendus seu devorandus. Sic et apud Luc. ☞ Athen. lib. 8. scribit, λαφύττειν esse τὸ δαψιλῶς καὶ ἐπὶ πολὺ λαπάττειν καὶ ἐκκενοῦν καὶ ἀναλίσκειν. Eustath. verò quodam in loco ab ἀφύσσειν deducit.

Λαφυγμὸς, οῦ, ὁ, deglutitio, helluatio. Aristoph. in Nub.

Λαφύκτης, ου, ὁ, liguritor, helluo. Athen. lib. 11.

Λαφύστιος, ου, ὁ, idem. Suid.

Λάφυρα, τὰ, exuviæ, spolia. (Æsch. Ag. 587.) ☞ Παρὰ τὸ λαφύττειν, τὸ ἐκκενοῦν, ut docet Eustath. addens tamen, esse qui velint, compositum esse ἀπὸ τοῦ τῷ λαῷ φέρεσθαι. Volunt λάφυρα propriè esse quæ vivo hosti detrahuntur, ut σκῦλα quæ mortuo. Soph. καί σε παγχρύσοις ἐγὼ Στέψω λαφύροις. Plut. de deo Socr. ἑστίαι πλήρεις οὖσαι παντοδαπῶν λαφύρων. [Polyb. Hist. lib. 4. καὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. 424. 14.]

ΛΑΧΑΙ'ΝΩ, fodio. Eust. et Hesych. ☞ Qui et dictum putant παρὰ τὸ λίαν χαίνειν : ubi enim fossæ ducuntur, terra hiat. Moschus idyll. 2. (de Hercule :) τῇ μεγάλην ἐλάχαινε, δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ τάφρον, magnam fodiebat fossam.

Λάχεια, apud Hom. Od. ί. tribuitur insulæ, et exp. fossu facilis, bonum habens solum, παρὰ τὸ λαχαίνεσθαι. Quidam tamen ibi ἐλάχεια legunt, ab ἔλαχυς, quod est, parvus.

Λάχανον, ου, τὸ, olus. (☞ Sic dictum à λαχαίνω, quòd fodiatur terra in plantatione ejus.) Theophr. hist. pl. l. 7. καλοῦμεν λάχανα τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν, olera vocamus quibus in cibo utimur. Et, ἑψητὰ λάχανα, apud Athen. l. 2. Item ἄγρια λάχανα. Aristoph. in Pluto. ¶ Λάχανα dicitur etiam quod è vimine connexum currui ad sedendum imponitur. Hesych.

Λαχανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, oleraceus. Et, λαχανώδη, oleracea, et quæ ex olerum genere sunt, ipsa olera. Sic, κρόκοι λαχανώδεις, usum oleris præbentes, apud Diosc.

Λαχανηρὸς, οῦ, ὁ, idem quod λαχανώδης, Theophr. hist. plant. l. 7.

Λαχανικὸς, οῦ, ὁ, ad olera pertinens.

Λαχανία, ἡ, locus oleribus consitus.

Λαχάνιον, idem quod λαχανάριον, olusculum. Laërt.

Λαχανάριον, ου, τὸ, olusculum.

Λαχανεύομαι, esui sum oleris modo. Diosc. τὰ δὲ πρόσφατα τῶν φύλλων λαχανεύεται εἰς προσοψήματα. Apud Luc. in Lexiph. sunt qui λαχανεύεσθαι significare putent, oleribus victitare, aut olera colligere, vel oleris loco colligere.

Λαχανία, ἡ, olerum collectio. Joseph. de antiquit.

Λαχανίζομαι, olera lego. Suid.

Λαχανισμὸς, οῦ, ὁ, olerum collectio. Thuc. l. 4. † l. 3. §. 3.†

Composita ex λαχαίνω.

Ἀμφιλαχαίνω, circumcirca fodio. Odyss. ω'. Ἤτοι ὁ μὲν κατ' ἔχων κεφαλὴν φυτὸν, ἀμφιλάχαινε.

Ἐκλαχαίνω, effodio. [Apoll. Rhod. Arg. i. 374. Αἰεὶ δὲ προτέρω χθαμαλώτερον ἐξελάχαινον Στείρης, &c. iv. 1532. Αἶψα δὲ χαλκείῃσι βαθὺν τάφον ἐξελάχαινον Ἐσσυμένως μακέλῃσιν.]

Composita ex λαχαίνω.

Δενδρολάχανα, olera arborescentia. Theophr.

Ἐκλαχανίσασθαι, olus decerpere. Theophr. hist. pl. l. 7. c. 11.

Χρυσολάχανον, aureum olus: ita dicitur à quibusdam atriplex, teste Diosc. vide et Plin. l. 27. c. 8.

ΛΑ'ΧΝΗ, ης, ἡ, lanugo, pili lanuginis modo molles. [Sop. Tr. 702.] (☞ Ex particula λα, et nomine χνοῦς. Il. β'. ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Sic et Il. κ'. οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Hesychio est densum capillamentum, derivanti παρὰ τὸ λάσιον.) ¶ Eidem, itemque Suidæ, est spuma maris, quæ et ἁλὸς ἄχνη. ¶ Nicand. λάχνην vocavit etiam pellem lanugine hirtam, seu pellem hirsutam pilis mollioribus, sic canens in Ther. ἡ μυτέρα λαιδρὴν Ἀγρώστεις, πρόσπαιον ἀποσκύλαιο δὲ λάχνην. Idem et herbarum comas λάχνην appellavit in Alexiph. περὶ δ' αἴνυσο λάχνην Πηγάνου. † de pelle taurino Apollon. Arg. 1. 325.†

Λαχναῖος, ου, ὁ, lanuginosus, villosus, pilosus, hirsutus, hispidus. Epigr.

Λαχνήεις, εντος, ὁ, idem. Il. β'. et alibi.

Λάχνος, pro eodem, ut tradit Suid.

Λαχνοῦται, pilosus fit et hispidus. Hesych.

[Λαχνώδης. Eurip. Cycl. 539. Καὶ μὴν λαχνῶδές τοὔδας ἀνθηρᾶς χλόης.]

ΛΑ'Ω, video: unde Ἀλαὸς, qui non videt, cæcus, teste Suida. Et apud Hesych. λάετε exp. σκοπεῖτε, βλέπετε. Item fruor. Ut Od. β'. v. 226. et 227. ἀσπαίροντα λάων. et, ὁ μὲν λάε, νεβρὸν ἀπάγχων. Hinc λαύω, et ἀπολαύω.

Λαύω, pro quo usus obtinuit ἀπολαύω, i. fruor. Eustath. deducit à λάω, pleonasmo literæ υ.

Ἀπολαύω, (comp.) fruor, commodum seu fructum capio. † Xen. Pæd. l. 4. p. 101. d. et l. 6. p. 160. d.† Plerunque cum genitivo: ut Isocr. ad Demon. ἀπήλαυε τῶν παρόντων ἀγαθῶν, fruebatur bonis præsentibus. Sic, ἀπολαύειν σχολῆς, otio frui. Dem. Plut. in Ant. ἀπέλαυσαν τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ, ex ejus ambitione commodum perceperunt. Interdum cum accusat. cui tamen adjungitur genit. ut apud Aristoph. ἀγαθὸν ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ. † Sic Xen. Pæd. l. 5. p. 136. e.† Sic et apud Isocr. Plut. Luc. Synes. Et cum solo accus. apud Theophr. de caus. pl. lib. 3. Item in malam partem, sum particeps. Item damnum capio. Arrian. Θεμίζου δὲ καὶ βοῦς καὶ τῶν ἄλλων χαλεπῶν οὐκ ἀπολαύσετε. Isocr. de pace, δέδοικα, μὴ αὐτὸς ἀπολαύω τι φλαῦρον. [Eurip. Phœniss. 1164.]

Ἀπόλαυσμα, τὸ, oblectamentum. Eurip. [Æschin. Epist. 5. παρέχει δὲ ἡμῖν, καὶ ἄλλα καλλίω συῶν τε ἀγρίων, καὶ δορκάδων τῶν πέραθεν ἀπολαύσματα.]

Ἀπόλαυσις, εως, ἡ, fruitio, usus, commodum; seu fructus, quem ex re aliqua percipimus. Isocr. Xenoph. &c. Item ipsa voluptas, vel oblectatio. Aristot. top. 1.

Ἀπολαυστὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ad voluptatem pertinens. Plut.

Ἀπολαυστικὸς, voluptati deditus. Basil. Item voluptatem afferens. Athen. l. 14.

Decomp. Ἀναπόλαυστος, cui frui non datum est. Exponitur et passivè, quo frui non licet, infructuosus.

Ἐναπολαύω, fruor in, commodum seu fructum capio. Plut.

Καταπολαύω, perfruor. Exponitur et, nimium fruor.

Παραπολαύω, obiter fructum percipio. Greg. Item obiter damnum accipio. Luc. de calumn.

Συναπολαύω, simul fruor, unà cum alio fruor. Interdum in malam partem, sicut et ἀπολαύω: unde apud Aristot. in probl. συναπολαύει τῶν μερῶν, exp. partium vitia haurit.

ΛΕΒΗΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, exuviæ, pellis deposita: membrana sive senectus anguium. Josephus in antiq. Jud. (de cingulo summi pontificis loquens:) ζώνη διαπένως ὑφασμένη, ὥστε λεβηρίδα δοκεῖν ὄφεως, zona ita texta ut cava et inanis sit, ut exuvium serpentis. Proverbio dicitur, Κενώτερος λεβηρίδος, inanior serpentis senio, apud Athen. l. 8. ¶ Hesychio, cortex fabæ, pellicula fabæ detracta.

ΛΕ'ΒΗΣ, ητος, ὁ, lebes. [Æsch. Ag. 455. 1138. Callim. in Del.] (☞ A λείβειν dictus, quoniam in eum aqua λείβεται, i. funditur: ut Eust. ex Athen. tradit.) Il. φ'. Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ. Athen. l. 4. λέβητας ἐπέστησε κρεῶν παντοδαπῶν μεγάλους. ¶ Item pelvis lavandis manibus, malluvium. Odyss. ά. ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος νίψασθαι. ¶ Dicitur etiam de pelluvio, i. vase in quo pedes abluuntur. Poll. ex Hom.

Λεβητώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lebetis formam habens. Athen. l. 11.

Λεβήτιον ,et λεβητάριον, ου, τὸ, parvus lebes, apud Athen.

ΛΕ'ΓΝΟΝ, ου, τὸ, fimbria quæ assuitur extremæ vestis oræ, seu ipsæ vestimentorum extremitates et oræ. Unde Hippocr. λέγνα per metaphoram vocat extremitates orificii matricis, teste Galeno in lexico Hippocr. Pro eodem legitur et λέγνη, et in plur. λέγναι, apud schol. Callim.

Λεγνωτὸς, οῦ, ὁ, fimbriatus, institam habens. Callim. initio hymni in Dianam, ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λεγνωτόν.

Λεγνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, varius, variegatus. Hesych.

ΛΕ'ΓΩ, (F. ξω, P. λέλεχα, aor. 1. ἔλεξα,) lego, i. colligo, deligo. Il. ψ'. Ὀστέα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγωμεν. Item numero, percenseo. Od. δ'. Ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν. Od. ξ'. Οὔτι διασρήξαιμι λέγων ἐμὰ κήδεα θυμοῦ. ¶ Item dico, loquor. .† Sequitur ὡς. per infinitivum redditur. Xen. Pæd. l. 3. p. 66. c. et d.† Cum accusat. rei. Plut. ad Colot. ἄλλα μὲν ἔλεγεν, ἄλλα δὲ ἔπραττε. Sic apud Xen. λέγω ταῦτα περὶ σου, et, ἐμοὶ τοῦτο λέγεις, apud eundem. Et cum accusat. personæ: ut apud Plat. de rep. l. 1. τοὺς τὰ βαλάντια ἀποτεμόντας λέγω, loquor de. Dicitur et, εὖ λέγω σε, vel καλῶς, bene loquor de te, laudo te. Sic vicissim, κακῶς λέγω σε, malè loquor de te, maledico tibi, vitupero te, detraho tibi, Dem. et Plut. in apophth. Aristoph. in Plut. σέ τοι σέ τοι λέγω, exp. voco, appello. Et, ὀνόματι λέγειν τινὰ, apud Plat. in apologia, nominare aliquem. Cum accusat. rei exponitur etiam, narro, commemoro: ut apud Isocr. τί δεῖ με λέγειν τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους; † λέγειν λόγους. Xen. Pæd. 1. 6. 10.† Interdum cum gemino accus. ut apud Aristoph. † Nub. 1331.† λέγω σε κακὰ πολλά. † Cum acc. personæ (et rei) Xen. Pæd. 1. 4. 23.† Dicitur et, λέγω πρός σε, apud Xenoph. † πρός τινα. Aristoph. Nub. 1355.† (λέξασα κακῶς σε. Eurip. Med. 474. Æsch. Pr. 208. Soph. Tr. 139. Il. β'. 435.) Cum infinit. exponitur etiam, jubeo: ut, οἰμώζειν σοι λέγω, &c. Interdum significat, eloquenter loquor seu disertè: ut apud Eupolin, Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Sic, δυνάμενος λέγειν, apud Æschin. eloquentia valens. Item recito, lego. Dem. ¶ Ponitur etiam pro, cubare facio, aut dormitum dimitto. apud Homer. Il. ά. Λέξον νῦν με τάχιστα, διοτρεφὲς, &c. † jactare. Xen. Pæd. 1. 3. 9.†

Derivata à λέγω, significante, colligo, deligo, numero.

Λέγομαι, colligor, deligor: ut apud Hom. Εἰ γὰρ νῦν περὶ νηυσὶ λεγοίμεθα, &c. Item recenseor. Item activè colligo, deligo, recenseo. Ut Iliad. ώ. Ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι, ἕταροί τε. Iliad. ν'. τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι;

[Λεκτέον. Adverbium. Plat. de Leg. lib. 7. Tim. τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν.]

Λεκτὸς, οῦ, ὁ, collectus, aut etiam, delectus: ut, λεκτὸς στρατὸς, apud Soph. (Œdip. Tyr. 19.)

Λογὰς, άδος, ὁ καὶ ἡ, delectus, selectus: electus. Eurip. in Hec. λογάσι δ' Ἀργείων στρατοῦ Νεανίαις ἔπειν παρθένον λαβεῖν. Sic et apud Herodot. Ponitur et absolutè λογάδες, pro λογάδες νεανίαι, seu στρατιῶται, apud Thuc. et Herodian. Λογάδες dicuntur etiam oculi: ut apud Suid. ex Epigr.

Λογάδην, lectè, electè. Thuc. lib. 4. et 6.

Λογία, ἡ, collecta: id quod in Ecclesiis colligebatur ad tenuiorum paupertatem sublevandam, 1 Cor. 16.

Composita: ac primùm cum præposit.

Ἀναλέγω, seu potius ἀναλέγομαι, colligo, congrego, decerpo, carpo. Aristot. de anim. lib. 9. ἀναλέγεται τῇ γλώττῃ τοὺς σκώληκας. Greg. ἐκ τῶν θείων λόγων τούτους ἀναλεγόμενος. Item colligo sparsa et effusa. Herodot. in Thal. τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἐπόμενος ὁ οἰκέτης ἀνελέγετο. Basil. ad Euseb. καὶ ἀνελεξάμην τὰς ἐμαυτοῦ δυνάμεις. ¶ Item lego, recito. Luc. ἐγὼ μὲν ἠκροώμην, ὁ δ' ἀνελέγετο καλὰ ποιήματα. ¶ Item ratiocinor, ratiocinando colligo. Suid. Item animo verso rem præteritam, et reminiscor.

Ἀνάλεκτος, ὁ καὶ ἡ, collectus, collectitius, collectaneus: unde ἀνάλεκτα, reliquiæ ciborum quæ sunt sub mensa.

Ἀναλέκτης, ου, ὁ, collector.

Ἀναλεκτίδες, ων, αἱ, quibus (inquit Cæl. Rhod.) ex xylino lino, vel quavis materia, tanquam pulvillis, constipant scapulas prominentes puellæ, ut videri habitiores possint.

Ἀνάλογος, vide in comp. à Λόγος.

Ἀπολέγω, deligo, seligo. Thuc. lib. 4. ἀπολέξας τριακοσίους τοῦ στρατοῦ. Item decerpo. Theophr. lib. 9. τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων. Item rejicio, repudio, renuo, q. d. non eligo. Plut. ὁ δὲ ἀπέλεξεν αὐτὸν ἐκ τῶν δικαστῶν. Alias signif. vide in compositis à λέγω, dico.

Ἀπολέγομαι, rejicio, repudio, non admitto. Plutarch. in Catone, ἀλλὰ τῇ σιωπῇ καὶ τῷ προσώπῳ δοκοῦντος ἀπολέγεσθαι τὴν δέησιν. Polyb. ἀπολεγόμενος τὴν ἀρχήν. Item deligo. Thuc. l. 1. Ἀπολέγομαι τὴν ψυχὴν, despondeo animum, quasi omnem spem melioris status rejicio, et extrema mala deligo. Greg. Ponitur et simpliciter in ea significatione, apud Plut.

Ἀπόλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, delectus, selectus, et per consequens, eximius. Thuc. Xen.

Διαλέγω, deligo, discerno, secerno, aut incerno. Plut. de leg. lib. 5. διαλέξας δὲ τὰ ὑγιῆ καὶ τὰ μή. Xen. Τὸ πτύον τὰς ἀθέρας διαλέγει.

Διαλογὴ, delectus, secretio. Item dinumeratio in delectu.

Διαλεγδὴν, exp. eximiè, insigniter. Hesych.

ΜΟ'ΛΙΒΔΟΣ, ου, ὁ, plumbum. † Aristoph. Nub. 910.† Luc. de conscrib. hist. ἐκ μολίβδου χρυσὸν ἀποφῆναι, ἢ ἄργυρον ἀπὸ κασσιτέρου. Plut. symp. 6. ἀκόναι μολίβδου, cotes è plumbo. Et, λίμνη μολίβδου, lacus plumbi, apud eundem de sera num. vind. Scribitur et μόλυβδος per υ, teste Eust. quæ scriptura in derivatis etiam retinetur.

Μολίβδεος, et per contract. μολιβδοῦς, plumbeus. Luc.

Μολίβδινος, seu μολύβδινος, idem. Athen. l. 5. Aristot. eth. 5.

Μολυβδώδης, seu μολυβδώδης, plumbaceus, plumbi naturam referens, Diosc. l. 5. c. 97.

Μολυβδίτης, ου, ὁ, plumbaceus aut plumbosus: unde fœmin. μολυβδῖτις λιθάργυρος. Plin. l. 33. c. 7.

Μολιβδὶς, seu μολυβδὶς, ίδος, ἡ, globus seu pila plumbea. Plat. [de Rep. lib. 7.] Nonnullis etiam lamina plumbea.

Μολίβδαινα, sive μολύβδαινα, ἡ, idem ac μολυβδὶς, pila seu massa plumbea, Il. ώ. et Luc. in Lexiph. Μολύβδαιναι appellantur et vasa plumbea, Athen. lib. 5. Dicitur etiam, μολύβδαινα metallicum quiddam, de quo Dioscor. l. 5. c. 100. et Plin. l. 34. c. ult. ¶ Est etiam herbæ nomen: de qua Plin. l. 25. c. 13.

Μολίβδωμα, τὸ, opus è plumbo. Athen.

Μολύβδωσις, ἡ, plumbatura, i. ferruminatio quæ plumbo facta est.

Μόλιβος, seu Μόλυβος, sine δ interdum scribuntur; ut Iliad. λ'. et in Epigram.

Μολυβοῦς, plumbeus. Athen. l. 14.

Μολυβὶς, pro Μολυβδίς. Hesych.

Ἀκρομόλιβδον λίνον, (comp.) rete habens in extrema seu ima sui parte plumbum. In Epigr.

ΜΟΛΟΒΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, vorax, gulosus. γαστρίμαργος. (☞ Dici putatur quasi ὁ μολίσκων ἐπὶ τὴν βορὰν, qui cibi causa ventitat aliquò; ut sunt mendici et parasiti.) Od. ρ'. Πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις, ἀμέγαρτε συβῶτα; Apud Nicandrum quoque in Ther. πιδύεσσα μολοβρὴ Ῥίζα ἐπαργήεσσα, schol. metaphoram esse vult, ἀπὸ τῶν ταπεινῶν τῶν ἐπὶ τῇ βορᾷ μολούντων, pro ταπεινὴ, vel etiam μόλις αὐξανομένη.

ΜΟΛΟ'ΘΟΥΡΟΣ, ἡ, molothurus: herbæ nomen. Nicand. in Alex. πόα γε μὴν ὕψι τίθηλεν Οἵηπερ μολόθουρος. Hesychius φροπερισπωμένως habet μολοθοῦρος, dicens, esse vel ἀσφόδελον, vel ὁλόσχοινον.

ΜΟ'ΛΟΣ, ου, ὁ, labor, pugna, fremitus: idem ferè quod μόθος. Hesych.

Μόλις, vix: idem quod μόγις supra. (Eurip. Phœniss. 279. 806. Æsch. Eum. 867.) Isocr. ad Philip. ἐν ἔτεσι δέκα μόλις αὐτὴν ἐξεπολιόρκησαν. Xenoph. † Pæd. l. 4. 8.† μόλις πως, cum quadam difficultate. Theocr. idyll. 15. μόλις ὔμμιν ἐσώθην, vix salva ad vos perveni.

ΜΟΛΟΣΣΟ'Σ, sive Μολοττὸς, apud metricos pes quidam dicitur, qui tribus longis syllabis constat. ☞ Nomen accepisse fertur à Molosso Pyrrhi et Andromaches filio, qui cantilenas quasdam hoc carminis genere in Dodonæo templo recitarit.

Μολοσσοὶ, incolæ τῆς Μολοσσίας, Epiri regionis. In qua cum essent egregii canes, alibi deinceps quoque prægrandes vel generosi canes μολοσσοὶ, vel μολοττίδες κύνες, sunt vocati.

Μολοσσικὴ ἐμμέλεια, apud Athen. l. 14. modulatio ad pedem molossum concinnata, molossica cantilena, et ad eam saltatio.

ΜΟΛΥ'ΝΩ, polluo, contamino, inquino, conspurco. Theocrit. idyll. 21. ἀπ' ἐμεῦ φύγε, μή με μολύνῃς. Apocal. cap. 3. οἳ τὰ ἱμάτια αὐτῶν οὐκ ἐμόλυναν. ‡ Aristoph. Pl. 310.‡

Μολύνομαι, pollucr, contaminor, &c. Synes. ep. 5. ὁ κέρδει παρ' αὐτῶν ἐμολύνατο, lucro ab his contaminatus est.

Μολυσμὸς, οῦ, ὁ, inquinatio, contaminatio, vel inquinamentum. 2 ep. Cor. cap. 7.

Μόλυνσις, εως, ἡ, idem. Theoph. de caus. pl. l. 4. Apud Arist. meteor. l. 4. dicitur levis quædam concoctio parum à cruditate differens.

Μολυνὴ, ἡ, podex: quoniam excrementis quæ ejicit, polluitur.

Ἀμόλυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, (comp.) impollutus, incontaminatus. Alex. Aphr. probl. lib. 1. ψυχὴ ἀμόλυντος οὖσα τοῦ σώματος. Apud Gal. ad Glauc. ἀμόλυντον φάρμακον, exp. medicamentum quod manus non inquinat.

ΜΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, solus, unicus, unus. Plut. in polit. præc. βουλόμενος εἶναι μὴ μόνος, ἀλλὰ πρῶτος καὶ μέγιστος ἐν πολλοῖς μεγάλοις. Xenoph. Pæd. 6. μόνος μόνῳ ἔλεξεν. Interdum cum genit. Æschyl. apud Aristoph. in Ran. Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ. Aristoph. in Plut. Μονώτατος γάρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος, Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν. (pro unus. hic saltem, ut μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι. Æsch. S. c. Th. 690.) ¶ Exponitur etiam, singularis, simplex. ¶ Item, desertus et separatus, sejunctus. Soph. in Ajace, εἰ σέας Τροφῆς στερηθεὶς, σοῦ διοίσεται μόνος Ὑπ' ὀρφανιστῶν, te orbatus, à te destitutus.

Μόνον, solùm, solummodò, tantùm, tantummodò. Plut. οὐδὲν, ἦν δ' ἐγώ· μόνον ἐλθέτω. nihil sanè, inquam: veniat modò. Μόνον εἰ, si modò, Greg. Μόνον μὴ, modo ne, i. si modò non, Gregor. Græci dicunt, οὐ μόνον, ἀλλὰ καί: item οὐ μόνον, ἀλλὰ ὡς καί. Item, μὴ μόνον, πρὸς δέ. Lat. non solùm, sed etiam. † Μὴ μόνον, non solum. Aristoph. Nub. 928.† Μὴ μόνον οὐ, sive μονονοῦ, aut μόνον οὐκ, sive μονονοὺκ, † Xen. Pæd. p. 195. a.† tantùm non, modò non, i. ferè, propemodum. Et, μόνον οὐχὶ, sive μονονουχὶ, pro eodem. Luc. in Tim.

Μόνως, solummodò, tantummodò, solùm, tantùm. Xen. Pæd. 3. Exponitur etiam, unicè.

Μονὰς, άδος, ἡ, unitas. Plut. ἡ μονὰς οὐκ ἐκβαίνει τὸν ἑαυτῆς ὅρον, ἀλλ' ἅπαξ τὸ ἓν μένει. διὸ κέκληται μονάς. ubi videtur à μένω derivare. In tessera quoque μονὰς dicitur unum punctum; quod etiam ὄνος, et κύβος, teste Poll. In divinitate quoque μονὰς dicitur esse: immò et ipse Deus esse μονάς. Et est principium numeri apud Arithmeticos; quæ ἑνὰς quoque vocatur; et μοναδικὸς ἀριθμὸς, apud Aristot.

Μοναδικὸς, οῦ, ὁ, singularis, unicus. Item solitarius: ut, μοναδικὸς βίος, vita solitaria. Item, μοναδικὴ φύσις, natura solitaria, vel sui juris, suæ potestatis.

Μοναδικῶς, in unitate, vel more eodem quæ monade continentur. Plut. symp. 4. Interdum pro solitariè.

Μοναδὸν, solummodò, solùm.

Μονάζω, solitarius dego. Hist. Eccl. lib. 4. οἱ πλεῖστοι γὰρ ἦσαν μονάζοντες, ἔρημον οἰκοῦντες, δι' ἄσκησιν. Quales μονάζοντες ob eamdem caussam ἀσκηταὶ dicebantur.

Μοναστὴς, οῦ, ὁ, qui solitarius degit, homo solitarius. Greg.

Μοναστικὸς, οῦ, ὁ, ad homines solitarios pertinens.

Μονάστρια, ας, ἡ, mulier solitaria. In Pand.

Μοναστήριον, ου, τὸ, monasterium, septum, conseptum, ubi homines solitarii (qui et monachi) degunt.

Μονάστωρ, ἵππος, ex scholiaste Aristoph. in Pace, qui et κέλης dicitur, equus desultorius.

Μοναχὸς, οῦ, ὁ, unicus. Xenoph. Accipitur etiam pro homine solitario, ἄνθρωπος μόναχος ἢ μοναχῇ. quales erant olim apud Christianos qui in solitudines procul a reliquorum hominum consuetudine secedebant, ut cultui divino vacare melius possent. Dionys. Areopag. in Eccl. hierar. Scriptores quoque Latini Ecclesiasticos appellant monachos.

Μοναχικὸς, οῦ, ὁ, ad solitarios homines pertinens, monasticus, seu monachicus, monachalis. Dion. Areop.

Μοναχῇ, una sola parte, solitariè. Xen.

Μοναχόθεν, una solùm ex parte.

Μοναχοῦ, ut, ἐνταῦθα μοναχοῦ, hoc solùm in loco, vel huc solummodò. Plat. in sympos.

Μοναχῶς, uno tantùm modo. Aristot. pol. 5.

Μονήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, solitarius: apud Diog. Laërt. Μονήρης βίος, vita solitaria, Synes. et μονήρης δίαιτα. Luc.

Μονιὸς, οῦ, sive μόνιος, ου, ὁ, solivagus, solitarius; solitudines captans; idem cum μοναστικὸς, et μονήρης. Call. hym. in Dian. Αἶ δὲ κ' ἐγὼ τόξοις μόνιον δάκος ἤ τι πέλωρον Θηρίον ἀγρεύσω. Suidæ quoque μονιὸς est ὁ μονόλυκος, lupus solitarius vel solivagus. Peculiariter autem μόνιος accipitur pro porco agresti, qui solitarius vel solivagus pascitur. Suid. et Hesych. Sic et in fabula Æsopi μονιὸς ἄγριος. ¶ Μονὶς, Hesychio est etiam monile.

Μονίας, ου, ὁ, de homine solitario dicitur, ut μοναστὴς et μονήρης. Eust. At Hesychio μονίας est νήφων, sobrius.

Μονόω, ῶ, solum relinquo, desero, destituo.

Μονόομαι, οῦμαι, solus relinquor, deseror. Iliad. λ'. Δείδω μή τι πάθῃσιν ἐνὶ Τρώεσσι μονωθείς. Item cum genit. μονωθεὶς ἀέρος, ab aëre destitutus, apud Plat. in Tim. Interdum exponitur, solus sum. Aristot. eth. 1. c. 7. τὸ αὔταρκες τίθεμεν, ὃ μονούμενον αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον, quum per se solum est. Dicitur etiam μονοῦσθαι ἐκ, id est, liberari, et quasi solitarium fieri. Plat. in Axioch. μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς, liberatus hoc carcere. (Æsch. Suppl. 757.)

Μόνωσις, εως, ἡ, actio illa qua quempiam solum relinquimus, item solitudo, singularitas.

Μονώτης, ου, ὁ, solitarius, idem cum μοναστικὸς, μονήρης, et μονίας. Demetr. Phal. Ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Dicitur et μονώτης βίος, solitaria vita, apud Arist. eth. 1. c. 8.

Μοναὶ, solitariè, clam.

Μοῦνος, ου, ὁ, poëticè pro μόνος, solus, unus, unicus. Odyss. π'. δαμασαίατο μοῦνον ἐόντα. † et Hesiod. Theog. 143.†

Μουνὰξ, seorsum, singulatim, vel solùm, Odyss. θ'. Item μουνὰξ μάχη apud Suidam, ἡ μονομαχία, qua solus aliquis cum aliquo solo congreditur. Et, μουνὰξ κτείνειν, occidere in ejusmodi congressu. Odyss. λ'.

Μούνας, apud Hesych. κατὰ μόνας, solùm.

[Μουνόθεν. Herodot. Hist. lib. 1. ἔστι δὲ ὑπελίλειπτο ὁ βουλόμενος, μουνόθεν τάδε αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, &c.]

Μουνόω, ῶ, ad unum solum reddo, ad unicum redigo. Od. π'. ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων.

Μουνόομαι, οῦμαι, solus relinquor. Odyss. δ. μουνωθέντα παρ' οἴεσιν ἢ παρὰ βουσίν.

Composita.

Ἀπομονόω, ῶ, solum relinquo, solum esse facio.

Ἀπομονόομαι, οῦμαι, solus relinquor. item excludor. Thuc. εἴ τ' ἀπομονωθήσονται τῆς ξυμβάσεως κινδυνεύοντες, si excludantur à fœdere.

Ἐπιμονόω, desolo, i. solum reddo, solitudinem affero. item desero, destituo. unde ἐπιμονωθεὶς, destitutus.

Καταμόνας, solùm. Thucyd. l. 1. item seorsim; Synes. 135. Scribitur etiam, κατὰ μόνας.

ΜΟΡΕ'Α, ας, ἡ, morus: arbor quæ alio nomine συκάμινος. de qua Diosc. l. 1. c. 181.

Μόρον, ου, τὸ, morum: fructus mori arboris. Sic etiam dicebatur τὸ βρύον τῶν ἐλαιῶν. unde αἱ ἀνθοῦσαι ἐλαῖαι dicebantur μορίαι, inquit Zeno apud Etym. Pro μόρον scribitur et μῶρον.

Συκόμορος, et συκομορέα, arbor quam Plin. lib. 13. cap. 7. ficum Ægyptiam appellat: fructum ferens consimilem ficui parvæ albæ: ut testatur Gal. lib. 2. de alimentis: ubi et diversam eam esse à sycamino scribit: quamvis Diosc. l. 1. c. 182. hanc etiam à quibusdam sycaminon appellari tradat. Scribitur et συκάμορος, et συκομορέα. Lucæ 2.

Συκόμορον, τὸ, fructus sycomori: de quo Diosc. et Gal. locis citatis.

Συκομορίτης οἶνος, vinum quod conficitur ex sycomoris. Diosc. l. 5. c. 42.

ΜΟΡΜΥ'ΡΩ, murmuro: verbum fictum à fluviorum strepitu. Ab Hesych. exp. etiam, inundo. Il. φ'. Ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος.

Μορμυρίζω, aquæ strepitum refero. Suid. et Hesych.

Μορμύρος, piscis, de quo Aristot. et Athen. l. 7.

Ἀναμορμύρω, (comp.) cum murmure bullio, bullas cum murmure eructo. Hom. Od. μ'. Πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη.

ΜΟΡΜΩ', οῦς, ἡ, mulier horrenda et monstrosa facie, ut strix: indeque pro larva et terriculo accipitur. Aristoph. in Equit. ceu interjectionem seu adverbium exclamandi posuit: μορμὼ τοῦ θράσους! ô horrendam audaciam! Et Theocr. idyll. 15. μορμὼ δάκνει ἵππος. Pro eodem dicitur et μορμὼν, όνος, apud Arist. in Acharn. et in Pace, et apud Xen. Hell. 4. Hesych. μορμῶνας esse dicit dæmonas erraticos.

Μορμύσσομαι, terreo, terrorem injicio vel incutio. Call. hymn. in Dian. Αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται.

Μορμολύττομαι, territo, perterrefacio: ac propriè, larvis spectrisque et similibus terriculis terrifico, et consequenter, deterreo. Xen. in symp. ἀλλὰ τί δὴ ποτε ἡμᾶς μὲν οὕτω τοὺς φίλους μορμολύττῃ ἀπὸ τῶν καλῶν; à pulchris deterres? Sic et Plutarch. symp. 5. in fine problem. 7. Accipitur etiam pro, formido, metuo. Autor Axiochi, διαχλευάζων τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον, eos qui mortem formidant. Apud Hesych. legitur et μορμολύττει, quod exp. φοβερίζει, terret.

Μορμολύκειον, sive μορμολύκιον, ου, τὸ, larva. ‡ Plat. Ph. §. 24.‡ Aliquando ita nominantur tragicorum et mimorum personæ. Aliquando terricula et spectra. Luc. in Philopseude, παντοδαπόν τι καὶ ἀνθρώπινον μορμολύκειον καὶ γιγάντειον. Apud Strab. legitur et μορμολύκη, itidem pro larva et spectro, ἥτε γὰρ λαμία μῦθός ἐστι, καὶ ἡ γοργὼ, καὶ ὁ ἐφιάλτης, καὶ ἡ μορμολύκη.

ΜΟ'ΡΟΧΘΟΣ, ου, ὁ, morochthus: lapis quidam Ægyptius, quo utuntur linteones ad dealbandas vestes, teste Dioscor. l. 5. c. 152. Apud Gal. simpl. med. l. 9. legitur et μόροξος pro eod.

ΜΟΡΥ'ΣΣΩ, inquino, contamino, fœdo. Hom. Od. ν'. (de vestimentis Ulyssis:) Ῥωγαλέα, ῥυπόωντα, καπνῷ μεμορυγμένα καπνῷ.

ΜΟΡΦΗ', ῆς, ἡ, forma. Plerunque de forma humana, quæ et, species oris. Od. θ'. Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει. † Xen. Pæd. l. 1. 2. 2.† Plutarch. ad præfect. indoct. ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντας. Et metaph. μορφὴ ἐπέων. de venusto et eleganti orationis genere. Odyss. λ'. De forma seu aspectu Plut. in Pericle, αὐτοῦ τινα μορφὴν ἐντύπωσε. Et de forma totius corporis et cujusvis rei. Plat. pol. 2. ἀλλάττοντα τὸ αὐτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφάς. Theophr. διαφέρουσι δὲ τῇ μορφῇ τῇ ὅλῃ. Item, μορφαὶ θεῶν, deorum formæ, apud Xen. (Μορφῆς τύπωμα. Eurip. Phœniss. 156. Soph. Tr. 712. Œdip. Tyr. 763.)

Μορφάεις, εντος, ὁ, formosus. Pind. [Isthm. Od. 2. 30. ἰδεῖν τε μορφάεις. Schol. legit μορφᾶεσσ'.]

Μορφόω, ῶ, formo, figuro. Phil. de mundo, εὐπρεπὴς θεῷ, ἄμορφα μορφοῦν.

Μορφόομαι, οῦμαι, formor, figuror: Galat. c. 4. et Plut. de an. generat.

Μόρφωμα, τὸ, formatura, forma. Hesych. [Eurip. He-

len. 19. κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος λαβών. Antiop. 3. ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν Γυναικομίμῳ διαπρεπεῖς μορφώματι; Plat. Gorg. φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρεπεῖς μορφώματι.] (Æsch. Ag. 882. 1227. Eum. 415.)

Μόρφωσις, ἡ, formatio, ipsa formandi actio, seu formæ impressio. Item pro forma et imagine. Hesych. et Suid.

Μορφώτρια, ἡ, formatrix. Eurip. in Troad. [437.]

Μορφίζω, formam mentior, concilio formam. Ammon.

Μορφάζω, nuo et annuo. Item gestum adhibeo. Xenoph. in symp.

Μορφασμὸς, ὁ, genus saltationis quod diversorum animalium motus imitabatur. Poll. l. 4. c. 14. Athen. l. 14.

Μορφύνω, formæ lenociniis exorno. Hesych.

Μορφὼ, Veneris cognomen apud Lacedæmonios, calyptram et pedicas habentis.

Μορφεὺς, filius aut minister somni, ita dictus quòd dormientibus inducat varias formas et rerum simulacra.

Composita.

Ἀγλαόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, conspicuus forma, luculenta forma præditus.

Ἀγριόμορφος, qui agresti aspectu est, ferinam faciem habens. Orph. in Argon.

Αἰλουρόμορφος, cati formam gerens.

Αἰολόμορφος, varias formas gerens. Idem ibid.

Ἄμορφος, informis, nulla forma præditus. (Æsch. Eum. 416.) Phil. de mundo. Item informis, i. deformis, squalidus, incultus. Luc. Plut. in consol. ad uxor. Comp. et superl. irreg. ἀμορφέστερος, et ἀμορφέστατος, deformior, deformissimus. Eust. ex Herodot.

Ἀμορφία, ἡ, q. d. informitas, forma nulla. Item deformitas, forma indecora. Plut. in consol. ad ux.

Ἀμόρφωτος, non formatus.

Ἀνθρωπόμορφος, humanam formam habens: apud Strab.

Ἀνθρωπομορφόω, humanam formam tribuo.

Ἀντίμορφος, contrariam seu adversam formam reddens. Lucian.

Γυναικόμορφος, muliebrem formam habens. Eurip. in Bacch. [852.]

Διαμορφόω, informo, deformo.

Δίμορφος, biformis.

Δύσμορφος, deformis, infelici forma præditus. Item deformis, i. turpis aspectu. Plut. περὶ πολυπραγμ.

Δυσμορφία, deformitas, forma turpis et indecora.

Δυσμόρφωσις, formæ depravatio. Plut.

Ἐκμορφόω, deformo, formam exprimo et effingo.

Ἔμμορφος, forma indutus, informatus.

Ἑτερόμορφος, qui alterius et diversæ formæ est. Alex. Aphr.

Εὔμορφος, decorus, et insignis formâ, formosus. [Herodot. Hist lib. 1. καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξεδίδοσαν.] (Æsch. Ag. 425. 463. Suppl. 1010.)

Εὐμορφία, bona forma, i. decôra, et honesta. Luc. in Scyth. Philostr. ep. 38. Eurip. in Andr. (Æsch. Pr. 494.)

Ζωόμορφος, animalis formam habens.

Θηλύμορφος, qui fœminea forma est. Aristot. [Eurip. Bacch. 352. ἐξιχνεύσατε Τὸν θηλύμορφον ξένον, &c.]

Ἰδιόμορφος, qui propriæ ac peculiaris cujusdam formæ est.

Καλλίμορφος, pulchrâ formâ decorus, formosus. Eur. in Her. fur.

Λαμπροπυρσόμορφος, cujus facies rutilo splendore coruscat: angeli epitheton, apud Naz.

Μεταμορφόω, transformo, transfiguro. Athen. l. 8. Phil. de vita M. l. 1.

Μεταμόρφωσις, transfiguratio, in aliam formam mutatio. Ammon.

Μονόμορφος, uniformis.

Ὁμοιόμορφος, ejusdem formæ, similis formæ. Laërt.

Παντόμορφος, omniformis, qui omnes formas habet. Merc. Trism.

Ποικιλόμορφος, variis formis indutus. Eurip. item versicolor: ut, ἱμάτιον ποικιλόμορφον, apud Aristoph. in Plut. [530.]

Πολύμορφος, multiformis. Aristot. hist. an. l. 8. c. 28. Nonn. in paraphr. Joan.

Σύμμορφος, conformis. Rom. 8. ad Philip. 3.

Συμμορφόω, conformem facio, eandem formam induco.

Συμμορφόομαι, conformis fio, ad Philip. 3.

Ταυρόμορφος, tauri formam habens. Ut, Ταυρόμορφον ὄμμα. Eurip. in Ione.

Τρίμορφος, triformis. Eurip. (Æsch. Pr. 515.)

ΜΟ'ΣΣΥΝ, υνος, ὁ, turris propugnaculum. Hesych. Peculiariter dici volunt de turri lignea. de propugnaculo ligneo: nec non de muro ligneo: unde μοσσύνοικοι, qui in ligneis turribus sedes suas et domicilia habent, Apoll. Arg. l. 2. ‡ 1019.‡ Idem μόσσυνα vocat sedem ligneam, tribunal seu suggestum ligneum, eod. lib. canens, Αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυνι θαάσσων, Ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει.

ΜΟ'ΣΧΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, vitulus, vitula. Eurip. apud Athen. l. 14. μόσχων τέμνει σάρκας. [Phœniss. 612.] Hebr. 9. τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων. Accipitur etiam pro bove novella seu tertiæ ætatis. ut apud Nic. in Ther. Ἠὲ καὶ ἀστόργοιο κατείρυσεν οὔθατα μόσχου Πρωτογόνου, στέργει δὲ περισφαραγεῦσα γάλακτι. Orpheo autem mensis vocatur μόσχος μονόκερως, tempore intermenstrui, ut testatur Proclus apud Hesiodum in diebus. Eust. verò ipsum quoque annum circa hoc tempus μόσχον μονόκερων appellari posse existimat. ¶ Μόσχος in arbore quoque dicitur novellum et tenellum germen, seu ramulus tenellus. Nic. in Ther. ταμὼν ἀπὸ κλήματα σίδης, Ἠὲ καὶ ἀσφοδέλοιο νέον πολυαυξέα μόσχον. Sunt qui μόσχους interpretentur stolones; alii pampinos, capreolos, claviculos: nonnulli viviradices. Item adjectivè, pro ἁπαλός. Ut Il. λ'. μόσχοισι λύγοισι, teneris vitilibus seu viminibus è vitice pullulantibus. ¶ Μόσχος recentioribus apud Græcos medicis dicitur etiam pretiosissimum odoris genus, quod ex umbilici cujusdam animalis Indici vomica erumpit, ut testatur Aëtius in lib. περὶ τροφῶν δυνάμεων. Sunt qui μόσχον esse velint eum qui ab Hieronymo muscus dicitur, et inter pretiosa odoramenta nominatur, lib. 2. adversus Jovinianum.

Μόσχειος, ου, ὁ καὶ ἡ, vitulinus. ut, μόσχειος κυνοῦχος, apud Xen. in Cyneg. lorum vitulinum retinendis et ductandis canibus. et μόσχειος ἱμὰς, lorum seu flagrum è pelle vitulina.

[Μόσχειος. Eurip. Elect. 811. μοσχίαν τρίχα τεμὼν, &c.]

Μοσχέη, sive μοσχῆ, ῆς, ἡ, sub. δορὰ, pellis vitulina, apud Poll.

Μοσχίας, ου, ὁ, q. d. ad vitulum accedens. ita dicebatur aries triennis, ut Eust. tradit.

Μοσχάριον, ου, τὸ, parvus vitulus, vitulus tenellus. Etym. et Hesych.

Μοσχίον, ου, τὸ, vitulus novellus. A Poll. l. 7. accipitur etiam pro agnello recens nato, ut apud Athen. l. 8. Item pro novello germine aut stolone. Hesych. et Suid.

Μοσχίδιον itidem pro novello germine. Aristoph. in Achar.

Μοσχιναῖος, in modum vituli lascivi exultans. Hesych.

Μοσχηδὸν, in modum vituli, more vituli. Nic. in Alex.

Μοσχεύω, surculis ex arbore demptis sero, ramis tenerrimis ex arbore avulsis planto. Theophr. de caus. plant. l. 3. (de palma:) τὰς γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἁπαλωτάτας. Sic, μοσχεύειν τὰ κλήματα, viviradices facere ex sarmentis. ibidem. Aliquando μοσχευόμενα sunt potiùs rami tenelli, qui ex arbore in humum deferuntur; ut sunt in oleis taleæ seu clavolæ: in vitibus malleoli. Metaphoricè etiam usurpatur apud Dion. Halicarn.

Μόσχευμα, τὸ, surculus, qui ex arbore demptus seritur. Theophr. de caus. pl. l. 3. c. 17. Expon. etiam, plantarium novellum, quod ex arbore in humum delatum fuerat, apud Theophr. hist. pl. l. 2. c. 3. et malleolus, apud Phil. de vita M. l. 1. Item viviradix, propago, apud eundem de mundo.

Ὄσχος, ου, ὁ, idem quod μόσχος, ramus novellus, et peculiariter vitis ramulus tenellus: vel malleolus, aut palmes. Athen. lib. 11. ex Aristodemi lib. 3. (de Pindaro:) τοῖς σκίροις φησὶν Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμου. τρέχειν δ' αὐτοὺς, ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον, τὸν καλούμενον ὄσχον. Pro eodem scribitur et Ὦσχος, apud Hesych.

Ὄσχη, apud Eust. et Hesych. itidemque apud Harpocr. et Suid. sive ὤσχη, ης, ἡ, apud eundem Suid. et apud Etym. idem cum ὄσχος sive ὦσχος. propriè de ramis vitis: impropriè dicitur etiam de aliis ramis; ut apud Nic. in Alex. usurpatur de ulmi ramis. ¶ Ὄσχη, apud Hippocr. accipi etiam pro scroto, ut ὄσχεος et ὀσχέα, annotatur.

Ὄσχεος et ὄσχεον, idem cum ὄσχος et ὄσχη. Hesych. Frequentiùs pro scroto capitur. ¶ Reperitur etiam Ὀσχέα, ας, ἡ, in ead. signif. Aristot. de generat. anim. lib. 1. cap. 12. ὅσοις ἐν φανερῷ εἰσὶν οἱ ὄρχεις, ἔχουσι σκέπην δερματικὴν, καλουμένην ὀσχέαν. ¶ Eadem ὀσχέα ab eodem, l. 1. hist. an. c. 13. vocatur ὀχεύς. ¶ Unde et Eust. cum Etym. ὀσχεὸν pleonasmo literæ σ dictum scribunt quasi ὀχεὸν, ab ὀχεύω. ¶ At Ὄσχιον Hippocrati est flexuosa circa os vulvæ extuberantia, inquit Gal. in lex. Hippocr.

Λακκοσχέας, ου, ὁ, (*comp.*) ab Atheniensibus dicitur cui semper laxus est testiculorum sacculus. Luc. in Lexiph. μῶν ἐκεῖνον φὴς Δίωνα τὸν κατωπύγωνα καὶ λακκοσχέαν;

Composita ex μοσχεύω.

Μεταμοσχεύω, transplanto. unde Hesych. μετεμόσχευσε, exp. μετεφύτευσε.

Προμοσχεύω, plantaria facio, plantaria transfero. Theophr. hist. pl. l. 6. c. 7. et alibi.

Ὑπομοσχεύω, clanculum et latenter propago, clanculum novellos surculos sero. Metaph. Eunapius apud Suid. οὗτοι μὲν ὧδε μένοντες ὑπεμόσχευον τὸν πόλεμον.

ΜΟΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, linamentum seu linteum carptum, quod vulneribus inditur. Gal. ad Glauc. καὶ διὰ τοῦ πυουλκοῦ τοῖς κόλποις ἐνιέντα, ἔπειτα μοτῷ τιλτῷ βύειν τὸ στόμα. Paul. Ægin. σφηνίσκοις, ἢ μοτοῖς πλείοσι, χωρίσωμεν ἀπ' ἀλλήλων. Scribitur etiam μοτὸν, τὸ, apud Eust. Pro eodem invenitur etiam μοτὴ, apud Q. Calabrum, ἐφύπερθε μοτάων, penicillorum vulnerariorum. nisi hoc μοτάων sit ab ὁ μοτής.

Μοτάριον, ου, τὸ, idem quod μοτὸς sive μοτὸν, i. linamentum concerptum, quod vulneri inditur, apud Ægin.

Μοτόω, ῶ, linamentum vulnerarium indo. Paul. Ægin. Hesychio μοτῶσαι est πληρῶσαι, citaturque ex Apsyrto, μοτοῦν τοῖς τίλμασι. Item penicillo vulnerario indito curo; unde μοτώσει, apud Hesych. et Suid.

Composita.

Ἄμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui linamentis vulnerariis oppleri nequit. Item inexplebilis. Ἄμοτον, adv. continenter. Apoll. Arg. l. 1. Τοὶ δ' ἄμοτον, λήξαντος ἔτι, προὔχοντο κάρηνα. Iliad. τ'. Τῷ σ' ἄμοτον κλαίω τεθνηότα.

Διαμοτόω, illitum linamentum vulneri indo, vel potiùs, linamento indito vulnus disjungo, et impedio ne coëat. Paul. Ægin.

Ἔμμοτον, (sub. φάρμακον,) medicamentum liquidum, quod linteolis concerptis excerptum intra ulcera ejusque sinus reconditur. Gal. Ab hoc genere medicamentorum ἔμμοτοι dicuntur apud Hipp. lib. περὶ ἄρθρων, qui ulcere cavo laborant: quòd curationem διὰ τῶν μοτῶν desiderent, ut annotat Galen. comm. 3. Ab aliis ἔμμοτοι dicuntur, quibus μοτοὶ et penicilli inditi sunt. (ἰὼ δυσκατάπαυστον ἄλγος, δώμασιν ἔμμοτον. Æsch. Ch. 469.)

ΜΟΥΝΥΧΙ'Α, ας, ἡ, Munychia: portus Atheniensium munitissimus, in quo Dianæ Munychiæ fanum erat, supplicum asylum. Unde apud Poll. ἔφερον εἰς μουνυχίας Ἀρτέμιδος, sub. ἱερὸν, ferebant in Munychiæ Dianæ templum. Et Demosth. pro Ctesiph. οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο, non ad Munychiæ asylum confugiebat, non ad Dianæ aram sedebat.

Μουνύχιος, et fœm. gen. Μουνυχιὰς, incola ejus loci, teste Stephano: qui localia adverbia hæc affert, Μουνυχιάθεν, Μουνυχίαζε, Μουνυχιάσι.

Μουνυχιὼν, dicitur mensis, in quo sacra fiebant Dianæ Munychiæ; mensium Atticorum decimus; ut tradit Hippocr. et ex eo Suidas. Meminit ejus Plutarchus in fine Phocionis, et in Demetrio.

ΜΟΥ͂ΣΑ, ης, ἡ, Musa, dea cantus. De quarum numero, et quæ cuique tribuantur, vide Plut. sympos. 9. probl. 14. Od. ώ. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, Θρήνεον. Et, μοῦσα ἀρχεσίμολπος, apud Athen. l. 4. Bonarum etiam literarum præsides eædem credebantur, et humanitatis. Plut. in Rom. οὔτε μουσῶν, οὔτε χαρίτων ἐπιδεὴς ἀνήρ. Aliquando accipitur pro ipso cantu. Plut. sympos. 1. τὸν Κύκλωπα μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαί φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος. Herodian. lib. 4. πάσης τε γὰρ μούσης ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα ποικίλων ἦχον εἰργάζετο, omnifaria musica instrumenta. (Eurip. Phœniss. 1665.) ☞ Suid. et Eust. à μάω, ῶ, (quæro,) derivant: quoniam est πάσης παιδείας αἰτία. quod etymon sequitur et Plato in Cratylo. Plutarch. autem in lib. περὶ φιλαδελφ. ait, μούσας vocatas quasi ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας. † Sic et Scholia Hesiodi in Theog. v. 1.† Alii quasi ὁμοούσας dictas volunt, quòd uno nexu omnes disciplinæ teneantur, atque fiat ἐγκυκλοπαιδεία. Euseb. verò παρὰ τὸ μυεῖν, significante διδάσκειν et παιδεύειν.

Μουσικὸς, οῦ, ὁ, musicus. Ut, μουσικὰ ὄργανα, apud Demetr. Phal. et, μουσικὸν ὀστέον, tibia ad faciendos musicos modulos apta, Plut. symp. 4. Item, μουσικὸς, qui canit, canorus. Item, artis canendi peritus. Plut. de sera numinis vindicta, περὶ μουσικῶν ἀμούσους, καὶ πολεμικῶν ἀστρατεύτους διαλέγεσθαι. Aristoph. in Vesp. ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς, vir sapiens et musicus, seu vir doctus. Dicitur etiam aliquis μουσικώτατος κατά τι vel περί τι, Athen. l. 4. Potest etiam accipi pro φιλόμουσος, musices amans: ut apud Isocr. μουσικὴ πόλις, urbs literarum amans. Et, τὰ μουσικὰ, musica, musici moduli, Xen. Pæd. 1. Μουσικὴ, sub. τέχνη, vel ἐπιστήμη, musica, seu musica ars, scientia modulorum concinnorum. Plut. in lib. περὶ εὐθυμίας, et alibi.

Μουσικῶς, musicè, secundum modulos musicos, musicis modulis. Plut. de orac. Pyth. Item concinnè, scitè, eleganter. Isoc. in Soph.

Μουσικώτατα, doctissimè. Aristoph.

Μουσικεύομαι, musica ratione tempero cantica et modulor. Athen.

Μουσεῖος, ου, ὁ, musicus, idem cum Μουσικὸς, in Epigr.

Μουσεῖον, ου, τὸ, museum: locus musis et studiis destinatus: vel locus ubi musæ colebantur, et responsa ab eis reddebantur. Plut. (Aristoph. R. 93.) Item Μουσεῖα, festum in honorem Musarum. Poll. l. 1.

Μουσίζω, cantu contendo. Theocr. idyll. 8.

Μουσίκτης, ου, ὁ, apud Hesych. idem cum Μουσικός. ψάλτης.

Μουσόω, ῶ, numeris modulisque musicis exorno et venustius reddo. Apud Philostr. μεμούσωται, sonitum edit aut edidit, concentu resonat. Phrasis quoque concinna, et elegans, dicitur μεμουσωμένη, ad musicos modulos concinnitate proximè accedens. Plut. in Pericle. Dicitur vero aliquis μεμουσωμένος, qui literis humanioribus eruditus est. Plut. ad Colot.

Composita.

Ἄμουσος, ου, ὁ καὶ ἡ, musis non initiatus, musicorum mo-

dulorum imperitus. Plut. de orac. Pyth. Item cantandi imperitus. Epigr. l. 2. et apud Basil. et Plut. in symp. 4. Plerunque capitur pro indocto et rudi, et qui nec musicam, nec literas callet: et general. pro imperito cujusvis rei. Aristoph. in Vesp. ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. Item insulsus, illepidus, rusticus. Plut. symp. 4. (*Superl.* Eurip. Phœniss. 764.)

Ἀμούσως, imperitè, inscitè, illepidè.

Ἀμουσία, imperitia, item inelegantia. Apud Plat. pro discrepantia musicorum modulorum, et διαφωνίᾳ, poni traditur. [Alcib. οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν, ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη — τρίχα ἔχοντες ἐπὶ τῇ ψυχῇ, ὑπ' ἀμουσίας, καὶ οὔπω ἀποβεβληκότες, ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες, &c. De Rep. lib. 3. Ælian. Var. Hist. lib. 13. cap. 25.]

Ἀπόμουσος, à musis alienus, idem cum ἄμουσος. Eurip. (Med. 1091.)

(Ἀπομούσως. Æsch. Ag. 808.)

Ἐκμουσῶ, Ælian. [lib. 14. cap. 34.] idem cum μουσῶ. [Eurip. Bacch. 823. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.]

Ἔμμουσος, musicus. et, τὸ ἔμμουσον, ex musica compositum, seu musicos modulos in se habens.

Ἐμμούσως, musicè, vel musarum instinctu, Eustath.

[Εὔμουσος. Eurip. Iph. in Taur. 145. Τὰς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοὰν Ἀλύροις ἐλέγοις.]

Εὐμουσία, musica elegantia, musicus lepor. Julian.

Εὐμούσως, eleganter, eruditè. Plut.

Καταμουσόω, ῶ, numeris et modis exorno, et venustius reddo. Greg.

Παράμουσος, dissonus, musis seu cantui non conveniens. Et generaliter, alienus, abhorrens. (ἐκτὸς τοῦ καθήκοντος. Æschyl. Ch. 464.) Sic Mars dicitur esse Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς, apud Eurip. in Phœniss. [792.]

Πολύμουσος, multùm in musis versatus. Plut. symp. 8.

Ὑομουσία, musa porcina, cantus suium grunnitum referens. Aristoph. in Equit. θαυμάζω τῆς ὑομουσίας αὐτοῦ.

Φιλόμουσος, musarum amans vel musices. Xen. Pæd. 4. Item qui studiorum humaniorum seu politioris literaturæ amans est. Plut. symp. 8. οἶμαι δέ σε πεφροντικέναι, φιλόμουσον οὕτω, καὶ πολύμουσον ὄντα.

Φιλομουσία, musarum amor, seu musices amor.

Φιλομουσέω, musas seu musicam amo.

Χρηστομουσέω, ῶ. Dicebantur χρηστομουσεῖν, qui veteres modulos retinebant, nec novis coloribus fucabant. Athen. l. 14.

ΜΟ´ΧΘΟΣ, ου, ὁ, labor, molestia, vel ærumna. Paul. ad Thess. 1. c. 2. μνημονεύετε τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον, laborem nostrum, ac ærumnam. Phil. de vita Mos. lib. 1. οὐκ ἔσται μόχθος ἢ πόνος ἐν Ἑβραίοις. Theocr. idyll. 16. Ἀλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος, ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν. (Æsch. Ag. 1668. Eum. 248. Eurip. Phœniss. 649. 1353.)

Μοχθηρὸς, οῦ, ὁ, laboriosus, Hesych. Item ærumnosus, calamitosus, miser. Aristoph. in Plut. Item malus, improbus. Plut. symp. 7. Aristoph. in Plut. Item vitiosus: ut, μοχθηρὸς χυμὸς, succus vitiosus. Gal. l. ad Glauc.

Μοχθηρῶς, malè: unde, μοχθηροτέρως ἔχειν, pejùs se habere. Plat. 1. de rep.

Μοχθηρία, ἡ, malitia, improbitas. Demosth. de malè gesta leg. Item pro vitio. Arist. eth. 5. c. 1. et eth. 9. c. 4. (Aristoph. R. 424.)

Μοχθήεις, εντος, ὁ, laboriosus, ærumnosus. Nic. in Alex.

Μοχθέω, laboro. Thucyd. l. 2. Item efficio, effectum do. Aristoph. ταῦτα οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. Eurip. μοχθεῖν πόνον, exantlare laborem. Interdum, laboribus et ærumnis premor. Eurip. apud Athen. lib. 13. μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπονεῖ. (Med. 1032. Phœniss. 509. 1492. Soph. Tr. 1064. cum Dat. et Acc.)

[Μοχθητέον. Eurip. Herc. Fur. 1251. Οὐκοῦν τοσαῦτά γ', εἰ μέτρῳ μοχθητέον.]

Μόχθημα, τὸ, labor, ærumna. Æschyl. in Prometh.

Μοχθίζω, laboro, afflictus sum. Il. β'. Ἕλκει μοχθίζοντα.

Composita.

Ἀγονόμοχθος, mulus seu mula, Hesych. quòd sterilitati hoc animal obnoxium sit.

Ἀμόχθητος, ὁ καὶ ἡ, laboris expers, ἄμοχθος. Oppian.

Ἄμοχθος, ου, ὁ καὶ ἡ, laboris et ærumnarum expers. [Xenophon, Mem. lib. 2. cap. 1. §. 33. Pind. Nem. i. 55. Οἶδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.]

Ἀμοχθεὶ, citra laborem. Suid. (Æsch. Pr. 208.) [Eurip. Bacch. 194. Ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.]

Ἀμοχθὶ, idem. ex Lascari.

Βαρύμοχθος, cum gravibus laboribus conjunctus. in Epigr.

Ἐκμοχθέω, exantlo. Apud Plut. ἐκμεμόχθηνται δεσμοῖς, expon. in vinculis versati sunt. [Æschyl. Prometh. 823. ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου, Ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκε, φράσω, &c. Eurip. Iph. in Taur. 83. —— πόνων τ' ἐμῶν, οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν Καθ' Ἑλλάδα. 1455. Troad. 641. 873. Herc. Fur. 22. 309.]

Ἔμμοχθος, laborum et ærumnarum plenus, vel qui in laboribus et ærumnis versatur. Eurip.

[Ἐμμοχθέω. Eurip. Dan. 70. Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμόχθηνται βροτῶν, &c. al. leg. ἐκμεμόχθηνται.]

Ἐμπεδόμοχθος, constanter et perpetuò laboriosus. Pindar. in Olymp.

Εὔμοχθοι, honesti labores, seu qui in res honestas conferuntur.

Ἡμιμόχθηρος, semimalus. Plat. l. 1. de rep.

Κακόμοχθος, in vanum laborans.

Κλυτόμοχθος, clarus laboribus. in Epigr.

Λιγύμοχθος, stridula voce seu cantu laborans. Aristoph. in Avib.

Πολύμοχθος, cum multis laboribus et ærumnis conjunctus, ærumnosus: ut, πολύμοχθος Ἄρης, Euripid. in Phœn. [791. 807. Λαβδακίδαις πολυμόχθοις. Schol. τοῖς πολλοὺς καμάτους ὑπομεμενηκόσιν. Hec. 96. Iph. in Aul. 1330. Herc. Fur. 1196. Elect. 1329. Ἐνὶ γὰρ κἀμοὶ τοῖς τ' οὐρανίδαις Οἶκτοι θνητῶν πολυμόχθων. Soph. Aj. 648. Schol. Œd. Col. 160. κλύεις ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα; 1294. Theocr. Idyll. xxviii. 8. Καί σε τὰν ἐλέφαντος πολυμόχθω γεγενημέναν, &c.] Item laboriosus: ut, πολύμοχθοι ἄγγελοι, apud Orph.

Προμοχθέω, priùs affligor. Eurip. in Suppl. [1233.]

[Συμμοχθέω. Eurip. Iph. in Taur. 690. Ταῦτ' ἔστιν ἡμῖν, εἴ σε συμμοχθοῦντ' ἐμοὶ Κτενῶ.]

Ὑπομόχθηρος, subimprobus, subineptus.

Φιλόμοχθος, laborum amans.

Φιλομόχθηρος, malorum seu improborum amans: vel amans improbitatis. Poll. ex Philonide.

ΜΥ͂, est nomen literæ; quam à Democrito vocatam esse μῶ testatur Eust. ¶ Est et vocula quæ pro flebili sono posita invenitur apud Aristoph. initio equitum. [v. 10. Thesm. 238.]

Μυτακίζω, literam μ nimis crebrò itero. unde μυτακισμὸς, frequens literæ μ iteratio.

ΜΥΔΑ´ΖΟΜΑΙ, aversor, abhorreo ab. Nic. in Alex. Αὐτὰρ ὃ ναυσιόεις, ἐμυδάξατο δαῖτα.

ΜΥΔΑ´Ω, ῶ, F. ήσω, nimio humore et uligine vitior, præ nimio madore putresco. † Soph. Œd. Tyr. 1278.† Philo de mundo. λίθων οἱ κραταιότατοι ἆρ' οὐ μυδῶσι καὶ σήπονται; nonne humore putrifico affecti putrescunt tandem? Et apud poëtam, μυδόωσα δ' ἀπὸ χροὸς ἔρρεε λάχνη, putrifica uligine vitiata.

Μύδησις, est quum aliquid nimio humore vitiatur. Diosc. l. 1. c. 6. et alibi. De oculis inprimis dicitur, eorumque præsertim palpebris, quæ adipe tumentes, humorem assiduè emittunt. Ut apud Diosc. πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μυδήσεις τῶν βλεφάρων, ad superfluo humore redundantes palpebras.

Μυδαλέος, humidus, uvidus, madidus. Hesiod. in Erg. χρῶτά τε μυδαλέον θείη. Item nimio madore vitiatus, putris ex nimia uligine. Apoll. Arg. 2. ‡ 1108.‡ Μυδόεις, idem: apud Nicand.

(Διαμυδαλέος δάκρυσι. (*comp.*) Æsch. Pers. 538.) ‡ διὰ μυδαλέοις δάκρυσι κόλπους τέγγουσ', per tmesin pro διατέγγουσι. Vox διαμυδαλέοις nuspiam exstat. Blomf.‡

Μυδαίνω, putrefacio. Propriè nimio madore et uligine putrefacio. στάζω, Hesych. Pro humecto videtur usurpare Apollon. Rhod. Arg. lib. 3. ‡ 1041.† Ἦρι δὲ μυδήνας, τόδε φάρμακον ἠΰτ' ἀλοιφῇ Γυμνωθεὶς φαίδρυνε τεὸν δέμας.

ΜΥΔΡΙ´ΑΣΙΣ, εως, ἡ, oculi vitium est quo pupilla effunditur et dilatatur, aciesque ejus hebescit, ut tradit Celsus lib. 6. cap. 6. et Paul. Ægin. l. 3. c. 22.

ΜΥ´ΔΡΟΣ, ου, ὁ, quidam expon. ferrum ignitum. Alii, globus candens, massa candefacta seu ignita. Strab. lib. 6. ἀνεῳγμένων τούτων τῶν στομάτων, δι' ὧν τὸ πῦρ ἀναφυσᾶται, καὶ μύδροι καὶ ὕδατα ἐκπίπτει. Pro eo Aristotel. dicit, μύδροι διάπυροι. Sic et apud Diog. Laërt. lib. 2. Ἀναξαγόρας ἀσεβείας κρίνεται, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον. A philosophis sol etiam dicitur μύδρος, ut scribit Luc. unde ἀμυδρὸς, q. d. non pellucidus. Etym.

ΜΥ´ΔΩΝ, ωνος, ὁ, caro fungosa in ulcere fistuloso, in quo callosæ oræ sunt, sinus verò mucosi. Poll.

ΜΥΕΛΟ`Σ, οῦ, ὁ, medulla. Il. χ'. ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, καὶ οἰῶν πίονα δημόν. Il. ύ. μυελὸς αὖτε Σφονδυλίων ἔκπαλτο. At Sophoc. in Trach. et alii tragici μυελὸν λευκὸν vocitarunt cerebrum: quòd turpe putaretur nominare τὸν ἐγκέφαλον. (794. Æschyl. Ag. 76.) Hom. Od. β'. ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν appellat, quoniam farra vires addunt corpori, ut ὁ μυελὸς τοῖς ὀστοῖς. Apud medicos est μυελὸς ἐγκεφαλίτης, medulla cerebralis; hoc est, ipsum cerebrum. et μυελὸς ῥαχίτης medulla spinalis, per rachin sive spinam totam descendens. item νωτιαῖος, διαυχένιος, et ψοίτης. ☞ Etym. deducit à μύω.

Μυελόεις, εντος, ὁ, medullæ plenus, medullosus. Od. ι.

Μυελώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, medullæ speciem gerens, ad medullæ naturam accedens.

Μυελόω, medulla impleo.

Ἀμύελος, ου, ὁ καὶ ἡ, (*comp.*) carens medulla.

ΜΥΕ´Ω, ῶ, F. ήσω, propriè est, doceo ea quæ ad res sacras seu divinas pertinent, instruo in sacris; initio. Quidam interp. (ex Eusebio, lib. 2. de præpar.) honesta bonaque doctrina instituo. Plut. in lib. de exilio, (de Eumolpo:) ὃς ἐκ Θρᾴκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας. ☞ Factum dicitur ex μύω, quoniam τοῖς μύσταις necesse est μύειν τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται. Eustath.

Μυέομαι, οῦμαι, initior sacris, instituor doctrina quæ ad res sacras pertinet. Luc. in Scytha, ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις. Et cum accus. Aristoph. in Plut. μῶν οὐκ ἐμυήθης ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα. (R. 158.) Item generaliter, doceor, instituor. Plat. in Sympos. ταῦτα μὲν οὖν ἐρωτικὰ, ὦ Σώκρατες, ἴσως κἂν σὺ μυηθείης.

Μύημα, τὸ, q. d. initiamentum. Item id quod docetur is, qui sacris initiatur. Areth.

Μύησις, εως, ἡ, initiatio. Hesych.

Προμύησις, (*comp.*) præinitiatio. Plut.

Μύστης, ου, ὁ, mysta: qui initiatur sacris, seu initiatus est, qui admittitur ad sacrorum arcana. Exponitur etiam, sacra discens, item mysteriorum peritus. Plut. in Alcib. τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι, καὶ μυεῖσθαι, μύστας προσαγορευομένους. Apud eundem in ejusdem vita, ἱερεῖς δὲ, καὶ μύστας, καὶ μυσταγωγοὺς ἀναλαβών. Exponitur etiam, discipulus et conscius mysteriorum. Item μυσταγωγὸς, apud Dionys. Areopag. (Adj. Aristoph. R. 373.)

Μύστις, ιδος, ἡ, quæ initiatur sacris, sive initiata est. Apud Greg. μύστιδες quidam interpr. consciæ mysterii. In anthol. epigr. lib. 5. μύστις μολπὴ, mysticum carmen.

(Μυστοριακός. Sch. Aristoph. R. 346.)

[Μυστηρικός. Aristoph. Acharn. 747. Χήσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικᾶν. Schol. Ὅτι ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρος θύεται.]

Μυστήριον, ου, τὸ, mysterium. (Aristoph. R. 159.) Exponitur etiam, arcanum ad aliqua sacra pertinens: res arcana, et paucis cognita, neque communicanda nisi initiatis. Herodian. l. 8. καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον, i. servato etiam militari jurejurando, quod est unum Romani principatus mysterium sanctissimum.

Μυστηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, cui subest mysterium; qui fit cum aliquo mysterio; mysticus. Plut. de loquacitate, καὶ τὸ ἅγιον, καὶ τὸ μυστηριῶδες τῆς σιωπῆς.

[Μυστηριῶτις. J. Poll. Onom. lib. 1. §. 36. Athen. Deipn. lib. 6. καὶ τὸν κήρυκα ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. Vide Casaub. Animadv. col. 410. 41. Æschin. Orat. de falsa Legat. καὶ τοῖς σπονδοφόροις τοῖς τὰς μυστηριώτιδας σπονδὰς ἀπαγγέλλουσι μόνοι τῶν Ἑλλήνων Φωκεῖς οὐκ ἐσπείσαντο.]

Μυστικὸς, οῦ, ὁ, mysticus, cui subest mysterium. Apud Poll. μυστικαὶ ἡμέραι. Greg. καὶ ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόρρητος οὗτος ὁ λόγος. Et, τὰ μυστικὰ, quæ et μυστήρια, apud Thucyd.

Μυστικῶς, mysticè, cum mysterio. Greg. quando res arcana significatur per manifestam, spiritualis sensus et supernaturalis per naturalem.

Composita.

Ἀμύητος, ου, ὁ καὶ ἡ, non initiatus, profanus. Luc. de salt. σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. Plat. de def. orac. οὐδεὶς τῶν βεβήλων καὶ ἀμυήτων, nemo è profanis nec initiatis.

Ἄμυστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀμύητος, Dion. Areop.

Ἱερομύστης, ου, ὁ, qui sacris mysteriis initiat, qui sacra mysteria tradit, sacrorum præfectus et antistes, qui mysteriis et ritibus sacris præest. Suid. Apud Areop. ἱερομύσται, theologi, qui primi ceremonias condiderunt.

Συμμύστης, iisdem sacris initiatus, socius in sacrorum initiatione. Philopon.

Χριστομύστης, qui Christo seu Christianis sacris et Christianæ doctrinæ initiat, Christi sacerdos.

ΜΥ´ΖΩ, clausis labris quendam ex naribus sonum emitto; qualis est gementium. (Æsch. Eum. 118. 189.) Exponitur etiam, musso sive mussito: ut apud Aristoph. in Thesmoph. [238.] τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς. Sic apud Plut. μύσας τῷ λογισμῷ, secum mussans inter reputandum facinus. Apud Aristot. de anim. l. 4. μύζει, καὶ τριγμὸν ἀφίησι, exp. mutit, et stridet. Idem. l. 8. μύζων, καὶ στένων. ¶ Item sugo. Xen. ἀναβ. l. 4. Ἔδει δὲ, εἴ τις διψῴη, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν τοὺς καλάμους.

Pertinentia ad μύζω, in priori signif.

Μυγμὸς, οῦ, ὁ, sonus qui labiis occlusis erumpit; qualis est fortiter sugentium: sed et ex naribus emittitur; qualis est gementium; unde exp. etiam στεναγμός. (Æsch. Choëph. 22.) Potest etiam exponi, mussatio, seu mussitatio. Usurpatur ab Arist. de piscibus hist. an. l. 9.

Μυχθίζω, exp. suspiro, ingemisco: unde apud Æsch. in Prometh. ἀναμυχθίζομαι, pro eodem. [Non invenio Verbum Μυχθίζω apud Æschylum, sed Ἀναμυχθίζω occurrit in Prometh. 742.] Ab Hesychio et Suida exponitur, irrideo.

Ἐπιμύζω, (*comp.*) suspiro summissè, compressis labris gemo, et ita ut gemitus vix exaudiri possit. Il. δ'. αἱ δ' ἐπέμυξαν, Ἀθηναίη τε, καὶ Ἥρη.

Ἐπίμυξις, suspirium tale, seu gemitus talis.

Pertinentia ad μύζω, i. sugo.

Μυζέω, ῶ, idem quod μύζω, sugo. Plut. de Demosth. loquens: φάρμακον ἔχων ὑπὸ τῇ σφραγίδι, μυζήσας ἀπέθανε.

Μυζάω, ῶ, idem quod μύζω, seu μυζέω. Suid. et Eustath.

Ἐκμυζέω, exugo, sugo. Alex. Aphr. probl. l. 2. τὴν σίφωνα ἐκμυζοῦντες, ἕλκομεν τὸν οἶνον.

Ἐκμυζάω, ῶ, idem quod ἐκμυζέω, exugo. Il. δ'. Αἷμ' ἐκμυζήσας. Luc. in Tim. ἐκμυζήσαντες μυελόν. Et apud Dioscor. δεῖ δὲ μὴ ἄσιτον εἶναι τὸν ἐκμυζῶντα.

Ἐκμύζησις, exuctio, id est, ipsa exugendi actio, vel suctio, seu suctus. Dioscor.

ΜΥ͂ΘΟΣ, ου, ὁ, verbum, dictum, oratio, sermo, colloquium. Idem quod λόγος. Iliad. ά. et θ'. ποῖον τὸν μῦθον ἔειπας; Odyss. τ'. Ἀλλ' ἔχε σιγῇ μῦθον. Iliad. τ'. τέλος μύθῳ ἐπιθεῖναι, dicendi finem facere. Od. δ'. μῦθον τελεῖν, efficere quæ dicta fuerunt. Plat. in Tim. ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν, Cicer. interp. ut, si probabilia dicentur, nihil ultra requiratis. Frequens est modus, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, non est meus hic sermo, apud Plat. Plut. Luc. &c. ¶ Item μῦθος, fabula, i. quæ passim dicuntur. Ut, μύθους Αἰθαλίδου, quæ vulgò de Æthalide dicuntur, ex Apoll. Rhod. Sic ex Naz. τὸ τοῦ μύθου, ut est in proverbio, ut ferunt. Interdum pro fabula, i. pro sermone ficto et falso, veritatem tamen adumbrante: de quo fictionis genere vide Aristot. περὶ ποιητικῆς, et Aphth. in progymn. Hinc, ἐξηγηταὶ μύθων, explicatores fabularum, apud Luc. Et, μύθων ἀλληγορίαι, apud Plut. de aud. poëm. Integra etiam poëtarum scripta μῦθοι dicuntur, (ut et fabulæ apud Lat.) ut apud Athen. l. 5. ὁ περὶ τὴν Ἰλιάδα μῦθος, fabulamentum de bello Trojano. ¶ Item μῦθος, consilium, suasio, μῆτις. Il. ά. Ἥρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους Εἰδήσειν, rescituram omnia mea consilia. ¶ Item seditio, factio, στάσις. ut exp. Od. φ'. Οὐδέ τιν' ἄλλην Μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύνασθε. [rumor. Eurip. Med. 72. V. ib. 355. verbum. Æsch. Pers. 154. διὰ λεπτοτέρων μύθων ἔμολον. σαφεῖ δὲ μύθῳ. Pr. 642. Suppl. 456. Eurip. Med. 1084.]

Derivata à μῦθος, verbum, &c.

Μυθέομαι, dico, dictito. Il. λ'. Ζεύς με πατὴρ προέηκε τεῒν τάδε μυθήσασθαι. † ἀληθέα, vera loqui. Hesiod. Theog. v. 28.† Aliquando signif. eloquor, vel narro: ut Od. ψ'. αὐτὰρ ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ἐπικεύσω. Interdum, confabulor, colloquor. Apoll. ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι μυθεῦντο, inter se fabulabantur. Item prædico, as. Item, suadeo.

Μυθητὴς, οῦ, ὁ, orator, susurro. Expon. etiam, στασιαστής. Eust. ex Anacr.

Μυθητὴρ, idem. Hesych.

Μυθέσκομαι, idem quod μυθέομαι. Il. σ'. Πάντες μυθέσκοντο πολύχρυσον, dictabant vel prædicabant.

Μυθίζω, loquor, dico, &c. Theocr. idyll. 21. Τοιάδε μυθίζοισα, τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον. Exponitur etiam mussito, apud eundem ibid. χείλεσι μυθίζοισα.

Μυθίζομαι, idem. Exponitur etiam, vaticinor, prædico, is. Orph. in Arg. ἵν' ἀνθρώποισιν ἀρηρότα μυθίζοιτο, ut vaticinaretur.

Composita.

Ἀκριτόμυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, verba sine judicio et sine delectu funditans. Il. β'. Exponitur et simpl. multiloquus.

Ἀμύθητος, ineffabilis, qui dicendo exprimi non potest. Demosth. Phil. 1. et in Mid.

Ἀπομυθέομαι, οῦμαι, interdico, prohibeo, vel dehortor, dissuadeo. Il. ί. μάλα γάρ τοι ἔγωγε Πόλλ' ἀπεμυθεόμην.

Βραχυμυθία, ἡ, breviloquentia.

Διαμυθέομαι, q. disloquor; loquor aliter atque res est, seu gnarus, seu ignarus.

Διαμύθησις, Hesych. sermo fallens.

Διχόμυθος, qui ambiguè loquitur: unde τὰ διχόμυθα, ambigua. Eurip. in Oreste. [887.]

Ἐγγαστρίμυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. ventriloquus. Sic vocatur, qui vel quæ in ventre dæmonem habet, responsa interrogantibus dantem: magus et ariolus: apud Græc. bibl. interp. Gal. vult, apud Hippoc. ita appellari eum qui clauso ore loquitur, quod ventre loqui videatur.

Εἰκαιομυθία, vaniloquentia, seu verba vana. Hesych. et Suid.

Εἰκαιομυθέω, vana loquor. apud eosdem.

Ἐκφερομυθῶ, effero in vulgus, vulgo, divulgo. Basil. κλέπτης γὰρ ὁ διάβολος, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐκφερομυθῶν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ὑποφήτας.

Ἐμπεδόμυθος, qui firmi et constantis est sermonis. Nonn.

Ἐπιμυθέομαι, insuper dico, insuper suadeo.

Ἐχέμυθος, qui cohibere se novit quo minùs loquatur, taciturnus. Synes. de insom. et ep. 137.

Ἐχεμυθία, taciturnitas, silentium. Plut. περὶ ἀδολεσχίας. Synes. ep. 142.

Ἐχεμυθέω, ῶ, linguam contineo. Hesych.

Θρασύμυθος, audacia funditans verba, in verbis et loquendo audax et temerarius. Pind. in Olymp.

Ἰσομυθοῦντες; Hesych. sunt ἀκριβολογοῦντες.

Ἰσχνομυθία, eidem Hesych. et Suid. est λεπτολογία.

Ἰσχνομυθοῦντες, nimis subtiliter et exactè verba exquirentes: apud eosdem.

Λιγύμυθος, qui stridula aut canora voce loquitur: lusciniæ epith. apud Aristoph. in Avib. [1380.]

Ὀλιγόμυθος, qui pauca loquitur, pauciloquus.

Ὀλιγομυθία, pauciloquium.

Παραμυθέομαι, hortor, adhortor. Iliad. ί. Καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυθησαίμην Οἴκαδ' ἀποπλείειν, consuluerim seu suaserim. Item commonefacio, verbis flecto. Aristoph. in Vesp. λόγοισι παραμυθούμενος, verbis commonefaciens. (Æsch. Pr. 1062.) Item consolor. Thuc. l. 2. τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον, ἢ παραμυθήσομαι, non deploro magis, quàm consolabor. Herodian. l. 6. ἐφ' οἷς ἐπελύπηντο, παρεμυθεῖτο μεγαλοδωρίᾳ χρημάτων, consolabatur mœstitiam eorum pecuniis elargiendis. Item, verbis mulceo et sedo. Plut. τὴν Λακεδαιμονίων στάσιν παύειν ἐπᾴδων καὶ παραμυθούμενος. † benignè alloqui. Xen. Pæd. l. 3. p. 66. d.† Exponitur etiam, medeor, sarcio, apud Basil. et Hermog.

[Παραμυθητέον. Plat. de Leg. τὸν δὲ ἡγούμενον θεοὺς εἶναι, μὴ φροντίζειν δὲ αὐτοὺς ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παραμυθητέον.]

Παραμυθητὴς, consolator. Hesych. Παραμυθητικὸς, qui consolari potest aut solet, consolatorius. Aristot. eth. 9.

Παραμυθία, exhortatio et demulcentia. Plat. in Phæd. Est etiam figura orationis, molliens quod asperius dictum est. Hermogen. Item, quod confirmationis et subsidii loco adhibetur rei dubiæ. Plut. de orac. Pyth. Item consolatio: vel etiam solatium, solamen. Synes. ep. 57. et 79.

Παραμύθιον, ου, τὸ, mulcimentum, placamentum. Plato l. 11. de leg. Item solatium, solamen. Thuc. l. 5. Plat. pol. 1.

Decomp. Ἀπαράμυθος, qui verbis flecti et persuaderi nequit: ferox. (Æsch. Pr. 184.) [Eurip. Iph. in Aul. 620. Φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν.] Dicitur, et de brutis.

Ἀπαραμύθητος, idem. Item inconsolabilis, solatium non admittens. Ἀπαραμύθητον dicitur id, in quo figura illa, quæ παραμυθία dicitur, non adhibetur. Hermog.

Ἀπαραμυθήτως, ita ut flecti verbis nequeat. Plat. de leg. lib. 5. Item insolabiliter: apud eundem de leg.

Δυσπαραμύθητος, qui verbis flecti vix potest, seu qui hortamenta et suasiones vix admittit. Plat. in Tim. Item irremediabilis, inexpiabilis: apud Plut.

Εὐπαραμύθητος, qui facilè verbis flecti et placari potest. Plato de leg. lib. 11.

Ποικιλόμυθος, cujus sermo varius est, vel vario distinctus lepore: facundus, disertus. Nonno.

Πολύμυθος, verbosus, loquax. Theocr. idyll. 23. [Pind. Pyth. Od. Θ. 133. Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι. Schol. τουτέστι, πολλῶν λόγων δέονται πρὸς τὰ ἐγκώμια. Hom. Iliad. Γ. 214. ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.]

(Απρομύθητος. (*decomp.*) Sed fortè Legend. ἀπρομήθητος. Æsch. Suppl. 362.)

Προσμυθεύω, fabulam addo fabulis, adhuc fabulor. Strabo.

Προτιμυθέομαι, alloquor. Apoll.

Σεμνομυθέω, ῶ, cum gravitate loquor, seu cum fastu, insolentiaque. Eurip. in Hippol.

(Στοιχομυθέω. ut στοιχηγορέω. Sch. Æschyl. Pers. 430.)

Ὑπομυθέομαι, proloquor. Apoll. Arg. 2.

Φιλομυθία, fabulandi seu fabularum studium, Strabo.

Ψευδομυθία, mendacium, falsum commentum.

Ψευδομυθέω, ῶ, falsa seu mendacia loquor, mentior. Hesych.

Derivata ex μῦθος, fabula.

Μυθώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, fabulosus. Isocr. in Panath. Plut. de solert. an. Τὸ μυθῶδες, fabulositas. Plut. de aud. poëm.

Μυθικὸς, οῦ, ὁ, fabularis, fabulosus. Athen. l. 13. Plut. symp. 1.

Μυθάριον, τὸ, fabella. Plut. de aud. poëm.

Μυθίδιον, idem. Lucian.

Μυθεύω, fabulosè narro, fabulosè fingo.

Μυθεύομαι, fabulosè narror, &c. Luc. μεμύθευται λόγος παλαιός.

Μύθευμα, τὸ, narratio fabulosa, fabula. Plut. de aud. poëm.

Composita.

Ἄμυθος, fabularum expers: in quo nullæ sunt narrationes fabulosæ. Plut. de aud. poëm. οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον οὐδ' ἀψευδῆ ποίησιν.

Ἐπιμύθιον, τὸ, affabulatio: id quod fabulæ narratæ subjungitur ad mores hominum informandos. Aphth. in progymn.

Ἐπιμυθεύω, sive ἐπιμυθεύομαι, affabulor.

Λογομύθιον, oratio fabulosæ narratiunculæ.

Προμύθιον, τὸ, fabulæ præfatiuncula, ad mores informandos, et vitæ usum accommodata. Aphth. in progymn.

Φιλόμυθος, confabulationum vel fabularum amans. Demetr. Phal. Τὸ φιλόμυθον, amor confabulationum vel fabularum. Dionys. Long.

Φιλομυθέω, libenter fabulor. Synes. ep. 105.

ΜΥΙ͂Α, ας, ἡ, musca. Il. β'. Ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά. Vide μυίας ἐγκώμιον, apud Luc.

Μουίαι, vermes, qui carnibus innascuntur.

Μυῖνδα, seu μυΐνδα, lusus quidam puerilis, dictus et μυῖα χαλκῆ, secundum quosdam. Vide Poll.

Μυιώδης, Myiodes, muscarum deus, qui et Μυίαγρος, Myiagros, et Ἀχὼρ, Achor. Plin.

Composita.

Ἀπόμυιος, ου, ὁ, apud Paus. in Eliacis [lib. 5. cap. 14.] cognominatus ita fuit Jupiter, quasi abactor muscarum.

Κυνόμυια, ας, ἡ, musca canina. Phil. de vit. M. Metaph. pro impudente et audace accipitur, tum alibi, tum in epig. ¶ Est et herbæ nomen, quæ et κυνοειδές. Pro κυνόμυια dicitur et κυνάμυια. verso ο in α. Il. φ'.

ΜΥΚΑ'Ω, ῶ, mugio. boum proprium. (☞ Factum per onomatopœiam παρὰ τὸ λέγειν μῦ.) Tribuitur tamen etiam aliis animantibus, ut camelis, asinis; nec non aliis, tàm inanimis, quàm animatis, quæ mugitum boatumque quendam reddunt. Il. φ'. μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος. Il. μ'. μέγα δ' ἀμφὶ πύλαι μύκον. † Sic μυκωμένη βροντὴ apud Aristoph. Nub. 291.† (R. 570.)

Μυκάομαι, ῶμαι, mugio, boo. Theocr. idyll. 19. Αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μυκάσατο. Aristoph. in Ran. Ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμὺ, κἀμυκᾶτό γε. Plut. de Deo Socr. τὸν δὲ μυκᾶσθαι, καὶ ἀφιέναι φωνάς τινας ἀνάρθρους. (Theoc. κβ'. 75.)

Μύκημα, mugitus, boatus. (Æsch. Pr. 1061.) Plut. de solert. an. μόσχου μυκήματι τὸ βρύχημα ποιοῦντες ὅμοιον. Pro eodem dicitur et μυκηθμὸς, Od. μ'. Il. σ'. et μύκησις. etiam μύκη, Apoll. Arg. l. 4.

Μυκητὴς, mugiens. Theocr. idyll. 8.

Μυκητίαι σεισμοὶ, terræ motus qui cum mugitu quatiunt terram, Aristot. de mundo.

Composita.

Ἀμύκητος, ου, ὁ καὶ ἡ, expers mugitus seu mugituum. Epigr. [lib. 1. cap. 23. Οἰκτρὸς ἀμυκήτῳ κάτθανε πὰρ καλύβῃ. Vincent. apud stabulum non mugiens, in quo nulla vacca amplius mugiebat: à μυκᾶσθαι, mugire.]

Ἀπομυκάομαι, mugio.

[Ἀπομυκτέον. Eurip. Cycl. 558. Ἀπομυκτέον δέ σοί γ', ὅπως λήψῃ πιεῖν.]

Βούμυκοι, οἱ, voces quædam mugitum taurorum imitantes. (unde et illæ pro tauris Deo sacris habentur, quæ ad paludes fluviis vicinas audiuntur.) Aristot. in probl. sect. 25.

Ἐρίμυκος, valde seu vehementer mugiens: Il. ψ'. Od. ό. ‡ 235.‡

Φαεινὸς, splendidus, lucidus, fulgidus, nitens: ut, φαεινὴν πήληκα, et φαεινὸν δόρυ, apud Hom. (Il. γ'. 247. Eurip. Phœniss. 84.) Sic, ἀκτῖνα φαεινὴν, Alex. Aphr. in præfat. probl. l. 2.

Φαεννὸς, idem: ut, φαεννὰ ὅπλα, apud Eurip.

Ἀμφιφαείνω, (*comp.*) circumluceo, splendore cingor. Hom. hymn. in Apoll. αἴγλη δέ μιν ἀμφιφαείνει.

Φιαρὸς, οῦ, ὁ, lucidus, splendidus, splendorem quendam aqueum habens, Suid. Quasi φαερὸς, ut tradit Etym. derivans à φάος. ¶ Item pinguis. ut, ὄρνιθος φιαρῆς, pinguis gallinæ. Nic.

Φιαρύνω, splendorem affero, λαμπρύνω. Hesych.

Composita: ac primùm ex φάω, habentia tamen ferè omnia terminationem adjectivorum in ης.

Ἀμφιφάω, circumcirca luceo, colluceo, igni aut facibus accensis. Hinc participio ἀμφιφῶν nominatur mazæ quoddam genus, seu placentæ sacræ, quæ in ædem Munychiæ Dianæ ferebatur, affixis circumcirca facibus ardentibus, teste Poll. lib. 6. c. 14. et Hesych. apud quem legitur ἀμφιφόων. Philochorus verò apud Athen. ἀμφιφῶντα nominatum vult, quoniam in illo die, quo offertur Dianæ, cœlum gemino collustratur lumine, lunæ occidentis et solis exorientis.

Ἀμφιφαὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, circumquaque vel utrinque lucem habens: vel utrinque lucens aut apparens. Aristot. de mund.

Ἀρτιφαὴς, qui modò lucem habuit, sc. oculorum, qui modò visum recuperavit. Nonn.

Ἀστροφαὴς, stellis resplendens, aut in modum stellarum. Hesych.

Ἡδυφαὴς ἤλεκτρος, electrum seu succinum suave splendens. Dionys. de situ orb.

Ἠλεκτροφαὴς, instar electri fulgens, electri splendorem habens. Eur. in Hippol. Steph. [740. ——δακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.]

Κελαινοφαὴς, niger, obscurus, ater. Aristoph. in Ran. [1366.]

Κεραυνοφαὴς, in modum fulminis coruscans. Apud Eur. in Troad. [1103.] κεραυνοφαὲς πῦρ, ignes fulminei.

Λευκοφαὴς, qui albus videtur, albus aspectu. Eurip. in Iph. Aul. [1054. Παρὰ δὲ λευκοφαῆ ψάμαθον εἱλισσόμεναι, &c.]

Μελαμφαὴς, ater, obscurus, tenebricosus: ut, μελαμφαὲς ἔρεβος. Idem in Hellen. [524.]

Παμφαὴς, in omnem partem mittens suam lucem, omnia luce sua illustrans. ut, παμφαὲς σέλας, apud Eurip. in Troad. [547.] (παμφαὴς ἀκτὶς ἀελίου. Med. 1253. Æschyl. Pers. 614.) [Soph. Philoct. 744.] et παμφαὴς ἥλιος, Aristot. de mund.

Πασιφαὴς, omnibus apparens. Nonn.

Περιφαὴς, valde conspicuus, valde lucens; Oppian. idem cum περιφανής.

Πλησιφαὴς, plenam lucem habens. Damasc.

Ὑψιφαὴς, altam lucem habens, vel in alto lucem habens, Item, altè apparens, celsus: ut, ὑψιφαῆ τάφον, in Anthol. Epigr.

Φοινικοφαὴς, qui puniceus esse videtur, puniceus aspectu: ut, φοινικοφαῆ πόδα, apud Eurip. in Ione. [162.]

Χρυσοφαὴς, auream lucem habens, i. auri modo splendens, Eurip. in Hippol. Plut. in Flam.

Composita ex φῶς et φωτίζω.

Ἀμφιφῶς, qui dubia luce collustratur. Athen.

Ἀντιφωτισμὸς, illuminatio quæ fit ex opposito.

Ἀρχίφωτος, initium et autor luminis. Sic apud Dionys. Areop. dicitur baptismus, quoniam post eum animæ initiatorum Christianæ religioni solent φωτίζεσθαι.

Αὐτοφῶς, ipsa lux. Ita dicitur spiritus sanctus apud Greg. quoniam vera et unica lux est, et sine eo nemo φωτίζεται.

Ἀφώτιστος, ὁ καὶ ἡ, non illuminatus, lucis expers. aut obscuratus. epitheton lunæ non lucentis: apud Alex. Aphr.

Διαφωτίζω, idem quod φωτίζω.

Ἐκφωτίζω, idem quod φωτίζω, illustro, illumino. Plut.

Decomp. Συνεκφωτίζω, simul illustro, ἐκφωτίζω. Plut.

Ἐμφώτειος ἐσθὴς, vestis quæ induebatur ab eo qui baptizabatur. Gregor.

Ἐπτιφωτισμὸς, φωτισμός. Idem.

Καταφωτίζω, illumino, illustro. in Epigr. et apud Naz.

Λυκόφως, tempus quod solis exortum præcedit. sic dictum (ut quidam volunt) παρὰ τὸν λύκον, quòd lupi colorem referat, qui cinereus est, nec intensiorem nigredinem præfert: seu quòd referat colorem pilorum lupi, qui prope cutem albi sunt, exteriore parte nigriores. ¶ Dicitur et λυγόφως, pro eodem: παρὰ τὴν λύγην, τὴν σκοτίαν, quòd sit lux obscura et nocti non absimilis, qualis est circa diluculum, et vesperi, quum dies et nox misceri incipiunt.

Περιφωτίζω, q. d. circùm illumino. unde pass. apud Plut. de prim. frig. τὸ δὲ λαμπρὸν οὐ παρίησιν ὑπὸ στερεότητος, ἀλλ' ἐπιπολῆς περιφωτίζεται.

Συμφωτίζω, collustro, simul illumino. Plut.

Composita ex φώσκω, et φαύω, seu φαύσκω.

Διαφώσκω, illuceo, illucesco. Herodot. in Thal. ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ.

[Διαφαύσκω. Herodot. Hist. lib. 9. cap. 44. νῦν δὲ οἱ δέδοκται, τὰ μὲν σφαγία ἐᾶν χαίρειν, ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι.]

Διαφαύω, idem. Reg. l. 1. c. 4. ἕως διαφαύσῃ ἡμέρα.

Ἐπιφώσκω, idem quod præcedentia. Luc. 23. σάββατον ἐπέφωσκε.

Ἐπιφαύω, pro eodem. in ep. ad Eph. c. 5.

Ἐπιφαύσκομαι, in lucem profero, ostendo, commonstro. Homer. hymn. in Apoll. Ἐν δ' ἄρ ὄγε φλόγα δαῖε, ἐπιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα.

Ὑποφαύσκω, q. d. sublucceo. Aristot. in probl. ὑποφαυσκούσης ἕω, prima luce.

Composita remotiora.

Ἀλλοφάσσω, vide in comp. ex Φάω, i. dico.

Κατηφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui est vultu demisso, præ pudore aut mœrore: unde interdum exp. pudibundus, interdum subtristis. ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν. Theophyl. ep. 29. paupertatem esse dicit κακὸν ῥᾳθυμασιῶν κατηφές. Utitur et Plut. Item Aristot. hist. an. l. 9.

Κατήφεια, ας, ἡ, et Ionicè, κατηφείη, vultus demissus, seu pudor cum mœrore. Il. γ'. Δυσμενέσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δέ σοι αὐτῷ. Plut. in Coriol. τὴν δὲ βουλὴν ἄχος ἔσχε καὶ κατήφεια δεινή. Sic et apud eundem in Publ. et Phil. de v. M. l. 3.

Κατηφέω, sum vultu demisso præ pudore, erecto vultu intueri non audeo. Il. χ'. Στῆ δὲ κατηφήσας. Aristot. hist. an. lib. 8. (de equo lymphato,) κατηφεῖ δὲ ἀεὶ κἂν λυπήσῃ. (cum Acc. Eurip. Med. 1014.)

Κατηφιάω, idem: apud Plut. in cons. ad Apoll. Pro quo Ionicè dicitur κατηφιόω. Ut apud Greg. in carm. Κείμενος ἐν μέσσοισι κατηφιόων καὶ ἄναυδος.

Ὑποκατηφὴς, (*decomp.*) subtriste.

Παιφάσσω, oculos circumquaque verto, oculos quoquoversum circumduco. Exponitur etiam, illustro. Item, ἐκφανῶς καὶ ἐνθουσιαστικῶς ὁρμῶ. Il. ϛ'. Σὺν τῇ παιφάσσουσα διέσσυτο λαὸν Ἀχαιῶν Ὀτρύνουσ' ἰέναι. ☞ Quidam per reduplicationem ex φάω dictum volunt: alii quasi, πάντη τὰ φάη ἀΐσσω.

Decomp. Ἐκπαιφάσσω, furo, seu fanaticorum more excurro, et impetu feror. Il. έ. πολεμίζειν οὐκ εἴασκον, Οὐδ' ἐκπαιφάσσειν.

Μεταπαιφάσσω, unde apud Apoll. Rhod. Arg. l. 3. [1265.] μεταπαιφάσσεσθαι, schol. exp. τὸ διάλαμπον σημαίνειν.

Derivata à Φάω, dico.

Φάομαι, inusitatum thema, format ex se præteritum πέφασμαι. Unde imperat. πεφάσθω, dictum sit: apud Plat. Et, πεφασμένος, dictus. (Φᾶσθαι. V. Æschyl. Pers. 703.) Hinc et verbalia quæ sequuntur.

Φάσις, εως, ἡ, dictio. Item dictum, sententia seu apophthegma. Aristot. Eth. 6. Ponitur et pro denuntiatione ac rumore, Act. Apost. c. 21. Significat et affirmationem, apud Aristot. Item propositionem, apud eundem metaphys. 3. ¶ Alias signif. vide in Φαίνω.

Φάτις, itidem dictum, sententia: ut, φάτις φυσική, in Epigr. Item, responsum vatis, oraculum. Eurip. in Phœn. Item, sermo vel verbum. Suid. ex Soph. Item, nuntius, rumor, fama, ut Od. ψ'. et apud Soph. in Ajace. Exponitur etiam, gloria. Od. ζ'. (Æsch. Pers. 227. Ag. 284. Eurip. Phœniss. 23. Jovis filia dicta. Soph. Œdip. Tyr. 151. 318. 331. 735. Tr. 706.)

Φατίζω, f. ίσω, vel ίξω. Soph. in Ajace, οὐδὲν ἀναύδητον φατίξαι μ' ἄν. Apud Herodot. ἐφάτισαν, exp. confessi sunt.

Φάτης, ου, ὁ, loquutuleius, loquax. Exponitur et, mendax. Hesych.

Φατειὸς, οῦ, ὁ, dicendus, nominandus. Hesiod. in Asp. et in Theog. † 310.†

Φατὸς, ὁ, idem apud eundem in Asp. † 230.† Item, celebris, apud eundem in Erg. Aliam signif. vide in Φάω, occido.

Φημὶ, φάω, aio, dico, affirmo. Il. β'. Τόσσον ἐγώ φημι πλέας ἔμμεναι υἷας Ἀχαιῶν. Æschin. in Ctesiph. σκοπεῖτε μὴ, τίς φησὶν εἶναι, ἀλλὰ τίς ἐστιν. Fut. 1. est φήσω. † Aristoph. Nub. 1211.† Præt. imp. et aor. 2. ἔφην. quorum hoc η in omnibus personis retinet, illud in α mutat. Dicitur enim, ἔφαμεν, et ἔφασαν, et pro eodem abjecto augmento φάσαν. item ἔφαν, per syncopen, et pro hoc rursus, φὰν, apud Hom. Dicitur et, φῆν pro ἔφην, aorist. 2. Item, φῆς, pro, ἔφης, &c. Sic et pro φημὶ, interdum ἠμὶ dicitur: ut apud Aristoph. in Nub. † 1243.† et ἦν, ἦς, ἦ, pro ἔφην, ἔφης, ἔφη, passim apud Plat. † ὡς ἐγώ φημι. formula, quam Latinè, de mea sententia. Xen. Pæd. l. 4. p. 97. d. et p. 102. e. Κῦρον ἔφασαν λέγειν. 1. 3. 4. et 1. 4. 20. perhibeat.† (τί φῶ σε; Eurip. Phœniss. 280. Aristoph. R. 37. 132. 646. λογίζομαι. Il. γ'. 366. Soph. Tr. 424. Œdip. Tyr. 1381.)

Φαμαὶ, inusitatum format ex se præt. imperf. et aor. 2. Med. ἐφάμην. prius Od. ξ'. Ὡς ἐφάμην, à posteriore est infin. φᾶσθαι, apud Hom. Ab eodem φαμαὶ est imperat. φάο, dic. pro φάσο. Od. σ'. et partic. φάμενος, dicens, Xen. οὐ φαμένου Λυσάνδρου.

Φῆμις, idem quod φάτις, sermo, verbum. Hesych. Item, rumor, fama. Od. ξ'. et ώ. Exponitur et, concio. Od. ό. Item, omen. Od. ύ.

Φημίζω, f, ίσω, vel ίξω, dico. Dionys. de situ orb. Item, vulgo. Unde, φήμην φημίζειν, Hesiod. in Erg. Apud Eurip. in Iph. Aul. ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι, exp. quam famâ mihi adjudicavit pater. (Æsch. Ch. 556. Φημίζομαι Æsch. Ag. 638. 1171.)

Φημισμὸς, idem cum φήμη, quod sequitur. Suid.

Φήμη, ἡ, fama, rumor. Plut. in Apol. ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες, rumore dissipato. Sic et passim apud Plut. Herodian. &c. Item opinio et existimatio concepta de aliquo. Hesiod. in Erg. δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην. Sic et apud Plat. et Isocr. Exponitur etiam, omen: ut apud Xen. Pæd. 8. et Plut. in Colot. (vox, oraculum. Soph. Œdip. Tyr. 43. 86. 162. 743. Pl. Philostr. l. 3. c. 44.)

Φημὺς, ύος, ἡ, idem quod φήμη, fama, rumor.

Φάσκω, idem quod φημὶ, dico. apud Hom. Demosth. et Luc. † Xen. Pæd. 1. 4. 4. et Aristoph. Nub. 586.† (Soph. Œdip. Tyr. 110. 862.)

Πιφάσκω, vel πιφαύσκω, (per reduplicationem factum ex φάσκω, et inserto υ, φαύσκω,) idem significat Poëtis quod φάσκω. Vel, memoro, commemoro. Orph. in Argon. φρικώδεα κῆλ' ἐπίφασκον. Idem, Σοὶ δ' ἔτι καὶ σθένος ἄλλο σιδηρίταο πιφαύσκω. Sic et Od. λ'. Μήδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν. Exponitur et, denuntio, nuntio. Item, manifesto, declaro, demonstro. Hesych.

Πιφαύσκομαι, idem. Od. έ. ἀλλά τοι ἄλλον φῶτα πιφαύσκομαι. Iliad. ό. Ἀλλά οἱ Ζεὺς κακὰ ἔργα πιφαύσκεται, denuntiat, ostendit. † Πιφάσκομαι. Hes. Th. 655.†

Composita: ac primùm ex φημὶ cum præpositione.

Ἀντίφημι, contradico, refragor, nego. Plat. in Gorg.

Ἀντίφασις, contradictio. Aristot.

Ἀντιφατικὸς, contradictorius: ut, ἀντιφατικὸς λόγος, apud eundem.

Ἀπόφημι, contradico: nego, inficior. † Xen. Pæd. 1. 6. 12. et l. 6. p. 153. b.† Plutarch. in Alcib. ἀπέφησε μὴ γενέσθαι ἐξ αὐτοῦ. Sic et apud Aristot. metaph. l 3. ¶ Idem etiam valet quod ἀποφαίνομαι, profiteor, edico. ut Il. κ'. Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω, apertè profiteor. Exponitur et, censeo, autumo: apud Aristot.

Ἀπόφαμαι, unde ἀπόφασθε, Il. ί. renuntiate, declarate.

Ἀπόφασις, negatio: passim apud Aristot. ¶ Vide et in Ἀποφαίνω.

Ἀποφαντὸς, (κατ' ἐπένθεσιν, ἀντὶ τοῦ ἀποφατὸς,) enuntiatus, pronuntiatus. Laërt. in Zenon. ¶ Est et idem cum ἀποφατικὸς, negativus, negandus. Suid. in defin. τοῦ ἀξιώματος.

Ἀποφατικὸς, negativus seu negans: apud Aristot.

Ἔκφημι, eloquor: unde, ἔκφατο μῦθον, apud Apoll.

Ἔκφασις, edictum.

(Ἐκφάτως. Æsch. Ag. 714.)

Ἔμφατον, Hesych. exp. τὸ αἰνιγματοειδῶς εἰρημένον.

Κακέμφατον, (*decomp.*) obscœna dictio. oratio mali ominis.

Ἐπίφατος, qui malè audit, apud Soph.

Κατάφημι, aio, affirmo. Aristot. (cum Gen. person. assentior. Soph. Œdip. Tyr. 515.)

Κατάφασις, affirmatio, apud eundem.

Καταφαντὸς, (sicut ἀποφαντὸς,) affirmativus, affirmandus. Suid. in descr. ἀξιώματος.

Καταφατικὸς, affirmativus, affirmans: Aristot.

Καταφατίζω, dico seu testor contra aliquem. Item, sanctè polliceor vel affirmo. Plut. in Sol.

Μετάφημι, interloquor, inter alios loquor. Hom.

Παράφημι, dico aliquid suadendo, suadeo, consilium do, hortor, admoneo. Iliad. ά. Μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι, καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ, &c.

Παράφαμαι, idem: unde particip. παραιφάμενος, ι insertum habens, metri gratiâ. Apoll. Arg. 2. Τοῖα παραιφαμένη, κατέρυκε, talia suadens. † Hesiod. Theog. 90.† Pro eodem per syncopen dicitur παρφάμενος, Od. ί. quod Eust. exp. παραπείσας, παραγαγὼν λόγοις. Sic et, παρφάσθαι, Od. δ'. exp. decipere, suadere.

Παραίφασις, et παραιφασία, admonitio, consilium, adhortatio: vel etiam, consolatio. Prius Il. ά. posterius apud Apoll. Arg. 2. [324. παραιφασίῃσι. Schol. παραινέσεσιν, ὑποθήκαις. Huic Exemplo addas lib. 3. 554.] Pro παραίφασις, dicitur et πάρφασις, Il. ξ'.

Πρόσφημι, alloquor: unde tertia persona aor. 2. προσέφη, sæpe apud Hom. quum inquit: Τὸν δ' ἀπομειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, &c. † Sic Hesiod. Th. 558.†

Πρόφημι, prædico, is. unde aor. 2. προέφην.

Προφαντὸς, (sicut ἀποφαντὸς,) præmonstratus, præsignificatus. Hesych. Exp. etiam, prædictus, ab eod. (Soph. Tr. 1175. 1179.) Τὸ προφαντὸν, prædictio, oraculum. Προφαντὸν ἐγένετό σφι, oraculum factum est ad ipsos. Herod.

Decomp. Ἀπρόφατος, subitò et ex improviso accidens. non prædictus. Στεροπαὶ ἀπρόφατοι, Apoll. Arg. 2.

Ἀπροφάτως, ex improviso, repente; ap. eund. ibid. [lib. 2. 62.]

Προφήτης, ου, ὁ, propheta, qui prædicit futura; divinus. Plut. de defect. oracul. et passim in scriptis sacris. Apud veteres προφῆται dicebantur fanorum antistites, oraculorumque interpretes, teste Festo: ut apud Plat. in Tim. Sic apud Luc. ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προφήτης, dicitur veritatis ac libertatis in dicendo antistes ac interpres. Fœm. προφῆτις, ιδος, ἡ, quæ prædicit futura; divina; prophetis, prophetissa: apud Plut. de def. orac. (Διὸς προφήτης δ' ἐστι Λοξίας πατρός. Æschyl. Ag. 418. 1108. Eum. 19.)

Προφητικὸς, propheticus, ad prophetas pertinens: ut, προφητικαὶ γραφαὶ, et προφητικὸς λόγος, in ep. Paul. et Pet.

Προφητεύω, prædico futura, vaticinor. Matth. 7. et 11. et alibi in N. Test. Item, fanorum antistes sum, oraculorumque interpres. Plut. de def. orac. Ἐχεκράτους προφητεύοντος, ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ὁ Θεός. Sic et in epist. ad Cor. 1. c. 14. προφητεύειν de eo dicitur, qui sacra scripta interpretatur seu enarrat.

Προφητεία, ἡ, prædictio futurorum, vaticinatio aut vaticinium. Matth. c. 13. et alibi. Item, scripturæ interpretatio seu enarratio. Rom. 12. 1. ep. ad Thess. c. 4.

Προφητίζω, idem quod προφητεύω. Hippocr. πορῤητ. l. 2.

Πρόφασις, εως, ἡ, propriè dici videtur sermo, quo aliquis factum suum excusat, seu verus is sit, seu fictus; i. caussa, quæ pro defensione dicitur, seu vera ea sit, seu ficta et speciosa; quam Latini prætextum, colorem, speciem et obtentum appellant. Ut apud Aristot. polit. 5. ὅσα προφάσεως χάριν ἐν ταῖς πολιτείαις σοφίζονται πρὸς δῆμον. † Sic Xen. Pæd. l. 2. 43. d.† Sic, προφάσεις ζητεῖν, apud Demosth. pro cor. quærere prætextum, quærere quod dicere possis ad excusandum factum. Hinc et, ἐπὶ προφάσει, sub prætextu, sub specie, apud Herodian. lib. 7. pro quo et, πρόφασιν, dicitur, subauditâ præpos. κατὰ, apud Thucyd. l. 3. et Demosth. pro cor. † πρόφασις, causa (sc. vera). Xen. Pæd. l. 3. p. 87. b.† ☞ Galenus, quum annotat, apud Hippocrat. προφάσεις vocari caussas ut plurimùm manifestas et veras, innuit, πρόφασιν à προφαίνω dici; ut sit caussa ita aperta, ut quasi ab alio præmonstrata videatur; seu, ut sit caussa quæ ad tuendum aliquid ostenditur, et tanquam lumen præfertur. in qua significatione Thuc. etiam usurpat l. 1. et 3. et Aristoph. in Vesp. Ab eâdem origine descendens, exp. etiam, occasio, ansa: aliquid nimirum quod se offert et ostendit. unde, πρόφασιν λαμβάνειν, arripere occasionem, apud Demosth. &c. Dicitur et corpus ἔχειν πρόφασιν, i. ægrum esse et caussarium, apud Isocr. in epist. (Soph. Tr. 675.)

Προφασίζομαι, fingo caussas, caussificor, tergiversor caussando et prætexendo aliquid. Thuc. l. 2. Item, prætexo, prætendo, caussæ loco affero, excuso. Demosth. pro cor. ἃ νῦν τοῦτο λέγων προφασίζεται οὐκ ἀληθῆ. Sic et apud Xenoph. † Pæd. l. 2. p. 50. e.† Herodian. et Synes. Et cum præposit. ὑπὲρ, sequente genit. apud Isocrat. in Paneg. Passivè etiam usurpatur apud Thuc. l. 8. εὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθὲν, simulatum et confictum.

Προφασιστικὸς, excusatorius, quem prætendere et quo excusare nos possumus aut solemus: ut, προφασιστικὸς λόγος, Deut. 22.

Decomp. Ἀπροφάσιστος, prætextu et excusatione carens: ut, ἀπροφάσιστος θάνατος, apud Eurip. in Bacch. Item qui sine ullo prætextu et simulatione aliquid agit, sine tergiversatione. Xenoph. Pæd. 2. φίλους γὰρ, οὐκ ἐχθροὺς, δεῖ εἶναι, τοὺς μέλλοντας ἀπροφασίστους συμμάχους ἔσεσθαι.

Ἀπροφασίστως, sine prætextu et excusatione. Idem Pæd. 2. et 8. Thucyd. lib. 1.

Ἀπρόφατος, idem quod ἀπροφάσιστος. Apol. Arg. l. 1.

Ἀπροφάτως, nullo allato prætextu: apud eundem Arg. l. 2. [lib. 4. ver. 1005.]

Εὐπροφάσιστος, prætextu facilis, vel speciosum habens prætextum: ut, εὐπροφάσιστος αἰτία, apud Thuc. l. 6.

Εὐπροφασίστως, specioso prætextu.

Ψευδοπροφήτης, falsus propheta, qui falsò prophetæ nomen sibi usurpat. Act. Ap. c. 13. et alibi in N. T.

Σύμφημι, q. d. unà cum alio aliquid dico, assentior, consentio, adstipulor. Eurip. in Hippol. coron. Καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι. (Soph. Œdip. Tyr. 561.) Item, fateor, concedo. ut apud Xen. † Pæd. l. 3. p. 73. e.† συνέφη καὶ τοῦτο. Sic apud Plat. ξύμφαθι, ἢ ἄπειπε.

Συμφήτωρ, ορος, ὁ, (q. d. qui unà cum alio aliquid esse dicit,) assensor, adstipulator. Exponitur et, testis. Hesych.

Ὑπόφημι, unde ὑποφήτης, et ὑποφάτης, Pind. q. d. subloquutor: qui loquitur sub vate, hoc illi velut dictante vaticinia et oracula quæ loqui debet: vaticiniorum seu oraculorum quasi internuncius. Exponitur et, qui ab alio acceptum oraculum promit, deorum interpres. Il. π'. Accipi et alicubi pro προφήτης, sunt qui tradunt. Dicuntur et poëtæ ὑποφῆται Musarum, i. Musarum internuncii et interpretes: apud Theocr. idyll. 17. Lascaris etiam ὑποφήτας appellavit enarratores et explanatores poëtarum.

Ὑποφητικὸς, pertinens ad ὑποφήτην, seu ad ejus munus et functionem. Ὑποφητικαὶ τάξεις, angelorum ordines, qui divina interpretandi munere funguntur. Dionys. Aerop.

Ὑποφητικῶς, more ejus qui fungitur munere interpretandi divina.

Ὑποφητεύω, fungor munere interpretis rerum divinarum. Luc.

Ὑποφητεία, ἡ, munus et functio τοῦ ὑποφήτου. Suid.

Ὑποφήτωρ, ορος, ὁ, idem quod ὑποφήτης. unde ὑποφήτορες μοῦσαι, apud Apoll. Rhod. † l. 1. ver. 22.†

[Ὑπόφατις. Pind. Pyth. B. 140. διαβολιᾶν ὑποφάτιες, &c. Schol. ὑποφάτιες δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἑρμηνευταὶ, καὶ διάβολοι.]

Composita ex φήμη et φημίζω.

Ἀπόφημος, ὁ καὶ ἡ, mali ominis, inominatus: apud Suid.

Ἄφημος, et ἀφήμων, qui fama celebris non est, inglorius, immemoratus. Hesych.

Ἀφήμως, exp. ἐν κόσμῳ, ἡσυχῇ, decorè, tacitè. Thuc. l. 3. [§. 104. ex Hom. Hym. in Apoll. 171. Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφήμως, &c. Schol. σιγῇ, ἥσυχα, ἀθρόως. Homerus loco ἀφήμως habet ἀφ' ἡμέων.]

Βλάσφημος, famam alicujus lædens et inquinans, qui infamat aliquem, sparsis de eo falsis rumoribus: ὁ βλάπτων τὴν φήμην, seu, ὁ ταῖς φήμαις βάλλων. Demosth. in Epitaph. μηδὲν εἰπόντες βλάσφημον.

Βλασφημοσύνη, ἡ, maledicentia, qua probra alicui ingeruntur. Synes. ep. 57.

Βλασφημία, ἡ, idem. Plat. de leg. Dem. pro cor. Herodian. l. 8.

Βλασφημέω, probra et convitia jacto in aliquem; famam et existimationem alicujus lædo, eum calumniando et ei obtrectando. Herodian. l. 2. πόῤῥωθεν ἑστῶτες ἐβλασφήμουν, καὶ κακῶς ἠγόρευον. Isocr. in Helen. encom. ἐξ ὧν ἐβλασφήμησαν περὶ ἐκείνου. Idem in Panath. τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων βλασφημοῦντας. Et cum præposit. εἰς, apud Plat. de rep. l. 2. Cum accusat. person. apud Appian.

Διαφημίζω, famam spargo, famâ aliquid vulgo.

Δύσφημος, maledicus, famam existimationemque alicujus lædens. idem cum βλάσφημος. ut, δύσφημοι βλασφημίαι, apud Herodian. lib. 8. ¶ Item mali ominis, inominatus, infaustus: unde, δύσφημος τάφος, apud Hesiod. in Dieb. et, δύσφημοι φάμαι, apud Eurip. in Hec.

Δύσφημον, τὸ, ignominia, probrum. Plut.

Δυσφημία, idem cum βλασφημία, Œcum. in Act. Ap. c. 22. Item, mala fama, infelices rumores et nuncii: apud Suid.

Δυσφημέω, idem cum βλασφημέω, apud eundem Œcum. ibidem. ¶ Item, malè ominor, ominosa loquor. Eurip. in Hec. τί δυσφημεῖς φροίμιά μοι κακά; † Soph. El. 1188. ubi Schol. exp. ἐλεεινολογεῖν, σχετλιάζειν, lamentari.† (Æsch. Ag. 1087.)

Ἐπιδυσφημέω, (*decomp.*) infami appellatione noto. Aristot. eth. 3.

Ἐπιφημίζω, famæ seu nomini alicujus adscribo: vel simpl. adscribo, attribuo, assigno. Luc. εἰς τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς. Plut. in Public. εἰωθότες ἅπασι τοῖς μεγάλοις ἐπιφημίζειν τὸ δαιμόνιον, omnes res magnas Deo adscribere. ¶ Item, pervulgo, rumorem dissemino. Idem in Sertor. πολλὰ τῶν ἀδήλων ἐπεφήμιζεν αὐτῷ δηλοῦν.

Ἐπιφήμισμα, τὸ, omen. Thuc. l. 7.

Ἐπιφημισμὸς, proloquutio, verbi prolatio.

Ἐπιφημιστὴς, (tanquam ab ἐπιφημέω,) fausta precans, qui bene ominatur, acclamans, assentiens. Hesych. εὐφημούμενος.

Εὔφημος, honorificus: ut, εὔφημος μνήμη, honorifica memoria, apud Synes. ep. 17. Item pius, religiosus: unde, εὔφημα ἐρωτήματα, apud Platonem in Hippia majore. Item, boni ominis, faustus: unde, εὔφημα φωνεῖν, apud Soph. et, εὔφημος γλῶσσα, in Epigram. Apud Æschyl. εὐφήμοις γόοις, per antiphrasin dicitur pro δυσφήμοις, teste Hesych. (Ag. 645. 1256.)

Εὐφήμως, honesto nomine. schol. Thucyd. Item faustè, feliciter. Hesych.

Εὐφημία, bona fama. Chrysost. Item, honesta seu honorifica appellatio. Demosth. et Plat. Item, bonum omen. Æschin. Luc. Athen. &c. Item, fausta acclamatio: passim apud Herodian. (Εὐφημίαν ἴσχε pro εὐφήμει. Soph. Tr. 180.)

Εὐφημέω, celebro, laudo. Hesych. Item, fausta precor, gratulor. Plut. in Erot. οὐκ εὐφημήσετε γάμων ὄντων. Item, benè ominor. Plat. epist. 7. νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ. Item, faveo linguâ; bona verba dico. Iliad. ί. Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε. Sic apud Luc. εὐφήμει, ὦ Ἄρες, dic meliora; i. tace. † Sic εὐφήμει, bona verba. Xen. Pæd. l. 2. p. 47. b. et l. 8. p. 221. d. Videatur omnino de hac re Dan. Heins. ad Horatium l. 1. od. 15. ver. 3.† Item, faustis acclamationibus prosequor: apud Herodian. l. 3. et 8. (Æsch. Pers. 389. Ag. 28. 605. Aristoph. R. 1305.)

Εὐφημοῦμαι, faustis acclamationibus excipior: apud eundem l. 7.

Εὐφημίζω, idem quod εὐφημέω: unde pass. apud Herodian. lib. 2. πρὸς πάντων εὐφημισθεὶς, ab omnibus exceptus votis, et acclamationibus.

Εὐφημισμὸς, idem quod εὐφημία, apud Demetr. Phal. et sæpè apud Eustath.

Decomp. Ἀνευφημέω, celebro, faustis ominibus prosequens. ¶ Item, lamento edo, seu clamorem cum ejulatu. Plat. in Phæd. et Soph. in Trachin.

Ἐπευφημέω, faustâ acclamatione do significationem approbationis, secundâ admurmuratione approbo. Il. ά. Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ, &c. (Æsch. Pers. 622.)

Συνεπευφημέω, unà cum aliis faustâ acclamatione approbo.

Ἐπευφημίζω, faustâ acclamatione significationem do, ἐπευφημέω. Strabo. (Luc. Prometh. in Verb. p. 13.)

Κατευφημέω, faustâ acclamatione prosequor. Item, laudo, collaudo. Plutarch.

Κακόφημος, qui est mali ominis, inauspicatus. Item, bonam famam lædens, et infamiam afferens.

Κακοφημία, obtrectatio. Ælian.

Καταφημίζω, exp. divulgo.

Πανεύφημος, et Ὑπερεύφημος, eximia et præstanti laude prædicandus. Areop.

Παλίμφημος, idem: Eurip. in Ione. [1096. Παλίμφαμος ἀοιδὰ, &c. Εὔφημος δηλονότι, ἀντὶ τοῦ δυσφήμου. Παλίμφαμος ἀοιδὰ est elegans Periphrasis pro παλινῳδία. Cl. Barnes.]

Περίφημος, cujus fama est maxima, valde celeber. Hesych.

Πολύφημος, idem. Apud Hom. πολύφημος ἀγορὰ, forum in quo varii rumores narrantur.

Ὑστεροφημία, fama apud posteros, nomen celebre post obitum. Plut. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο, &c.

Ψευδόφημος, falsam famam seu rumorem afferens, falsò vaticinans, mendax. Soph.

Composita ex φάσις, et φατὸς, sine præpositione.

Ἀφασία, ας, ἡ, loqui non posse; stupor, quo vox et sermo intercipitur, seu, quum quis nescit quid dicat. Eur. in Helen. Herodian. l. 1. et 8. Pro eodem metri gratiâ dicitur ἀμφασίη. Od. δ'.

Ἄφατος, qui dici non potest, ineffabilis, inenarrabilis. Chrysost. et in Epigr. Item, non dicendus, infandus, nefandus. Item, incelebris, illaudatus, inglorius. Hesiod. in Erg.

Διφασία, duobus modis dici. Hesych.

Διφάσιος, bifarius, qui duobus modis dicitur. Idem. Item, duplex, geminus: apud Herodian.

Δίφατος, qui duobus modis dicitur. Hesych.

Δύσφατος, nefandus, non dicendus. (Æsch. Ag. 1161.)

Ἔμφατον, est in Comp. ex Φημὶ, cum Κακέμφατον.

Θεόφατος, à Deo pronuntiatus, Dei oraculo editus. Hesych.

Θεοφατίζω, ex Deo loquor, vaticinor. apud eundem.

Θέσφατος, divino ore pronuntiatus; divino consilio, eveniens, fatalis. Il. ζ'. Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι. Od. δ'. Σοὶ δ' οὐ θέσφατόν ἐστι, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν. (Æsch. Ag. 1330.) Et, τὰ θέσφατα, vaticinia, responsa divina. Od. ν'. (Æschyl. Pers. 803. Eurip. Phœniss. 379. 615. 869. Soph. Tr. 86. 1166. Œdip. Tyr. 927. 1199.)

Decomp. Ἀθέσφατος, ineffabilis, inenarrabilis. Hesiod. in Erg. Il. γ'. Od. λ'. Et, ἀθέσφατον, (adverbialiter,) ita ut vix dici possit, ὃ οὐδὲ θεὸς ἂν φατίσειε.

Ἐκθέσφατον, exp. scientia divina.

Κακέφατος, inglorius, ignobilis. Hesych. ¶ Τὸ κακέφατον est etiam figura apud gramm. de qua Quint. l. 8. c. 3. ¶ Pro eodem dicitur et κακόφατον, apud eundem loco citato, et κακέμφατον, apud Chrysost. in ep. ad Corinth. Quod et suprà in Comp. ex Φημί.

(Κακόφατις βοά. Æsch. Pers. 939.)

Ἀκακέμφατος, (*decomp.*) qui mala fama est liberatus, qui non amplius malè audit. Hesych.

Νεήφατος, nuper dictus seu celebratus, novus: ut, νεήφατος ὄσσα, apud Hom. hymno 1. in Merc. Potest etiam deduci à Φάω, occîdo, ut sit idem quod πρόσφατος.

Παλαίφατος, jam olim dictus seu celebratus: priscus, antiquus: ut, παλαίφατα θέσφατα. Od. ν'. et, δρυὸς παλαιφάτου, in Epigr. (Soph. Tr. 836. Æsch. Suppl. 541.)

Πολυφασία, loquacitas, multa loqui. Hesych. et Suid.

Πολύφατος, multùm celebris, multorum sermone jactatus. Pind. in Olymp. Od. 1. [13. Huic Exemplo addas, Pyth. Od. xi. 71. Nem. Od. vii. 119.]

(Πυρίφατος, πυρὶ ἀναλωθείς. Æschyl. Suppl. 641.)

Τριφάσιος, trifarius, triplex: propriè, qui tribus modis dicitur. Herodot. in Thalia, τριφασίας στρατηίας, triplices seu tres expeditiones.

Τρίφατος, idem quod τριφάσιος, triplex. Nicand.

Composita ex φάσκω.

Ἀποφάσκω, idem quod ἀπόφημι, nego, inficior. Philop. Interdum significat, effor, eloquor. Areop. (Ἀποφάσκοντα, et δοκοῦντα contraria. Soph. Œdip. Tyr. 493.)

Καταφάσκω, idem quod κατάφημι.

Παραφάσκω, pro quo poëticè παραιφάσκω, inserto ι, idem quod παράφημι.

Composita in φάσσω, desinentia.

Ἀλλοφάσσειν, Eust. dicit significare, aliud loqui, ἄλλο φάσσειν, seu φᾶσθαι. Erotian. apud Hippocr. exp. ἀπορεῖσθαι καὶ θορυβεῖσθαι, animo esse, in anxietate animi constitutum esse. ☞ Παρὰ τὸ ἀλλαχοῦ τὰ φάη περιφέρειν. ¶ Exponitur etiam, desipere. Galen.

Παραφάσσω, desipio, idem quod ἀλλοφάσσω. Galen.

Derivata à φάω, occîdo.

Φάομαι, ῶμαι, inusitatum thema, format ex se præt. πέφαμαι. unde tertia persona πέφαται, occisus est, Il. ρ'. et, πέφανται, occisi sunt, Iliad. έ. Item, infinit. πεφάσθαι, occisum esse, Il. ν'. Item, paullo pòst fut. πεφήσομαι, cujus secunda persona, πεφήσεαι, occidêris, legitur Il. ν'. Est et aliud præt. πέφασμαι. tanquam à φάζω. unde πεφασμένος ταῦρος, apud Hesych. et Lycophr.

Φατὸς, occisus, mortuus. Hesych.

Composita.

Ἀλλόφατος, ab alio interfectus. Hesych.

Ἀρηίφατος, in prælio occisus. Il. τ'. et ώ.

Ἀρείφατος, idem. Exponitur et simpliciter, bellicosus, seu in bello perpetratus: ut, ἀρείφατοι φόνοι, apud Eurip. in Suppl. [603.] (Æsch. Eum. 916.)

Ἀρτίφατος, recens peremptus, non ita pridem occisus. Hesych.

Δουρίφατος, hasta interfectus. Oppian.

Ἐπίσφατος, perniciosus, exitialis, pleonasmo τοῦ σ. Eust.

Κηρίφατος, qui morbo decessit. Hesych.

Μυλήφατος, molâ fractus et contusus, et quasi occisus. ut, ἄλφιτον μυλήφατον, apud Hom.

Ὀδυνήφατος, dolores domans, dolores pellens et quasi perimens. ut, ῥίζα ὀδυνήφατος, Il. λ'. et, ὀδυνήφατα φάρμακα, Il. έ.

Πρόσφατος, recenter interfectus. Il. ώ. (Æsch. Ch. 802.) Et general. recens. ut, πρόσφατα πράγματα, apud Plut. in symp. sept. sap.

Προσφάτως, recens, nuperrime, novissimè. Act. Ap. c. 18.

Derivata à φάω, idem significante cum πυρόω.

Φαύσιγγες, maculæ in tibiis rubræ et rotundæ, ex igne contractæ. Poll. et Hesych. quæ et φῷδες. Hesych. ad fissuras calcanei refert. Aliis sunt αὐγαὶ, ἀκτῖνες λαμπηδόνες, αἱμοῤῥοΐδες.

Φωγνύω, et φώγνυμι, torreo, uro. unde φώγνυται, torretur, adoletur, apud Diosc. l. 1. c. 80. Pro φωγνύω apud Etymol. et Suid. legitur φωγύνω, quod exp. φρύγω.

Προφώγνυμι, (*comp.*) antè seu priùs torreo.

Φώζω, idem quod φωγνύω. unde φωχθεὶς, apud Diosc. et πεφωσμέναι ἰσχάδες, apud Athen.

Φῷδες, et φωΐδες, hinc deductum esse, ait Eustath. et apud Aristoph. in Plut. significare ἀποκαύματα, id est rubentes maculas cruribus feminibusque inductas ex nimia ignis propinquitate. Ponunt et τὰ φῷδα, et ὁ φῷδος, vesica, bulla, ex adustione.

ΦΕ'ΒΟΜΑΙ, fugio. Ut Iliad. έ. φεβώμεθα Τυδέος υἱόν. Sic Iliad. λ'. μέγα μὲν κακὸν, αἴκε φέβωμαι Πληθὺν ταρβήσας. Item timeo, metuo. Hesych.

Φόβος, ου, ὁ, fuga. Iliad. ρ'. Πρῶτος Πηνέλεως Βοιώτιος ἦρξε φόβοιο, fugere cœpit. Sic Il. έ. Item, timor, metus. Thuc. l. 2. ἐς φόβον καταστάντων. Sic et apud Xen. Plat. &c. † Sic Lucæ cap. 1. 12. φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν, timor incidit in illum. τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ φόβῳ, i. e. metu sui. Xen. Pæd. 1. 1. 5. ἀπὸ πολεμίων. l. 3. p. 84. e.† (Eurip. Med. 1259. Soph. Œdip. Tyr. 937. Æsch. Ch. 929.)

Φοβερὸς, qui est timori seu terrori, timendus, formidabilis. Isocrat. ad Phil. τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἔσῃ πιστὸς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερός. Item activè, timidus, meticulosus. Arrian. et Xen. † Pæd. l. 3. p. 79. b. ubi Comparat. est.† (Soph. Œdip. Tyr. 154.)

Φοβερῶς, metum incutiendo, formidabiliter.

Φοβερότης, ητος, timor, terror. Aristot. rhet. l. 1.

Φοβερίζω, terreo. apud Daniel. et Esdr.

Φοβερισμὸς, terror.

Φοβέριος, idem quod φοβερὸς, Strabo. [Æschyl. Ἠδων. Fragm. Ed. Stanl. pag. 639. 10. f. Vide Strab. Geogr. lib. 10.]

Φοβέω, ῶ, F. ήσω, in fugam verto. Il. ρ'. Νίκην δὲ Τρώεσσι δίδου, ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς. Item metum seu terrorem incutio, terrefacio. Thuc. l. 8. οὔτ' ἄλλο οὐδὲν οὕτως ἐφόβησεν. (Æsch. Pers. 215. Soph. Œdip. Tyr. 1033.)

Φοβέομαι, οῦμαι, in fugam vertor. Hom. Iliad. έ. Item, metuo, timeo, formido. Aristot. rhet. 2. οὐδεὶς γὰρ, ὃν φοβεῖται, φιλεῖ. Isocrat. οὐ φοβεῖται θάλασσαν ὁ μὴ πλέων. † φοβέομαι μὴ, metuo ne. Xen. Pæd. 1. 6. 10. Sic l. 3. p. 66. d. θεούς. l. 5. p. 118. b. ὡς. p. 121. b. 1. 4. 19. τινά. 2. 60. c. Sic l. 3. p. 66. d. Aristoph. Nub. 293. φοβεῖσθαι βροντὰς, formidare tonitrua.† Et cum præpos. περὶ, sequente genit. apud eundem in Evag. φοβούμενος περὶ τῶν μελλόντων. † Xen. Pæd. l. 5. p. 125. b.† Sequente dat. Thuc. φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ. (Eurip. Med. 1134. Phœniss. 242. Æschyl. Pr. 932. Soph. Tr. 1229. Cum εἰς, Œdip. Tyr. 235. 742. 997. 1000.)

[Φόβημα. Soph. Œd. Col. 730. φύτευμ' ἀχείρωτον, αὐτόποιον, ἐγχέων φόβημα δαΐων, &c. Eurip. Hec. 93. Schol.]

Φοβητικὸς, meticulosus, qui facilè metu percellitur. Aristot.

Φόβητρον, τὸ, quod metum incutit seu incutere potest, terriculum, terriculamentum: in Axioch.

Φόβη, ης, ἡ, coma. ☞ Sic dicta, quòd φόβον incutiat: vel, παρὰ τὸ φοβεροὺς εἶναι τοὺς κομῶντας, teste Etymol. Sophocl. in Œdip. Col. ἐς δ' ἄκραν δειμ' ὑπῆλθε τοῦ κρατὸς φόβαν. ¶ Usurpatur et de frondibus, apud eundem in Antig. ‡ 419.‡ Eurip. in Alc. et in Bacch. Nicand. in Ther. (Æsch. Ch. 186.)

Composita.

Αἱμόφοβος, ὁ καὶ ἡ, sanguinem metuens. Item metuens missionis sanguinis, apud Gal. therap. l. 9.

Ἄφοβος, metu carens, intrepidus, imperterritus. Aristot. eth. 4. Plut. &c. Item metum non afferens. Plat.

Ἀφόβως, sine metu, intrepidè, imperterritè. [Plat. de Leg. lib. 6. Ὡς εὐκόλως καὶ ἀφόβως ἀπείροις ἀνδράσι νομοθετοῦμεν, &c. S. Lucæ Evang. i. 74.]

Ἀφοβία, animus metu carens, animus intrepidus et imperterritus. [Aristot. de Moribus. lib. 2. cap. 7. περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάῤῥη ἀνδρία μεσότης.—τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος·—ὁ δ' ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων, θρασύς. Plat. de Leg. lib. 1. τοῦ μὲν δὴ φόβου σχεδὸν οὔτε θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις τοιοῦτον φάρμακον—τῆς δὲ ἀφοβίας καὶ &c.]

Ἀφόβητος, metu non perculsus, seu non metuens, non formidans. Soph. in Œdip. Tyr.

Διαφοβέω, metum injicio, in fugam verto. Hierem.

Διαφόβημα, metus, perterrefactio, id quod terrore incutitur.

Ἔκφοβος, metu perculsus, perterritus.

Ἐκφοβέω, exterreo, exterrefacio. Gal.

Ἐκφοβέομαι, exterreor. Item, metuo, extimesco. Soph. in Elect. (Œdip. Tyr. 1009.)

Ἐκφόβηθρον, terriculamentum.

Προεκφοβέω, (*decomp.*) antè terrefacio.

Προεκφόβησις, antè incussus metus. [Thucyd. Hist. lib. 5. διὰ τὸ μὴ ἐκ παρατάξεως, ἀπὸ δὲ τοιαύτης ξυντυχίας καὶ προεκφοβήσεως τὴν μάχην μᾶλλον γενέσθαι.]

Ἔμφοβος, idem quod ἔκφοβος. [Soph. Œd. Col. 39. Ἄθικτος, οὐδ' οἰκητὸς, (sc. Χῶρος.) αἱ γὰρ ἔμφοβοι Θεαί σφ' ἔχουσι, γῆς τε καὶ σκότου κόραι.]

Ἐμφοβοῦμαι, metuo. Plut. in Oth.

Ἐπίφοβος, idem cum ἔμφοβος. (Æsch. Ag. 1161.)

Θεόφοβος, Dei timens. Hesych.

Ἱπποφοβὰς, άδος, ἡ, q. d. equis terrorem seu metum incutiens. herbæ nomen Democrito, apud Plin. lib. 24. cap. 7. quam equæ præcipuè aversantur.

Καταφόβος, formidolosus. qui timetur.

Κατάφοβος, formidolosus. qui timet. [Polyb. Hist. lib. 1. οὕτως ἦσαν κατάφοβοι τοὺς ἐλέφαντας, &c.]

Καταφοβέω, exterreo, conterreo.

Καταφοβοῦμαι, extimesco. Aristoph. in Ran.

Περίφοβος, metu vehementi perculsus, pertrepidus. (Æsch. Suppl. 744.) Plat. Demosth. Xenoph. [Κυνηγ. cap. 5. §. 12. ὑπομένει δὲ πανταχοῦ ἰχνευόμενος, ἐὰν μήτι περίφοβος τῆς νυκτὸς γένηται.]

Περιφοβεῖσθαι, pertimescere. Xenoph.

(Προφοβοῦμαι. Sed Sch. leg. φοβοῦμαι. Æsch. Suppl. 1052.) † προφοβεῖσθαι, pro aliquo timere. Xen. Pæd. 1. 6. 21.†

Ὑδρόφοβος, qui aquam timet. Gal. therap. lib. 9. et Cels. l. 5.

Ὑδροφοβία, aquæ metus.

Ὑδροφοβικὸς, ut, ὑδροφοβικὸν πάθος, morbus, quo aliquis à cane rabioso commorsus, aquam timet, perinde ut ipse canis, à quo est morsus. Diosc. l. 7. c. 2. ¶ Item, τῷ ὑδροφοβικῷ πάθει laborans.

Ὑδροφοβιάω, aquam timeo, seu laboro eo morbo qui ὑδροφοβία dicitur. Diosc. ibidem.

Ὑπερφοβοῦμαι, in summo seu vehementissimo metu versor. Xenoph. in Œcon. † et Pæd. 1. 4. 2.† (Æsch. S. c. Th. 244.)

Ὑπέρφοβος, qui valdè timet, meticulosus. Xen. [περὶ Ἱππ. §. 9. οἱ γὰρ ὑπέρφοβοι βλάπτειν μὲν τοὺς πολεμίους ἀφ' ἑαυτῶν οὐκ ἐῶσι, &c.]

Ὑπνοφόβης, in somnis terrens, somniis et visis per quietem terrens. Bacchi epitheton in Epigr.

Ψυχρόφοβος, frigidam metuens. Apud Gal. therap. lib. 9. Sic dicitur medicus, qui frigidam ægro exhibere metuit.

ΦΕ΄ΓΓΟΣ, εος, τὸ, splendor, lux, lumen. Euripid. in Iphig. Aul. Κοὐκέτι μοι φῶς, Οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος. Apud eundem ibidem, φέγγος ὀμμάτων, lux oculorum. Interdum ponitur pro jubare, seu luce Solis. ut apud eundem in Helene, φησὶ δ' ἐν φάει Πόσιν τὸν ἀμὸν ζῶντα φέγγος εἰσορᾷν. Interdum pro luce, i. vita. ut Epigr. l. 2. Οὓς γλυκεροῦ φέγγους Ζώπυρος ἐστέρισε, quos luce jucunda Zopyrus privavit. Item pro luce, i. die. ut apud Eurip. initio Hec. νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης Ἑκάβης ἀΐσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμὸν, Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος. (Æsch. Ag. 513. 611. 1586. Ch. 1037.)

Φεγγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, splendore seu luce abundans, luminosus: ut, φεγγώδης Ἰησοῦς, apud Nazianz.

Φέγγω, splendorem seu lucem præbeo, illumino, illustro. Hesych.

Φέγγομαι, fulgeo, splendeo. Aristoph.

Composita.

Ἀργυροφεγγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, argento splendens. Epigr. l. 2.

Ἀφέγγεια, splendoris carentia, obscuritas. Max. Tyr.

Ἀφεγγὴς, splendore seu luce carens, tenebrosus. Euripid. in Phœn. [546.] Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς. (Æsch. Pr. 115.)

Βραχυφεγγίτης, breve et exiguum lumen præbens: apud Suid.

Διαφεγγὴς, transparens, translucens, pellucidus. Lucian.

Εὐφεγγὴς, pulchrum splendorem habens, vel valde splendidus aut lucidus. (Æsch. Pers. 386.) [Apoll. Rhod. Arg. iii. 1194. εὐφεγγέος ἀστέρες ἄρκτου, &c.]

Ζαφεγγὴς, admodum lucidus et splendidus. Hesych.

Καλλιφεγγὴς, idem quod εὐφεγγής. Eurip. in Troad. [860.] Ὦ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τόδε. [Hippol. 455.]

Λιποφεγγὴς, quem lumen deficit, cæcus. [Mus. de Her. et Leandro. 238. Ὡς δ' ἴδε κυανέης λιποφεγγέα νυκτὸς ὀμιχλὴν, &c.]

Παμφεγγὴς, totus lucens, illustris, fulgidus. [Soph. Elect. 104. ἔστ' ἂν λεύσσω παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπὰς, &c.]

Περιφέγγεια, ἡ, circumfusus splendor, circumfusa lux.

Πολυφεγγὴς, multum splendorem habens, multùm lucidus.

(Χρυσοφεγγής. Æsch. Ag. 296.) [Eurip. Phaeth. 34. Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας;]

ΦΕΙ΄ΔΟΜΑΙ, F. σομαι, P. εισμαι, parco, remitto pœnam, do veniam, ignosco. Od. χ'. σὺ δὲ φείδεο λαῶν Σῶν. Thuc. l. 3. φείσασθαι δὲ, καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ. Plut. in Galba, διεκελεύετο φείδεσθαι τοῦ αὐτοκράτορος. Apud Herodian. lib. 6. ὅμως ἐφείσατο ὡς μὴ φονεῦσα, exp. tamen ab illorum cæde abstinuit. ¶ Item, parco, parcè utor, sum parcus. ut Hesiod. in Erg. μὴ φείδεο σίτου, ne parcas cibo. Sic apud Xen. apomn. l. 1. φείδεσθαι χρημάτων, parcere pecuniis. Interdum est, abstineo, tempero à. Ut, φείδεσθαι τῆς ἀμετρίας τοῦ λόγου, abstinere à prolixitate nimia. † κινδύνου, periculo, Xen. Pæd. l. 5. p. 144. a.† Et cum infinit. ut apud Xenoph. Pæd. 1. φείδου, εἴ τι ἔχεις, διδάσκειν. Ibid. φείδεσθαι τοῦ μὴ λέγειν. † Pæd. 1. 6. 16.† (Theoc. κά. 41.)

Φειδομένως, parcè, cum parsimonia, in ep. ad. Cor. 2. cap. 9. Dicitur et, πεφεισμένως, pro eodem.

Φεισμονὴ, ἡ, parsimonia. Item, affectus quo adducimur ad parcendum. Suid.

Φειδὼ, όος, ἡ, parsimonia. Hesiod. in Erg. δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. Aristot. rhet. 2. οὔτε πρὸς φειδὼ, οὔτε πρὸς ἀσωτίαν. Item, ipsa actio parcendi. Herodian. lib. 4. οὐδέ τις ἦν φειδὼ ἡλικίας, nulli ætati parcebatur.

Φείδων, ωνος, ὁ, parcus. in Epigr. ¶ Ponitur et pro vase oleario, apud Aristot. et Poll.

Φειδὸς, itidem, parcus: apud comicos.

Φειδωλὸς, idem cum præcedentibus. Aristot. eth. 4. c. 1. † Aristoph. Nub. 420. φειδωλὸς γαστήρ.†

Φειδωλὴ, et φειδωλία, ἡ, parsimonia. illud apud Homer. hoc apud Gregor. † et apud Aristoph. Nub. 833.†

Φειδίτιον, seu φειδίτειον, (scribitur et φιδίτιον,) sodalitas quædam apud Spartanos simul epulari solitorum, sed cum parsimonia et frugaliter, ex legis præscripto. ¶ Item, locus in quem conveniebant qui ejusdem sodalitii erant. Athen.

Φειδίται, vel φιδίται, qui φειδίτια celebrant. apud eundem.

Φειδιτικὸς, pertinens ad φειδίτια. Et, φειδιτικὰ δεῖπνα, quæ et φειδίτια, eidem.

Composita.

Ἀφειδὴς. έος, ὁ καὶ ἡ, qui non parcit: ut, ἀφειδὴς τοῦ βίου, apud Aristot. eth. 4. (Æsch. Suppl. 203.) Item, qui parsimonia non utitur, profusus, immodicus: ut, ἀφειδὴς τὰ ἀναλώματα, apud Herodian. † ἀφειδέστερον, ἢ ὡς δεσπόται, κολαζόντων ἐκείνους. Xen. Pæd. l. 4. p. 98. e.†

Ἀφειδῶς, non parcendo: ut, πάντας ἀφειδῶς κολάζειν, apud eundem, nemini parcere, sed omnes interficere. Item, absque parsimonia, profusè: ut apud eundem, ἀφειδῶς χορηγεῖν. Sic, ἀφειδῶς χρημάτων ἔχειν, pecunia abundare. Synes. [Ἀφειδέως. Herodot. Hist. lib. 9. cap. 38. ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως ἐφόνευον, οὐ φειδομένου οὔτε ὑποζυγίου οὐδενὸς, οὔτε ἀνθρώπου. Ἀφειδείως. Apoll. Rhod. Arg. iii. 896. Εἰ δ' ἄγε μολπῇ θυμὸν ἀφειδείως κορέσωμεν Μειλιχίῃ, &c. satianter.]

Ἀφειδία, ἡ, non parcere. ut, ἐν ἀφειδίᾳ τοῦ σώματος, in eo quòd corpori non parcant, in ep. ad Coloss. c. 2.

Ἀφειδέω, non parco. ut, ἀφειδεῖν τοῦ βίου, apud Thucyd. et, τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν. Luc. in Anachars. Item, contemno, aspernor, nullam curam habeo: more ejus qui corpori suo non parcit, sed id periculis exponens veluti contemptui habet. Apoll. Arg. l. 2. ἀφείδησαν βασιλῆος. † 1. 338.† Item, parcus non sum, non utor parsimonia.

Περιφείδομαι, idem quod φείδομαι. Theocr. in Epigr. Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο. [Apoll. Rhod. Arg. i. 620. Οἴη δ' ἐκ πασέων γεραροῦ περιφείσατο πατρὸς Ὑψιπύλεια Θόαντος, &c.]

Ὑποφείδομαι, aliquantulùm parco. Plut.

ΦΕΛΛΟ΄Σ, οῦ, ὁ, suber. Ut, κουφότερον εἶναι φελλοῦ, apud Strab. proverbialiter, subere levius. Pind. in Pyth. 2. ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὡς, mergi nequeo, ut suber. (Æsch. Ch. 504.)

Φελλεύω, fluito suberis more. Hesych.

Φελλίνας, ὁ, levis in modum suberis: apud eundem.

Φελλεὺς, fuit Atticè locus salebrosus, teste Suida.

ΦΕ΄ΝΑΞ, ακος, ὁ, impostor, derisor. Aristoph. (R. 940.) ὡς ἦν ἀλαζὼν καὶ φέναξ. Ab Hesychio exponitur etiam, ψεύστης.

Μετεωροφένακες, (*comp.*) qui per suas de rebus sublimibus argutias imponunt auditoribus: Aristoph. † Nub. 332.†

Φενακίζω, decipio, fallo, impono, do verba, illudo, ludificor. Demosth. pro cor. ὁ δεῦρ' ἀπαγγείλας τὰ ψευδῆ, καὶ φενακίσας ὑμᾶς. Scribitur et φαινακίζω, apud Hesych. Sic et Aristoph. in Pluto. Μῶν ἀξιοῖς, φαινακίσας ἡμᾶς, ἀπαλλαγῆναι, Ἀζήμιος; (Φενακίζομαι. R. 952.)

Φενακισμὸς, οῦ, ὁ, deceptio, impostura, illusio, ludificatio, Aristoph. in Equit.

Φενάκη, ης, ἡ, coma addititia, Eustath. galericulum, capillamentum. Poll.

Πηνίκη, sive πηνήκη, ἡ, idem quod φενάκη, ex quo quidam factum esse existimant; alii contrà. Etym. et Eust.

Πηνικίζω, idem quod φενακίζω. Hesych. et Suid.

Πηνίκισμα, τὸ, impostura. Hesych.

Διαπηνικίζω, sive διαπηνηκίζω, (*comp.*) idem quod πηνικίζω. apud Hesych. et Suid.

ΦΕ΄ΝΩ, occîdo, interficio. Suid. ¶ Eustathius derivatum esse dicit ex φάω, φῶ.

Πέφνω, idem quod φένω, ex quo factum esse vult Eustathius, facta primùm syncope, deinde anadiplosi. Il. κ'. ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς, quem nos interfecimus. † Hesiod. Asp. 57.† (Soph. Œdip. Tyr. 1511.)

Καταπέφνω. (*comp.*) idem quod simplex. Il. γ'. Εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ.

Φόνος, ου, ὁ, cædes, homicidium. Exponitur et, clades. Ut Iliad. γ'. Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. Sic et apud Plutarch. ¶ Apud Homer. est etiam sanguis in cæde effusus, aut locus in quo perpetrata cædes est. (Θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου. Æsch. S. c. Th. 44. Pl. Soph. Tr. 567. Œdip. Tyr. 3002.) ¶ Item φόνοι, Dorum lingua, qui perpetrarunt cæde digna. Eustath. ex Heracl. ¶ Φόνος appellatur etiam herba atractylis.

Φόνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, cæde contaminatus, homicida, sanguinarius. Item, lethalis, mortifer: interdum et, truculentus. Fœm. Φονία, seu φονίη, ut, φονίη ἔχις, lethalis vipera. Apud Eurip. φόνιον δίκην αἰτεῖ, de cæda pœnas exigit. (Phœniss. 895. Soph. Œdip. Tyr. 474. Aristoph. R. 1374.) Et in Epigr. φόνιον κῦμα μόρου, pro cæde.

Φοίνιος, idem quod φόνιος. ut in Epigr. φοίνιος ἀνήρ. et apud Soph. † El. 1445.† χεὶρ φοινία, manus sanguinolenta. (Œdip. Tyr. 24.)

Φονικὸς, ad cædem pertinens: ut, φονικαὶ δίκαι, et φονικὸν δικαστήριον, Aristot. Item, qui facilè ad cædem perpetrandam incitatur, cædis cupidus. Herodian.

Φονικῶς, sanguinariè. item, crudeliter.

Φονώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, cædem repræsentans, seu cruorem in cæde effusum. Theophr.

Φονεύω, F. εύσω, cædem perpetro, occîdo. Eurip. in Orest. φονεύετε, καίνετε, θείνετε, ὄλλυτε. (Med. 856. Passivè explicand. ib. 1241.) Et cum accusat. pers. ἄνδρας φονεύειν, apud eundem ibidem. † ἄνδρας καὶ ἵππους. Xen. Pæd. l. 2. p. 86. c.†

Φονεὺς, έος, ὁ, homicida. Isocr. et Eurip. (Soph. Œdip. Tyr. 741.) † Xen. Pæd. l. 4. p. 112. e.†

Φόνευμα, quod occisum est: cadaver. Idem in Ione. [1496.]

Φονευτὴς, οῦ, ὁ, interfector.

Φονάω, cædis perpetrandæ avidus sum. Gal. in lex. Hippocr. Exponitur etiam, temerariè in cædem ruo. apud Suid.

Φονόω, idem quod φονάω. Tryph.

(Φονή. Æsch. Ag. 456.)

Composita ex φόνος.

Ἀλληλοφόνοι, ων, οἱ, mutuò se interficientes, mutua cæde pereuntes. (ἐτελεύτησαν ὑπ' ἀλληλοφόνοις χερσί. Æsch. S. c. Th. 937. Ag. 1584.) [Xenoph. Tyran. cap. 3. §. 8. πολλοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἐν τυραννίσιν ἀλληλοφόνους γεγενημένους, &c.]

Ἀλληλοφονία, ἡ, mutua cædes. [Pind. Olymp. B. 73. Ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐρινὺς Πέφνεν οἱ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος Ἀρήϊον. Schol. ἀνεῖλεν αὐτοῦ τὸ γένος, καὶ δι' ἀλλήλων χωρῆσαι ἐποίησε.]

Ἀνδροφόνος, † ὁ, ἡ,† homicida. Il. ώ. Hesiod. Erg. Item specialiter, viros interficiens: ut, ἀνδροφόνοι Ἰλιάδες, apud Eurip. in Hec. † Epith. Martis. Hesiod. Asp. 98.†

Ἀνδροφονία, homicidium. [Aristot. de Moribus. lib. 2. cap. 6. ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος· οἷον —— φθόνος· καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων, μοιχεία, κλοπὴ, ἀνδροφονία.]

Ἀνδροφονέω, sum homicida, et simpliciter, occido. Hippocrat. in ep. ad Demag.

Ἀνδρειφόντης, idem quod ἀνδροφόνος. Martis epitheton, Il. ῥ'. pro quo scribitur et ἀνδρειφόντης. (Ἀνδροφόντης. Æsch. S. c. Th. 578. ἀνδρειφόντης. Il. β. Cat. N. 158.)

Ἀντίφονος, qui pro cæde rependitur, cædem compensans: ut, ἀντιφόνους δίκας, apud Soph. [El. 250. addas Philoct. 1171. ἔρπετε νῦν καλὸν, ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν τᾶσδ' αἰόλας σαρκός.] (αἱ αἱ δ' ἀντιφόνων θανάτων ἀραί. Æsch. S. c. Th. 898. Eum. 982.)

Ἀπόφονος φόνος, injusta cædes, et non conveniens. Eur. in Orest.

Ἀργειφόντης, Argi occisor. Mercurii epith. ab occiso Argo illo πολυοφθάλμῳ, apud Hom.

Αὐτοφόνος, αὐτοφονευτὴς et αὐτοφόντης, qui se ipsum perimit vel peremit, propriæ cædis autor. Epigr. l. 3. (κάκ' αὐτοφόνα dicuntur ubi aliqui mutuò se interficiant. Æsch. S. c. Th. 855. et proparoxyt. Ag. 1099.)

(Αὐτοφόνος. Æsch. Suppl. 67.)

Αὐτοφόντης, dicitur etiam qui propria manu alii infert cædem. Eurip. in Medea. [1268.] † Soph. El. 274.†

Βουφόνος, qui boves cædit et mactat. (Æsch. Pr. 531.) Homer. hymno 1. in Mercur. Βουφόνοι dicebantur quidam sacerdotes boves immolantes. Paus. in Att.

Βουφόνια, τὰ, boum mactationes: festum apud Athenienses, de quo Aristoph. in Nub.

Βουφονέω, boves macto. Iliad. ή.

Γιγαντοφόνος, qui gigantes interficit aut interfecit: ut, δόρυ γιγαντοφόνον. Eur. in Her. fur. [1190.]

Γοργοφόνη, ἡ, Gorgûs interfectrix. Epitheton Palladis, apud Euripid. in Helene. [Ion. 1478. Ἴστω Γοργοφόνα. Γοργοφόνα autem Pallas dicitur, vel quia ipsa Gorgonem interemit, vel quia ejusdem consilio Perseus, &c. Barnes.]

Δαφοινὸς, seu δαφοίνεος, † ὁ, ἡ,† ὁ λίαν φοίνιος, i. vel cædis admodum avidus, vel cruore ex cæde valde conspersus. ut, δαφοινοὶ θῶες, Il. λ'. δαφοινὸς Ἄρης, in Epigram. Item, εἷμα δαφοίνεον, Il. σ'. et Hesiod. in Asp. † 159.† Exponitur etiam, rubeus, maculis rubris ac veluti sanguineis distinctus: ut, δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός. Il. β'. (Æschyl. Pr. 1021. Ch. 606. Philostr. l. 3. c. 6.)

(Δολόφονος. Æsch. Ag. 1138.)

Δολοφονία, cædes dolo perpetrata et insidiis.

Δολοφονέω, dolo occîdo et ex insidiis. Plut. in Per.

Ἐλλοφόνος, hinnulorum peremptor seu catulorum cervinorum: epitheton Dianæ. Etym. et Suid.

(Ἐπιφόνος. Æsch. Eum. 373.)

Θηλυφόνος, fœminas occidens, fœminei sexus animalia interficiens.

Θηλυφόνον, dictum fuit aconitum, quòd imposita ejus radix genitalibus fœminei sexus animantium, eodem die mortem afferat, teste Diosc. l. 4. c. 7. et Plin. l. 27. c. 2. et 3.

Θηροφόνος, feras occidens: epitheton Dianæ, apud Euripid. in Herc. fur. [378. Hippolyt. 216. ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες, &c. Aristoph. Thesm. 327. Καὶ πολυώνυμε, θηροφόνε παῖ Λατοῦς, &c. Schol. Biset. Θηροκτόνε.]

Καταφόνοι, οἱ, iidem dicti fuerunt qui et φόνοι, i. qui perpetrarunt propter quæ meritò sint interficiendi. Eust. ex Heracl.

Καταφονεύω, idem quod φονεύω. Eurip. in Bacch.

Λαοφόνος, populi occisor: bellicosus: epitheton Diomedis, apud Theocr. Idyll. 17. [53.]

Λεοντοφόνος, leonicida, interfector leonis. Epigr.

Λεοντοφόνον, dicitur et animal quoddam, de quo Plin. l. 8. c. 38.

Μαγοφονία, magorum cædes, eorum qui Persidis regnum invaserant. Herodot. lib. 3.

Μηλοφόνος, ovium occisor, epitheton lupi, apud Oppian. de ven. l. 3. (Æsch. Ag. 739.)

Μητροφόνος, et Μητροφόντης, matricida. Eurip. in Orest. [479. Ὁ μητροφόντης ὅδε πρὸ δωμάτων δράκων Στίλβει νοσώδεις ἀστραπὰς, &c. Schol. ὁ τῆς μητρὸς φονεὺς, &c. 1140. 1424. Androm. 999.] et Aristot. rhet. 3. (Æsch. Eum. 257.)

Μιαιφόνος, ὁ μιαίνων ἑαυτὸν φόνῳ, qui se cæde polluit, qui homicidium admisit, sanguinarius, sicarius. † Xen. Pæd. p. 236. e.† epitheton Martis, Il. έ. (Eurip. Med. 266. 1348. Phœniss. 1695.) pro quo apud Archiloch. dicitur μιηφόνος.

Μιαιφονία, contaminatio ex cæde, cædes, homicidium. Plutarch. περὶ ἀοργησ.

Μιαιφονέω, polluo me cæde, homicidium perpetro, occîdo. Plat. Isocr. Luc.

Μυοφόνος, mures occidens.

Μυοφόνον, dicitur aconitum, apud Theophr. hist. pl. l. 6. c. 2. quoniam odore suo mures necet.

Μύσφονον, muscipula. παρὰ τὸ τοῖς μυσὶ φόνον ἐπιφέρειν, quod exitium adferat muribus.

Νεόφονος, recens occisus, non ita pridem interfectus. Eur. in Elect. [1172.] μητρὸς νεοφόνου ἐν αἵμασι.

Νηττοφόνος, anates occidens. Aristot. hist. an. l. 9. c. 33.

Ξενοφόνος, hospitis vel hospitum occisor. Plat.

Ξενοφονέω, occîdo hospites. Eurip. in Iphig. Taur. [1021.]

Οὐλοφόνον, dicitur chamæleon herba, viscum profundens, apud Nic. in Alexiph. et Diosc. Schol. Nic. exp. τὰ οὖλα βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν.

Παιδοφόνος, puerorum vel liberorum interfector aut interfectrix. Eurip. in Med. [1407.] παιδοφόνου τῆσδε λεαίνης. [Herc. Fur. 1199. Αἰδούμενος τὸ σὸν ὄμμα, —— Αἷμά τε παιδοφόνον. Herodot. Hist. lib. 7. ἐν γάρ τις καὶ τούτῳ ἄχαρις συμφορὴ, λυπεῦσα παιδοφόνος.]

Παιδοφονία, puerorum vel liberorum occisio. Naz.

Πατροφόνος, parricida, patris interfector aut interfectrix. Euripid. in Orest. [191. Ἐξέθυσ' ὁ Φοῖβος ἡμᾶς Μέλεον ἀπόφονον αἷμα δοὺς Πατροφόνου ματέρος. Æschyl. Sept. c. Theb. 789. πατροφόνῳ χερὶ τῶν κρεισσοτέκνων δ' ἀπ' ὀμμάτων ἐπλάγχθη. Plat. de Leg. ὥστ' εἴπερ οἷόντ' ἦν τὸ πολλάκις ἀποθνήσκειν τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν πατροφόνον ἢ μητροκτόνον, —— δικαιότατον θανάτων πολλῶν ἦν τυγχάνειν.]

Πατροφονεὺς, idem: item qui alterius patrem interficit. Od. ά.

Πατροφόντης, pro iisdem. Eurip. (Soph. Tr. 1141. Œdip. Tyr. 1455.)

Περσεφόνη, seu Περσεφόνεια, quæ cædibus omnia vastat, ἡ τῷ φόνῳ πάντα πέρθουσα. Est nomen Proserpinæ filiæ Jovis et Cereris, quæ et Φερσεφόνη et Περσέφασσα dicitur passim apud poëtas.

Πολυφόνος, qui multos occîdit, qui multas cædes perpetravit. Eur. in Herc. fur. [420.] Πολυφόνον κύνα Λέρνας. [Rhes. 62. Κτείνων Ἀχαιοὺς τῇδε πολυφόνῳ χερί. 465.]

Συμφονεύω, simul cum alio interficio. Eurip. in Ione. [851. συμφονεύειν. 1044. Hec. 391. Ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε, &c.]

Συοφόντης, suium interfector.

Συοφόντις, ιδος, ἡ, suium seu aprorum interfectrix. Epigr.

Ταυροφόνος, taurorum interfector: epitheton Herculis apud Theocrit. Idyll. 17. et in Epigr.

ΦΕ΄ΡΒΩ, F. ψω, pasco, alo, nutrio. Hesiod in Erg. † 377.† Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον Φερβέμεν. Eur. in Hippol. coron. Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτά. Utitur et Theocr. Idyll. 7. ☞ Dictum putatur quasi φέρω βίον, vel quasi φέρω τὸ βιοῦν, ut est apud Eust.

Φέρβομαι, pascor, alor. Theocr. in Eur. οὐχ οἷος σταθμοῖς ἔνι φέρβεται. (Æsch. Ag. 121.)

(Φέρμα, γέννημα. Æsch. Suppl. 698.)

Φορβὴ, ἡ, pabulum. Et generaliùs, alimentum, esca. Iliad. κ'. Apoll. Argon. 2.

Φορβαῖος, pascuus. Callim.

Ἐξωνέομαι, redimo. Aristot. œcon. 2. *χρημάτων ἐξωνοῦντο τοὺς συνειλημμένους*. Item passivè, redimor: apud Greg.

Ἐξώνησις, redemptio, vel licitatio. in Pand.

Ἐπώνιον, *τὸ*, tributum, quod pro aliquâ re emptâ penditur. Poll. l. 7.

Εὔωνος, qui boni pretii est, qui vili pretio emi potest. Dem. pro cor.

Εὐώνως, bono seu vili pretio.

Εὐωνία, vile pretium, vilitas mercium. Poll. l. 7.

Εὐωνίζω, vilis pretii rem facio.

Decomp. *Ἀπευωνίζω*, idem quod *εὐωνίζω*. Luc.

Ἐπευωνίζω, idem. Plut. in Cic.

Θεατρώνης, *ου*, *ὁ*, theatri magister, qui theatrum conduxit. Theophr.

Θητώνιον, pretium quo mercenarius conducitur. Suid.

Ἱππώνης, equorum emptor, qui equariam mercaturam exercet.

Ἱππωνία, equorum emptio. Xen.

Ἱππωνέω, equos emo: apud eundem de re equ.

Νεώνητος, nuper emptus. Aristoph. in Plut. [769. Equit. 2. Schol. *τὸν νεωστὶ ἠγορασμένον*. Vide Steph. Thes. iv. 500. D.]

Ὀσπριώνης, leguminum emptor, cui commissum est munus emendorum leguminum.

Ὀσπριωνία, ipsum munus *τῶν ὀσπριωνῶν*.

Ὀψώνης, *ου*, *ὁ*, opsonator, qui opsonia coëmit: vel opsoniis coëmendis deditus. Aristoph. in Tagenistis.

Ὀψωνία, *ἡ*, opsonii coëmptio, opsonatus. Plut. in Lyc. Athen. l. 4.

Ὀψώνιον, *τὸ*, opsonium, id quod ab opsonatore emitur. ¶ Sæpe accipitur pro annona, quæ militibus in singulos menses dabatur pro stipendio seu salario. Polyb. et Greg.

Ὀψωνιάζω, stipendia præbeo. ¶ Exponitur etiam, alo: unde apud Dion. Halic. l. 9. *ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ὀψωνιαζόμενοι χρημάτων*, dicuntur qui ex alienis aluntur pecuniis.

Ὀψωνιασμὸς, annona, stipendium. Polyb. l. 5.

Ὀψωνέω, opsonia coëmo, opsonor. Aristoph. in Vesp. Plut. Symp. 7. probl. 3. cum accus.

Ὀψωνητικὸς, idem cum *ὀψώνης*. ¶ Item, opsoniorum coëmendorum peritus: unde, *τέχνη ὀψωνητικὴ*, apud Athen. l. 6.

Decomp. *Παροψωνέω*, clàm opsonia coëmo, Aristoph. in Conc.

Παροψώνημα, opsonium, quòd extrà et clàm è foro comparatum est et coëmptum. Metaphoricè eo usus Æschyl. in Agam. [1455. *ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν Εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς*. Schol. *τὴν ἐκ περιουσίας τρυφήν*.]

Ὑποψωνέω, in opsoniis coëmendis decipio. Idem in Acharn.

Σιτώνης, frumenti emptor, annonæ coëmendæ præfectus. Greg.

Σιτωνία, frumenti emptio, seu munus publicæ annonæ coëmendæ. Dion. Halic. l. 7. Pro eodem dicitur et *σιτώνη*.

Σιτωνέω, frumentum coëmo, seu, rei frumentariæ curandæ præfectus sum.

Συνωνέομαι, coëmo. Herodian. l. 1.

Τελώνης, q. d. tributorum seu vectigalium emptor: vectigalium redemptor, publicanus. Plut. in lib. *περὶ πολυπραγμ.* (Philostr. l. ... c. 20.) ¶ Pro eodem dicitur et *τέλων*, *ωνος*, *ὁ*.

Τελωνικὸς, ad publicanum seu publicanos pertinens.

Τελώνιον, *τὸ*, locus in quo sedent publicani, publicanorum mensa, apud Matth. et Marc. utitur et Pisides apud Suid.

Τελωνία, seu *τελωνεία*, vectigalium redemptura, vel vectigalis exactio. Poll.

Τελωνέω, vectigalia redimo. ¶ Item, vectigal exigo. ¶ Significat et generaliter, quæstui habeo, apud Basil. in ep. ad Liban.

Τελωνοῦμαι, à me exigitur vectigal aut tributum, tributum solvo. Maccab. l. 1. c. 13.

Decomp. *Ἀρχιτελώνης*, publicanorum princeps. Lucæ 19.

Ἀτελώνητος, *ὁ καὶ ἡ*, pro quo aut cujus nomine vectigal non pensum est aut non penditur.

Παρατελωνέω, exp. adversus publicanorum jura aliquid committo.

Χαλκώνητος, emptus ære; vel simpliciter, emptus. Hesych.

Χρυσώνητος, auro emptus. Athen. l. 5.

Χρυσωνέω, aurum emo: numisma aureum argento permuto. Isocr. in Trapez.

ʼΩΟΝ, (per ω cum ι subscripto,) *ου*, *τὸ*, superior domûs pars. Eust. *τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων, ᾦα καλοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι*. Pro *ᾦα* dicitur etiam *ᾤϊα*, apud Athen. l. 1.

Ὑπερῷος, *ου*, *ὁ*, (*comp.*) qui in summa ædium parte est. Ut, *ὑπερῷος θάλαμος*. Plut. in Pelopida. Et, *ὑπερῷον οἴκημα*, apud eundem. Pro quo interdum absolutè dicitur *ὑπερῷον*, ut apud Aristoph. in Pluto. Plut. symp. 1. (Antiph. Orat. l. p. 20.)

Ὑπερῴα, sive *ὑπερῴη*, Ionicè dicitur palatum, quoniam summum in ore locum occupat. Il. *χ'*. Plut. de aud. poëm. Gal. l. 1. ad Glauc.

Ὑπερώϊος, etiam legitur, pro *ὑπερῷος*, Apud Athen. l. 2. Et, *ὑπερώϊον* pro *ὑπερῷον*, Od. *ό*. Il. *β'*.

Ὑπερωϊόθεν, ex summa ædium parte, Od. *ά*.

ʼΩΟ'Ν, *οῦ*, *τὸ*, ovum: tam piscium et serpentium, quàm avium. Athen. de perdice mare, *τὰ ὠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων*. Idem de polypo, *τὰ ὠὰ τίκτει βοτρυδόν*. Apud eundem l. 11. dicitur et, *ὠὸν χρυσοῦν*. ☞ Etym. derivari scribit *παρὰ τὸ οἷον*, solum: quoniam solum pariatur.

Ὠάριον, *τὸ*, q. d. ovulum. Athen. l. 2.

Ὠΐον, idem quod *ὠὸν*, apud eundem ibidem.

Ὠεὸν, pro eodem, ibid. ex Epicharmo.

Ὠώδης, *εος*, *ὁ καὶ ἡ*, ovi speciem gerens.

Ἐπωάζω, (*comp.*) ovis incubo. Athen. l. 9. et 7.

Ἐπωασμὸς, et *ἐπώασις*, incubatio, incubitus. Aristot. hist. an. l. 6.

Ἐπωαστικὸς, qui incubare solet ovis: apud eundem.

ʼΩΟ'Π, et, *Ὠὸπ ὄπ*, sunt acclamationes nauticæ, apud Aristoph. in Ran. et Avibus.

ʽΩΡΑ, *ας*, *ἡ*, tempus, ut dicitur tempus anni. Il. *β'*. *Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε δὴ γλάγος ἄγγεα δεύει*. Thuc. lib. 7. *τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσι ἄνθρωποι μάλιστα*. ¶ Interdum dicitur de certo anni tempore. Ut de vere, apud Hom. et Aristoph. † Nub. 1004. *ἦρος ὥρᾳ*.† Item de tempore quo exoritur canicula, quod est dierum ferè quadraginta, æstas, teste Galen. Hinc, *ὧραι*, *αἱ*, quatuor anni temporum genii, ipsaque tempora. Il. *έ*. et *θ'*. ¶ Item, *ὥρα*, tempus: in generali significatione. Ut Od. *λ'*. *Ὥρη μὲν πολέων μύθων, ὥρη δὲ καὶ ὕπνου*. Sic, *ὥρα ἀρίστου*, apud Xen. Hell. 1. † Pæd. 1. 4. 13. et 28.† ¶ Item, hora, pars vicesima quarta diei naturalis. Epigr. lib. 2. Dicitur et sumi pro ipsa die, apud Gal. *τῶν κατὰ τόπ.* l. 7. c. 2. ¶ Item, tempus ætatis florentis, flos et vigor ætatis. Unde apud Luc. *οἱ ἐν ὥρᾳ παῖδες*. Plut. *υἱῷ γὰρ αὐτοῦ συνοικεῖν ὥραν εἶχεν ἡ Κορνηλία*, perfectam ætatem. ¶ Item, pulchritudo, venustas; propriè talis, qualis est in flore ætatis, seu quam ipse flos affert: vel, coloris bonitas cum gratia, qualis *ἐν τοῖς ὡραίοις* fructibus elucet: apud Xenoph. in symp. et Athen. ¶ Hinc *ὧραι* dici putantur deæ pulchritudinis, apud Hesych. in Erg. In hac signif. communiter scribi *ὥρα*, Att. autem *ὥρα*, annotat Eust. † *Ὧραι*, anni partes quatuor. Hesiod. Theog. 58. V. ibi Clericus qui *τὸ Ὥρα* deducit ab Phænica voce, quæ *lucere* significat.† (Æsch. S. c. Th. 541. Eurip. Phœniss. 741. Aristoph. R. 383. Soph. Œdip. Tyr. Athan. V. S. Ant. 494. Theoc. *κά*. 40.)

Ὡραῖος, *ου*, *ὁ*, tempestivus. Ut, *ἄροτος ὡραῖος*, apud Hesiod. in Erg. Sic, *ὡραῖοι χειμῶνες*, apud Theoph. Dicitur et aliquis *ὡραῖος ποιεῖν τι*, quum tempestivè id facit. Sic apud Hesiod. in Erg. jubetur Perses *ὡραῖος γυναῖκα ἄγεσθαι*, tempestivè uxorem ducere. Sic et apud Plutarch. in Apophth. *ὡραῖος ἀπέθανε*, tempestivam mortem obiit. ¶ Adolescentes aut puellæ *ὡραῖοι* aut *ὡραῖαι* dicuntur, cùm sunt ætate matura conjugio: apud Xen. in symp. Interdum tamen additur genit. *γάμου*, ut apud eundem Pæd. 4. et genit. *ἀνδρὸς*, apud Athen. l. 12. ¶ Item, *ὡραῖος*, qui formâ venustâ est et decorâ: ut, *ὡραῖαι ἑταῖραι*, apud Athen. lib. 13. ‡ formosus. Theoc. Id. i. 109.‡ ¶ Dicuntur et fructus quidam *ὡραῖοι*, qui colliguntur ea anni parte, quæ peculiariter *ὥρα* nominatur, i. æstas. Gal. de alim. facul. † æstate collectus. Sic *βίος*. Hesiod. op. et Di. v. 31. V. ibi Grævius.† (Eurip. Phœniss. 930. Aristoph. R. 397. Philostr. l. 3. c. 26.)

Ὡραίως, tempestivè, Hippocr. aphor. l. 3.

Ὡραιότης, *ητος*, *ἡ*, tempestivitas, maturitas. ¶ Interdum et, pulchritudo, decor formæ. [Xenoph. Œconom. cap. 7. *Τὰ γὰρ καλά τε κἀγαθὰ, ἐγὼ ἔφην, οὐ διὰ τὰς ὡραιότητας, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς εἰς τὸν βίον τοῖς ἀνθρώποις ἐπαύξεται*.]

Ὡραιόω, *ῶ*, decoro, venusto, venustatem concilio. † V. Grævius ad Hesiod. Theog. 963.†

Ὡραΐζω, idem.

Ὡραΐζομαι, excolo seu exorno me: vel, exornor, decore conspicuus fio. Greg. et Athen.

Ὡραϊσμὸς, *οῦ*, *ὁ*, decoratio ad venustatem formæ ostentandam. Plut. in lib. de solert. anim. ¶ In oratione sic metaph. dicitur, cùm lenocinio quodam et fuco exornatur, ut venustior et decentior esse videatur: apud eundem in Fabio et Hermog.

Ὡρικὸς, *οῦ*, *ὁ*, tempestivus. ¶ Item, florens ætate: ideoque venustâ et decenti formâ conspicuus. Aristoph. in Acharn.

Ὡρικῶς, venustè, lepidè, scitè. Idem in Plut.

῞Ωριμος, ὁ καὶ ἡ, itidem tempestivus, maturus. Athen. l. 7.

῞Ωριος, ου, ὁ, idem. Ut, ὥριον ἔργον, Hesiod, in Erg. Sic Odyss. ί. φέρει δέ κεν ὥρια πάντα, omnia tempestivè profert. ¶ Interdum exp. qui stato solennique anni tempore fieri solet: ut apud Synes. ep. 148. ¶ Interdum exp. maturus: ut, ἀπάργματα ὥρια, apud Nazianz.

῞Ωρια, τὰ, pro fructibus. Bion.

Ὡριαίνω, idem quod ὡραΐζω, unde, ὡριαίνομαι, idem quod ὡραΐζομαι, apud Athen. lib. 13.

Ὡρία, ἡ, maturitas. item, venustas, pulchritudo. Epigr.

Ὡρίως, tempestivè. Item, venustè, eleganter. Suid.

Ὡριαῖος, qui est unius horæ, horæ spatium æquans: ut, ὡριαῖα διαστήματα. Ptolem.

῞Ωρος, ου, ὁ, annus. Hesych. et Suid. Item generaliter, tempus: apud Hippocr. in secunda præfat. περὶ ἑπταμήνου.

Ὡρέω, exp. χρονίζω. Erotian. in lex. Hippocr.

Composita.

Ἀνθωραΐζομαι, vicissim decorem ostento. Greg. de homine.

῎Ανωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, intempestivus. [Herodot. Hist. lib. 2. §. 79. ἔφασαν δέ μιν (sc. Λίνον) Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου παῖδα μουνογενέα γενέσθαι· ἀποθανόντα δ' αὐτὸν ἄνωρον, θρήνοισι τούτοισι ὑπ' Αἰγυπτίων τιμηθῆναι.] ¶ Item immaturus, præcox.

Ἀνωρία, ἡ, intempestivitas, importunitas. [Herodot. Hist. lib. 8. §. 113. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλῆα, ἅμα δὲ ἀνωρίη εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν.]

Αὐθωρὸν, eâdem horâ, eodem momento. Hesych.

Αὐθωρὶ, eâdem horâ. idem quod αὐθωρόν. Plut.

῎Αωρος, idem quod ἄνωρος, qui non suo tempore fit. Ut, ἄωρος θάνατος, apud Plut. in consol. ad Apoll. Apud eundem in symp. sept. sap. ἄωρος ἥκει, exp. intempestivè venit. ¶ Significat etiam, immaturus: ut, ἄωρος πρὸς γάμον, apud eundem in Lyc. ¶ Item, invenustus, informis. Xenoph. ¶ Vide et in compositis ab ῞Ωρα, i. cura.

Ἀωρία, intempestivum tempus. Aristoph. in Acharn. ¶ Exponitur etiam, deformitas.

Ἀωρὶ, intempestivè. Athen. l. 12. (Theoc. κδ'. 38.)

Ἀνώριος, idem quod ἄωρος. Et metaphoricè, durus, agrestis. Hesych.

Decomp. Πανάωρος, ὁ καὶ ἡ, omnino intempestivus. Talem Homerus vocat eum, qui præcoci fato et immatura morte periturus est, ideoque infelix est: ut Il. ω'.

Τρισάωρος, ter intempestivus, i. admodum intempestivus. Epigr.

Ἐννέωρος, novennis, qui novem annorum est. Il. σ'. et Od. κ'.

῎Ενωρος, tempestivus. ¶ Exponitur et, in vigore constitutus.

Ἐνωραΐζομαι, idem quod ἐγκαλλωπίζομαι, placeo mihi, et ostento me in. Luc.

῎Εξωρος, qui et quæ justum et legitimum tempus excessit. Vir et mulier ἔξωρος dicitur, qui vel quæ jam natu grandior est: exoletus, vetula: ut, ἔξωρος γραῦς, apud Luc. de sacrif. † ῎Εξωρα, ætati suæ non convenientia. Soph. El. 620. ibi Camerar.† (Philostr. l. 3. c. 4.)

Ἐξωραΐζομαι, exorno me, et venustiorem reddo. Hesych.

Εὔωρος, idem cum ἔνωρος, tempestivus: ut εὔωρος γάμος, apud Soph. in Eride.

Ἐφώριος, exp. tempestivus. item maturus. Etym.

Ἡμιώριον, ου, τὸ, semihora. Apoc. c. 8.

Καθωραΐζομαι, exp. glorior.

Μινυώριος, qui brevis est temporis: fluxus, caducus. μινυνθάδιος.

Οὐδενόσωρος, exp. qui ne uno quidem momento durat. ¶ Vide et in comp. ex ῞Ωρα cura.

Παλίνωρος, qui suis horis redit. Aratus. (Æsch. Suppl. 696.)

Πάρωρος, idem cum ἄωρος, intempestivus. Theophr. de caus. pl. l. 5.

Πρόωρος, qui justum legitimumque tempus prævenit, præmaturus, præcox: ut, πρόωρος μοῖρα, in Epigr.

Πρωώριος, idem. Nonn.

Ὑπέρωρος, qui excessit tempus legitimum, exoletus, apud Æschin. in epist.

Χιλίωρος, (sc. χρόνος,) exp. mille annorum tempus. Lycophr.

῞ΩΡΑ, ας, ἡ, (cum tenui,) cura. Hesiod. in Erg. ῞Ωρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε, ῟Ωι τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται. Suid. ex Æliano, ἀνδρὶ ἐπιόρκῳ καὶ τὰ θεῖα ἐν μηδεμιᾷ ὥρᾳ τιθεμένῳ, homini divina nihil curanti.

Ὡρέω, ῶ, curo, curam gero. Interdum et, custodio. Hesych. et Galen. in lex. Hippocr. quod ad Οὖρος, custos, pertinet.

Ὠρήσσω, et Ὠρίζω, idem: apud Hesych.

Ὡρακιάω, curis nimiis confectus concido. Aristoph. in Ran. ἀλλ' ὡρακιῶ. Ἀλλ' οἶσον πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγιάν. Sic et apud eundem in Pace.

Composita: quorum etiam nonnulla cum compositis ex οὖρος, custos, collocata sunt.

῎Αωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, curam non gerens, negligens. ¶ Item, qui difficulter custodiri potest: ut exp. Odyss. μ'. ¶ Exponitur et, οὗ πολλὴ φροντὶς, ab Eustath. (ex ἀ intens.) ¶ Vide et in comp. ex ῞Ωρα, et ex Οὖρος, custos.

Ἀωρέω, non curo, negligo. Hesych.

Πανάωρος, (*decomp.*) quem omnino nulla dignamur cura. Æschyl. in Prom.

Ἐγχεσίμωρος, quidam dici volunt, quasi ὁ ἐγχέων ὥραν ἔχων, i. φροντίδα. ¶ Vide et in comp. ex Μόρος in Μείρω, et ex Μωρός.

Εὔωρος, malè curatus, neglectus, per antiphrasin. Suid. ex Euphr. ¶ Exponitur et activè, qui non curat, negligens. Hesych.

Εὐωρία, ἡ, negligentia, incuria. apud eosdem.

Εὐωριάζω, negligo, non curo. Hesych. ex Soph.

Εὐωρέω, idem: apud eundem.

Ἐξωριάζω, idem quod εὐωριάζω. Æschyl. in Prom. Ἐξωριάζειν γὰρ λόγους πατρὸς, βαρὺ, negligere patris dicta, grave fuerit.

Ἰόμωρος, secundum quosdam dicitur ὁ τῶν ἰῶν ὥραν ἔχων, cui sagittæ curæ sunt, teste Eust. Il. ξ'. ¶ Vide et comp. ex Μόρος in Μείρω.

Κηπωρὸς, hortulanus, olitor: horti curam habens vel gerens.

Ὀλίγωρος, qui aliquid parum curat, negligens, incuriosus. Isocr. Panath. Aristot. rhet. 3.

Ὀλιγώρως, negligenter, contemptim. Dem. in Xen.

Ὀλιγωρία, ἡ, negligentia, incuria: vel, neglectus, contemptus. Aristot. Thuc. Plut. &c.

Ὀλιγωρέω, parvam curam habeo, negligo, contemno. Isocr. in Paneg. οὐ γὰρ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν. (Athan. V. S. Ant.)

[Ὀλιγώρησις. Themist. Orat. X. pag. 136. 10. Ed. Hard. τοὺς μὲν γὰρ ἐκ τῆς περὶ τὰς φρουρὰς ὀλιγωρήσεως ἐπεπιστεύκεισαν οἱ πολέμιοι &c.]

Decomp. Ἐξολιγωρέω, prorsus negligo et contemno.

Κατολιγωρέω, idem. Polyb.

Παρολιγωρέω, susque deque habeo. Polyb. [lib. 4.] μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι, insigniter contemni. [Plat. Epinom. εἰρῆσθαι τὸ, θεῶν εἶναι πάντα πλέα· καὶ μηδέποτε λήθῃ μηδὲ ἀμελείᾳ τῶν κρειττόνων ἡμᾶς παρολιγωρῆσθαι.]

Οὐδενόσωρος, nulla cura dignus, minimè curandus. Il. θ'. ¶ Vide et in comp. ex ῞Ωρα, tempus.

Πολυωρέω, multa cura dignor, magnam curam gero. Æschin. in Timocr. Laërt. in Antisth. ¶ Exponitur et, honoro, in honore et pretio habeo. ¶ Item lautè et accuratè accipio.

Πολυωρητικὸς, οῦ, ὁ, multam curam gerens, solicitus. Plut. in Problemat. Rom.

Πολυωρία, ἡ, multa cura. vel, ratio et observatio. Suid. ex Ælian.

ὨΡΙ'ΩΝ, ωνος, ὁ, Orion: signum cœleste; apud Proclum de Sphæra. ¶ At, ὡρίων, (cum aspiratione,) nomen avis, apud Ælian.

ὨΡΥ'Ω, seu ὠρύομαι, ululo. Propriè de canibus dicitur, lupis et leonibus, propter famem ingemiscentibus, aut alio ex dolore ejulatui similem vocem edentibus. Apoll. Arg. 4. (de leone;) ὅς ῥά τ' ἀν' ὕλην Σύννομον ὃν μεθέπων ὠρύεται. Luc. in dial. Char. et Merc. ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοί. Dicuntur et lupi quendam cum ejulatu deplorare: ut apud Theocr. Idyll. 1. ‡ 71.‡ Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο. (de tigribus. Philost. l. 3. c. 14.) Metaphoricè de homine dicitur, erumpente in ejulatus, similes canum luporumque ululatibus, et leonum rugitibus. Hesych.

Ὠρύωμα, τὸ, rugitus. Ezech. 19.

Ὠρυθμὸς, οῦ, ὁ, ululatus: vel rugitus. Theocr. Idyll. 26.

Ὠρυγὴ, ἡ, idem. Plut. de deo Socr. Athen. l. 13.

Ὠρυδὸν, cum ululatu. Nic. in Alexiph.

῏Ωρυες, à quibusdam nominari dicuntur feræ. Unde in Ovo Simmiæ Rhod. Λίγεια μὲν Καμφιμάτρεως ὠδὶς Ἁγνᾶς ἀηδόνος, ὠρύων δ' ἄγριος.

Composita.

Ἀνωρύομαι, magno cum ululatu exclamo. Interdum, graviter ejulo ac lamentor.

Ἐπωρύω, seu ἐπωρύομαι, ululo, infremo. Epigr.

ὯΣ, particula varios habens usus. ¶ Frequentissimè est adverbium similitudinis, ut, sicut, velut. Luc. ὡς ᾤετο, ut putabat. ὡς εἰκὸς, ut par est. † ὡς ἄξιον ὄντα θαυμάζεσθαι τὸν ἄνδρα. Xen. Pæd. 1. 1. 4. Postponitur. Hes. Th. 863.† Sæpe adhibetur comparationibus, eique subjungitur οὕτω, vel ὣς cum accentu: ut Il. ψ'. ύ. et alibi passim. ¶ At, ὣς, ὡς, est, tam, quàm. Plat. Χαρᾶς γὰρ οὐδὲν ὣς γόνιμόν ἐστιν ὡς χάρις. quasi, οὕτως, ὡς. ¶ Item, ὡς, tanquam, quasi, perinde, ac si. ¶ Interdum significat, οὕτω, ita, sic. In qua signif. scribitur potiùs ὣς cum accentu. Ut, ὣς φάτο, passim apud Hom. Sic, ὣς ἄρα φωνήσας, &c. Dicitur et de proportione. Ut apud Aristot. de hist. an. l. 8. ὡς κατὰ μέγεθος, proportione magnitudinis. Sic apud Thuc. l. 3. ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, pro magnitudine urbis. Et cum nomine comparativi gradus: μείζων ἢ ὡς κατὰ ἄνθρωπον, major quàm pro humana statura. Et cum præpositione πρός. Luc. τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ, si mecum comparatur. Sic Xen. Pæd. 1. ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίσασθαι, si nobiscum comparentur. ¶ Exponitur etiam, ferè, fermè, propemodum, circiter. Herodian. ἀπίκεται τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας. Thuc. ὡς πεντήκοντα. ¶ Apud Sophocl. in Ajace. ῟Ως ἐστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι, exp. ὄντως et ἀληθῶς, certè, revera. quasi pro οὕτως. ¶ Interdum est adverbium temporis, significans, ut, i. postquam, simul atque. Il. φ'. Ὡς εἶδον τὸν ἄριστον, &c. Aristoph. in Plut. ὡς ἡμῖν παρήγγειλε καθεύδειν. Et cum infinit. Plato, εὐθὺς οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα. Demosth. ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας. Interdum geminatur. Theocr. Idyll. 2. Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας. Sæpè ponitur cum τάχιστα: ut ὡς τάχιστα, simul atque, quum primùm, apud Euripid. in Hecuba, et Æschin. de legat. perperam obita. ¶ Apud Hom. Od. ρ'. ῟Ησθιε δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄειδεν. Eust. exp. ἕως ὅτε, donec. ¶ Interdum indicat causam finalem, poniturque pro ἵνα vel ὅπως, ut. Cum Optat. Il. φ'. δόλῳ δ' ἄρ ἔθελγεν Ἀπόλλων, Ὡς αἰεὶ ἔλποιτο κιχήσεσθαι ποσὶν οἷσιν. Herodian. l. 1. ὡς ἄν τις εἴποι, ut ita dixerim. Cum conjunct. Soph. Κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν, ὡς ἴδω. Cum infinit. ὡς εἰπεῖν, ut ita dicam, vel, propè dixerim. Plut. symp. lib. 4. οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, πολυχρονιόν ἐστι. ¶ Item pro ὥστε, ita ut, adeò ut. Paus. et Xenoph. ¶ Item pro εἴθε, utinam. Od. ά. Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Sic et apud Synes. Dicitur etiam ὡς εἴθε. ut apud Luc. ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν. Item, ὡς ὤφελες, Il. γ'. ¶ Item, ὡς, quàm. Cum adverbio superl. gr. ut apud Xen. † Pæd. l. 3. p. 73. a.† ὡς ἐδύνατο τάχιστα, quàm celerrimè potuit. Cum nomine itidem superl. gr. ut apud eundem, ἵνα ὁ βίος αὐτοῖν ὡς βέλτιστος ᾖ. Cum ὅτι, sequente itidem superlativo. ut, ὡς ὅτι βέλτιστον, apud Plat. ¶ Sæpe subjungitur adverbio θαυμαστῶς sive θαυμασίως. Plat. in Phædone, νῦν δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονε. Demosth, θαυμαστῶς ὡς ἐλυπήθην. Interdum et adverbio ὑπερφυῶς. Plat. in Symp. ὑπερφυῶς ὡς χαίρω, mirificè lætor. Idem in Phædone, ὑπερφυῶς μὲν οὖν ὡς βούλομαι. ¶ Cum adverbio ἑτέρως, item ἀληθῶς, vacat. Nam, ὡς ἑτέρως, apud Demosth. pro cor. idem est quod ἑτέρως, aliter. Sic, ὡς ἀληθῶς, verè, apud Plat. de rep. l. 1. † Aristoph. Nub. 209.† ¶ Interdum admirationi adhibetur: ut Latinè quàm. Aristoph. in Pluto, † ver. 1.† Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ, καὶ θεοὶ Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, quàm molesta res, vel quàm dura res est aut acerba. Luc. in dialogo Jovis et Ganymedis, ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστι καὶ ἁπλοϊκὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παῖς ἔτι. ¶ Item pro ὅτι, quòd. Plut. in Lyc. Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν, Epaminondam dixisse ferunt, hujusmodi prandium non admittere proditionem. Sic et apud Herodot. in Melp. et Demosth. Philip. 1. † Sic Aristoph. Nub. 1335. Xen. Pæd. l. 3. p. 65.† Dicitur et ὡς ὅτι. ut apud Xen. in Hell. εἰπὼν τῷ Φάρακι ὡς ὅτι ὀκνοίη μή. † cum inf. Pæd. l. 2. 40. d.† ¶ Item, nam, quippe, quandoquidem, ἐπεί. Luc. ὡς νῦν γε καὶ σε ἐλεῶ, τελέως ἤδη ἐκβεβακχευμένον, nam nunc quidem te miseror, ut bacchari cœpisti. Thuc. l. 1. ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται. Idem l. 2. ὡς οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, &c. ¶ Item pro πρὸς, vel εἰς, ad. Od. ρ'. Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Xen. apom. 2. συνεληλύθασιν ὡς ἐμέ. † Xen. Pæd. 1. 3. 22. (ἐπὶ vel παρὰ intelligitur.† ¶ Jungitur etiam variis particulis vacantibus. Ut, ὡς ἄρα, in admiratione, Od. δ. Ὡς οὖν, postquam, Paus. Ὡς δ' αὔτως, similiter, itidem. Od. ί. † Hesiod. Th. 600.† Apud Xen. scribitur et divisim, ὡς δ' αὔτως, et conjunctim, ὡσαύτως. Ubi dicit, ὡσαύτως δὲ λοχαγῷ τὸν λόχον, ὡς δ' αὔτως ταξιάρχῳ, ὡς δ' αὔτως δὲ ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἀρχόντων. † ὡς μὴ, ne. Xen. Pæd. 1, 2. 3. et 1. 4. 17. ὡς ἂν, quasi. 1. 4. 23. ὥς κε δύναιο, quantum posses. Hesiod. Asp. 121.† ¶ Sunt et aliæ particulæ cum quib. ὡς cohæret. Ut infra. (Sch. exp. λίαν. Æsch. Pers. 188. 251. Ag. 623. 920. 1245. 1667. Ch. 378. ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; Eurip. Phœniss. 591. 949. Cum Particip. Accus. post Verbum pro Infinit. Soph. El. .... item cum Particip. Nom. post Verbum pro Futuro. —— interdum omittitur. Cum Particip. Acc. Aristot. Art. Poët. c. 3. Cum. τοσοῦτον. Soph. Tr. 1133. 1199. 1258. Œdip. Tyr. 333. 1138. 1196. 1242. 1315. 1367. 1446. Aristoph. R. 1223. Cum Indicat. 1280. Theoc. ή. 88. 90.)

Ὡσεὶ, velut, tanquam, quasi. Apud Hesiod. in Asp. Αἵματι φοινικόεις ὡσεὶ ζωοὺς ἐναρίζων. Sic. Od. ρ'. Od. ξ'. ὡσεί τε κατὰ ῥόον, quidam exp. utpote secundum undas. (Theoc. κέ. 163.) Huic particulæ respondet ὡς, tanquam. ¶ Sæpe etiam ponitur ὡσεὶ pro, circiter, ferme, apud Xen. Sic et apud Lucam c. 22. itidemque cap. 1. et 3. ¶ Disjunctim quoque multis in locis scribitur. ¶ Pro ὡσεὶ dicitur etiam ὡσανεί.

Ὡσανεὶ, interjectâ particulâ ἂν, apud Plut. de prud. anim. ¶ Eademque in tres particulas divisa invenitur. Ut apud Aristot. de mundo, ὡς ἂν εἰ λέγομεν, tanquam si dicamus.

῞Ωσπερ, ut, sicut, quemadmodum. cui sæpe subjungitur οὕτω, † Xen. Pæd. 1. 2. 10.† vel καὶ, † Xen. Pæd. 1. 4. 3.† aut aliquid tale. ¶ Item, veluti, quasi, tanquam, apud Thucyd. Isocr. et alios. † Xen. Pæd. l. 4. p. 89. c.† ¶ Sæpe etiam jungitur aliis particulis vacantibus, vel di-

visim vel conjunctim. ut, ὥσπερ οὖν, vel ὡσπεροῦν, idem quod ὥσπερ. sic, ὥσπερ ἂν εἰ, vel ὡσπερανεί. † ὥσπερ εἰ. Aristoph. Nub. 1361.† (Soph. Œdip. Tyr. 1134. ὡσπερεί. Æsch. Ag. 1228. 1424. Ch. 751.)

Ὥστε, ut, ita ut, adeò ut. Cum infinit. † Xen. Pæd. 1. 1. 5.† Plut. in Themist. λέγεται οὕτω καταφορος πρὸς δόξαν εἶναι, ὥστε νέος ὢν ἔτι σύννους ὁρᾶσθαι τὰ πολλὰ πρὸς ἑαυτῷ, καὶ τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖν, fertur adeò amori gloriæ deditus fuisse, ut, &c. Æschin. de falsa leg. τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη ὁ Δημοσθένης, ὥστε ἀποῤῥάψειν τὸ στόμα τοῦ Φιλίππου. † Cum Imperativo. Xen. Pæd. 1. 3. 15. Cum optativo. l. 3. p. 82. a.† ¶ Aliquando exp. ut quidem. Plato, ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διαλέσθαι, nos enim adhuc juvenes sumus, ut quidem est tantæ rei explicatio et judicium. ¶ Præcedente comparativo cum particula ἢ, exp. ut. βαρύτερον φορτίον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν, gravius onus quàm ut ferre possim. Cum Indicativo, Atticè. Aristoph. in Nub. † 830.† Σὺ δ' εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας, Ὥστ' ἀνδράσιν πείθεις χολῶσιν. Sic et apud Thuc. Isocr. Demosth. Xen. et alios. ¶ Item, ὥστε, quamobrem, itaque. Plato in Timæo, ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, itaque nesciunt, hos siderum errores id ipsum esse quod ritè dicitur tempus. ¶ Item, ὥστε, pro ὡς, ut, significatione similitudinis, apud Apollon. itidemque Il. γ'. sequente ὣς, i. sic. (Ὥστε cum Præt. Indic. ut. ὥσθ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμήσουσ' ἔτι. Ita ut non amplius Ajacem sint contumeliis affecturi. Soph. Aj. 98. V. Æsch. Pers. 244. post ἐχρήσας. ib. 278. Eurip. Phœniss. 1553. Aristoph. R. 1121. Soph. Tr. cum Infin. pro *Quantum*. 1237. Œdip. Tyr. 1065. Aristoph. R. 893.)

Τὼς pro ὧς, i. οὕτως, sic, ita. Iliad γ'. Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. Et apud Soph. τὼς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο. ¶ Item, τὼς Doricè pro τούς.

Καθὼς, idem quod ὡς, ut, velut, sicut. Aristot. de mundo. Item, postquam, quum: Act. c. 7.

Ἕως, et poëticè εἵως, idem quod ὡς (ex quo factum esse per Atticum literæ ε pleonasmum, tradit Eust. sicut ἐὰν ex ἄν,) id est, ὅπως. Ut Od. τ'. ἀρώμενος ἕως ἵκοιο γῆρας, precans ut pervenires ad senectutem. Item, donec, usquedum, tantisperdum, quoad, quamdiu. Il. ή. Ἀλλ' ἀναχασσάμενος νῆχον πάλιν, ἕως ἐπῆλθον Ἐς ποταμόν. Od. μ'. Οἱ δὲ ἕως μὲν σῖτον ἔχον, καὶ οἶνον ἐρυθρὸν, Τόφρα βοῶν ἀπέχοντο, quam diu habuerunt frumentum et vinum, tam diu ab esu boum abstinuerunt. Plutarch. in Lyc. ἕως ἐπάνεισιν ἐκ Δελφῶν αὐτὸς, οὐδὲν ἀλλάσσειν, quoad ipse ex Delphis reverterit. Demosth. Olynth. 1. ἕως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλαβέσθε τῶν πραγμάτων. Cum optativo. ut apud Aristoph. ἕως ἀφίκοιτο, donec pervenerit. Cum subjunct. Herodot. νῦν γὰρ ἄν τι ἐπιδέξαιο ἔργον, ἕως νέος ἦς, quandiu es juvenis. Matth. c. 5. οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην, usque dum reddideris. Marci c. 6. ἕως αὐτὸς ἀπολύῃ τὸν ὄχλον, dum dimitteret turbam, vel dimisisset. Matth. 10. οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, exp. non obieritis urbes Israëlis, quin venerit filius hominis. † Xen. Pæd. 1. 6. 10.† ¶ Interdum ἕως significat, interim, ad tempus aliquod. Odyss. μ'. Οἱ δ' ἤτοι εἵως μὲν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς Ὄρνυον ἔνδον ἐόντες ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν. ubi Eust. ἕως exp. τέως. item, πρὸς τὸ παρόν. ¶ Ἕως interdum adjunctam habet aliquam particulam tempus significantem. Ut, ἕως ὅτε, pro ἕως, donec, quoad, apud Xen. Pæd. 5. Ἕως πότε; interrogativè sumitur, usquedum? quousque? sæpè apud Evangelistas. Dicitur et, ἕως νῦν, et, ἕως ἄρτι, apud eosdem, q. d. usque nunc. † ἕως ἔτι. Xen. Pæd. 1. 6. 9.† Et, ἕως σήμερον, apud Paulum. Et cum adverbiis loci. Ut, ἕως ὧδε, apud Luc. ἕως ἔξω τῆς πόλεως, apud eundem. Jungitur etiam aliis adverbiis. Cum ἄνω et κάτω, cum ἔσω, apud eosdem Evang. Et cum præposit. εἰς, apud Polyb. l. 3. ἕως εἰς τὸν χάρακα, usque ad vallum. ¶ Genitivo quoque jungitur. Qui interdum vacat. Ut, ἕως οὗ, pro ἕως, frequens in Novo Test. Sic et apud Herodot. ἕως οὗ ἀπέδειξαν. Dicitur et, ἕως ὅτου, pro, ἕως οὗ, itidem in Novo Test. i. donec, usquedum, quousque: interdum et pro, quandiu, sive tantisper dum. Legitur et apud Demosthen. ἕως ὅτου κομισαίμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν, i. donec. Dicitur et, ἕως τίνος; quousque? et, ἕως τινὸς, usque ad aliquod tempus. et, ἕως τούτου, huc usque, Luc. 22. Apud Aristot. verò de anim. l. 9. ἕως τούτου προέρχεται, ἕως ἂν μυκτὴρ ὑπερέχῃ αὐτοῦ, eatenus mergitur, quatenus ejus promuscis extat. Dicitur et, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, usque in hodiernum diem. et ἕως τοῦ νῦν, apud Matth. et Marc. et, ἕως ὥρας ἐννάτης, apud Matth. Marc. et Luc. Item, ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου, usque ad mortem Herodis, Matth. 2. Item, ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, Luc. 4. ἕως τοῦ οὐρανοῦ, usque ad cœlum. ¶ Ἕως, aurora, vide in Ἠώς.

Τέως, tam diu: cui respondet ἕως, quam diu. Luc. in Alcyone, ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, tam diu quam diu fuerint imperiti: vel, tantisper dum fuerint imperiti. ¶ Τέως, antea. Plato in symp. τέως γὰρ καὶ τὰ αἰδοῖα ἐκτὸς εἶχον, καὶ ἐγέννων, καὶ ἔτικτον, οὐκ εἰς ἀλλήλους, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν. ¶ Exponitur etiam, interim. Odyss. ό. ὁ δὴ τέως μὲν ἐνὶ μεγάροις Φυλάκοιο Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ, δέδετο, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων. Ex Demosth. τέως ἔτι, interim etiam. Ex Phalaride. τέως τοῦ παρόντος, ad hunc usque diem. (Aristoph. R. 1020. Luc. Prometh. in Verb. p. 15.) † Poët. τεῖως. Apollon. Arg. 1. 359.†

Εἵσοκε, ἕως ἄν. donec. Il. γ'. 409.)

ὨΦΕΛΕ'Ω, ῶ, F. ήσω, juvo, prosum: idem cum ὀφέλλω. † τινὰ εἴς τι, juvare aliquem vel prodesse alicui ad quid. Xen. Pæd. l. 3. p. 85. a. Aristoph. Nub. 577. ὠφελούσαις τὴν πόλιν. ὠφελῶσί τι τὸν χορὸν ἐκ τῶν δικαίων. 1114. et 1414. Xen. Pæd. 1. 4. 25.† ☞ A quo et originem traxisse creditur. Plat. epist. 7. ἀλλήλους εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. Luc. in Anach. ἐκείνην ἔσῃ τὰ μέγιστα ὠφεληκὼς, maximum in eam beneficium contuleris. Cum dat. apud Aristot. rhet. 1. et Dioscorid. (Eurip. Phœniss. 321.)

Ὠφελέομαι, οῦμαι, juvor, fructum et utilitatem capio. Thucydid. et Xenoph. † Cyri Pædiæ l. 1. 1. 2. et l. 2. 43. d. πρός τι.†

Ὠφέλημα, τὸ, adjumentum, emolumentum.

Ὠφέλησις, ἡ, utilitas, emolumentum. Soph.

Ὠφελήσιμος, ὁ καὶ ἡ, utilis, quo juvari possumus. Idem in Ajace.

Ὠφέλεια, ἡ, utilitas, emolumentum. Plat. polit. 1. et in Tim. † Xen. Pæd. 6. p. 159. a.† Item, adjumentum, auxilium: ut, ὠφέλειαν πέμπειν, Thuc. l. 1. Pro eodem poëticè dicitur ὠφελίη, sive ὠφελία. ut in Epigr.

Ὠφέλιμος, ὁ καὶ ἡ, utilis, adjumentum et emolumentum afferens. ὁ ὠφέλειαν ἐμποιῶν. Plat. polit. 1. τὸ αὐτῆς ὠφέλιμον παρασκευάζει. † Xen. Pæd. 6. p. 162. c.†

Ὠφελίμως, utiliter, cum commodo et emolumento: Diosc.

Composita.

Ἀντωφελέω, ῶ, vicissim adjuvo: unde, ἀντωφελεῖσθαι, apud Xen. [Memorab. lib. 2. cap. 8. §. 3. cui addas, cap. 10. §. 3. αἰσχύνοιτο δ' ἂν, εἰ ὠφελούμενος ὑπό σου, μὴ ἀντωφελοίη σε. Κύρ. Παιδ. lib. 1. Τὸ δ' ἔχοντα δύναμιν, ᾗ ἐστι μὲν φίλους εὖ ποιοῦντα ἀντωφελεῖσθαι, &c.]

Ἀνωφέλητος, non adjutus, nullo commodo affectus. Soph. Item, inutilis. Xen. Pæd. 1. † 6. 11.† (Æsch. Ch. 750.) [Soph. El. 1249. οἴμοι τάλαινα, τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς Ἀνωφελήτου, &c. Schol. ματαίας. ἐπ' οὐδεμιᾷ γὰρ ὠφελείᾳ ταύτην ἐποίησα· ἤγουν, οὐδεμίας ὠφελείας ἀπήλαυσα παρ' αὐτῆς. Antig. 656. ὅστις δ' ἀνωφέλητα φυτεύει τέκνα, Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους Φῦσαι, πολλὴν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων; 1278. ἄνολβα. Schol. ἀνωφέλητα.]

Ἀνωφέλεια, contrarium τῆς ὠφελείας. Laërt.

Ἀνωφελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, inutilis. Plat. in Crat. [Aristot. de Moribus. lib. 1. cap. 1. ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὢν, ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς.]

Ἀνωφελῶς, inutiliter, nullo commodo.

Ἀπωφελέω, juvo, prosum: idem quod ὠφελέω. Max. Tyr.

Βιωφελὴς, vitæ utilis, vitæ humanæ usibus idoneus: utitur Gell. l. 1. cap. 22.

Δημωφελὴς, populo utilis, Philo de v. M. l. 3. et apud Synes.

Δημωφελέω, populo prosum.

Ἐπωφελέω, insuper juvo seu prosum. Aristoph. in Nub.

Ἐπωφέλημα, utilitas. Soph. [Philoct. 280.]

Ἐπωφελὴς, utilis.

Ἐπωφέλεια, utilitas. Basil.

Ἐπωφέλιμος, idem quod ἐπωφελής. Pythag. in Carm.

Κατωφελὴς, idem.

Κοινωφελὴς, communem afferens utilitatem. Suid. (Æsch. Eum. 988.)

Κοινωφελία, communis utilitas.

Κοινωφέλιμος idem quod κοινωφελής.

Μεγαλωφελὴς, maximam utilitatem afferens, multæ frugis. Plut.

Οἰκωφελὴς, domui seu familiæ utilis. Theocr. Idyll. 29.

Οἰκωφελῶς, cum utilitate totius familiæ. Dion.

Οἰκωφελία, frugalitas toti familiæ utilitatem afferens: Od. ξ'.

Πολυωφελὴς, valde utilis, multam utilitatem afferens. [Aristot. Eth. Nicom. lib. 1. cap. 3. pag. 7. 4. Ed. Oxon. τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι, πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι. Xenoph. Ἱππαρχ. lib. 1. cap. 1. §. 1. σαυτῷ δὲ καὶ φίλοις, καὶ τῇ πόλει προσφιλέστατα, καὶ εὐκλεέστατα, καὶ πολυωφελέστατα.]

[Πολυωφελῶς. Aristoph. Thesm. 311.]

Προσωφελέω, insuper prosum et commodo: vel, adjuvo, auxilium affero. Eurip.

Προσωφέλημα, subsidium, auxilium. Eurip. (Med. 612.)

Προσωφέλησις, auxilium. Soph. [Philoct. 1440. Τίνα προσωφέλησιν ἔρξεις.]

Συνωφελέω, ῶ, unà prosum seu adjuvo. Xen. in Œcon.

ὨΧΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, pallidus. Athen. lib. 2. χρῶμα δ' ἀσίτων ἡμῶν γίνεται ὠχρόν. Luc. in Hermot. ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα καταλελυκότα.

Ὦχρος, ου, ὁ, pallor, palliditas. Iliad. γ'. ¶ Sic dicitur et legumen quoddam, Latinis ervilia, apud Aristot. hist. anim. l. 9. c. 40. et Theophr. de caus. pl. l. 4. c. 3.

Ὤχρα, ἡ, coloris quoddam genus à pallore denominatum. Galen. comm. 2. in l. Hipp. de victus ratione in morb. acut.

Ὠχρότης, ητος, ἡ, palliditas, pallor. Plut. de orac. Pyth.

Ὠχρίας, ου, ὁ, pallidus: dicitur tantùm de homine, cujus facies pallet, et velut ochra videtur esse profusa. Aristot. in prædicam. qualitatis.

Ὠχριάω, ῶ, palleo, pallore perfusus sum. Athen. l. 5. Item pallesco, pallore perfundor. Aristot. eth. 4. c. 8. (Aristoph. R. 309.)

Ὠχρίασις, pallor: vel τὸ pallescere. Plut. symp. 3. probl. 6.

Ὠχράω, idem quod ὠχριάω. Od. λ'.

Ὠχραίνω, pallefacio, pallidum reddo. Nic. in Alexiph.

Ὠχρόω, idem significare putatur quod ὠχραίνω. apud Suid.

Ὤχρωμα, pallor, palliditas corpori alicui inducta.

Composita.

Ἔνωχρος, ὁ καὶ ἡ, in quo pallor est: pallidum colorem in se habens.

Ἔξωχρος, præpallidus, admodum pallidus.

Κατωχριάω, perpalleo, perpallesco, admodum pallidus fio.

Κατωχράω, idem. in Epigr.

Πάρωχρος, ad pallidum colorem vergens.

Ὕπωχρος, subpallidus, quadantenus pallidus. Galen.

JACOBI ZUINGERI

PHILOSOPHI ET MEDICI BASILIENSIS,

GRÆCARUM DIALECTARUM

HYPOTYPOSIS,

SEORSIM PRIMUM SINGULARUM, TUM CONJUNCTIM OMNIUM,
TABULIS METHODICIS,

JUDICIO MEMORIÆQUE SERVIENTIBUS, PROPOSITA.

LÆTIS STUDIORUM INITIIS

GEMINI THEODORI:

ALTERIUS QUIDEM,

PASCHALIS GALLI,

VIRI CLARISS. PHILOS. ET MEDICI PICTAVIENSIS:

ALTERIUS VERO; PROPRII FILII, BENE COMPRECATUS

JACOBUS ZUINGERUS,

PASCHALI SUO;

Εὐδαιμονέστατα διάγειν.

TE appello, Clarissime Vir, cum FILIOS nostros debebam. Sed quando illi, in morem benè natorum à nostro pendent ore, quod Meo occino, id tu, me interprete, Tuo. Ait Philosophus, *λόγον μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων.* Quid ergò mirum, si præclara hac nota à bestiis distet in ipsa quoque infantia puer, cujus linguam à sollicitis matribus formari, ut articulatim, distincteque vocem edat? Id verò etiam in Literarum curriculo in usu venit. Ut rerum omnium postliminiò reminiscatur, quæ Platonis non spernenda sententia est, ductore opus habet, cujus monitis rectam viam ingrediatur. At solis nutibus nequicquam id fiet, ni sermonis præcepta singula, observanda indigitârint. Jam quia Græcorum jactis fundamentis, quicquid humanæ est vel divinæ scientiæ, jure debetur: illorum certè sermonis cognitio tàm necessaria est, ut qui aliàs loquelæ defectu non homo putari queat, Græci sermonis inscitia, non Sciens habendus sit. Id non nescivit decus literariæ tuæ Galliæ, Gulielmus Budæus. Ætate grandior Græcas didicit literas: et quod commendat stupendum ingenium hominis, quantumvis *ὀψιμαθὴς*, in Græciam, viam, vel *αὐτοδίδακτος* invenit: maximoque bono *τῶν ἐπιγενομένων*, inoffensam eam et facilem patefecit. Scilicet is Censorii Catonis exemplum secutus est, qui senex Græcè didicisse, à Plutarcho traditur. At ipsa jam Græca lingua copia verborum diffluit, quam componendorum festivitas ita restinguit, ut pro concisa minimeque redundante habeatur. Est tamen præter ambigua vocum significata, tàm varia dialectorum idiotismis, ut nisi hac parte discentium infirmitas sublevetur, nimio satius difficilem impeditamque se objiciat. Heic ergò mihi, vel opera duntaxat subcisiva, desudandum existimavi, et uno quasi obtutu, quæ notanda varietas esset, non magis exacta, quam cuivis obvia methodo, regulis et canonibus ferè perpetuis edocendum. Non fui subveritus, eandem proprietatem, diversis id locis poscentibus, identidem ingeminare. Communis quidem regula, ad plura se extendens, compendio servit: sed damnosa obscuritas est, quam secum vehit, usumque præceptorum et impeditum et inutilem discentibus reddit. Quod si jam operæ curæque precium est, quod feci, quibus id verius, quàm Nostris fecisse videbor? Nostris, inquam, ea in ætate constitutis, qua similes variegatis Psittacis, maturi judicii penuriam, Latini, Græci, Hebraici sermonis oblectamento compensent: eò liberius subinde ad RERUM notitiam, cujus ambitu vitæ humanæ beatitas inclusa est, provehendi. Memor sum nostræ juventutis, quam magnam partem in Italia egimus. Ibi tum, Venetiis imprimis occasionem quotidiani convictus Græcorum sollicitè petebamus: ea nimirum cupiti sermonis usum sine majore labore facilem nobis comparaturi. Sed nulla fuit, quod omnes barbarè, non Græcè loquerentur: vel si fuit peregrinis nobis minus secura, tutave putabatur. Viximus interea vita, studiisque unanimes. Ego candore tuo delectatus, unicè gaudebam, ingenuitatem meam ita probari tibi, ut voluntas utriusque communis esset, quodque vellet alter, alter non nollet. Italiam universam perambulavimus, plantarum sarcinas, quæ tum istius philosophematis nostra cupido erat, humeris gestavimus, quæque literariæ peregrinationis prima est utilitas, doctos, quos licuit, Antonium Musam Ferariæ, Mercurialem, Aldroandum, Tagliacotium, Costæum Bononiæ: Andream Baccium Romæ; Portam Neapoli, viros ad invidiam præclaros omnes: binos idem solertes Pharmacopœos, Ferdinandum Imperatum Neapoli, Joannem Ponam Veronæ, qui rerum naturalium accurata notitia in omnium ore versabantur, nobis conciliavimus. Adjuti nimirum virtute et doctrina verè illustris Jo. Vincentii Pinelli, bonorum omnium communis amici, tum Herculis Saxoniæ, medici et Philosophi perelegantis, amborum Patavii Antenoris viventium. Ita peregrinati sumus. Quod eò libentiùs hac occasione publicè profiteor, qua nostram prolem ad mutui amoris fraternum adfectum, paternæ adolescentiæ exemplo, eorundemque studiorum communitate invitandam duxi. Ut ergo tu mecum quantumvis absens jugiter es: sic hoc literariæ amicitiæ communi nexu Theodoros quoque nostros devincio: ut ubi ubi fuerint memores dicti Homerici:

Ξεῖνοι ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι, Parentum vestigiis innutriti, discant se mutuò amare. Uterque Theodori Zuingeri, quem nemo non magni inter mortales æstimavit unquam, fert nomen. Utinam, utinam quod tuum pariter votum est, omine nominis, et Deo servire et proximo prodesse, *τετραγόνου δίκην* ex animo conetur uterque. Qua bona spe jam finem facturus, tibi Meum ita commendo, ut mihi Tuus perpetuò alterius filii loco futurus sit. Optimè vale. Basileæ, 16 Novemb. 1605.

DIALECTUS ATTICA.

ATTICORUM et Ionum antiquitùs eadem fuit sermonis proprietas et Attica Europææ Ioniæ pars. Crescente verò multitudine postea quam missæ in Asiam coloniæ, Ionum appellationem usurpassent, cæteri, qui remansêre, avito Atticorum nomine retento, vernaculam suam magno studio excoluerunt, opeque præclarorum ingeniorum, Lysiæ, Platonis, Aristotelis, Æschinis, Isocratis, Xenophontis, Demosthenis, Aristophanis, et aliorum longè lateque propagârunt, ut rectè dixerit Fabius, Venerem, Atticis concessam, ne Græcos quidem in alio genere linguæ obtinuisse. Horum ergo dialectum, vel sermonis genus, ea methodo, quæ discentibus facilis, docentibus perportuna futura est, considerabimus, et ostendemus primùm generalissima divisione, quænam obtineat peculiaria, ratione tum

- *Significationis.* Hæc enim unius et ejusdem dictionis apud diversas gentes nonnunquam diversa est. Attici ergo præter communem usum cæterorum Græcorum aliam significationem tribuunt partibus orationis: quod nonnullis exemplis docebimus,
  - *Articulorum.* Quis enim communiter sit usus præpositivi ὁ, non ignoratur. Attici tamen attribuunt illi significationem nominis interrogativi et infiniti τις: ut, apud Demosthenem, τοῦ χάριν ταῦτα λέγω, pro τινὸς χάριν. Τὸ etiam pro τοῦτο usurpant, ut et τόγε, et ὅγε, pro οὗτος. Compositivum etiam ὅδε pro οὗτος· τόδε pro τοῦτο: et extra compositionem ὁ δὲ, pro οὗτος δέ. Pari ratione postpositivum ὃς, pro pronomine οὗτος: ut, apud Platonem, ἦδ' ὃς, pro ἔφη δὲ οὗτος.
  - *Nominum.* Προμήθης communi dialecto est providus: Atticè figulus. Ὦτος, avicula nycticoraci similis: Atticè, homo simplex, fatuus. Ὄρνις, avicula quævis: Atticè gallina. Τέχνη ars: Att. ars mechanica. Μάμμη, avia: Att. mater. Γραμματεῖον, libellus, tabella: Att. locus, in quo pecuniæ reponuntur. Ῥυπὸς, sordes: Att. cera sigillaris. Ἄστυ, urbs: Atticè Athenæ. Μουσικὴ, ars musica: Att. ars quævis. Ἰδίως διδασκάλους λέγουσιν, ait Etymologus, οἱ Ἀττικοὶ, τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ἢ τῶν κωμῳδιῶν, ἢ τῶν τραγῳδιῶν.
  - *Pronominum.* Οὗτος pro ἐγὼ ab Atticis usurpari testis est Schol. Aristophanis.
  - *Verborum.* Ait Suidas βαστάζειν, Atticis non esse ἆραι, portare, sed rem aliquam manu contrectando, pondus ejus explorare: ut, apud Homer. Odyss. φ'. v. 405. Αὐτίκ' ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε καὶ ἴδε πάντα. Annotat Aristophanis scholiastes in Pluto χολᾶν Atticis significare, furere, μαίνεσθαι: communiter autem θυμοῦσθαι, irasci. Ἐθέλω, volo: Att. δύναμαι, possum: ut, apud Platonem, τὰ χωρία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν. Θαυμάζειν, admirari: Att. mercedem dare. Ἰδεῖν τινα, videre aliquem. Att. colloqui cum aliquo. Καλοῦμαι, voco: Att. in jus voco.
  - *Adverbiorum.* Οὐδὲν μᾶλλον, nihil magis, apud Thucydidem, Atticorum scriptorum principem, idem est, quod simplex οὐ. Scholiastes Thucydidis illud οὐδὲν μᾶλλον reddit per οὐδόλως. Οὐ γὰρ ἀλλὰ, non enim, vel, sed non, Atticè pro καὶ γὰρ dici Aristophanis schol. habet. Ita ἧττον minus, Atticè significat οὐδαμῶς, nequaquam.
  - *Conjunctionum.* Δὲ, communiter, vero: Atticè significat δὴ, sanè, item ἀλλὰ, sed, γὰρ, enim, καὶ, et, ut annotat Thucyd. enarrator, Atticè etiam significat idem quod ἔτι, adhuc. Ἀλλὰ communiter sed, hortando utuntur Attici, ut Corinthus scribit. Ὡς pro ἐς et πρός.
  - *Præpositionum.* Ἐν utuntur Atticè pro εἰς: ut ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐμβὰς, pro εἰς τοὺς ἀποστόλους. Εἰς pro ἐν: ut, εἰς οἶκον εἶναι, pro ἐν οἴκῳ. Ὑπὸ pro πρό: ut, ὑπόθεσις pro πρόθεσις. Ἐπὶ pro κατά.
- *Vocis* seu dictionis, quatenus ea, cum ore formatur, tum linearibus notis scribitur. De hac latissimus est dicendi campus, in quo, ne multitudine dicendorum obruamur, distinctè notanda est varietas, quæ se offert in
  - *Una* tantùm dictione. Hæc enim apud Atticos vel
    - *Omninò* diversa est à communi Græcorum loquendi consuetudine: atque adeò solis Atticis propria. Ait Plato in Cratylo, οὕτω δὲ καὶ ταῖς πόλεσιν ὁρῶ ἴδια ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κείμενα ὀνόματα, καὶ ἕλλησι παρὰ τοὺς ἄλλους ἕλληνας, καὶ ἕλλησι παρὰ βαρβάρους. Talia sunt Atticis propria Mensium nomina: ἑκατομβαιὼν, Junius: μεταγειτνιὼν, Julius, &c. Τριώβολον, διώβολον, Atticorum numismatum nomina. Ἀπληγὶς, teste Polluce, vestis simplex est, nullis rugis plicata. Σαυλὸς, scribit Hesychius, apud Atticos significare mollem, delicatum. Πόμαλα, minimè gentium. Ἀλευρότησις, indumentum. Plura annotat H. Stephanus, de Attica dialecto.
    - *Ex* parte tantum: aliquot literis transpositis, mutatis, aut penitus sublatis. Quod generatim prius, tum specialim docebimus: ut si quæ generalem supputationem confusionis vitandæ causa, non attingent, speciali examini inserantur: quæ vero specialiùs ob sui copiam recenseri omnia non possunt, ad generalem classem referantur. Hanc ergo diversitatem expediemus, tum
      - *Generaliter* ratione primorum dictionis principiorum, Literæ et Syllabæ: quorum considerationem vulgus Grammaticorum, illius quidem Orthographiæ, hujus verò Prosodiæ demandat. Afficiunt quidem hæc ipsa principia, dum patiuntur, et variè immutantur, suum opus. Sed cùm dictio, qua talis est, peculiari sua proprietate gaudeat: eam Etymologicæ classi relinquemus, et impræsentiarum generatim duntaxat Atticas literarum et syllabarum affectiones adumbrabimus. Vide sign. A
      - *Specialiter*, revocantes eam ad singulas Etymologiæ partes distinctas. Vide sign. B.
  - *Pluribus*, quocunque modo syntacticè cohærentibus. Vide sign. C.

- **A.** *Generales* Atticarum vocum affectiones exhibent, tum
  - *Orthographia*: quæ non externam respicit literarum formam, sed quantitatem et qualitatem: quatenus vel plures sunt, vel pauciores: vel saltem aliæ ab hactenus consuetis. Ergo in dictionibus singulis habenda est ratio literarum, tum
    - *Quantitatis*. Nam solent Attici, iis vocabulis, quæ sunt communis Dialecti, literas vel
      - *Adjicere* novas alias: idque tum in
        - *Initio*, per πρόσθεσιν, ut inde dictio augeatur, tum Litera Γ: ut, γλάμων pro λήμη: tum Syllaba, Ε: ut, ἑώρακα pro ὥρακα. Α: ut, ἄσταχυς, pro στάχυς. Dicunt hoc proprium Atticorum esse, ut initio abundet α. Sunt quoque apud ipsos frequentes Anadiplasiasmi, quod ex augmentis verborum clarissimè perspicietur: ut, ἤγαγον pro ἦγον.
        - *Medio*, per ἐπένθεσιν, ut accedat, vel sola litera, vel syllaba. *Litera* quidem, Ι: ut χροιὰ pro χρόα, quod Stephanus libenter concedit Atticum esse, cùm eo sæpiùs utatur Aristophanes. Τ: ut, πτόλις, pro πόλις, quod inquiunt veterum Atticorum fuisse; ἀνύτω pro ἀνύω. Ρ, ut, κατέῤῥεξε pro κατέρεξε. Observat enim Eustathius literæ ρ geminationem consuetam esse Atticis. *Syllaba* verò: ut, Ο: ἀγήοχα pro ἄγηχα, κοράμβη pro κράμβη: et meritò ait Corinthus, cum dictum sit ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας ἀμβλύνεσθαι, quod pupillas hebetet. Quamvis H. Stephanus vocem illam haud quaquam Atticam, et ne Græcam quidem existimet. Ω, quod veteres Attici interponebant: ut, εἴωθα pro εἶθα, ita quidem, ut iota diphthongi eliderent, et ἔωθα pro εἶθα dicerent: quod tamen nonnullis est Æolicum, pro ἦθα, præter. medio verbi ἔθω. Δο: ut, ἐδήδοκα, pro ἔδηκα. Να: ut, ἀμυνάθω pro ἀμύνω. Κα: ut, διώκαθω pro διώκω.
        - *Fine*, per παραγωγὴν, ut accedat tum *Litera*: ut, Ν. ἐφελκυστικὸν, dativis pluralibus et tertiis verborum addunt sequente licet consonante: ut, εἰσῆλθεν πόλιν. Quanquam tertiæ quoque plusquamperfecti id ipsum præter aliorum usum adjicere sunt soliti: ut ᾔδειν pro ᾔδει, tum *Syllaba*: ut, Ι, οὑτοσί, pro οὗτος, λῃσταῖσι pro λῃσταῖς, νυνὶ pro νῦν. Δί: ut, νυνδὶ pro νῦν, ἐνθαδὶ pro ἔνθα. Θα: ut, ἔφησθα pro ἔφης, οἴδασθα pro οἶδας, ἦσθα, pro ἦς. Hoc enim H. Stephanus inter atticismos refert. Huc etiam pertinent dictiones παραπληρωματικαὶ, δη, γε, θεν, ουν, ωστε: ut, τόνγε pro τὸν, ὁτῳοῦν pro ὅτῳ, &c. Ει: ut, οἱονεὶ pro οἷον. Τι: ut, πάνυτι pro πάνυ. Χι: ut, ναιχὶ pro ναί.
      - *Demere* hactenus usitatas, idque tum in
        - *Initio*, per ἀφαίρεσιν, *Syllabæ*, Ε: ut, συγγεγόνει, pro ἐσυγγεγόνει, μοῦ pro ἐμοῦ. Α, intercedente apostropho: ut, τῇ 'γορᾷ pro τῇ ἀγορᾷ.
        - *Medio* per συγκοπὴν, *Literæ*, Ι, quam ex diphthongis auferunt: ut, κλάει pro κλαίει, χρύσεος pro χρύσειος, ποεῖν pro ποιεῖν, ὑὸς pro υἱὸς, quod ab Eustathio dicitur Atticum esse. Β: ut, βόλιτον pro βόλβιτον, apud Corinthum. Σ: ut, νομιῶ pro νομίσω. *Syllabæ* vero, Ο: ut, οἶμαι pro οἴομαι. Ω: ut, ἑκατέρθεν pro ἑκατέρωθεν: Ει: ut, ὄφλω pro ὀφείλω. Δα: ut, οἶσθα pro οἴδασθα, quod Stephanus Atticis attribuit.
        - *Fine*, per ἀποκοπὴν, *Literæ*, Ν: ut, ἄλλο pro ἄλλον, καλὸ pro καλόν. *Syllabæ*, Ι: ut, πρῷ pro πρωΐ. Να: ut, ἀπόλλω pro ἀπόλλωνα, κρείττω pro κρείττονα. Amant enim concisiones Attici, teste Corintho. Νον: ut, κάρα et Ionicè κάρη pro κάρηνον. Σα: ut, βασιλὶς pro βασίλισσα. Τός: ut, πρέπον pro πρεπόντως, ut vult Corinthus. Hoc tamen pernegat Stephanus.
    - *Qualitatis*, quando mutatio fit per ἀντιστοιχίαν. Mutantur enim
      - *Vocales*
        - Una
          - A in
            - Ε, ut λεὼς pro λαὸς, ὕελος, pro ὕαλος.
            - Η: ut, ἠνειχόμην, pro ἀνειχόμην, in verbis compositis cum præpositione ἀνά. Hoc agunt quoque Attici in 4. verbis secundæ circumflexorum, et α ex contractione natum mutant in η, nec tamen iota subscribunt: ut, ζῶ, ζῇς, ζῇ: πεινῶ, πεινῇς: διψῶ, διψῇς: χρῶμαι, χρῇ, χρῆται, χρῆσθαι: quo pertinet τάε, τῆ imperativus, à τάω, τῶ. Sic apud Homerum Ulysses, τῆ κύκλωψ, πίε οἶνον. Dicunt etiam ὀπιδὸς pro ὀπαδὸς, ἀλοιάσω pro ἀλοιάσω.
            - Ο: ut, ὀσταφὶς pro ἀσταφὶς apud Athenæum, ὀσταχὶς pro ἀσταχίς.
            - Ω: ut, κρώζω, pro κράζω. Atheniensib. usitatum fuit, teste Etymologo.
          - E in
            - Α: ut, βδάλλω, pro βδέλλω.
            - Η: ut, ἠδυνάμην pro ἐδυνάμην.
            - Ι: ut, ὁδὶ pro ὁδὲ, τοιοσδὶ pro τοιοσδέ.
            - Υ: ut, in contractionibus, τοὔνδυμα pro τὸ ἔνδυμα. Hoc annotat Jo. Gramm.
            - Ο: ut, πέπομφα pro πέπεμφα.
            - ΑΙ: ut, δαὶ pro δέ.
          - H in
            - Α: ut, ἀνάβαθι ascende, pro ἀνάβηθι. In paucissimas hoc egerunt, dicit Caninius suavitatis causa: ut, κάλη pro κήλη: ἀχέτας pro ἠχέτης. δάματερ pro δήμητερ, admirantis adverbium. Sic è λήμη fecerunt γλάμων, suavitatis causa.
            - Ε: ut, νεὼς pro νηός.
            - ΕΑ: ut, ἑάλωκα pro ἥλωκα.
            - ΕΙ: ut, κείρυλος pro κήρυλος.
          - I in Ε: ut, ἴρεδες pro ἴριδες, teste H. Stephano.
          - O in
            - Ι: ut, δευρὶ pro δεῦρο.
            - Ω: ut, δύω pro δύο, νεὼς pro ναὸς, βασιλέως pro βασιλέος.
        - *Plures* etiam vocales inter se permutant Attici:
          - ΑΕΙ in Η, sine iota subscripto, quod in nonnullis verbis Attici cum Doribus commune habent: ut, πεινῆς, pro πεινάεις, διψῆς pro διψάεις.
          - ΑΕ in ΟΥ, in quibusdam compositis ex ἔτος: ut, τριακοντούτης pro τριακονταέτης.
          - ΑΟ in Ω: ut, ἵστω pro ἵσταο.
          - ΕΑ in Α: ut, πειραῖα pro πειραιέα.
          - ΕΙ in ΕΙ͂: ut, πηλείδης pro πηλεΐδης.
          - ΕΟ in
            - ΕΙ: ut, πλεῖν pro πλέον, δεῖν pro δέον.
            - ΟΥ: ut, ἐτίθου pro ἐτίθεο, quod excussit σ, pro ἐτίθεσο.
          - ΕΩ in Ω: ut, πειραιῶς pro πειραιέως.
          - ΗΙ͂ in Η. cum iota subscript. ut, νηρῇδα pro νηρηΐδα.
          - ΟΕ in ΟΥ, in iis compositis, quorum pars prior desinit in ο, posterior ab ε incipit: ut, φυτουργος, pro φυτοεργος. Excipiantur tamen composita ab ὁμοῦ. Dicunt enim ὁμοεθνὴς, non ὁμουθνής. Composita etiam ab αὐτὸς excipiantur: quamvis αὐτουργὸς legatur, pro αὐτοεργός. Sin pars posterior incipiat ab ει diphthongo tum nulla fit contractio: ut, ὁμοειδής.
          - ΟΙ͂ in ΟΙ: ut, οἶς pro ὄϊς. Hoc tamen Poëtis adscribit Antesignanus.
          - ΟΟ in ου: ut, δίδουσο, δίδοο, δίδου.
          - ΩΙ in Ω cum iota subscripto: ut, λῷον pro λώϊον.
      - *Diphthongi*. Vide sign. D. *Consonantis*. Vide sign. B.
  - *Prosodia*: quæ syllabarum affectiones expendit. Tempus, Spiritum, Tonum, Passiones: de quibus sign. F.

D. *Diphthongos* quoque permutant Attici:

- AI in H cum iota subscripto: ut, ἐμίηνα aoristus primus, à verbo μιαίνω.
- EI in
  - H cum iota subscripto: ut, βασιλῆς pro βασιλεῖς. Aliqui iota non subscribunt. Henricus Stephanus reprehendit Jo. Grammaticum, aliàs dictum Philoponum, quòd iota subscripti nullam fecerit mentionem, et hanc mutationem tantùm pluralibus tertiæ contractorum adscripserit: cùm testetur Eustathius, id etiam in verbis fieri: ut quando dicunt ᾔκαζον pro εἴκαζον. Apud Aristophanem invenitur ἱππεῖς, non ἱππῆς, et è contra Ἀχαρνῆς, non Ἀχαρνεῖς.
  - EΩ: ut, ἀφίεωκα pro ἀφεῖκα, ἀφίεωνται pro ἀφεῖνται.
  - HÏ: κλῃῗδα pro κλεῖδα.
- OI in
  - EI: ut, δυεῖν pro δυοῖν, πεῖος pro ποῖος, apud antiquos Atticos.
  - Ω cum iota subscripto: ut, κλῳὸς pro κλοιὸς, νεῴ pro ναοὶ, templa.
- ET in HT: ut, ηὐχόμην pro εὐχόμην.
- OT in Ω: ut, μενέλεω pro μενελάου.
- H cum iota subscripto in EI. ut, βούλει pro βούλῃ.

E. *Consonantes* itidem permutantur apud Atticos:

- *Mutæ,*
  - Π in Φ: ut, apud Etymologum, ἀσφάραγος pro ἀσπάραγος.
  - K in Γ: ut γναφεῖον pro κναφεῖον. Sic Grammaticus et Corinthus. Quamvis autem id improbet H. Stephanus, colligimus tamen ex Aristophanis Scholiaste, antiquos Atticos dixisse κναφεῖον, à κνᾶν radere: posteriores autem γναφεῖον.
  - B in Λ: ut, βόλιτος pro βόβιτος, asinorum fimus.
  - Γ in B: ut, βλήχων pro γλήχων, dictamnus. Observat hoc Aristoph. Scholiastes et Corinthus.
  - Δ in
    - Σ: ut ὀσμὴ pro ὀδμὴ, ἴσμεν pro ἴδμεν.
    - T: ut, ἐντελέχεια pro ἐνδελέχεια: Hoc tamen non vult H. Stephanus Atticis attribui debere, necessarium esse dicens, ut priùs quàm de dialectis feratur judicium, constet, quænam prima sit et vera dictionis alicujus scriptura.
  - X in Ξ: ut, διξὰ pro δίχα, τριξὰ pro τρίχα, πένταξα pro πένταχα. Sic Eustathius.
  - Θ in
    - Σ: ut, κλαυσμὸς pro κλαυθμὸς, apud Etymologum, ἀρισμὸς pro ἀριθμός.
    - T: ut, κολόκυντα pro κολοκύνθη, ut vult Corinthus. Contrarium scribit Caninius, τ in θ mutari Atticè, ut, κολόκυνθα pro κολόκυντα.
    - Φ: ut, φλᾶν pro θλᾶν, quod Eustathius observat.
- *Semivocales quæ etiam inter se Attica dialecto permutantur.*
  - Λ in
    - Γ: ut, μόγις, vix, pro μόλις. Corinthus.
    - P: ut, κρίβανος pro κλίβανος. Hoc non probat Stephanus, quamvis Grammaticus eo exemplo utatur. Sequendo enim Etymologiam, ait, ex κρίβανος factum est κλίβανος, et ρ potius in λ mutatum, quàm vice versa, ποδαργία quidem pro ποδαλγία, et ἀργαλέον pro ἀλγαλέον dici videtur. Sed et hæc ipsa, ait Stephanus, non carent controversia.
  - M in Σ: ut, πέφασμαι pro πέφαμμαι, μεμόλυσμαι pro μεμόλυμμαι.
  - N in Λ: ut, πλεύμων, pulmo, pro πνεύμων: λίτρον pro νίτρον.
  - P in Σ: ut, μυρσίνη, pro μυῤῥίνη, myrrhus: apud Jo. Grammaticum et Corinthum, quod tamen penitus negat H. Stephanus.
  - Σ in
    - T: ut, τεῦτλον pro σεῦτλον: et si duplex fuerit σ in duplex τ: ut, ἐλάττων pro ἐλάσσων, πίττω pro πίσσω. Lucianus in judicio vocalium asseverat, in plerisque hanc mutationem locum non habere, præsertim simplicis σ in τ initio dictionis. Ælius Dionysius refert, primum Periclem vitasse oris conformitatem, quæ fit in pronuncianda litera σ, tanquam indecentem, quum se, adhibito in consilium speculo, exerceret. Annotat H. Stephanus Thucydidem, qui primas teneat inter Atticæ linguæ scriptores, nunquam has literas invicem permutare, dicereque non θάλαττα, sed θάλασσα. Id tamen Xenophontem et Demosthenem agere. Putatur etiam μεταίχμιον Atticum esse pro μεσαίχμιον, τύρβη pro σύρβη.
    - Δ: ut, πέφραδμαι pro πέφρασμαι.
    - P: ut, ἄῤῥην pro ἄρσην: præsertim ubi literam ρ sequitur σ. Hoc Eustathius vult: contrarium planè Corinthus, ρ nimirum pro σ apud Atticos in usu esse, ut dicant ἄρσην pro ἄῤῥην. At H. Stephanus adversatur Corintho, et Aristophanem ἄῤῥην dicere, non ἄρσην ostendit. Et quamvis apud Thucydidem θάρσος legatur, legi tamen etiam apud eundem θάῤῥος, ut passim, apud Platonem, Demosthenem, Aristophanem. Unde colligere liceat, θάρσος, antiquissimam dictionem, à posteris in θάῤῥος, σ nimirum in ρ, mutatum fuisse.
    - Ξ: in compositis a σύν: ut, ξύμπας pro σύμπας, ξύμμαχος pro σύμμαχος. Hoc semper agit Thucydides: non item Xenophon et Demosthenes. Extra compositionem etiam ξὺν pro σὺν dicit Thucyd. Annotat Eustath. ἀναξυρὶς dici pro ἀνασυρὶς, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι.
  - Z in
    - Δ: ut, κνίδη pro κνίζα, nidor.
    - Ττ: ut, συρίττω pro συρίζω, apud Corinthum.
  - Ξ in Σ: ut, παίσω, pro παίξω, a παίζω, Caninius.

F. *Prosodia* Attica circa syllabas versatur, et earum tum

- *Quantitatem.* Heic Attici vocales
  - *Ancipites,*
    - *Producunt:* sunt enim illorum productiones propriæ. Ergo
      - A, in βασιλεία, ἀτρία, producunt: item in ἀληθεία, ἀγνοία. Aliàs enim α breve, suntque propterea proparoxytona. ἀλήθεια, ἄγνοια.
      - I, in ὄρνις, εὐκνῆμις, aliisque nonnullis producitur: quando aliàs barytona in ις in omnibus casibus corripiuntur.
    - *Corripiunt,* apud Comicos et Tragicos I. ut, ἴσος prima correpta pro ῖσος prima producta. Sic ἡμὶν et ὑμὶν vel ἥμιν posteriora habent correpta, pro ἡμῖν et ὑμῖν: ideo amittunt circumflexum, qui productionis nota est.
  - *Correptas,* producunt, ο nimirum in ω mutatum: ut videre est in genitivis in εως, à recto in ευς, βασιλέως pro βασιλέος.
- *Qualitatem:* et quidem syllabarum, vel
  - *Integrarum.* Vide sign. G.
  - *Affectarum,* et apostropho immutatarum. Apostrophum Attici initio quoque dictionis usurpant, ut vocalis brevis sequentis dictionis, à præcedentis vocali longa vel diphthongo obliteretur: ita quidem, ut ambæ dictiones vel
    - *Disjunctæ* maneant: ut, ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθέ: ποῦ 'στι, pro ποῦ ἐστί.
    - *Conjungantur,* per crasin, et in unam coalescant: ut, ὦναξ pro ὦ ἄναξ: ὦνερ pro ὦ ἄνερ.

G. *Integras* syllabas affectis opponimus, et quo pacto Atticè comparatæ sint, examinamus respectu tum

- *Accentus.* Hunc Attici vel
  - *Transferunt* in aliam syllabam: nimirum ex
    - *Ultima* in
      - *Penultimam:* Ergo
        - *Oxytonum* vertunt Attici in Paroxytonum et Properispomenon: ut, τρίτης pro τριτὴς, ἴδε pro ἰδὲ, λάβε pro λαβὲ, quod in aliquot Imperativis agunt, εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ: quamvis communis dialectus, Atticos in tribus his verbis imitetur: ut apud Aristophanem εἰπέ μοι, φιλεῖς ἐμέ: Item μῶρος pro μωρός.
        - *Perispomenon* mutant Attici in Properispomenon: ut, ἧμιν pro ἡμῖν.
      - *Antepenultimam.* Ex Oxytono faciunt Attici Proparoxytonon: ut, πόνηρος pro πονηρὸς, ἀσκλήπιος pro ἀσκληπιὸς, apud Demosth.
    - *Penultima* in
      - *Ultimam.* Paroxytonum vertunt in Oxytonum Attici: ut, ἀκανθοπλὴξ pro ἀκανθόπληξ.
      - *Antepenultimam.* Ex Paroxytono faciunt Attici Proparoxytonum, licet ultima sit longa: ut, πόλεων pro πολέων. Id imprimis fit in Hyperdissyllabis quartæ simplicium: ut, εὔγεως, Μενέλεως, Νικόλεως. Ex Properispomeno etiam faciunt Proparoxytonum: ut, ἄγροικος pro ἀγροῖκος.
    - *Antepenultima* in Penultimam. Ex Paroxytono faciunt Attici Proparoxytonum, et Properispomenon: ut, ὀρνίθες pro ὄρνιθες, λυδίον πεδίον, pro λύδιον πέδιον: τροπαίον pro τρόπαιον, ὁμοῖον pro ὅμοιον, εὐγνῶμον pro εὔγνωμον.
  - *In* eadem syllaba retinent: mutant tamen, et
    - *Ex* Oxytono faciunt Perispomenon: ut, γλαῦξ pro γλαὺξ, φαλῆς pro φαλής.
    - *Ex* Perispomeno faciunt Oxytonum. Cùm enim communiter omnis genitivus, cujus ultima est longa, si in ea tonum habeat, circumflectatur, Attici duos excipiunt, λεὼ et νεώ. Sic in ες pluralia Atticè acuunt penultimam: ut, γυναίκες pro γυναῖκες, χείρες pro χεῖρες.
    - *Desinentia* in ω Attica acuuntur, eò quòd ω finale circumflecti non possit nisi in Attica apocope: ut, ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, κυκεῶ pro κυκεῶνα, ἰδρῶ pro ἰδρῶτα.
- *Spiritus.* Hunc amant asperum, præsertim in ἀθροιστικοῖς, ut testatur Eustathius, α enim ἀθροιστικὸν adspirabant, et ἅθρους dicebant, non ἄθρους: ἕνος pro ἐνιαυτός: unde ἄφενος ait Stephan. ὁ ἀπὸ ἐνιαυσίων γεννημάτων πλοῦτος, divitiæ, ab iis quæ annuatim nascuntur. Mutant ergo tenues in aspiratas: ut, ἕλιξ pro ἔλιξ, ἅμαξα pro ἄμαξα, Teste Tzetze. Quod locum attinet, cui inscribitur, is non prima tantùm est, sed etiam
  - *Ultima.* Hæc enim Atticè recipit et
    - *Densum,* teste Tryphone apud Athenæum lib. 9. ut, ταὧς: quamvis alii malint cum tenui. Litera densa aliquando, ut docet Eustathius, in densum spiritum abit. Densæ enim cum denso scribebantur: ut, ἱθὸς.
    - *Tenuem.* Est Canon Athenæi: Nomina quæ exeunt in ος purum, ultimam tenuant: ut πρᾶὀς, υἱὸς, λαὸς, κριὸς: ναὸς, λεὼς, μενέλεως.
  - Penultima. Ait Eustathius composita differentiæ causa in medio spiritum mutant. Exprimitur ergo uterque et
    - *Tenuis:* ut, Εὐαίμων, Φίλιππος, Εὐρύαλος, quæ propria sunt nomina. Item ἄϊκων, ταλαίφρος.
    - *Densus;* ut, ἀμφιαλὸς, μαλιεθὸς. συνέφρρος, ἐξέδρα. Ἐξισία, ἐσήλατο, in antepenultimis.

B.

Quod si jam generales Atticæ linguæ proprietates, ad speciales Etymologiæ classes adhibuerimus, apparebunt, ceu in speculo, illustriores. Recenseamus partes orationis, in quibus singulis communis formatio diversimodè accipitur ab Atticis:

- *ARTICULUS* quo pacto communiter habeat, non ignoratur. Attici tamen aliter efferunt
  - *Simplicem*, præpositivum et postpositivum. Vel enim
    - *Declinant* eos more nominum, quibus adhærent, aut à quorum terminatione non discrepant: ut, τοῖσι λόγοισι pro τοῖς λόγοις.
    - *Adjiciunt* eis per paragogen voculas συμπληρωματικὰς, δη, γε, ουν, ποτε: ut, τόνγε pro τὸν, ὅγε pro ὃ, ὁτῳοῦν et ὁτῳδήποτε pro ὅτῳ.
  - *Compositum*. Nam
    - Ὅδε, ἥδε, τόδε, ultimum ε Attici mutant in ι, translato etiam tono: ut, ὁδὶ, ἡδὶ, τοδί. Id etiam in reliquis casibus. Dicunt enim τησδὶ, τῃδὶ, τηνδί.
    - Ὅστις, in genitivo habet οὗτινος, &c. Attici vero id ipsum declinant, ac si esset ὅτος, et ratione terminationis duntaxat flecteretur. In Genitivo ergo dicunt ὅτου, in Dativo ὅτῳ, ὁτῳοῦν, et ὁτῳδήποτε pro ᾧτινι: in plurali ἅττα. Hoc tamen est Atticum pro ἅσσα: et hoc pro ἅτα: quod dicitur quasi esset ἅτινα. Nam cùm Megarenses, ut annotat Caninius, usurpent σ, pro τ, σα dicitur pro τα: et hoc pro τινά.
- *NOMEN* plura habet accidentia, quæ seorsim singula examinanda sunt.
  - *Species* Derivativa: est vel
    - *Comparativa* vel superlativa. Heic ergo Attici comparativum et superlativum terminant in
      - Αἵτερος et αἵτατος: ut, φίλος, φιλαίτερος, φιλαίτατος, pro φιλώτερος, φιλώτατος: περαιὸς, περαίτερος, pro περαιότερος, γεραιὸς, γεραίτερος, pro γεραιότερος.
      - Ἴστερος et ἵστατος: ut, λαλὸς, λαλίστερος, λαλίστατος, pro λαλότερος, &c. ὀλιγίστερος pro ὀλιγότερος. Iones pro ίστερος dicunt έστερος, quo etiam Attici nonnunquam utuntur: ut, ἀνιηρὸς, ἀναρέστερος, ἀρχαίος, ἀρχαιέστερος.
      - Ὕτερος et ύτατος: ut, βραχύτερος, βραχύτατος pro βραχίων, et βράχιστος.
      - Ειν:, ut, βέλτειν pro βελτίον, πλεῖν pro πλέον: Aristophanes, πλεῖν ἢ μύρια.
      - Σων: ut, μάσσων pro μείζων, μᾶσσον pro μεῖζον. Quod licet à nonnullis Poëtarum licentiæ adscribatur, reperitur tamen apud Xenophontem et Hippocratem.
      - *Nonnunquam* etiam per Metaplasmum dicunt θάττων pro θάσσων, ἐλάττων pro ἐλάσσων.
    - *Diminutiva*. Hanc licet non aliter forment, quàm cæteri Græci: ea tamen libentiùs utuntur, quam primitiva: ut, λοπάδιον dicunt, pro λοπάς: προβάτιον pro πρόβατον.
    - *Denominativa*, et Numeralis. Attici per metaplasmum δύω dicunt pro δύο.
    - *Possessiva*. In possessivis nominibus, quæ duplicem habent terminationem, altera magis est in usu apud Atticos, altera minus: ut, ἀνθρώπεια φύσις potius dicunt, quam ἀνθρωπίνη. Hoc ex Thoma Magistro colligit H. Stephanus.
    - *Verbalis*. Hanc Attici aliter formant. Pro βλέμμα dicunt βλέπος: pro αὔξησις dicunt αὔξη, pro δίφρευσις, διφρεία: pro δῆξις, δῆγμα: pro διάγνωσις, διαγνώμη.
    - *Patronymica*. Πηλείδης dicunt pro Πηλεΐδης, à πηλεὺς πηλέος. Περσείδης pro περσεΐδης, à περσεύς.
  - *Genus* apud Atticos diversum habent
    - *Adjectiva*. Nam adjectiva in ος trium generum, inprimis compositiva et derivata, apud Atticos communia sunt: ut, ὁ καὶ ἡ κόσμιος καὶ τὸ κόσμιον: ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος. Simplicia et primitiva raró admodum communis generis in prosa oratione inveniuntur. Sic illa quæ observat Eustath. γυνὴ ἀργὸς, κλαγγὴ κοινός.
    - *Substantiva*, terminatione vel
      - *Eadem*. Sic Masculina Attici in genere fœminino usurpant: ut, ἡ ἄσβολος pro ὁ ἄσβολος. Fœminina etiam in genere Masculino: ut, ὁ χοῦς pro ἡ χοῦς. Ita in duali nonnulla ex Fœminis Masculina fiunt Atticè: ut τὼ ἡμέρα, pro τὰ ἡμέρα: quod in lingua communi sequuntur hæc quatuor, γυνὴ, ὁδὸς, πόλις, χείρ. Hæc autem generis mutatio observanda est interpretibus, ne si legant τὴν ἵππον, exponant Equam, in Fœminino genere.
      - *Diversa*. Sic ex Masculino faciunt Neutrum: ut, τὸ ζυγὸν pro ὁ ζυγός. Fœmininum item: ut, ἡ κάνναβη, pro ὁ κάνναβος.
  - *Numerus* dualis apud Atticos crebrò est in usu, ut annotat Caninius. Usurpant etiam pluralem sæpiùs in verbalibus in τεον, aliisque compluribus: ut, βαδιστέα pro βαδιστέον: ἀδύνατα pro ἀδύνατον: συγγνωστὰ pro συγγνωστόν: γάμους ποιεῖν pro γάμον: διαθήκας γράφειν pro διαθήκην: ἀφύαι pro ἀφύη. Quamvis hoc quoque Atticum sit, κατὰ χειρὸς ὕδωρ ἐδέξειτο, pro κατὰ χειρῶν, ut vel hic solum libentius etiam singulari quam plurali utantur Attici.
  - *Figura*. Apud antiquos Atticos ἐξ in compositis non mutabatur in ἐκ, quanquam sequeretur consonans: ut, ἔξπουν pro ἔκπουν: ἔξκλινον pro ἔκκλινον. Jam interponunt α: ut, ἐξάπουν, ἐξάκλινον. Sic notat Caninius.
  - *Declinatio*. De qua vide sign. H.
- *RELIQUÆ* partes, *Pronomen* signo I. *Verbum* K. *Participium* L. *Adverbium* M.

H. *Declinatio* Atticorum à communi forma diversa est ratione Casuum, vel

- *Omnium*, qui in aliam declinationis speciem transferuntur, terminatione nominativa, vel
  - *Eadem* existente. Exempli gratia, Nomen desinens in
    - Ους: ut, τρίπους, quintæ declinationis simplicium, formant Attici more tertiæ simplicium: ut, τρίπου τρίπῳ pro τρίποδος, τρίποδι, &c.
    - Ον: ut, δένδρον, tertiæ simplicium, declinant Attici more primæ contractorum, δένδρους, δενδρεῖ, δένδρεα, δένδρεσι, tanquam à δένδρος. Vide Stephani animadversiones in Corinthum.
    - Ως: ut, ἥρως, quartæ contractorum, ipsi declinant more quartæ simplicium, ἥρω pro ἥροος, ἥρῳ pro ἥροϊ.
    - Ης: ut, ἀριστοφάνης, primæ contractorum, ipsi declinant more primæ simplicium, ἀριστοφάνου, 'ἀριστοφάνην. Sed tantùm habentur in usu, ait Antesignanus, nominativus, accusativus et vocativus in singulari et plurali.
  - *Diversa* quam novam constituunt Attici: exempli gratia
    - Ευς: dicentes, υἱεὺς pro υἱός: ut apud Xenoph. primo Cyropæd. ἠσπάζετο αὐτῶν τοὺς υἱεῖς. Sic βραβεὺς pro βραβευτής.
    - Η: ut, μεθύση pro μέθυσος sæpius utitur Aristophanes, ἐρήμη pro ἔρημος, χρησίμη pro χρήσιμος, Aristoteles et Thucydides.
    - Ις: ut, βασιλὶς pro βασίλισσα: αὐλητρὶς pro αὐλήτρια, μαθητρὶς pro μαθήτρια: καταβόλησις pro καταβολή, ἀγάπησις pro ἀγάπη: πρέσβευσις pro πρεσβεία.
    - Οδης. Nam composita à ποῦς, quintæ simplicium transferuntur ad primam terminatione mutata: ut, ἱπταπόδης, ἱπταπόδου pro ἱπτάπους, ἱπτάποδος.
    - Ως. Nam desinentia in ος (non solùm in αος, ut nimis strictè loquitur Grammaticus) linguæ communis apud Atticos efferuntur per ως, sique α purum præcesserit ο, mutatur in ε: unde quarta declinatio Attica nominum simplicium penes nonnullos Grammaticos. Dicunt ergo νεὼς pro ναός, λαγὼς pro λαγὸς, πλέως pro πλέος.
- *Aliquorum* tantum: idque in declinationis speciebus, vel
  - *Generatim.* Ita
    - *Vocativus* singularis apud Atticos similis est Nominativo: ut, 'Αγάμεμνον ἄναξ dicit Euripides, pro ἄνα. Hoc non intelligens Jo. Grammaticus, Atticos ait nominativum pro vocativo usurpare.
    - *Dativus* pluralis desinens in iota ν ephelcysticum Atticè recipit, sequente licet consonante.
  - *Specialim* nominum tum
    - *Simplicium.* In declinatione igitur
      - *Prima* et *secunda*, Ad dativum pluralem Atticè assumitur iota: ut, λῃσταῖσι pro λῃσταῖς: μούσαισι pro μούσαις.
      - *Tertia*
        - *Nominativum*, Accusativum, Vocativum singularem neutrius generis in ον desinentem efferunt Attici abjecto ν: ut, ἄλλο pro ἄλλον, τοιοῦτο pro τοιοῦτον, καλὸ pro καλόν. Quamvis ν quandoque adscriptum legatur sequente vocali, vel consonante: ut apud Eurip. in Iphig. εἰς ταυτὸν ὦ θύγατερ σύθ' ἥκεις σῷ πατρί. Et apud Aristot. 2. Post. cap. 8. ἐπεὶ δ' ἔστιν, ὡς ἔφαμεν, ταυτὸν τὸ εἰδέναι τί ἐστι, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ εἰ ἐστι. Exempla sunt hæc pronominis, cui idem quod nomini contingit.
        - *Genitivum* singularem terminant Attici in οιο: ut, λόγοιο pro λόγου.
        - *Dativo* plurali additur per paragogen Atticam iota: ut, λόγοισι pro λόγοις.
      - *Quarta* Attica
        - *Quinque* nomina, more antiquorum Atticorum ν abjiciunt in accusativo, ἄθω, ἕω, κέω, κῶ, λαγὼ, quibus adjiciunt nonnulli τέω.
        - *Nomina* à communibus Atticè formata, non mutant accentum, nisi in duobus, λαγῶς pro λαγὸς, ὀρφῶς pro ὀρφός: propterea etiam hyperdissyllaba antepenultimam acuunt, licet ultima sit longa: ut, μενέλεως, μενέλεω: quia μενέλαος erat proparoxytonum.
      - *Quinta*
        - *In* Genitivo singulari pro ο Atticè substituitur ω in tribus, teste Clenardo et Antesignano: ut, πέλεκυς, πελέκεως, pro πελέκεος: πρέσβυς, πρέσβεως, pro πρέσβεος. Sic et πῆχυς. Ναῦς, ναὸς, Ionicè νηὸς, Atticè νεώς: ubi α penultimum vel η Ionicum etiam in pluralibus casibus mutatur Atticè in ε: ut, νέες, νεῶν, νήεσσι, νέας, νεές.
        - *Accusativum* singularem abbreviant Attici: ut, ἀπόλλω pro ἀπόλλωνα. Μῆνιν pro μήνιδα, teste Eustathio, Atticum est et Ionicum, et ait δῆλον, ὅτι ἐν πολλοῖς ἐπικοινωνοῦσιν αἱ δύο αὗται διάλεκτοι.
        - *Nominativum* pluralem in ες fœmininorum acuunt Attici in penultima: ut γυναῖκες pro γυναῖκες, χεῖρες pro χεῖρες, pro ὀρνῖθες ὄρνιθες.
    - *Contractorum*: in quib. Attici potius casibus utuntur contractis, quam solutis. In declinatione igitur
      - *Prima*:
        - *Genitivi* singularis ο Atticè mutatur in ω: ut, ἀληθέως pro ἀληθέος.
        - *Accusativus* singularis desinet Atticè in
          - Α, si η nominativi fuerit purum: ut, ὑγιᾶ pro ὑγιῆ. Annotat H. Stephanus per apocopen fieri ex ὑγιῆα: ut Τυδῆ ex Τυδῆα.
          - Ην, nominum tam propriorum, quam adjectivorum compositorum: ut, δημοσθένην pro δημοσθένη, ἱπταίτην pro ἱπταίτη.
        - *Nominativus* pluralis Atticè in αι desinit, Accusativus in ας. Hoc est, quod suprà diximus, quædam hujus declinationis nomina transire in primam simplicium.
      - *Secunda*:
        - *Genitivus*
          - *Singularis* Atticè in ως desinit, et retinet accentum, quamvis ultima sit longa: ut, ὄφεως pro ὄφεος.
          - *Dualis* Atticè contrahitur οιν in ῳν: ut, ὄφεῳν pro ὀφέοιν.
          - *Pluralis* tono translato effertur ab Atticis: ut πόλεων pro πολέων.
        - *Dativus* singularis, Nominativus, item Accusativus et Vocativus plurales contrahuntur Atticè in ει: ut, ὄφεῖ ὄφει, pro ὄφϊ ὄφι: ὄφεις ὄφεις, pro ὄφιες, ὄφις.
        - *Nominativus* et Accusativus dualis: ut et in neutris Nominativus, Accusativus et Vocativus plurales contrahuntur in η Atticè: ut ὄφη ex ὄφεε: σινάπη ex σινάπεα.
      - *Tertia*:
        - *Genitivus* singularis
          - *Mutat* ο in ω Atticè: ut, βασιλέως pro βασιλέος.
          - *Contrahitur* Atticè, si ε ante ως fuerit purum: ut πειραιῶς pro πειραιέως.
        - *Accusativus*
          - *Singularis* Atticè contrahitur in α, si genitivus in ως contrahatur: ut, πειραιᾶ ex πειραιέα. Apud Lycophronem autem etiam φονῆ ex φονῆα factum legitur. Quamvis videri possit Apocope Poëtica ex φονῆα.
          - *Pluralis* contrahi videtur apud Thucydidem, δωριᾶς pro δωριέας. Non tamen in omnibus est Atticus Thucydides.
        - *Nominativus* pluralis Atticè contrahitur in ης, iota à nonnullis subscripto: ut, βασιλῆς vel ῇς pro βασιλεῖς.
      - *Quinta*: omnis casus Ionici, qui possunt recipere contractionem, Atticè contrahuntur: ut, κέρως, ex κέραος Ionicè, communiter κέρατος.
      - *Comparativorum* in ων Accusat. singularis Ionicus contrahitur Atticè in ω: Nominativus, Accus. et Vocat. plurales neutrius quidem in ω: reliquorum generum in ου: ut, μείζω, pro μείζονα, μείζους pro μείζονας, &c.

I. *PRONOMINA* quoque apud Atticos nonnulla habent peculiaria:

Possessiva, et alia quæ more nominum secundæ et tertiæ simplicium declinantur, easdem quas nomina, mutationes recipiunt: ut, ἐμοῖο, ἐμοῖσι, pro ἐμοῦ, ἐμοῖς. Neutra etiam ν abjiciunt Atticè, ut nomina. Ait Stephanus in indice Thesauri, αὐτὸ Atticè pro αὐτὸν, ut, ἐκεῖνο τοῦτο, et alia similia iidem efferunt sine ν, quod tamen addi interdum comperitur, sed rariùs. Aliquando αὐτὸ habet adjunctum τοῦτο: ut, αὐτὸ τοῦτο εὐφραίνομαι. Hæc Stephanus.

Ἐγὼ, σὺ, in fine recipiunt Atticè particulam γε: ut, ἔγωγε, ἐμοῦγε, ἔμοιγε, ἐμέγε, transposito tono in nominativo et dativo: σύγε, σοῦγε. Annotat H. Stephanus, Atticos mirum in modum amâsse πρόσθεσιν τοῦ γε, ut id etiam cum aliis pronominibus junxerint, dicentes τούτονγε, αὐτόνγε, pro τοῦτον, αὐτόν.

Demonstrativa: Οὗτος, ἐκεῖνος et eorum composita, si desinant in consonantem, vocalem longam, aut diphthongum, acquirunt iota per paragogen Atticam: sin in vocalem brevem, eam in iota mutant, ultima semper acuta: ut, οὑτοσὶ pro οὗτος, τουτῳὶ pro τούτῳ, ἐκεινῳὶ pro ἐκείνῳ, τοσουτοσὶ pro τοσοῦτος, τουτὶ pro τοῦτα, ταυτὶ pro ταῦτα. Scribit Clenardus, Atticos in neutro singulari dicere, τουτοὶ, et sæpius τουτὶ, pro τοῦτο. Addunt autem iota, ait Antesignanus, ad vim significationis intendendam, ut res præsens veluti digito indicetur: quemadmodum Latinis additur met, te, pte, ce, in egomet, tute, meapte, hujusce.

K. *Verborum* Atticis affectionibus, cum plures sint, diligenter et methodicè est attendendum, quantoque fieri potest compendio, in una vel altera tabella temporum omnium diversitates certis regulis comprehensæ ob oculos discentium sunt collocandæ. Contingunt igitur verbis nonnulla ratione

Thematum. Vide sign. ☞

Temporum, quorum apud Atticos à communi lingua varietas notari potest, tum in verborum

Initio, quod occupat AUGMENTUM. Hoc suo modo formant Attici in

Simplicibus, in quibus vel

Inducunt, cùm alias non adesset. Sic

Ευ mutatur Atticè in ηυ: ut, ηὐχόμην, pro εὐχόμην. Contrariam affirmat H. Stephanus, communiter nimirum hac ratione augeri: Atticè verò nullatenus seque Eustathii potius quam recentiorum Grammaticorum opinionem sequi: quum dicat: τὸ δὲ εὔξαντο, καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰσὶ μὲν ἀττικῶς ἀναύξητα, κεκοίνωται δὲ πλέον, ἤπερ τὰ μετὰ αὐξήσεως κοινά.

Ει mutatur Atticè in ῃ: ut, ᾔκαζον pro εἴκαζον: ᾔκειν pro εἴκειν. Sic Eustathius. Hinc etiam pro εἰώθα et εἶθα dicunt ᾖθα.

Abjiciunt

Penitus: ut, ἀναλώσα pro ἀνήλωσα, συγγεγόνει pro ἐσυγγεγόνει.

Ex parte duntaxat, non adjiciendo, ut notat Eustathius, ad syllabicum imperfecti primam literam præsentis: ut, ἔκρυφα pro κέκρυφα, ἔβλαμμαι pro βέβλαμμαι, ἔκτημαι pro κέκτημαι.

Mutant: nimirum,

Syllabicum augmentum in temporale vertunt Attici: ut, ἤμελλον pro ἔμελλον: inprimis in tribus verbis βούλομαι, δύναμαι, μέλλω.

Augmentum commune λε et με Attici vertunt in Ει: ut, εἴληφα pro λέληφα, à λήβω, pro quo λαμβάνω: εἵμαρμαι pro μέμαρμαι, à μείρομαι.

Temporale augmentum η, verborum ab α incipientium, resolvunt Attici, teste Eustathio, in εα: ut, εάλωκα pro ἥλωκα. Hoc nonnulli poëticum existimant.

Multiplicant: ubi notandæ sunt regulæ

In verbis ab α brevi, ε et ο incipientibus, Attici perfecto communi præponunt duas primas thematis literas: ut, ἔδω, ἧκα, Atticè ἔδηκα. ἀκούομαι, ἤκουα, Atticè ἀκήκοα. Hoc ipsum verò augmentum in Plusquamperf. denuò augent tempore: ut, ἀκήκοα, ἠκηκόειν: ἀγήγερκα, ἠγηγέρκειν. In plusquamperfectis tamen, activo et medio, verbi ἐλεύθω, hoc non agunt. Dicunt enim ἐληλύκειν et ἐληλύθειν, ab perfecto ἐλήλυκα et ἐλήλυθα. Interea etiam notari debet, quod attinet, penultimam, hoc est, tertiam syllabam à prima ejusmodi Atticorum præteritorum, eam nonnunquam

Variare, quando præteritum excedit numerum trium syllabarum. Tunc enim corripitur, et si fuerit η, mutatur in ε: si ω, in ο: si ει vel ευ, prior vocalis abjicitur: si οι et ου, posterior; ut, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα: ἤληκα, ἀλήλεκα; ἤλειφα, ἀλήλιφα: ἤλευθα, ἐλήλυθα: ἤκουα, ἀκήκοα: ἠτοίμακα, ἐτητόμακα. Excipitur tamen ἐρήρεικα ab ἤρεικα, verb. ἐρείδω, ut differat ab ἐρήρικα, verbi ἐρίζω.

Non variare, in iis verbis quæ non excedunt numerum trium syllabarum: ut, ὄλω, ὦλα, ὄλωλα. Vel quorum tertia syllaba est positione longa: ut, ἤγερκα, ἀγήγερκα. Hîc verò notanda duo:

1. *Quædam* per Atticam epenthesin accipiunt ο: ut, ἔδηκα, ἐδήδοκα, ἄγηχα, ἀγήοχα.
2. *Quænam* per metathesin transponuntur: ut, ἦγον, ἄγηγον et ἤγαγον.

Verbis ab α, ο et ω incipientibus, ut et nonnullis aliis Attici, præter commune augmentum præponunt ε, eodem spiritu manente: ὥρακα, ἑώρακα: ὠσάμην, ἐωσάμην, ab ὤθομαι: εἶπα, ἔειπα: ἦκα, ἔηκα, ἀνοίγω, aperio, ἀνέῳγα: ἁνδάνω, placeo, ἑήνδανο. Sic οἰνοχοέω, vinum fundo, ἐῳνοχόει, Atticum est, apud Eustath. Hæc autem in plusquamperfecto alio adhuc tempore in medio augentur: ut, εἴκω, οἶκα, ἔοικα, et in plusquamperfecto Atticè ἐῴκειν: ἔλπω, ἔολπα, ἐώλπειν: ἔργω, ἔοργα, ἐώργειν.

Compositis, quorum vel sint, vel non sint in usu simplicia, augent Attici

Initium: ut, ἀμφισβητέω, ἠμφισβήτουν: ἀφίει, dimittebat, Atticè ἠφίει, et ἠφείθη pro ἀφείθη, dimissus est.

Medium, simplex nimirum verbum inusitatum: ut, ἀπολαύω, ἀπέλαυον: ἐπιχειρέω, ἐπεχείρεον.

Utrumque: ut, ἐνοχλέω, ἠνώχλουν: παροινέω, ἐπαρῴνουν: ἀνέχομαι, ἠνειχόμην.

Fine. Vide sig. ☞

☞ *Themata* Attici permutant, ut conjugatio ratione characteristicæ literæ vel

- *Eadem* maneat: ut, ὄφλω dicunt pro ὀφείλω: ἔγρω pro ἐγείρω: ἄγρω pro ἀγείρω. In quarta conjugatione duplex σσ mutant in duplex ττ: ut, πράττω pro πράσσω.
- *Diversa* evadat, abeatque vel
  - *Barytona* in
    - *Aliam* barytonam: ut, ἀμυνάθω pro ἀμύνω, διωκάθω pro διώκω, ἀγειρέθω pro ἀγείρω, ἀνύτω pro ἀνύω. Τ rarò est characteristicum; et in Atticis tantùm, ait Antesignanus, vel poëticis.
    - *Circumflexam*: ut, μηνιῶ pro μηνίειν: ἐπιμέλομαι pro ἐπιμελοῦμαι: κάω pro καίω, κλάω pro κλαίω, pro quibus Æoles dicunt καύω, κλαύω: σιλαγῶ pro σιλαγίζω, τυπτήσω pro τύψω.
  - *Circumflexa* in Barytonam: ut, ἀμβλυώττω pro ἀμβλυωπῶ: ἀνώγω pro ἀνωγέω. Finita in ξω Atticè à circumflexis facta: ut, αὔξω, ἀλέξω, ultra imperfectum non conjugantur, sed reliqua tempora à circumflexis, unde ducta sunt, mutuantur, teste Antesignano.

☞ *Fini* verborum penultimam adjungimus, et alia quæ præter augmentum occurrunt: et ita secundum Atticorum proprietatem consideramus *GENUS* tum

- *ACTIVUM*, ejusque modos,
  - *Indicativum*: cujus tempora Attica formatione sunt ferè talia:
    - *Præsens*:—
      - *Verborum*: in μι tertiam pluralem, quæ similis est dativo plurali Participii, resolvunt Attici: ut, τιθέασι pro τιθεῖσι: διδόασι pro διδοῦσι. Hoc alii proprium Ionum faciunt.
      - *Quod* Dores agunt in secunda circumflex. ut α perpetuò mutant in η, id Attici sunt imitati in 4. verbis. ζῶ, ζῇς, ζῇ: πεινῶ, διψῶ, χρῶμαι.
    - *Imperfectum*:
      - *Tertia* pluralis in ον desinens, vertitur in οσαν: ut, ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον: ἐδολιόοσαν, ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίοον, ἐδολίουν. Hoc Bœoticè vel Chalcidicè dictum est. Fuit autem Chalcis in Eubœa, Atheniensium vetus colonia.
      - *Verbum* εἰμὶ, in prima persona habet ἦ pro ἦν, per crasin, ex Ionico ἔα.
    - *Perfectum*:—
      - *Verba* dissyllaba 1. et 2. barytonorum ε penultimum mutant Atticè in ο: ut, πέπομφα pro πέπεμφα.
      - *Tertia* pluralis in σι mutatur Chalcidicè in ν: ut, τέτυφαν pro τετύφασι.
      - Penultima η, Bœotorum more, vertitur in ει: ut, τέθεικα pro τέθηκα, εἶκα pro ἧκα.
      - *Verbum* anomalum ἵημι Atticè resolvit penultimam, et pro ἀφεῖκα, demisi, habet ἀφέωκα: pro ἀφεῖνται, demissi sunt, ἀφέωνται: pro ἀνεῖνται remissi sunt, ἀνέωνται. Ergo in locum τοῦ iota substituunt ω. Ita aliàs in hoc eodem tempore, loco η usurpant ω: ut, ᾤχωκα dicunt pro, ᾤχηκα, ab οἰχέομαι, abeo; teste Antesignano.
    - *Plusquamperfectum*.
      - *Prima* et tertia singularis Atticè desinit in η: ut, ᾔδη pro ᾔδειν et ᾔδει. Ait Caninius, à prima Ionica, in εα, et tertia εε, fiunt duæ Atticæ in η: ut, ἐκεχήνεα, ἐκεχήνη, à χαίνω: ᾔδεε, ᾔδη, ab εἴδω.
      - *Tertia* pluralis Atticè desinit in εσαν: ut, ἐτετύφεσαν pro ἐτετύφεισαν.
    - *Aoristus primus*:
      - *In* quinta conjugatione α penultimum mutatur in η, αι in ῃ: ut ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα: μιαίνω, μιανῶ, ἐμίῃνα. Alii iota non subscribunt: nec necessarium est. Ad producendam enim penultimam Aoristi sufficit α breve futuri mutasse in η. Qui vero subscribunt, ad præsentis αι respiciunt, quod solet in ῃ converti.
      - *Tertia* pluralis formatur Atticè, ut in Imperfecto: ut, ἐτύψασαν, pro ἔτυψαν.
    - *Aoristus* secundus: Tertia pluralis formatur, ut in imperfecto: ut, ἐτύποσαν pro ἔτυπον. In verbis autem in μι contrarium agunt Attici. Per syncopen enim contrahunt eam personam: ut, ἔσταν pro ἔστησαν, ἔδον pro ἔδοσαν.
    - *Futurum primus*:
      - *Secunda* et tertia singularis effertur Atticè per η: ut, τύψῃς pro τύψεις, τύψῃ pro τύψει.
      - *In* quibusdam barytonis formatur Atticè Futurum more circumflexorum: vel quod ipsorum præsens quondam fuerit circumflexum: ut, θελήσω, à θέλω: quod olim θελέω: vel quod habeatur, tanquam esset circumflexum: ut, ἀλεξήσω ab ἀλέξω, quasi esset ab ἀλεξέω.
      - *Desinens* in ισω, plus quàm dissyllabum, asperi soni vitandi causa, terminatur Atticè in ω, circumflexum, abjecto σ: ut, νομιῶ pro νομίσω à νομίζω. Sin desinat in ασω vel εσω, unà cum σ, abjicit quoque adhærentem proximè vocalem ά et ε, ut, διαβιβῶ pro διαβιβάσω, à διαβιβάζω: ἐξελῶ pro ἐξελάσω ab ἐξελάω: ἀμφιῶ, pro ἀμφιέσω ab ἀμφιέω.
  - *Imperativum* et reliquos qui ipsi quoque variant, de quibus Vide sign. N,
- *PASSIVUM*, de quo inferiùs sub signo, O: et *MEDIUM*, de quo sign. P.

N. *Reliquorum* modorum variatio similiter notanda est

Imperativi: in quo

In verbis duobus tonus mutatur Atticè, λαβὲ, ἰδὲ, pro λάβε, ἴδε.

Tertia pluralis præsentis et aoristorum Atticè formatur, ut genitivus pluralis participiorum, vel saltem ut tertia dualis præsentis Imperativi: ut τυπτόντων pro τυπτέτωσαν: ποιούντων pro ποιείτωσαν: τιθέντων pro τιθέτωσαν, et subanditur, ἔστωσαν τυπτόντων, sint ex numero verberantium. Ait Neander hanc tertiam nonnunquam similem esse tertiæ dualis: ut τυπτέτων pro τυπτέτωσαν, ἔστων pro ἔστωσαν. De quo Eustath. Il. ά. ἔστων, ait, aut per syncopen factum est ex ἔστωσαν: aut à tertia singulari ἔστω per assumptionem literæ ν. Plutarchus compositi meminit, ἐπίστων pro ἐπέστωσαν.

Secunda singularis verborum in μι contrahitur Atticè: ut, τίθη pro τίθετι, ἵστη pro ἵσταθι, ἀνάβα pro ἀνάβαθι, κατάβα pro κατάβαθι. Ait Neander usurpare Atticos tertiam personam Imperfecti pro Imperativo. Dicitur ita μέτει pro μέτιθι, ἔξει pro ἔξιθι, δίει pro δίϊθι, ἄπει pro ἄπιθι. Cur autem diximus ἀνάβαθι; cùm videatur dicendum esse ἀνάβηθι, quemadmodum στῆθι. Ergo quamvis communiter Aor. 2. Imperativi verborum in μι vocalem Indicativi servet Doricè, tamen et in sequentibus exemplis Attice ponitur α, pro η, ut rectè observat Antesignanus: ut, φάθι, dic, pro φῆθι; σύμφαθι, confitere, pro σύμφηθι, ἀνάβαθι pro ἀνάβηθι, κατάβαθι pro κατάβηθι.

Optativi: in quo

Primæ singularis præsentis ultima syllaba μι vertitur Atticè in ν; ut, τρέφοιν pro τρέφοιμι: ut apud Euripid. ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας. Observat hoc Caninius. Vel etiam in ην in verbis circumflexis post factam contractionem; ut, ποιοίην pro ποιοῖμι; βοῴην pro βοῷμι, χρυσοίην pro χρυσοῖμι. Sic Aoristus secundus λαχοίην pro λάχοιμι, ab antiquo λήχω. Hunc morem circumflexorum imitantur etiam verba in μι tertiæ conjugationis non solum in præsenti, sed etiam in Aoristo secundo: ut, διδῴην, διδῴης, διδῴη, et δῴην, δῴης, δῴη pro διδοίην, δοίην. Quidam iota non subscribunt, Dorum more.

Secunda et tertia singularis et tertia pluralis Aoristi primi Atticè formatur, ut apud Æolas: ut, τύψειας, pro τύψαις, τύψειε pro τύψαι, τύψειαν, pro τύψαιεν.

Prima et tertia pluralis verborum in μι apud Atticos per syncopen efferuntur: ut, τιθεῖμεν pro τιθείημεν, ἱσταῖμεν pro ἱσταίημεν, διδοῖμεν pro διδοίημεν.

Infinitivi. In hujus temporibus Attici ante ν et ναι finale, ponunt syllabam με, et ex diphthongo, si quæ με antecedat, subjunctivum iota vel υ detrahunt: sique solum ν fuerit, αι addunt: ut τύπτειν, Ionicè τυπτέμεν. Atticè τυπτέμεναι: θεῖναι, θέμεν, θέμεναι, &c. Ἶναι, ire ab εἶμι, Ionicè habet ἴμεν, Att. ἴμεναι. Habet tamen etiam εἶναι, pro quo per metathesin, ἰέναι, et Atticè ἰέμεναι, ex Ionico ἴεμεν.

O. *PASSIVI* quoque generis, quo Attici libentius, quam activo utuntur, proprietates occurrunt, in modo

Indicativo: cujus tempora sunt ferè talia:

Præsens:

Secunda singularis finale, Atticè mutatur in ει, idque in omnibus ferè præsentibus et futuris, passivæ et mediæ vocis, plerarumque conjugationum; ut, τύπτει pro τύπτῃ, ἔσει pro ἔσῃ. Olim autem in εσαι terminabatur: ut, φάγεσαι pro φάγῃ: quo pacto nonnunquam formantur secundæ personæ circumflexorum: ut, καυχάεσαι, ᾶσαι pro καυχάῃ καυχᾷ, à καυχάομαι.

Eadem secunda singularis verborum in μι, abjecto σ, contrahitur Atticè, ut, τίθεσαι. τίθεαι, τίθῃ: ἵστασαι, ἵστααι, ἵστῃ.

Breves vocales Attici abjiciunt, ait Plutarchus: ut, λοῦται pro λούεται, οἶμαι pro οἴομαι. Quinetiam in nonnullis in μι vocalem longam servant: ut, ὅρημαι, ὅρηαι ὅρηται, pro ὅραμαι, &c. ab ὅρημι: ὁράω: ὄνημαι, ὄνηαι, ὄνηται, pro ὄνεμαι, ὄνεσαι, ὄνεται: φίλημαι pro φίλαμαι, κάλημαι pro κάλεμαι.

Imperfectum secundam singularem verborum in μι, passivæ et mediæ vocis, Atticè contrahit, ex resolutione Ionica: ut, ἐτίθεσο, Ion. ἐτίθεο, Att. ἐτίθου; ἵστασο, ἵσταο, ἵστω: ἐδίδοο, ἐδίδου.

Perfectum:

Primæ singularis penultima si duplex μμ fuerat, prius mutatur Atticè in σ: πέφασμαι pro πέφαμμαι. Sin fuerit σ, illud nonnunquam in δ mutatur: ut, πέφραδμαι pro πέφρασμαι: nonnunquam penitus abjicitur: ut, κεκόνιμαι pro κεκόνισμαι, ὁ κεκονισμένος, pulverulentus: πεπείραμαι pro πεπείρασμαι.

Tertia persona pluralis, in

Quatuor prioribus conjugationibus ante ται Atticè acquirit α, sique præcesserit tenuis, mutat in aspiratam: ut ex τέτυπται, fit τετύπαται, τετύφαται, pro τετυμμένοι εἰσί: sin præcesserit σ, mutat ipsum in characteristicam præteriti Medii: ut, πεπλήθαται à πέπλησται, pro πεπλησμένοι εἰσί.

Quinta conjugatione tantum α interponit Atticè: ut, ἐψάλαται, ab ἔψαλται, pro ἐψαλμένοι εἰσί.

Sexta α ante ται collocat Atticè, præcedente vocali, in brevem mutata: ut, πεποιέαται pro πεποίηνται. Quædam tamen diphthongum seu vocalem antepenultimam servant longam: ut, δεδαίαται pro δεδαίνται, divisi sunt: βεβλήαται, ab inusitato βλέω, pro βέβληνται, jacti fuerant.

Plusquamperfectum, tertiam pluralem Atticè format à tertia perfecti, αι mutando in ο, et augmentum imperfecti præponendo: ut, ἐτετύφατο, à τετύφαται, pro ἐτετυμμένοι ἦσαν: ἐπεποιέατο à πεποιέαται: ἐβεβλήατο, et per epenthesin Atticam ἐβεβολήατο, pro ἐβέβληντο.

Aoristum posteriorem magis amant Attici, quàm priorem: ut, ἐῤῥίφθην potius dicunt, quàm ἐῤῥίφην, ἐτράφην quàm ἐτράφθην. Hoc tradit scholiastes Sophoclis, priores Aoristos passivos ut plurimum inusitatos esse, ubi posteriores in usu sunt. Addit Stephanus, inusitatos esse præterquam apud Poëtas.

Futurum primum secundæ finalis ῃ mutat Atticè in ει: ut, τυφθήσει pro τυφθήσῃ: ut in præsenti dictum est.

Imperativo: &c. Vide sign. ☞

- *Imperativo:* in quo
  - *Secunda* singularis verborum in μι non aliter quàm in Imperfecto Atticè contrahitur, ut, τίθου pro τίθεο ex τίθετο ἵστω pro ἵσταο, ἵστατο: δίδω pro δίδοο, δίδοτο.
  - *Tertia* dualis usurpatur Atticè pro tertia plurali præsentis, et utriusque aoristi: ut, τυπτέσθων, pro τυπτέσθωσαν, ποιείσθων pro ποιείσθωσαν. Caninius in præterito quoque πεποιήσθων inquit, pro πεποιήσθωσαν usurpari.
- *Optativo:* Heic in præterito perfecto, Xenophon, pro μεμνῇτο dicit μεμνῷτο meminisset. In prima Cyropæd.
- *Infinitivo:* Ubi non minùs syllaba μι ante ναι collocatur, quàm in activis: ut, τυφθήμεναι pro τυφθῆναι, ταγήμεναι pro ταγῆναι.

P.

Medii generis Attica formatio eadem est, quæ activi et passivi: quatenus cum iis temporum similibus terminationibus convenit. Ergo in

- *Indicativo*
  - *Præsentis* et futuri secunda persona singularis Atticè desinit in ει, ut in passivo: ut τάττει pro τάττῃ, τάξει pro τάξῃ. In verbis autem in μι, contrahitur ut in passivo: ut, τίθῃ pro τίθεσαι.
  - *Imperfecti* et Aoristi secundi verborum in μι secunda singularis ex Ionica resolutione Atticè contrahitur, ut in Imperfecto passivo: ut, ἐτίθου pro ἐτίθεο, ἐτίθεσο, ἔθου pro ἔθεσο, ἵστω pro ἵστασο; ἔδου pro ἔδεσο.
  - *Plusquamperfecti* prima et tertia singularis, eodem pacto, ut in Activo Atticè variat: ut, ἐτετάγη pro ἐτετάγειν, ἐτετάγει: ἐτετάγεσαν pro ἐτετάγεισαν.
  - *Futura*, quibus medii libentiùs, quàm activi, Attici utuntur, formantur Atticè à futuris activis ut, ἀναβιβῶμαι pro ἀναβιβάσομαι. Eorundem etiam secundam personam ut præsentis in terminant: ut, ἀπολοῦμαι, ἀπολῇ, et Atticè ἀπολεῖ.
- *Imperativo*
  - *Secunda* singularis verborum in μι Ionicam terminationem contrahit Atticè, ut in passivo: ut, θοῦ ex θέο pro θέσο: ἵστω ex ἵσταο pro ἵστασο: δίδου ex δίδοο pro δίδοσο: δοῦ ex δόο pro δόσο.
  - *Tertia* pluralis præsentis et Aoristorum Atticè formatur instar tertiæ dualis, ut in passivo quoque dictum est: ut, τυψάσθων pro τυψάσθωσαν: ποιείσθων pro ποιείσθωσαν.
- *Infinitivo*, perfectum formatur, ut nonnulla tempora infinitivi activi et passivi: ut τεταγέμεναι pro τεταγέναι.

L.

Participia partem nominis et verbi capiunt. Ergo iisdem, quibus nomen et verbum, affectionibus Atticis obnoxia sunt. Notandum tamen hic est,

- *Participia* dualis fœminina formant Attici, ut masculina, ait Caninius in Hellenismo: ut apud Sophoclem, pro ἀφειδήσαντε, πράσσοντε, λαβόντε, de duabus sororibus dicitur pro ἀφειδήσασα, πράσσουσα, λαβοῦσα. Videtur tamen hoc non ad formam participiorum, sed ad constructionem et ἐτέρωσιν Atticam generum, referendum esse.
- *Perfectum* Ionicum Atticè contrahitur: ut, ἑστηκὼς, Ionicè, ἑσταὼς, et Atticè ἑστώς. Apud Euripidem in Iphig. legimus ἀτρέως γεγὼς, pro γεγαώς.

M

Adverbia apud Atticos diversimodè et ipsa formantur, quando præter communem penes alios usum, vel

- *Augentur:* ita ut accedat ipsis aliquid in
  - *Initio*, per πρόσθεσιν: ut ἐχθὲς pro χθές.
  - *Fine:* nimirum
    - I: ut, οὑτωσὶ pro οὕτως: νυνὶ pro νῦν, cum punctum temporis significat, dicit Caninius νυμενὶ, pro νῦμεν: νυνγαρὶ pro νῦνγαρ.
    - EI: ut, ὡσπερεὶ pro ὥσπερ: οἴεσει pro οἶον: καθαπερεὶ pro καθάπερ.
    - TI: ut, πάνυτι pro πάνυ: οὕτωτι pro οὕτω: ἐμοῦτι, pro ἐμοῦ: μεγαλωστὶ pro μεγάλως: νεωστὶ pro νέως.
    - XI: ut, ναιχὶ pro ναί: οὐχὶ, pro οὐ.
- *Minuuntur* in
  - *Initio:* ut, ἅπερ pro καθάπερ.
  - *Fine:* ut πρῷ pro πρωΐ. Scribunt Corinthus et Philoponus, Atticos qualitatis adverbia terminare in ον, quæ alii in ως: ut, δέον pro δεόντως, πρέπον pro πρεπόντως. Ipsos tamen reprehendit H. Stephanus: dicens δέον, πρέπον et similia, esse participia accusativi casus, loco genitivi Atticè usurpata, pro δέοντος, πρέποντος.
- *Mutantur:* nimirum
  - A in οι: ut, ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα.
  - E in I: ut, ἐνθαδὶ pro ἐνθάδε.
  - O in I: ut, δευρὶ pro δεῦρο.
  - Ως in H: ut, ἄλλη pro ἄλλως, πῆ pro πῶς, ἀμαχητὶ, pro ἀμαχητως.
  - Ον in α: nimirum desinentia in ον, neutris nominibus similia, in terminatione plurali efferunt Attici et ab Eustathio vocantur πληθυντικὰ ἀττικά: ut, πρῶτα pro πρῶτον, πρότερα pro πρότερον, φίλα pro φίλον.
  - *Nomina* dativi pluralis secundæ simplicium pro adverbiis usurpant Attici; ut, θήβησι, pro ἐν Θήβαις, ἀθήνησιν pro ἐν Ἀθήναις.

C. PLURES quoque dictiones, præter communem usum diversimodè invicem Atticorum exemplo jungi possunt, ratione tum

- *Orthographiæ*: quando sola scriptio diversa est, non sensus verborum: ita ut plures una dictiones vel
  - *Dissolvantur*, cùm essent jungendæ. Atticorum est, dividere, ait Corinthus: ut, *οὐδὲ ἓν* pro *οὐδὲν*, *οὐδ' ἂν εἷς* pro *οὐδεὶς ἄν*, *μηδ' ἂν μία*, pro *μηδεμία ἄν*. Hoc tamen rarius fit, quam inter Iones: quorum dissolutio propria est.
  - *Junguntur* cùm essent dissolvendæ, Contractione vel
    - *Intercedente*, quam, inquit Plutarchus, familiarem Atticis esse: et Corinthus eos *κατακόρως*, ad satietatem usque synalœphis uti. Contrahuntur autem inprimis Atticis Præpositio et Conjunctio *καὶ* cum suo nomine: præter illa tamen et alia. Contrahuntur ergo vel
      - Simpliciter
        - *Diphthongi*, in alias;
          - AI EI in ᾳ: ut, *κᾆτα* pro *καὶ εἶτα*.
          - AI OI in ῳ: ut, *κῷνον* pro *καὶ οἶνον*.
          - AI OY in ου: ut, *κοὐκ* pro *καὶ οὐκ*.
        - *Vocales*
          - Breves omnes
            - Aα in α: ut, *τἀρχαῖα*, pro *τὰ ἀρχαῖα*. } Si neutrum plurale sequatur α vel ε.
            - Aε in α: ut, *τἀπὶ* pro *τὰ ἐπί*.
            - AI¨ in αι: ut, *θαιμάτια*, pro *τὰ ἱμάτια*.
            - Aο in ω: ut, *τὠστέα* pro *τὰ ὀστέα*.
            - OA in
              - ω: ut, *ὡνὴρ* pro *ὁ ἀνήρ*.
              - ου: ut, *τοὔλλο* pro *τὸ ἄλλο*, in neutris.
              - α: ut, *τἀργύριον* pro *τὸ ἀργύριον*.
            - OE in
              - ου: ut, *οὑμὸς* pro *ὁ ἐμός*.
              - α: ut, *ἅτερος* pro *ὁ ἕτερος*.
            - OI¨ in οι: ut, *θοἰμάτιον* pro *τὸ ἱμάτιον*.
            - Oο in ου: ut, *οὑλύμπιος* pro *ὁ ὀλύμπιος*.
          - *Mixtæ*
            - Oη in ω: ut, *θὤμισυ* pro *τὸ ἥμισυ*.
            - Hε in η: ut, *μἤνδικα* pro *μὴ ἔνδικα*.
      - *Mixtæ*, vocales et diphthongi: ut præcedat vel
        - *Vocalis*
          - O οι in ω: ut, *ὠκότριψ* pro *ὁ οἰκότριψ*.
          - H ευ in ευ: ut, *μἤυρω* pro *μὴ εὕρω*.
          - Ω οι in ῳ: ut, *ἐγᾦδα* pro *ἐγὼ οἶδα*.
        - Diphthongi
          - Aια in α: ut, *κᾄδικα* pro *καὶ ἄδικα*.
          - Aιε in
            - ᾳ: ut, *κᾀγὼ* pro *καὶ ἐγώ*.
            - η: ut, *κἠν* pro *καὶ ἐν*.
          - Aιη in η: ut, *ὁσημέραι* pro *ὅσαι ἡμέραι*.
          - Aιο in ω: ut, *χὠκύων* pro *καὶ ὁ κύων*.
          - Hε in ῃ: ut, *τῄλεφαντίνῃ* pro *τῇ ἐλεφαντίνῃ*.
          - Oια in ω: ut, *ὦλλοι* pro *οἱ ἄλλοι*.
          - Oιε in
            - α: ut, *ἅτεροι* pro *οἱ ἕτεροι*.
            - ου: ut, *οὑμοὶ* pro *οἱ ἐμοί*, *μοὐστὶν* pro *μοί ἐστιν*.
          - Oυα in
            - ω: ut, *τὠπόλλωνος* pro *τοῦ ἀπόλλωνος*.
            - α: ut, *τἀνδρὸς* pro *τοῦ ἀνδρός*.
          - Oυε in α: ut, *θατέρου* pro *τοῦ ἑτέρου*.
          - Oυη in η: ut, *θημετέρου* pro *τοῦ ἡμετέρου*.
          - Ωα in ῳ: ut, *τὠπόλλωνι* pro *τῷ ἀπόλλωνι*.
          - Ωε in α: ut, *θατέρῳ* pro *τῷ ἑτέρῳ*.
          - Ωϊ in ῷ: ut, *πατρῷον* pro *πατρώϊον*.
          - Hη in η: ut, *θημέρᾳ*, pro *τῇ ἡμέρᾳ*.
    - *Non* intercedente, quando integræ dictiunculæ, nullà literarum ablatione aut permutatione, in unum coëunt: ut, *κατακάρα* pro *κατὰ κάρα*, *ἀνάκρατος* pro *ἀνὰ κράτος*, apud Xenophontem; *οὐδεὶν* pro *οὐδὲν ἓν* apud Aristoph. in Ranis.
- *Syntaxeos*: quando plures dictiones orationis constituendæ gratia concurrunt, hic igitur notanda est Atticorum consuetudo, quatenus in orationis structura aliquid vel
  - Abundat
    - *Integrum* membrum. Hoc vocat Eustath. *παράλληλα τιθέναι τὰ ἰσοδυναμοῦντα*, quando orationis membra synonyma copulantur. Apud Homerum, *μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν*: ubi *ἠέλιον ἐπιδῦναι* et *κνέφας ἐπελθεῖν* idem significat, crepusculum nimirum. Idem Hom. ait: *Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπες, Ἀεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι, Ἐσθλὸν δ' οὐδέτι πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας*: quorum omnium idem ferè sensus est.
    - *Una* tantùm dictio. Scilicet
      - *Articulus*. Solent Attici, inquit schol. Aristophan. *τὰ ἄρθρα πλεονάζειν*. Ergo abundat Articulus
        - Simplex ad
          - *Præpositivum*: quando nimirum is otiosè repetitur: ut apud Thucyd. lib. 8. *καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι, αἱ πλείους*, pro *αἱ μὲν πλείους Δήλου λαβόμεναι*.
          - *Postpositivum*. Annotat Soph. schol. solitos fuisse veteres, utrumque articulum uni eidemque nomini adjungere: ut apud Cratinum, *ὅνπερ φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν*: ubi *ὃν* et *τὸν* adhærent nomini *λόγον*, et *τὸν* superfluum est.
          - *Nomen*: ut, apud Aristoph. in Pluto, *ἥνπερ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ*. Annotat hic schol. *τὰ* redundare. Apud eundem in Ran. *οὐ καθέξω ταῦτα τὸν πλείω χρόνον*, pro *πλείω χρόνον*, non retinebo ista longiore tempore. Inprimis etiam otiosè præponitur, numeralibus, superlativis, infinitivis, interrogativis: ut, *τὰ τίνα λέγεις*; quæ dicis? Apud Gregor. *ὁ τίς, καὶ πόσος, καὶ πόθεν*: quisnam, et quantus, et unde. Apud Lucam cap. 1. *ἐνένευον τῷ πατρὶ τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν*. Ita dicimus *τίς ἄττα*, pro *τίς*, *ποῖα ἄττα* pro *ποῖα*. Apud Luc. *τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*, *τὴν* redundat.
          - *Verbum*. Sic *τὸ* Atticè abundat ante Infinitivum, præfixas habens voculas *μὴ οὐ*: ut apud Xenoph. *ἀλλ' οὐδείς σοι ἀντιλέγει, τὸ μὴ οὐ λέγειν*: *τὸ* redundat. Opinatur quidem schol. Thucydidis elleipsin esse præposit. *διὰ* pro *διὰ τὸ μὴ οὐ λέγειν*: sed resistit ipsi H. Stephanus. Huc etiam reducit Stephanus pleonasmum Articuli *τὸ*, qui legitur apud Lucam, cap. 20. *καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, τὸ πῶς ἂν ἀνέλωσιν αὐτόν*. Qui pleonasmus similis est illi, quem inter conjunctiones particulæ *ὅτι* annotabimus. Ait autem Stephanus: Nonnulla in suo sermone habent Evangelistæ, quæ, quum à sermonis Græci consuetudine abhorrere videantur, debent contra illis, cum optimis quibusque scriptoribus communia existimari.
        - *Geminatus*: ut apud Platonem, *τὰ ποῖα τὰ ταῦτα λέγεις*, pro *ποῖα ταῦτα λέγεις*; ita etiam dicitur, *τὰ ποῖα ἄττα ἔργα*, pro *ποῖα ἔργα*.
      - *Nomen, Pronomen, Verbum, &c.* de quibus vide sign. Q.
  - *Deficit*. Vide sign. R. Vel *Mutatur*. vide sign. S.

Q.
Abundant etiam in orationis structura reliquæ partes Etymologiæ.

Nomen: Quando abundantis significatio, vel

Aliena est penitus ab eo quod dici debet: ut, si addatur, τὶς, ὅσος, ἥλικος. Exempli gratia, apud Lucianum: ποῖος δέ τίς ἐστι, pro ποῖος δέ ἐστι. Apud Platonem, οἷός τίς ἐστιν ὁ πυρετὸς, pro οἷός ἐστιν ὁ πυρετός. Sic ποῖός τις pro ποῖος, ὀλίγοι τίνες pro ὀλίγοι, πᾶς τις pro πᾶς, ἕκαστός τις pro ἕκαστος, αὐτός τις pro αὐτὸς, πένης τις pro πένης, ἐγὼ δέ τις pro ἐγὼ δὲ, ὀλίγον ὅσον pro ὀλίγον, μικρὸν ὅσον pro μικρόν. Non item θαυμαστόν. Nam ὅσον hic abesse non potest. Significat enim, mirum quantum.

Non quidem est aliena, sed tamen inclusa alteri, cui adhæret, vel nomini vel verbo. Nomini quidem: ut, si synonyma, ἰσοδυναμοῦντα vel παράλληλα jungantur: ut, θάνατόντε μόροντε, apud Hom. Sunt autem παράλληλα, vel, σχῆμα ἐκ παραλλήλου, quando duæ voces simul ponuntur παράλληλοι, quæ non significatione, sed προφορᾷ duntaxat differunt, ut ait Eustathius. Verbo autem: ut, ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν, oculis videns: ἐκαλέσατο φωνῇ, voce vocavit. Quo pertinet, quando nomen verbale additur verbo, quod est παρατιθέναι τοῖς ῥήμασι τὰ ἐξ αὐτῶν ὀνόματα, et ab Eustathio vocatur, παρονομασία: ut, λῆρον ληρεῖς, δουλείαν δουλεύεις, vel saltem id additur, quod pars est verbi compositi: ut, ξενοκτονεῖν ξένον, οἰκοδομεῖν οἶκον, νομοθετεῖν νόμον. Hæc omnia sunt Attica.

Pronomen: et quidem vel

Simplex: ut, ἡμῖν apud Sophoclem abundat, teste scholiaste. Dicunt quin etiam Attici ἐμὸν αὐτοῦ pro ἐμόν. Item σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ubi pleonasmus est, vel σχῆμα ἐκ παραλλήλου.

Geminatum. H. Stephanus Pronomen με geminatum invenit apud Aristoph. in Acharnensibus. Νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε Εὐσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.

Verbum: ut apud Xenophontem verbum φάναι ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς τάτε γὰρ ἄλλα, φάναι, σου κάλλιον οἰνοχοήσω. Heic ait Steph. non solùm superfluum est φάναι, sed ferè etiam orationem turbat. Abundat etiam, quando cum εἰπεῖν ἐκ παραλλήλου ponitur ab eodem Xenophonte: ut, καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, οὐχ' ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχόει. Tales pleonasmi apud Homerum, à quo schematum omne genus meritò fluxisse dicitur, sunt frequentissimi. Ita abundat εἶναι: ut, τὸ νῦν εἶναι pro τὸ νῦν: τὸ σήμερον εἶναι pro τὸ σήμερον.

Participium. Hoc Atticè redundat, adjectum *Nominibus*, Verbis, aut aliis partibus orationis. *Nominibus* quidem, ut, γραπτέον ἐν, pro γραπτέον: et apud Xenophontem 1. Pæd. εὐθὺς, οἷα δὴ παῖς φιλόστοργος ὢν φύσει ἠσπάζετο αὐτὸν, ubi ὢν redundat. *Verbis:* ut, παίζεις ἔχων pro παίζεις. Apud Gregorium, τῷ μὲν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐνκατέλεξαν, id est, nomina inter clericos dare cœperunt. Hinc si tollas, ait Budæus, verbum φέροντες, eadem erit sententia. Ita etiam ἄγων, ἰὼν, et alia, πλεονάζει.

Adverbium. Hoc ita redundat Atticè, ut ejus significatio ad rem præsentem, vel

Non faciat omninò. Sic πλεονάζει, οὐ, ὡς, πάνυ, μάλα, τι adverbialiter positum: ut, οὐ μὴν ἄλλα pro ἀλλὰ μήν: οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, pro πολλοῦ δεῖ, πολύτι pro πολύ: δήτι pro δη.

Faciat quidem, sed tamen jam prius adsit inclusa alteri. Sic adverbia παράλληλα junguntur, λίαν πάνυ: πάνυ σφόδρα: μάλα σφόδρα: τυχὸν ἴσως: τάχα ἴσως: τάχα ποῦ: ἴσος ποῦ, quia, ut ait Budæus, ποῦ per se significat Fortasse: σχεδὸν ἀμφί: πάλιν αὖθις vel αὖ μάλα πάνυ: τήμερον ἡμέραν. Ait Demosth. σκοπεῖτε ἐν τούτοις πάλιν αὖ. Ita apud Esaiam οὐ μὴ pro μὴ ponitur, quando ait de Lapide offendiculi, ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Aliquando enim duæ vel plures negationes Atticè junguntur, intendendæ negationis ergò, πρὸς τὴν παντελῆ ἄρνησιν τοῦ πράγματος, ait Eustath. ut, ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν, interdico tibi hoc facere: μὴ enim redundat. Ait Æschines, ἀπαγορεύω μὴ στεφανοῦν, prohibeo coronare. Sic οὐ μὰ διὰ pro μὰ διὰ ponitur. Ita etiam μὴ οὐ vel μὴ οὐχὶ, cum voce negativa junguntur, ut tres negationes pro una ponantur: ut apud Lucianum, νῦν μὲν οὐ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι. Hic ἔξαρνος negativum, adjuncta habet superflua μὴ οὐκ. Est tamen advertendum, geminationem sæpiùs, non majorem negationem, sed servata naturali constructionis significatione affirmationem efficere: ut apud Demosthenem οὐδὲν, ὅ, τι οὐ ποιήσει, nihil est, quod non præstabit. Huc etiam pertinet, quando adverbia comparativa et superlativa nominibus comparativis et superlativis Atticè junguntur ex abundanti: ut, μᾶλλον ὀλβιώτερον, πλεῖστα εὐδαιμονέστατος. Nam μᾶλλον et πλεῖστα, παρέλκει.

Conjunctio tum

Simplex. Abundat ergo sæpius apud Atticos, ἀλλὰ, ἂν, γὰρ, ἢ, καὶ, ὅτι, ὡς, τοί: ut, ἀλλὰ apud Aristophanem, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, pro οὐ γὰρ ἔχω κακῶς. Et, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ pro οὐ μὴν οὐδέ. Apud Xenoph. καὶ ut, φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων. Sic γὰρ abundat, ut, ἀλλὰ γὰρ pro ἀλλά. Inprimis etiam pleonasmus τοῦ ὅτι observandus est, apud Plutarch. in apophth. Alexandri: τῶν δὲ παίδων λεγόντων, ὅτι, ταῦτά σοι κτᾶται. Et apud Marcum cap. 1. καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Id cum frequenter fiat in Novo Testamento miratur H. Stephanus, cur vetus interpres, in quibusdam locis eam particulam reddiderit, in quibusdam non reddiderit: cùm reddenda non sit. Quamvis idem affirmet, alibi nequaquam prætermittendam esse, sed affirmativa quadam particula reddendam: ut, Marci 7. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας, &c. ubi vir quidam doctus ὅτι reddendum censuerit, sanè, equidem.

Geminata: et vel

Eadem nimirum ἀλλὰ, γὰρ, ἂν, &c. ut apud Aristoph. in Pluto: ἀλλ' οὐ μένειν χρή σ' ἀλλ' ἀνύτειν. Ubi prius ἀλλὰ omitti posset. Apud eundem in Vespis: μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ οὐδαμῶς μοι ξύμφορον, καὶ γὰρ πρότερον, &c. ubi posterius γὰρ, παρέλκει. Ait Corinthus Atticum esse, in eodem membro conjunctionem ἂν sæpiùs usurpare: ut apud Plat. 4. de Legib. τὰ ποῖ' ἂν λεγόμενα ὀρθότατ' ἂν φέροιτο. Addit H. Steph. in uno et eodem membro bis tantùm, non pluries observari ἄν.

Diversa, ἐκ παραλλήλου posita ὡς nimirum et ὅτι. Affert H. Stephanus verba Xenophontis Hellenis. l. 6. ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς, ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται. Et dicit alterum esse superfluum.

Præpositio: cujus significatio

Aliena est à sensu verborum propositorum. Ita πρὸς ex Corinthi sententia non solùm in compositione abundat, sed etiam extra compositionem. Profert locum Thucydidis, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο: cui tamen non fidit H. Steph. In compositione autem et πρὸς et aliæ extra controversiam abundant: ut, μετάγγελος idem quod ἄγγελος: ἀπάνευθεν idem quod ἄνευθεν.

Non quidem aliena, sed quæ priùs adhæret, tum alteri *Præpositioni*: ut quando ἀμφὶ et περὶ ἐκ παραλλήλου ponuntur. Iliados 2. ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς, &c. tum *Adverbio*: ut, si ἐξ præpositio adjungatur adverbiis de loco, quæ tamen jam antea significationem ejus inclusam habeat: ut, ἐξ ἐμέθεν pro ἐμέθεν, ἐξ οὐρανόθεν pro οὐρανόθεν.

R. *Deficiunt* quinetiam Attica consuetudine in orationis contextu partes orationis.

Articulus. Atticorum est, inquit Budæus, articulos supprimere. Fit hoc frequenter in nominibus propriis: ut, φίλιππός ἐστιν, pro ὁ φίλιππός ἐστιν. Aristot. in Problematibus, διὰ τί λύγγα πάνυ πταρμὸς, pro τὸν λύγγα ὁ πταρμός. Xenoph. καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστι, pro ὁ χορός. Ante participia quoque redundat: ut, apud Platonem, παρῆσθα δὲ αὐτὸς λεγομένοις, pro τοῖς λεγομένοις. H. Stephanus in iis verbis Thucydidis, quæ leguntur lib. 7. ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον, existimat articulum cum præpositione ἐν redundare, pro χαλεπώτατα διῆγον, et rationem structuræ verborum subjungit.

Nomen. Ait Corinthus, defectus Atticorum sunt. Deest ergo quandoque substantivum: ut, ἐν βραχεῖ, scilicet χρόνῳ: κόπτων ἀμφοτέρῃσι, scilicet χερσί: κατ᾽ ἑκάστην: scilicet ἡμέραν: ποῖον ἔειπες apud Homerum, scilicet μῦθον: ἔρχομαι εἰς διδασκάλου, scilicet οἶκον: εἰς ἀπόλλωνος, scilicet ναόν. Apud Lucam Evangel. δαρήσεται πολλὰς, scilicet πληγάς: ut et Aristophanes dicit, ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, scilicet πληγάς. Sæpiùs substant. articulo suo deficit: ut apud Aristoph. μὰ τὸν, scilicet, θεόν: τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς, scilicet κίνδυνον: τὸ δὲ, scilicet, τὸ χωρίον: εἰς τὴν ἑαυτοῦ, scilicet πατρίδα. Quandoque etiam deest Adjectivum: ut, διὰ βίου, scilicet ὅλου, per totam vitam: διὰ χρόνου, scilicet πολλοῦ: ἐξ ὀνύχων, scilicet ἁπαλῶν.

Verbum. Ait Eustathius 2. Iliados, in Agamemnonis oratione quæ incipit Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Μὴ πρὶν ἐπ᾽ ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, Atticam elleipsin inesse verbi δὸς, vel ποίησον, vel εὔχομαι, vel alterius similis. Desideratur quandoque ἐστι: ut apud Homerum Odysseæ 4: ἢ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι, scilicet ἐστι. Deficit quandoque infinitivus sub articulo: ut apud Thucyd. εὐθὺς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν χῖον, ἔπλει εἰς τὴν χαῦον, pro τὸ εἰς τὴν χῖον πλεῖν. De hoc uberius consulendum moneo H. Stephanum, qui talium Atticismorum proprietatem, multis verbis, exemplisque copiosis in Attica docuit appendice. Huc etiam pertinet, quod Corinthus ἀνανταπόδοτον vocare videtur, si membro conditionali verbum non subjicitur, ut apud Sophoclem, εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν. εἰ δὲ μὴ, λέγε: pro ἔξεισιν, σιώπα.

Participium. Hoc sæpiùs Atticè ad Articulum desideratur: ut, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, scilicet ὤν: ὁ πλησίον, scilicet ὤν: οἱ περὶ vel ἀμφὶ Σωκράτην, scilicet ὄντες, qui circa Socratem sunt, vel Socrates.

Adverbium. Sic deest ὦ exclamandi: ut, τοῦ θράσους, τῆς ἀναιδείας, pro ὦ τοῦ θράσους, ὦ τῆς ἀναιδείας. Item ὡς: ut apud Thucydidem, τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις χρῶνται, pro ὡς ἀλλοτριωτάτοις. Negativum quoque: ut apud Demosthenem, πρὸς ἓν οὐδ᾽ ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται, pro πρὸς οὐδὲν οὐδ᾽ ὁτιοῦν, &c. Ἕνεκα similiter omittitur: ut apud Thucydidem, τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε, pro ἕνεκα τοῦ: et apud Matthæum cap. 2. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτὸ, pro ἕνεκα τοῦ. Μᾶλλον: ut apud Lucam, cap. 18. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος, pro μᾶλλον δεδικαιωμένος: et in proverbiali senario, θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον pro μᾶλλον θέλω. Sic in 1 ad Corinth. cap. 14. ἀλλ᾽ ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ, pro θέλω μᾶλλον. Μόνον item: ut, Paulus ad Rom. cap. 4. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν, pro ἐπὶ τὴν περιτομὴν μόνον. Sic apud Xenophontem 3. anabas. τοὺς θεοὺς προσκυνοῦμεν, pro τοὺς θεοὺς μόνον. Deficiunt etiam Attica consuetudine ὥστε, ἄλλως, ὀλίγον, et alia, quorum exempla quotidiana dabit lectio.

Præpositio: ut, ταῦτ᾽ ἄρα, pro διὰ ταῦτα. Ait H. Stephanus, Post ταῦτα positum ἐλλειπτικῶς additur frequenter particula δὴ, τοὶ, δὲ, ἄρα, &c. ut apud Plat. in Sympos. ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, pro διὰ ταῦτα: γνώμην ἐμὴν, pro κατ᾽ ἐμὴν γνώμην: ὧν ἔπαθεν pro ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν. Sic etiam desunt, ἀπὸ, ἀντὶ, εἰς, ἐκ, ἐν, ἐπὶ, περὶ, πρὸ, πρὸς, σὺν, ὑπὸ, &c. Apud Xenoph. πατρὸς μὲν δὲ λέγεται Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, pro ἐκ vel ἀπὸ πατρός. Isocrates autem et alii exprimunt quandoque in tali loquendi ratione præpositionem: ut, πρὸς δὲ μητρὸς ἀπὸ Διὸς ὤν. Huc etiam pertinet Synecdoche Grammatica, καλὸς τὸ σῶμα, pro κατὰ τὸ σῶμα, quæ elleipsis jam est in usu, ut κτήσει μὲν sit Atticæ linguæ, χρήσει δὲ Communis. Nonnunquam præpositiones in compositis quoque desiderantur: ut Iliados ζ. ἀλλ᾽ ἴθι, pro ἀλλ᾽ ἄπιθι. Sic ἅπερ pro καθάπερ.

S. *Mutantur* autem nonnulla ab Atticis, in orationis structura, quatenus ea, quæ cohærent, diversa sunt à communi usu, ratione tum

Ordinis, qui invertitur, ut posteriora prius, priora posterius collocentur, idque cum ejus quod transfertur mutatione, vel

Aliqua. Etenim quando nomen membri

Præcedentis additur membro sequenti, tum mutat Atticè accusativum in nominativum: ut apud Xenophontem in Symposio, ἀλλ᾽ οὐδείς σοι, ἔφη, ἀντιλέγει, τὸ μὴ οὐ λέξειν, ὅτι ἕκαστος ἡγεῖται, πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι, pro τὸ μὴ οὐ λέξειν ἕκαστον, ὅτι ἡγεῖται. Item Xenophon. 1. anab. ὥστε ὥρα λέγειν, ὅ, τί τις, γινώσκει ἄριστον εἶναι, pro ὥρα λέγειν τινὰ, ὅ, τι γινώσκει, &c.

Sequentis attribuitur membro præcedenti, tum mutat Atticè nominativum in accusativum. Fit hoc inprimis cum verbis ὁρῶ, οἶδα, φοβοῦμαι, quæ nomen eo casu, qui ipsis acceptus est, admittunt: ut, apud Demosthenem, ἑώρων γὰρ ἡμᾶς, οἷα ἐσυκοφαντούμεθα ὑπὸ τούτων, pro ἑώρων, οἷα ἡμεῖς ἐσυκοφαντούμεθα. Marci 1. et Lucæ 4. οἶδά σε, τίς εἶ, pro οἶδά, τίς συ εἶ. et Paulus 1. ad Corinth. ultim. οἴδατε, τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, pro οἴδατε, ὅτι ἡ οἰκία Στεφανᾶ.

Nulla. Accidit quandoque, ut id, quod præcedentis membri fuisset, posteriori, nulla sui parte mutatum, Atticè inseratur: ut apud Aristotelem 3. polit. οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, pro οὐδεὶς τῶν ἐλευθέρων. Sic negativa quandoque particula non datur suo verbo: ut, εἰσιέναι οὐ νομίζουσιν, pro νομίζουσιν οὐκ εἰσιέναι. Nec articulus suo adhæret nomini: ut apud Aristoph. in Acharn. τοὺς νῦν μοι λίθους χαμάζε πρῶτον ἐξεράσατε, pro τοὺς λίθους νῦν μοι, &c. Lucianus in Nigrino, τὸ γάρ μοι πάθος, τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ηὔξετο, pro τὸ πάθος γὰρ, &c. Plutarchus in Symposio, οἱ δὲ τὰ μαλθακὰ, καὶ τὰ κοῖλα τῆς χώρας, Αἰγύπτιοι γεωργοῦντες, pro οἱ Αἰγύπτιοι δὲ, &c. quæ verba vult Stephanus exemplo cujusdam Attici scriptoris dicta esse.

Terminationis, quæ apud Atticos diversis modis evariat. Vide sign. T.

T. *Terminatio* plurium verborum syntacticè cohærentium, Attica consuetudine à communibus loquendi regulis diversa, observari debebit in orationis membro, vel

- *Uno*, et vocatur τῆς φράσεως ἐνάλλαξις, in omnibus Orationis partibus consideranda: in
  - *Nomine*: ratione tum
    - *Articulo*: ratione tum
      - *Generis*, ubi notandum
        1. Του et τῳ sine accentu in fœminino genere adduntur nominibus Atticè. Scribit Schol. Sophoclis quemadmodum ὅντινα communis est generis Æolibus, sic Atticis, του et τῳ: ut, οὔτι του κλύων σάλπιγγος: et του χρείας: et ἐν τύχῃ γέ τῳ. Videtur autem pro τινὸς et τινὶ poni.
        2. *Nonnullis* fœmininis in duali numero additur articulus masculinus Atticè: ut apud Platonem τὼ τέχνα, pro τὰ τέχνα: apud Xenophontem τὼ ἡμέρα pro τὰ ἡμέρα. Vel saltem nomina, quæ priùs fœminina erant, jam inter masculina Attica recepta sunt.
        3. *Articulus* præpositivus neutrius generis τὸ, cum genitivo plurali, usurpatur pro quovis alio genere singularis numeri: ut, et τὸ τῶν ὀνύχων, pro οἱ ὄνυχες apud Thucydidem: τὰ τοῦ πολέμου, pro ὁ πόλεμος: et apud Plutarchum, τὸ τῆς ὀργῆς pro ἡ ὀργή.
      - *Numeri*, Quandoque articulus pluralis numeri cum præpositione περὶ usurpatur Atticè loco singularis: ut, οἱ περὶ Πλάτωνα pro ὁ Πλάτων.
    - *Nomine*: ratione tum
      - *Qualitatis*, Substantiva usurpant pro adjectivis Attici, teste Caninio: ut ἄνθρωπον ἦθος pro ἀνθρώπινον: ἕλλας διάλεκτος, pro ἑλληνική: γυνὴ μάζος, pro γυναικεῖος. Hoc etiam dici potest, nomen primitivum sumptum esse pro derivativo.
      - *Speciei*: Nam
        - *Primitiva* usurpantur Atticè pro
          - *Comparativis*: ut in Psalm. 117. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ ἐπ' ἄνθρωπον: ubi ἀγαθὸν pro ἄμεινον ponitur. Nisi subaudiri quis velit μᾶλλον, pro μᾶλλον ἀγαθὸν, de quo in adverbiis deficientibus.
          - *Possessivis*: ut apud Homerum Il. 4. ἑλλὰς γλῶττα pro ἑλληνικὴ, δοῦλον γένος pro δουλικόν. Convenit cum eo quod jam dictum est, substantivum pro adjectivo usurpari.
        - *Derivativa*: nempe
          - *Comparativa* Atticè sumuntur pro
            - *Positivis*: ut, Actor. 17. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, pro καινόν. Ita loquitur Demosth. πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἴ τι λέγεται νεώτερον, pro νέον. Usum hunc comparativorum pro positivis, non audet Stephanus affirmare Atticum, quamvis id Corinthus dicat et scholiastes Thucydidis. Affert tamen illius exempla ex Demosth. et aliis: ut sibi vix constare videatur.
            - *Superlativis*: ut apud Synesium, μακρῷ πάντων βαρύτερος pro βαρύτατος, 1 ad Corinth. 13. μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, pro μεγίστη.
          - *Superlativa* apud Atticos usurpantur pro Comparativis: ut, θηριωδέστατος πάντων pro θηριωδέστερος. Apud Aristot. κινητικώτατά ἐστι κυούμενα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν pro κινητικώτερα.
          - *Denominativa* pro primitivis adhibent Attici: ut, παρθενικὴ pro παρθένος. Hoc tamen Stephanus merè Poëticum esse ait, et Atticis inusitatum: et peccare Corinthum, quod quodlibet sermonis genus, à communi lingua remotum, etiam sine exemplo, Atticis tribuerit.
      - *Numeri*: Nam
        - *Singulari* numero Attici vice pluralis nonnunquam utuntur. Ita Thucydides τὸν Λακεδαίμονα, τὸν Συρακούσιον dicit, pro τοὺς Λακεδαίμονας, τοὺς Συρακουσίους. quod reprehendit Dionysius Halicarnassæus, quasi apud solum Thucydidem id fieret, cùm tamen etiam apud Demosthenem, Aristophanem et alios reperiatur.
        - *Dualis* loco pluralis apud Atticos frequenter in usu est: quum ament dualem.
        - *Pluralis* ab Atticis adhibetur loco
          - *Dualis*: ut apud Homerum, Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι, pro ἀτρεΐδα: cùm duo tantùm Atridæ fuerint: Agamemnon et Menelaus.
          - *Singularis*: nimirum, Collectivo nomini singulari adjungitur adjectivum plurale. Hoc quamvis videatur ex traditione quoque Grammaticorum communis esse dialecti, et Synthesis dici: attamen Stephanus Atticis proprium facit, sitque adeo ἀποδιδόναι πρὸς τὸ σημαινόμενον, οὐ πρὸς τὴν φωνήν: sive μὴ ἀποδιδόναι πρὸς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον: ut apud Demosth. ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι. Præterea neutra adduntur verbis aut participiis singularibus impersonalibus in numero plurali: ut apud Lucianum, ταῦτα λῆρός ἐστι. Et apud Platonem, δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, pro δόξαντα.
      - *Casus*: Etenim
        - *Nominativus* Atticè sumitur pro *Genitivo*: ut apud Hom. οἱ δὲ δύο σκόπελοι, &c. pro τοῖν δὲ δυοῖν σκοπέλοιν, nimirum pro duobus genitivis absolutè positis, usurpant Attici duos nominativos: ut apud Philonem Judæum de mundo: πᾶν γὰρ τὸ αἰσθητὸν ἐν γενέσει καὶ μεταβολαῖς οὐδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ὂν, τῷ μὲν ἀοράτῳ καὶ νοητῷ προσένειμεν, &c. pro παντὸς γὰρ τοῦ αἰσθητοῦ ὄντος &c. Pro *Vocativo* etiam: ut, ὦ φίλος pro ὦ φίλε: inprimis cum Imperativo: ut Marci 5. ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον.
        - *Genitivus* Atticè usurpatur pro *Accusativo*: ut apud Homer. ὄφρα πίνοι οἴνοιο, pro οἶνον. Apud Platonem, ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου, pro τὸν οἶνον. Putat Stephanus cum Eustathio subaudiri posse μέρος vel τί: ut, πίνει οἴνου scil. μέρος. Pro *Nominativo* singulari, si regatur à verbo substantivo: ut, Κροῖσός ἐστι τῶν πλουσίων, pro πλούσιος.
        - *Dativus* pro *Genitivo* absolutè Atticè collocatur: ut apud Thucyd. lib. 4. ὑποχωρῆσαι δὲ καίπερ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος, pro ὑποχωρησάντων δέ. Matth. 8. καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, pro καταβάντος δὲ, &c.
        - *Accusativus* Atticè pro *Genitivo* sumitur propter vim verborum privandi et sentiendi; ut, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα pro τῶν χρημάτων: ἀκούω σε λέγοντα pro σου λέγοντος. Sic Philop. pro *Dativo*: ut, apud Thucyd. εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει pro σοι τούτων: εὖ με ποιεῖς, pro μοι.
        - *Vocativus* pro *Nominativo* Atticis familiaris est: ut, νεφεληγερέτα Ζεὺς, pro νεφεληγερέτης. Hoc Stephanus non Atticorum, sed Æolum et Bœotorum esse contendit.
  - *Reliquis* partibus orationis, de quibus signo V.
- *Duobus*, vel Pluribus. Vide sign. X.

V. *Est* quoque Atticæ constructionis varietas consideranda in cæteris partibus: in

- *Pronomine.* ratione
  - *Significationis.* Atticum est sumere relativum αὐτὸς pro reciproco αὑτός: ut, Psalm. 103. ἐγνώρισε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ pro αὑτοῦ. Apud Plut. in Apophth. Antigoni, ἀξιοῦντος τὴν κρίσιν αὐτῷ γενέσθαι, petente sibi judicium institui, αὐτῷ pro αὑτῷ. Vice versa etiam Attici usurpant reciprocum loco relativi: ut apud Thucyd. lib. 2. μεθ' ἑαυτὸν, pro μετ' αὐτὸν, post eum. In Apocalypsi cap. 9. ὄνομα ἑαυτῷ ἑβραϊστὶ ἀβαδδὼν, pro ὄνομα αὐτῷ.
  - *Numeri.* In pronominibus etiam plurali numero quandoque utuntur Attici, loco singularis: ut apud Isocr. in Panegyr. οὐδὲν τοιοῦτον κατασκευάζουσιν, ἐξ ὧν ἔσται αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐγκλήματα, pro ἐξ οὗ.
  - *Casus.* Relativum Atticè sequitur casum præcedentis verbi, non sequentis: ut χρῶμαι, οἷς ἔχω, βιβλίοις, pro χρῶμαι βιβλίοις, ἃ ἔχω. Valde hoc est familiare Græcis, et appellatur à Schol. Sophoclis συνάγειν τὸν λόγον τῷ ὑποτακτικῷ ἄρθρῳ.
- *Verbo,* respectu
  - *Generum.* Nam
    - *Passivis* utuntur Attici pro activis: ut ἠκούετο pro ἤκουε, ἐρίζεται pro ἐρίζει. Philoponus ait semper hoc agere Atticos: cum tamen plerumque tantum, non semper: nec oratoribus Atticis hoc adeo frequens est, qui solo futuro medio impensè delectantur: ut, ἀκούσομαι pro ἀκούσω, non ἀκούομαι pro ἀκούω.
    - *Activa* pro Passivis usurpant Attici: ut apud Hom. βουλεύειν pro βουλεύεσθαι, et apud Thucyd. ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς, pro ἐπιμιγνύμενοι, invicem mixti sine formidine. Id ita vetus interpres intelligendum dicit.
  - *Modorum.*
    - *Indicativo* vice Optativi utuntur Attici. Observat hoc H. Stephanus: ut apud Demosth. οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ Ἀθηναῖοι, οὔτε ῥήτορα, οὔτε στρατηγὸν, δι' ὅτου δουλεύσουσιν εὐτυχῶς, pro δουλεύσοιεν. Apud Xenoph. 2. Pæd. εἰ σὺ εἴην, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιούμην, pro ποιοίμην, arma conficerem.
    - *Imperativo* utuntur Attici pro
      - *Indicativo:* ut, δράσον pro δράσεις, apud Eurip. Dicit hoc Corinthus, negat Stephanus in appendice Attica, et ad Corinthi exempla respondet. Apud Menandrum οἶδ' ὅτι ποίησον, pro ποιήσεις.
      - *Subjunctivo:* ut apud Aristoph. μὴ ψεῦσον, pro μὴ ψεύσῃς.
    - *Optativum* usurpant Attici loco
      - *Indicativi:* ut apud Thucyd. καταδύσειαν pro κατέδυον, λαλήσοι pro ἐλάλησε. Apud Xenoph. καταφρονοίη pro καταφρονεῖ, πέμποι pro πέμπει. Dicit Eustath. Optativum loco præteritorum sumi, Indicativi non meminit.
      - *Imperativi,* ut annotat scholiastes Lycophronis: ut, κλύοις ἂν pro κλῦθι. Ait Nicandri scholiastes Optativum πυθείης sumi pro Imperativo πύθι; id est, σύνει, γνῶθι.
      - *Subjunctivi,* teste Jo. Grammatico: ut, ἐὰν ἔλθοις pro ἐὰν ἔλθῃς. Stephanus desiderat exemplum probati auctoris.
    - *Infinitivum* adhibent Attici pro
      - *Imperativo:* ut apud Homerum, αὖτι μένειν pro μένε. Possumus tamen cum Eustathio subaudire verbum κελεύω. Sic apud Hesiodum γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, subaudiri potest ἐπιτέλλομαι. H. Stephanus non audet affirmare hoc ab Atticis fluxisse.
      - *Indicativo:* imprimis Aoristum Infinitivi, ut observat Stephanus; ut, ἐπειδὴ δὲ ἀκοῦσαι, pro ἤκουσε, apud Demosth.
  - *Temporum.*
    - *Præsenti* tempore utuntur Attici pro *Imperfecto:* ut ἴσασι pro ἴσαν, teste H. Stephano. Pro *Futuro* etiam, inprimis verbi εἶμι et compositorum. Apud Homerum hæc ἐνάλλαξις frequens est, ut Attici ipsum imitati esse credantur, sive jam futuro careat verbum, sive formet ut præsens: ut ἔπεισιν pro ἐπελεύσεται, τελεῖ pro τελέσει, διαβιβῶ pro διαβιβάσω. Apud Hesiodum, τῇ δ' εἶς, hac ibis, et apud Homerum εἶμι, ibo.
    - *Imperfectum* pro Præsenti nonnunquam usurpant Attici: ut apud Hesiodum, οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἔην pro ἐστι.
    - *Perfectum* loco Præsentis apud Atticos in usu est: ut, ἤλπικα pro ἐλπίζω, νενόμικα pro νομίζω. Lucianus in Toxaride ait: θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτοὺς, pro πιστεύετε. Aristoph. οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι, pro φοβοῦμαι.
    - *Plusquamperfecto* utuntur Attici loco *Præsentis:* ut apud Hesiod. 2. Oper. τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὸς ὦρτο χελιδών: ὦρτο pro ὄρεται, ab ὄρομαι. Loco *Imperfecti:* ut apud Xenoph. 2. Cyrop. ὁ μὲν πατὴρ πάλιν εἰς Πέρσας ἀπῄει, Κῦρος δὲ εἰς Μήδους ἐπορεύετο: ἀπῄει pro ἀπεῖ.
    - *Aoristum* utrumque sed maximè primum, usurpant Attici pro *Præsenti:* ut Soph. οὐκ ἀπώλεσε pro οὐκ ἀπόλλυσι. Pro *Futuro:* ut apud Callim. οὐ γὰρ ἀπειλὰς ὑμετέρας ἐφύλαξα: ubi schol. ait ἐφύλαξα pro φυλάξω dici.
    - *Futurum* adhibent Attici vice Præsentis, aut Aoristi in Infinitivo: ut apud Thuc. l. 8. καὶ διανοοῦνται ὁπόσοι τε ἐν Σάμῳ στρατεύονται, μὴ ὄντας τῆς σφετέρας γνώμης: τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἴρξειν, ubi scholiastes, εἴρξειν pro εἶρξαι positum esse admonet. Plutarch. in Apophthegm. Antigoni: οἴει τὸν ὅμηρον γόγγρον ἕψειν pro ἕψαι. *Futurum* etiam Medium pro præsenti activo sumi Atticè, docet Moscopulus in Syntaxi.
  - *Numerorum.* Est enim Atticorum synthesis propria, de qua in Nominum numero etiam diximus, quando collectivo singulari additur verbum plurale: ut apud Thuc. ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, pro ἦν. Et apud Hom. ὡς φάσαν ἡ πληθύς: φάσαν pro ἔφη. Huc etiam pertinet quando Neutro plurali frequenter Atticè jungitur verbum singulare: ut apud Lucam, ἕτοιμά ἐστι πάντα, pro εἰσι.
- *Participio.* Vide sign. ¶
- *Adverbio:* Attici adverbiis non raro addunt articulos: ut τὰ πρῶτα pro πρῶτα, τὰ μάλιστα pro μάλιστα, τὸ παραυτίκα, τὸ καταρχὰς, pro παραυτίκα, καταρχάς.
- *Præpositione.* Casum enim mutat.
  - Ἐπὶ, in significatione motus ad locum pro accusativo genitivum habet, ut apud Thuc. l. 1. ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου pro οἶκον. Nonnunquam etiam ἐπὶ accusativo junctum Atticè pro κατὰ cum genitivo usurpatur: ut ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται pro καθ' ἡμῶν.
  - Εἰς loco accusativi genitivum acquirit Atticè: ut, εἰς ᾅδου pro εἰς ᾅδην. Heic tamen alii nominis defectum, de quo dictum est, causantur, pro εἰς ᾅδου τόπον. Aliàs etiam, teste Steph. εἰς pro κατὰ sumitur: ut, εἰς πάντας, pro κατὰ πάντων, ut et ἐπί.
  - Ἐν Atticè admittit genitivum loco dativi: ut, ἐν ᾅδου pro ἐν ᾅδῃ. H. Stephanus heic elleipsin proprii casus observandum dicit, pro ἐν ᾅδου τόπῳ.
  - Διὰ accusativo penes Atticos jungitur, loco genitivi; ut, διὰ πόλιν, pro πόλεος.
  - Ὑπὸ dativum vice genitivi regit Atticè: ut, ὑπ' Ἄρηϊ καὶ Ἕκτορι, pro ὑπ' Ἄρηος καὶ Ἕκτορος. Sic scribit Eustath. *Genitivum* item, vice dativi: ut apud Hom. Iliad. 2. ὑπὸ πτέρυγος λάβε, pro ὑπὸ πτέρυγι.

Participium in verborum constructione mutant Attici, per

- *Heterosin*
  - *Temporum*, Præsens tempus usurpant Attici loco Futuri: ut apud Demosth. εἰσιόντα pro εἰσελευσόμενον.
  - *Casuum*, Participia δέον, πρέπον, παρὸν, ἐνὸν, προσῆκον, μέλον, τυχὸν, δόξαν, δοκοῦν, aliaque similia in accusativo usurpant Attici, cum in Genitivo deberent. Dicit schol. Sophoclis, Atticos nonnunquam πλαγιάζειν, hoc est, in obliquo casu efferre τὰ οὐδέτερα μετοχικὰ, participalia neutra ἐξὸν, παρὸν, ἐνὸν, &c. eamque constructionem vocat πλαγιασμόν: ut Lysias ait: παρὸν μετὰ πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην pro παρόντος, cum posset opulentam aliam ducere. Ita ἐξὸν pro ἐξόντος, τυχὸν pro τυχόντος, δόξαν pro δόξαντος, ἄδηλον ὂν, pro ἀδήλου ὄντος. Id verò non solùm in Præsenti participii, sed etiam Aoristo et futuro fieri solet: ut, δεῆσαν pro δεήσαντος, δεῆσον pro δεήσοντος: inprimis cum particulis ὡς et ὥσπερ: ut, ὡς τοὶ ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro ὡς τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος: item ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, pro χώρας τινὸς οὔσης, tanquam nullam ei territorium fuisset. Sic Clenardus.
- *Antimereian.* Participium Atticè sumitur, pro
  - *Nomine*: ut, οἱ φεύγοντες pro οἱ φυγάδες, θεόμενοι pro θεαταὶ, δυνάμενοι pro δυνατοί.
  - *Verbo*: idque tribus ferè modis.
    1. *Indicativi*, aliusve modi loco utuntur Attici participiis: ut apud Demosth. οὗτος ἦν, ὁ πάντα ταῦτα διοικῶν, pro ὅστις διοικεῖ. Item τίς ὁ ταῦτα φεναχίσας, pro τίς ἦν, ὅστις ταῦτα ἐφενάκισε. Apud Thucydidem, ἔπεμψαν Δημοσθένην ἐξάξοντα, pro ἵνα ἐξάξῃ. Item ἥκω ποιήσων pro ἵνα ποιήσω.
    2. *Infinitivo* neglecto usurpant Participium Attici: ut apud Aristoph. ἴσθι τοῦτο οὕτως ἔχον: pro ἔχειν: διατελῶ ποιῶν, pro ποιεῖν: μέμνημαι ποιήσας pro ποιῆσαι. Simile est quod ait Thucydides l. 1. καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται pro ἐν τῷ μὴ μελετᾷν. Grammatici dicunt verbis cognitionis, perseverandi, desistendi, et aliis nonnullis hoc contingere.
    3. *Circumscribunt* verbum Attici adhibito participio et verbo substantivo, aut alio aliquo habente significationem congenerem, quale est εἰμὶ, τυγχάνω, γίνομαι, &c. ut, σὺ ἔσῃ σιωπήσας pro σὺ σιωπήσεις. Cum enim sint φιλομέτοχοι, pro verbo σιωπήσεις, usurpant participium σιωπήσας. Hoc autem, quia per se non absolvit sententiam, opus habet verbo substantivo, quod solum tempus adsignificet, aut certè alio verbo, quod discrepantem significationem non habeat: ut, ἦσαν ἐγγίζοντες pro ἤγγιζον: γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα, pro προσεχέτω τὰ ὦτά σου: ἥκει φέρων pro φέρει: δεδωκότες ὦσιν pro δεδωκῶσιν εὐθύνας, apud Demosth. Sic τῷ πλήθει οὐ βουλομένῳ ἦν pro τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο: εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστὶ pro εἰ ἥδῃ.
  - *Adverbio*: ut, πράττε ἀνύσας, fac properè, pro ἀνυσίμως. Aristoph. in Pluto, πέραινε τοίνυν, ὅ, τι λέγεις, ἀνύσας ποτέ. Dicit H. Stephanus heic evenire, ut participium in verbum, et vicissim verbum in participium mutetur: ut, πράττε ἀνύσας, et ἄνυε πράττων. Interea adhibent Attici participium loco adverbii, quia vim verbi aliquam includens, efficaciorem reddit orationem, quam simplex adverbium.

Plura etiam orationis membra præter communem usum ab Atticis junguntur: ut posterius ab antecedente diversum sit, et vocari solet πρὸς τὸ σημαινόμενον, non πρὸς τὴν φωνὴν seu λόγον, ad sensum non ad verba respicere: item πρὸς τὸ σημαινόμενον vel νοητὸν ἀποδιδόναι, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν σύνταξιν: item καταλλήλως ἔχειν, et κατ' ἄλληλον εἶναι πρὸς τὸ σημαινόμενον. Diversitas autem illa oritur, ratione tum

- *Generis.* Posterius membrum apud Atticos vel habet *Masculinum* genus pro neutro: ut apud Demosthenem, μὰ δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη, οἱ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν, pro ἃ πεποιήκασι. Et apud Anacreontem, βρέφος μὲν ἐσορῶ, φέροντα τόξον pro φέρον. *Vel Masculinum* pro Fœminino: ut apud Demosth. καὶ ταῦτα ἔλεγεν ἡ μικρὰ καὶ ἀναιδὴς κεφαλὴ, ἐξεληλυθὼς τῇ προτεραίᾳ παρὰ Ἀριστάρχου pro ἐξεληλυθυῖα. Hoc in relativis etiam contingit: ut apud Platonem in Philebo, λόγοι μέν εἰσιν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, pro λόγοι, οὓς ἐλπίδας, &c. Vel *neutrum* loco Fœminini: ut apud Thucyd. ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις: λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον, pro λεγομένη μέν.
- *Numeri.* Quod in simplici membro fit, id etiam in pluribus, ut nomini collectivo singulari adjiciatur Atticè in sequenti membro numerus pluralis: ut apud Xenophontem Hell. 2. εἰσιόντας δὲ αὐτοὺς ὄχλος περιεκεῖτο πολὺς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν. Heic singulari ὄχλος additur pluralis φοβούμενοι. Apud Sophoclem in Antigono: ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοὶ, pro οὗτος. Dicit scholiastes Atticum esse, singularibus pluralia adjungere.
- *Casus*: ubi notandum.
  1. *Transitur* quandoque Atticè à genitivo ad accusativum: ut apud Aristot. ὡς οὐχ' ὁμοίας φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης, καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι, pro ἀλλ' ἐνδεχομένης: ubi etiam fœmininum in neutrum genus transit. *Quandoque* etiam à dativo ad accusativum: ut apud Demosthenem, οὐ προσεκτέον ὑμῖν ἐστι τοῖς λόγοις, εἰδότας ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνέργεια: εἰδότας pro εἰδόσι.
  2. *Oratio* nonnunquam obliquis casibus præcedentibus, recto clauditur: ut ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐννενήκοντα, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρότατον, pro ὅ ἐστι τὸ μακρότατον. Sic H. Stephanus. Nisi velimus τὸ μακρότατον adverbium esse, significans longissimè. Ita apud Gregorium Ἰωάννης βαπτίζει, πρόσεισιν Ἰησοῦς, ἁγιάσων, τυχὸν μὲν, καὶ τὸν βαπτιστήν. τὸ δὲ πρόδηλον πάντα τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ, &c. pro ὃ δὲ πρόδηλόν ἐστι. Possumus autem dicere, hunc nominativum ceu per parenthesin reliquis associari.
  3. *Oratio* nonnunquam apud Atticos præcedentium constructionem non admittit, propter vim verbi sequentis, è quo regitur: ut apud Philostratum, ὁ Πρωτεὺς ὀφάριος, τὸ θαῦμα τὸ ἑλληνικὸν πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί. Hic nominativus Πρωτεὺς præcedit, cui verbum finitum adhærens regere deberet sequentem casum accusativum: ut ὁ Πρωτεὺς εἶχε πολλὰς μορφάς. Sed quia sequens verbum est, non ἔχω, sed εἰμι, subauditum, quod sua natura cum genitivo personæ et nominativo rei jungitur, ideo πολλαὶ nominativus est, respiciens εἶσι, quod subauditur, discordans à præcedentium nominativa constructione.
- *Temporis.* Membra nonnunquam temporibus Atticè discordant: ut apud Synesium, σὺ δὲ ὑγιαίνοις, καὶ ἄσπασαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους. Heic ἄσπασαι aoristus primus est, ὑγιαίνοις præsens: simul etiam modo diversa sunt, hoc Optativi, illo Imperativi existente.
- *Modi.* Modis etiam diversis junguntur membra apud Atticos: ut apud Xenoph. 2. Cyrop. τοὺς μέν τοι Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ οἰκοῦντας, οὐδέν πω σαφὲς λέγεται, εἰ ἕπονται. Hic indicativus conditionalis, sumitur pro infinitivo ἕπεσθαι.
- *Personæ.* Hoc pertinet quando oratio ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἴδους seu τύπου ad μιμητικὸν, ab obliquo ad rectum transit, ut Lucæ cap. 5. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' ἀπελθὼν, δεῖξόν σε αὐτὸν τῷ ἀρχιερεῖ.

Antiqua Ias intercidit, ob inhabitantium commutationem. At cum ex Attica in Asiam tempore regni Davidici, ut nonnulli existimant, colonias duxissent Iones, Ephesum, Miletum, Samum, aliasque præclaras urbes condidissent, Ionum regio constituta est, et terra Ionia dicta, linguaque, qua utebantur, Ionica: quam viri præstantissimi, Pythagoras, Hippocrates, Homerus, Hesiodus, Phocylides, Theognis, Herodotus, Anacreon, Archilochus, aliique complures monumentis literarum celebrem reddiderunt. De hac compendiosè et methodicè acturi generalissima divisione considerabimus, tum

- *Vocem ipsam, quæ à communi usu diversa est: sive sit*
  - *Significationem:* quam hactenus usitatis dictionibus attribuunt Iones diversam: quod in partibus orationis, exempli gratia, ostendi potest: in
    - *Articulo.* Iones enim frequenter utuntur præpositivis loco subjunctivorum: ut, τὸν pro ὅν. Ait Hom. Iliad. 1. τὸν ὕϋνομος τίνε λητώ. Dicunt alii, postpositivo per πρόσθεσιν accedere τ.
    - *Nomine.* Herodotus in quinto testis est, prisca consuetudine in pellibus caprinis et ovillis scriptitatum esse. Quas cùm βίβλους vocarent prisci Iones, translatum est nomen ad ipsa scripta, ut annotat Polydor. lib. 2. cap. 8. de rerum invent. Ἔποικος, domesticus, Ionicè conterraneus. Λόγχη, lancea: Ionicè, ut scribit Etymol. et Hesych. sors, portio. Μύθος, fabula: Ionicè sermo. Ὅμηρος, vades, obses: Ionicè cæcus. Τέλος, finis: Ionicè sumptus. Τρύφος, fragmentum: Ionicè summa vel extrema pars montis, τὸ ἀκρωτήριον. Φάρμακον, venenum: Ionicè color.
    - *Pronomine.* Ἑὸς Ionicè pro σός. Σφέες pro αὐτοί.
    - *Verbo.* Ἀντιάζω, occurro: Ionicè bellum gero. Ἀναιρέω, occido: Ionicè vaticinor. Ἀναγινώσκω, recognosco: Ionicè persuadeo. Σπαργάω, luxurior: Ionicè desidero. Εἶναι pro γενέσθαι Ionicè sumi testatur Eustathius 2. Iliados.
    - *Adverbio.* Ἀνακῶς Ion. pro ἐπιμελῶς. Ἐπιστρεφέως pro ἀπατηλῶς. Μὴ pro μήν. Ποτὶ pro πρός.
    - *Conjunctione.* Μὲν Ionicè pro μήν: ut apud Herod. μὲ μὴν ἔχειν ἑλένην. Sic Corinthus.
    - *Præpositione,* Δὲ pro εἰς: ut πόλεμόνδε pro εἰς πόλεμον. Ἐς pro εἰς. Ἐς ὃ pro ἕως οὗ, apud Herod.
  - *Una tantum: quæ apud Iones variat, vel*
    - *Omnino.* Habent ergo et Iones peculiares quasdam voces, cæteris Græciæ populis inusitatas. Exempli gratia: Αἱμασία, sepes, maceria. Αἶτος, lucus. Ἐπάϊστος, manifestus. Ἡμακτέων, apud Suidam in manuscripto codice ex Herodoto, pro δυσφορῶν, indignans: et ἠμακτεῖν, pro indignari apud Camerarium. Ἐνάριες, milites. Μέζεα, genitalia. Οἰσύπη, sordidarum ovium lana, et excrementum. Συρμαΐζειν, purgare potione ex aqua et zea. Συργίη, olus quoddam apio simile: seu cibus ex adipe et melle. Τετραπτερυλλίδες, cicadæ, locustæ. Multa annotat Corinthus, quæ sola significationis diversitate propria sunt Ionibus.
    - *Ex parte duntaxat. Quod ostendemus tum*
      - *Speciatim,* in singulis Etymologiæ classibus. Vide B.
      - *Generatim, respectu tum*
        - *Orthographiæ: qua dictio Ionicè vel*
          - *Augetur*
            - *Initio,* per πρόσθεσιν, tum *Literæ,* nimirum T: ut, τὸν pro ὅν, τὸν λέγεις pro ὃν λέγεις: Θ: ut, θειλόπεδον pro εἰλόπεδον: tum *Syllabæ:* nimirum O: ὅου pro οὗ. E: ut, ἕε pro ἕ. A: ut, ἅπας pro πᾶς, ait Corinthus. Anadiplosis etiam apud Ionas frequens est: ut, λελάχωσι pro λάχωσι, κέκλυθι pro κλῦθι.
            - *Medio,* per ἐπένθεσιν, tum *Literæ,* nimirum I, quod ut scribit Corinthus, vocali ε adjungunt. ut, ξεῖνος pro ξένος: vocali item ο: ut, χροίᾳ pro χρόᾳ. Hoc enim utitur Hippocrates et Homerus: quamvis alii Doricum, alii Atticum, nonnulli poëticum faciant. Υ ad ο adjiciunt: ut, νοῦσος pro νόσος, κούρη pro κόρη, μοῦνος pro μόνος. Non autem dicunt ποῦνος et φοῦνος, pro πόνος et φόνος, quoniam hæc, ut ait Corinthus, à verbis πένω et φένω deducta sunt. Et quamvis μόνος quoque à verbo descendat, quia tamen est trium generum, assumit υ. Γ: ut, ἐρίγδουπος pro ἐρίδουπος. M: ut, λάμψομαι pro λήψομαι. Σ: ut, λεγόμεσθα pro λεγόμεθα. T: ut, ὅττι pro ὅτι. tum *Syllabæ:* nimirum E: ut, αἰνειέων pro αἰνείων, ἀδελφεὸς, pro ἀδελφός. I, ut, λόγοιϊν pro λόγοιν. Τη: ut, ἐτήτυμος. pro ἔτυμος.
            - *Fine,* per παραγωγὴν *Syllabæ* I: ut, δεσπότῃσι pro δεσπόταις, ποιητῇσι pro ποιητῆς. Τε: ut, ἐφ' ᾧτε pro ἐφ' ᾧ.
          - *Minuitur*
            - *Initio,* per ἀφαίρεσιν, quæ Ionibus est familiaris: tum *Literæ* Δ: ut, αἰνὸς pro δεινός. Γ: ut, αἶα pro γαῖα. Λ: ut, εἴβειν pro λείβειν. Σ: ut, μικρὸς pro σμικρός. tum *Syllabæ,* nimirum E: ut, ὀρτὴ pro ἑορτὴ, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Extrahunt enim Iones è dictionibus primas vocales, teste Corintho. Præterea augmenta detrahunt perfectis et aoristis, vel omnia vel aliqua: ut, βλημένος pro βεβλημένος.
            - *Medio* per συγκοπὴν, tum *Literæ* I: ut, δέξω pro δείξω, ἐς pro εἰς, ἐκτόρεος pro ἐκτόρειος. Ex ει enim subjunctivam tollunt Iones, et aliquando aliam literam substituunt: ut, πονέεσθαι pro πονεῖσθαι. Γ: ut, ἐνείκω pro ἐνέγκω, substituto iota: sic Corinthus ex Herodoto. Δ: ut, ἔριος pro ἔριδος. K: ut, βέβαα pro βέβηκα, ἑσταὼς pro ἑστηκώς. Λ: ut, κάλιον pro κάλλιον. Σ: ἐτίθεο pro ἐτίθεσο. T: ut, κρέαος pro κρέατος. tum *Syllabæ,* E: ut, φέρτε pro φέρετε. Κο: ut, κάμμορος pro κακόμορος. Μη: ut, οἶμα pro οἴμημα. Μο: ut, ἄρσαντες pro ἁρμόσαντες. Ρε: ut, ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. Ωνι: ut, δευκαλίδης pro δευκαλεωνίδης.
            - *Fine,* per ἀποκοπὴν, tum *Literæ* N. hoc enim ἐφελκυστικὸν non usurpant, adhibita potius apostropho: ut, ἔσθ' ὅπως pro ἔστιν ὅπως, tum *Syllabæ,* Να, ut, κυκεῶ pro κυκεῶνα. Σι: ut, σφί pro σφισί. Τα: ut, ἱδρῶ pro ἱδρῶτα.
          - *Mutatur:* de quo signo C.
        - *Prosodiæ,* quæ consistit in syllabarum tum
          - *Quantitate.* Ionum propriæ sunt correptiones, teste Corintho, ut Atticorum productiones. Dicunt ergo νέας pro νῆας, ζοὴ pro ζωή.
          - *Tono.* Canonem profert Etymologus: Ἐπὶ τῶν εἰς α βραχυκαταληκτούντων, εἰώθασιν οἱ Ἴωνες βαρύνειν τὰς λέξεις, ὡς καὶ ἡμεῖς, οἷον ἄγυια ὄργυια. ὅταν δὲ γένηται ἡ τελευταία συλλαβὴ μακρὰ Ἰωνικῷ ἔθει καταβιβάζεται ὁ τόνος, οἷον, ἀγυιὰ, ὀργυιὰ, θεσπειά. Interea auctis vel minutis dictionibus, observantur Iones quoque tonum mutare: ut εὐγενία pro εὐγένεια, ἀσθενία, pro ἀσθένεια, οὖρος pro ὄρος, ξεῖνος pro ξένος. Ait Neander, Fœminina in εια proparoxytono, Ionibus fiunt paroxytona, sublato ε ut, ἀληθία pro ἀλήθεια.
          - *Spiritu.* Ionas non minus, quam Æolas Eustathius ψιλωτικοὺς vocat.
  - *Plures,* de quibus sign. D.

C. *Mutantur* literæ ab Ionibus ratione

- *Figuræ* per ἀντιστοιχίαν: quando altera alterius locum subit. Mutantur ergo
  - Vocales
    - Una in aliam
      - A in
        - E: ut, γέμμα pro γάμμα dicunt Iones, imprimis Democritus, qui pro μῦ μῶ λέγει, ait Eustath. 3. Iliados. τέσσερες pro τέσσαρες.
        - EA: ut, σφέας pro σφᾶς.
        - H: si α sit longum: ut, σοφίη pro σοφία, στείρη pro στεῖρα: vel etiam si breve, apud recentiores: ut, ἀληθείην pro ἀλήθειαν. Sic Plutarchus, Philoponus et Corinthus. Hinc regula: In omnibus partibus orationis, cujuscunque numeri, casus et personæ fuerit, α in η mutare consueverunt Iones, Doricis nominibus exceptis.
        - Ω: ut, χρείω pro χρεῖα, ὤριστος pro ἄριστος, ὠυτὸς pro αὐτὸς in diphthongo. existimat Corinthus Ionas hoc agere in solis rectis ex collisione, et in Vocativis, quemadmodum et Atticos: ut apud Herodotum, ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, pro ὦ ἄνθρωπε.
      - E in
        - A breve: ut, μέγαθος pro μέγεθος, τάμνω pro τέμνω apud Herod.
        - H: ut, θηεῦμαι pro θεῶμαι, ἐθηεῦντο, pro ἐθεῶντο, ἐθηήσαντο pro ἐθεάσαντο, ἀγγήϊον pro ἀγγεῖον.
        - I: ut, ἱστία pro ἑστία, ἐπίστιος pro ἐφέστιος.
      - H in
        - A breve: teste Plutarcho et Corintho: ut, κάλη pro κήλη, λελασμένος pro λελησμένος.
        - AI: assumpto insuper α: ut, νικαία pro νίκη.
        - E: ut, ξερὸν pro ξηρὸν, νέας pro νῆας per Systolen.
        - EA Ionicè resolvi testatur Etymologus in voce ἔσεται, quando dicit istiusmodi resolutionis beneficio pro ἴσῃ Ionicè dici ἴσεαι, iota nimirum adscripto.
        - Ω: ut, ἀρωγὸς pro ἀρηγός.
      - I in
        - H: ut, ψημύθιον pro ψιμύθιον, κηκίω pro κικίω, πόληϊ pro πόλιϊ.
        - E: ut, ὄφεϊ pro ὄφιϊ, πόλεος pro πόλιος, τέθημι pro τίθημι.
      - O in Ω: ut, δεύρω pro δεῦρο.
      - Ω in
        - AO; ut σαόφρων pro σώφρων, apud Theognidem, Anacreontem et alios.
        - EΩ, si ω sit circumflexum: ut, τιθέω, pro τιθῶ, ἔω pro ὦ.
    - Plures
      - IE in I longum: ut vult Corinthus: ut, ἱρεὺς pro ἱερεύς.
      - EA in H: ut, φρητὸς pro φρέατος, ἦρ pro ἔαρ, σινήπι pro σινήπια.
      - EE in H: ut, ὄφη pro ὄφεε.
      - EO in EY: ut, πλεῦνας pro πλέονας.
      - OA in Ω: ut, βὼξ pro βόαξ, Gaza lib. 3. Gramm.
      - OH in Ω: ut, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα, βώσω pro βοήσω, νώσω pro νοήσω, βωθεῖν pro βοηθεῖν.
  - Diphthongi in
    - Vocales
      - EY in
        - Ω: ut, ἐκπλώσας pro ἐκπλεύσας: Corinthus ex Herodoto, κατὰ λήϊον ἐκπλώσαντες.
        - HY: ut, ἠΰκομος pro εὔκομος.
      - EI in
        - EA: ut, ποιέασθαι pro ποιεῖσθαι.
        - EE: ut, σφέες pro σφεῖς.
        - EY: ut, πλεῦν pro πλεῖν.
        - HI: ut, πυληΐδες pro πυλεῖδες, κληῒς pro κλείς.
      - A cum iota subscripto in H cum iota subscripto: ut, αἰτίῃ pro αἰτίᾳ: vel saltem HI: ut, θρῆϊξ pro θρᾷξ, ῥηΐδιον pro ῥᾴδιον.
      - AY in Ω: ut, τρῶμα pro τραῦμα.
      - H cum iota subscripto in HI: ut, χρηΐζειν pro χρῄζειν.
      - OY in
        - EO: ut, ἐμέο pro ἐμοῦ: et EΩ: ut, τέω pro τοῦ, Βορέω pro Βορέου.
        - OO: ut, ῥόος pro ῥοῦς: et OA: ut, χρόαν pro χροῦν: et OIO: ut, λόγοιο pro λόγου.
        - Ω: ut, βῶν pro βοῦν.
      - Ω cum iota subscripto in ΩI: ut, τῶϊ λόγωϊ pro τῷ λόγῳ. Et apud Hom. ὑπερῶϊον pro ὑπερῷον nisi sit poëticum.
    - Diphthongos *alias*
      - AY in
        - HY: ut, νηῦς pro ναῦς.
        - ΩY: ut, θώυμα pro θαῦμα. Nam ωυ diphthongus Ionum est propria, quæ nonnunquam dissolvitur: ut, ὠϋτὸς pro αὐτός.
      - Consonantes de quibus consule sign. E.
- *Situs* et ordinis. Transponunt enim Iones literas per
  - *Metathesin* in una tantùm syllaba: ut, κραδία pro καρδία, κάρτερος pro κράτερος.
  - *Hyperthesin*, in duabus: ut, ὀθνεῖος pro νοθεῖος, γουνὸς pro γόνυος.

E. *Consonantes* quoque inter se permutantur Ionicè, nimirum

- *Tenues* mutantur in Densas: ut, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, ἐνθεῦτεν pro ἐντεῦθεν, βάθραχος pro βάτραχος. Quod ipsum in nonnullis factitat communis dialectus: ut, ἀντήλιος pro ἀνθήλιος, ἀπηλιώτης, pro ἀφηλιώτης. Vel saltem in Tenues aliàs Π nimirum in K: ut, κόσα pro πόσα, ὅκως pro ὅπως, quod inprimis, inquit Antesignanus et Guillonius, in interrogativis fit et relativis.
- *Densæ* in Tenues: qua mutatione unicè delectantur Iones, in compositis inprimis, tum in simplicibus: ut ἀπικόμην pro ἀφικόμην, δέκομαι pro δέχομαι, οὐκ ὁρῶ pro οὐχ' ὁρῶ, ἀπ' οὗ pro ἀφ' οὗ, κατ' ὃν pro καθ' ὃν, οὐκ οὕτω pro οὐχ' οὕτω, κίθων pro χίθων. Quamvis teste Grammatico, et Corintho, X etiam in Ξ mutent: ut, τρεξὰ pro τρίχα, διξὰ pro δίχα.
- *Mediæ* mutæ: B et Γ in Z: ut, ζέρεθρον pro βέρεθρον, φύζη pro φυγή.
- *Semivocales*: Duplex σσ in Ξ: ut, διξὰ pro δισσὰ, teste Grammatico.

- ARTICULUS hæc ferè propria habet.
  - *Articuli* fœminini generis in secunda, masculini et neutri in tertia declinatione eandem cum nominibus recipiunt dialectorum varietatem: ut, τῇσι pro ταῖς, τοῖσι pro τοῖς, ἁ pro ἡ, Nicander τέων dicit pro τῶν seu ὧν masculino: quod tamen teste Caninio, non probatur Grammaticis. Nisi dicere velimus ad exemplum primæ et secundæ declinationum, in genitivo plurali accipere ε.
  - *Postpositivo* Articulo præfigunt Iones literam τ, exceptis nominativis ὃς et ἥ: ut, τοῦ pro οὗ, τῆς pro ἧς, τοὺς pro οὕς. Nisi quod jam dictum est ex Jo. Grammatico, velimus Ionas nonnunquam præpositivo articulo vice postpositivi uti. Præfigunt etiam genitivo οὗ vocalem O: ut, apud Homerum ὅου pro οὗ.
  - *Compositivi* Articuli ὅστις nonnullos casus aliter quàm consuetum est, formant Iones: ὅτεο dicunt pro ὅτου, ὅτεῳ pro ὅτῳ, ὁτέων pro ὁτῶν, ὁτέοισι pro ὁτοῖς, ἅσσα pro ἅτινα, ait Eustathius.

B. *Specialius* jam examinanda sunt ea, quæ hucusque generatim nobis secundum literarum affectiones dicta sunt: atque adeo in singulis orationis partibus Ionum proprietates declarandæ et ob oculos discentium evidenter collocandæ sunt. Ergo

- NOMEN iisdem diversum est ratione
  - *Derivationis.* Nam
    - *Comparativa* nonnulla formant Iones præter usum communem et Atticorum in
      - ἐστερος et superlativum in ἐστατος, cum prius esset, vel ότερος: ut, δίκαιος, δικαιέστερος pro δικαιότερος. Vel αίτερος: ut, πλησιέστερος pro πλησιαίτερος. Vel ων: ut, ῥαδιέστερος pro ῥαδίων. Vel tandem secundum Atticos ίστερος: ut, ἀκρατέστερος pro ἀκρατίστερος.
      - ίτερος, cùm prius esset έστερος: ut, ῥηΐτερος pro ῥαδιέστερος. Nam Iones positivum communem ῥᾴδιος resolvunt in ῥηΐδιος. Ab hoc regulariter formaretur comparativus ῥηϊδιότερος. Iones autem per Syncopen dicunt ῥηΐτερος, et in superlativo ῥήϊστος pro ῥηΐτατος.
      - εῦν, ubi Attici εῖν et communes έον dicebant: ut, πλεῦν pro πλεῖν, et πλέον.
    - *Denominativa,* et inter hæc numeralia Iones quoque per metaplasmum suo modo efferunt: ut, τέσσερες pro τέσσαρες, τριήκοντα pro τριάκοντα: et sic de cæteris, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.
    - *Possessiva* nonnulla Ionico more amittunt iota teste Corintho: ut, ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος.
    - *Patronymica,* Iones vel
      - *Consueta* mutant. Quæ enim desinebant in δης, illi per ων efferunt: ut, κρονίων pro κρονίδης, πηλείων pro πηλείδης.
      - *Nova* formant ex desinentibus in ων: ut, πηλειωνίδης pro πηλείων.
  - *Generis.* Etenim
    - *Substantiva,* masculina in fœminina vertunt Iones, servata terminatione: ut, ἡ κίων pro ὁ κίων, columna: vel mutata: ut, ἕσπερος, pro ἑσπέρα, ait Grammat. et Corinthus. τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν. Ait Etymol. in voce ἵππος. ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας ἐκθηλύνουσι τῇ προσφορᾷ, τὰς ἵππους, καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες. Eustathius scribit Atticis cum Ionibus commune esse, ut fœmininum genus pro masculino usurpent: Iones tamen non mutare terminationem.
    - *Adjectiva* in ος apud Iones fiunt generis communis: ut, κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro κλυτή. Quinetiam Fœminina masculinorum in ος vel ρος, mutantur in η: ut, ἀγίη pro ἀγία, ἀνθηρὴ pro ἀνθηρά.
  - *Numeri.* Numerorum dualium diligentem habent rationem Iones, teste Jo. Grammatico.
  - *Declinationis,* quæ à communi forma diversa est, ratione tum
    - *Terminationum* quæ desinunt apud Iones vel in
      - Αια ex η: ut, σεληναία pro σελήνη.
      - Αιη ex η: ut, ἀθηναίη pro ἀθήνη.
      - Ας ablato finali ος: ut, Νικόλας pro Νικόλαος, Μενέλας pro Μενέλαος.
      - Αμος ex εις: ut, οὐδαμὸς pro οὐδεὶς, in omnibus casibus: plurali οὐδαμοὶ pro οὐδένες, μηδένες, quibus oratores etiam utuntur.
      - Ευς ex ος: ut, υἱεὺς pro υἱός. Hoc ab aliis tribuitur Atticis.
      - Λον ex λυ: ut, πολλὸν pro πολὺ, πολλὸς pro πολύς.
      - Ηρ ablato finali ος: ut, ἐριὴρ, pro ἐρίηρος, amabilis.
    - *Casuum* ut dicetur folio seq. sign. ☞
- *Reliquæ* partes orationis. *Pronomen* signo G. *Verbum* signo H. *Participium* signo I. *Adverbium* et *Conjunctio* signo K.

☞ *Ionum* proprietas in Declinationibus observanda est, tum

- *Simplicibus:*
  - *Prima:*—
    - Iones in toto singulari numero et dativo plurali primæ simplicium mutant α in η, exceptis iis nominibus quæ Dorica sunt in ας desinentia: ut, αἰνείης pro αἰνείας, αἰνείῃ pro αἰνείᾳ, αἰνείαν, αἰνείην. In dativo plurali ταμίῃς, αι mutatio in ῃ. In Doricis nominibus hoc non usu venit, quia antea sunt versa ex ης in ας: ut, ληστὰς pro ληστής.
    - *Genitivus* singularis Ionicè in εω, cum accentu in antepenultima; ut, βορέεω pro βορέου. Jo. Grammaticus ait, Omne ης, cujus genitivus in ου desinit, format eum per εω.
    - *Accusativus* singularis Ionicè desinit in εα: ut, αἰνεία pro αἰνείαν, ποιητέα pro ποιητήν.
    - *Genitivus* et Accusativus plurales per epenthesin Ionicam accipiunt ε: ut, ταμιέων pro ταμιῶν, ταμιέας pro ταμίας.
    - *Dativus* pluralis αι mutat Ionicè in ῃ, assumpto nonnunquam per paragogen ι: vel retento αι, eandem recipit paragogen, hoc est, desinit Ionicè in ῃς vel ῃσι: ut, ταμίῃς pro ταμίαις, ἀλφηστῇσι pro ἀλφησταῖς, λησταῖσι pro λησταῖς.
  - *Secunda:*—
    - Iones in secunda simplicium α passim mutant in η: ut, μελίσση pro μέλισσα, γεφυρὴ, pro γέφυρα, γεφυρῆς, γεφυρῇ, &c.
    - *Genitivus* et Dativus plurales formantur Ionicè, ut in prima declinatione: ut, ἀρετέων pro ἀρετῶν, ἀρετῇς pro ἀρεταῖς, &c.
  - *Tertia:*—
    - *Genitivum* singularem resolvunt Iones in οιο: ut, λόγοιο pro λόγου.
    - *Genitivus* et Dativus duales inter ο et ν assumunt Ionicè iota, ut, λόγοϊιν pro λόγοιν.
    - *Dativo* plurali addunt Iones ι per paragogen: ut, λόγοισι pro λόγοις.
  - *Quinta:*—
    - *Barytona* in ις et υς Ionicè declinantur purè duntaxat: ut, ἔρις ἔριος, non ἔριδος, χάρις, χάριος, χάριϊ, χάριν.
    - *Genitivum* pluralem Iones in quibusdam formant ut in prima declinatione: ut, χειρέων pro χειρῶν, ποσειδέων pro ποσειδῶν.
    - *Dativum* pluralem Iones ducunt à nominativo plurali addendo σι, et in neutris insuper α mutando in εσ. ut, ἄνδρες, ἄνδρεσσι, ἔπεα, ἐπέεσσι.
- *Contractis,* &c. Vide sign. ☞

☞ *Contractis*, in quibus notandum est, Iones malle uti non contractis casibus, idque in omnibus speciebus. Ergo dicunt ἀληθέος pro ἀληθοῦς, ὄφιϊ pro ὄφι, βασιλέϊ pro βασιλεῖ, νόος pro νοῦς, ῥόος pro ῥοῦς, &c. Versus primus primi libri Homeri Iliados est, μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος: in quo recte observat Gualtperius, nulla necessitate πηληϊάδεω dici pro πηληϊάδου, primæ simplicium, quandoquidem in scansione δεω contrahitur per συνίζησιν in δω. Notanda tamen quædam sunt in singulis speciebus declinationum, in

- *Prima*, Iones nonnunquam ex genitivo contracto nominum in κλέης desinentium formant alium genitivum, et ex eo cæteros casus: ut, ἡρακλέης Hercules, et contracta terminatione ἡρακλῆς. Hoc genitivum habet ἡρακλέεος, quem duobus modis contrahit: primum εο in ου: ut, ἡρακλέους pro ἡρακλέεος: secundo εε in η: ut, ἡρακλῆος pro ἡρακλέεος. Ab hoc posteriore contracto genitivo formant Iones alium, η in ει resolvendo vel saltem ε per epenthesin assumendo: ut, ἡρακλέηος, pro ἡρακλῆος, in dativo ἡρακλέηϊ, &c. Sic Antesignanus.
- *Secunda*,
  - *Mutant* Iones penultimum ι in η nonnunquam: ut, πόληος pro πόλιος, πόληϊ, pro πόλιϊ, πόληα pro πόλιν, πόληες pro πόλιες: nonnunquam in ε: ut, πόλεος pro πόλιος, πόλεες pro πόλιες. Hoc est, quod dicit Corinthus, in ος desinentes genitivos, à rectis in ις factos, Iones per εος proferre: ut, ὄφις, ὄφεος, πόλις, πόλεος.
  - *Contrahunt* Iones ιε et ια in iota, Corintho teste: ut, ὄφις pro ὄφιες ὄφιας. Ait Crusius: In Ionica declinatione etiam Nominativa terminatio dualis contrahitur: ut, ὄφεε, ὄφη: quod aliàs Atticorum est.
  - *Dativum* pluralem à nominativo formant Iones, ut dativum quintæ simplicium: ut, ὀφίεσσι pro ὄφεσι, à plurali Ionico ὄφεες.
- *Tertia*,
  - *Penultimum* ε in omnibus casibus, excepto nominativo singulari Ionicè mutatur in η: ut, βασιλῆος pro βασιλέος, βασιλῆες pro βασιλέες, et in dativo plurali βασιλῆσι pro βασιλεῦσι, abjecto etiam υ. Veteres tamen Iones, teste etiam Antesignano, ε in ει vertebant: ut, βασιλεῖος pro βασιλέος.
  - *Dativum* pluralem à nominativo quandoque formant Iones, ut dativum quintæ Simplicium: ut, βασιλήεσσι, pro βασιλῆες.
- *Quarta*, Accusativum in ω desinentem, Iones mutant in ουν: ut, λητοῦν pro λητώ.
- *Quinta*, Iones ex obliquis detrahunt τ literam: ut, κέραος pro κέρατος, κέραϊ pro κέρατι.
- *Oligopathon*, Iones in accusativo singulari, nominativo, accusativo et vocativo plurali ν abjiciunt: ut, μείζονες, Ionicè μείζοες, unde Atticum contractum μείζους.

G. In PRONOMINE Iones suis quoque privatis gaudent loquendi modis:

- *Quæ* more secundæ et tertiæ conjugationis simplicium declinantur pronomina, iisdem modis variant Ionicè: ut, ἐμοῖο pro ἐμοῦ, σεῖο pro σοῦ, οἷο pro οὗ, ἑοῖο pro ἑοῦ, ἐμοῖσι pro ἐμοῖς, ἡμετέρῃσι pro ἡμετέραις, &c.
- *Syllabas* circumflexas in Primitivis ἐγὼ, σὺ, οὗ, dividunt Iones, ου in εο, εις in εες, ων in εων, ας in εας: ut, ἐμέο pro ἐμοῦ, σέο pro σοῦ, ἕο pro οὗ: ἡμέες pro ἡμεῖς, ὑμέες pro ὑμεῖς, σφέες pro σφεῖς: ἡμέων pro ἡμῶν, ὑμέων pro ὑμῶν, σφέων pro σφῶν: ἡμέας pro ἡμᾶς, σφέας pro σφᾶς. Additur quandoque iota ad ε: ut, ἐμεῖο, σεῖο, εἷο, ἡμείων, ὑμείας, σφείας, &c. quod Antesignanus Poëticum esse dicit: alii Ionibus relinquunt.
- *Reciprocum* οὗ in dativo Ionicè habet ἑοῖ pro οἷ, accusativo ἓε pro ἕ, in dativo plurali σφὶ vel σφὶν pro σφίσι.
- Οὗτος, Αὐτὸς, Αὐτὸς, et eorum composita ante vocalem longam vel diphthongum terminalem, admittunt per epenthesin Ionicam ε, in αὐτὸς quandoque mutato Ionicè αυ in ωυ: ut, τουτέου pro τούτου, τουτέῳ pro τούτῳ, τουτέων pro τούτων: αὐτέη pro αὐτῇ, ταυτέης pro ταύτης, ὠυτέων pro αὐτῶν, ὠυτέοις pro αὐτοῖς: αὐτέῳ pro αὐτῷ, ὠυτέου pro αὐτοῦ: ἐμαυτέου pro ἐμαυτοῦ, ἑωυτέῳ pro ἑαυτῷ, &c.

H. VERBORUM Ionicæ proprietates, in eorum accidentibus consideranda sunt, in

- *Thematum*. Iones verbis contractis secundæ circumflexorum per epenthesin immittunt ε: ut, ὁρέω pro ὁρῶ, ex ὁράω. μνεώμενος pro μνώμενος. Annotat etiam H. Stephanus in Thesauro, ὑπνώω Ionicum esse pro ὑπνῶ, ex ὑπνόω, quod tamen etiam pro Poëtico habetur.
- *Conjugatione, in qua ratio habenda est*
  - *Temporum* reliquorum. Eorum enim varietates cum plures sint, nunc omnibus speciebus conjugationum; nunc aliquibus usitatæ, nos omnes et singulas, in discentium gratiam, Methodi ἀκριβείᾳ neglecta, per sola genera et eorum modos et tempora enumerabimus: sub quibus, si quæ singularum conjugationum fuerint proprietates, facilè deprehendentur. Heic ergo jam nunc considerabimus, tum
    - *Initium* verborum: ipsum scilicet AUGMENTUM: quod Iones vel
      - *Tollunt*. Iones augmenta verborum tollunt: ut, τίκε pro ἔτικε, τύπτε pro ἔτυπτε, hoc adeo est familiare Ionib. ut sæpiùs Plusquamperf. aliisque temporibus, quæ plura habent augmenta, tollant omnia: ut, δέκτο pro ἔδεκτο, δέδεκτο, ἐδέδεκτο: δέκται pro ἔδεκται, δέδεκται: βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, βλήμενος pro βεβλημένος. Ita quoque detrahunt augmenta temporalia. Hinc aliqui diphthongos αι et οι ab Ionibus non mutari volunt: ut, αἰτέω, αἴτεον, αἴτηκα, αἴτησα: οἰκέω, οἴκεον, οἴκηκα, οἴκησα. Quod etiam fit in Passiva voce αἴτημαι, οἴκημαι, &c.
      - *Addunt, ubi*
        - *Non* deberent Iones multis temporibus eorum modorum, quibus non conveniunt, addunt persæpè augmenta: ut in Præsenti indicativi κέκλυτε dicunt pro κλῦτε: in Futuro πεπιθήσω pro πιθήσω: in Imperativo κέκλυθι pro κλῦθι, à κλῦμι: τετλάθι pro τλάθι à τλῆμι: in Conjunctivo λελάχωσι pro λάχωσι: in Infinitivo δεδειπνάναι pro δειπνάναι, λελάβεσθαι pro λαβέσθαι, &c.
        - *Deberent* quidem, sed tamen per consuetudinem duplicant. Ergo, Iones quandoque repetunt primam literam præsentis: quandoque Atticam anadiplosin usurpant: ut, τέτυπον pro ἔτυπον, ἔην pro ἦν ex εἰμί: ἀραίρηκα pro ἥρηκα, ex αἱρέω: unde participium ἀναραιρηκὼς, quo utitur Herodotus in Terpsichore. Sic ὀρώρυγμαι pro ὤρυγμαι, ἐμήμυκα pro ἤμυκα, ab ἠμύω.
      - *Mutant*
        - *Quod* Atticorum est, hoc Etymologus Ionibus tribuit, ut augmenta λε et με mutent in ει: ut, εἵμαρμαι pro μέμαρμαι, εἴληφα pro λέληφα.
        - *In* verbis ab ε incipientibus Iones assumunt pro augmento iota, non solùm in iis thematibus, quæ communia sunt, sed et in aliis nonnullis: ut, εἰρώτων, pro ἠρώτων, ab ἐρωτάω. Quanquam fateatur Corinthus, præsens quoque Ionicum esse εἰρωτάω, quod apud Herodotum et alios legatur.
    - *Finem*: sub quo non solam terminationem, sed et penultimam, quæque post augmentum leguntur alia comprehendimus. Heic autem Generatim à primo notamus, quod Iones non solas circumflexorum verborum terminationes sine crasi eloquuntur: sed etiam cæterarum conjugationum quævis tempora circumflexa resolvunt, inserto per epenthesin, ε: ut ποιέω dicunt pro ποιῶ, ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι, ἐχρύσοον pro ἐχρύσουν, χρυσόειν pro χρυσοῦν, βοάω item pro βοῶ, quamvis hoc rarius agant in secunda circumflexorum: ἐρέω pro ἐρῶ futuro primo verbi εἴρω: τυπέω pro τυπῶ verbi τύπτω: τυπέοιμι pro futuro secundo Optativi τυποῖμι: ταγέειν pro ταγεῖν Aoristo 2. Infinitivi: ταχθέω pro ταχθῶ, ταγέω pro ταγῶ, qui sunt Aoristi Conjunctivi vocis Passivæ: τιθέω pro τιθῶ, θέω pro θῶ, ἱστέω pro ἱστῶ, στέω pro στῶ, ἕω pro ὧ, ἱέω pro ἱῶ, quæ omnia conjunctiva sunt verborum in μι, τίθημι, ἵστημι, εἰμὶ, ἵημι, &c. Hæc generatim: jam ad Speciales proprietates. Vide sign. L.
  - *Figura*. Ait Jo. Grammaticus: Compositiones verborum proferunt Iones per consonantes tenues: ut κατορῶ, κατορᾷς, κατορᾷ pro καθορῶ, &c.

L. *Temporum* ergò Ionice formatorum ratio observanda est in Genere

PASSIVO et Medio, de quibus signo M.

ACTIVO: et illius modo

Indicativo. Cujus tempus

Præsens est:

Ad tertiam singularem adjiciunt Iones syllabam σι, et ει mutant in η, Æolum more: ut, ἐρίθησι pro ἐρίθει. Hanc formam loquendi, qua delectatus est Ibycus, Ἰβύκειον σχῆμα vocat Eustathius.

Reduplicatio verborum in μι apud Ionas fit per ε: ut, τίθημι pro τίθημι, ἕστημι pro ἵστημι, ἕημι pro ἵημι, unde ἕεμαι pro ἧμαι: τίθνημι, morior, à θνάω.

Tertia pluralis verborum in μι resolvitur Ionicè, ponendo α ante σ, et abjiciendo è diphthongo, si adsit, subjunctivam: ut, τιθέασι pro τιθεῖσι, ἱστάασι pro ἱστᾶσι, διδόασι pro διδοῦσι, ζευγνύασι pro ζευγνῦσι, ἔασι pro εἰσὶ, ἴεασι pro ἱεῖσι.

Imperfectum:

Tertia singularis Imperfecti et Aoristi utriusque omnium conjugationum, formatur Ionicè à secunda, addendo κε, et augmentum abjiciendo, penultima correpta, longis scilicet vocalibus in breves mutatis, et è diphthongis posteriori sublata: ut, τάττεσκε pro ἔταττε, τίθεσκε pro ἐτίθει, ποίεσκε pro ἐποίει, στάσκε pro ἔστη. Quamvis autem hoc idem fieri dicant Caninius et alii nonnulli in reliquis personis, non tamen illius, nisi ex Poëtis exempla proferri posse, sunt qui contendant.

Prima et tertia singularis nonnullorum verborum in μι Ionicè desinunt in εα et εε, ut plusquamperfectum: ut, ἐτίθεα pro ἐτίθην, ἐτίθεε pro ἐτίθη. Sic εἰμὶ habet ἔα et ἔην pro ἦν primæ et tertiæ personæ. Pro Poëtico etiam ἔες, εἶς, à prima persona ἔον, Iones dicunt ἔεις pro ᾖς.

Perfectum: Characteristicam literam κ exterunt Iones, et longam antecedentem corripiunt: ut βέβαα pro βέβηκα, ἕσταα pro ἕστηκα: Nonnunquam tamen longam retinent: ut, κεκότηα pro κεκότηκα, κεχάρηα, pro κεχάρηκα: nisi poëticum sit.

Plusquamperfectum: Primam in ειν vertunt Iones in εα, tertiam ει in εε: ut, ἐτετύφεα pro ἐτετύφειν. Pro ᾔειν autem dicunt ᾖα, teste Eustathio: qui etiam observat εα rursum contrahi ab Ionibus in η: ut, εἰρήκεα, εἰρήκη: Tertiæ autem in εε adjungi ν: ut, εἰρήκεεν, εἰστήκεεν: quod rursum contrahatur in ει: ut, εἰρήκειν pro εἰρήκεε, εἰστήκειν pro εἰστήκεε: unde apud Homerum, ἤσκειν εἴρεα καλὰ, pro ἤσκεε: in 3. Iliad. Sic ᾔδειν pro ᾔδεε.

Aoristus uterque in tertia singulari formatur ab Ionibus, ut dictum est in Imperfecto: ut, τάξασκε pro ἔταξε, τάγεσκε pro ἔταγε, ποιήσασκε pro ἐποίησε, δόσκε pro ἔδω, δόκασκε pro ἔδωκε.

Futurum primum:

Ad tertiam singularem addunt Iones per paragogen εν: ut, τύψειν pro τύψει.

Quintæ conjugationis circumflexum resolvunt Iones: ut, ἐρέω pro ἐρῶ, νεμέω pro νεμῶ.

Unum est verbum ἔρδω Ionicum, quod futurum habet ἔρξω. Fit enim à ῥέζω, ῥέξω, et per metathesin ἔρξω.

Futurum secundum resolvunt Iones: ut, τυπέω pro τυπῶ, τυπέομαι pro τυποῦμαι.

Subjunctivo: Tertiis personis singularibus subjunctivorum, sæpè addunt Iones σι vel σιν sequente vocali: ut δῷσι pro δῷ. Quidam iota non subscribunt, διδῷσι pro διδῷ, τύπτῃσι pro τύπτῃ, ποιῇσι pro ποιῇ. Quod si circumflexam terminationem resolvant, ut initio dictum est, terminant in εῃσι: ut, ποιέῃσι pro ποιῇ, τιθέῃσι pro τιθῇ. Varinus annotat Atticam hanc esse in subjunctivis paragogen et nominatam fuisse Ἰβύκειον, quod ea inprimis Ibicus uteretur.

Infinitivo:

Hujus tempora omnia, excepto Aoristo primo, formant Iones, ut Attici, eo solum discrimine quod αι non adjiciant: ut, ταττέμεν pro τάττειν, πεποιηκέμεν pro πεποιηκέναι, θέμεν pro θεῖναι.

Perfectum formant Iones à perfecto activo, sublato etiam κ: ut, τεθνάναι à τέθναα pro τεθνηκέναι: ἑστάναι ab ἕσταα pro ἑστηκέναι: βεβάναι à βέβαα pro βεβηκέναι.

M. *Reliqua* genera sunt

PASSIVUM, cujus considerandus est Modus

Indicativus:

Nonnulla verba in μι in Passivo genere apud Iones vocalem longam servant, Atticorum more: ut, ὄρημαι pro ὄραμαι, ὄνημαι pro ὄναμαι.

Secunda persona singularis aliquot temporum, Præsentis, Imperfecti, Futurorum trium, Subjunctivi item, formatur à tertia ejusdem numeri, ex ultima Syllaba detracto τ: ut, τάττεαι pro τάττῃ, ἐτάττεο pro ἐτάττου, ταχθήσεαι pro ταχθήσῃ, ταγήσεαι pro ταγήσῃ, τετάξεαι pro τετάξῃ, ἐτίθεο pro ἐτίθεσο ab ἐτίθετο: τεθήσεαι pro τεθήσῃ, à τεθήσεται; ἵσταο pro ἵστασο, ab ἵστατο: ἐδίδοο pro ἐδίδοσο, ab ἐδίδοτο: ἐζεύγνυο pro ἐζεύγνυσο, ab ἐζεύγνυτο: βοάαι vel βοῆαι, α in η mutato ex βοᾶται pro βοάῃ. Dicunt alii secundam personam Imperfecti in ου circumflexum resolvi Ionicè in εο: ut, ἐτάττεο pro ἐτάττου. Est tamen prior datus canon generalior etiam eas secundas comprehendens, quæ non desinunt in ου circumflexum.

Prima pluralis desinens in μεθα, omnium temporum et modorum, ad θ per epenthesin acquirit Ionicè σ: ut, ταττόμεσθα, pro ταττόμεθα, ἐποιούμεσθα pro ἐπιούμεθα, τιθέμεσθα pro τιθέμεθα.

Tertia persona pluralis Præteriti perfecti et Plusquamperfecti omnium conjugationum formatur à tertia singulari, ut apud Atticos dictum est: ut, τετύφαται pro τετυμμένοι εἰσὶ, ἐψάλαται pro ἐψαλμένοι εἰσὶ, ἐπεποιέατο pro ἐπεποίηντο. Addit Antesignanus, in quinta Conjugatione, non inveniri hanc Ionicam personam, nisi verbum desinat in λω et ρω, ubi λ et ρ mahent ante α, et ρ adspiratur, ut quibusdam placet: ut, ἐσπάραται seminati sunt. Herodotus in Plusquamperfecto pro ἐστάλατο, dixit ἐσταλάδατο, per pleonasmum syllabæ δα. Neque enim invenitur in verbis sextæ, quæ ante ται habent σ.

Imperativus. Secundam syllabam Imperativi Passivi desinentem in ου Iones resolvunt in εο: ut, τύπτεο pro τύπτου, φείδεο pro φείδου. Desinentem autem in σο per Syncopen minuunt, abjecto σ, et fit in verbis in Μι: ut, τίθεο pro τίθεσο, ἵσταο pro ἵστασο, δίδοο pro δίδοσο, ζεύγνυο pro ζεύγνυσο.

Optativus. Nam

Prima pluralis in μεθα, acquirit Ionicè σ: ut in Indicativo: ut, ταττοίμεσθα pro ταττοίμεθα.

Tertia pluralis in το desinens, loco ν abjecti, acquirit α: ut, ταττοίατο pro τάττοιντο: ταχθησοίατο pro ταχθήσοιντο.

Subjunctivus. Nam

Secunda singularis præsentis formatur à tertia apud Iones, ut in Indicativo: ut, τάττηαι pro τάττῃ.

Prima pluralis in μεθα acquirit Ionicè σ, more temporum Indicativi: ut, ταττώμεσθα pro ταττώμεθα.

Infinitivus. Hic

Diphthongus ει primæ circumflexorum nonnunquam resolvitur Ionicè in εα: ut apud Hesiodum ἐξαλέασθαι pro ἐξαλεῖσθαι, ἀπολέασθαι pro ἀπολεῖσθαι.

Aoristus uterque Ionicè desinit in μεν, abjecto αι ab Attica formatione: ut, ταχθῆμεν pro ταχθῆναι, ταγῆμεν pro ταγῆναι, σταθῆμεν pro σταθῆναι.

MEDIUM: Vide sign. ☞

☞ MEDIUM: cujus Ionicæ variationes eædem sunt, cum Activo et passivo genere: quatenus cum iis terminationum debita proportione conveniunt. Nos carptim perstringemus omnia, vel saltem pleraque:

- *Secunda* singularis Medii generis indicativi et subjunctivi modi formatur Ionicè à tertia, abjecto τ: ut dictum est in præsenti Indicativo passivo: ut, τάττεαι pro τάττῃ, à τάττεται, ἐτάξαο pro ἐτάξω, ab ἐτάξατο, τάττηαι pro τάττῃ, à τάττηται. In hoc genere eodem pacto formatur secunda Aoristorum modi Subjunctivi: ut, τάξηαι pro τάξῃ, τάγηαι pro τάγῃ.
- *Prima* pluralis in μεθα, Indicativi, Optativi et Subjunctivi, acquirit σ, ut in Passivo: ut, ταττόμεσθα pro τατττόμεθα, ταξαίμεσθα pro ταξαίμεθα, &c.
- *Tertia* singularis, ut et prima Plusquamperfecti Indicativi Ionicè desinunt in εα et εε, ut in Activo: ut, ἐτετάγεα pro ἐτετάγειν, ἐτετάγεε pro ἐτετάγει.
- *Futurum* secundum circumflexum Iones resolvunt: ut, ταγέομαι pro ταγοῦμαι, ταγέεσθαι pro ταγεῖσθαι.
- *In* Imperativo secundam in ου, vel verborum in μι in σο desinentem Iones efferunt, ut in Passivo dictum est: ut, τάττεο pro τάττου, ἵσταο pro ἵστασο.
- *In* Optativo tertia pluralis in το desinens formatur, ut in Passivo: ut, ταττοίατο pro τάττοιντο, ταξαίατο pro τάξαιντο.
- *In* Infinitivo, Præteritum perfectum Attico more formatur, sed tamen neglecto αι: ut, τεταγέμεν pro τεταγέναι.
- *Verbi* εἶμι Perfectum εἶα et ᾖα Ionicè habet ᾔϊα et Plusquamperfectum ᾔειν, Ionicè habet ᾔεα, ut ἐτετάγεα.

I.
PARTICIPII Ionici eadem est ratio, quæ Nominum, quæ Verborum, quatenus cum iis declinationum et conjugationum similitudine convenit. Ergo ratione

- *Nominis*, quæ secundæ et tertiæ declinationis sunt participia, eodem, ut illæ, modo declinantur: ut, τεττομένοιο pro τεττομένου, ταξαμέναισι pro ταξαμέναις.
- *Verbi*, et illius, tum
  - *Initii.* Participia quoque augmenta vel abjiciunt: ut, βλήμενος pro βεβλημένος: vel præter usum communem acquirunt: ut, κεκαμὼν Aor. 2. pro καμὼν, πεπαλὼν pro παλών.
  - *Finis*, vel etiam Penultimæ:
    - *Participia* circumflexa eodem modo, ut verba, resolvuntur Ionicè: ut ταγέων pro ταγῶν, λυπεόμενος pro λυπούμενος: in secunda circumflexorum χρεώμενος pro χρώμενος, ὁρμεώμενος pro ὁρμώμενος. Ita verbum substantivum ὢν, οὖσα, ὄν, Ionicè habet ἐὼν, ἐοῦσα, ἐόν.
    - *Perfectum* formatur Ionicè à perfecto activo omisso κ: ut, ἑσταὼς pro ἑστηκώς: βεβαὼς pro βεβηκώς.
    - Participio εἰπὼν, ait Corinthus, non utuntur Iones, sed solo εἴπας ut τύψας.
    - *Futurum* medium τυπούμενος, Iones faciunt τυπεύμενος, ut Dores, teste Caninio.

K.
In reliquis orationis partibus pauca observantur, quæ Iones peculiaria habent: In

- ADVERBIO:
  - *Ea* quæ descendunt à genitivis pluralibus contractis primæ conjugationis in ως et ες, Ionicè resolvuntur: ut, ἀληθέως pro ἀληθῶς, ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.
  - Δεύρω dicunt Iones pro δεῦρο, ultima producta.
  - Οὕτω, sequente vocali apud Ionas non recipit σ: ut apud Herod. οὕτω εὐπετέως.
- *Conjunctione*, Iones ω in ου mutant: ut, ὦν pro οὖν, γῶν pro γοῦν.

D.
Audivimus hactenus, quæ sint unius dictionis Ionicæ affectiones. Jam quæ duarum sint, aut plurium, videndum est, ratione tum

- *Orthographiæ*, si diversitas aliqua in scriptis et pronunciatis literis oboriatur, ut diversæ voces vel
  - *Disjungantur*, cum junctæ esse deberent: simulque vel
    - *Intercedat* aliquid, estque Tmesis vel Hyperbaton: ut, ἐξ ὦν εἷλον pro ἐξεῖλον. Consueverunt enim Iones ὦν redundans inter verbum et præpositionem inferre. Sic λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδὼς pro κατεδηδώς. Item κατὰ δ᾽ ἔκτανεν Ἡετίωνα pro κατέκτανεν.
    - *Nihil* intercedat: ut, πέλοπος νῆσος, pro πελοπόννησος: αἶγα ἄγειον pro αἰγάγειον: ἄγριον ἔλαιον pro ἀγριέλαιον: δῶρα ἀπὸ αἱρεσθαι pro ἀφαιρεσθαι.
  - *Conjungantur* disjungendæ: per contractionem, quæ fit vel
    - *Simpliciter* Vocalium
      - AO in Ω, ut θὤπλα pro τὰ ὅπλα.
      - OA in Ω: ut, τὤγαλμα pro τὸ ἄγαλμα, ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, quod alii tribuunt Atticis.
      - OE in A: ut, ἅτερος pro ὁ ἕτερος.
      - ΩA in Ω: ut, ὦναξ pro ὦ ἄναξ.
    - *Mixtæ*
      - *Vocalium* et Diphthongorum: ut, OAY in AY: ut, ὡυτὸς pro ὁ αὐτός.
      - *Diphthongorum* et Vocalium
        - OIA in Ω: ut, ὤνθρωποι pro οἱ ἄνθρωποι.
        - OIE in A: ut, ἅτεροι pro οἱ ἕτεροι.
        - OYE in A: ut, θατέρου pro τοῦ ἑτέρου.
        - ΩE in A: ut, θατέρῳ pro τῷ ἑτέρῳ.
- *Syntaxeos.* Iones appellatos fuisse μακρολόγους, quòd longiore uterentur verborum ambitu, testatur Cœl. Rhodig. lib. 28. cap. 4. Est autem in ipsa orationis structura notanda Ionibus usitata
  - *Redundantia* vel Pleonasmus Articuli, Pronominis, aliarúmve partium orationis, quod lectio auctorum facilè edocebit. Sic γε, ἄρα, ὦν, τε, et similia sæpe παρέλκει.
  - *Defectus* ἔλλειψις. Ita dicunt, μετὰ δὲ scilicet τούτων posthæc vel postea: καὶ πρὸς scilicet τούτοις, et πρὸς δὲ scilicet τούτοις, Præterea, &c.
  - *Enallage*,
    - *Numerorum.* Plurali numero pro singulari frequenter utuntur Iones, ut apud Herodotum βιώσιμα pro βιώσιμον.
    - *Casuum.* Nominativum pro Genitivo instar Atticorum usurpant Iones: apud Homerum, οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν, pro τῶν δὲ δύω σκοπέλων.
    - *Modorum.* Infinitivus sæpè apud Ionas Imperativi vice ponitur: ut, ἀγορευέμεν pro ἀγόρευε apud Homerum. Fit hoc imprimis in præceptis, pactionibus et præconiis.
    - *Temporum.* Nam
      - *Imperfectum* sumunt pro præsenti Iones: ut apud Homer. Iliad. 22. ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων: ubi Eustathius annotat ἔπλεο vel ἐπέλεο, Ionicè sumi pro πέλεις.
      - *Perfecto* pro præsenti utuntur Iones, teste Eustath. ut, διατετέθμαι pro διανοοῦμαι.
  - *Anastrophe*: ut, ᾧ ἔπι pro ἐπὶ ᾧ, ὄρνιθες ὥς, pro ὡς ὄρνιθες. Herodotus lib. 4. ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι οὐδὲν, pro περὶ ὑπερβορέων δὲ ἀνθρώπων.

Doriensium idioma asperius est, ut et Æolum. Dicti ob id πλατοστόμοι, et apud Theocritum mulieres πλατειάσδοισαι ἅπαντα, ob frequentem usum literæ α: Peloponnesiis usitatum fuit, Spartanis inprimis, Doriensium nobilissimis; Argivis item, Rhodiis, Cretensibus et aliis; qui tamen inter se non penitus consenserunt. Eo etiam sunt usi Pythagoræi, Epicharmus, Pindarus, Ibycus, Bacchilides, Archytas, Simonides, Theocritus. Nos ejus naturam investigaturi generalissima divisione considerabimus et

- *Significationes* vocum quæ peculiares sunt Doriensibus. Ergo Ῥήτρα, pactum, conventio: Doricè est lex, ὁ νόμος. Φόνοι, cædes: Doricè ii, qui perpetrant digna cæde. Ταύτας dicunt pro τάς. Τὰ pro τινά. Κνυζοῦν, deturpare: Doricè radere. Ἄψ, iterum: Doricè retrò, ὀπίσω. Ἐν pro ἐς, ἐν χορὸν pro ἐς χορόν. ut notat Jo. Grammaticus. Ἀνὰ pro σύν: ut, χρύσεῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, pro σὺν χρύσεῳ: ἄντεινον pro σύντεινον.
- *Voces ipsas*, tum
  - *Unam* duntaxat; quæ à communi usu diversa est, vel
    - *Ex parte* solummodo: Considerandum hoc est
      - *Generatim* ratione
        - *Orthographiæ*, quatenus dictio, vel
          - *Augetur*
            - *Initio*: tum *Litera* Β: βηλέα pro ἠλέα. Solent enim Dores β præfigere dictionibus à vocali incipientibus. Τ: ut, τοὶ pro οἱ, τὼς pro ὡς, Χ: ut, χαλκὸς quasi ἀλκὸς, ait Etymologus. tum *Syllaba*. Sic nova formant themata per reduplicationem, τετάχω pro τάττω.
            - *Medio*: tum *Litera*, Ι: ut, πνοίη pro πνόη, ὀλίσαις pro ὀλίσας. Est enim Dorum proprium iota ad ο apponere, teste Corintho. Υ: ut, ζητεύω pro ζητέω. Β: ut, ἴβα pro ἴα, ἴβασον pro ἴασον, Grammaticus. Θ: ut, διχθὰ pro διχῆ, τριχθὰ pro τριχῆ. Ν: ut, ὀρύνω pro ὀρύω. Σ: ut, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα. Diplasiasmo etiam utuntur, geminatione nimirum trium consonantium, ut vult Corinthus, ut: ὄττι pro ὅτι, ὁππόθεν pro ὁπόθεν, ὅσσον pro ὅσον. tum *Syllaba*, Α: ut, ποτείδαον pro πόσειδον. Ε: ut, κενεὸς pro κενὸς, ἀεργὸς pro ἀργός. Με: ut, βήμεναι pro βῆναι. Jo. Grammat.
            - *Fine*: tum *Litera*, Ν: ut, ἐγὼν pro ἐγώ. Σ: ut, οἴκαδες pro οἴκαδε. tum *Syllaba*, Ι: ut, καλοῖσι pro καλοῖς. Γα: ut, ἐγώνγα pro ἐγώ. Νη: ut, ἐγώνη pro ἐγώ.
          - *Minuitur*
            - *Initio*: tum *Litera*, Τ: ut, ἦμος pro τῆμος: tum *Syllaba*, Θε: ut, λῶ pro θέλω, λῇς pro θέλεις.
            - *Medio*: tum *Litera*, Ι: σφὲς pro σφεῖς, γράφεν pro γράφειν. Ait Grammat. iota semper detrahunt Dores: secundum Corinthum autem, è materialibus etiam subducunt: ut, ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος. Υ: ut, νᾶς pro ναῦς, βασιλέσι pro βασιλεῦσι. Δ: ut, πάριος pro πάριδος. Θ: ut, ἐσλὸν pro ἐσθλόν. Ρ: ut, ἔμποθεν pro ἔμπροσθεν. Σ: ut, ὄπιθεν pro ὄπισθεν. Illius autem loco quandoque asperum spiritum sequenti vocali inscribunt: quod etiam agunt Argivi, Lacones, Pamphylii, Eretrii, Oropii: ut, εὖοι pro εὖσοι, βούα pro βούσοα, μωϊκὰ pro μουσική. tum *Syllaba* Ε: ut, ἔγεντο pro ἐγένετο, ἔδμεναι pro ἐδέμεναι. ΕΥ: ut, κέλομαι pro κελεύομαι. Μο: ut, ὀπάτριος pro ὁμοπάτριος, ὄτριχες pro ὁμότριχες. Ο: ut, μενέλας pro μενέλαος.
            - *Fine*: tum *Litera*, Σ: ut, ὃ pro ὅς: tum *Syllaba*, Α: ut, πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνά. Βδα: ut, λὰν pro λάμβδα. Μα. ut, δῶ pro δῶμα. Μνον: ut, Κρὶ pro κρίμνον. Τα: ut, κέρα pro κέρατα. Apocope certè, Dorum est propria.
          - *Mutatur*: de quo vide sign. A.
        - *Prosodiæ*, syllabarum nimirum, tum
          - *Quantitatis*. Ergo
            - *Productiones* ancipitum, Dorum sunt propriæ, teste Grammatico, et Corintho: ut, ἶσος ἰνυαλίῳ. Sic τὸ ὕδωρ καὶ ἰλὺς, ut scribit Etymologus, producunt. Ἴδες tamen ait Corinthus, Ionicè et ipsi corripiunt, ut apud Theocr. ὣν ἴδες, ὣν εἶπας, καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.
            - *Corripiunt* Dores accusativos plurales appellativorum in ας desinentes, similiter etiam participia: ideo etiam tonum mutant: ut, νῦμφας pro νύμφας, κρῆνας pro κρήνας, νοῆσας pro νοήσας, πρᾶξας pro πράξας.
          - *Spiritus*. Solent Dores expuncto sigma in medio, asperum spiritum sequenti vocali adscribere, ut, ποιῆαι pro ποιῆσαι.
          - *Toni*, quem Dores vel
            - *Transferunt* in alias syllabas ex
              - *Ultima* in Penultimam. Nam
                - *Ex* Oxytono in ευς masculino Doricè et Æolicè fit barytonum: ut, βασίλευς pro βασιλεὺς, ὀδύσσευς pro ὀδυσσεύς.
                - *Ex* Perispomeno faciunt Dores, in adverbiis inprimis Qualitatis Paroxytonon: ut, σόφως pro σοφῶς, ἅπλως pro ἁπλῶς.
              - *Penultima* in Ultimam. Ex Paroxytono faciunt Dores Perispomenon, in genitivis pluralibus, adverbiis qualitatis, et futuris primis verborum: ut, παιδῶν pro παίδων, παντῶν pro πάντων: οὑτῶς pro οὕτως, παντῶς pro πάντως: τυψῶ pro τύψω, ποιησῶ pro ποιήσω.
              - *Antepenultima* in Penultimam;
                - *Proparoxytona* pluralia in οι, nomina et participia. Fœminina item pluralia in ες recti casus, et Indefinita in αν et ον desinentia Doricè fiunt paroxytona: ut, φιλοσόφοι pro φιλόσοφοι, καλουμένοι pro καλούμενοι: ὀρνίθες pro ὄρνιθες: ἱστάσαν pro ἵστασαν, ἐλάβον pro ἔλαβον.
                - *Proparoxytona* mutant Dores in Properispomena futurorum mediorum: ut, τυψοῦμαι pro τύψομαι.
            - *Retinent* in eadem syllaba: sed ex Properispomeno faciunt Paroxytonum: ut, χεῖρες pro χεῖρες, νάες pro νᾶες.
      - *Speciatim*. Vide sign. B.
    - *Omnino*, Habent enim et ipsi quasdam voces peculiares, quales sunt: Αἱμακουρίαι, mortuorum parentationes. Αἶτος, lucus. Ἀπφὺς, pater. Βαίτη, vestis pastoralis. Μύχων, palearum acervus. Πρὼξ, roris gutta, &c.
  - *Plures*, vel Syntacticè vel Orthographicè cohærentes. Vide sign. C.

A. *Mutantur inter se Literæ apud Dores respectu tum*

- *Figuræ per ἀντιστοιχίαν, quatenus mutatur*
  - *Vocalis*
    - **Una**
      - **A in**
        - E: ut, παῖδε pro παῖδα, ἄτερος pro ἕτερος.
        - H: ut, σιγῆν pro σιγᾷν: nimirum si α natum sit ex contractione αε et αει: vel etiam si fuerit ᾳ ex αει et αῃ. Tum enim mutatur in η, licet iota subscribendum negligatur.
        - Υ: quod Æoles quoque agunt: ut, σὺρξ pro σὰρξ Etymologus.
      - **E in**
        - A breve: ut, γα pro γε, ἄσσον pro ἔσσον, τράχω pro τρέχω, αἶκε pro εἶκε.
        - O: ut, λάβον pro λάβε, assumpto insuper ν.
        - Ω: ut, νωμῶ pro νέμω, quando nimirum verba circumflexa sumuntur pro barytonis: ὤτερος pro ἕτερος.
      - **H in**
        - A longum: ut, σελάνα pro σελήνη. Et si duo η in duabus syllabis se mutuo sequantur, utrumque abit Doricè in α: ut, παγὰν pro πηγήν. Quamvis dicat Corinthus, primæ conjugationis circumflexorum passiva indefinita corripi in penultima: ut apud Theocritum γαμαθεῖσα pro γαμηθεῖσα: ubi per penultimam non potest, nisi μα, quod ex μη Doricè factum est, intelligi, quod in masculino γαμαθεὶς, est penultima. Regula est. In omnibus partibus orationis, cujuscunque numeri, casus et personæ, Dores η in α longum mutare consueverunt.
        - EE: ut, φιλεέσω pro φιλήσω, ait Etymologus.
        - EI: ut, τέθεικα pro τέθηκα Bœotice.
        - Ω: ut, τῶς μελίσσως pro τῆς μελίσσης, τῷ μελίσσῳ pro τῇ μελίσσῃ.
      - **O in**
        - A: ut, εἴκατι pro εἴκοσι.
        - E: ut, ἀργεφόντης pro ἀργοφόντης, ἀνδρεφόνος pro ἀνδροφόνος.
        - OY: ut, ταξοῦμαι pro τάξομαι.
        - Ω: ut, ὦρος pro ὄρος, κώρος pro κόρος.
      - **Ω in**
        - A productum: ut, πρᾶτος pro πρῶτος, μοῦσαν pro μουσῶν, γελᾶν pro γελῶν. Hinc Crusius ait, se credere ω pronunciatum fuisse per α obscurum.
        - EY: ut, ἠγάπευν pro ἠγάπων, ὀπτεύμενος pro ὀπτώμενος. Hoc raro inquit fieri Caninius.
    - *Plures*, nimirum
      - AE in H: ut, ἶζη pro ἶζαε. Et licet αει fuerit, tamen in η vocalem abit, iota subscribendo vel neglecto: ut, ϐοῆς pro ϐοάεις.
      - EA in A: ut, θᾶσαι pro θεάσαι: et in H: ut, κρῆς pro κρέας.
      - EO in EY: ut, πηλεὺς pro πηλέος, ἀρεὺς pro ἄρεος. In verbis passivis hoc frequens, ubi ει per diæresin ex ου factum est: ut, ἐτάττευ pro ἐτάττεο.
      - OA in Ω: ut, ϐῶξ pro βόαξ.
      - ΩH in A: ut, πρὰν pro πρώην. Nisi dicamus eliso ω, vocalem η mutatam fuisse in α.
  - *Diphthongus.*
    - A cum iota subscripto, ut et η et ω, impropriæ sono carentes diphthongi Doricè amittunt iota subscriptum, et in simplices vocales abeunt, ut τῶ αἰτεία pro τῷ αἰτείᾳ. Quamvis hoc non ita sit generale, ut non frequenter etiam iota subscriptum retineant.
    - **AY in**
      - A: ut, νᾶν pro ναῦν; item in Ω; ut, ὦλαξ pro αὖλαξ.
      - OY: ut, τοῦτας pro ταύτας.
    - **EI in**
      - A: ut, κλᾶδας pro κλεῖδας, κλᾷξ pro κλείς. Quidam enim iota subscribunt.
      - AI: ut, αἰ pro εἰ, φθαίρω pro φθείρω.
      - H: ut, ἰδῆν pro ἰδεῖν, τῆνος pro κεῖνος. Et vero non debet esse factum per pleonasmum literæ ι, ut in Ionico ξεῖνος pro ξένος: tum enim non mutatur η, ut vult Eustathius.
    - EY in OY: ut, ἔσσουα pro ἔσευα. Sic ille Scaron: ἔῤῥει τὰ καλὰ, Μίνδαρος ἀπέσσουε, id est, τέθνηκε: Observavit hoc Caninius.
    - OI in Ω cum iota subscripto: ut, πῳμενικὸς pro ποιμενικός.
    - **OY in**
      - A: ut, αἰνεία pro αἰνείου, πᾶ pro ποῦ: et in OI: ut, μοῖσα pro μοῦσα, ἔχοισα pro ἔχουσα.
      - EY, quoties ου venit ex contractione, facta in εο vel εου, et quoties in verbis circumflexum habet, quamvis non veniat ex contractione: ut, φιλεῦσι pro φιλοῦσι, ἀλεῦμαι pro ἀλοῦμαι, saliam.
      - Ω: ut, ὠρανὸς pro οὐρανὸς, μῶσα pro μοῦσα.
  - *Consonans*
    - *Muta*
      - Π in Φ: ut in κῆφα pro καὶ εἶπα. ΠΤ etiam in Z: ut νίζω pro νίπτω, apud Etymologum.
      - K in T: ut, τῆνος pro κεῖνος.
      - **T in**
        - Π: in σπάδιον pro στάδιον: in K etiam: ut, πόκα pro πότε, ὅκα pro ὅτε.
        - Δ: ut, θέμιδος pro θέμιτος, teste Guillonio: et in N: ut, τετραενὶς pro τετραετίς.
      - B in Δ: ut, ὀδελὸς pro ὀβελός: et in M: ut, μιαιφόνος, οἷον ϐιαιφόνος, ait Etymologus: et in Ξ: ut, ξέρεθρον pro ϐέρεθρον.
      - Γ in Δ: ut, δνόφος pro γνόφος, δᾶ pro γῆ: et in Z: ut, φύζη pro φυγή.
      - Δ in Θ: ψύθος pro ψεῦδος: et in Z, ut, ἀζηχὲς pro ἀδηχὲς, Etymologus.
      - Θ in Z: ut, ζεὸς pro θεός: et in X: ut, ὄρνιχα pro ὄρνιθα.
      - X in K: ut, κύτρα pro χύτρα, κιτὼν, pro χιτὼν, teste Jo. Grammatico.
    - *Semivocales*
      - A in N, sequente ϑ et τ, ut ait Caninius. Eam certè literam nominatim dicit H. Stephanus in hac Dialecto τῷ.
      - A ἀντιστοιχεῖν: ut, φίντατος pro φίλτατος, ἤνθομες pro ἤλθομεν.
      - N in Σ: ut, τύπτομες pro τύπτομεν, in omnibus pluralibus verborum, desinentibus in μεν.
      - P in K: ut, μικκὸν pro μικρόν.
      - **Z in**
        - Δ simplex et duplex: ut ἔρδω pro ἔρζω, per metathesin τοῦ ῥέζω, θερίδδειν pro θερίζειν.
        - Σδ: ut, συρίσδω pro συρίζω.
      - **Σ in**
        - T: ut, φατὶ pro φασὶ, τὺ pro σύ: et in Δ: ut, πέφραδμαι pro πέφρασμαι, ὀδμὴ pro ὀσμή.
        - Z: si duplex σσ fuerit: ut, νίζω pro νίσσω, δοάζω, pro δοάσσω, ait Etymologus.
        - Ξ: ut, καθίξας pro καθίσας, quod fit in futuris, et Aoristis primis 4. barytonorum.
- *Situs*, et ordinis. Ait Plutarchus, Doriensium est literas transponere: ut, ἔρταμις pro ἄρτεμις per hypenthesin: et βάδιστος pro βράδιστος, κρίμος pro κίρμος, κάρτερος pro κράτερος per metathesin.

B. *Jam* verò specialius Doricas proprietates, inprimis quoad finem seu terminationem vocum consideraturi, Partes orationis singulas examinabimus,

- *Articulum:* ubi notanda sunt:
  - *Uterque* articulus easdem mutationes Doricè recipit cum iis declinationibus nominum, juxta quas inflectitur: ut, τᾶν μοισᾶν pro τῶν μουσῶν, τὰς pro τούς, τῶ pro τοῦ, ἃ pro ἧ, &c.
  - *Præpositivus* pluralis οἱ et αἱ invenitur Doricè cum τ et accentu: ut, τοὶ pro οἱ, ταὶ pro αἱ, τοὶ θεοὶ pro οἱ θεοί, ταὶ μοῦσαι pro αἱ μοῦσαι.
  - *Postpositivus*
    - Ὅς Doricè amittit σ: ut, ὃ pro ὅς. Apud Theocritum, ὃ τριφίλητος Ἄδωνις. Sic Corinthus. Hinc etiam ὅτις pro ὅστις: apud Homerum Odyss. 4. κλῦθι ἄναξ, ὅτις ἐσσί.
    - *Ionum* more apud Dores quoque per prosthesin acquirit τ, exceptis nominativis ὅς et ἥ, teste Caninio: ut, τοῦ pro οὗ, τῆς pro ἧς.
  - *Compositivus* ὅστις Genitivum Doricè in ευ format: ut, ὅτευ pro ὅτου Attico.
- *Nomen ratione accidentium esse*
  - *Speciei*
    - *Comparativæ.* Dores per Metaplasmum et ἀντιστοιχίαν jam dictam varia efficiunt comparativa, pro κρείσσων dicunt κρέσσων, pro μείων μήων, pro πλείων πλήων, pro ἥσσων ἄσσων, pro πλέον πλεῦν. Inprimis autem notanda sunt quædam:
      - *Comparativorum* syllabam penultimam, γι, δι, θι, κι, χι, vel similem Dores in σσ vertunt: ut, ἄσσων pro ἐγγίων, βράσσων pro βραδίων, βάσσων pro βαθίων, γλύσσων pro γλυκίων, πάσσων pro παχίων, θάσσων pro ταχίων, ἐλάσσων pro ἐλαχίων.
      - Ος mutant Dores in ων, interveniente syncope: ut, κάῤῥων pro κάρτερος, elisa syllaba τε.
      - Ιον in ειν vertunt Dores: ut, βέλτειν pro βέλτιον, quod alii Atticis tribuunt.
    - *Denominativæ,* et Numeralis. Dicunt Dorienses τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, διχθὰ pro διχῆ, τριχθὰ pro τριχῆ, τετραχθὰ pro τετραχῆ, &c.
    - *Diminutivæ.* Habent Dores nonnulla peculiaria diminutiva, φύντις amiculus, πυῤῥίχος rufulus, ὁσσίχος quantulus.
  - *Generis. Nam*
    - *Subjunctivorum* nominum genera mutant Dores terminatione vel eadem existente: ut, ἡ τάρταρος pro ὁ τάρταρος, ἡ ἰσθμὸς pro ὁ ἰσθμός; vel diversa: ut, ἡ φθόγγος pro ὁ φθόγγη.
    - *Adjectiva*
      - *Desinentia* in ος, communia faciunt Dores: ut, ὁ καὶ ἡ γενναῖος, στεῤῥός. Dicunt enim γενναῖος pro γενναία, στεῤῥὸς pro στεῤῥά.
      - *Fœminina* in η, masculinorum in ος, Dores per α reddunt: ut, καλὰ pro καλή, ἀγαθὰ pro ἀγαθή.
  - *Declinationis.* Ubi observanda est varietas
    - *Casuum in declinationibus*
      - *Simplicium:*
        - *Prima:*
          - *In* singulari numero η Doricè mutatur in α longum: ut, ποιητὰς pro ποιητής, ποιητὰν pro ποιητήν.
          - *Genitivus* singularis Doricè desinit in α: ut, αἰνεία pro αἰνείου. Hoc imitatur communis usus in nominibus maximè propriis: ut, θωμᾶ pro θωμοῦ, Πυθαγόρα pro Πυθαγόρου. Hoc ipsum sic eloquitur H. Stephanus: Primæ declinationis nomina in ας, quædam non in ου tantum, sed etiam in α genitivum habent: quædam in α tantum: ut, ἀρχύτας, πατραλοίας, habent ἀρχύτου et ἀρχύτα, πατραλοίου et πατραλοία. Sed Μνᾶς, Θωμᾶς, &c. solum habet μνᾶ, θωμᾶ.
          - *Dativo* sæpiùs non scribunt iota Dores: ut, αἰνεία pro αἰνείᾳ, ποιητᾶ pro ποιητῇ.
          - *Genitivus* pluralis apud Dores desinit in αν: ut, τᾶν ταμιᾶν pro τῶν ταμιῶν.
          - *Dativus* pluralis Doricè desinit in ῃς vel ῃσι, vel αισι, ut apud Iones: ut, ταμίῃς, ταμίῃσι, ταμίαισι pro ταμίαις.
          - *Accusativos* in ας corripiunt Dores, ut in Prosodia dictum est.
        - *Secunda:*
          - *Dores* η singularis numeri mutant in α: ut, τιμὰ pro τιμή, τιμὰν pro τιμήν.
          - *Genitivi* et Dativi singularis η vel α mutant Dores in ω: ut, τῶς μελίσσως pro τῆς μελίσσης, τῷ μελίσσῳ pro τῇ μελίσσῃ, iota subscripto, vel neglecto.
          - *Genitivus* pluralis apud Dores desinit in αν, ut in prima: ut, τᾶν τιμᾶν pro τῶν τιμῶν. In εων etiam, ut apud Iones. Ait enim Etymologus Genitivi in ων à rectis in αι, Æolicè quidem habent άων, μελισσάων: Doricè autem έων πυλέων.
          - *Dativus* pluralis formatur Doricè, ut in prima declinatione: ut, γεφυρῇς, γεφυραῖσι, γεφυρῇσι, pro γεφυραῖς.
        - *Tertia:*
          - *Genitivus* singularis Doricè in ω desinit, vel in οιο: ut, λόγω vel λόγοιο pro λόγου.
          - *Nominativus* pluralis in οι penultimam acuit, ut dictum in Prosodia: ut φιλοσόφοι, pro φιλόσοφοι.
          - *Dativus* pluralis Doricè per paragogen acquirit ι: ut λόγοισι pro λόγοις.
          - *Accusativus* pluralis Doricè in ος vel ως desinit: ut, τὼς λόγως, vel τὸς λόγος pro τοὺς λόγους.
        - *Quinta:*
          - *Ex* obliquis casibus singularis numeri Dores auferunt δ et τ: ut, πάρις, πάριος pro πάριδος: χάρις, χάριος pro χάριτος. Sic Jo. Grammaticus. Hoc aliàs est Ionum.
          - *Genitivum* et Dativum singularem formant Dores à nominativo, ablato σ: ut, θόας, θόα, pro θόαντος: φόρκυς, τοῦ φόρκυ, τῷ φόρκυ pro φόρκυος, φόρκυϊ. Ita quoque ἰησοῦς, ἰησοῦ, ἰησοῦ, ἰησοῦν declinatur.
          - *Accusativum* singularem terminant Dores in ε: ut, παῖδε pro παῖδα: in ω item, nominum in ους: ut, βῶν pro βοῦν: et in plurali βῶς pro βοῦς.
          - *Vocativum* quandoque resolvunt Dores: ut, ποσείδαον pro πόσειδον.
      - *Contractorum,* de quibus signo D.
    - *Terminationum,* quas novas ex antiquis et usitatis condunt Dores, exempli gratia:
      - Ἄξ ex ακις: ut, πάλλαξ pro παλλακίς: vel ex αλος, ut, πάσσαξ pro πάσσαλος.
      - Ας ex αυς, ut, νᾶς pro ναῦς.
      - Η ex ις: ut, δαμάλη pro δάμαλις, φύη pro φύσις.
      - Ιον ex ον: ut, κράνιον pro κράνον.
      - Ας etiam ablato ο: ut ἀκουσίλας pro ἀκουσίλαος. Ionum etiam consuetudine.
- *Reliquas partes.* Pronomen *sign. E.* Verbum *sign. F.* Participium *sign. G.* Adverbium, Præpositionem, Conjunctionem *sign. H.*

D. *In* Contractis quoque declinationibus Dores suas habent proprietates, in

- *Prima:* Genitivum singularem Dorienses per ευς reddunt: ut, διογένευς pro διογένους, ἄρευς pro ἄρους. Alii Doriensibus etiam tribuunt genitivum primæ simplicium, διογένου pro διογένους: ut et Vocativum in ε desinentem, qui aliàs est Æolum: ut, ὦ Σώκρατε, pro ὦ Σώκρατες.
- *Secunda:* Genitivus singularis apud Dores in ευς desinit: ut, πόλευς pro πόλεος.
- *Tertia:*
  - *Omnia* in ευς masculina oxytona Doricè et Æolicè sunt Barytona, teste Caninio: ut, βασίλευς pro βασιλεὺς, Ὀδύσσευς pro Ὀδυσσεύς.
  - *Genitivum* singularem formant Dores in ευς ut in prima et secunda declinatione: ut, βασιλεῦς pro βασιλέος: ut idem Caninius observat.
  - *Dativos* plurales à rectis in ευς efferunt Dores, ut Dativum pluralem primæ declinationis: ut, βασιλέεσσι pro βασιλεῦσι, Δωριέεσσι pro Δωριεῦσι. Apud Theocritum, Δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.
- *Quinta:*
  - *Dores* in obliquis singularis numeri τ sæpiùs auferunt: ut, κέραος pro κέρατος.
  - *Desinentia* in εα Doricè sæpiùs contrahuntur: ut, κρῆς pro κρέας.

E. *Pronominum* Doricas variationes in plerisque speciatim annotabimus:

- Ἐγὼ in
  - *Nominativo* Doricè, addito νη, habet ἐγώνη. Sin η auferatur, ἐγών: et adjecta syllaba γα, ἐγώνγα.
  - *Genitivo* ἐμεῦ vel μεῦ pro μοῦ.
  - *Dativo* ἐμὶν vel μὶν pro ἐμοὶ vel μοί.
  - *Nominativo* et Accusativo duali ἄμμε pro νῶ. Antesignanus.
  - *Nominativo* Plurali ἄμες vel ἄμμες pro ἡμεῖς. Et sic in reliquis casibus η mutatur Doricè in α ἀμέων vel ἀμῶν, ἀμῖν, ἄμμε. Alii Accusativum ἀμᾶς faciunt, quem fatetur Caninius se nusquam legisse.
- Σὺ in
  - *Nominativo* Doricè habet τὺ, σ in τ mutato: et addito νη vel γα, τύνη, τύγα.
  - *Genitivo* σεῦ, τεῦ, τεοῖο, et quod addit Joan. Grammaticus, σέθεν pro σοῦ.
  - *Dativo* τοὶ, τὶν, et τεὶν pro σοί.
  - *Accusativo* τὺ et τὲ pro σέ.
  - *Nominativo* et Accusativo duali ὔμμε pro σφῶ. Antesignanus.
  - *Nominativo* plurali ὔμες et ὔμμες pro ὑμεῖς. In cæteris casibus Dores sunt Æolibus similes ὑμμέων, ὔμμιν, ὔμμας. Apud Theognidem, πάντως κύρνε καὶ ὔμμας ὀλεῖ.
- Οὗ in
  - *Genitivo* habet Doricè εὗ.
  - *Dativo* σφὶν pro οἱ.
  - *Accusativo* μὶν et νὶν pro ἑ: ducentes à nominativo inusitato ἷς pro ὃς, cujus accusativus est ἷν et præposito μ vel ν, μὶν vel νίν.
  - *Nominativo* plurali σφὲς pro σφεῖς.
  - *Accusativo* ψὲ pro σφᾶς.
- Σός. Mutant heic Dores σ in τ, et inserunt per epenthesin ε: ut, τεὸς, τεὰ, τεὸν, pro σὸς, σὰ, σόν.
- Ἡμέτερος. Doricè ἀμέτερος: item, ἀμὸς, ἀμὰ, ἀμὸν, pro ἡμέτερος, &c.
- Ὑμέτερος. Doricè ὑμὸς, ὑμὰ, ὑμὸν, pro ὑμέτερος, &c.
- Σφέτερος. Doricè σφὸς, σφὰ, σφὸν, pro σφέτερος, &c.
- Οὗτος. Accusativum pluralem ταύτας, efferunt Dorienses per τούτας.
- Ἐκεῖνος. Dores ablato ε, et κ in τ verso, ει in η, dicunt τῆνος, τῆνα, τῆνον, et τῆνο pro ἐκεῖνος, η, ο. Servatur nonnunquam κ, teste Etymologo, diciturque κῆνος.
- Αὐτὸς. Dores, unà cum poëtis, utuntur dictiunculis μὶν, νὶν, et ut vult Hesychius, ψὲ pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτὸ, αὐτοὺς, αὐτὰ, Caninius observat νὶν Dorum esse, μὶν Æolum.
- Ἑαυτοῦ: Pro ἑαυτὸν dicunt Cretenses ἁὐασὸν, teste Corintho.

F. *Verborum* Doricas affectiones sigillatim omnes pendendæ veniunt, in eorum

- *Temporibus* et horum vel
  - *Augmento:* quod vel
    - *Detrahitur:* Dores et syllabicum et temporale augmentum è nonnullis verbis submovent: ut, apud Pindarum, γέρας ἔδεκτο pro ἐδέδεκτο: ἆδον et ἆσα pro ᾖδον et ᾖσα, ab ᾄδω cano. Hoc potius mutatione τοῦ η in α, quàm augmenti sublatione factum videtur.
    - *Mutatur:* nimirum
      - Ου augmentum Dores nonnunquam in ω vertunt: ut, ὤταζον pro οὔταζον.
      - ΕΙ quorundam verborum, nimirum illorum sedecim, quæ ad ε augmenti loco acquirunt iota, Dores veteres vertebant in η: ut, ἧλκον pro εἷλκον, ἦχεν pro εἶχον.
      - *Perfecti* Attici penultimam longam servant Dores: ut, ἐλήλουθα pro ἐλήλυθα. Vide Perfectum.
  - *Reliquis* omnibus, quæ ad Doricam formationem requiruntur, et proximè post initium vel augmentum verborum occurrunt, ultima scilicet, et penultima. Vide L.
- *Figura.* Concidunt Dores in compositis præpositiones, teste Corintho: ut, ἄντεινον pro ἀνάτεινον, ἀμβολιεργὸς pro ἀναβολιεργὸς, καββαλεῖν pro καταβαλεῖν.
- *Thematibus* quæ vel
  - *Nova fingunt:*
    - A præterito perfecto Dores nova ducunt themata: τετάχω à τέταχα verbi τάττω: πεφύκω à πέφυκα: ἀνήγω ab ἄνηγα pro ἦχα, verbi ἀνάσσω.
    - A Barytonis Dores circumflexa producunt, ait Corinthus: ut, στρωφάω, στρωφῶ, à στρέφω: νωμάω, νωμῶ, à νέμω: πωτάω, πωτῶ, à πέτω.
  - *Characteristicas permutant:*
    - *Verbis* in εω et αω veteres Dorienses addunt υ: ut, ζητεύω pro ζητέω, ψαύω pro ψάω.
    - *Quæ* in ιω et υω desinunt, Doricè accipiunt ν: ut, πίνω pro πίω, θύνω pro θύω, παλύνω pro παλύω.
    - *Quartæ* barytonorum ζ Doricè in σδ abit: ut, κωμάσδω pro κωμάζω.

L. *Ut* autem Tempora Doricè probè cognoscamus nonnulla communia inter se habent, ut cum *α* in *η*, *ε* in *α*, *ου* in *ευ*, *μεν* in *μες* frequenter mutatur. Quia tamen magis conducet, singulis privatam, propriamque suam varietatem, assignabimus, et considerabimus Genus verborum.

- **Activum ejusque modum**
  - **Indicativum et Tempus**
    - *Præsens:*
      - *In* secunda et tertia singulari è diphthongo *ει*, posteriorem vocalem abjiciunt Dores: ut, τάττες pro τάττεις, τάττε pro τάττει.
      - *Secundam* circumflexorum contrahunt Dores, non in ᾶ, sed in ῆ, iota neglecto: ut, ὁρῆς pro ὁρᾷς, βοῆς pro βοᾷς. Hoc imitati sunt Attici in πεινῆς, διψοῦς, ζῆς, et aliis. E contra in aliis nonnullis *η* penultimum mutant in *α*: ut, φαμὶ pro φημὶ, ἵσαμι pro ἵσημι.
      - *Tertia* singularis verborum in *μι* Doricè mutat *σ* in *τ*: τίθητι pro τίθησι, ἵστητι pro ἵστησι, δίδωτι pro δίδωσι, ζεύγνυτι pro ζεύγνυσι.
      - *Prima* pluralis in *μεν* desinens, ut et cæterorum omnium temporum, modorum, generum, Doricè mutatur in *μες*: ut, τάττομες pro τάττομεν, ποιοῦμες pro ποιοῦμεν, τίθεμες pro τίθεμεν.
      - *Eadem* prima pluralis, *ου* penultimum, mutat Doricè in *ευ*: ut, ποιεῦμες pro ποιοῦμεν, ποιεῦσι vel ποιεῦντι pro ποιοῦσι. Sin *ου* contractum sit verborum in *οω*, tunc ut vult Antesignanus, in annotationibus circumflexorum non abit in *ευ*: ut ita pro χρυσοῦμεν, non dicamus χρυσεῦμεν, quamvis Caninius dicat χρυσεῦν pro χρυσοῦν.
      - *Tertia* pluralis omnium conjugationum, Præsentis et Futurorum, Doricè similis est dativo singulari participii masculini ejusdem generis: ut, τύπτοντι pro τύπτουσι, ποιοῦντι vel ποιεῦντι pro ποιοῦσι, βοῶντι pro βοῶσι, χρυσοῦντι pro χρυσοῦσι, τιθέντι pro τιθεῖσι, ἱστάντι pro ἱστᾶσι, διδόντι pro διδοῦσι, ζευγνύντι pro ζευγνῦσι, ἐντὶ pro εἰσὶ, φαντὶ pro φασί.
      - *Verbi* substantivi εἰμὶ Dorica formatio nonnulla habet peculiaria. Pro εἰμὶ dicunt Dores ἐμμὶ, pro εἶς, ἐσσί: pro ἐστὶ, ἐντί: pro ἐσμὲν, dicunt ἐμὲν, εἰμὲν et εἰμές: pro εἰσὶ, ut jam vidimus, ἐντί.
    - *Imperfectum:*
      - *Dores* *ου* quoque in Imperfecto vertunt in *ευ*, et *μεν* in *μες*: ut, ἐποίευν pro ἐποίουν, ἐποιεῦμεν pro ἐποιοῦμεν, ἐτάττομες pro ἐτάττομεν, ἐβοῶμες pro ἐβοῶμεν.
      - *In* secunda circumflexorum observavit Caninius *ω* in *ευ* contrahi Doricè: ut, ἠγάπευν pro ἠγάπεον, ἠγάπων. Hoc tamen rarius ait contingere. Contingit etiam, ut contractio fiat non in *α*, sed in *η*, ex *αε*: ut, ἔζη pro ἔζαε, ἔζα.
      - *Tertia* pluralis Imperfecti et Aoristi utriusque Barytonorum formatur Doricè, pro litera *ν* ponendo *σαν*: ut, ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον, εἴδοσαν pro εἶδον, ἐμάθοσαν pro ἔμαθον. Sic Imperfectum tertiæ circumflexorum ἐδολιόοσαν, ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίοον, ἐδολίουν, à δολιόω, dolosè ago. Hoc invenitur in Psalm. 5. ἐδολιοῦσαν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, linguis suis dolosè agebant.
      - *Tertia* pluralis imperfecti et Aoristi secundi verborum in *μι* formatur Doricè à prima singulari, ultima longa in brevem mutata: ut, ἔτιθεν pro ἐτίθεσαν, ἐδίδον pro ἐδίδοσαν, ἵσταν pro ἵστασαν, ἐζεύγνυν pro ἐζεύγνυσαν, ubi *υ* breve est.
      - *Verbi* substantivi tertiam singularem formant Dores, *ν* in *σ* mutato, ἦς pro ἦν vel ἧ.
    - *Perfectum:*
      - *Penultima* perfecti Attici, tres syllabas excedentis, apud Dores retinetur longa: ut, ἐλήλουθα pro ἐλήλυθα, et Poëticè εἰλήλουθα. Quidam enim inquiunt *ι* et *ο* in *ει* et *ου* Poëticè redundare. Eustathius πρόσθεσιν τοῦ *ι* Ionicam esse dicit, τοῦ *ο* Bœoticam.
      - *In* nonnullis verbis *η* mutant Dores in *α*: ut, ἕστακα pro ἕστηκα, κέκμακα pro κέκμηκα, à κάμνω.
      - *Prima* pluralis in *μεν*, Doricè *μες* habet: ut, τετάχαμες pro τετάχαμεν.
      - *Tertia* pluralis Doricè terminatur in *αντι*: ut, τετάχαντι pro τετάχασι, ἑστήκαντι pro ἑστήκασι, πεποιήκαντι pro πεποιήκασι, τετείκαντι pro τετείκασι.
    - *Plusquamperfectum:*
      - *Prima* et tertia singularis Doricè in *η* desinit, Tertia pluralis in *εσαν*, ut apud Atticos: ut, ἐτετάχη pro ἐτετάχειν et pro ἐτετάχει, ἐτετάχεσαν pro ἐτετάχεισαν.
      - *Prima* pluralis in *μεν* Doricè in *μες* desinit: ut, ἐτετάχειμες pro ἐτετάχειμεν.
    - *Aoristum* primum:
      - *Eandem* cum futuro characteristicam et penultimam Doricè habet Aoristus primus: ut, ἔκλαξα pro ἔκλεισα, à futuro κλάξω; hinc Imperativus ἀπόκλαξον, exclude: ἐβάδιξα pro ἐβάδισα, à βαδίζω: ἐβόασα pro ἐβόησα, à futuro βοασῶ, pro βοήσω, ἔστασα pro ἔστησα, à στασῶ pro στήσω.
      - *Primam* pluralem, ut præsentis, in *μες* terminant Dores: ut, ἐτύψαμες pro ἐτύψαμεν, &c.
      - *Tertia* pluralis Barytonorum Doricè desinit in *σαν*, ut in Imperfecto: ut, ἐτάξασαν pro ἔταξαν.
    - *Aoristum* secundum:
      - *Prima* pluralis Doricè in *μες* desinit: ut, ἐτάγομες pro ἐτάγομεν.
      - *Tertia* pluralis Barytonorum quidem Doricè in *σαν* desinit: verborum autem in *μι* à prima singulari formatur, ut in Imperfecto: ut, ἐτάγοσαν pro ἔταγον: ἔθεν pro ἔθεσαν, ἔσταν pro ἔστησαν, ἔδον pro ἔδωσαν, ἔφυν, ita ut *υ* corripiatur, pro ἔφυσαν.
    - *Futurum* primum:
      - *Characteristica* litera *σ*, sæpe mutatur Doricè in *ξ*, maximè in 4. Barytonorum, vel penitùs omittitur: ut, βαδίξω pro βαδίσω, καθίξω pro καθίσω, κλάξω pro κλείσω, *ει* in *α* quoque mutato à κλείω: ἀγωνιοῦμαι pro ἀγωνίσομαι.
      - *Nonnunquam* heic quoque mutant Dores *η* in *α*: ut, βοασῶ pro βοήσω: στασῶ pro στήσω, δοκασῶ pro δοκήσω.
      - *In* omni conjugatione futurum primum Doricè circumflectitur, ut simile evadat secundo: ut, τυψῶ pro τύψω, ποιησῶ pro ποιήσω, δωσῶ pro δώσω, στασῶ pro στήσω.
      - *Prima* pluralis Doricè in *μες* desinit, tertia similis est dativo singulari participii in utroque Futuro: ut dictum est in Imperfecto: ut, τάξομες pro τάξομεν: τάξοντι vel ταξοῦντι, vel etiam ταξεῦντι pro τάξουσι: ταγοῦντι vel ταγεῦντι pro ταγοῦσι.
      - *Desinentia* in *ου* Dores mutant in *ευ*: ut, ποιησεῦντι pro ποιησοῦντι, δωσεῦντι pro δωσοῦσι.
  - *Reliquos:* quorum non minor est quàm Indicativi varietas. Vide signum M.
- **Passivum** et Medium. Vide sign. N.

M. *In* reliquis modis Activi generis et quidem in

- *Imperativo.*
  - *Præsens*:
    - *In* prima circumflexorum ει mutatur Doricè in η: in tertia autem ου in ω: ut, ποιῆτο pro ποιείτω, ποιείτω: χρυσώτω pro χρυσοέτω, χρυσούτω. Sic verbum εἰμὶ in Imperativo habet ἔτω pro ἴστω, tanquam à verbo ἴω.
    - *In* secunda circumflexorum contractio Doricè fit in η: ut, ζῆ, ζήτω pro ζᾶ, ζάτω, ex ζάε, ζαέτω.
    - *In* verbis in μι usurpatur potius à Doriensibus terminatio contracta: ut, τίθει pro τίθετι, ἵστα pro ἵσταθι, δίδοι pro δίδου vel δίδοθι.
  - *Aoristus* secundus:
    - *Mutari* solet ε in ον exemplo Syracusanorum: ut, λάβεν pro λάβε, τύπον pro τύπε.
    - *In* secunda conjugatione Verborum in μι ponitur α pro η: ut, στᾶθι pro στῆθι.
- *Optativo.*
  - *Prima* pluralis in μεν omnium conjugationum et temporum Doricè in μες desinit: ut, τύπτοιμες pro τύπτοιμεν, ποιήσοιμες pro ποιήσοιμεν, &c.
  - *Præsens* tempus verborum circumflexorum terminant Dorienses et Æoles in ῴην: ut, ποιῴην pro ποιοῖμι, χρυσῴην pro χρυσοῖμι, βοῴην pro βοῷμι.
  - *Aoristi* utriusque tertia pluralis formatur Doricè in σαν, ferè ut imperfecti indicativi: ut, ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν, τύψαισαν pro τύψαιεν, ὀλέσαισαν pro ὀλέσαιεν.
- *Conjunctivo.*
  - *Prima* pluralis in μεν omnium temporum et conjugationum effertur apud Dores per μες: ut, τύπτωμες pro τύπτωμεν.
  - *Tertia* pluralis omnium temporum Doricè est dativo participii similis, ut in Præsenti Indicativi: ut, τύπτωντι pro τύπτωσι, ποιῶντι pro ποιῶσι, βοῶντι pro βοῶσι, τετύπωντι pro τετύπωσι.
- *Infinitivo.*
  - *Tempora* quæ in ειν desinunt formant Dores tribus diversis modis: 1. ut Attici in έμεναι: ut, τυπτέμεναι pro τύπτειν, ποιησέμεναι pro ποιήσειν, &c. Ait tamen Etymologus in voce βασκέμεν: καὶ οἱ Δωριεῖς τὰ εἰς ειν ἀπαρέμφατα, διὰ τοῦ έμεν προφέρουσι: γεγάμεν pro γεγάναι, τιθέμεν pro τιθέναι. Ita certè εἶναι non solùm Doricè habet ἔμεναι, vel ut scribit Corinthus εἴμεναι: sed etiam ἦμεν, ε insuper in η mutato vel ἦμες, si ν Dorico more in σ abeat. 2. Ex ει diphthongo auferunt iota: ut, τύπτεν pro τύπτειν, τυπὲν et translato tono τύπεν pro τυπεῖν. 3. Ει in η mutant iota vel subscripto vel neglecto: ut, τύπτῃν vel τύπτην pro τύπτειν, δραμῆν pro δραμεῖν, λαβῆν pro λαβεῖν, γελῆν pro γελᾶν.
  - *Perfectum* in έναι Doricè, ut apud Atticos in έμεναι desinit: ut, πεποιηκέμεναι pro πεποιηκέναι, τεταχέμεναι pro τεταχέναι.
  - *Secunda* circumflexorum α mutatur Doricè in η: ut, βοῆν vel βοήμεναι pro βοᾶν, iota vel subscripto, vel neglecto. Viceversa in secunda in μι, η in α: ut, στᾶναι pro στῆναι.

N. *Reliqua* Genera sunt

- Medium: quod easdem habet Doricas variationes, quas Activum et Passivum quandoquidem cum iis temporum nonnullorum terminationibus convenit. Ergo
  - *Dores* ου vertunt in ευ, ubicunque possunt: ut, ἐτάττευ pro ἐτάττου, ἐποιεύμην pro ἐποιούμην, ἴθευ pro, ἴθου τάττευ pro τάττου.
  - *Personam* primam numeri pluralis in μεθα et μεν desinentem omnium temporum, modorum, conjugationum in μεσθα et μες terminant Dores: ut, ταττόμεσθα pro ταττόμεθα, βοώμεσθα pro βοώμεθα: ἐτετάγειμες pro ἐτετάγειμεν, τετάγαμες pro τετάγαμεν, &c.
  - *Præteriti* perfecti tertia pluralis Doricè in αντι desinit, ut in activo: ut, τετάγαντι pro τετάγασι.
  - *Plusquamperfecti* prima et tertia singularis in η, tertia pluralis in εσαν desinit apud Dores, ut in activo: ut, ἐτετάγη pro ἐτετάγειν, et ἐτετάγει: ἐτετάγεσαν pro ἐτετάγεισαν.
  - *Aoristi* primi secunda singularis Doricè in α desinit: ut, ἐτάξα pro ἐτάξω.
  - *Futurum* in Medio quoque circumflectitur Doricè: ut, τυψοῦμαι vel τυψεῦμαι pro τύψομαι, στασεῦμαι pro στήσομαι, θησεῦμαι pro θήσομαι, &c.
  - *Infinitivi* perfectum tempus Doricè in έμεναι desinit, ut in Pass. ut, τετυπέμεναι pro τετυπέναι.
- Passivum cujus expendimus modum
  - *Indicativum*: In quo
    - *Prima* pluralis in μέθα acquirit ad θ literam σ, in μεν autem ν mutat in σ, Dorico more: ut, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα, τιθέμεσθα pro τιθέμεθα: ἐτύφθημες pro ἐτύφθημεν, ἐτάγημες pro ἐτάγημεν.
    - *In* Præsenti et imperfecto ου Doricè mutatur in ευ; ut, ἐτάττευ pro ἐτάττου, ποιεῦμαι pro ποιοῦμαι, ἐτίθευ pro ἐτίθου.
    - *Secunda* singularis præsentis secundæ circumflexorum contrahitur in η: ut, βοῆ pro βοᾷ. vel etiam ut annotat Antesignanus, βοᾶσαι pro βοᾷ. Viceversa secundæ conjugationis in μι personam secundam Atticam ἵστη Dores ἵστα dicunt, η in α mutato.
    - *In* Perfecto quartæ baryton. loco σ assumunt Dores characteristicam Aoristo secundi: ut, πέφραδμαι pro πέφρασμαι. Hoc alii Atticis tribuunt.
    - *Aoristus* uterque.
      - *Frequenter* hic Dores η in α mutant: ut, ἀπέβαν pro ἀπέβην, ἀνεπτάμαν pro ἀνεπτάμην.
      - *Tertiam* pluralem formant Dores et Æoles à prima singulari; longa in brevem mutata, ην in εν; ut, ἔταχθεν pro ἐτάχθησαν ab ἐτάχθην; ἔταγεν pro ἐτάγησαν, ab ἐτάγην.
      - *Prima* pluralis ultimum ν mutat Doricè in σ; ut ἐτάχθημες pro ἐτάχθημεν, ἐτάγημες pro ἐτάγημεν.
      - *Penultima* Aoristi primi per omnes modos et tempora Doricè corripitur, ut observat Neander; ut, ἐποιέθην pro ἐποιήθην.
      - In participio γαμεθεῖσα pro γαμηθεῖσα. Corinthus locum ex Theocrito citat; οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσα ἀνάχοιτο. Hic α breve est, ex ε factum Doricè.
  - *Imperativum*; Dores ου in ευ vertunt; ut, τάττευ pro τάττου, ποιεῦ pro ποιοῦ, τίθευ pro τίθου.
  - *Optativum*. Hic
    - *Præsentis* η Doricè in α mutatur; ut, γενοίμαν pro γενοίμην.
    - *Prima* Pluralis in μεσθα vel μεν Doricè effertur, ut Indicativo; ut, γενοίμεσθα pro γενοίμεθα ταγείημες pro ταγείημεν.
  - *Subjunctivum*, ubi
    - *Prima* pluralis in μεθα acquirit σ, in μεν desinens, abit in μες Doricè; ut, ταττάμεσθα pro ταττώμεθα, τυφθῶμες pro τυφθῶμεν.
    - *Tertia* pluralis Aoristorum in ᾶντι desinit Doricè, teste Caninio; ut, ταχθᾶντι pro ταχθῶσι, ταγᾶντι pro ταγῶσι.
  - *Infinitivum*.
    - *Aoristum* utrumque in ημεναι terminant Dores, ut Attici; ut, ταχθήμεναι pro ταχθῆναι, ταγήμεναι pro ταγῆναι, τιθήμεναι pro τιθῆναι.
    - *Secunda* circumflexorum Doricè mutat α in η: ut, χρῆσθαι, pro χρᾶσθαι, βοᾶσθαι pro βοῆσθαι.

G. *Participii* Dorica formatio propter terminationis similitudinem in plerisque convenit cum

- *Nominibus*, quibuscum easdem recipit declinationum formas: ut, ἁ τετυμμένα, pro ἡ τετυμμένη.
- *Verbis*, ratione
  - *Initii*, vel augmenti. Participia quoque Dores augent præter usum communem aliorum: ut, ἐκλελαθόντα φυλάσσεις pro ἐκλαθόντα.
  - *Finis*, vel etiam penultimæ:
    - *In* Barytonis activis præsentis temporis, ου fœmininorum Doricè abit in οι: τύπτοισα pro τύπτουσα.
    - *Primæ* circumflexorum participia ου mutant in ευ: ut, ποιεῦσα pro ποιοῦσα, ποιεύμενος pro ποιούμενος.
    - *Aoristus* primus in αι desinens per epenthesin Doricam acquirit iota: ut τύψαις pro τύψας. Pindarus etiam τύψαισα dicit. ποιήσαις pro ποιήσας.
    - *Circumflexa* in ῶν efferunt Dores per ᾶν: ut, γελᾶν pro γελῶν, ἐλᾶν pro ἐλῶν.
    - Εἰμὶ in præsenti participii formatur Doricè εἰς, ἔντος: in fœminino, ἔασσα, ἐάσσας, quod apud Timæum frequens esse dicit Caninius. Hoc tamen alii Æolibus tribuunt.

H. *Reliquæ* orationis partes in multis etiam Dorum privatam inflexionem sequuntur:

- *Adverbium* diversimodè afficitur sui vel
  - *Initio.* Dicunt ergo Dores τῶς pro ὥς. Ἄψ item pro ὀπίσω, ο mutato in α, π et σ in ψ, abjecto iota et ω.
  - *Medio*: πλατίον dicunt pro πλησίον.
  - *Fine*
    - *Frequenter* apud Dores adverbia in α desinunt: ut, ἄλλοκα pro ἄλλοτε, ἁμᾶ pro ὁμοῦ, ὅκα et ὅκκα pro ὅτε, ὁπότε, ὁππόκα, ὅπου: ὅπα pro ὅπη vel ὅπου: πᾶ pro πῆ: παντᾶ pro παντῇ: πόκα pro πόθι: τόκα pro τότε.
    - *Præterea* dicunt ἔνδοι pro ἔνδον, οἴκαδις pro οἴκαδε, πῶ pro πόθεν, πελοποννασιστὶ pro πελοποννησιστί.
- *Præpositiones* Dores et
  - *Mutant*: ut ποτὶ et προτὶ pro πρός: nimirum σ in τ mutato, et post adjectum iota, litera ρ, vel retenta, vel abjecta. Hinc composita, πόταγε pro πρόσαγε.
  - *Minuunt* per apocopen: ut, πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνά.
- *Conjunctiones* Doricæ sunt, αἰ pro εἰ, αἴπερ pro εἴπερ, αἴκε vel αἴκα pro εἴκε, αἴκεν pro εἴκεν: γα pro γε: κἄνις, pro καὶ ἄνευ: ὦν pro οὖν.

C. *Hucusque*, quæ unius dictionis Dorica proprietas esset generatim primùm, tum speciatim quantum licuit et decuit breviter comprobavimus. Quod si jam plurium quoque connexum requiremus, eum quoque apud Dorienses diversum esse comperiemus, ratione tum

- *Orthographiæ*, quatenus innectuntur dictiones, contractione vel
  - *Aliqua* intercedente: ut nimirum
    - AA contrahantur in A: ut, ἀναγορὰν pro ἀνὰ ἀγοράν.
    - AO in Ω: ut, τὠνείρατα pro τα ὀνείρατα.
    - AIA in A: ut, κἄνις pro καὶ ἄνευ.
    - AIE in
      - A: ut, θάτεραι pro ταὶ ἕτεραι.
      - H: ut, κἠκτοῦ αὐτοῦ, pro καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.
    - AIEI in H: ut, κῆφα pro καὶ εἶπα, utroque ioto abjecto.
    - AIEY in HY: ut, κηὖ pro καὶ εὖ.
    - HE in H: ut, μήστι pro μὴ ἔστι.
    - HEY in HY: ut, μηύρω pro μὴ εὕρω.
    - OE in Ω: ut, ὠγὼ pro ὁ ἐγὼ, ὦξ αἴτνας pro ὁ ἐξ αἴτνας.
    - OA in Ω: ut, ὤδωνις pro ὁ Ἄδωνις.
    - OIAI in Ω cum iota subscripto: ut ᾡπόλοι pro οἱ αἰπόλοι, αο in ω mutato, et posteriore iota subscripto.
    - OYA in Ω: ut, τὤλγεος pro τοῦ ἄλγεος.
    - OYAY in ΩY: ut, τωὐτοῦ pro τοῦ αὐτοῦ.
    - ΩA in Ω: ut, τὠγάλματι pro τῷ ἀγάλματι.
    - ΩE in Ω: ut, ὠτᾶν pro ὦ ἐτᾶν.
  - *Nullo*: ita tamen, ut literæ auferantur: ut, ποτὰν ματέρα pro ποτὶ τὰν ματέρα, καττοῦτο pro κατὰ τοῦτο.
- *Syntaxeos*: Ubi notatur
  - *Elleipsis*: ut, οὐ γᾶν pro οὐ μὰ τὴν γῆν, apud Theocrit.
  - *Enallage*
    - *Specierum*, Primitivo uti possessivo Doribus et Atticis commune esse dicit Eustathius, et addit, quæ duriora sunt nostris auribus Dorum esse, quæ molliora et jucundiora Atticorum: ut, ἄνθρωπον ἦθος pro ἀνθρώπινον, γυναῖκα μάζον pro γυναικεῖον.
    - *Numerorum*,
      - *Pro* singularibus fœmininis plures casus proferunt Dores: teste Jo. Gram. ut καλὰς dicunt pro καλὴν, σοφὰς, pro σοφήν.
      - *Pluralia* sæpè ut dualia proferunt Dores, ait Corinthus, et exemplum subjicit ex Pindaro, Μαθόντες δὲ λαῦροι παγγλωσσίᾳ κόρακες Ὡς, ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
    - *Casuum*, pro Genitivo singulari utuntur Dores Dativo ejusdem numeri in prima et tertia simplicium. Sic quidam inquiunt. Est autem ea ratio, quam diximus suo loco, quoniam ου genitivi primæ declinationis mutant in α: tertiæ autem in ω, ut ita genitivi et dativi sint similes.
    - *Verborum.* Nam Tertiis personis pluralibus utuntur Dores loco participiorum. Ait Corinthus, proferunt et tertias personas plurales pariter cum dativis propriorum participiorum: ut apud Pindarum: ὅρμοις τὰς χεῖρας ἀναπλέκονται καὶ στεφάνοις pro ἀναπλέκουσι.
    - *Modorum.* Subjunctivum loco Indicativi Dores quoque adhibent: ut, τὰ μάλιστα δεδοίκω pro δέδοικα.

Æoles Doriensium colonia fuêre, in Siciliam et Italiam ducta. Illorum ergo sermonis proprietas Doriensium assimilis. Ut autem horum Lacones, sic Æolum integerrimi Thessali fuêre, teste Scaligero. Æolicâ linguâ Sappho et Alcæus scripsêre: Homerus, item Aristophanes eâ sunt usi. Nos illius naturam examinaturi, considerabimus vocum

- *Significationem*, quam diversam habent à cæteris Græcis. Ἄφατος, ignobilis: Æolicè Vulcanus est. Κλάδος, ramus: Æolicè saltus. Πεμπάζω, mitto: Æolicè, in quinque metior. Χελώνη, testudo; Æolicè cithara. Σταλαγμὸς, gutta: Æolicè dolor. Κατὰ pro μετὰ accipiunt Æoles, teste Grammatico.
- *Diversitatem*, quæ sese in scriptione et pronunciatione offert, partim,
  - *Unius* dictionis, quæ à communi usu diversa est vel
    - *Ex parte duntaxat*: quod considerabimus et
      - *Generatim* ratione tum
        - *Orthographiæ*: quà dictio Æolica vel
          - *Augetur*
            - *Initio*, tum *Litera*, O, quod præponunt Æoles υ psilo: ut, ὄϋδωρ pro ὕδωρ. B, quod præmittunt literæ ρ, sequente δ, κ, τ, teste Jo. Grammat. vel etiam ζ, ut annotat Caninius: ut, βρόδον pro ῥόδον, βράκος pro ῥάκος, βρυτὴρ pro ῥυτὴρ, βρίζα pro ῥίζα. Ϝ, Digamma, quod Æolicum vocatur, quoniam ab iis inventum et usurpatum est: ut, Ϝελένη pro ἑλένη, Ϝανὴρ pro ἀνὴρ. Apud Alcæum semel tantùm inveniri, Ϝρῆξις pro ῥῆξις, inquit Triphon Grammaticus, qui eodem vult Iones uti, Dores, Lacones, Bœotos. Præfigebatur autem vocibus à vocali aut diphthongo incipientibus: tum *Syllaba* E: ut, ἐδάπεδον pro δάπεδον.
            - *Medio*: *Litera*, I: ut, καλαῖς pro καλάς. Υ, inprimis si post ε sequatur alia vocalis, teste Grammat. aut aliàs nulla sequatur post vocalem consonans: ut, εὔαδε pro ἔαδε, χεύαντες pro χέαντες, αὐὴρ pro ἀὴρ. B: ut, ἀλιβδύειν pro ἀλιδύειν. K: ut, ὄκχος pro ὄχος. Σ: ut, στέρσω pro στερῶ. Inprimis diplasiasmo gaudent consonantium, λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ, et aliarum: ut, ἄμμες pro ἡμεῖς, ἔμμα pro εἷμα: ἔννεπε pro ἔνεπε: σελλάνα pro σελήνη, ἐγέρρω pro ἐγείρω, ὅσσος pro ὅσος, ὅππως pro ὅπως, ὅττι pro ὅτι: quamvis dicat Grammat. ὅππη et ὅππως communia esse. Nam communis, ait, relativa duplicat, ὁπποῖος pro ὁποῖος, ὅσσος pro ὅσος: tum *Syllaba*, A: ut, θεάων pro θεῶν. E: ut, δύεσι pro δυσί. O: ut, ἐστέρoται pro ἔστρωται.
            - *Fine*: tum *Litera*, N: ut, λητῶν pro λητὼ, ἐγῶν pro ἐγώ. tum *Syllaba*, Θα: ut, εἴπησθα pro εἴπῃς, ἦσθα pro ἦς.
          - *Minuitur*
            - *Initio*. *Litera*, Δ: ut, αἰνὸς pro δεινός. M: ut, ἴα pro μία. Σ: ut, μίλαξ pro σμίλαξ, μυκτὴρ pro σμυκτήρ.
            - *Medio*. Syncopes Æolum sunt propriæ, ait Jo. Grammat. tum *Literæ*, I: ut, ἄρχαος pro ἀρχαῖος, ἔταρος pro ἑταῖρος. Hoc vero non solum ex αι aufertur, sed etiam ex ει, ita quidem, ut in illius locum succedat consonans aliqua, vel similis sequenti, vel alia aliqua: ut, χέῤῥες pro χεῖρες, τέννω pro τείνω, σπίνδω pro σπείδω. Hic ν succedit, non δ duplicatur, ut in prioribus. Γ, ex iis quæ desinunt in υγξ: ut, φάρυξ pro φάρυγξ. Δ: ut, πάριος pro πάριδος. tum *Syllaba*, E: ut, ἱρὸν pro ἱερόν. Μη: ut, ἄρσεν pro ἀρμησεν. O: ut, ἀγνώκαμες pro ἠγνοήκαμες.
            - *Fine*. *Litera*, N. ut, ὄπισθα pro ὄπισθεν. Σ: ut, ὃ pro ὃς, ἀρχίτα pro ἀρχίτας.
          - *Mutatur*. Vide signum A.
        - *Prosodiæ*. In quà consideatur
          - *Spiritus*. Æoles asperum semper vertunt in tenuem: quem ob id H. Stephanus Æolicum vocat, ipsosque Æoles, ψιλωτικοὺς, Eustathius: ut, ἧλιος pro ἥλιος. Inde fit, ut in Compositione tenuis non vertatur in aspiratam. Interea Æoles loco spiritus asperi usurpabant notulam, ex duobus Γ sibi mutuò erectè insistentibus, Ϝ, vel inversè ꟻ effictam, quam ut v consonans Latinorum proferebant. Ait Victorius: Æolis Ϝ idem valet, quod apud nos v, cùm pro consonante scribitur, vocaturque βαῦ, et δίγαμμα Æolicum. Addit Lipsius, pro βαῦ, voluisse dicere οὐαῦ. At verò Græci sæpiùs β pro ου usurpant, et Caninius testatur, Lacones et Cretenses β usos fuisse loco digammæ: ut, ἀεὶν, ἀβίον, unde Latinorum ovum: ἀέλιος, βαβέλιος. Digamma ergo pro v consonante, vel etiam pro aspero spiritu usurpabatur: ut Ϝεσπέρα pro ἑσπέρα, Ϝέλενα pro ἑλένη, Ϝεσπὰ pro ἑπτὰ. Quamvis inveniantur nonnunquam etiam pro tenui spiritu adhibuisse: ut, Ϝοῖνος pro οἶνος, Ϝίσχυς pro ἴσχυς.
          - *Tonus*, sive Accentus. Vide sign. B.
      - *Speciatim*: quatenus ea pertinebunt ad singulas etymologiæ classes. Vide sign. C.
    - *Penitus*. Tales Æolum propriæ dictiones sunt, Ἀκιρὰ, debilis. Ἄγορ, aquila, Καταγωγὶς, indumentum muliebre. Δρίκαν, vir, ἀνήρ. Μύνη, prætextus, πρόφασις. Ῥεῦτος, facies,
  - *Plurium*, invicem conjungendarum. Vide sign. D.

A. *Permutantur* inter se unius dictionis literæ, Æolico more; vel

- *Figura*
  - *Vocales,*
    - *Una*
      - A in
        - E: ut, πρίεμος pro πρίαμος, λεγόμεθε pro λεγόμεθα.
        - H: ut, ἦηρ pro ἀήρ.
        - Υ: ut, σύρκες pro σάρκες.
        - O: ut, στροτὸς pro στρατὸς, μέμορμαι pro μέμαρμαι, ὄνω pro ἄνω.
      - E in
        - A: ut, αἰνὸς pro δεινὸς, ὄπισθα pro ὄπισθεν.
        - H: ut, ἀχιλλῆος pro ἀχιλλέος.
        - O: ut, οἴδασθα pro εἴδησθα, teste Etymologo.
      - H in
        - A longum, vel in breve, secundum alios, ad differentiam Dorum: ut, πύλα pro πύλη.
        - E: ut, ἄρες pro ἄρης. Imprimis hoc fit ab Æolibus, quando sequentem consonantem duplicant: ut τίθεμμι pro τίθημι, ἀδικέσσαι pro ἀδικῆσαι.
        - AI: ut, τίθαιμι pro τίθημι, μιμναίσκω pro μιμνήσκω.
        - EI: ut, πείλευς pro πήλευς, μεὶς pro μὴν mensis.
      - I in
        - E: ut, ἀδέκαστος pro ἀδίκαστος, apud Etymol.
        - H: ut, ἀκτὴν pro ἀκτὶν, ψημμύθιον pro ψιμμύθιον.
      - Υ in
        - Ω: ut, ὤψηλὸς pro ὕψηλος.
        - H: ut, ἀ νέος, ait Etymologus; fit νύος, (ὡς τὸ νύον ἀνδρῶν αἰχμητάων, pro νύμφην) et Æolica mutatione νέος. Sylburgius in notis ait: Haud scio, an verior lectio, παρὰ τὸ υἱος, γίνεται υἱος, καὶ Αἰολικῇ τροπῇ, νύος.
        - I: ut, ἴψηλὸς pro ὕψηλος, ἴπαρ pro ὕπαρ.
      - O in
        - A: ut, ἄσσα pro ὅσα, Etymologus.
        - E: ut, πρὲς pro πρὸς, ἐδόντες pro ὀδόντες.
        - Υ: ut, ὄνυμα pro ὄνομα. Ἐπώνυμος autem, teste Eustathio, commune est.
        - Ω: ut, ὤμοιος pro ὅμοιος, ὤσσα pro ὅσα.
      - Ω in
        - O: ut, ὄρα pro ὤρα.
        - A: ut, γελᾶν pro γελῶν.
    - *Plures* EA in H per contract. idque in quibusdam tantum, non in omnibus, teste Gramm. ut, κρῆς pro κρέας.
  - *Diphthongi.*
    - A cum iota subscripto in Aΐ: ut, βοάϊς pro βοᾷς. Non enim subscribunt iota Æoles, sed adscribunt separatim.
    - AI in Aΐ per diæresin, quam amant Æoles: ut, πάϊς pro παῖς.
    - EI in
      - H: ut, ἦλθην pro ἐλθεῖν. Priscianus ait, ει ab Æolibus verti in η. Constat tamen iota ab iis vel negligi, vel adscribi, non autem subscribi. Sic ἀηδὼν, luscinia, ab ἀείδω derivatur, Æolica mutatione τοῦ ει in η, teste Eustathio. Unde etiam Lycophron Σειρῆνας vocavit ἀηδόνας ὡς καλὸν ἀειδούσας.
      - Eΐ per diæresin: ut, ἀργέϊοι pro ἀργεῖοι.
      - OI: ut, ὄνοιρος pro ὄνειρος, οἰκὼς pro εἰκώς.
    - EΥ in H: ut, ὄρφης pro ὀρφεὺς, ἀχίλλης pro ἀχίλλευς.
    - OI in Oΐ per diæresin. ut, κόϊλον pro κοιλὸν, χρόϊα pro χροία.
    - OΥ in
      - Ω si non fuerit natum ex erasi: ut, μῶσα pro μοῦσα. Fit hoc præcipuè, ut ait Jo. Grammat. in participiis fœmininis, desinentibus in οῦσα circumflexum: ut, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα.
      - AO: ut, αἰνέαο pro αἰνέου.
      - H: ut, φοβήμενος pro φοβούμενος.
      - EΥ: si ex crasi natum fuerit: ut, λαλεῦσα pro λαλοῦσα, ἀκεύμενος pro ἀκούμενος.
      - OI: ut, χρύσοιν vel χρύσοις pro χρυσοῖν. In participiis inprimis fœmininis verborum gravitonorum præsentis temporis: ut, τύπτοισα pro τύπτουσα, γελάοισα pro γελάουσα, quod ab aliis Doriensibus adscribitur.
  - *Consonantes, tum*
    - *Mutæ*, de quibus signo E.
    - *Semivocales*
      - M in
        - B: ut, βύρμαξ pro μύρμηξ, βέλλω pro μέλλω.
        - Π, et simplex et duplex; ut, παθοῦσα pro μαθοῦσα, ὄππατα pro ὄμματα.
      - N in Σ: ut, φρένις pro φρενῶν, νέις pro νεῶν.
      - Z in
        - Δσ vel Σδ: ut, δσδὺς vel σδεὺς pro ζεὺς, errantes pronunciatione, ait Corinthus.
        - Δ: ut, δυγὸς pro ζυγὸς, teste Etymologo.
      - Ξ in Κσ vel Σκ: ut, κσένος vel σκένος pro ξένος.
      - Ψ in Πσ vel Σπ: ut, πέλοπς pro πέλοψ, σπαλὶς pro ψαλίς.
      - Σ in
        - T: ut, τὺ pro σὺ, quemadmodum Dores.
        - Δ: ut, ὀδμὴν pro ὀσμὴν, teste Plutarcho.
        - Θ: ut, μνηθμὸς pro μνησμὸς, ut notat H. Stephanus.
        - N: ut, in perfectis participiis, νενοήκαν pro νενοηκώς.
        - P: ut, μάρτυρ pro μάρτυς, Eustath. teste, ἵππορ pro ἵππος, οὖτορ pro οὖτος, ἄῤῥην pro ἄρσην, κόῤῥη pro κόρση, ait Caninius.
        - Z, si σσ duplex fuerit: ut, μέζων vel μείζων, à μέσσων, positivi μέγας. Sic Etymologus.
- *Situ*, et ordine. Æoles ρ transponunt, et quandoque duplicant, ι in ε mutato; ut, πέῤῥαμος pro πρίαμος, κόπεῤῥα pro κόπρεια, μέτεῤῥος pro μέτριος, τέρτος pro τρίτος, τέρτη pro τρίτη.

E. *Mutæ* consonantes ab Æolis per ἀντιστοιχίαν variis modis permutantur.

- Π in
  - Κ: ut, κοῖον pro ποῖον.
  - Μ: ut, ματῶ pro πατῶ.
- ΠΤ in Σσ præeunte vocali brevi: ut, ἐμπίσσω pro ἐμπίπτω, ὄσσω pro ὄπτω, πίσσω pro πίπτω. Non autem τύσσω dicunt pro τύπτω, quoniam υ longum est.
- Τ in Π: ut, πέπραπται pro τέτραπται, σπολὴ pro στολή.
- Β in
  - Ζ: ut, ζέρεθρον pro βέρεθρον.
  - Δ: ut, ὀδελὸς pro ὀβελός.
  - Μ: ut, ϐάρμιτος pro βάρβιτος, teste Etymol.
- Γ in Ζ: ut, ὀλίζον pro ὀλίγον.
- Δ in
  - Ζ: ut, ζία vel ζὰ, pro διὰ, ζαϐάλλειν pro διαβάλλειν.
  - Β: ut, ϐέλεαρ pro δέλεαρ.
  - Θ: ut, θάσος pro δάσος.
- Φ in Π: ut, ἀμπὶ pro ἀμφὶ, ἀμπέχω pro ἀμφέχω.
- Χ in
  - Ξ: ut, διξᾶ pro διχῆ, τριξᾶ pro τριχῆ. Hoc alii Doribus tribuunt.
  - Φ: ut, αὐφὴν pro αὐχήν.
- Θ in
  - Τ: ut, κατῆκε pro καθῆκε: nimirum aspirationem nescientes, tenues non mutant.
  - Φ: ut, φλᾶται pro θλᾶται.

B. Quæ etiam sit accentus vel toni apud Æoles scribendi ratio, brevi dicendum est. Tonum ergo contra communis linguæ consuetudinem Æoles vel

- *Movent* loco, nimirum ex
  - *Ultima* in
    - *Penultimam*, ut, accentum vel eundem servent vel mutent. Ergo
      - *Oxytonum* mutant Æoles in Paroxytonon. Ait Dionysius, omnem dictionem supra unam syllabam, communiter oxytonam, Æoles gravant, præter præpositiones et conjunctiones. Et Jo. Grammaticus Dissyllaba apud nos in acutum tonum desinentia, Æoles gravi tono proferunt: ut, σόφος pro σοφὸς, φίλεις pro φιλεὶς, ἔντος: ἱράτω pro ἱρατῶς, βασίλευς pro ϐασιλεύς. Idem fit, si pronomen σος, cum articulo coalescat: ut, ὅσος pro ὁ σὸς, ἥσυ pro ἡ σὺ, τόσον pro τὸ σόν.
      - *Perispomenon* mutant Æoles in Paroxytonon: ut, φρόνην pro φρονεῖν, γέλαις pro γελᾶν, ἄμμιν pro ἡμῖν, χέῤῥες pro χεῖρες.
      - *Oxytonon* mutant Æoles in properispomenon: ut, λεῦκος pro λευκὸς, θῦμος pro θυμὸς, χῶλος pro χωλός.
    - *Antepenultimam.* Ex oxytono faciunt Æolii proparoxytonum: ut, πόταμος pro ποταμὸς, δύνατος pro δυνατὸς, κοῖλον pro κοιλὸν, ὄμφαλος pro ὀμφαλός.
  - *Penultima* in Antepenultimam: nimirum, Ex paroxytono et properispomeno faciunt proparoxytonon Æoles: ut, χρύσιον pro χρυσίον, τίθεντι pro τιθέντι, δίδοντι pro διδόντι: ϐασίληος, pro βασιλῆος, ϐασίλειος pro βασιλεῖος.
  - *Antepenultima* in
    - *Penultimam.* Proparoxytonon mutant Æolii in paroxytonon: ut, προσώπωα pro πρόσωπα.
    - *Ultimam.* Ex Proparoxytono formant Æoles oxytonon: ut, ἰψηλὸς pro ὕψηλος.
- *Non* movent, sed mutant: nimirum
  - *Oxytonon* mutant Æoles in perispomenon, et ut ait Jo. Grammat. et alii Monosyllaba longa circumflectunt: ut, ῥῶξ pro ῥὼξ, ζεῦς pro ζεὺς, χῆν pro χήν. Sic, dicunt ἐγῶν pro ἐγώ.
  - *Properispomenon* mutant in paroxytonum: ut, ψάφαξ pro ψῆφος.

C. *Ut* verò has ipsas generales literarum mutationes ad speciales partium orationis classes adhibeamus, considerandæ sunt partes singulæ:

- Articulus. Ergo
  - *Præpositivum* Æoles eodem pacto inflectunt, quo nomen cui præponitur: ut, τάων μουσάων pro τῶν μουσῶν.
  - *Postpositivus* amittit Æolicè σ: ut, ὃ pro ὅς. Unde compositum ὅτις pro ὅστις.
  - *Compositivus* genitivum habet Æolicè ὅττεο pro ὅτεο, ὅτου. Ait scholiastes Sophoclis, Æolios accusativum ὅττινα in utroque genere usurpare, quemadmodum Attici του et τῳ.
- Nomen ratione accidentium
  - *Speciei.* Ergo
    - *Patronymica* in ιδης efferunt Æolii per αδιος, ut, ὑῤῥάδιος pro ὑῤῥίδης.
    - *Numeralia* suo more formant Æoles, ἴα dicunt pro μία, τέρτος pro τρίτος. hinc Latinorum tertius, τέρτη pro τρίτη, πίσσυρες pro τέσσαρες, πίσσυρα pro τέσσαρα, πέμπε pro πέντε.
  - *Generis.* Masculinum in fœmininum mutant Æoles: ut, ἡ αἰθὴρ pro ὁ αἰθὴρ, ἡ ἀὴρ pro ὁ ἀήρ.
  - *Numeri.* Duali numero non utuntur Æolii, ait Corinthus, ut nec Romani, qui ab iis sunt deducti.
  - *Deslinationis.* De qua vide signum F.
- Reliquæ Pronomen *G.* Verbum *H.* Participium *I.* Adverbium *K.*

E. *Declinationis* Æolicæ varietas deprehenditur ex nominum

- *Terminatione*, quam diversam ab usu communi formare solent. Mutant enim
  - Ας neutrum in Ος: ut, τὸ ὗδος pro ὗδας, κῶος pro κῶας.
  - Ευς in Αν: ut, ζὰν, ζανὸς, pro ζεύς.
  - Ην in Εις: ut, μεὶς, mensis, pro μήν.
  - Ις in Ος: ut, τὸς pro τίς.
  - Υς, adjiciendo Ος: ut, μάρτυρος pro μάρτυρ, à cujus Genitivo μάρτυρος, fit novum nomen.
  - Ος in
    - Αξ: ut, ψάφαξ pro ψῆφος.
    - Ος: ut, ἀκκὸς pro ἀκκὸς, ἵππος pro ἵππος.
  - Ωρ in Ος: ut, ὗδος pro ὕδωρ.
  - Ων in Ος: ut, ἄγωνος pro ἄγων: nimirum à genitivo ἄγωνος novum nomen ducentes.
  - Ως in Ος: ἔρος, ἔρου, pro ἔρως, ἔρωτος.
- *Casibus*, qui variant in Declinationum speciebus tum
  - *Simplicibus*:
    - *Prima*:
      - *Nominativus* singularis Æolicè desinit in α: ὁ ἀρχύτα pro ἀρχύτης, ὑβραγόρα pro ὑβραγόρας, ἱππηλάτα pro ἱππηλάτης, ἱππότα pro ἱππότης. Ab his Nominativis Æolicis Latini suos fecêre, Propheta, Bibliopola, Geometra, Scytha, &c. Eustathius Poëtas ait Nominativum primæ simplicium in ας et ης formare ut vocativum: ut, ἀρχύτα pro ἀρχύτης, ὁ μητιέτα pro μητιέτης, ὁ θυέστα pro θυέστης. Quod si sciatur Æoliorum esse proprium, cur non dicantur potius Æolicè loqui Poëtæ, quam Poëticè? Inquiunt nonnulli vocativum loco nominativi usurpari: quod improbat Caninius, versiculo epigrammatis quem citat Eustathius, πατὴρ δέ μ' ἔφυσε κοπαίνας. Potuisset enim in fine versus κοπαίνης dici, nullo obstante metro.
      - *Genitivus* singularis Æolicè desinit, vel in ευ, vel in αο: ut, αἰακίδευ pro αἰακίδου, αἰνείαο pro αἰνείου.
      - *Genitivus* pluralis per epenthesin acquirit Æolicè α: ut, αἰνειάων pro αἰνείων.
      - *Dativus* pluralis per Æolicam paragogen assumit, ut apud Atticos, iota: ut, λησταῖσι pro λησταῖς.
      - *Accusativus* pluralis per syncopen Æolicam amittit nonnunquam ex diphthongo ι: ut, τιμὰς pro τιμαῖς, εἴρεας apud Hesiodum pro εἰρέαις.
    - *Secunda*:
      - *Genitivus* pluralis per epenthesin Æolicam accipit α: ut, θεάων pro θεῶν.
      - *Dativus* pluralis apud Æolicos acquirit iota. Ait enim Antesignanus: Dativis pluralibus cujuscunque declinationis in σ desinentibus, Atticè, Ionicè, Æolicè additur iota: ut, πηγαῖσι pro πηγαῖς.
      - *Accusativo* plurali Æoles inserunt iota servato tono: ut, καλαὶς pro καλὰς, σοφαὶς pro σοφάς.
    - *Tertia*:
      - *Genitivus* singularis Æolicè ου mutat in ω: ut, τῶ λόγω pro τοῦ λόγου.
      - *Dativus* singularis apud Æolas iota subscriptum non habet: ut, τῶ λόγω pro τῷ λόγῳ: ut ita Genitivus et Dativus sint similes.
      - *Dativus* pluralis, teste Jo. Grammat. apud Æolas acquirit iota per epenthesin: ut, τοῖς λόγοισι pro τοῖς λόγοις.
      - *Accusativus* pluralis ου mutat Æolicè in ω, vel secundum alios etiam in οι: ut, τὼς λόγως pro τοὺς λόγους, τοῖς νόμοις pro τοὺς νόμους.
    - *Quinta*:
      - *Nominativus*:
        - *Monosyllaba* in αις resolvuntur per diæresin, mutato et transposito tono: ut, πάϊς pro παῖς, δάϊς pro δαῖς. Jo. Grammaticus.
        - *Masculina* in ας acquirunt Æolicè iota: ut μέλαις pro μέλας. Non tamen αἴαις pro αἴας dicitur, ne duæ vocales duriter coincidant, teste Corintho.
      - *Genitivus* in ις fœminina per δος declinata, amittunt Æolicè δ, in reliquis quoque casibus: ἀρτέμιος pro ἀρτέμιδος, μήνιος pro μήνιδος, σφραγὶν pro σφραγίδα, κνάμιν pro κνημίδα.
      - *Vocativus* nominativorum in ων, desinit Æolicè in ον, accentu non retracto, sed servato: ut, δαΐφρων, ὦ δαΐφρον pro δαΐφρων: ἀπόλλων, ὦ ἀπόλλον pro ἀπόλλων: χελιδὼν, ὦ χελιδὸν pro χελιδών.
      - *Dativos* plurales Æolii formant à Genitivo singulari, ος vertendo in εσσι: ut, ἀνδρὸς, ἄνδρεσσι pro ἀνδράσι: γυναικὸς, γυναίκεσσι pro γυναιξί: τρωὸς, τρώεσσι pro τρῶσσι, ἄνακτος, ἀνάκτεσσι pro ἄναξι. Item pro dativis pluralibus 5. simplicium, Æoles usurpant dativos tertiæ: ut, πάθημα, παθημάτοις pro παθήμασι. Apud Eustath. μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις.
  - *Contractis*:
    - *Prima*:
      - *Genitivum* singularem contrahunt Æoles in ευς: ut, δημοσθένευς pro δημοσθένους. Nonnunquam etiam à communi detrahunt sigma: ut, Σωκράτου pro Σωκράτους. Utrumque volunt Doriensium esse nonnulli.
      - *Vocativus* Nominativi in ης, Æolicè desinit in ε: ut, ὦ σώκρατε pro ὦ σώκρατες.
    - *Secunda*: Æoles genitivi penultimum iota secundum aliquos in η vertunt: quod aliàs Ionibus adscribitur: ut, πόληος pro πόλιος.
    - *Tertia*:
      - *Æoles* in hac declinatione retrahunt accentum: ut, βασίλευς pro βασιλεὺς, βασίληος et βασίλειος pro βασιλῆος et βασιλεῖος.
      - *Genitivus* singularis nonnunquam etiam Doribus similis est apud Æolios: ut, βασιλεῦς pro βασιλῆος.
    - *Quarta*:
      - *Genitivus* singularis Æolicè desinit in ως, ut, λητῶς pro λητοῦς.
      - *Accusativus* singularis Æolicè in ων desinit, quemadmodum Ionicè in ουν: ut, λητὼν pro λητώ: vel etiam retracto tono λήτω.
      - *Numerus* pluralis Æolicè secundum quintam simplicium in nonnullis flectitur, quod tamen alii Poëticum esse inquiunt, ut, αἱ κλῶθες, ταῖς κλωσὶ pro αἱ κλωθαὶ, κλωθοῖς.

G.

Pronominum Æoliæ proprietates nonnullæ communes sunt iis nominibus, quibus cum declinationis modo conveniunt: ut ἐμάων pro ἐμῶν, ἐμοῖσι pro ἐμοῖς. Nos de iis loquemur tantùm, quæ singulis eveniunt:

- Ἐγὼ in
  - *Nominativo* Æolicè circumflectitur: ut, ἐγῶ et ἐγῶν.
  - *Genitivo habet* ἐμεῦ et μεῦ, ut apud Dores, pro μοῦ.
  - *Duali*, ἄμμε pro νῶϊ, νῶι.
  - *Plurali Nominativo*, ἄμμες pro ἡμεῖς: ἀμμέων et ἀμμων pro ἡμῶν: ἄμμι et ἄμμιν pro ἡμῖν: ἄμμε et ἄμμας pro ἡμᾶς.
- Σὺ in
  - *Nominativo* Æolicè habet τὺ pro σύ.
  - *Genitivo* σεῦ et τεῦ pro σοῦ, ut apud Dores.
  - *Duali* ὔμμε pro σφῶϊ σφῷ.
  - *Plurali* ὔμμες pro ὑμεῖς: ὑμμέων et ὑμμῶν pro ὑμῶν: ὔμμι et ὔμμιν pro ὑμῖν: ὔμμας pro ὑμᾶς.
- Οὗ in
  - *Genitivo* habet Æolicè ἑῦ pro οὗ. Cyprii pro οὗ per digamma Æolicum, Ϝίο dicunt. Hoc cum scribatur à nonnullis per γ simplex, γίο, erratum esse videtur, digamma Æolici non animadversi. Et Caninius Hesychium malè ait multa per gamma scribere, quæ per digamma debebant: ut, γιλλός, γισχὺς, γισάμεναι, qui scribi debebant Ϝιλλὸς, Ϝισχὺς, Ϝισάμεναι.
- Σὸς cum suo articulo coit, retracto tono: ut, ὅσος pro ὁ σὸς, ὅση pro ἡ σὴ, τόσον pro τὸ σόν.
- Ἡμέτερος, α, ον, Æolicè ἄμος, ἄμα vel ἄμη, ἄμον.
- Ὑμέτερος, α, ον, Æolicè habet ὔμος, ὔμα vel ὔμη, ὔμον.
- Αὐτὸς in Accusativo omnis generis et numeri habet Æolicè μίν.
- Ἐκεῖνος efferunt Æoles per aphæresin, dicentes κεῖνος.

H.

In verbis quoque suos habent idiotismos Æoles. Consideranda sunt accidentia eorum:

- *Conjugatio*, quæ à natura thematum dependet. Heic ergo vel
  - *Mutant* Characteristicas literas Æoles:
    - Εω in
      - Ηω. Etenim verba primæ circumflexorum, per ηω efferunt Æolii, teste Caninio: ut, ἀδικήω pro ἀδικέω.
      - Ευω: ut, ῥεύω pro ῥέω. Hinc in Aor. ἔῤῥυον. Ait Antesignanus, δεύεσθαι dici Poëticè pro δέεσθαι, δεύομαι pro δέομαι.
    - Πτω in Σσω: ut, ὄσσω pro ὄπτω, πίσσω pro πίπτω.
    - Σσω in Ζω: ut, ταράζω pro ταράσσω. Unde creditur ζ non solùm valere σδ sed et duplex σσ.
  - *Nova* themata fingunt. Nam à verbis circumflexis omnium conjugationum Æoles nova verba in μι formant; ut, Ὀνέω, ὄνημι: νοέω, νόημι: δαμνάω, δάμνημι: γέλαω, γέλημι: ἐλευθερόω, ἐλευθέρωμι: δοκιμόω, δοκίμωμι. Nonnunquam geminant initium: ut, ἀχέω, ἀκάχημι: ἀλάω, ἀλάλημι: πλάω, πλῆμι, πίμπλημι: ἀλυκτέω, ἀλαλύκτημι.
  - *Metaplasmo* themata communia aliter efferunt ratione penultimæ ut, φθέῤῥω dicunt pro φθείρω, &c.
- *Tempora*: quorum observandum est et
  - *Initium*, seu Augmentum: quod vel
    - *Tollunt*. Augmentum quandoque abjicitur Æolicè, in verbo tantùm Passivo, ait Caninius: ut, δέκται pro δέδεκται, βλῆται pro βέβληται, ὄρθαι pro ἆρθαι, ἐλέγμην pro ἐλελέγμην. Ita in optativo λύμην pro λελύμην apud Homerum, idem quod λελυμένος εἴην. Pro ἔφην etiam dicere videntur φῆν, φῆς, φῆ.
    - *Mutant*
      - *Ad* augmentum εα, resolutum ex η, addunt Æoles υ: ut in Aor. 2. εὔαδον pro ἕαδον, quod dictum est pro ἧδον, placui, ab ἥδω.
      - *Verbis* à ρ incipientibus, dicunt ῥέριφα pro ἔῤῥιφα. Hinc apud Pindarum ῥερίφθαι, quod Caninius Æolicum esse dicit.
  - *Finis*, tum etiam Penultima omnium Generum
    - *Activi* et ejus Modorum.
      - *Indicativi*, de quo, ut et de Imperativo et Optativo, consule sign. L.
      - *Subjunctivi*, Æoles secundæ personæ singulari addunt per paragogen θα: ut, ἐθέλῃσθα pro ἐθέλῃς, ἔλθῃσθα pro ἔλθῃς, σπένδῃσθα pro σπένδῃς, ᾖ, ᾖς et Æolicè ἧσθα.
      - *Infinitivi*
        - *Barytonorum* ειν Æoles in ην vel εν transformant: ut, τάττην vel τάττεν pro τάττειν, idque Dorum more, ποίην pro ποιεῖν. Dicunt nonnulli Æolios ην usurpare in Præsenti et Futuro primo duntaxat.
        - *Circumflexorum* ειν Æoles vertunt in εις, quamvis etiam in ην et εν aliquando: ᾶν autem in άϊν vel άϊς, οῦν in οις et οιν: ut ποίεις pro ποιεῖν: item ποίην aut ποίεν pro ποιεῖν: γελάϊς, et γελάϊν pro γελᾶν: χρύσοις et χρύσοιν pro χρυσοῦν. Hesiodus ait ἀρόμμεναι pro ἀροῦν, ut ita etiam in όμμεναι Æolicè desinere videri possit.
        - *Perfectum* quintæ conjugationis, habens ε in Penultima Præsentis, α mutat Æolicè in ο, et tonum retrahit: ut, τέτορθαι pro τετάρθαι, à τείρω.
    - *Passivi*. Etenim
      - *Prima* pluralis in μέθα ab Æolibus terminatur in μέθε et μέθεν. ut, λεγόμεθε, vel λεγόμεθεν pro λεγόμεθα.
      - *Doricum* ευν Æolicè amittit ν: ut, ποιεῦται pro ποιεῦνται.
      - *Imperfectum* per epenthesin trium literarum σκ, efferunt Æoles, abjecto augmento: ut, ταττεσκόμην pro ἐταττόμην.
      - *Præteriti* perfecti penultima α frequenter abit Æolicè in ο: ut, ἔφθορμαι pro ἔφθαρμαι, μέμορμαι pro μέμαρμαι.
      - *Verba* in μι primæ conjugationis η penultimum in Imperfecto retinent Æolicè: ut ἐκαλήμην pro ἐκαλέμην, ἐφιλήμην pro ἐφιλέμην.
      - *Aoristi* utriusque tertia pluralis Æolicè formatur à prima singulari mutata ultima in ν, quod etiam fit à Doriensibus: ut, ἔτυφθεν pro ἐτύφθησαν, ἔτυπεν pro ἐτύπησαν. Ait Eustathius fieri à prima plurali, per syncopen in duarum literarum η et μ, ab ἐτύφθημεν nimirum, ἐτύφθεν, ab ἐτύπημεν, ἔτυπεν.
      - *In* Optativo Aoristo 2. Æoles pro θείμην, θεῖο, θεῖτο, dicunt θοίμην, θοῖο, θοῖτο.
      - *In* Infinitivo verba quintæ baryton. quæ habent ε in penultima præsentis, revocant tonum in tertiam à fine, α in ο mutando: ut, τέτορθαι pro τετάρθαι, à τείρω: μέμορθαι pro μεμάρθαι à μείρω.
    - *Medii*: eadem nimirum quæ in duobus jam dictis, quatenus scilicet cum iis terminationum similitudine convenit. Exempli gratia:
      - *Prima* pluralis in μεθα, α ultimum Æolicè in ε mutat, sumpto nonnunquam per paragogen ν: ut, ἐταξάμεθε pro ἐταξάμεθα, ἐταγόμεθεν pro ἐταγόμεθα.
      - *Doricum* ευν hic quoque ν amittit Æolicè: ut, ταξεῦται pro ταξεῦνται, ποιεῦται pro ποιεῦνται.
      - *Secunda* persona singularis Æolicè acquirit θα: ut, οἶδασθα, et per syncopen οἶσθα pro οἶδας.
      - *Imperfectum*, et Aoristi, ut in Activo, per epenthesin recipit tres literas σκ abjecto augmento: ut, ταττεσκόμην, ταττέσκου, ταττέσκετο, ταττέσκοντο, pro ἐταττόμην, ἐτάττου, ἐτάττετο, ἐτάττοντο: δαδάσκετο pro ἐδάσατο.
- *Figura*. Heic ergo
  - *Syncope* frequenter utuntur Æoles, teste Plutarcho: ut, ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν, καδραθέτην pro καταδραθέτην.
  - *Tenues* non vertunt in aspiratas Æolii: ut, κατοςᾶται pro καθορᾶται. Nam ignorant aspirationem.

L. Reliquorum modorum Activi generis ratio itidem habenda est.

- Indicativi: cujus observanda tempora.
  - Præsens:
    - Secunda et tertia persona Præsentis et Futuri ει mutat Æolicè in η, iota non subscripto: ut, τάττης pro τάττεις, τάττη pro τάττει.
    - In nonnullis verbis secunda persona singularis præsentis Indicativi, sed et aliorum Modorum et Temporum Æolicè acquirit θα: ut, εἶσθα pro εἶς, ab εἶμι, eo. Huc spectare videtur χρῆσθα, quod Æolicè dicitur pro χρή: quamvis id Varinus Doricum esse velit.
    - Dorica in ευν Æoles formant abjecto ν: ut, ποιεῦτι pro ποιεῦντι.
    - Verba secundæ circumflexorum contractionem in α resolvunt Æolicè, iota non subscripto sed adscripto: ut, γελάϊς pro γελᾷς, γελάϊ pro γελᾷ.
    - Primæ conjugationis in Mι, α in ε mutatur Æolicè, μ geminato: ut, τίθεμμι pro τίθημι, πόθεμμι pro πόθημι. In tertia plurali τίθεντι pro τιθεῖσι. In duali autem, et in prima et secunda plurali retinet η, φίλητον, φίλημεν, φίλητε. Sic Caninius.
    - Secunda in Mι penultimum η mutat Æolica in αι: ut, γέλαιμι, γέλαις, γέλαι, pro γέλημι à γελάω.
    - Tertia pluralis Dorica verborum in Mι, accentum transfert Æolicè in antepenultimam: ut, τίθεντι pro τιθέντι, ἵσταντι pro ἱστάντι, δίδοντι pro διδόντι, ζεύγνυντι pro ζευγνύντι.
    - Εἰμὶ Æolicè habet ἦμι, et in tertia plurali ἔντι pro εἰσί.
    - Φημὶ in tertia plurali habet Æolicè φαισὶ pro φασί. Æoles etiam per aphæresin auferunt φ: et dicunt ἠμὶ, ἦς et ἦσθα, ἠσὶ et ἠτί.
  - Imperfectum:
    - Totum singularem numerum Imperfecti et Aoristi utriusque Activi et Medii generis formant Æoles in σκον, σκες, σκε, primam pluralem in σκομεν, tertiam in σκον: hoc est, per epenthesin ultimæ syllabæ præmittunt tres literas: ut, τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, τυπτέσκομεν, τύπτεσκον: ποίεσκον, ποίεσκες, pro ἐποίεον, &c. ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε, pro ἦν verbi substantivi.
    - Tertia persona in ει desinens Æolice aliquando per η effertur: ut, ἐφίλη pro ἐφίλει, ἐνόη pro ἐνόει.
    - Secunda singularis acquirit nonnunquam Æolicè θα: ut, ἦσθα pro ἦς, ἔφησθα pro ἔφης.
  - Plusquamperfect. Secunda persona, ut in Imperfecto, Æolicè nonnunquam acquirit θα: ut, ᾔδεισθα pro ᾔδεις.
  - Aoristus uterque formatur Æolicè, ut Imperfectum: ut, τάξασκον, τάξασκες, τάξασκε, ταξάσκαμεν, τάξασκαν. τάγεσκον, τάγεσκες, τάγεσκε, ταγέσκομεν, τάγεσκον.
  - Futurum:
    - Quintæ barytonorum in ρω et λω Æolicè inseritur σ: ut, σπέρσω pro σπερῶ, ψάλσω pro ψαλῶ.
    - Secunda et tertia singularis Æol. mutatur in η, ut in præsenti dictum, ut, τάξης pro τάξεις, τάξη pro τάξει.
    - Doricum ευν Æolice amittit ν: ut, ποιησεῦτι pro ποιησεῦντι, ταξεῦτι pro ταξεῦντι.
- Imperativi. Hic Æoles retinent penultimam longam in verbis in Mι: ut, τίθητι τιθήτω, pro τίθετι τιθέτω, ἵστηθι pro ἵσταθι, δίδωθι pro δίδοθι.
- Optativi.
  - Præsens primæ circumflexorum contrahitur Æolicè in οιην: ut, ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη pro ποιοῖμι. Ab ἀξιόω autem tertiæ circumflexorum, venit etiam ἀξιοίη pro ἀξιοῖ, ut rectè annotat Crusius: quod tamen Atticum esse potest. Ait enim Aristot. 3. de cœlo cap. ult. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀξιοίη. Antesignanus dicit Æoles sequi Dorienses terminando Optativum in ῴην: ut, ποιῴην pro ποιοῖμι, χρυσῴην pro χρυσοῖμι.
  - Secunda persona acquirit nonnunquam Æolicum θα: ut, κλαίοισθα pro κλαίοις, πεφύγοισθα pro πεφύγοις.
  - Aoristus primus Æolicè inflectitur per εια, ειας, ειε: ut, τύψεια, τύψειας, τύψειε, pro τύψαιμι: quam formam Eustathius communem factam esse dicit. Scribit Corinthus, primam singularem et tertiam pluralem esse Æolicam: secundam et tertiam Atticorum. Alii omnium personarum formationem ambobus relinquunt. Annotat Caninius in solo duali Atticos et Æolios nihil mutare.
- Infinitivi.
  - Barytona in ειν terminant Æol. in ην, accentu retento vel translato: ut, τύπτην pro τύπτειν, ἐλθῆν vel ἔλθην pro ἐλθεῖν.
  - Primæ conjugationis circumflexa in ειν terminant Æoles in εις vel ην iota subscripto vel neglecto, accentu quinetiam retento vel translato: ut, ποίεις vel ποιῆν, pro ποιεῖν, φρονῆν vel φρόνην pro φρονεῖν.
  - Secundæ conjugationis circumflexa in αν, iota ad latus scripto, Æoles vel contractè efferunt, vel solutè per diæresin, ν quandoque in ς mutato, sæpiùs etiam translato tono: ut, γελαῖν vel γελάϊν vel γελάϊς, vel γέλαις pro γελᾶν.
  - Tertiæ conjugationis circumflexa in οῦν, terminant Æoles in οις vel οιν, accentu retento vel translato: ut, χρυσοῖς χρυσοῖν, χρύσοιν pro χρυσοῦν.

L. Participii Æolismi conveniunt partim cum

- Nominibus, quibuscum easdem recipiunt formas declinationum: ut, πιπτουσάων pro πιπτουσῶν, τυπτομέναις pro τυπτομένας, τῷ ταξαμένῳ pro τοῦ ταξαμένου, &c. Ita quoque τύψαις dicunt pro τύψας.
- Verbo in
  - Initio, ratione augmenti. Nam Æoles, ablato incremento, tonum in antepenultimam transferunt: ut, βλήμενος pro βεβλημένος, δέγμενος pro δεδεγμένος.
  - Fine. Ergo.
    - Fœmininorum οῦ circumflexum Æolicè mutatur in ῶ, teste Antesignano: ut, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα,
    - Perfecti ultima Æolicè mutat ς in ν translato tono: ut, τετύφων pro τετυφώς.
    - Ejusdem characteristicam Æoles nonnunquam negligunt: ut, τεθνὼς pro τεθνηκώς.
    - Prima circumflexorum in ων Æolicè in εις abit, quasi esset verbum in μι: ut, ποιεὶς pro ποιῶν, φιλεὶς pro φιλῶν, ἀεὶς pro ἀῶν. Sic εἷς pro ὤν, ab εἶμι. Hoc scribunt nonnulli: sed non animadvertunt, participium illud esse non verbi circumflexi ποιέω ποιῶ, sed verbi in μι, ποίημι, quod à circumflexis Æoles frequenter derivant.
    - Secunda circumflexorum pro ων Æolicè habet αν: ut, γελᾶν pro γελῶν, ἐλᾶν pro ἐλῶν. Alii hoc Doribus tribuunt.

K. Quæ cæteræ sunt partes orationis, parùm variant Æolicè:

- Adverbium. Quæ desinunt in θεν, ν abjecto, mutant ε in α: ut, ὄπισθα pro ὄπισθεν, ἔνθα pro ἔνθεν, ἄτερθα pro ἄτερθεν.
- Præpositio. Dicunt Æoles ἀμπὶ pro ἀμφὶ, ζὰ pro διὰ, πρὲς pro πρός.

D. Plurium autem dictionum connexio Æolica heic considerari potest, vel

- Orthographica, quando diversæ dictiones quæ dividendæ erant junguntur, contractione vel
  - Intercedente. Sic mutatur ΟΑ in
    - Ω: ut, ὤλλος pro ὁ ἄλλος.
    - ΟΥ: ut, τοὖλλο pro τὸ ἄλλο.
  - Non intercedente, literis nonnullis mutatis et ablatis: ut, κάδδι pro κατὰ δέ: ζανυκτὸς pro διὰ νυκτός: ὤσος pro ὁ σός, solo accentu et spiritu mutato.
- Syntactica, quando constructio genuina variat, per enallagen
  - Partium orationis. Participiis verborum loco utuntur Æoles: ut, καρπῷ βριθομένη pro βρίθεται.
  - Accidentium, Casus.
    - Dativum pluralem tertiæ simplicium usurpant Æoles pro accusativo ejusdem numeri: ut, τοῖς νόμοις pro τοὺς νόμους. Hoc ideo fit quia gaudent τροπῇ τοῦ υ in ι.
    - Vocativo primæ simpl. utuntur Æoles loco Nominativi: ut, ἱππότα νέστωρ pro ἱππότης. An non hoc, quia Nominat. eum terminant in α? Ait H. Steph. Quod Philoponus Atticorum esse perperam tradidit, id Eustathius de Æolibus et Bœotis refert.

In **Poetarum** describenda licentia, eorum duntaxat meminerimus, quæ præter alias dialectos, et usum communem metri causa diversimodè extulerunt. Ergo Tempora verborum in σκον, σκες, σκε terminare frequenti consonantium diplasiasmo gaudere, non Poëtarum licentiæ est, sed utrumque Æoliorum consuetudinis. Ita dativorum pluralium quintæ simplicium à nominativo formationem Ionibus et Æolibus relinquemus, et id tantùm Poëticum censebimus, quod diversarum Græciæ nationum Poëtæ, communi licentiâ, præter usum vulgarem Oratorum, Historicorum, Populi metri constituendi gratiâ adhibebunt. Ergo hic quoque generalissima divisione considerabimus et

- Voces ipsas, quatenus à soluta lingua diversæ sunt: vel
  - Significationes vocum Poëticas easque usitatis aliquot scholarum schematismis exempli gratiâ determinabimus:
    - Metaphora. Sic ἀνθεῖν florere significat: Poëticè gaudere, θάλλειν. Δόμος, domus est: apud Hesiod. dolium: Καλία, nidus: Poët. domus, Φυὴ, natura, vel indoles: Poët. ætas.
    - Metalepsi. Sophocles per ἀργύριον, argentum, significat avaritiam. Ait Homerus ἔῤῥε κακὴ γλήνη, pereat timida virguncula. Cum enim γλήνη, significet κόρην, pupillam, et κόρη quandoque virginem: per metalepsin voci γλήνη, eandem virginis significationem tribuit.
    - Synedoche. Ὀφρὺς, supercilium, apud Homer. totum caput significat. Δρῦς, quercus: Poët. non rarò quævis arbor, ut etiam vitis dicatur δρῦς οἰνοχίτων. Hesiodus voce πηδάλιον temo, omne rusticum instrumentum intelligit.
    - Metonymia. Apud Homer. Apollo ἔδωκεν τόξον Pandaro: id est, τοξικὴν ἐμπειρίαν. Per δήμητρα Cererem, intelligunt Poëtæ fruges. Per μούσας, quæ Deæ sunt tutelares liberalium artium, Artes ipsas.
    - Catachresi. Hesiodus per βασιλῆα, regem, abusivè quemvis judicem intelligit.
    - Periphrasi. Jovem vocant Poëtæ μακάρεσσιν ἀνάσσοντα beatis imperantem. Musas τέκνα διὸς, filias Jovis. Cygnum παῖδα ἐνυαλίοιο ἄνακτος, filium regis Martis. Invisibilem appellant ἠέρα ἑσσάμενον, aëre indutum.
  - Una duntaxat, tum
    - Omnino. Κρίκε, stridebat, λίγξε, Poëtica verba esse videntur, per onomatopœiam facta. In compositionibus, inprimis licentiam suam exercuerunt Poëtæ. Λακκόπλουτος, ex fossa locupletatus: quam vocem Plut. in Aristid. vita, ex Comicis adducit. Κομποφακελοῤῥήμων, gravibus et sesquipedalibus verbis utens, apud Aristoph. legitur. Ψαμμακοσιογάργαρα, innumera et infinita. Huc referri potest Hegesandri Epigramma, quod extat apud Athenæum lib. 4. adversus Philosophos.

      Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινοκατασπηξιγένειοι,
      Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι,
      Ἱματανωπερίβαλλοι, νηλιποκαιβλεπέλαιοι,
      Νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπάται πλάγιοι,
      Μειρακιεξαπάται καὶ συλλαβοπευσιλαβηταὶ,
      Δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι.
    - Ex parte, quod ostendemus in
      - Specie: adhibitis iis, quam generatim dicentur, ad singulas Orationis partes. Vide sign. A.
      - Genere, ratione tum
        - Orthographiæ, quatenus vox aliqua ad metrum aptius constituendum literis
          - Augetur
            - Initio, tum litera, Γ: ut, γέντο pro ἕντο. tum Syllaba, Α: ut, ἄασα pro ἆσα. Ε: ut, ἐείκοσι pro εἴκοσι. Πρό: ut, προπάροιθεν pro πάροιθεν.
            - Medio, tum Litera Ι, quo frequenter utuntur: ut, ἀγνοιέω pro ἀγνοέω, γελοίω pro γελόω, εἴριον pro ἔριον. Υ: ut, ἀχεύω pro ἀχέω. Κ: ut, ὀκχὸς pro ὀχός. Σ: ad ο aut aliam vocalem brevem adjiciunt, si plures in eodem composito occurrant: ut, θεόσδοτος pro θεόδοτος, δικάσπολος pro δικάπολος. tum Syllaba, Α: ut, κεράατος pro κέρατος. Ε: ut, γενέεσθαι pro γενέσθαι. ΕΙ: ut, θαμειὸς pro θαμὸς, ἀφνειὸς pro ἄφνος. Η: ut, θεήϊος pro θεῖος.
            - Fine, Syllaba, Ε: ut, ἦε pro ἦ. Θεν: ut, πάροιθεν pro πάρος. Ο: ut, μίνεο pro μένω, à nomine μένος. Φι: ut, στρατόφι pro στρατός.
          - Minuitur
            - Initio, Litera, Σ: ut, καμάνδριον pro σκαμάνδριον. Syllaba, Ε: ut, πίσταται pro ἐπίσταται.
            - Medio, Litera, Ι: ut, ἀγέρω pro ἀγείρω. Υ: ut, δίπος pro δίπους, in compositis à ποῦς: Γ: ut, φάρυξ pro φάρυγξ. Δ: ut, μόλιβος pro μόλιβδος. Λ: ut, ἀχιλῆος pro ἀχιλλῆος. Syllaba, Α: ut, ἔλσας pro ἐλάσας. Ε: ut, ἔπλε pro ἔπελε, δῆσει pro δεήσει. Ο: ut, τίπτε pro τίποτε, θέσκελος pro θεόσκελος. Ω: ut, ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν: Κα: ut, δεδοίγμεν pro δεδοίκαμεν, ἔοιγμεν pro ἐοίκαμεν. Νε: ut, ἀμώνα pro ἀνεμώνη. Ρε: ut, ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. Συ: ut, δάσκιον pro δασύσκιον.
            - Fine, Litera, Ν: ut, πρόσθε pro πρόσθεν. Σ: ut, πολλάκι pro πολλάκις. Syllaba, Α: ut, ἀνλύω pro ἀναλύω. Ε: ut, λέε pro ἐλέει, ὄσσε pro ὄσσεε, ab ὄσσος, ὄσσεος. Ον: ut, ἶφι pro ἶφιον. Μεν: ut, τρέφε pro τρέφιμεν.
          - Mutatur, per ἀντιστοιχίαν. Vide sign. B.
        - Prosodiæ. Poëtæ enim
          - Quantitatem syllabarum metri gratia mutant, longas corripiunt, breves producunt, ancipites vel corripiunt vel producunt tantum: de quo consulantur libelli ea de re scripti.
          - Accentus etiam mutant, et ex inflexis acuta faciunt in dativis pluralibus pronominum: ut, ἥμιν pro ἡμῖν, ὕμιν pro ὑμῖν. Præterea omnes præpositiones dissyllabæ postpositæ suis nominibus transferunt tonum apud Poëtas: ut, ἐμῶν μετά. Sed in oratione soluta περὶ duntaxat postponitur nominibus, et tonum transfert: ut τούτων πέρι. Sic Varennius.
          - Spiritum asperum quandoque relinquunt literæ ῥ in medio dictionis, quando prius ρ metri causa abjicitur: ut, ἄρεκτον pro ἄῤῥεκτον, ab ἄῤῥεκτον.
          - Apostrophos negligunt: ut, ἀποαιρεῖσθαι pro ἀφαιρεῖσθαι.
  - Plures, de quibus consule sign. C.

B. Mutant ergo literas Poëtæ tum

- Forma, quatenus alia in aliam mutatur,
  - Vocalis
    - Una
      - A in O et Ω: ut, ὁρόω pro ὁράω, δρώω pro δράω. Nisi dicamus ο et ω post contractionem forinsecus Poëticè assumi.
      - E in
        - H: ut, ἀητὸς pro ἄετος.
        - Ω: ut, τρωπάω pro τρέπω. Ejusmodi enim τροπῇ ε in ω transsumitur.
      - H in
        - E: ut, ξερὸς pro ξηρὸς, νοσερὸς pro νοσηρός.
        - EA: ἐάγην pro ἤγην. Hoc nonnulli Atticis adscribunt.
        - EY: ut ἄρευς pro ἄρης.
      - O in
        - H: ut, θεητόκος pro θεοτόκος. In compositis inprimis, ne tot breves concurrant.
        - EY: ut, ὑδροχόευς pro ὑδροχόος.
      - Ω in O: ut, εὐρύχορος pro εὐρύχωρος.
    - Plures
      - EE in EI: ut, δημοσθένει pro δημοσθένεε.
      - EO in EY: ut, πόλευς pro πόλεος.
  - Diphthongus.
    - AI in H cum iota subscripto: ut, στῄην pro σταίην.
    - EI in
      - EÏ per diæresin: ut, θεῖος pro θεῖος.
      - EE: ut, ἐέργω per εἴργω.
    - EY in
      - EŸ per diæresin: ut, ἐΰζοος pro εὔζοος.
      - HŸ per diæresin: ut, ἠΰκομος pro εὔκομος.
    - H cum iota subscripto in HÏ per diæresin: ut, κληῗδων pro κληδών.
  - Consonantes. Tenues enim, mutæ, et aspiratæ abeunt in medias: ut, δίδοιγμεν pro δεδοίκαμεν, ἴγμεν pro ἰχέμεν. Quamvis etiam γ medium in χ aspiratum abeat: ut, ἄνωχθι pro ἄνωγε.
- Situ et ordine per
  - Metathesin: ut, ἔμμορα pro μέμορα, ῥέριφα pro ἔῤῥιφα.
  - Hyperthesin: δρίφος pro δίφρος, ὑπείρεχον pro ὑπέρειχον. Quamvis dici possit compositum esse à præpositione ὑπεὶρ Poëtica, et ἔχον abjecto augmento, pro εἶχον.

A. Speciali examine affectionum Poëticarum, considerandæ sunt Orationis partes:

- ARTICULUS
  - Præpositivus.
    - Liberum est Poëtis articulum servare integrum, etiamsi vox cui servit, dialecti alicujus formam induat: ut, τοῦ λόγοιο pro τοῖο λόγοιο, Gualtperius. τοῦ pro τίνος interrogativo Poëticè habet τεῦ vel τέο.
    - Dativus pluralis τοῖσδε Poëticè habet τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι.
  - Postpositivus. Pro ὃς dicunt ὅστε Poëtæ: item ὃ abjecto σ, quod alii Doriensibus tribuunt.
  - Compositus. Dicunt Poëtæ οἵτις pro ὅστις vel οἵτινες. Item ὅτινα pro ὅντινα vel ἅτινα: ὅτινας pro οὕστινας.
  - Dativum etiam pluralem τοῖσδε, compositi ὅδε, efferunt adjecto σι: ut, τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι pro τοῖσδε.
- NOMEN et ejus accidentia:
  - Qualitas. Adjectiva nova fingunt Poëtæ: ut, δότης, δότειρα: πρέσβους, πρέσβειρα.
  - Species:
    - Comparativa et Superlativa. Hæc apud Poëtas vel
      - Usitata mutatur, per Syncopen: ut, πλέων dicunt Poëtæ pro πλείων: ῥῆϊος pro ῥηΐδιος. Per Hyperthesin etiam: ut, χερείων pro χείρων, assumpto ε.
      - Nova fingitur, à
        - Positivis. Solent nonnunquam Poëtæ à nominibus adjectivis vel substantivis, vel aliis etiam partibus orationis, præter usum communem, novos formare comparativos et superlativos: ut κακώτερος, à κακὸς pro κακίων: φίλιστος pro φίλτατος à φίλος: θεώτερος à θεὸς apud Homerum. ἀρείων ab ἄρης, Mars, βέλτερος pro βελτίων, à βάλλω: μονώτατος, à μόνος, solus, &c.
        - Comparativis: ut, χερειότερος, vel χειρότερος, à χερείων. ῥαΐτερος, à ῥάων, ἀσσότερος ab ἄσσων, προτεραίτερος, à πρότερος, λωΐτερος, à λωίων.
        - Superlativis: ut ἐσχατώτατος ab ἔσχατος: χειριστότερος à χείριστος.
    - Denominativa. Numeralia nonnunquam aliter efferunt Poëtæ: ut, δοιὼ et δοιοὶ pro δύο, teste Henrico Stephano. Antesignanus Poëtas ait δύο dicere per omnes casus, præterquam in dativo: pro communi δυοῖν, ipsi dicant δυσὶ, et genitivum pluralem formant δυῶν. Dicunt etiam πίσυρες et πίσυρα, pro τέσσαρες et τέσσαρα: δυοκάδεκον pro δώδεκα, τριηκόντων pro τριήκοντα, ut idem observat Antesignanus.
    - Patronymica.
      - In Patronymicis frequenter apud Poëtas occurrit epenthesis literæ α, si masculina fuerint: literæ verò η, si fœminina: ut πηληϊάδης pro πηλήδης, καδμηῒς pro καδμίς.
      - Nonnunquam per Syncopen efferuntur Patronymica: ut, ἡετίδης pro ἡετιωνίδης.
  - Genus. Poëtæ, ut annotat Eustath. mutant genera: ut, τὰ κέλευθα pro αἱ κέλευθοι, τὰ μηρὰ pro τοὺς μηρούς. Hoc quamvis aliis quoque dialectis sit usitatum, observari tamen debebit, quibus in dictionibus soli Poëtæ id agant.
  - Declinatio, de qua signo D.
- Reliquæ partes orationis, Pronomen, signo E. Verbum F. Adverbium, Conjunctio, Præpositio, G.

D. Declinatio nominum Poëtica diversa est, ratione tum

- **Terminationis, quam vel**
  - **Mutant Poëtæ: ut species quandoque declinationis etiam immutetur. Terminant ergo in**
    - Αος, pro ως: ut, φάος, φάεος, φάους pro φῶς, φωτός.
    - Ας, pro υ: ut, δόρας, δόρατος vel δούρας, δούρατος, pro δόρυ, δόρυος, et per metathesin Poëticam δουρός. Hoc δόρυ aliàs etiam Poëtice effertur per ος, δόρος, δόρεος, δόρους, ut sit primæ contractorum. Sic etiam Γόνας, γόνατος pro γόνυ, γόνυος, et Poëticè γουνός. Κάρηας, Καρήατος, et κρὰς, κρατὸς, pro κάρηνον, καρήνου, caput.
    - Ευς, pro ως: ut, αἰγοκερεὺς pro αἰγόκερως: pro ης: ut, ἄρευς pro ἄρης: pro ων: ut, γηρειονὺς pro γηρίων: pro ας: ut, βορεὺς pro βορέας: pro ος: ut, πατροφονὺς pro πατροφόνος, ὑδροχέυς pro ὑδροχόος.
    - Ις, pro η: ut, αὖλις pro αὐλή: φῆμις, φημίδος, pro φημή: pro ιν etiam: ut, ῥὶς pro ῥίν, δελφὶς pro δελφίν.
    - Ην pro ευς: ut, ζὴν, ζηνὸς, pro ζεὺς, διὸς, &c. Hujus alii adhuc octo nominativi inveniuntur apud Poëtas, nempe Δεὺς, Βδεὺς, Ζὰν, Ζῆς, Δὴν, Δὰν, Δὶς, à quo ultimo fiunt communes obliqui διὸς, διὶ, δία.
    - Ηὺς, pro αυς: ut, γρηῦς pro γραῦς, νηῦς pro ναῦς, et in accusativo νῆα, γρῆα, pro ναῦν, γραῦν.
    - Φι. Poëtæ nonnunquam adjiciunt nominibus per paragogen syllabam φι seu φιν, ultima vel non mutata, in desinentibus in η vel α: ut, εὐνῆφι pro εὐνῇ, οὐρανίαφι pro οὐρανία: vel mutata: sic quidem, ut α vertatur in η, ος primæ contractorum in ες, ος et ον tertiæ simplicium ultimam consonantem amittant: ων quintæ simplicium formato prius genitivo, in locum abjecti σ, acquirat tum primam syllabicam illam adjectionem: ut, βίηφι pro βία, στήθεσφι pro στήθος, στρατόφι pro στρατὸς, ὀστέοφι pro ὀστέον, κοτυληδόνοφι pro κοτυληδὼν, à genitivo κοτυληδόνος.
  - **Eandem servant, sed declinationis speciem mutant: vel saltem obliquorum formationem:**
    - Ex tertia simplicium faciunt quintam: ut, πολὺς, genit. πολλοῦ, Poëticè regulariter formatur, πολέος, tanquam ἡδὺς, ἡδέως.
    - Ex quinta simplicium faciunt quartam: ut, γέλως, γέλωτος, et Poëticè γέλως, γέλω, &c.
    - Ex prima contractorum faciunt primam simplicium, aut quintam: ut, pro ἄρης, ἄρεος dicunt ἄρης, ἄρου, vel ἄρης, ἄρητος. H. Stephanus annotat ἄρου non legi, quamvis illius præter Antesignanum et alios Grammaticos, etiam Lascaris meminerit.
    - Ex secunda contractorum fit quinta simplicium: ut, οἶς, οἶος, Poëtæ dicunt ὄϊς, ὄϊδος: ut, φθοῖς, φθοΐδος. Dicunt etiam per synæresin οἶς, οἶδος.
    - Licet declinationis eadem species maneat, tamen ratione penultimæ aliter nonnunquam obliqui à Poëtis formantur: ut, χάρις, χάριδος vel χάριστος pro χάριτος: θέμις, θέμιτος et θέμιστος pro θέμιδος: χεὶρ, χερὸς, χερὶ, pro χειρὸς, χειρί. H. Stephanus ridet Antesignani genitivum Poëticum χάριδος vel χάριστος, quod nullibi bonorum auctorum inveniatur. Legitur tamen is non apud Ceporinum duntaxat, sed etiam apud Lascarim.
- **Casuum, in declinatione**
  - **Simplicium**
    - **Prima:**
      - Genitivum singularem primæ simplicium terminant Poëtæ in ω: ut, αἰνίω pro αἰνίου. Notari heic potest canon qui apud Etymologum legitur: In metro Heroïco genitivi rectorum in ης, non in ου fiunt, sed vel in εω: ut, πηλείδεω pro πηλείδου: vel in αο, ὀρέσταο pro ὀρέστου: vel etiam asscito iota ad ι, fit ει: ut, πηλείδιω. Hæ tamen formationes non sunt propriè Poëtarum, sed Ionum vel Æolum.
      - Dativum singularem, nonnunquam efferunt Poëtæ terminatione quintæ simplicium: ut, ἀΐδι pro ᾅδη.
    - **Secunda:** Dativus singularis effertur Poëticè, more dativi quintæ simplicium: ut, τῇ ἀλκὶ pro ἀλκῇ.
    - **Tertia:** Dativus et Accusativus singularis, Nominativus, Dativus et Accusativus pluralis nonnunquam Poëticè fiunt quintæ declinationis. ut, τῇ κλαδὶ pro τῷ κλαδῷ, τῷ διχομηνὶ pro τῷ διχομηνῷ, τῇ λιτὶ pro τῷ λιτῷ, τῷ μελίκρατι pro τῷ μελικράτῳ, τῇ παρθένι pro τῷ παρθένῳ, tanquam à nominativis, ἡ κλὰς, ὁ διχόμην, ἡ λὶς, τὸ μελίκρατον, ἡ παρθήν. Sic etiam τὴν λίτα pro τὸν λίτον, τὸν ἰκτῖνα pro τὸν ἰκτῖνον, tanquam ab ἰκτίν. Et, προσώπασι pro προσώποις. Item προσώπατα pro πρόσωπα, κρίνεα pro κρίνα.
    - **Quarta:** Genitivus singularis per paragogen Poëticam acquirit ο: ut, μίνωο pro μίνω, πετεῶο pro πετεῶ.
    - **Quinta:**
      - Nomina in ις et υς pari genitivi, formant Poëticè Accusativum singularem in α: ut, εὔρυα pro εὖρυν, ὄφια pro ὄφιν, δρύα pro δρῦν.
      - Accusativum nonnunquam concidunt Poëtæ contra communem aliorum usum: ut, θύγατρα pro θυγατέρα.
      - Vocativus oxytonorum in ις ἰδος formatur Poëticè à nominativo, abjecto σ: ut, ἀμαρυλλὶς, ἀμαρυλλίδος, in vocativo Poëticè ἀμαρυλλί.
      - Nominum per ντ declinatorum vocativus in αν vel ουν, Poëticè amittit ν: ut, ὦ λαοδάμα pro λαοδάμαν ὦ αἶα pro αἶαν, ὦ σιμοῦ pro σιμοῦν, ὦ πλακοῦ pro πλακοῦν.
      - E Dativo plurali Ionico et Æolico Poëtæ nonnunquam alterum σ exterunt: ut, αἰάντεσι pro αἰάντεσσι, βημάτεσι pro βημάτεσσι.
  - **Contractorum**
    - **Prima:**
      - Propria quædam in κλέης bifariam contrahuntur, propter vocalium concursum, Poëticè: ut ἡρακλέης, et contractè ἡρακλῆς, in genitivo habet ἡρακλέεος, quod bifariam contrahitur, εο in ου, fit ἡρακλέους, et ει in η, fit ἡρακλῆος, tanquam à nominativo contracto ἡρακλῆς. Et contractio ἡρακλέους, rursum contrahitur ἡρακλοῦς. Vocativus autem ὦ ἡρακλέες vel contrahitur in εις: ut, ὦ ἡράκλεις: vel alterum ε amittit, ἡράκλες. Quæ syncope Poëtis etiam in aliis casibus usurpatur: ut, ἡρακλέϊ pro ἡρακλέεϊ, ἡρακλέει: ἡρακλέα pro ἡρακλέεα, ἡρακλέη. Hinc regula extruitur. Quæ desinunt in duplex εε, loco contractionis, alterum nonnunquam amittunt Poëtice: ut, κλέος, in accusativo κλέεα, κλέα pro κλέη. χρέος, χρέεα, χρέα pro χρέη. Sic in duali τῷ ὄσσε pro ὄσσεε. Sic verò etiam quædam in ος bifariam contrahuntur: ut, σπέος, σπέεος, σπέους, et σπῆος: Dativo σπέϊ, σπέει et σπῆϊ: Accusativo, σπέεα, σπέη, et σπῆα: vel etiamsi alterum ε abjiciatur, σπέα.
      - Dualis nominativus et accusat. Poët. desinit in ει: ut, δημοσθένει pro δημοσθένεε, σκέλει pro σκέλεε.
      - Plurale εις Poëticè amittit iota: ut, ἐπιτηδὲς pro ἐπιτηδεῖς.
    - **Secunda:** Quædam in ις contrahunt Poëtæ per omnes casus: ut, ὄϊς, facta synæresi in οι, οἶς: οἶιος, οἶος; ὄϊι, οἶ, ὄϊν, οἶν.
    - **Tertia:**
      - Accusativus singularis amittit α per apocopen, vel per crasin Poëticam: ut, βασιλῆ pro βασιλῆα, vel βασιλέα.
      - Dativo plurali subtrahunt Poëtæ υ: ut, βασιλέσι pro βασιλεῦσι, υἱέσι pro υἱεῦσι, δρομέσι pro δρομεῦσι.
    - **Quarta:** pluralem numerum nonnunquam more quintæ simplicium inflectunt: ut, αἱ κλῶθες, Parcæ, κλωθῶν, κλωσὶ, pro κλωθοὶ, κλωθῶν, κλωθοῖς, à singulari ἡ κλωθώ.
    - **Quinta:** contractio, quæ communiter fit in α productum, à Poëtis fit in α correptum: ut, κέρατα, κέραα, κέρα. Hoc tamen ita intelligit Antesignanus, ut non velit fieri contractionem duorum αα in α: cùm talis ex necessitate longa foret: sed fieri apocopen Poëticam syllabæ τα: ut, κέρα pro κέρατα.

E. *In Pronominibus* etiam sua libertate utuntur Poëtæ: et præter usum variarum dialectorum, nonnulla peculiari ratione efferunt.

- **Ἐγώ.**
  - *Hoc* apud Comicos et Tragicos frequenter legitur per aphæresin seu apostrophum à fronte scriptum. ut, ’γὼ pro ἐγώ.
  - *Ad* Ionicos casus, Poëtæ, vel iota addunt, per epenthesin: vel syllabam θεν, per paragogen: ut, ἐμεῖο pro ἐμέο, ἡμείων pro ἡμέων: ἐμέοθεν et per syncopen ἐμέθεν pro ἐμές. Volunt hoc aliqui Ionibus usitatum esse, ut et σεῖο, ὑμείων, &c.
  - *In* duali νῶϊ et νῶϊν Poëtarum esse inquiunt.
  - *Dativi* pluralis ultimam corripiunt Poëtæ: ut, ἡμὶν pro ἡμῖν.
- **Σύ.**
  - *Ad* Ionicos casus Poëtæ vel iota addunt per epenthesin, vel syllabam θεν: ut, σεῖο pro σέο, ὑμείων pro ὑμέων, σέοθεν pro σέο.
  - *In* duali σφῶϊ et σφῶϊν Poëtarum esse inquiunt.
  - *Dativi* pluralis ultimam corripiunt Poëtæ: ut, ὑμὶν pro ὑμῖν.
- **Οὗ.**
  - *Ad* Ionicos casus Poëtæ et iota addunt, et θεν: ut, σφείων pro σφέων: ἕοθεν pro ἕο.
  - *Pro* hujus accusativo ἕ, Poëtæ dicunt σφέ. Nam ait Antesignanus: Euripides et Sophocles interdum usurpant duale σφὲ, pro singulari ἕ. Cui etiam addunt θεν: ut, ἕθεν pro ἕο.
  - *In* duali nominativo et accusativo Poëticè habet σφὲε pro σφὲ, in genitivo et dativo σφῶϊν pro σφίν.
- **Οὗτος.** Pro hujus genitivo plurali τούτων, Poëtæ dicunt τάων. Sic quidam inquiunt: sed nos heic Æolica proprietate existimamus τάων pro τῶν dici: τῶν autem articulum præpositivum usurpari pro pronomine τούτων: ut ὁ, pro οὗτος.
- **Αὐτός.** Pro hoc sæpenumerò usurpatur Poëticè, relativum ὅς, cujus genitivus οὗ. Ut ita pro αὐτῷ Poëtæ dicunt οἷ, pro αὐτὸν, σφέ.
- **Ἑαυτοῦ** declinatur in singulari divisim, præcipuè apud Homerum: ut, ἕο αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, ἕοι αὐτῷ pro ἑαυτῷ, ἓε αὐτὸν pro ἑαυτόν: Antesignanus.
- **Δεῖνα.** Pro hoc Poëtæ dicunt et declinant, ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.

F. *Verbi*, Poëtica variatio in ejus accidentibus conspicitur, in

- *Figura*: Quando cum verbo copulantur vel
  - *Præpositiones.* In Figura Poëtica, nonnunquam ex præpositione ἀνὰ, κατὰ, παρὰ, solum α abjicitur: ut, κάτθεο pro κατάθεο, ἀντείνω pro ἀνατείνω: παρκόπτω pro παρακόπτω: nonnunquam consonantes quoque antecedentes: ut, κασχέθω pro κατασχέθω, ἀμνήσει pro ἀναμνήσει. Aliquando præpositio et verbum integra servantur: ut, ἀμφιελίσσω pro ἀμφελίσσω, ἐπιέπομαι pro ἐφέπομαι. Quandoque et præpositio et verbum aliquid mutationis recipiunt: ut, κάββαλον pro κατέβαλον, κάππεσον pro κατέπεσον, ἄνστην pro ἀνέστην.
  - *Aliæ* partes orationis. Conjungunt Poëtæ quasvis, etiam plures orationis partes, præter usum communem liberrimè: ut, μεγαλοκαμπυλαύχην, qui longum obtortum collum habet. Huc pertinent id quod in fine ἐκκλησιαζουσῶν apud Aristophanem legitur, quod singularem facilitatem Græcæ compositionis arguit, ex partibus undeviginti constans: Λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρανιολειψανοδριμυποτοτριμματοσιλφιοπαραμελιτοκατακεχυμενοκιχλεπικοσυνφοπεριστεραλεκτρυονοπτοκεφαλιοκιγκλοπελειολαγωοσιραιοβαφητραγανοπτερίγων.
- *Conjugatione*: ubi habenda ratio et
  - *Thematis.* Hic ergo
    - *Obsoleta* verba in usum vocant Poëtæ: ut, ἔπω, οἴω, πεύθομαι: etiam ea, quorum characteristica est τ: ut, πέτω pro πίπτω, λίτομαι pro λίσσομαι. Dicunt etiam διδοῖ pro δίδωσι, à διδόω, παρατιθεῖ pro παρατίθησι, à παρατιθέω, &c.
    - *Ex* Barytonis faciunt alia verba Poëtæ: vel Barytona: ut, ἀλεγίζω ex ἀλέγω, βρωσείω pro βρώσω, κιχείω pro κίχω, ἐρείω pro ἔρω: accedente etiam reduplicatione: ut, τιταίνω pro τείνω, λιλαίω pro λαίω. Vel circumflexa: ut ἱκνῶ pro ἵκω, μαχέομαι pro μάχομαι, ἀγνῶ pro ἄγω, et per epenthesin ἀγινῶ, τροπάω à τρέπω, νωμάω à νέμω: Vel verba in μι: ut, ἔχημι pro ἔχω, φέρημι à φέρω.
    - *Ex* circumflexis faciunt Poëtæ Barytona: ut, προκαλίζω à προκαλῶ, πολεμίζω à πολεμῶ, νεμεσίζω à νεμεσάω.
    - *Ex* verbis in μι formant barytona in ωω: ut, ῥώω pro ῥωννύω.
    - *Themata* nova formant Poëtæ à Futuris: ut, οἴσω, à futuro οἴσω, verbi οἴω: δυσέω, à δύσω, verbi δύω: νίτομαι et νίσσομαι, à futuro νίσω, verbi νίω. Hæc tamen ultra imperfectum non declinantur, teste Etymologo.
  - *Temporum*: ipsorumque tum
    - *Initii*, seu Augmenti: in quo pauca quædam habent peculiaria:
      - *Augmentum* commune η resolvunt Poëtæ in εα: ut, ἐάγην pro ἤγην, ἐάφθην pro ἤφθην, ἐάδει pro ἤδει, ἐάλωκα pro ἥλωκα: quamvis hoc alii Atticis attribuant. Nonnunquam temporali adjiciunt syllabicum: ut, ἕηκα pro ἧκα, ἔειπε pro εἶπε, ἀνέηκα pro ἀνῆκα.
      - *Incipientia* à ρ augent Poëtæ, ut cætera, quæ à consonante incipiunt: ut ῥέριφα pro ἔῤῥιφα, à ῥίπτω, ῥέριμμαι pro ἔῤῥιμμαι, ἔραπτον pro ἔῤῥαπτον, à ῥάπτω.
      - *Syllabicum* augmentum producunt nonnunquam positione Poëtæ, geminata consonante sequente, vel assumpta externa: ut, ἔλληξα pro ἤληξα, à λήγω, ἐγδούπησα pro ἐδούπησα, à δουπέω.
      - *Verbis* ἄγω et ἔδω Atticè auctis, per epenthesin inserunt Poëtæ syllabas δο et γο: ut, ἀγήγοχα, vel ablato γ, ἀγήοχα pro ἄγηχα: ἐδήδοκα pro ἤδηκα. Sic εἶπε recipit πα Poëticè: ut, εἴπαπε pro εἶπε, ab inusitato ἔπω.
    - *Finis*, de quo consule signum H.

H. *Finem, ut et penultimam, fini proximam, temporum Poëticorum considerabimus in Genere*

- *Activo*, ejusque modo
  - *Indicativo*: cujus Poëticum
    - *Præsens* est:
      - *In* secunda circumflexorum, si contractio fiat in α, præmittunt Poëtæ aliud α: sin, in ω, præmittunt ω vel ο. Ait Antesignanus, si vocalis præcedat longa, præmittitur ω, sin brevis, ο: ut βοάει, βοᾷ et Poët. βοάα: μνάει, μνᾷ et Poët. μνάα. πηδάω, πηδῶ et Poët. πηδάω: ὁράω, ὁρῶ et Poet. ὁρόω. Id verò etiam in tertia videtur contingere, ut contractioni præmittatur ω. Dicunt enim ὑπνώω pro ὑπνόω, ὑπνῶ: χώω pro χόω, χῶ.
      - *Verbum* εἰμὶ in secunda persona Poëticè habet ἐσσὶ pro εἶ. In plurali ἐμὲν et εἰμὲν pro ἐσμὲν, ἐντὶ pro ἐστί.
      - *Composita* ab ἐστὶ per apocopen Poëticam amittunt verbum, sola remanente præpositione et accentu in penultimam retracto: ut, ἔνι pro ἔνεστι, μέτα pro μέτεστι, πάρα pro πάρεστι, ἔπι pro ἔπεστι, πέρι pro περίεστι, ἄπο pro ἄπεστι, ὕπο pro ὕπεστι.
    - *Imperfectum*:
      - *Contractioni* secundæ circumflexorum Poëtæ α, ω vel ο præmittunt, ut in Præsenti: ut, ἐβοόων pro ἐβόων, ἐβόαα pro ἐβόα.
      - *Verbum* substantivum in prima Persona habet Poëticè, εἶεν, ἔον, ἦα, et ἔα pro ἦν. In secunda ἔες et crasi εἶς pro ἦς. In tertia ἔε, ἦε, ἦεν, ἤην pro ἦν. In duali pro ἦτον, habet ἔστον ἤστον, et in tertia pro ἤτην habet ἤστην et ἔστην. Tandem in plurali, secunda persona ἦστε pro ἦτε: in tertia pro ἦσαν, ἔσαν, ἔσσαν et ἦν pro ἦσαν.
      - *Verbum* εἶμι in Imperfecto Poëticè habet εἶον, εἶες, εἶε, pro ἴον, ἴες, ἴε, tanquam esset ab ἴω.
    - *Perfectum*: Hoc nonnunquam per Syncopen efferunt Poëtæ: ut, τέτμηκα pro τετίμηκα, κέκμηκα pro κεκάμηκα. Nonnunquam per epenthesin inserto γ ante κ: ἔκταγκα pro ἔκτακα, à κτείνω, occido.
    - *Plusquamperfectum*: Nonnunquam Poëtæ Syncopen usurpant correpta vocali vel diphthongo antecedente: ut, ἐπέπιθμεν pro ἐπεποίθειμεν. Quidam, ait Caninius, ab Aor. 2. Ionico ἐπεπίθομεν, ducunt, sed ε repugnat, quod non ponitur ante Ionicam duplicationem. Sic εἴκω, per diæresin ἐΐσκω: in plusquamperfecto εἴκειν: in duali εἰκείτην, diæresi ἐϊκείτην, et per Syncopen Poëticam ἐΐκτην.
    - *Indefinitum*:
      - *Quædam* Poëtica habent α purum, neglecto σ, futuri characteristica: ut, χέω χεύσω, ἔχεα, et Æolicè ἔχευα pro ἔχευσα: καίω, καύσω, ἔκηα: ἀλεύω ἀλεύσω ἤλευα pro ἤλευσα.
      - *Metathesin* nonnunquam usurpant Poëtæ: ut, ἔδρακον pro ἔδαρκον: à δέρκω: ἔπραθον pro ἔπαρθον à πέρθω.
      - *Penultima* brevi Poëtæ geminant sequentem consonantem: ut, ἐτέλεσσα pro ἐτέλεσα, ἔφρασσα pro ἔφρασα.
    - *Futurum*:
      - *Anadiplasiasmus* quoque frequens est Poëtis: ut, ἔσσομαι pro ἔσομαι, ἐσσεῖται pro ἐσεῖται, ἀμφιέσσω pro ἀμφιέσω.
      - *Verba* sextæ conjugationis haud rarò σ abjiciunt in futuris primis: δήω pro δήσω, inveniam, à δέω: κλείω pro κλείσω, laudabo, à κλείω: κέω pro κέσω, dormiam, à κέω. Hinc Italorum cheto, id est, quietè still. χεύω pro χεύσω, spargam, à χέω Sic βείομαι pro βείσομαι, à βείω, id est, βιόω.
      - *Quædam* futura Poëtæ à regulari themate formant, quæ communiter irregularia fuissent: ut, δεκήσω pro δόξω, à verbo δοκέω. Hinc participium perfectum δεδοκημένος.
  - *Imperativo*:
    - *Contractioni* secundæ circumflexorum α præmittunt Poëtæ: ut, βοαάτω pro βοάτω.
    - *Verbum* εἰμὶ habet Poëticè ἔσθι et ἔσσο pro ἔσο: ἔτο pro ἔστω.
  - *Optativo*:
    - *Contractioni* secundæ circumflexorum præmittunt Poëtæ ω: ut, βοόωμι pro βοῷμι.
    - *Aoristus* secundus, secundæ et tertiæ verborum in μι Poëticè contrahitur: ut, στήην, στήης, στήη, pro σταίην, &c. δῴην, δῴης, δῴη, pro δοίην, &c.
    - *Anomala* in μι Poëtæ efferunt per ἔοιμι, ἔοις, ἔοι, pro εἴην, &c. ἴοιμι, ἴοις, ἴοι, pro ἰείην, ης, η. Sic Antesignanus.
  - *Conjunctivo*:
    - *Contractioni* secundæ circumflexorum præmittitur ο, ω vel α: ut, βοόω pro βοῶ, βοάᾳ, pro βοᾷ: id etiam videmus Aoristo secundo tertiæ in μι contingere: ut, δώω, δώῃς, δώῃ, pro δῶ, δῷς, δῷ: et in plurali δώωσι pro δῶσι, γνώωσι pro γνῶσι.
    - *Terminationi* Ionicæ inserunt Poëtæ iota: στείω pro στέω, εἴω pro ἔω, ῥείω pro ῥέω: Id quod etiam fit in pronuntiatione, ἐμεῖο pro ἐμέο.
    - *Primam* pluralem in ωμεν, efferunt per ομεν, ait Antesignanus: ut, δείμομεν pro δείμωμεν, ædificemus, à δέμω, ἔδειμα in Aoristo primo. Ita δώομεν pro δώωμεν, quod etiam Poëticè dicitur pro δῶμεν demus: τύπτομεν pro τύπτωμεν.
  - *Infinitivo*:
    - *Contractioni* hic quoque præmittitur α: ut, βοάαν pro βοᾶν.
    - *Atticè* formato tempore in ἔμεναι, Poëtæ geminant μ per anadiplasiasmum: ut, τεττίμμεναι pro τεττίμεναι. Quandoque per ἔκτασιν, ε in η mutant, inprimis in prima circumflexorum: ut, ποιήμεναι pro ποιέμεναι, κιχήμεναι pro κιχέμεναι.
- *Passivo*, de quo signo I.
- *Medio*, cujus variationes Poëticæ ferè sunt eædem cum Activo et Passivo. Etenim
  - *Contractis* in α vel secundæ circumflexorum quoque Poëtæ in quovis modo præmittunt α, ο vel ω: ut, βοάωμαι pro βοῶμαι, βοάασθαι pro βοᾶσθαι.
  - *Præterita* nonnunquam transponunt Poëtæ per metathesin: ut, ἔμμορα pro μέμορα, δέδρεκα pro δέδορκα à δέρκω.
  - *Præteriti* quoque penultimam producunt Poëtæ: ut, δείδια pro δέδια, à δείδω: μέμηλα pro μέμελα, à μέλομαι.
  - *Cùm* rarò formetur præteritum medium in sexta barytonorum, fingunt illud frequenter Poëtæ: ut, δέδηα à δαίω, κέκηα à καίω, πέφυα à φύω.
  - *Tertia* conjugatio circumflexorum futurum secundum non habet. At verò Poëtæ hoc sibi pro libitu fingere permissum existimant: ut, ὀμοῦμαι dicunt in futuro medio, ab ὀμόω, juro.
  - *Infinitivi* Perfectum Atticum per diplasiasmum reddunt: ut, τεταγίμμεναι pro τεταγίμεναι.

I. *Passivi* quoque generis Poëtica formatio examinari debet per modos ejus et tempora. Est ergo Poëticus

- *Indicativus:*
  - *Contractio* in α et ω per epenthesin poëticam; heic quoque, ut in reliquis modis, acquiret alterum α, ο et ω' inprimis tertiis pluralibus imperfecti: ut, βοόωμαι pro βοῶμαι: ἠγορόωντο pro ἠγορῶντο, ab ἀγοράομαι: ἐστιχόωντο pro ἐστιχῶντο ab στιχάομαι. In participio ἀντιόωσα pro ἀντιῶσα ab ἀντιάω.
  - *Tertia* pluralis præsentis Imperfecti et Futurorum formatur Poëticè à tertia singulari, ponendo α ante ται, vel το: servata nonnunquam vocali longa, vel diphthongo metri causa, idque non solùm in dictis temporibus, sed etiam in Præterito perfect. et Plusquamperfecto, Ionicè eodem modo formatis: ut, τεττίαται pro τάττονται, ποιέαται et ποιείαται pro ποιοῦνται: ἐποιέατο vel ἐποιείατο pro ἐποιοῦντο, ἥατο et εἵατο vel ἥατο pro ἧντο ab ἧμαι: ταχθησίαται pro ταχθήσονται, &c. πεποιέαται Ionicè et πεποιήαται Poëticè pro πεποίηνται.
  - *Verba* in νω, et alia nonnulla, quæ in præterito amittebant ν, illud in Aoristo primo recipiunt: ut, ἐκλίνθην pro ἐκλίθην, à κλίνομαι: ἐκρίνθην pro ἐκρίθην, à κρίνομαι, ἐπνύνθην pro ἐπνύθην, à πνύω spiro.
  - *Nonnunquam* in perfecto per μετάθεσιν dicunt Poëtæ ἔσσυμαι pro σέσυμαι. Hinc plusquamperfectum ἐσσύμην: aoristus ἐσσύθην; participium ἐσσύμενος. In aoristo item, ἐτάρφην pro ἐτράφην, ἐτάρφημεν pro ἐτράφημεν, à τρέφομαι.
- *Imperativus:* In hoc modo, ut et in sequentibus, ubi contractio secundæ circumflexorum in α vel ω fit, Poëtæ alterum interserunt vel α vel ω: ut, βοάασθαι pro βοᾶσθαι, βοάω pro βοῶ, βοόωμεν pro βοῶμεν, &c.

G. *In* reliquis etiam orationis partibus Poëtarum notanda est consuetudo. Ergo

- *Adverbia*
  - *Nonnulla* à nominibus formant Poëtæ, adjecta particula δε: ut, Μέγαράδε, ad Megara: οἶκόνδε, domum: ἅλαδε, ad mare: θανάτοιο τέλοσδε, ad terminum mortis: ubi δὲ videtur assumere significationem præpositionis ἐν.
  - *Usitata* immutant Poëtæ, vel addendo aliquid per paragogen: ut, τίη pro τί, cur? vel auferendo: ut, τίποτε pro τίποτε, ποτὶ, pro ποτέ. Σ inprimis et ν abjiciunt: ut, πολλάκι pro πολλάκις, πλειστάκι pro πλειστάκις, χῶρι pro χῶρις: πρόσθε pro πρόσθεν, ὄπισθε pro ὄπισθεν, ἑκατέρωθε pro ἑκατέρωθεν.
- *Conjunctiones* suo modo efferunt metri causa Poëtæ: pro καίπερ dicunt πέρ, pro ἄρα ἄρ. Particulas παραπληρωματικὰς proprias habent, ῥα, κὲν, κὲ, νὺ, θὴν, τοι, πω.
- *Præpositiones* Poëtæ efferunt nonnunquam per apocopen: ut, πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνά. Nonnunquam iota ex abundanti adjiciunt: ut, ἐνὶ, εἰνὶ et εἰν pro ἐν, ὑπεὶρ pro ὑπὲρ, παραὶ pro παρὰ, καταὶ pro κατὰ, περὶ, ἀπαὶ, ὑπαὶ, pro περὶ, ἀπὸ, ὑπό.

C. *Duæ* vel plures dictiones poëtica licentia respectum habent inter se, vel

- *Orthographicum,* quando à Poëtis solvuntur ea, quæ deberent esse juncta. Est ergo tmesis apud Poëtas frequentissima ut et hysterologia: ut, πέμψαι ἐπ' ἀτρείδη, pro ἐπιπέμψαι ἀτρείδη.
- *Syntacticum,* ubi observari potest
  - *Elleipsis:* exempli gratia Nominis: ut, οὐδ' ἄρα πώ οἱ ἐπεκραίαινε κρονίων ait Homerus, et subauditur ἐέλδωρ vel εὐχὴν. Præpositionis item: ut, αἴθερι ναίων pro ἐν αἴθερι. Et certè apud Poëtas frequenter omittuntur præpositiones, sed subaudiendæ sunt.
  - *Pleonasmus* frequens apud Poëtas, particularum, μὲν, δὲ, aliarum, inprimis completivarum.
  - *Enallage*
    - *Antimereia:*
      - *Nomina* pro Adverbiis usurpant Poëtæ: ut, πλατὺ χαίνειν pro πλατέως. ἀκὺ βαδίζειν pro ὠκέως, ὡραῖος pro ὡραίως, παννύχιος, pernox pro tota nocte: apud Homer. Il. 2. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.
      - *Præpositionibus* verborum loco videntur uti Poëtæ: ut, παρὰ pro πάρεστι, ἔνι pro ἔνεστι. Quamvis revera præpositio non sit, sed verbum per apocopen Poëticam formatum.
      - *Verbis* utuntur Poëtæ vice Nominum: ut, παρέστε βουλῇ καὶ μάχεσθαι pro μάχῃ.
      - *Adverbia* pro Nominibus usurpant Poëtæ: ut, ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανοῦ. Sic Nicander. Nisi dicere velimus, præpositionem ἐξ abundare.
    - *Heterosis:*
      - *Qualitatis:* Annotat Eustathius, substantiva innumera facere apud Poëtas officia epithetorum: ut, ἀνὴρ γυνὴ pro γυναικώδης.
      - *Speciei.*
        - *Possessivis* utuntur Poëtæ pro primitivis: ut, παρθενικὴ pro παρθένος. Hoc Atticorum esse dicit Corinthus, sed pernegat H. Stephanus.
        - *In* pronominibus etiam loco Derivatorum primitivis utuntur Poëtæ: ut apud Hesiod. μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω. Hic σὲ pro σὸν usurpatur.
      - *Numeri:* Dualem pro plurali frequenter usurpant Poëtæ: ut, βρώξαντε pro βρώξαντες, βοῶντε pro βοῶντες.
      - *Generis*
        - *Nominum:*
          - *Terminationis* similitudine quandoque genus pro genere usurpant Poëtæ: ut, ἐκ πύλου ἠμαθόεντος, ex Pylo arenosa. Hic πύλος ratione terminationis videtur esse masculinum, cùm revera fœmininum sit.
          - *Nonnunquam* solius significationis ratione habita negligunt Genus Poëtæ: ut apud Hom. τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ, pro κηδόμενον.
        - *Verborum:*
          - *Activum* pro Passivo adhibent Poëtæ: ut, πόλις εὖ ναιετάουσα, civitas benè habitans, pro benè habitata: πεπληγὼς, qui percussit, pro percusso. Ait Caninius se unum observasse Aor. secundum apud Poëtas, qui passivam habeat significationem, nimirum, ἔτραφον, ἔτραφες, ἔτραφε, pro nutritus fui, &c.
          - *Passivum* vice Activi usurpant Poëtæ: ut apud Euripid. πειθώμεθα αὖτις πατέρα pro πείθωμεν. Sic inquiunt nonnulli. Et tamen mediam terminationem duntaxat, quæ sua quoque natura activè significat, pro passiva usurpant: ut, ὁρῶμαι pro ὁρῶ. Est enim illa non minus media, quàm passiva terminatio.
      - *Casuum in præpositionibus:*
        - Μετὰ Poëticè cum Dativo construitur: ut, μετ' ἀνθρώποισιν ἀνάσσει id est, σὺν ἀνθρώποις.
        - Περὶ Dativum acquirit Poëticè: ut δέδοικα περὶ ξάνθῳ Μενελάῳ, timui à flavo Menelao.
        - Κατὰ cum Genitivo pro ἀπὸ Poëticè usurpatur: ut, κατ' ὀλύμπου καρήνων, de verticibus Olympi.
  - *Hyperbaton:* ut apud Sophoclem: μὴ νῦν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν, pro ἀραῖος ὀλοίμην: id est, Ne mihi sit usura ullius boni, sed execratus peream, si quicquam contra te, &c. de quibus me accuses. Apud eundem, δελφῶν κἀπὸ δαυλίας, pro ἀπὸ δελφῶν καὶ δαυλίας.

Sigillatim jam vidimus, quæ sint Dialectorum Græciæ præcipuarum diversæ proprietates. Quod si in unum collectis singulis, Methodi ἡγεμονίᾳ, convenientiam omnium et discrepantiam ostendemus, laboris quidem plus satis fuerit, sed discentium utilitati peropportunum. Ergo quæ prius fuère dicta, generali moderatione revocabimus heic in scenam, ut quam posset accuratiorem considerationem desiderare quispiam, in speciali tabula depictam cogitet. Sed et minus celebrata minorum Græciæ nationum idiomata suo loco et ordini adjiciemus, quòd prius ob loci importunitatem fieri non potuit. A communi itaque Græcorum lingua, quam doctissimi Grammatici ex probatorum auctorum scriptis in compendiosa præcepta redegerunt: particularium quorundam ejusdem Græciæ populorum loquendi usus variat, tum

- *Significatione*, quam inter se earundem vocum habent diversam: quod paucis aliquot exemplis docebimus, plurium seligendorum dexteritatem, quotidianæ studiosorum lectioni relinquentes.
  - *Æoles*, ut audivimus, κλάδος saltum vocant, ut notat Etymologus, quæ vox aliàs ramum denotat. Sic σταλαγμὸς, dolor, al. gutta.
  - *Attici* τέχνας vocant artes mechanicas, aliàs in genere Artem denotante voce.
  - *Bœotis* λέσχαι, τὰ κοινὰ δειπνητήρια, cœnacula publica: aliàs confabulationes.
  - *Cretensibus* ἄκαρα, τὰ σκέλη, aliàs civitas est Asiæ, nunc Nyssa. ἀμήτορες, κιθαρισταὶ, al. matre carentes. ἄνθρισκα, τὸ ἄνισον, al. flores. γάστριον, πέμμα τι σησαμῶδες, aliàs γάστριος, gulosus. δορὰ, trabs, al. pellis. ἔλλοπες, muti, al. pisces.
  - *Cypriis* κέραμος, carcer, al. regula. κίῤῥις, Adonis, al. piscis.
  - *Cyrenensibus* ἄμναμοι, οἱ τῶν ἀμνῶν ἀμνοὶ, al. nepotes. βάσσαρος, vulpes, teste Herodoto, al. βασσάρα, baccha. βρέτας, insensatus, al. idolum. γέρανος, imber, aliàs grus.
  - *Delphis* ζύγαστρον, γραμματοφυλάκιον, al. arca.
  - *Doriensibus* κνυζοῦν, est radere, al. deturpare.
  - *Ephesiis* ἔσσην, rex, al. rex apum.
  - *Ionibus* μῦθος sermo, al. fabula. φάρμακον, color: aliàs venenum.
  - *Lacones* εἰσπνεῖν vocant ἐρᾷν. al. inspirare et εἰσπνήλαι, τοὺς ἐραστάς. μόθων, verna, al. terribilis.
  - *Lydis* ἄκυλος, τὸ αἰδοῖον, al. glans Ilicis.
  - *Macedonibus* ἄγημα, τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς τάξεως, al. agmen, quod ducem præibat. ἀκραῖα, παῖς θήλεια, al. quæ præest arcibus, ut Ἀφροδίτη quæ est in Acropoli.
  - *Megarenses* σα dicunt pro τίνα.
  - *Phœnicibus* vel Punicis, γάλωνες, τὰ περιφράγματα, al. χρῶμα ἵππων τὸ ἰοειδές. Etym.
  - *Rheginensibus* ἄτερπνος, insomnis, al. ἄτερπος, tristis.
  - *Siculis* μίζα, τὰ αἰδοῖα, al. media. κίναδος, ἡ καταδίκη τῶν κακούργων, al. vulpes.
  - *Syracusiis* ἀντίφαρα, ἡ ζήλη, æmulatio, al. ἀντίφαρες contrarium significat. ἀρύειν, invocare, al. haurire. κῦδος, calumnia, aliàs gloria. πᾶς, pater. al. omnis.
  - *Tarentinis* γαιὸς, merces, al. colonus. μέσα, τὰ αἰδοῖα, al. media.
  - *Thessalis* δημιουργὸς, ὁ περὶ τὰ τέλη, al. artifex.
- *Voce*, vel dictione, quæ pronuntiata, scriptionis adminiculo oculorum sensu discernitur. Hujus diversitates variæ sunt, quando vel sola literis et syllabis multis modis afficitur: vel cum aliis juncta præter communem usum, alienam copulam nanciscitur. Ut id clarè deprehendamus, distinctè considerandum fuerit, quæ sit affectio tum
  - *Unius* dictionis, quæ à communi lingua diversa est, vel
    - *Omnino*, ut illius totius usus communis nullus sit: sed distinctis nationibus proprius, Sic apud
      - *Æoles*, καταγωγὶς, indumentum muliebre significat.
      - *Atticos*, varia sunt et privata mensium, sacrificiorum, judiciorum nomina, de quibus abundè H. Stephanus in app. Thesauri.
      - *Bœotos*, βάστακες, divites, βάστραξ, collum.
      - *Chios*, φλεὺς, Bacchus.
      - *Cretenses*, κριθαὶ vocantur δηαί. Etymol.
      - *Cyprios*, κορδύλη est capitis involucrum.
      - *Dores*, αἶτος, lucus, ἀμφὺς, pater.
      - *Iones*, ἠμακτεῖν, indignari, ἐνήρεις, milites.
      - *Lacones*, βίστον est ἱμάτιον. δεικελισταὶ, mimi, imitatores, alii scribunt δεικηλικταί. ἐμβραμένα, fatum. κοὸς, magnus. μόρα, ordo militaris.
      - *Lycios*, ἀλωρῆται, οἱ τὰς ἅλως φυλλάττοντες. Nam ὠρεῖν, est φυλάττειν.
      - *Macedones* γυάλα genus poculi.
      - *Phœnices* et Punicos, ἀσοὺς, crater. βεταγὼν, Saturnus. διδὼ, vagabunda. ἀλλετία, virgo. Κιννάμωμον, cinnamomum, Phœnicum dictionem esse Herodotus in Thalia his asserit: ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ φοινίκων μαθόντες, κιννάμωμον καλέομεν.
      - *Spartanos*, γεράστιος mensis nomen. Thucyd. εὐνομάτια et μοῖρα, vocabula propria fuisse Spartanorum Pollux testatur.
      - *Syracusios*, γαφάγας, vermis, δαφνίτης, Apollo.
      - *Tarentinos*, ἀγάλιος, obtrectatio, ἀγαλίζεσθαι, obtrectari, ἀειμύτας, ὁ ὄνος, ὁ ἀεί μεις θυόμενος. βανίας, cœnum.
      - *Thessalos*, γεγγιάζειν, clamare, Philostr. in Gorgia.
      - Trœzenios, βάκαρος, τὸ ἔαρ, ver.
    - *Aliqua* tantùm ex parte. Vide A a.
  - *Plurium* invicem, quacunque demum ratione cohærentium. E e,

A a. Si aliqua tantùm ex parte, diversa vox fuerit, expendendæ quædam in

- Genere, eorum respectu quæ dictioni præter usum vulgatiorem contingunt, ratione tum
  - Literarum, quæ varia patiuntur, ut vel suo loco moveantur, et mutentur, vel accedant de novo, aut evanescent penitus, de quibus signo B b.
  - Syllabarum, quarum tum quantitas est, tum accessio eorum, quæ inscribuntur, Toni et Spiritus, de quibus signo C c.
- Specie, quatenus specialioribus Etymologiæ classibus jam adhibentur ea, quæ in genere fuêre adumbrata. D d.

B b. Orthographiæ tribuimus, ut doceat quomodo dictio afficiatur ratione literarum tum

- Quantitatis: quatenus vel
  - Augetur
    - Initio,
      - LITERA, quæ esse potest O, quod Bœoti præponunt τῷ υ, οὔλη pro ὕλη, οὔδωρ pro ὕδωρ. Hoc Æoliorum est, secundum alios.
      - B: quod Dores præfigere solent dictionibus à vocali incipientibus, βηλέα pro ἠλέα: quod etiam agunt Cretenses, Lacones et Pamphylii. βάξον pro ἄξον, βαλικιώτης pro ἠλικιώτης. Æoles illud præponunt literæ ρ, sequentibus δ, κ, τ, βρόδον pro ῥόδον, βράκος pro ῥάκος.
      - Γ: Poët. γέντο pro ἕντο. Il. Θ'. γέντο δ' ἱμάσθλην. Atticè: ut, γλάμων pro λήμη.
      - ϝ Digamma: Æoles, ϝοῖνος pro οἶνος.
      - Θ: Iones, θειλόπεδον pro εἰλόπεδον.
      - Σ: Ait Herodotus Syracusios τοὺς πύρους dicere σπύρους.
      - Τ: Ion. Dor. Æol. Poët. τὼς pro ὣς, τὸν pro ὅν. Cyprii ἀνύτω pro ἀνύω.
      - Χ: Dor. ut annotat Etymol. χαλκὸς quasi ἀλκός.
      - SYLLABA, Α: Atticè, ἄσταχυς pro στάχυς: Poët. ἄασα pro ἆσα. Ion. ἅπας pro πᾶς, ut ait Corinthus.
      - Ε: Atticè, ἑώρακα pro ὥρακα. Ion. ἔε pro ἕ. Æol. ἐδάπεδον pro δάπεδον. Poët. ἐείκοσιν pro εἴκοσι.
      - Ο: Ion. ὅου, pro οὗ.
      - Βα: Cretenses aliquando hanc syllabam præponunt. βασκαρίζω pro σκαρίζω, βαστραχηλίζω pro τραχηλίζω, assumpto etiam σ.
      - Reduplicationes et anadiplasiasmi usitatæ sunt Atticis, nonnunquam etiam reliquis, inprimis Poëtis, Bœotis item, τετέλειμι pro τέλειμι.
    - Fine: vide F f.
    - Medio,
      - LITERA, Ι: Iones adjungunt literæ ε, ξεῖνος pro ξένος. Attici quoque et Dores interserunt: ut, χροία pro χρόα, ὀλέσαις pro ὀλέσας, Æol. μούσαις pro μούσας. Poët. δείδια pro δέδια. Syracusani excluso ν, iota substituunt, εἴνατος pro ἔνατος.
      - Ο: Bœoticè ἐλήλουθα pro ἐλήλυθα.
      - Υ: Iones literæ ο addunt: οὖρος pro ὄρος. Dor. ζητεύω pro ζητέω. Æol. εὔαδε pro ἕαδε. Poët. ἀχεύω pro ἀχέω. Cretenses αὐσὸς pro ἀλσὸς, etiam detracto λ. Bœoti, ὀπείττομαι pro οὐ πείθομαι.
      - Β: Æol. ἀλιβδύειν pro ἀλιδύειν. Doricè ἔβα pro ἕα. Lacones ἔβασον pro ἕασον. Cretenses ἔβα pro ἕα: omni enim vocali præmittunt β, quod apud Eustath. Heraclides de Pamphyliis dicit.
      - Γ: Ion. ἐρίγδουπος pro ἐρίδουπος. Bœot. ἰὼ pro ἐγώ.
      - Ζ: καλήζω pro καλήω, quod pro καλέω dicitur, Cypriis.
      - Θ: Dor. διχθὰ pro διχῆ.
      - Κ: Æol. ὀκχὸς pro ὄχος. Maced. ἀκηδία pro ἀηδία. Poët. ὄκκα pro ὄκα.
      - Μ: Ion. λάμψομαι pro λήψομαι.
      - Ν: Dor. ὀρύνω pro ὀρύω. Lacones ἄνδα pro αὕτη, sublato ν. Cretenses σπένδω pro σπείδω, extrito ν.
      - Ρ: Atticè: ut, κατέῤῥεξε pro κατέρεξε, Eustath.
      - Σ: Ion. Dor. Æol. λεγόμεσθα pro λεγόμεθα.
      - Τ: Att. et Cypr. πτόλις pro πόλις. Ion. ὅττι pro ὅτι.
      - Diplasiasmum inprimis Poëtæ amant: Iones item, Dores, et maximè Æoles, qui hac parte aliquid peculiare habere videntur.
      - SYLLABA, Α: Dor. ποτείδαον pro πόσειδον. Æol. μουσάων pro μουσῶν. Poët. κεράατος pro κέρατος. Bœot. ληστάων pro ληστῶν.
      - Ε: Ion. αἰνειέων pro αἰνείων. Dor. κενὸς pro κενός. Æol. δύεσι pro δύσι. Poët. γενέεσθαι pro γενέσθαι.
      - Η: Poëtice: ut, θεήϊος pro θεῖος.
      - Ι: Ion. λόγοιϊν pro λόγοιν. Poët. ἵπποιϊν pro ἵπποιν.
      - Ο: Att. ἀγήοχα pro ἄγηχα. Æolicè ἐστέρται pro ἔστροται.
      - Ω: Attici veteres, εἴωθα pro εἶθα.
      - ΕΙ: Poët. θαμειὸς pro θαμός.
      - Δο: Att. ἐδήδοκα pro ἔδηκα.
      - Τη: Ion. ἐτήτυμος pro ἔτυμος.
      - Verba aliàs suo modo nova per epenthesin formabant Attici, ut suo loco dicitur, διωκάθω pro διώκω.
  - Minuitur, de quo sequente pagina G g.
- Qualitatis, qua mutatur per ἀντιστοιχίαν. Vide H h.

F f. In fine augetur dictio

- LITERA, N: ἐφελκυστικὸν etiam seq. consonante, addunt Attici et Poëtæ. Illi aliàs dicunt ἤδειν pro ἤδει. Æol. ἄρεν pro ἄρα. Dor. ἐγὼν pro ἐγώ.
- Σ: Dores et Megarenses οἴκαδες pro οἴκαδε. Cret. ἄγες pro ἄγε.

- SYLLABA, Ε: Poëticè ἦε pro ἦ.
- Ο: Poëticè, μίνοω pro μίνω.
- Ι: Att. Dor. Ion. λόγοισι pro λόγοις. Attici inprimis hoc agunt, ad intendendam vim significationis, νυνὶ, πρινί.
- ΕΙ: Att. οἰονεὶ pro οἷον. Ion. et Ephesii, ἀφαρεὶ pro ἄφαρ.
- Δε, et alias similes dictiunculas paragogicas Attici usurpant.
- Δι: ut, νυνδὶ pro νῦν Atticè.
- Θεν: Poëticè πάροιθεν pro πάρος.
- Θα: Æol. ἔφησθα pro ἔφης, χρῆσθα pro χρὴ, ἦσθα pro ἦς. Hoc etiam Atticis tribuit Stephanus.
- Νη: Dor. ἐγώνη pro ἐγώ.
- Γα: Dor. ἐγώνγα pro ἐγώ.
- Τι: Att. πάνυτι pro πάνυ.
- Τε: Ion. ἐφ' ᾧτε pro ἐφ' ᾧ.
- Χι: Att. ναιχὶ pro ναὶ, Dor. ἆχι pro ἦ.
- Φι: Poët. ut, στρατόφι pro στρατός.

G g. Minuitur dictio Dialectorum:

Initio,

- LITERA, Δ: Ion. et Æol. αἰνὸς pro δεινός.
- Γ: Ionicè αἶα pro γαῖα.
- Λ: Ionicè εἴβειν pro λείβειν.
- Μ: Æolicè ἴα pro μία.
- Σ: Ionicè et Doricè μικρὸς pro σμικρός. Æol. μίλαξ pro σμίλαξ. Poëticè καμάνδριον pro σκαμάνδριον. Cyr. ἀγάνα pro σαγήνη.
- Τ: Dor. ἦμος pro τῆμος.

- SYLLABA, Α: Attici et Poëtæ mediante apostropho τῇ 'γορᾷ pro τῇ ἀγορᾷ. Alii hoc tribuunt Æoliis.
- Ε: Atticè μῷ pro ἐμῷ. Ion. κεῖνος pro ἐκεῖνος. Poët. πίσταται pro ἐπίσταται.
- Λω: Dor. λῶ pro θέλω.
- Iones, etiam Poëtæ augmentum detrahunt, βλήμενος pro βεβλημένος.

Medio,

- LITERA, Ε: Dor. ἔγεντο pro ἐγένετο.
- Ι: Ion. δέξω pro δείξω. Att. ποεῖν pro ποιεῖν. Dor. σφὲς pro σφεῖς. Æol. ἄρχαος pro ἀρχαῖος. Atticè ἕταρος pro ἕταιρος. Poët. ἀγέρω pro ἀγείρω.
- Υ: Dor. βασιλέσι pro βασιλεῦσι. Poët. δίπος pro δίπους. Cret. ἄρκετος pro ἄρκευθος.
- Β: Att. βόλιτον pro βόλβιτον.
- Γ: Æol. et Poët. φάρυξ pro φάρυγξ. Ion. ἐνείκω pro ἐνέγκω. Bœot. ἰὼ pro ἐγώ. Tarent. ὀλίος pro ὀλίγος.
- Δ: Ion. Dor. Æol. ἔριος pro ἔριδος. Poët. μόλιβος pro μόλιβδος.
- Θ: Dor. ἐσλὸν pro ἐσθλόν.
- Κ: Ion. et Dor. βίβαα pro βίβηκα.
- Λ: Dor. κάλιον pro κάλλιον, parelleipsis. Ionicè item.
- Σ: Att. νομιῶ pro νομίσω. Ion. ἐτίθεο pro ἐτίθεσο. Dor. ὄπισθεν pro ὄπιθεν, qui asperum spiritum illius loco seq. vocali inscribunt, ut et Pamphilii, Eretrienses, Lacones, ποιοῦαι pro ποιοῦσαι. Bœot. ἐργάη pro ἐργάσῃ.
- Ρ: Dor. σκῆπτον pro σκῆπτρον.
- Τ: Ion. κέραος pro κέρατος.

- SYLLABA, Α: Poët. ἔλσας pro ἐλάσας, γλακτοφάγοι pro γαλακτοφάγοι. Sic et Maced. κεβλὴ pro κεφαλή.

- Ε: Att. πρίδας pro πρείδας. Dor. ἔδμεναι pro ἐδέμεναι. Poët. ἔπλε pro ἔπελε. Ion. φέρτε pro φέρετε. Æolicè ἰρὸν pro ἱερόν.
- Ο: Att. οἶμαι pro οἴομαι. Dor. μενέλας pro μενέλαος. Æol. ἀγνήκαμες pro ἠγνοήκαμεν. Poët. τίπτε pro τίποτε.
- Ω: Att. et Poët. ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν.
- ΕΙ: Att. ὄφλω pro ὀφείλω.
- Ευ: Dor. κέλομαι pro κελεύομαι.
- Δα: Att. ut, οἶσθα pro οἶδασθα.
- Μο: Dor. ὀπάτριος pro ὁμοπάτριος. Ion. ἄρσαντες pro ἁρμόσαντες.
- Μη: Æol. ὤρσεν pro ὥρμησεν. Ion. οἶμα pro οἴμημα.
- Νε: Poet. ἀμώνα pro ἀνεμώνη.
- Ρε: Ion. ἔξαιτος pro ἐξαίρετος.
- Το: Laconicè et Creticè, αὖς pro αὐτός.
- Est etiam Poëtica Syncope compositorum notanda: de qua suo loco.

Fine minuitur dictio vel

- LITERA, Ν: Att. ἄλλο pro ἄλλον. Æol. ὄπισθα pro ὄπισθεν. Iones ν ἐφελκυστικὸν, non addunt, ut nec Attici veteres Poëtæ: πρόσθε pro πρόσθεν. Syracusii ν auferunt substituto iota. ἐνδοῖ pro ἐνδόν.
- Σ: Dor. ὃ pro ὅς. Æol. ὁ pro ὅς. Poët. πολλάκι pro πολλάκις. Maced. κοπαίνα pro κοπαίνας.

- SYLLABA, Α: Dor. πὰρ pro πάρα. Poët. αἰλύω pro ἀναλύω.
- Ε: Poët. λόε pro ἐλόεε.
- Ι: Atticè: ut, πρῷ pro πρωΐ.
- Μα: Dor. δῶ pro δῶμα.
- Να: Att. κρείττω pro κρείττονα. Ion. κικεῶ pro κικεῶνα.
- Νον: Att. ut, κάρα, Ion. κάρη pro κάρηνον.
- Μνον: Dor. κρὶ pro κρίμνον.
- Βδα: Dor. λὰμ pro λάμβδα.
- Σα: Att. βασιλὶς pro βασίλισσα.
- Σι: Ion. σφὶ pro σφισί.
- Τα: Ion. ἱδρῶ pro ἱδρῶτα. Dor. κέρα pro κέρατα.
- Τως: Attice, ut, πρέπον pro πρεπόντως, ut ait Corinthus, quod tamen negat Stephanus.

H h. Qualitas dictionis per dialectos variatæ, comprehendit in se mutationem literarum: et eam tum

- **Ordinis**, qui turbatur, ut posteriores præeant, præeuntes sequantur, quod per Hyperthesin et Metathesin ab Ionibus fit, Doribus, Æolibus et Poëtis, ut suo loco exemplis ostenditur.
- **Figuræ**: per ἀντιστοιχίαν, quam Enallagen vocat Grammaticus. Mutatur ergo
  - **Vocalis** vel
    - **Una tantum**
      - **A in**
        - E, Atticè, λεὼς pro λάος. Ion. γέμμα pro γάμμα. Dor. ἄτερος pro ἕτερος. Æol. λεγόμεθεν pro λεγόμεθα, addito ν.
        - H, Atticè, ἠνειχόμην pro ἀνειχόμην. Ionicè α mutatur in η, si sit longum: quamvis apud posteriores etiam breve α in η abeat: θύρη pro θύρα. Dor. pro πηγὴν παγάν. Æol. ἠὴρ pro ἀήρ. Poët. βίηφι pro βία. Cret. ἧραι pro ἆραι. Bœot. πρωΐην pro πρωΐαν. Sicul. φήμα pro φήμη.
        - O, Atticè, ὀσταφὶς pro ἀσταφίς. Æol. στροτὸς pro στρατός. Poët. ὁρόω pro ὁράω.
        - Υ, Dor. σὺρξ pro σάρξ. Æol. σύρκες pro σάρκες. Dor. item.
        - Ω, Att. κρώζω pro κράζω. Ion. χρείω pro χρεία. Poët. δρώω pro δράω. Bœot. ὤριστος pro ἄριστος, ait Etymol.
        - AI, Æol. φαισὶ pro φασί.
        - EA, Ion. σφέας pro σφᾶς.
      - **E in**
        - A, Ion. μέγαθος pro μέγεθος, Dor. τράχω pro τρέχω. Æol. ὄπισθα pro ὄπισθεν. Att. ἄτερος pro ἕτερος.
        - H, Att. ἠδυνάμην pro ἐδυνάμην. Ion. θηήσαντο pro ἐθεάσαντο. Æol. ἀχιλλῆος pro ἀχιλλέος. Poët. ἀητὸς pro ἀετός.
        - I, Atticè, ὁδὶ pro ὁδέ. Ion. ἐπίστιος pro ἐφέστιος. Bœot. ἰὼ pro ἐγώ. Cret. ἰν φάος pro ἐς φάος.
        - Υ, in contractionibus Atticè: ut, τοὔνδυμα pro τὸ ἔνδυμα.
        - O, Att. πέπομφα pro πέπεμφα. Dor. λάβον pro λάβε. Æol. οἶδασθα pro εἴδησθα.
        - Ω, Dor. νωμῶ pro νεμῶ. Poët. τρωπάω pro τρέπω.
        - AI, Att. ut, δαὶ pro δέ.
      - **H in**
        - A, longum Atticè: ut, ὑγιᾶ pro ὑγιῆ. Ion. in α breve κάλη pro κήλη, λελακυῖα pro λεληκυῖα. Dor. in α longum σελάνη pro σελήνη, δᾶμος pro δῆμος. Æol. etiam et Bœot. πύλα pro πύλη, pleno hujus literæ sono delectati.
        - E, Att. νεὼς pro ναός. Ion. in paucis ἑσσόω pro ἡσσόω. Doricè ἄρες pro ἄρης. Poët. νοσερὸς pro νοσηρός. Æolicè ἀδικέσσαι pro ἀδικῆσαι.
        - I, Bœot. πιδᾶν, unde πίδαξ, pro πηδᾶν. Etymol.
        - Ω, Ion. ἀρωγὸς pro ἀρηγός. Dor. τῶς μελίσσως pro τῆς μελίσσης. Att. ὤχωκα pro ὤχηκα.
        - AI, Ion. et Poët. νικαία pro νίκη, assumpto α: Lacon. βλαιτὴ pro βλητή. Dor. τίθαιμι pro τίθημι. Hoc etiam Æoliis tribuunt.
        - EI, Att. κείρυλος pro κήρυλος. Æol. πειλεὺς pro πηλεύς. Ion. πηνελόπεια pro πηνελόπη, assumpto α, Dor. τέθεικα pro τέθηκα, quod etiam Bœoti agunt, quorum est proprium η in ει commutare, nimirum, ut, Antesignanus annotat, ubi Dores servant η: ubi verò mutant in α, tunc servare in η.
        - EA, Att. ἑάλωκα pro ἥλωκα. Poët. ἐάγην pro ἤγην.
        - EE, Dor. φιλεέσω pro φιλήσω. Etymol.
        - EY, Poët. ἄρευς pro ἄρης.
      - **I in**
        - E, Ion. ὄφεϊ ὄφιϊ. Æol. ἀδέκαστος pro ἀδίκαστος. Att. ἔριδες pro ἴριδες.
        - H, Ion. κηκίω pro κικίω. Æol. ἀκτὴν pro ἀκτίν.
      - **Υ in**
        - H, Æol. vide tabulam propriam.
        - I, Æol. ἰψηλὸς pro ὕψηλος.
        - Ω, Æol. ὤψηλος pro ὕψηλος.
      - **O in**
        - A, Æol. ἄσσα pro ὅσσα. Doricè εἴκατι pro εἴκοσι. Cret. ἄναιρος pro ὄνειρος.
        - E, Dor. ἀνδρεφόνος pro ἀνδροφόνος. Æol. πρὲς pro πρός.
        - I, Att. ut, δευρὶ pro δεῦρο.
        - Υ, Æol. ὄνυμα pro ὄνομα.
        - Ω, Att. δύω pro δύο. Ion. δεύρω pro δεῦρο. Dor. ὦρος pro ὅρος. Æol. ὤμοιος pro ὅμοιος. Poët. δώω pro δόω.
        - H, Poët. θεητόκος pro θεοτόκος.
        - EY, Poët. ὑδροχόευς pro ὑδροχόος.
        - OI, Dor. πνοιὴ pro πνοή.
        - OY, Dor. ταξοῦμαι pro τάξομαι.
      - **Ω in**
        - A, productum, Dor. γελᾶν pro γελῶν. Æol. quoque Bœot. ποσειδᾶν pro ποσειδῶν. Tarentini ἆτα pro οὖτα. Cret. ἄελον pro ἔωλον metathesi. Siculè etiam ἐτύψα pro ἐτύψω, ut quidam volunt.
        - O, Æol. ὄρα pro ὥρα. Poët. εὐρύχορος pro εὐρύχωρος.
        - AO, Ion. σαόφρων pro σώφρων. Poët. φάος pro φῶς.
        - OY, Lac. ἀπέσουξεν pro ἀπέσωσεν.
        - EY, Dor. ἠγάπευν pro ἠγάπων.
        - EΩ, Ion. ut, τιθέω pro τιθῶ.
        - OI, Syrac. ἐξοῖ pro ἐξῶ.
    - **Plures**, quæ, vel in unam solam, vel in diphthongum abeunt: de quibus I i.
  - **Diphthongi** K k. **Consonantes** L l.

I i. Plures quoque vocales cum aliis permutantur:

- AEI in H sine iota subscripto, Atticè et Doricè: ut, πεινῆς pro πεινᾷς, διψῆς pro διψᾷς.
- AE in
  - H, Doricè ἔζης pro ἔζαες, ἐγέλης pro ἐγέλαες, κιρνῆς pro κιρνάεις. Attici quoque in aliquibus verbis idem agunt, πεινῆς pro πεινάεις.
  - OY Atticè τριακοντούτης pro τριακονταέτης.
- AO in Ω, Atticè ἵστω pro ἵσταο.
- EA in
  - A, Atticè πειραιᾶ pro πειραιέα. Doricè θᾶσαι pro θεάσαι.
  - H, Ionicè σινήπη pro σινήπεα. Doricè κρῆς pro κρέας. Æolicè, item Poët. βασιλῆ pro βασιλέα.
- EE in EI, Ionicè ὄφεις pro ὄφεες. Poëticè δημοσθένει pro δημοσθένεε.
- EI͏̈ in EI, Atticè πηλείδης pro πηλεΐδης.
- EO in
  - EI, Atticè δεῖν pro δέον.
  - EY, Ionicè πλεῦνας pro πλέονας. Dor. ἄρευς pro ἄρεος. Poët. πόλευς pro πόλεος.
  - OY, Att. ἐτίθου pro ἐτίθεσο, extrito σ.
- EΩ in Ω, Att. πειραιῶς pro πειραιέως.
- HI͏̈ in H, cum iota subscripto νηρῇδα pro νηρηΐδα.
- IE in I longum, Ion. ἱρὸς pro ἱερός.
- OA in Ω, Ion. βῶξ pro βόαξ. Doricè item.
- OE in OY, Att. φυτοῦργος pro φυτόεργος.
- OI͏̈ in OI, Att. οἶς pro ὄϊς.
- OH in Ω, Ion. βώσω pro βοήσω.
- OO in OY, Atticè: ut, δίδου pro δίδοο, δίδοσο.
- ΩH in Ω, Dor. πρὰν pro πρώην.
- OI in Ω, cum iota subscripto, λῷον pro λωΐον Atticè.
- OI͏̈ in OI, Bœot. γελάϊος pro γελοῖος.

K k. Diphthongi similiter transmutantur, et quidem

- Propriæ,
  - AI in
    - H cum iota subscripto, Att. ἐμίηνα à μιαίνω. Ion. αἰνείῃς, pro αἰνείαις. Poët. στῄην pro σταίην. Bœot. ποιουμένη pro ποιούμεναι: ubi iota non subscribitur.
    - AI per diæresin Æol. παῖς pro παῖς, in monosyllabis.
  - AY in
    - A, Dor. νᾶν pro ναῦν.
    - Ω, Dor. ὦλαξ pro αὖλαξ. Ion. τρῶμα pro τραῦμα.
    - HY, Ion. νηῦς pro ναῦς.
    - OY, Dor. τούτας pro ταύτας.
    - OY, Ion. θωῦμα pro θαῦμα: vel etiam ωϋ dissolvitur.
  - EI in
    - A: ut, Dor. κλᾶδας pro κλεῖδας.
    - H cum iota subscript. Att. βασιλῆς pro βασιλεῖς. Dor. τῆνος pro κεῖνος. Æol. ἔλθην pro ἔλθειν, etiamsi iota subscribatur. Bœot. νήφω à νείφω, ait Etymol. Lac. λύκνος pro λύκειος.
    - EA, Ion. ποιέασθαι pro ποιεῖσθαι.
    - EE, Ion. σφέες pro σφεῖς. Poët. ἐέργω pro εἴργω.
    - EY, Ion. πλεῦν pro πλεῖν.
    - EI, Æol. ἀργέϊοι pro ἀργεῖοι. Poët. θέϊος pro θεῖος.
    - EΩ, Att. ἀφέωκα pro ἀφεῖκα.
    - HI͏̈, Att. κληΐδα pro κλεῖδα. Ion. πηληΐδης pro πηλείδης.
    - OI, Æol. ὄνοιρος pro ὄνειρος.
    - AI, Dor. φθαίρω pro φθείρω. Cret. ὄναιρος pro ὄνειρος.
  - EY in
    - H, Æol. ὄρφη pro ὀρφεῦ, Ἀχίλλης pro Ἀχιλλεύς.
    - Ω, Ion. ἐκπλώσας pro ἐκπλεύσας.
    - EY, Poët. ἐΰζοος pro εὔζοος.
    - OY, Dor. ut, ἴσσουα pro ἴσσευα.
    - HY, Att. ηὐχόμην pro εὐχόμην: et in HY, Poët. et Ion. ἠΰκομος pro εὔκομος.
  - OI in
    - EI, Att. δυεῖν pro δυοῖν.
    - OI͏̈, Æol. κοΐλον pro κοιλόν.
    - Ω cum iota subscripto, Att. μενέλᾳ pro μενέλαοι. Dor. πωμενικὸς pro ποιμενικός.
  - OY in
    - Ω, Att. μενέλεω pro μενελάου. Dor. et Æol. μῶσα pro μοῦσα. Ion. ὦν pro οὖν. Bœot. quoque. Sic ὠτειλὴ fit ab οὐτήσω. Etym.
    - A, Dor. αἰνεία pro αἰνείου.
    - H, Æol. φοβήμενος pro φοβούμενος.
    - AO, Æol. αἰνείαο pro αἰνείου. Bœot. itidem.
    - EO, Ion. ἐμέο pro ἐμοῦ.
    - EΩ, Ion. βορέεω pro βορέου.
    - EY, Æol. λαλεῦσα pro λαλοῦσα. Dor. φιλεῦσι pro φιλοῦσι.
    - OA, Ion. χρόα pro χροῦν.
    - OI, Dor. μοῖσα pro μοῦσα. Æol. χρύσοιν pro χρυσοῦν.
    - OO, Ion. ῥόος pro ῥοῦς.
    - OIO, Ion. et Poët. λόγοιο pro λόγου. Att. item et Dor.
- Impropriæ, quas Dores in simplices vocales mutant, ablato iota subscripto, ᾳ in α, ῃ in η, ῳ in ω. Præterea
  - A cum iota subscripto in
    - H cum iota subscripto, Ion. mutatur αἰνείῃ pro αἰνείᾳ.
    - AI, Æol. βοάϊς pro βοᾷς.
    - HI, Ion. ῥηΐδιον pro ῥᾴδιον.
  - H cum iota subscripto in
    - EI, Att. βούλει pro βούλῃ.
    - HI͏̈, Ion. χρηΐζειν pro χρῄζειν. Poët. κληδὼν pro κλῃδών.
    - A cum iota subscripto, Dor. ᾆχι pro ᾗχι.
  - Ω cum iota subscripto in
    - ΩI͏̈, Ion. τῷϊ λόγωϊ pro τῷ λόγῳ.
    - OI, Bœot. ἡροῖος pro ἡρῷος. Syrac. ἁρμοῖ pro ἁρμῷ.

M m. Σ pariter in alias consonantes mutatur, vel

- Simplex, in
  - Δ, Att. πέφραδμαι pro πέφρασμαι. Dor. ὀδμὴ pro ὀσμή.
  - K, Bœot. ἴδωκα pro ἴδωσα. Lac. ἀκκὸς pro ἀσκός.
  - P, Æol. ἄῤῥην pro ἄρσην. Att. μάρτυς pro μάρτυς. Lac. ἀκκὸρ pro ἀσκός. Elei ἵππορ pro ἵππος dicunt.
  - T, Att. τεῦτλον pro σεῦτλον. Dor. φατὶ pro φασί. Æol. τὺ pro σύ. Bœot. ἴττω pro ἴστω. Lac. πλητίον pro πλησίον.
  - Θ, Æol. μνηθμὸς pro μνησμός.
  - Ξ, Att. ξύμπας pro σύμπας. Dor. καθίσας pro καθίξας.
  - N, Æol. νενόηκαν pro νενοηκώς.
- Duplex, in
  - Z, Dor. νίζω pro νίσσω. Æol. μίζων à μίσσων. Etymol. Tarentini pro πλάζω πλάσσω dicunt. Iones διξὰ pro δισσὰ, teste Grammatico.
  - Ξ, Ion. διξὰ pro δισσὰ, τριξὰ pro τρισσά.
  - Ττ, Att. ἐλάττων pro ἐλάσσων. Bœot. φράττω pro φράσσω, apud Corinth. Et hanc mutationem potiùs Bœoticam esse quam Atticam dicit Caninius, θάλαττα, πίττα, μαλαττία, θατταλία.

- **L l. Consonantium variationes et mutuæ permutationes diversæ sunt. Nam quoad**
  - **Mutas.**
    - Iones hoc habent ferè peculiare, ut mutent Tenues in Densas, et Densas in Tenues vice versa, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, δέκω pro δέχω.
    - Poëtæ mutant tenues et aspiratas in medias, δίδοιγμεν pro δεδοίκαμεν, ἴγμεν pro ἰχέμεν.
    - Π in
      - Κ : Æol. κοῖον pro ποῖον. Ion. in Interrog. et relativis maximè, κόσα pro ὅσα.
      - Φ : Dor. κῆφα pro καὶ εἶπα. Att. ἀσφάραγος pro ἀσπάραγος.
      - Μ : Æol. ματῶ pro πατῶ. Maced. ἀμαλὸς pro ἀπαλός.
    - Κ in
      - Γ : Att. γναφεῖον pro κναφεῖον, γνάφαλλον pro κνάφαλλον.
      - Ξ : Bœot. εἴξασιν pro εἴκασι, apud Aristoph.
      - Τ : Dor. τῆνος pro κεῖνος.
    - Τ in
      - Θ : Att. ait Caninius κολόκυνθα pro κολόκυντα : contrarium Jo. Grammat.
      - Κ : Dor. ὄκα pro ὅτε, ἄλλοκα pro ἄλλοτε.
      - Ν : Dor. τετραγενὶς pro τετραετές.
      - Π : Dor. et Cret. σπάδιον pro στάδιον. Æol. πέπραπται pro τέτραπται.
      - Σ : Cyprii, σίβολε pro τίβουλει, Hesychius. Megarenses σὰ pro τὰ, id est, τινὰ, σά μαν, pro τίνα μήν.
      - Δ : Doricè, θέμιδος pro θέμιτος.
    - Ττ, in Ππ, Maced. ἄππα pro ἄττα.
    - Πτ in Ζ: Dor. νίζω pro νίπτω. Etymol.——et in Σσ : Æol. ἐμπίσσω pro ἐμπίπτω.
    - Β in
      - Δ : Dor. ὄδελος pro ὄβελος. Æolicè quoque.
      - Γ : γλέφαρα pro βλέφαρα, Atticè : Ionicè etiam φύζη pro φυγή.
      - Ζ : Æol. ζέρετρον pro βέρεθρον. Ionibus hoc alii tribuunt : alii Doribus.
      - Λ : Att. βόλιτος pro βόβιτος.
      - Μ : Dor. μιαιφόνος pro βιαιφόνος. Etymol. Æolii, βάρμιτος pro βάρβιτος, Etym.
      - Π : Creticè, ἀϐλόπες pro ἀϐλαϐές.
    - Γ in
      - Β : Bœot. βανῆκες pro γυναῖκες.
      - Δ : Dor. δνόφος pro γνόφος.
      - Ζ : Æol. ὀλίζον pro ὀλίγον, Doricè, φύζη pro φυγή.
    - Ϝ in Β, Pamph. Lacones, Cretenses, ὠβεὸν pro ὠϜεὸν, βαϐέλιος pro ἀϜέλιος.
    - Δ in
      - Γ : Poët. κεήγυον pro κηρήδυον.
      - Β : Æol. βέλεαρ pro δέλεαρ. Bœoti et Æolii ϐελφῖνες pro δελφῖνες dicunt.
      - Ζ : Dor. ἀζηχὲς pro ἀδηχές. Æol. ζία pro δία.
      - Θ : ψῦθος pro ψεῦδος. Æol. θάσος pro δάσος.
      - Τ : Att. ἐντελέχεια pro ἐνδελέχεια.
      - Σ : Atticè : ut ὀσμὴ pro ὀδμή.
    - Φ in Π : Æol. ἀμπὶ pro ἀμφί.——et in Β : Siculi et Macedones, βῶ pro φῶ, κῦβος pro κῦφος, κεϐλὴ pro κεφαλή.
    - Χ in
      - Κ : Siculi, κιτὼν pro χιτών. Hoc Doriensibus tribuit Gramm.
      - Ξ : Att. διξὰ pro διχά. Æol. τριξᾶ τριχῆ. Hoc etiam Ionibus tribuit Corinthus.
      - Φ : Æol. αὔφενα pro αὐχένα.
    - Θ in
      - Σ : Att. κλαυσμὸς pro κλαυθμός. Dor. σεὸς pro θεός. Lac. σιὸς pro θεός.
      - Τ : Att. κολόκυντα pro κολόκυνθη. Æol. κατῆκε pro καθῆκε.
      - Δ : Maced. teste Etymol. à θέλω enim fit δέλω, ἔλδω et ἐέλδωρ.
      - Φ : Att. φλᾶν pro θλᾶν. Æol. quoque.——et in Χ: Dor. ὄρνιχα pro ὄρνιθα.
  - **Liquidas,**
    - Λ in
      - Γ : Att. μόγις pro μόλις.
      - Ν : Dor. φίντατος pro φίλτατος.——et in Ρ : Att. κρίβανος pro κλίϐανος.
    - Μ in
      - Β : Æol. βέλλω pro μέλλω.
      - Π: Æol. παθοῦσα pro μαθοῦσα. et ΜΜ in ΠΠ. ὄππατα pro ὄμματα.——et in Σ : Att. πέφασμαι pro πέφαμμαι.
    - Ν in
      - Λ : Att. πλεύμων pro πνεύμων.
      - Σ : Dor. τύπτομες pro τύπτομεν. Æol. φρόνεις pro φρονεῖν. Cret. ἐς pro ἐν.
    - Ρ in Σ : Att. μυρσίνη pro μυῤῥίνη.——et in Κ : Dor. μικκὸν pro μικρόν.
  - **Duplices,**
    - Ζ in
      - Δ : Att. et Æol. κνίδη pro κνίζα. Dor. ἔρδω pro ἔρζω, in ΔΔ : Bœot. et Lacon. μάδδα pro μάζα.
      - Σδ et Δσ : Dor. et Æol. συρίσδω pro συρίζω, δσεὺς pro ζεύς.
      - Σσ : Dor. μάζα à μάσσω, Etymol. Tarentini σαλπίσσω pro σαλπίζω dicunt.
      - Ττ : Att. συρίττειν pro συρίζειν.
    - Ξ in Κσ vel Σκ : Æol. κσένος vel σκένος pro ξένος. Item in Σ : Att. ut, παίσω pro παίξω.
    - Ψ in Πσ vel Σπ : Æol. πέλοπς pro πέλοψ, σπαλὶς pro ψαλίς.
  - Solitarium Σ, hoc sui privati juris esse Grammatici dicunt. Vide M m.

- **Q q. Participia Nominis et Verbi naturam in plerisque recipiunt. Ergò conveniunt etiam Dialectorum proprietate cum**
  - Nominibus, qua iisdem sunt terminationibus et declinationibus obnoxia.
  - **Verbis : ratione tum**
    - Initii; Augmenti, quod inducunt, duplicant, mutant, demunt in participiorum etiam variis temporibus, pro natura et compositione verborum.
    - Finis, vel reliquorum quæ insunt participiis, præter augmenta. Hic jam varietates participiorum vel sunt
      - **Propriæ**
        - Atticorum
          - Præteritum Ionicum sublato κ, Attici contrahunt : ut, ἑσταὼς ἑστῶς pro ἑστηκώς.
          - Secundæ in μι activæ et mediæ vocis penultimum α mutatur Atticè in ω : ut καθιστῶτα pro καθιστᾶσα.
        - Ionum :
          - Participio εἴπων, ait Corinthus, non utuntur Iones : sed solo εἴπας : ut, τύψας.
          - Futurum medium τυπσούμενος Iones faciunt τυπεύμενος, ut Dores, teste Caninio.
        - Dorum :
          - In Barytonis activis præsentis temporis ου fœmininorum Dor. abit in οι : ut, τύπτοισα pro τύπτουσα.
          - Aoristus primus Doricè in αις desinit : ut, τύψαις pro τύψας.
          - Εἰμὶ in præsenti habet Doricè εἷς, ἔντος, ἔασσα, ἐάσσας.
        - Æolum :
          - Fœmininorum ου Æolicè mutatur in ω : ut, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα.
          - Perfecti ultima mutatur Æolicè in ν : ut, τετύφων pro τετυφώς.
          - Characteristicam perfecti nonnunquam Æoles negligunt : ut, τεθνὼς pro τεθνηκώς.
          - Secunda circumflexorum ων mutat Æolicè in αν : ut, γελᾶν pro γελῶν. Ab aliis tribuitur Doriensibus.
        - Poëtarum : Præterito Attico contracto Poëtæ α vel ε per epenthesin immittunt : ut, γεγαὼς, γεγαῶτος, γεγαῶσα, γεγαὼς, pro γεγὼς, γεγῶτος, γεγῶσα, γεγώς. Nec Ionicum est : quia hoc habet γεγαὼς, γεγαότος, γεγαυῖα, γεγαός.
      - **Communes, quas imitantur, quatenus à verbis derivantur. Exempli causa proferemus omnium Dialectorum specimen.**
        - Atticum : Primæ et secundæ conjugationis penultima Atticè est ο : ut, πεπομφὼς pro πεπεμφώς.
        - Ionicum : Circumflexa resolvunt Iones : ut, ταγέων pro ταγῶν, &c.
        - Doricum : Mutant Dores ου in ευ : ut, ποιεῦσα pro ποιοῦσα.
        - Æolicum : primæ circumflexorum ων, abit Æolicè in εις : quia ex circumflexo fit verbum in μι : ut, φιλεὶς pro φιλῶν, εἷς pro ὤν, ab εἰμί.
        - Poëticum : Contractioni præmittunt α, ο vel ω Poëtæ : ut, ἀντιόωσα pro ἀντιῶσα.

C c.
Syllabarum affectiones Prosodiæ respectu jam recensendæ, cùm quæ literarum sint, satis superque ostenderimus. Attendenda est tum

- **Quantitas.** Heic Poëtæ pro sua agunt libertate producendis vel corripiendis metri gratia syllabis. Reliquæ Dialectorum vel
  - Producunt correptas
    - Ancipites. Attici α et ι, ἀληθεία, ὄρνις, Dores ι et υ. ὕδωρ, ἰλύς.
    - Natura. Attici, ut id possint legitimè, formam mutant brevium, ο in ω. βασιλέως pro βασιλέος. Sunt enim Atticorum propriæ productiones.
  - Corripiunt productas
    - Ancipites. Id inprimis etiam Comici et Tragici, sed Iones etiam: ut et Dores, desinentia in ας, νόσας.
    - Natura. Ionibus usitatæ sunt correptiones, longis in breves mutatis: νέας pro νῆας, ζοὴ pro ζωή.
- **Accentus.** Hunc mutant et transponunt plures dialecti, Attica, Ionica, Dorica, Æolica, Poëtarum item, pro cujusque terminationis varietate: quod in singularum tabulis, quæ consulendæ sunt, nonnihil est adumbratum, et quotidiana lectione observari poterit.
- **Spiritus.** Hunc
  - Attici, non primæ tantùm, sed et reliquis inscribunt: ut, ῥόός, ταὧς: ultimæ et penultimæ in polysyllabis: ut, ἀμφιάλός.
  - Iones spiritum asperum in tenuem mutant: ut, κύθραν dicunt pro χύτραν. Etym.
  - Æoles, si densus sit vel asper, penitus ignorant, et ejus loco nonnunquam suum usurpant digamma: ut, ἄγιος non ἅγιος, Ϝελένη pro ἑλένη.
  - Poëtæ asperum etiam medio solitario ρ relinquunt: ut, ἄρεκτος pro ἄῤῥεκτος.
  - Dores, Argivi, Lacones, Eretrienses, Oropii, teste Etymologo, in locum sigma, per Syncopen abjecti, densum spiritum sequenti vocali inscribunt: ut, ποιῆαι pro ποιῆσαι.
- **Apostrophus.** Hunc Attici amant vocalis initialis, sive jungantur dictiones, sive maneant solutæ: ut, ὦναξ pro ὦ ἄναξ, ὦ 'γαθὲ pro ὦ ἀγαθέ. Iones item, qui hujus adminiculo ν attractivi necessitatem elevant, Poëtæ negligunt.

D d.
Generatim hactenus Dialectorum varietatem, quà literas, quà syllabas occupat, delineavimus. Eandem jam speciatim in singulis orationis partibus ita considerabimus, ut quæ in privatis singularum tabulis dicta fuêre, heic uno quasi fasce comprehensa, gratæ brevitatis ergò simus prolaturi. Ergo,

- **Articulus considerandus est.**
  - Præpositivus: cujus affectio est vel
    - Communis cum nominibus quibuscum jungitur: ut, τοῖο λόγοιο pro τοῦ λόγου, Atticè, Ionicè, Dor. τᾶς μελίσσας pro τῆς μελίσσης, Dor. τᾷ μελίσσᾳ pro τῇ μελίσσῃ, Doricè: τέων ἀρετέων pro τῶν ἀρετῶν, Ionicè: τοῖσι λόγοισι pro τοῖς λόγοις, Atticè, Ionicè, Doricè: τάων μουσάων pro τῶν μουσῶν, Æolicè, &c.
    - Propria,
      - Attici per paragogen adjiciunt voces completivas, δη, γε, ουν, ποτε: ut, τόνγε pro τόν.
      - Dores nominativis pluralibus οἱ et αἱ addunt per πρόσθεσιν τ: ut, τοὶ pro οἱ, ταὶ pro αἱ.
      - Poëtæ articulum quandoque ad nominis variationem non mutant: ut, τοῦ λόγοιο pro τοῖο λόγοιο.
  - Compositus
    - Ὅδε.
      - Attici ε mutant in iota acutum, ὁδὶ, ἡδὶ, τοδὶ, τουδὶ, τησδὶ, τουδὶ, &c. Æoles dicunt ὅδε, ἥδε, τόδε.
      - Poëtæ dativo plurali per paragogen addunt σι: ut, τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι pro τοῖσδε.
    - Ὅστις. Hoc habet in
      - Nominativo Doricè ὅτις pro ὅστις: Æolicè ὅτις.
      - Genitivo Atticè ὅτου pro οὗτινος: Ion. ὅτεο: Dor. ὅτευ: Æol. ὅττεο: Poët. ὅττεο.
      - Dativo Att. ὅτῳ et ὁτῳοῦν et ὁτῳδήποτε pro ᾧτινι: Ion. ὅτεῳ. Æol. ὅτεῳ vel ὅττεῳ.
      - Accusativo Æol. ὅττινα pro ὅντινα: Poët. ὅτινα abjecto ν. Æoles quinetiam ὅττινα dicunt in utroque genere, et masculino et fœminino, teste Sophoclis Scholiaste.
      - Plurali Nominativo Poët. ὅτις pro οἵτινες.
      - Genitivo Ionicè ὁτέων pro ὧντινων.
      - Dativo Ionicè ὁτέοισι pro οἷστισι.
      - Accusativo Poët. ὅτινας pro οὕστινας. Et in neutro Atticè et Ionicè ἅττα vel ἅσσα pro ἅτινα.
  - Postpositivus.
    - Attici adjiciunt particulam γε: ut, ὅγε pro ὅ.
    - Iones præfigunt literam τ, excepto nominativo. ὃς et ἣ: ut, τοῦ pro οὗ, τῆς pro ἧς, τοὶ pro οἵ. Dicunt etiam ὅου pro οὗ.
    - Dores nunc abjiciunt à masculino σ, et dicunt ὃ pro ὃς, unde ὅτις pro ὅστις: nunc præfigunt τ, Ionum more, exceptis nominativis ὃς et ἣ: ut, τοῦ et οὗ, τῶν pro ὧν.
    - Æoles dicunt ὃ pro ὃς, neglecta aspiratione: unde etiam ὅτις pro ὅστις.
    - Poëtæ pro ὃς dicunt ὅστε.
    - Consentit etiam hic Articulus iis declinationibus, secundum quas inflectitur: ut Doricè, ἃ pro ἣ: ᾗσι vel αἷσι vel ᾗς pro αἷς Atticè, Ionicè, Doricè.
  - Vide in signum ☞

☞ **Nomen, et ejus accidentia diversimodè habent secundum proprietatem Dialectorum**

- **Qualitas**, Adjectiva nova fingunt Poëtæ: ut, δότειρα, à δότης, πρέσβειρα à πρέσβυς.
- **Species Derivativa**
  - **Comparativa et Superlativa.**
    - Attici formant Comparativos et Superlativos. 1. in αιτερος et αιτατος: ut, περαίτερος, περαίτατος pro περαιότερος, περαιότατος: φιλαίτερος pro φιλώτερος. 2. In ιστερος et ιστατος: ut, λαλίστερος, λαλίστατος pro λαλότερος, λαλότατος. 3. In υτερος et υτατος: ut, βραχύτερος, βραχύτατος pro βραχίων, βράχιστος. 4. In ειν: ut, βέλτειν pro βέλτιον, πλεῖν pro πλέον. 5. In σων: ut, μάσσων pro μείζων. Nonnunquam etiam per metaplasmum dicunt θάττων pro θάσσων, ἐλάττων pro ἐλάσσων.
    - Iones Comparativos et Superlativos terminant. 1. in ιστερος et ιστατος: ut, δικαιέστερος, δικαιέστατος pro δικαιότερος, &c. ῥαδιέστερος pro ῥαδίων. 2. in ιτερος: ut, ῥηΐτερος pro ῥαδιέστερος. 3. in ευν: ut, πλεῦν pro πλεῖν et πλέον.
    - Dores pro κάρτερος dicunt κάῤῥων: pro βελτίον βέλτειν, quod alii tribuunt Atticis. Nonnullorum etiam comparativorum penultimam in σσ vertunt: ut, ἔσσων pro ἐγγίων, βράσσων pro βραδίων, βάσσων pro βαθίων. per metaplasmum item κρέσσων dicunt pro κρείσσων, πλήων pro πλείων, ἅσσον pro ἆσσον, πλεῦν, ut inquiunt nonnulli, pro πλέον.
    - Poëtæ novos comparativos et superlativos, ab usitatis positivis, vel nominibus vel etiam aliis orationis partibus formant, tum etiam à comparativis et superlativis: ut, κακώτερος à κακὸς pro κακίων: ἀρείων ab ἄρης: ἀγαθώτατος ab ἀγαθός: χερειότερος à χερείων comparativo: χειριστότερος à χείριστος superlativo. Per metaplasmum etiam πλέων dicunt pro πλείων, ῥῆΐος pro ῥηΐδιος, &c.
  - **Possessiva.**
    - Apud Atticos, si Possessivorum nominum duplex sit terminatio, altera magis est in usu: ut, ἀνθρώπεια φύσις potiùs dicunt quàm ἀνθρωπίνη.
    - Ionico more nonnulla possessiva, teste Corintho, amittunt iota: ut, ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος.
  - **Diminutiva.**
    - Attici diminutivis gaudent, et libentiùs dicunt λοπάδιον quàm λοπὰς, προβάτιον quàm πρόβατον.
    - Dores nonnulla peculiaria habent: φύντις, amiculus, πυῤῥίχος, rufulus.
  - **Denominativa. Huc Numeralia.**
    - Attici δύω dicunt pro δύο.
    - Iones per metaplasmum τέσσερες dicunt pro τέσσαρες, τριήκοντα pro τριάκοντα, ἐείκοσι pro εἴκοσι.
    - Dores dicunt τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, διχθὰ pro διχῆ, &c.
    - Æoles τέρτος dicunt pro τρίτος, πίσυρες pro τέσσαρες, ἴα pro μία, πέμπε pro πέντε.
    - Poëtæ δοιὼ et δοιοὶ dicunt pro δύο, πίσσυρες pro τέσσαρες, δυοκαίδεκα pro δώδεκα. Dicunt etiam δύο per omnes casus, pro δυοῖν dicunt δυσὶ, et in genitivo plurali δυῶν.
  - **Verbalis.** Attici nonnulla habent peculiaria verbalia: ut, βλέμμα pro βλέπος, δῆγμα pro δῆξις.
  - **Patronymica.**
    - Attici πηλείδης dicunt pro πηλεΐδης, περσείδης pro περσεΐδης.
    - Iones terminant Patronymica in ων: ut, κρονίων pro κρονίδης, πηλείων pro πηλείδης. Nonnunquam etiam alterum derivant ab altero: ut, πηλειωνίδης à πηλείων.
    - Æoles, quæ in ιδης desinunt mutant in αδιος: ut, ὑῤῥάδιος ὑῤῥίδης.
    - Poëtæ usitatis Patronymicis inserunt per epenthesin α vel η: ut, πηληϊάδης, pro πηλεΐδης, καδμίνης pro καδμίς. Nonnunquam etiam syncope utuntur: ut, ἠετίδης pro ἠετιωνίδης.
- **Reliqua**, de quibus sequenti signo N n.

Reliquæ partes. Pronomen, vide sig. O o. Verbum P p. Participium Q q. Adverbium, Præpositio et Conjunctio, sig. R r.

N n. Reliqua accidentia Nominis sunt

- **Genus. Hoc secundum dialectorum proprietatem diversum est, Nominis**
  - **Adjectivi**
    - Attici desinentia adjectiva in ος trium generum, inprimis composita et derivata, communia efficiunt; ut, ὁ καὶ ἡ κόσμιος.
    - Iones et Dores Atticorum morem communis generis observant: ut, ὁ καὶ ἡ κλυτὸς, ὁ καὶ ἡ γενναῖος, Fœminini etiam α mutant in η: ut, ἀγίη pro ἀγία, καλὰ pro καλή.
  - **Substantivi:**
    - Attici substantiva masculina mutant in fœminina, et vice versa, inprimis in duali numero: ut, ἡ ἄσβολος, pro ὁ ἄσβολος, ὁ χοῦς pro ἡ χοῦς, τὼ ἡμέρα pro τὰ ἡμέρα. Quandoque etiam terminatione mutata vertunt masculinum in fœmininum vel neutrum: ut, ἡ καννάβη pro ὁ κάνναβος, τὸ ζυγὸν pro ὁ ζυγός.
    - Iones etiam genus mutant terminatione vel servata, vel mutata: ut, ἡ κίων pro ὁ κίων, ὁ ἕσπερος pro ἡ ἑσπέρα.
    - Doriensibus idem, quod Ionibus tribuitur: ut, ἡ τάρταρος pro ὁ τάρταρος, ὁ φθόγγος pro ἡ φθόγγη.
    - Æoles masculinum in fœmininum vertunt, Dorum exemplo: ut, ἡ αἰθὴρ pro ὁ αἰθήρ.
    - Poëtis quoque generum mutationes tribuuntur: ut, τὰ κέλευθα pro αἱ κέλευθοι, τὰ μηρὰ pro τοὺς μηρούς.
- **Numerus:**
  - Attici et Iones, teste Grammatico et Caninio frequenter adhibent dualem.
  - Æolii dualem negligunt, teste Corintho.
- **Figura:** Apud antiquos Atticos ἐξ in compositis non mutabatur in ἐκ: ut, ἔξπουν pro ἔκπουν. Jam interponunt α, ἐξάπουν.
- **Declinatio. In hac ratio habenda est Terminationis, quæ vel**
  - **Eadem manet, sed alio quàm communi modo declinatur,**
    - Atticè: Tertia simplicium transit in primam contractorum: ut, δένδρον, δένδρεος, δένδρεως, δένδρεϊ, &c. pro δένδρου. 2. Quinta simplicium transit in tertiam simplicium: ut, τρίπους, τρίποου, τρίπῳ, pro τρίποδος, &c. 3. Prima contractorum in primam simplicium: ut, ἀριστοφάνης, ἀριστοφάνου, pro ἀριστοφάνεος. 4. Quarta contractorum abit in quartam simplicium: ut, ἥρως, ἥρω, ἥρῳ pro ἥρωος, &c.
    - Poëticè:
      - Tertia simplicium mutatur in quintam simplicium: ut, πολὺς, πολέος, pro πολλοῦ.
      - Quinta simplicium abit in quartam simpl. ut, γέλως, γέλω pro γέλωτος.
      - Prima contractorum fit prima simpl. aut quinta: ut, ἄρης ἄρου, vel etiam ἄρης ἄρηος, pro ἄρεος.
      - Secunda contractorum transit in quintam simplicium: ut, ὄϊς, ὄϊδος pro ὄϊος.
      - Quantumvis eadem species declinationis maneat, tamen metaplasmus aliquis intervenit: ut, χάρις, χάριδος, vel χάριστος, ut præter Antesignanum, etiam Lascaris annotat, indignante licet H. Stephano, pro χάριτος: χεὶρ, χερὸς, χερὶ, pro χειρὸς, χειρί.
  - **Diversa efficitur, à variis Græciæ Nationibus.**
    - Attici nomina communis Dialecti terminant in Η, Ευς, Ις, Οδες, Ον, Ως: ut, υἱεὺς pro υἱὸς, ἐρήμη pro ἔρημος, βασιλὶς pro βασίλισσα, ἑπταπόδης pro ἑπτάπους, νεὼς pro ναὸς, ζυγὸν pro ζυγός.
    - Iones terminant in Αια, Αιη, Ας, Αμος, Ευς, Ης, Ος: ut, σεληναίη pro σελήνη, ἀθηναίη pro ἀθήνη, νικόλας pro νικόλαος, extrito ο, υἱεὺς pro υἱὸς, quod Atticis etiam tribuitur, ἐρὶνς pro ἐρίνεος ablato ος, πολλὸς pro πολὺς, ἕσπερος pro ἑσπέρα.
    - Dores terminant in Ας, Αξ, Η, Ιον, Ος, Ως: ut, νᾶς pro ναῦς, ablato υ, ἀκουσίλας pro ἀκουσίλαος, ablato ο, Ionico more, πάλλαξ pro πάλλακις, πάσσαξ pro πάσσαλος, δαμάλη pro δάμαλις, κρανίον pro κράνον, βῶς pro βοῦς, φθόγγος pro φθόγγη.
    - Æoles terminant in Αν, Αξ, Εις, Ορ, Ος: ut, ζὰν, ζανὸς pro ζεὺς, ψάφαξ pro ψῆφος, μεὶς pro μὴν, τὸρ pro τὶς, ἵππορ pro ἵππος, ὕδος pro ὕδας, μάρτυρος pro μάρτυς, ὕδος pro ὕδωρ, ἄγωνος pro ἄγων, ἔρος, ἔρου pro ἔρως, ἔρωτος.
    - Poëtæ terminant in Αος, Ας, Ευς, Ις, Ηϋς, Φι, Ην: ut, φάος pro φῶς, δόρας pro δόρυ, ἄρευς pro ἄρης, φῆμις pro φημὴ, γρηῢς pro γραῦς, ὀστεόφι pro ὄστεον, ζὴν pro ζεὺς, cujus alii adhuc sunt octo nominativi Poëtici Δεὺς Βδεὺς, Ζὴν, Ζὴς, Ζὰς, Δὶς, Δὴν, Δάν.
- **Casuum.** Vide signum ☞

☞ Casuum, in quibus generatim considerandum est apud Atticos Vocativum similem esse Nominativo, Dativum etiam pluralem, sequente licet consonante, ν ἐφελκυστικὸν acquirere. Separatim autem declinationum species singulæ examinandæ sunt nominum

- Contractorum, de quibus signo S s.
- Simplicium et quidem
  - **Prima:**
    - In toto singulari numero α mutatur Ionicè in η, et vice versa η mutatur Doricè in α: ut, *αἰνείης* pro *αἰνείας*: *ποιητὰς* pro *ποιητής*.
    - Nominativus singularis Æolicè desinit in α: ut, *ἀρχύτα* pro *ἀρχύτης*, *ὑβραγόρα* pro *ὑβραγόρας*. Hoc etiam Bœotis, Thessalis, et Macedonibus tribuitur. Nec esse vocativum pro nominativo sumptum probat Caninius.
    - Genitivus singularis Ionicè desinit in εω, Doricè in α, Æolicè et Bœoticè in εν vel αο, Poëticè in ω vel εω, ut, *βορέεω* pro *βορέου*, *αἰνεία* pro *αἰνείου*, *αἰακίδευ* pro *αἰακίδου*, *αἰνείαο* pro *αἰνείου*, *αἰνείεω* pro *αἰνείω*.
    - Dativus singularis caret sæpiùs apud Dorienses iota subscripto: ut, *τῷ ποιητᾶ* pro *ποιητῇ*. Apud Poëtas nonnunquam terminatione quintæ simplicium effertur: ut, *τῷ ἀΐδι* pro *τῷ ᾅδῃ*.
    - Accusativus singularis Ionicè desinit in εα: ut, *ποιητέα* pro *ποιητήν*.
    - Genitivus pluralis Ionicè desinit in εων, Doricè in αν, Æolicè et Bœoticè in αων: ut, *ταμιέων* pro *ταμιῶν*, *ταμιᾶν* pro *ταμιῶν*, *ταμιάων* pro *ταμιῶν*, aliàs regula est: Genitivi singulares in α, ο et ω desinentes, adjecta litera ν, formant genitivos plurales, sed ο in ω converso.
    - Dativis pluralibus in σ desinentibus omnes quatuor dialecti vocalem iota per proschematismum adjungere solent, αις nonnunquam in ῃς converso: ut, *ταμίαισι* pro *ταμίαις*, *λῃστῇσι* pro *λῃσταῖς*, &c. Æoles nonnunquam ex αι tollunt subjunctivam: ut, *τιμὰς* pro *τιμαῖς*.
    - Accusativus pluralis Ionicè desinit in εας: ut, *ταμίεας* pro *ταμίας*.
  - **Secundæ:**
    - In singulari numero α mutatur Ionicè in η: et vice versa η Doricè in α: ut, *μελίσση* pro *μέλισσα*, *τιμὰ* pro *τιμή*.
    - Genitivi et Dativi singularis α et η mutantur Doricè in ω, iota subscripto, vel neglecto: ut, *τῶς μελίσσως* pro *τῆς μελίσσης*, *τῷ μελίσσῳ* pro *τῇ μελίσσῃ*, *τῷ πονηρῷ* pro *τῇ πονηρᾷ*.
    - Dativus singularis Poëticè formatur secundum quintam simplicium: ut, *τῇ ἀλκὶ* pro *τῇ ἀλκῇ*.
    - Genitivus et Dativus plurales eodem modo Ionicè, Doricè, Æolicè formantur, ut in prima declinatione: ut, *ἀρετέων* pro *ἀρετῶν*, *τιμᾶν* pro *τιμῶν*, *θεάων* pro *θεῶν*, *ἀρετῇς* vel *ἀρετῇσι* vel *ἀρεταῖσι* pro *ἀρεταῖς*. Atticè quoque desinit in αισι.
    - Accusativus pluralis per epenthesin Æolicam accipit iota retento tono: ut, *καλαὶς* pro *καλάς*.
  - **Tertia:**
    - Nominativum, Accusativum et Vocativum neutrorum efferunt Attici abjecto ν: quod tamen aliquando adscriptum legitur: ut, *ἄλλο* pro *ἄλλον*, *αὐτὸ* pro *αὐτόν*: nimirum Atticos communis dialectus imitatur.
    - Genitivus singularis Atticè, Ionicè, Doricè et Thessalicè ου mutat in οιο: ut, *λόγοιο* pro *λόγου*. Dores tamen et Æoles quandoque ου mutant in ω: ut, *τῶ λόγω* pro *τοῦ λόγου*.
    - Dativus singularis apud Æoles iota subscriptum non habet: ut, *τῶ λόγω* pro *τῷ λόγῳ*.
    - Dativus et Accusativus singularis, Nominativus, Dativus et Accusativus plurales, nonnunquam Poëticè fiunt quintæ simplicium: ut, *τῇ κλαδὶ* pro *τῷ κλαδῷ*, *τὸν ἠκτίνα* pro *τὸν ἠκτῖνον*, *τὰ προσώπατα* pro *τὰ πρόσωπα*, *τοῖς προσώπασι* pro *τοῖς προσώποις*.
    - Genitivus et Dativus dualis per epenthesin Ionicam acquirit iota: ut, *λόγοιῒν* pro *λόγοιν*.
    - Nominativus pluralis omnium dialectorum acquirit per paragogen iota: ut, *λόγοισι* pro *λόγοις*, *νόμοισι* pro *νόμοις*.
    - Accusativus pluralis Doricè in ος desinit: vel ut et Æolicè, in ως: ut, *τὸς κυρίος* pro *τοὺς κυρίους*, *τὼς διδασκάλως* pro *τοὺς διδασκάλους*. Apud Æoles etiam in οις, secundum quosdam: ut, *τοὶς νόμοις* pro *τοὺς νόμους*.
  - **Quarta, quamvis tota sit Attica, præter cætera tamen notandum est:**
    - Nomina Atticè formata à communibus, non mutant accentum nisi in duobus, *λαγῶς* pro *λαγὸς*, *ὀρφῶς* pro *ὀρφός*.
    - Genitivus singularis per paragogen Poëticam acquirit ο: ut, *μίνωο* pro *μίνω*.
    - Accusativus singularis quinque nominum, more antiquis Atticis usitato amittit ν: ut, *ἄθω*, *ἕω*, *κέω*, *κῶ*, *λαγὼ*, pro *ἄθων*, *ἕων*, *κέων*, *κῶν*, *λαγών*.
  - **Quinta:**
    - Barytona in ις et υς purè declinantur apud Iones et Dores, apud Æoles etiam, ut quidam volunt: ut, *χάρις*, *χάριος* pro *χάριτος*, *ἔρις*, *ἔριος* pro *ἔριδος*. Sic etiam fœminina in ις declinata per δος Æolicè, purè declinantur: ut, *ἀρτέμις*, *ἀρτέμιος* pro *ἀρτέμιδος*, *σφραγίς*, *σφραγὶν* pro *σφραγίδα*.
    - Monosyllaba in αις Æolicè resolvuntur, mutato et transposito tono: ut, *πάϊς* pro *παῖς*.
    - Desinentia in ας apud Æoles acquirunt per epenthesin iota: ut, *μέλαις* pro *μέλας*.
    - Genitivus singularis trium nominum ο mutat Atticè, in ω: ut, *πέλεκυς*, *πελέκεως* pro *πελέκεος*: *πήχεως*, *πρέσβεως*. Addunt aliqui *βραχέως*.
    - Genitivus et Dativus singulares formantur Doricè à nominativo ablato σ: ut, *ὁ φόρκυς* fit *τοῦ φόρκυ*, *τῷ φόρκυ*, pro *φόρκυος*, *φόρκυι*: *αἴαν*, *τοῦ αἴαν*, pro *αἴαντος*.
    - Accusativus singularis:
      - Attici eum in nonnullis efferunt per Apocopen, Poëtæ per Syncopen: ut, *ἀπόλλω* pro *ἀπόλλωνα*. Att. *θύγατρα* pro *θυγατέρα* Poëticè.
      - Dores eum terminant aliquando in ι: ut, *παῖδι* pro *παῖδα*: aliquando in ω: ut, *βῶν* pro *βοῦν*.
      - Poëtæ in nominibus in ις et υς genitivorum purum terminant Accusativum in α: ut, *βότρυα* pro *βότρυν*, *εὐρέα* pro *εὐρυν*.
    - Vocativus singularis:
      - Dores eum nonnunquam resolvunt: ut, *ποσείδαον* pro *πόσειδον*.
      - Æoles Vocativum singularem nominum in ων, terminant in εν, accentu servato: ut, *ἀπόλλων*, *ὦ ἀπόλλεν*, pro *ἄπολλον*.
      - Poëtæ vocativum oxytonorum in ις, ιδος formant à nominativo, abjecto σ: ut, *ἀμαρυλλίς*, *ἀμαρυλλίδος*, *ὦ ἀμαρυλλί*. Nominum item per ντ declinatorum vocativus communis amittit Poëticè ν: ut, *ὦ πλακοῦ* pro *πλακοῦν*, *ὦ αἶα* pro *αἶαν*.
    - Genitivus et Dativus dualis per Ionicam epenthesin desinit in οιῒν, ut in tertia: ut, *σειρήνοιῒν* pro *σειρήνοιν*.
    - Nominativus pluralis in ες fœmininorum Atticè acuitur in penultima: ut, *γυναίκες* pro *γυναῖκες*.
    - Genitivum pluralem in quibusdam formant Iones secundum primam declinationem: ut, *χειρέων* pro *χειρῶν*, *ποσειδέων* pro *ποσειδῶν*.
    - Dativus pluralis:
      - Iones et Æoles eum formant à nominativo plurali, addendo σι, et in neutris mutando insuper α in ες: ut, *ἄνδρεσσι* ab *ἄνδρες* pro *ἄνδρεσι*, *ἐπέεσσι* ab *ἔπεα* pro *ἔπεσι*, *τρώεσσι* pro *τρωσί*.
      - Æoles dativos quintæ simplicium, nonnunquam secundum tertiam inflectunt: ut, *παθημάτοις* pro *παθήμασι*.
      - Poëtæ è dativo Ionico et Æolico nonnunquam alterum σ exterminant: ut, *βημάτεσι* pro *βημάτεσσι*.
    - Accusativus pluralis nominum in ους mutatur Dorice in ως: ut, *βῶς* pro *βοῦς*.

S s. In Contractis quoque declinationibus, in quibus Iones potiùs non contractis utuntur casibus, Attici contractis, dialectorum proprietas observanda est, in

Prima:

- Propria quædam in κλέης et alia nonnulla apud Poëtas bifariam contrahuntur: ut, ἡρακλέης, ἡρακλέεος: hoc jam contrahitur bifariam ἡρακλῆος, vel ἡρακλέους, et hoc rursum in ἡρακλοῦς. Sic σπέος, σπέεος, σποῦς et σπέους, &c. Consule privatam tabulam Poëtarum.
- Genitivus:
  - Attici genitivum singularem terminant in ως: ut, ἀληθέως pro ἀληθέος.
  - Iones à Genitivo bifariam Poëticè contracto alium novum formant, ab ἡρακλῆος, dicunt ἡρακλέηος, à σπῆος, σπέηος.
  - Dorienses eum terminant in ευς, ut et Æoles: ut, δημοσθένευς pro δημοσθένους, κλέευς pro κλέους.
  - Æoles à contracto nonnunquam detrahunt σ: ut, σωκράτευ pro σωκράτους. Hoc etiam Doribus tribuitur.
- Accusativus singularis Atticè in η desinit, si η nominativi fuerit purum, ait Eustathius: ut, ὑγιᾶ pro ὑγιῆ. In nonnullis similis est apud Atticos primæ simplicium: ut, δημοσθένην pro δημοσθένη.
- Vocativus Nominum in ης Æolicè desinit in ε: ut, ὦ σώκρατε pro ὦ σώκρατες. Aliis hoc est Doricum.
- Nominativus pluralis Atticè in αι nonnunquam desinit, Accusativus in ας. Hoc esse videtur, quòd suprà diximus Atticos nomina primæ contractorum declinare secundum primam simplicium.
- Desinentia in εις Poëticè amittunt iota: ut, ἐπιτηδὲς pro ἐπιτηδεῖς.

Secunda:

- Penultimum iota Iones nonnunquam in ε mutant, aliquando in η: ut, πόλεος vel πόληος pro πόλιος, et in Accusativo ὄφεα pro ὄφιν. Nonnulli η volunt esse Æoliorum.
- Quædam in ις contrahunt Poëtæ per omnes casus: ut, ὄϊς, οἶς: ὄϊος, οἶος, ὄϊι, οἶ, &c.
- Genitivus singularis Atticè terminatur in ως, accentu retento: ut, ὄφεως pro ὄφεος. Doricè in ευς: ut, πόλευς pro πόλεος, ὄφευς pro ὄφεος.
- Dativus singularis, Nominativus item, Accusativus et Vocativus plurales, Atticè contrahuntur in ει: ut, ὄφεϊ, ὄφει, pro ὄφιϊ, ὄφι: ὄφεες et ὄφεας, ὄφεις pro ὄφις. Annotat Corinthus Iones solitos esse Nominativum, Accusat. et Vocativum pluralem, ιε nimirum et ια, in ι contrahere: ut, ὄφιες, ὄφιας, et Ionicè contractè ὄφις.
- Nominativus, Accusativus et Vocativus dualis, et in Neutris Nom. Acc. et Vocativus plurales Atticè contrahuntur in η: ut, ὄφεε, ὄφη, σινήπεα, σινήπη. Ait Crusius in declinatione Ionica, etiam Nominativam terminationem dualem contrahi: quod alii Atticorum esse dicunt.
- Genitivus et Dativus dualis contrahitur Atticè in ῳν: ut, ὄφεῳν pro ὀφέοιν.
- Genitivus pluralis tonum Atticè retrahit: ut, πόλεων pro πολέων.
- Dativum pluralem formant Iones à Nominativo plurali, addendo σι: ut, ὄφεες, ὀφίεσσι pro ὄφεσι.

Tertia:

- Penultimum ε, Nominativo excepto, Iones in omnibus casibus mutant in η: ut, βασιλῆος pro βασιλέος, &c. Veteres Iones ει dicebant: ut, βασιλεῖος pro βασιλέος.
- Omnia in ευς masculina oxytona, Doricè et Æolicè sunt barytona, teste Caninio: ut, βασίλευς pro βασιλεὺς, βασίληος pro βασιλῆος, βασίλειος pro βασιλεῖος.
- Genitivus:
  - Attici eum contrahunt, si ε ante ως fuerit purum: ut, πειραιέως, πειραιῶς. Mutant quinetiam ο in ω: ut, βασιλέως pro βασιλέος.
  - Dores et Æoles eum terminant in ευς: ut, βασιλεῦς pro βασιλέος. Bœoti in ιος: ut, βασιλίος.
- Accusativus singularis contrahitur Atticè, si genitivus contrahatur: ut, πειραιέα, πειραιᾶ: Poëticè verò abjicit α per apocopen: ut, βασιλῆ pro βασιλῆα, φονῆ pro φονῆα, πηλῆ pro πηλέα. Dicit hic Neander, si Nominativus non fuerit purus, tunc contractio fit in η: ut, τυδοῦ pro τυδέα vel τυδῆα Ionicè.
- Nominativus pluralis contrahitur Atticè in ης, iota à nonnullis subscripto: ut, βασιλῇς, vel βασιλῆς pro βασιλεῖς.
- Dativum pluralem formant Iones et Dores à nominativo plurali non contracto, addendo σι: ut, βασιλήεσσι, à βασιλῆες, βασιλέεσσι à βασιλέες. Poëtæ ex ευ auferunt υ: ut, βασιλέσι pro βασιλεῦσι.
- Accusativum pluralem contrahit Thucydides, Atticus scriptor: ut, δωριᾶς pro δωριέας. Neander ait similem esse Nominativo plurali Attico.

Quarta:

- Genitivus singularis Æolicè et Laconicè desinit in ως: ut, λατῶς pro λητοῦς.
- Accusativus singularis Ionicè in ουν, Æolicè in ων desinit, ut, λητοῦν vel λητῶν pro λητώ.
- Pluralem numerum Poëtæ secundum quintam simplicium, nonnunquam flectunt: ut, αἱ κλῶθες, κλωθῶν, κλωσὶ, pro κλωθοὶ, κλωθῶν, κλωθοῖς. Hoc nonnulli Æolis adscribunt.

Quinta:

- Desinentia in εα Doricè sæpiùs contrahuntur: ut, κρῆς pro κρέας.
- Ex omnibus casibus Iones τ auferunt, quod alii etiam Doribus adscribunt: Attici autem terminationem Ionicam contrahunt: ut, κέρας, κέρατος, Ionicè et Doricè κέραος, et Atticè κέρως.
- Contractio apud Poëtas fit in α correptum. Vide tabulam Poëtarum.

Oligopathis: Comparativorum in ων Accusativus singularis, Nominativus, Accusativus et Vocativus plurales, Ionicè amittunt ν, Atticè contrahuntur in ω vel ου: ut, μείζονα, μείζοα: μείζονες, μείζοας, μείζους, &c.

O o.

De Pronomine acturi, hoc prius generatim monebimus, quæ more secundæ et tertiæ simplicium nominum declinantur, easdem etiam perpessiones non respuere: ut, ἐμοῖο pro ἐμοῦ, ἐμοῖσι pro ἐμοῖς, τοῦτο pro τοῦτεν. Speciatim verò singulorum pronominum privatas dialectorum varietates paucis annotabimus.

Ἐγὼ in

- Nominativo Atticè habet ἔγωγε. Doricè ἐγώνη, vel ἐγὼν, vel ἐγώνγα. Æol. ἐγῶ et ἐγῶν: Poët. cum apostropho, ᾽γὼ pro ἐγώ. Bœoticè ἰώγα et ἰώνγα et ἐγώνγα.
- Genitivo Atticè ἐμοῦγε pro ἐμοῦ. Ionicè ἐμέο: Doricè et Æolicè, ἐμεῦ vel μεῦ: Poëticè ἐμεῖο, vel ἐμέοθεν, vel ἐμέθεν. Scribit Crusius ἐμεῖο Ionicum esse, ἐμέοθεν Atticum.
- Dativo Atticè habet ἔμοιγε pro ἐμοί: Doricè ἐμὶν vel μίν.
- Accusativo Atticè habet ἐμέγε pro ἐμέ.
- Nominativo et accusativo duali Doricè et Æolicè habet, ἄμμε pro νῶ, Poëtarum est νῶϊ.
- Nominativo plurali Ionicè habet ἡμέες pro ἡμεῖς: Doricè ἅμες et ἅμμες: Æol. ἄμμες.
- Genitivo plurali Ion. ἡμέων pro ἡμῶν: Poët. ἡμείων. Dor. ἁμέων, ἁμῶν: Æol. ἀμμέων, ἄμμων.
- Dativo plurali Att. habet ἧμιν pro ἡμῖν: Ionicè quoque ut vult Urbanus: Doricè ἁμῖν, Æol. ἄμμι et ἄμμιν: Poëticè ἡμὶν, ultima correpta.
- Accusativo plurali Ionicè habet ἡμέας pro ἡμᾶς: Dor. ἅμμε, vel secundum alios ἁμᾶς, Æolicè ἄμμε et ἄμμες.

Σὺ in

- Nominativo Atticè habet σύγε: Dor. τὺ, vel τύνη vel τύγα.
- Genitivo Att. σοῦγε pro σοῦ. Ion. σέο: Dor. et Æol. σεῦ, vel τεῦ, vel τεοῖο. Poët. σεῖο vel σέοθεν, vel σέθεν. Alii tamen σεῖο Ionibus, σέοθεν Atticis tribuunt.
- Dativo Dor. habet τοὶ vel τὶν vel τεὶν pro σοί.
- Accusativo Dor. τὲ vel τὺ pro σέ.
- Nominativo et Accusativo duali Doricè et Æolicè habet ὔμμε pro σφῶ. Poëtarum est σφῶϊ.
- Genitivo et Dativo duali Poëtarum est σφῶϊν, communis dialecti σφῶν.
- Nominativo plurali Ionicè ὑμέες pro ὑμεῖς: Dor. ὕμες et ὔμμες: Æolicè ὔμμες.
- Genitivo plurali Ionicè ὑμέων: Poëticè ὑμείων: Doricè et Æol. ὔμμων et ὑμμέων.
- Dativo plurali Dor. et Æol. ὔμμι vel ὔμμιν pro ὑμῖν: Poët. ὑμίν.
- Accusativo plur. Ionicè ὑμέας. Dor. et Æol. ὔμμας: vel ut annotat Caninius, ὔμμε.

Οὗ in

- Genitivo Ion. habet ἕο: Poët. εἷο et ἕοθεν et ἕθεν: illud tamen alii Ionibus relinquunt, hoc Atticis adscribunt: Dor. εὗ. Æol. εὗ. Pro hoc Cyprii ϝίο scribunt per digamma Æolicum.
- Dativo Poët. habet σφὶν pro οἷ, apud Sophoclem, ut notat Crusius: Ion. ἑοῖ.
- Accusativo Ion. ἕε pro ἕ. Dor. et μὶν, et νίν: Cypriè ἴν: Poët. σφέ, apud Euripidem, vel ἕθεν.
- Nominativo plurali Ion. σφέες pro σφεῖς: Dor. σφές.
- Nominativo et Accusativo duali Poët. habet σφωὲ pro σφέ.
- Genitivo et Dativo duali Poët. habet σφωὶν pro σφίν.
- Genitivo plurali Ion. σφέων pro σφῶν: Poët. σφείων.
- Dativo plurali Ion. σφὶν pro σφίσιν, ait Caninius, vel etiam σφὶ per apocopen et Poet. per aphæresin φίν.
- Accusativo plurali Ion. σφέας pro σφᾶς: Dor. ψέ: Æol. σφέ.

Σός:

- Dores pro σὸς, σὰ, σὸν, dicunt τεὸς, τεὰ, τεόν.
- Æoles contrahunt σὸς cum articulo et dicunt ὦσος, ὦσα, ὦσον, pro ὁ σὸς, ἡ σὴ, τὸ σόν.

Ἡμέτερος, Dor. habet ἁμετέρος, ἁμετέρα, ἁμέτερον: vel etiam per syncopen, ἁμὸς, ἁμὰ, ἁμόν. Æol. ἄμος, ἄμα vel ἄμη, ἄμον.

Ὑμέτερος Dor. habet ὑμὸς, ὑμὰ, vel ὑμὴ, ὑμόν: Æol. ὔμος, ὔμα vel ὔμη, ὔμον.

Σφέτερος Dor. habet σφὸς, σφὰ vel σφὴ, σφόν.

Οὗτος:

- Attici: si desinat in consonantem, vocalem longam aut diphthongum, addunt ipsi, ut compositis, per paragogen iota: sin in vocalem brevem, eam in iota mutant, ultima semper acuta: ut οὑτοσὶ pro οὗτος, τουτὶ pro τοῦτο, τουτωὶ pro τούτῳ, τοσουτὶ pro τοσοῦτο.
- Iones per epenthesin ante vocalem longam seu diphthongum, excepto duali et Nominativo plurali inserunt ε: ut, τουτέου pro τούτου, &c.
- Dores in Accusativo plurali τούτας dicunt pro ταύτας.
- Poëtæ in Genitivo plurali τάων dicunt pro τούτων.

Ἐκεῖνος:

- Attici per paragogen iota addunt, vel brevem vocalem in iota mutant, ut in οὗτος: ut, ἐκεινῳὶ pro ἐκείνῳ, ἐκεινὶ pro ἐκεῖνο.
- Dores pro ἐκεῖνος dicunt τῆνος, τήνη, τῆνον et τῆνο, vel etiam teste Etymologo, κῆνος.
- Æoles per aphæresin κεῖνος dicunt pro ἐκεῖνος: Alii hoc Poëtis vel Ionibus adscribunt.

Αὐτός:

- Iones αυ in ωυ mutant, etiam in compositis: ut, ὠυτὸς pro αὐτὸς, ἐμωυτοῦ pro ἐμαυτοῦ. Inserunt etiam ante diphthongum seu vocalem longam ε, ut in οὗτος: ut, ὠυτέου pro αὐτοῦ, ἐμαυτέων pro ἐμαυτῶν.
- Dores pro accusativis omnis generis et numeri, αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτὸ, αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτά: dicunt, μὶν, νὶν, et secundum Hesychium ψέ. Dicunt nonnulli μὶν Æolum esse.
- Poëtæ pro αὐτῷ frequenter usurpant οἷ, pro αὐτὸν, σφέ.

Ἑαυτοῦ:

- Cretenses pro ἑαυτὸν dicunt αὐαυτόν, teste Corintho.
- Poëtæ hoc divisim declinant in singulari: ἕο αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, ἑοῖ αὐτῷ, ἓε αὐτόν.

Δεῖνα: Pro hoc Poëtæ dicunt, ὁ δεῖς: et declinant, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.

P p. Quod Verbi attinet Dialectorum varietates, distinctè esse consideranda sunt in

- **Terminatione, quæ thematis et conjugationis diversitatem indicat. Ergo**
  - Attici themata mutant. 1. Augent ea per epenthesin, vel minuunt per syncopen: ut, ἀμυνάθω pro ἀμύνω, διωκάθω pro διώκω, ἔργω pro ἐγείρω, ἄργω pro ἀγείρω. 2. Barytona mutant in circumflexa, et vice versa circumflexa in barytona: ut, τυπτήσω pro τύψω, tanquam à τυπτέω, μηνᾶν pro μηνίειν, σελαγῶ pro σελαγίζω: ἀνώγω pro ἀνωγέω, αὔξω pro αὐξέω. 3. Quartæ conjugationis duplex σσ mutant in duplex ττ: ut, πράττω pro πράσσω.
  - Iones desinentia in αω mutant in εω: ut, ὁρέω pro ὁράω. H. Stephanus ὑπνώω pro ὑπνόω Ionicum esse inquit et Poëticum.
  - Dores nova verba fingunt à barytonis et præteritis: ut, τετάχω à τέταχα: νωμάω à νέμω. 2. Verbis in εω et αω, inserunt υ: verbis autem in ιω et υω, inserunt ν: ut, ζητέω pro ζητεύω, ψαύω pro ψάω: πίνω pro πίω, θύνω pro θύω. 3. Quartæ barytonorum ζ mutant in σδ: ut, κωμάσδω pro κωμάζω.
  - Æoles nova verba in μι formant à circumflexis: ut, νόημι à νοέω, δάμνημι à δαμνάω, ἐλευθέρωμι ab ἐλευθερόω. 2. Characteristicam ε mutant in η, πτ in σσ, σσ in ζ: ut, ἀδικήω pro ἀδικέω: ὄσσω pro ὄπτω: ταράζω pro ταράσσω. Verbis in εω inserunt quoque υ, ut Dores: ut, ῥεύω pro ῥέω. 4. Per metaplasmum etiam φθέῤῥω dicunt pro φθείρω, &c.
  - Poëtæ obsoleta themata usurpant: ut, ἔπω, πέτω. 2. Nova formant à futuris: ut, οἴσω, à futuro, οἴσω, verbi οἴω. 3. Ex barytonis faciunt alia barytona, vel circumflexa, vel verba in μι: et vicissim ex circumflexis faciunt barytona: ut, ἐρέω, ex ἔρω, τροπάω à τρέπω, ἔχημι ab ἔχω, πολεμίζω à πολεμῶ. 4. Ex verbis in μι faciunt barytona in ωω: ut, ῥώω pro ῥώννυμι.
  - Bœoti addunt reduplicationem verbis in μι, et η penultimum mutant in ει: ut, δεδείπνειμι pro δείπνημι, πεφίλειμι à φίλημι.
  - Cyprii Æolica in εω terminant in ηζω: ut, καλήζω pro καλήω, sic Etymologus.
  - Siculi cum Doribus à præteritis themata nova formant: ut, πεποιήκω à πεποίηκα, λελάθω à λέλαθα, πεποίθω à πέποιθα, πεφύκω à πέφυκα.
- **Temporibus: quorum apud Dialectos variat tum**
  - **Initium Augmentum: quod præter usum communem vel**
    - **Inducitur:**
      - Attici ευ mutant in ηυ, ει in η: ut, ηὐχόμην pro εὐχόμην, ᾔκαζον pro εἴκαζον. In compositis etiam, quem augendi modum servent, propria tabula explicat.
      - Iones temporibus et modis iis, qui communiter respuunt augmentum, illud adjungunt per anadiplasiasmum: ut, πεπιθήσω pro πιθήσω, λελάχωσι pro λάχωσι.
    - **Duplicatur vel etiam multiplicatur:**
      - Attici verbis incipientibus ab α brevi ε et ο, perfecto communi præmittunt duas primas præsentis literas, cum tertiæ à prima correptione: plusquamperfectum verò alio adhuc tempore augent: ut, ἴδω, ἦκα, ἔδηκα. ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, ἠκηκόειν. Vide Atticam tabulam. Dores tamen nonnunquam tertiam à prima productam servant: ut, ἐλήλουθα pro ἐλήλυθα. Poëticè εἰλήλουθα, adjecto ad ε iota. Nonnunquam etiam incipientibus ab α, ο et ω præter commune augmentum, addunt ε, eodem spiritu manente: ut, ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα. Videatur Atticorum tabula.
      - Iones in nonnullis imitantur Atticos: ut, ἀραίρηκα pro αἵρηκα. Aoristo secundo etiam primam literam præsentis præponunt: ut, τέτυπον pro ἔτυπον.
      - Poëtæ syllabicum augmentum positione producunt: ut, ἔλληξα pro ἔληξα, à λήγω. Tum etiam præteritum Atticum verborum ἔδω et ἄγω augent per epenthesin: ut, ἐδήδοκα pro ἔδηκα, ἀγήγοχα, vel ἀγήοχα pro ἄγηχα. Eodem ferè pacto pro εἶπε dicunt εἴπαπε. Nonnullis etiam communibus augmentis præmittunt ε: ut, ἔειπε pro εἶπε, ἔηκα pro ἧκα.
    - **Demitur:**
      - Attici quandoque omninò detrahunt augmenta: quandoque primam duntaxat literam præsentis: ut, συγγεγόνει pro ἐσυγγεγόνει, ἔκρυφα pro κέκρυφα.
      - Ionum proprium est detrahere augmenta, nunc aliqua, nunc omnia: ut pro ἐδέδεκτο dicunt δέδεκτο, ἔδεκτο, et δέκτο. Hoc etiam fit nonnunquam à Doriensibus: ut, ἆδον pro ᾖδον, ἄκουκα pro ἤκουκα, non tam ut augmentum abjiciant, quàm ut η in α mutent.
      - Æoles etiam abjiciunt, sed tantùm, ut vult Caninius, in verbo passivo: ut, βλῆται pro βέβληται.
    - **Mutatur:**
      - Attici ε syllabicum vertunt in η, λε et με in ει, η in εα: ut, ἤμελλον pro ἔμελλον, εἴληφα pro λέληφα, εἵμαρμαι pro μέμαρμαι, ἑάλωκα pro ἥλωκα.
      - Iones ε in nonnullis augent abjecto iota: ut, ἠρώτων pro εἰρωτῶν. Sunt qui ipsis ει pro λε et με non minùs, quàm Atticis attribuant.
      - Dores ου mutant in ω, ει communium augmentum in α: ut, ὤταζον pro οὔταζον, ἧλκον pro εἷλκον.
      - Æoles ad εα ex η assumunt υ: et quæ à ρ incipiunt, augent præmissa prima litera præsentis: ut, εὔαδον pro ἕαδον, et ἦδον ab ἄδω, ῥέριφα pro ἔῤῥιφα. Hoc aliis Poëticum est.
      - Poëtæ η resolvunt in εα, quod alii Atticorum esse inquiunt: incipientia etiam à ρ, formant ut cætera, quæ à consonante incipiunt: ut, ἐάγην pro ἤγην: ῥέριμμαι pro ἔῤῥιμμαι, ἔραπτον pro ἔῤῥαπτον.
  - **Finis:** de quo signo U u.
- **Figura:**
  - Iones in compositis non mutant tenues in aspiratas: ut nec Æoles: ut, κατορῶ pro καθορῶ.
  - Dores et Æoles frequenter utuntur syncope in compositis: ut, ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν, ἄντεινον pro ἀνάτεινον.
  - Poëtæ non solùm ejusmodi concisionibus utuntur, sed etiam quandoque nulla mutatione intercedente componunt: ut, ἐπιέπομαι pro ἐφέπομαι. Imprimis diversarum partium orationis multiplici compositione, Comici delectationis et risus movendi causa utuntur: ut, μεγαλοκαμπυλαύχην. Vide Poëtarum tabulam.

U u. Finem Verborum cùm dicimus, non solam intelligimus characteristicam, solamve terminationem, sed et penultimam quæque præter Augmentum in aliqua dictione occurrere possunt alia, idiomatis varietatem exhibitura, ut eo minori errore confusionis periculum vitetur. Heic ergo examen instituemus Verbalium Generum, sub iis etiam Conjugationum species comprehensuri. VERBUM itaque vel est

- PASSIVUM, de quo signo Z z. et MEDIUM, de quo signo α α.
- ACTIVUM ejusque Modus cùm
  - Indicativus, et tempus
    - Præsens
      - Atticum:
        - Quod Dores agunt in secunda circumflexorum, ut α perpetuò mutent in η, id Attici sunt imitati in 4. verbis; ζῶ, ζῆς, ζῆ, pro ζᾷς ζᾷ, πεινῶ, διψῶ, χρῶμαι.
        - Verborum in μι tertiam pluralem, quæ similis est dativo plurali Participii, resolvunt Attici, quòd aliàs Ionibus tribuitur: ut, τιθέασι pro τιθεῖσι, ἀνιᾶσι pro ἀνιεῖσι.
        - Substantivum εἰμὶ Atticè in secunda singulari habet εἶ pro εἷς vel εἶ.
      - Ionicum:
        - Terminationem circumflexam Iones et hic et ubicunque inveniunt, resolvunt: ut, ποιέω pro ποιῶ, βοάω pro βοῶ. Hoc tamen rariùs ait Jo. Gramm. in secunda circumflexorum fieri.
        - Reduplicatio verborum in μι apud Iones fit in ε: ut, τίθημι pro τίθημι.
        - Tertiæ singulari Ionicè additur σι, et ει mutatur in η: ut, τάττησι pro τάττει.
        - Tertia pluralis in μι resolvitur Ionicè, ponendo α ante σ, et abjiciendo è diphthongo postpositivam: ut, τιθέασι pro τιθεῖσι, ἴασι pro εἰσί.
      - Doricum:
        - Vocalis η mutatur Doricè in α, non hìc solùm, sed in multis aliis temporibus: ut, φαμὶ pro φημὶ, ἵσαμι pro ἵσημι. Vice versa secunda circumflexorum contrahitur Doricè in η, iota neglecto: ut, ὁρῆς pro ὁρᾷς, ζῆς pro ζᾷς.
        - Ex secunda et tertia singulari aufertur Doricè iota: ut, τάττες pro τάττεις, τάττε pro τάττει.
        - Tertia singularis verborum in μι Doricè mutat σ in τ: ut, τίθητι pro τίθησι, &c.
        - Prima pluralis in μεν, Doricè et Creticè in μες desinit: idque in omnibus omnium modorum et generum temporibus: ut, τάττομες pro τάττομεν, ποιεῦμες pro ποιοῦμεν.
        - Eadem prima pluralis ut tertia ου penultimam mutat Doricè in ευ: ut, ποιεῦμες pro ποιοῦμεν, ποιεῦντι pro ποιοῦσι. Id tamen et vult Antesignanus: non fit in tertia circumflexorum, quamvis Caninius in infinitivo χρυσεῦν pro χρυσοῦν dicat.
        - Tertia pluralis præsentis et futurorum omnium conjugationum Doricè similis est dativo singulari participii masculini ejusdem generis: ut, τύπτοντι pro τύπτουσι, ποιοῦντι vel ποιεῦντι pro ποιοῦσι, &c.
        - Pro verbo substantivo εἰμὶ dicunt Dores ἐμμί: pro εἷς, ἐσσί: pro ἐστὶ, ἐντὶ, pro ἐσμὲν dicunt ἐμὲν, εἰμὲν et εἰμές: pro εἰσὶ, ἐντί.
      - Æolicum:
        - Secunda et tertia singularis præsentis et futuri ει mutant Æolicè in η, iota non subscripto: ut, τάττης pro τάττεις, τάττη pro τάττει.
        - In nonnullis verbis secunda persona singularis præsentis Indicativi, sed et aliorum modorum et temporum acquirit Æolicè θα: ut, εἶσθα pro εἷς, ab εἶμι, eo. Huc spectare videtur χρῆσθα pro χρή.
        - In ευν Dorica Æoles formant abjecto ν: ut, ποιεῦντι pro ποιεῦντι.
        - Verba secundæ circumflexorum contractionem in ᾳ resolvunt Æolicè iota non subscripto, sed adscripto: ut, γελάϊς pro γελᾷς.
        - In prima conjugatione in μι Æoles η penultimam mutant in ε, et μ geminant: ut, τίθεμμι pro τίθημι. In duali autem, ut et in prima et secunda plurali retinent η: ut, φίλητον, φίλημεν, φίλητε.
        - Secunda in μι penultimam η mutat Æolicè in αι: ut, γέλαιμι, γέλαις, γέλαι, pro γέλημι, à γελάω.
        - Tertia pluralis Dorica verborum in μι, accentum transfert Æolicè in antepenultimam: ut, τίθεντι pro τιθέντι, δίδοντι pro διδόντι.
        - Εἰμὶ Æolicè habet ἦμι, et ἔμμι, et in tertia plurali ἔντι pro εἰσί.
        - Φημὶ in tertia plurali Æolicè habet φαισὶ pro φασί. Æoles etiam per aphæresin dicunt ἠμὶ, ἦς, et ἠσὶ, et ἦσθα ἠτὶ, pro φαμί.
      - Poëticum:
        - Si contractio in secunda circumflexorum fiat in α, præmittunt Poëtæ aliud α: sin in ω, tum vocali præcedente longa præmittunt ω: brevi verò præcedente, ο: ut, βοάει, βοᾷ, Poët. βοάᾳ: πηδάω, πηδῶ, πηδώω, ὁράω, ὁρῶ, ὁρόω. Sic in tertia circumflexorum ὑπνώω dicunt Poëtæ pro ὑπνόω, ὑπνῶ: χώω pro χόω, χῶ.
        - Verbum εἰμὶ in secunda persona Poëticè habet ἐσσὶ pro εἶ. In plurali ἐμὲν et εἰμὲν pro ἐσμὲν, ἐτὶ pro ἐστί.
        - Composita ab ἔστι per apocopen Poëticam amittunt verbum, sola remanente præpositione, et accentu in penultimam retracto: ut, ἔνι pro ἔνεστι, μέτα pro μέτεστι.
    - Imperfectum et reliqua quære fol. seq. sign. X x.
  - Imperativus et cæteri de quibus signo Y y.

X x. Reliqua tempora Modi Indicativi activi sunt:

- **Imperfectum:**
  - **Atticum:**
    - Tertiam pluralem Atticos formare, ut Dores et Bœoti, nonnulli sunt qui affirmant.
    - Verbi substantivi εἰμὶ prima persona imperfecti Atticè habet ἦ per crasin, ex Ionico ἔα pro ἦν: vel etiam ut volunt nonnulli, ἦν, ἦς, ἦν.
  - **Ionicum:**
    - Tertia singularis imperfecti utriusque Aoristi omnium conjugationum formatur Ionicè à secunda, addendo κε, et augmentum abjiciendo, penultima correpta: ut, τάττεσκε pro ἔταττε, ποίεσκε pro ἐποίει.
    - Prima et tertia singularis nonnullorum verborum in μι Ionicè desinunt in εα et εε, ut plusquamperfectum: ut, ἐτίθεα pro ἐτίθην, ἐτίθεε pro ἐτίθη. Sic εἰμὶ habet ἔα et ἔην pro ἦν Ionicè primæ et tertiæ personæ. Pro Poëtico etiam ἔες, εἶς, à prima persona ἔον, Iones dicunt ἔεις pro ἦς.
  - **Doricum:**
    - Dores ου quoque in imperfecto vertunt in ευ, μεν in μες: ut, ἐποίευν pro ἐποίουν, ἐτάττομες pro ἐτάττομεν.
    - In secunda contractorum observat Caninius ω in ευ contrahi Doricè: ut, ἠγάπευν pro ἠγάπων. Ubi etiam contractio ex αε fit in η: ut, ἔζαε, ἔζα, et Doricè, ἔζη.
    - Tertia pluralis imperfecti et Aoristi utriusque verborum Barytonorum Doricè et Bœoticè desinit in σαν: ut, ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον. Eadem autem tertia verborum in μι formatur Doricè et Bœoticè à prima singulari, longa in brevem mutata: ut, ἔτιθεν pro ἐτίθεσαν.
    - Verbi substantivi tertia singularis Doricè habet ἦς pro ἦ.
  - **Æolicum:**
    - Totum singularem numerum imperfecti et Aoristi utriusque formant Æoles in σκον, σκες, σκε, primam pluralem in σκομεν, tertiam in σκον, abjecto augmento: ut, τάττεσκον, τάττεσκες, τάττεσκε, &c.
    - Tertia in ει Æolicè in η mutatur: ut, ἐφίλη pro ἐφίλει.
    - Secunda singularis acquirit in aliquibus syllabam θα: ut, ἦσθα pro ἦς, ἔφησθα pro ἔφης.
  - **Poëticum:**
    - Contractioni præmittunt Poëtæ α, ω, vel ο: ut, ἐβοόων pro ἐβόων, ἐβόαα pro ἐβόα.
    - Verbum substantivum in singulari habet Poëticè, εἶεν, ἔον, ἤην et ἦα pro ἦν, ἔες et εἶς pro ἦς: ἔς, ἦε, ἦν, ἤην, ἦα pro ἦν. In duali ἔτον, ἔστον et ἤστον pro ἦτον: ἔστην et ἤστην pro ἤτην. In plurali ἦστε pro ἦτε: ἔσαν, ἔσσαν et ἦν pro ἦσαν.
    - Verbum ἵημι in imperfecto Poëticè habet εἶον, εἶες, εἶε, pro ἵην, ἵης, ἵη, tanquam ab ἵω.
- **Perfectum:**
  - **Atticum:**
    - Verba dissyllaba 1. et 2. barytonorum ε penultimam mutant Atticè in ο: ut, πέπομφα, pro πέπεμφα.
    - Verbum anomalum ἵημι resolvit penultimam, et pro ἀφεῖκα, misi, Atticè habet ἀφέωκα, pro ἀφεῖνται, ἀφέωνται.
  - **Ionicum:** Characteristicam literam κ exterunt Iones et longam antecedentem corripiunt: ut, βέβαα pro βέβηκα.
  - **Doricum:**
    - Penultima perfecti Attici tres syllabas excedentis Doricè servatur longa: ut, ἐλήλουθα pro ἐλήλυθα.
    - Prima pluralis in μεν Doricè habet μες: ut, τετάχαμες pro τετάχαμεν.
    - Tertia pluralis omnium conjugationum Doricè terminatur in αντι: ut, τετάχαντι pro τετάχασι.
  - **Bœoticum:**
    - Penultima η primæ conjugationis in μι mutatur Bœoticè in ει: ut, τέθεικα pro τέθηκα. Tradunt enim Grammatici: Ubi Dores servant η, Bœoti scribunt ει: ubi Dores mutant η, in secunda nimirum in μι, ut quando dicunt ἕστακα pro ἕστηκα, ibi Bœoti servant η.
    - Tertia pluralis in σι mutatur Chalcidicè in ν: ut, τέτυφαν pro τετύφασι.
  - **Poëticum:** Hoc nonnunquam Poëtæ efferunt per syncopen: ut, τέτμηκα pro τετέμηκα, κέκμηκα pro κεκάμηκα. Nonnunquam per epenthesin ante κ inserunt γ: ut, ἔκταγκα pro ἔκτακα.
- **Plusquamperfectum.**
  - **Atticum:** Prima et tertia singularis Atticè et Doricè desinit in η, tertia pluralis in ισαν: ut, ᾔδη pro ᾔδειν et ᾔδει, ἐτετύφεσαν pro ἐτετύφεισαν.
  - **Ionicum:** Prima singularis Ionicè desinit in εα, tertia in εε: ut, ἐτετύφεα pro ἐτετύφειν, ἐτετύφεε pro ἐτετύφει,
  - **Doricum:** Prima pluralis in μεν Doricè in μες desinit: ut, ἐτετάχειμες pro ἐτετάχειμεν.
  - **Æolicum:** Secunda singularis nonnunquam Æolicè acquirit θα: ut, ᾔδεισθα pro ᾔδεις.
  - **Poëticum:** Nonnunquam Poëtæ syncope utuntur correpta vocali vel diphthongo antecedente: ut, ἐπέπιθμεν pro ἐπεποίθειμεν.
- **Indefinitum:**
  - **Atticum:**
    - Tertiam pluralem Atticos formare ut Dores et Bœoti, sunt qui affirment.
    - In quinta conjugatione α penultimum mutatur in η Atticè, αι in ῃ: quamvis alii non subscribant iota: ut, ἔψηλα pro ἔψαλα: ἐμίῃνα vel ἐμίηνα pro ἐμίαινα.
  - **Ionicum:** Tertia singularis Ionicè formatur, ut tertia imperfecti: ut, τάξασκε pro ἔταξε, τάγεσκε pro ἔταγε.
  - **Doricum:**
    - Eandem cum futuro Characteristicam et penultimam Doricè habet Aoristus primus: ut, ἔκλαξα pro ἔκλεισα à futuro κλάξω: ἐβόασα pro ἐβόησα, à βοασῶ: ἔστασα pro ἔστησα, à στασῶ.
    - Prima pluralis Doricè desinit in μες: ut, ἐτάξαμες, ἐτάγομες pro ἐτάξαμεν, ἐτάγομεν.
    - Tertia pluralis Barytonorum utriusque Aoristi Doricè et Bœoticè in σαν desinit: ut, ἐτάξασαν, ἐτάγοσαν pro ἔταξαν, ἔταγον. Tertia autem pluralis Aoristi secundi verborum in μι, Doricè et Bœoticè à prima singulari formatur, ut tertia imperfecti: ut, ἔθεν pro ἔθεσαν, ἔσταν pro ἔστησαν.
  - **Æolicum:** Aoristus uterque formatur Æolicè, ut imperfectum: ut, τάξασκον, τάγεσκον, pro ἔταξα, ἔταγον, &c.
  - **Poëticum:**
    - Poëtica quædam α purum habent neglecto σ: ut, ἤλευα pro ἤλευσα, ab ἀλεύω.
    - Penultima brevi Poëtæ geminant sequentem consonantem: ut, ἐτέλεσσα pro ἐτέλεσα.
    - Metathesin nonnunquam usurpant Poëtæ. ut, ἔπραθον pro ἔπαρθον à πέρθω: ἔδρακον pro ἔδαρκον à δέρκω.
- **Futurum:**
  - **Atticum:**
    - Secunda et tertia sing. Att. desinit in ῃ: ut, τύψῃς, τύψῃ pro τύψεις, τύψει. Hoc aliis est Æolicum.
    - Barytona quædam tanquam à præsenti circumflexo formant Atticè futura: ut, θελήσω à θέλω, ἀλεξήσω ab ἀλέξω.
    - Desinens in ισω abjecto σ circumflectitur: in ασω autem vel εσω σ abjicit cum adhærente vocali: ut, νομιῶ pro νομίσω, διαβιβῶ pro διαβιβάσω.
  - **Ionicum:**
    - Tertiæ singulari per paragogen Ionicam additur εν: ut, τύψειν pro τύψει.
    - Futurum primum et secundum circumflexum, Ionicè resolvitur: ut, νεμέω pro νεμῶ, τυπέω pro τυπῶ.
    - Verbum ἔρδω Ionicum in futuro habet ἔρξω.
  - **Doricum:**
    - In omni conjugatione futurum primum Doricè circumflectitur: ut, τυψῶ pro τύψω.
    - Characteristica σ mutatur Doricè in ξ, vel penitus omittitur: ut, βαδίξω pro βαδίσω, κλάξω pro κλείσω, ἀγονιοῦμαι pro ἀγωνίσομαι.
    - Penultimum η mutant Dores in α, ου in ευ: βοασῶ pro βοήσω, ποιησεῦντι pro ποιησοῦντι.
    - Prima pluralis in μες desinit Doricè, tertia similis est dativo plurali participii: ut, τάξομες pro τάξομεν, τάξοντι pro τάξουσι.
  - **Æolicum:**
    - Verbis in λω et ρω inseritur Æolicè σ: ut, σπέρσω pro σπερῶ, ψάλσω pro ψαλῶ.
    - Secunda et tertia singularis ει mutat Æolicè in η, ut in præsenti: ut, τάξης, τάξη, pro τάξεις, τάξει.
    - Doricum ευν Æolicè amittit ν; ut, ποιησεῦτι pro ποιησεῦντι.
  - **Poëticum:**
    - Verba sextæ conjugationis frequenter amittunt Poëticè σ: ut, δήω pro δήσω, à δέω, invenio, κλείω, laudabo, pro κλείσω, à κλείω.
    - Anadiplasiasmus quoque frequens est Poëticus in futuro: ut, ἔσσομαι pro ἔσομαι, ἔσσεαι et ἔσσῃ pro ἔσῃ, ἐσσεῖται pro ἔσεται, ἀμφιέσσω pro ἀμφιέσω.
    - Quandoque loco irregularis communis, usurpant Poëtæ regulare, ut, δοκήσω pro δόξω, à δοκέω.

Y y. Reliqui Modi generis Activi sunt:

- **Imperativus:**
  - **Atticus:**
    - Tertia pluralis præsentis et Aoristorum formatur Atticè, vel ut genitivus pluralis participiorum, vel ut tertia dualis ejusdem temporis imperativi: ut, *τυπτόντων* pro *τυπτέτωσαν*: *τυπτέτων* pro *τυπτέτωσαν*, *ἴστων* pro *ἴστωσαν*, *χρήσθων* pro *χρήσθωσαν*.
    - Secunda singularis verborum in *μι* contrahitur Atticè: ut, *τίθη* pro *τίθετι*, *ἵσταθι*, &c.
    - In duobus verbis tonus Atticè mutatur: ut, *λαβὲ*, *ἰδὲ*, pro *λάβε*, *ἴδε*.
  - **Doricus:**
    - In prima circumflexorum *ει* mutatur Doricè in *η*: in tertia *ου* in *ω*: ut, *ποιήτω* pro *ποιείτω*, *χρυσώτω* pro *χρυσούτω*. Sic *εἰμὶ* habet *ἤτω* pro *ἔστω*, tanquam ab *ἔω*.
    - In secunda circumflexorum contractio Doricè fit in *η*: ut, *ζῆ*, *ζήτω*, pro *ζᾶ*, *ζάτω*, ex *ζάε*, *ζαέτω*.
    - In verbis in *μι* usurpatur à Doriensibus terminatio circumflexa: ut, *τίθει* pro *τίθετι*, *ἵστα* pro *ἵσταθι*.
    - In Aoristo secundo secundæ in *μι* *η* mutatur in *α* Doricè: ut, *στᾶθι* pro *στῆθι*.
  - **Æolicus:** in verbis in *μι* retinent Æoles penultimam longam: ut, *τίθητι*, *τιθήτω*, pro *τίθετι*, *τιθέτω*, &c.
  - **Syracusanus:** Aoristus secundus more Syracusanorum desinit in *ον*: ut, *λάβον* pro *λάβε*.
  - **Poëticus:**
    - Contractioni præmittunt Poëtæ *α*: ut, *βοαάτω* pro *βοάτω*.
    - Verbum *εἰμὶ* in Imperativo Poëticè habet *ἴσθι* et *ἔσσο* pro *ἴσω*, *ἤτο* pro *ἔστω*.
- **Optativus:**
  - **Atticus:**
    - Præsens verborum circumflexorum post contractionem Atticè desinit in *ην*: ut, *ποιοίην* pro *ποιοῖμι*, *βοῴην* pro *βοῷμι*, *χρυσοίην* pro *χρυσοῖμι*. Ita nonnunquam etiam barytona formantur: ut, *τρεφοίην* et per syncopen *τρέφοιν* pro *τρέφοιμι*, *λαχοίην* pro *λάχοιμι*. Interdum verba tertiæ conjugationis in *μι*, illum circumflexorum optativum imitantur in præsenti et Aoristo primo: ut, *διδῴην* pro *διδοίην*, *δῴην* pro *δοίην*.
    - Secunda et tertia singularis, et tertia pluralis Aoristi primi Atticè formatur, ut apud Æoles: ut, *τύψειας* pro *τύψαις*, &c.
    - Numerus pluralis Aoristorum per syncopen apud Atticos redditur: ut, *τιθεῖμεν* pro *τιθείημεν*, *τιθεῖεν* pro *τιθείησαν*, *ταχτεῖμεν* pro *ταχτείημεν*, *ταχτεῖτε* pro *ταχτείητε*, *ταγεῖεν*, *ταγείησαν*, *ἱσταῖμεν*, *ἱσταῖτε*, *ἱσταῖεν*, &c.
  - **Doricus:**
    - Prima pluralis omnium conjugationum Doricè in *μες* desinit: ut, *τύπτοιμες* pro *τύπτοιμεν*, *ποιήσοιμες* pro *ποιήσοιμεν*.
    - Præsens circumflexorum terminant Dores et Æoles secundum Antesignanum in *ῳμην*: ut, *ποιῴμην* pro *ποιοῖμι*, *βοῴμην* pro *βοῷμι*, &c.
    - Aoristi utriusque pluralis formantur Doricè et Bœoticè in *σαν*: ut, *ἔλθοισαν* pro *ἔλθοιεν*, *θηρεύσαισαν* pro *θηρεύσαιεν*.
  - **Æolicus:**
    - Præsens tempus circumflexorum Æolicè desinit in *ῴμην*, et ut notat Crusius, in *οίην*: ut, *ποιῴμην* vel *ποιοίην* pro *ποιοῖμι*.
    - Secunda persona acquirit nonnunquam Æolicum *θα*: ut, *κλαίοισθα* pro *κλαίοις*.
    - Aoristus primus Æolicè formatur per *εια*, *ειας*, *ειε*: ut, *τύψεια* pro *τύψαιμι*, &c.
  - **Poëticus:**
    - Contractioni secundæ circumflexorum præmittunt Poëtæ *ο* vel *ω*: ut, *βοώῳμι* pro *βοῷμι*.
    - Aoristus secundus secundæ et tertiæ verborum in *μι* Poëticè contrahitur: ut, *στῇεν* pro *σταίεν*, *δῴην* pro *δοίην*.
    - Anomala in *μι* formant Poëtæ in *οιμι*: ut, *ἔοιμι* pro *εἴην*, *ἴοιμι* pro *ἰείην*.
- **Conjunctivus:**
  - **Ionicus:**
    - Tertia singularis Ionicè formatur in *σι*, ut tertia præsentis indicativi: ut, *τύπτῃσι* pro *τύπτῃ*, *τετύπῃσι* pro *τετύπῃ*, *ποιήσι* pro *ποιῇ*, vel *ποιῇσι* pro *ποιῇ*. Varinus ait hanc paragog. esse Att. Sic *δῷσι* pro *δῷ*.
    - Terminatione potius soluta utuntur Iones, quàm contracta: ut, *ποιέω* pro *ποιῶ*, *ἔω* pro *ὦ*, *στέω* pro *στῶ*.
  - **Doricus:**
    - Prima Pluralis in *μεν* omnium temporum et conjugationum Doricè in *μες* desinit: ut, *τύπτωμες* pro *τύπτωμεν*, *ποιήσωμες* pro *ποιήσωμεν*.
    - Tertia pluralis omnium temporum Doricè desinit in *ωντι*, ut in præsenti Indicativi dictum est: ut, *τύπτωντι* pro *τύπτωσι*.
  - **Poëticus:**
    - Contractioni secundæ circumflexorum præmittitur Poëticè *ο*, *ω*, vel *α*: ut, *βοόω*, pro *βοῶ*, *βοάᾳ* pro *βοᾷ*, quod etiam contingit Aoristo secundo tertiæ in *μι*: ut, *δώω* pro *δῶ*: præcipuè in plur. *δώωσι* pro *δῶσι*.
    - Terminationi Ionicè inserunt Poëtæ iota: ut, *στείω* pro *στέω*, *εἴω* pro *ἔω*.
    - Primam pluralem in *ωμεν* efferunt per *ομεν*: ut, *τύψομεν* pro *τύψωμεν*, verberemus.
- **Infinitivus:**
  - **Atticus:** Ante *ν* vel *ναι* finale Attici constituunt *με*, et ex diphthongo *ι* vel *υ* detrahunt, sique solùm *ν* fuerit, *αι* addunt: ut, *τυπτέμεναι* pro *τύπτειν*.
  - **Ionicus:**
    - Infinitivum in *ν* vel *ναι* desinentem Iones ut Attici formant, solo *αι* vel abjecto, vel non assumpto: ut, *ταττέμεν* pro *τάττειν*, *πεποιηκέμεν* pro *πεποιηκέναι*.
    - Perfectum infinitivi formant Iones à perfecto activo, sublato etiam *κε*: ut, *τεθνάναι* pro *τεθνηκέναι*, à *τέθνηκα*.
  - **Doricus:**
    - Tempora in *ειν* tribus diversis formant Dores. 1. ut Attici in *έμεναι*: ut, *τυπτέμεναι* pro *τύπτειν*. 2. ex *ει* diphthongo auferunt iota: ut, *τύπτεν* pro *τύπτειν*. 3. *ει* in *η* mutant, iota vel subscripto, vel neglecto: ut, *τύπτην* vel *τύπτῃν*.
    - Perfectum in *εναι*, ut apud Atticos, Doricè in *εμεναι* desinit: ut, *πεποιηκέμεναι* pro *πεποιηκέναι*.
    - Secunda circumflexorum *α* mutat Doricè in *η*: ut, *βοῆν* pro *βοᾷν*. At secunda in *μι*, *η* in *α* mutat: ut, *στᾶναι* pro *στῆναι*.
    - In tertia circumflexorum *ου* mutatur in *ευ* Doricè: ut, *χρυσεῦν* pro *χρυσοῦν*.
  - **Æolicus:** Barytonorum *ειν* mutant Æoles in *ην*, primæ circumflexorum *ειν* in *εις* et *ην*, secundæ circumflexorum *αν* in *αιν*, vel *αις* vel *αῖς*, tertiæ *ουν* in *οιν* vel *οις*, accentu ubique vel retento vel translato: ut, *ἐλθῆν* vel *ἔλθην* pro *ἐλθεῖν*, *ποιῆν* vel *ποίεις* pro *ποιεῖν*, *γελαῖν* vel *γέλαις* vel *γελαῖς* pro *γελᾷν*, *χρυσοῖς* vel *χρύσοιν* pro *χρυσοῦν*.
  - **Poëticus:**
    - Contractioni præmittunt Poëtæ *α*: ut, *βοάαν* pro *βοᾷν*.
    - In temporibus Atticè formatis *μ* geminant Poëtæ, quandoque verò *ε* in *η* mutant per *ἔκτασιν*: ut, *ταττέμμεναι* pro *ταττέμεναι*, *ποιήμεναι* pro *ποιέμεναι*.

Zz. Passivum quoque genus suis Dialectorum vicibus perfungitur, in Modo

- **Indicativo cum tempus est tum**
  - **Præsens:**
    - **Atticum:**
      - Secundæ singularis finale mutatur Atticè in ει, idque in omnibus ferè præsentibus et futuris Passivæ et Mediæ vocis: ut, τύπτει pro τύπτῃ. Olim in εσαι terminabatur: ut, φάγεσαι pro φάγῃ, καυχάεσαι, καυχᾶσαι, pro καυχάῃ, καυχᾷ.
      - Eadem secunda singularis verborum in μι Atticè contrahitur abjecto σ: ut, τίθεσαι, τίθεαι, τίθη, &c.
      - Breves vocales ex verbis abjiciunt Attici: ut, λοῦται pro λούεται, οἶμαι pro οἴομαι.
      - In verbis in μι vocalem longam servant Attici et Iones: ut, ὅρημαι pro ὅραμαι.
    - **Doricum:**
      - Secunda singularis præsentis, imperfecti et futurorum, ut et in Subjunctivo, formatur Ionicè à tertia singulari detracto τ ex ultima syllaba: ut, τάττεαι pro τάττῃ.
      - Prima pluralis desinens in μεθα omnium conjugationum, temporum et modorum, ad θ per epenthesin Ionicam et Doricam acquirit σ, ut, ταττόμεσθα pro ταττόμεθα.
    - **Ionicum:**
      - Mutant Dores ου in ευ: ut, ποιεῦμαι pro ποιοῦμαι.
      - Secunda singularis primæ circumflexorum contrahitur Doricè in η: secunda autem in μι desinit in α: ut, βοῆ pro βοῶ, ἵστα pro ἵστη. Dicit Antesignanus βοᾶσαι pro βοᾷ esse Doricum, quod alii antiquis Atticis tribuunt.
    - **Æolicum:**
      - Prima pluralis in μεθα omnium temporum, modorum et conjugationum Æolicè desinit in μεθε vel μεθεν: ut, λεγόμεθε vel λεγόμεθεν pro λεγόμεθα.
      - Doricum ευν Æolicè amittit ν: ut, ποιεῦται pro ποιεῦνται.
    - **Poëticum:**
      - Contractioni in α præmittitur α: in ω autem, ο vel ω Poëticè: ut, βοώωμαι pro βοῶμαι, βοάαται pro βοᾶται.
      - Tertia pluralis præsentis, imperfecti et futurorum formatur Poëticè à tertio singulari, ponendo α ante ται vel το, servata nonnunquam vocali longa vel diphthongo metri causa: ut, ταττέαται pro τάττονται, ποιέαται et ποιείαται pro ποιοῦνται.
  - **Imperfectum:**
    - **Atticum:** Secunda singularis verbi in μι passivæ et mediæ vocis Atticè contrahitur ex resolutione Ionica: ut, ἐτίθου pro ἐτίθεο, ἐτίθεσο.
    - **Ionicum:**
      - Secunda singularis formatur Ionicè ut tertia præsentis: ut, ἐτάττεο pro ἐτάττου, ab ἐτάττετο.
      - Prima pluralis desinit in μεσθα Ionicè et Doricè, ut in præsenti: ut, ἐταττόμεσθα pro ἐταττόμεθα.
    - **Doricum:** mutant Dores ου in ευ: ut, ἐποιεύμην pro ἐποιούμην.
    - **Æolicum:**
      - Hic quoque inserunt Æoles ante ομην per epenthesin tres literas εσκ, abjecto augmento, et dicunt ταττεσκόμην pro ἐταττόμην.
      - Prima pluralis formatur, ut in præsenti: ut, ἐταττόμεθε pro ἐταττόμεθα.
      - Doricum ευν Æolicè amittit ν: ut, ἐποιεῦτο pro ἐποιεῦντο.
      - Prima conjugatio in μι retinet Æolicè η: ut, ἐκαλήμην pro ἐκαλέμην.
    - **Poëticum:**
      - Contractioni præmittitur α, ο vel ω: ut, ἐβοοώμην pro ἐβοώμην, ἐβοάατο pro ἐβοᾶτο.
      - Tertia pluralis formatur, ut tertia præsentis: ut, ἐταττέατο pro ἐτάττοντο.
  - **Perfectum:**
    - **Atticum:**
      - Primæ singularis penultima, si duplex μμ fuerit, alterum mutatur in σ Atticè: ut, πέφασμαι pro πέφαμμαι. Sin fuerit σ, illud vel in δ mutatur, vel abjicitur: ut, πέφραδμαι pro πέφρασμαι, κεκόνιμαι pro κεκόνισμαι.
      - Tertia pluralis formatur à tertia singulari, apud Atticos et Iones, eo ferè pacto, quo apud Poët. ut, τετύφαται pro τετυμμένοι εἰσί. Consule tabulam Atticam. Hic brevitati studemus.
    - **Ionicum:** Prima pluralis, in μεσθα desinit Ionicè et Doricè: ut, τετάγμεσθα pro τετάγμεθα.
    - **Doricum:** Quartæ Barytonorum σ penultimam mutant Dores in δ: id quod alii Atticis attribuunt: ut πέφραδμαι pro πέφρασμαι.
    - **Æolicum:**
      - Prima pluralis Æolicè desinit in μεθε: ut, τετάγμεθε pro τετάγμεθα.
      - Penultimum α frequenter abit Æolicè in ο: ut, ἔφθορται pro ἔφθαρται.
    - **Poëticum:**
      - Nonnunquam per μετάθεσιν dicunt Poëtæ ἔσσυμαι pro σέσυμαι.
      - Tertia pluralis Atticè et Ionicè formata antepenultimam Poëticè nonnunquam servat longam: ut, πεποιήαται pro πεποιέαται.
  - **Plusquamperfectum:**
    - **Atticum:** Tertia pluralis formatur Atticè et Ionicè, ut tertia perfecti: ut, ἐτετύφατο pro ἐτετυμμένοι ἦσαν.
    - **Ionicum:** Prima pluralis Ionicè et Dor. desinit in μεσθα: ut, ἐτετύμμεσθα pro ἐτετύμμεθα.
    - **Æolicum:** Prima pluralis Æolicè desinit in μεθε: ut, ἐτετύμμεθε pro ἐτετύμμεθα.
    - **Poëticum:** Tertia pluralis Attica et Ionica antepenultimam Poëticè servat longam: ut, ἐπεποιήατο pro ἐπεποίηντο.
  - **Indefinitivum:**
    - **Atticum:** Aoristum posteriorem magis amant quàm anteriorem Attici.
    - **Doricum:**
      - Tertiam pluralem formant Dores, Æoles et Bœoti à prima singulari, longa in brevem mutata: ut, ἔταχθεν pro ἐτάχθησαν, ἔταγεν pro ἐτάγησαν ab ἐτάχθην, ἐτάγην, ἄγερθεν pro ἠγέρθεν vel ἠγέρθησαν.
      - Prima pluralis ultimum ν mutat Doricè in σ: ut, ἐτάχθημες pro ἐτάχθημεν.
      - Penultimam Aoristi primi per omnes modos et tempora Doricè corripi observat Neander: ut, ἐποιέθην pro ἐποιήθην. In participio, γαμεθεῖσα pro γαμηθεῖσα.
    - **Poëticum:** Verba quæ in præterito amittebant ν, illud in Aoristo primo Poëticè recipiunt: ut, ἐκλίνθην pro ἐκλίθην.
  - **Futura:**
    - **Attica:** Secunda persona Atticè in ει desinit: ut, τάξει pro τάξῃ, τετάξει pro τάξῃ, ἔσει pro ἔσῃ.
    - **Ionica:**
      - Secunda singularis à tertia formatur Ionicè, ut secunda præsentis: ut, τάξεαι pro τάξῃ, à τάξεται.
      - Prima pluralis Ionicè et Doricè desinit in μεσθα: ut, ταξόμεσθα pro ταξόμεθα.
    - **Poëtica:** Tertiam pluralem formant Poëtæ, ut tertiam præsentis: ut, ποιηθησέαται pro ποιηθήσονται, ταγησέονται pro ταγήσονται, τεταξέαται pro τετάξονται.
- **Imperativo, et reliquis modis, de quibus consule signum β β.**

α α. Medii generis eadem ferè est, quæ activi et passivi, inflexionis Dialectorum proprietas. Nos singula paucis adumbrabimus. Est ergo

- **Indicativus**
  - **Atticus:**
    - Præsens et futuri secunda singularis omnium conjugationum Atticè formatur, ut in Passivo: ut, τάττει pro τάττῃ, τάξει pro τάξῃ, τίθῃ pro τίθεσαι. Vide passivam vel Atticam tabulam.
    - Imperfecti et Aoristi secundi verborum in μι secunda singularis contrahitur, ut in imperfecto Passivo: ut, ἐτίθου pro ἐτίθεο, ἔθου pro ἔθεσο.
    - Plusquamperfecti prima et tertia singularis formantur Atticè, ut in activo: ut, ἐτετάγη pro ἐτετάγειν et ἐτετάγει.
    - Futura quibus libentiùs Attici quàm activis utuntur, formantur ut Attica activa: ut, ἀναβιβῶμαι pro ἀναβιβάσομαι, βαδιοῦμαι pro βαδίσομαι.
  - **Ionicus:**
    - Secunda singularis præsentis, imperfecti Aoristi secundi et futurorum, formatur, ut dictum in præsenti indicativi Passivi: ut, τάττεαι pro τάττῃ, ἐτάττεο pro ἐτάττου, ἐτύπεο pro ἐτύπου.
    - Prima pluralis in μεθα acquirit Ionicè σ: ut, ταξόμεσθα pro ταξόμεθα.
    - Plusquamperfecti prima et tertia singularis desinunt in εα et εε, ut in activo: ut, ἐτετάγεα pro ἐτετάγειν, ἤεα pro ἤειν.
    - Aoristi primi secunda singularis in ω, resolvitur Ionicè in αο, ut, ἐτύψαο pro ἐτύψω.
    - Futurum secundum resolvunt Iones: ut, ταγέομαι pro ταγοῦμαι. Sic resolvunt perfectum verbi εἶμι, dicentes ἤϊα pro ἦα.
  - **Doricus:**
    - Mutant ου in ευ Dores: ut, ἐτάττευ pro ἐτάττου, ἐτύπευ pro ἐτύπου, βαδιεῦμαι pro βαδιοῦμαι.
    - Prima pluralis in μεθα acquirit Doricè σ: in μεν mutat ν in σ: ut, ταττόμεθα pro ταττόμεσθα, τετάγωμες pro τετάγωμεν.
    - Perfecti tertia pluralis Doricè desinit in αντι: ut, τετάγαντι pro τετάγασι.
    - Plusquamperfecti prima et tertia singularis in η, tertia pluralis in εσαν desinit Doricè: ut, ἐτετάγη pro ἐτετάγει, ἐτετάγεσαν pro ἐτετάγεισαν.
    - Aoristi primi secunda singularis Doricè et Syracusiè in α: ut, ἐτάξα pro ἐτάξω.
    - Futurum primum circumflectunt Dores: ut, τυψοῦμαι et τυψεῦμαι pro τύψομαι.
  - **Æolicus:**
    - Imperfectum et Aoristos formant Æoles, ut imperfectum activum, insertis per epenthesin tribus literis σκ, et augmento ablato: ut, ταττεσκόμην, ταττέσκε, ταττέσκετο, ταττέσκοντο pro ἐταττόμην, ἐτάττου, ἐτάττετο, ἐτάττοντο: δασάσκετο pro ἐδάσατο. Hic tres literæ invertuntur, pro σκ sunt σκε.
    - Prima pluralis in μεθα α mutat Æol. in ε vel εν: ut, ἐταξάμεθε vel ἐταξάμεθεν pro ἐταξάμεθα.
    - Doricum ευν omittit Æolicè ν: ut, ταξεῦται pro ταξεῦνται.
    - Secunda singularis acquirit aliquando syllabam θα Æolicè: ut, οἶδασθα et οἶσθα pro οἶδας.
  - **Poëticus:**
    - Contractis in α et το Poëtæ præmittunt α, ο vel ω: ut, βοάωμαι pro βοῶμαι, &c.
    - Præterita nonnunquam transponunt Poëtæ: ut, ἔμμορα pro μέμορα, δέδορκα pro δέδρακα, à δέρκω.
    - Præteriti penultimam producunt Poëtæ: ut, δείδια pro δέδια.
    - Futurum secundum in tertia quoque circumflexorum fingunt Poëtæ: ut, ὁμοῦμαι ab ὁμόομαι. Ita etiam, cùm raro formetur præteritum medium in verbis sextæ barytonorum, Poëtæ illud non raro fingunt: ut, δέδηα à δαίω, κέκηα à καίω, πέφυα à φύω.
  - **Bœoticus:**
    - Præteriti perfecti tertia pluralis, ut, præteriti Activi, Bœoticè et Chalcidicè in αν desinit: ut, τετάγαν pro τετάγασι.
    - Futuri primi secundam syllabam ablato σ contrahunt in nonnullis Bœoti: ut, ἐργᾷ, operaberis, pro ἐργάῃ ex ἐργάσῃ, ἐργάσομαι, σκεδᾷ pro σκεδάσῃ.
- **Imperativus:** et reliqui modi exhibentur signo γ γ.

β β. Passivi verbi reliqui modi sunt

- **Imperativus:**
  - **Atticus:**
    - Secunda singularis verborum in μι contrahitur Atticè, ut secunda imperfecti: ut, τίθου pro τίθεσο, ἵστω pro ἵσταο.
    - Tertia pluralis usurpatur Atticè pro tertia duali, in præsenti et utroque Aoristo: ut, τυπτέσθων pro τυπτέσθωσαν, ποιείσθων pro ποιείσθωσαν. In præterito quoque πεποιήσθων pro πεποιήσθωσαν.
  - **Ionicus:** Resolvunt Iones ου in εο, ex σο autem removent σ: ut, φείδεο pro φείδου, τίθεο pro τίθεσο.
  - **Doricus:** Mutant ου in ευ Dores: ut, τάττευ pro τάττου.
- **Optativus:**
  - **Atticus:** in præterito perfecto Xenophon dixit μεμνῷτο pro μεμνῇτο.
  - **Ionicus:**
    - Prima pluralis fit in μέσθα Ionicè: ut, ταττοίμεσθα pro ταττοίμεθα.
    - Tertia pluralis extrito ν acquirit α: ut, ταττοίατο pro τάττοιντο.
    - Soluta potius terminatione, quàm contracta utuntur Iones: ut, ποιεοίμην pro ποιοίμην.
  - **Doricus:**
    - Præsentis η Doricè mutatur in α: ut, γενοίμαν pro γενοίμην.
    - Prima pluralis in μεθα vel μεν Doricè fit in μεσθα et μες: ut, γενοίμεσθα pro γενοίμεθα, ταγείημες pro ταγείημεν.
  - **Æolicus:** In Aoristo 2. Æoles pro θείμην, θεῖο, θεῖτο dicunt, θοίμην, θοῖο, θοῖτο.
- **Conjunctivus:**
  - **Ionicus:**
    - Terminationes circumflexas resolvunt Iones: ut, τυπτέω, pro τυφθῶ, τυπέω pro τυπῶ, ποιέωμαι pro ποιῶμαι.
    - Secunda singularis præsentis formatur à tertia Ionica, ut in præsenti indicativo: ut, τάττει pro τάττῃ.
    - Prima pluralis in μεθα acquirit Ionicè et Doricè σ: ut, ταττώμεσθα pro ταττώμεθα.
  - **Doricus:**
    - Prima pluralis in μεν, ν mutat Doricè in σ: ut, τυφθῶμες pro τυφθῶμεν.
    - Tertia pluralis Aoristorum Doricè desinit in ᾶντι: ut, ταχθᾶντι, ταγᾶντι, pro ταχθῶσι, ταγῶσι.
- **Infinitivus:**
  - **Atticus:** Aoristi desinunt Atticè et Doricè in ήμεναι, ut in activo dictum: ut, ταχθήμεναι pro ταχθῆν, &c.
  - **Ionicus:**
    - Aoristi Ionicè desinunt in ημεν ut in activo dictum: ut, ταχῆμεν pro ταχθῆναι.
    - Diphthongus ει primæ circumflexorum nonnunquam resolvitur Ionicè in εα: ut, ἀπολέασθαι pro ἀπολεῖσθαι.
  - **Doricus:** Secunda circumflexorum mutat α in η: ut, χρῆσθαι pro χρᾶσθαι.
  - **Æolicus:** Verba quintæ barytonorum, quæ habent ε in penultima præsentis, revocant tonum in tertiam à fine, α mutando in ο: ut, τέτορθαι pro τετάρθαι, à τείρω, &c.
  - **Poëticus:** In secunda circumflexorum penultimæ contractæ, Poëtæ α præponunt: ut, βοάασθαι, βοᾶσθαι.

γ γ. Reliqui Modi Medii generis sunt

- **Imperativus:**
  - **Atticus:**
    - Secunda singularis verborum in μι Ionicam terminationem Atticè contrahit, ut in passivo: ut, θοῦ pro θέσο, δίδου pro δίδοσο, ex θέο et δίδοο.
    - Tertia pluralis præsentis et Aoristorum Atticè formatur instar tertiæ dualis, ut in passivo dictum est: ut, τυψάσθων pro τυψάσθωσαν.
  - **Ionicus:** Secundam in ου vel verborum in μι in σο desinentem Iones formant, ut in passivo: ut, τάττεο pro τάττου.
  - **Doricus:** Mutant ου in ευ Dores: ut, τάττευ pro τάττου.
- **Optativus:**
  - **Ionicus:** prima pluralis in μεθα et tertia in το formantur Ionicè et Doricè, ut in passivo dictum est: ut, ταξαίμεσθα pro ταξαίμεθα, ταξαίατο pro τάξαιντο.
  - **Doricus:** Prima pluralis in μεν mutat ν in σ Doricè: ut, τετάγοιμες pro τετάγοιμεν.
  - **Æolicus:** Prima pluralis in μεθα Æolicè mutat α in ε vel εν: ut, ταξοίμεθε vel ταξοίμεθεν pro ταξοίμεθα.
- **Conjunctivus:**
  - **Ionicus:**
    - Secunda singularis præsentis Aoristorum formatur à tertia singulari, ut in indicativo dictum est: ut, τάξηαι pro τάξῃ, τάγηαι pro τάγῃ.
    - Prima pluralis in μεθα acquirit Ionicè et Doricè σ: ut, ταγώμεσθα pro ταγώμεθα.
  - **Doricus:** Prima pluralis in μεν mutat ν in σ Doricè: ut, τετάγωμες pro τετάγωμεν.
- **Infinitivus:**
  - **Æolicus:** Prima pluralis in μεθα Æolicè mutat α in ε vel εν: ut, ταξώμεθε pro ταξώμεθα.
  - **Atticus et Doricus:** Perfectum formatur in εμεναι Atticè et Doricè: ut, τεταγέμεναι pro τεταγέναι.
  - **Ionicus:**
    - Perfectum in εμεν desinit Ionicè: ut, τεταγέμεν pro τεταγέναι.
    - Futurum secundum resolvunt Iones: ut, ταγέεσθαι pro ταγεῖσθαι.
  - **Poëticus:** Perfectum Atticum efferunt Poëtæ duplicato μμ: ut, τεταγέμμεναι pro τεταγέμεναι.

E e. Ostensum hactenus, quomodo Dialectorum varietas sese habeat in unâ tantùm dictione. Jam etiam, quomodo si duæ vel plures conjungantur. Quæ conjunctio respicit vel

- Orthographiam solam, quando aliquid in scriptione plurium committitur contra vulgatam aliorum consuetudinem. Accidit ergo ut dictiones
  - Disjungantur quæ conjunctæ esse debebant: sive jam
    - Intercedat aliquid, per tmesin aut hyperbaton: quod Iones agunt et Poëtæ: et alii quoque aliorum Græcorum quandoque.
    - Nihil interveniat. Sic Attici dicunt οὐδὲ ἓν pro οὐδέν. Iones πέλοπος νῆσος pro πελοπόννησος.
  - Conjungantur, quod fit vel
    - Simplici conjunctione. Sic Attici dicunt κατακάρα pro κατὰ κάρα. Æoles, ὅσος pro ὁ σός.
    - Conjunguntur enim vel Contractione quæ varia est.
      - Vocales tantùm.
        - Αα in α: Atticè, τἀρχαῖα pro τὰ ἀρχαῖα. Dor. ἀναγορὰν pro ἀνὰ ἀγοράν.
        - Αε in α: Att. τἀπὶ pro τὰ ἐπί.
        - Αο in ω: Att. τὠστία pro τὰ ὀστία. Ion. θὦπλα pro τὰ ὅπλα. Dor. τὠνείρατα pro τὰ ὀνείρατα.
        - Αϊ in αι: Att. θαἰμάτια pro τὰ ἱμάτια.
        - Ηε in η: Att. μὴνδικα pro μὴ ἔνδικα. Dor. μῆστι pro μή ἐστι.
        - Οα in
          - α: Att. τἀργύριον pro τὸ ἀργύριον.
          - ω: Att. ὡνὴρ pro ὁ ἀνήρ. Ion. τὤγαλμα pro τὸ ἄγαλμα. Dor. ὥδωνις pro ὁ ἄδωνις. Æol. ὦλλος pro ὁ ἄλλος.
          - ου: Æol. τοὖλλο pro τὸ ἄλλο.
        - Οε in
          - α: Att. ἅτερος pro ὁ ἕτερος. Ion. item.
          - ου: Att. οὑμὸς pro ὁ ἐμός.
          - ω: Dor. ὦξ αἴτνας pro ὁ ἐξ αἴτνας.
        - Οϊ in οι: Att. θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον.——Οο in ου: Att. οὑλύμπιος pro ὁ ὀλύμπιος.
        - Οη in ω: Att. θὤμισυ pro τὸ ἥμισυ.——Ωα in ω: Ion. ὦναξ pro ὦ ἄναξ.
        - Ωε in ω: Dor. ut, ὠτᾶν pro ὦ ἐτᾶν.
      - Diphthongi
        - Αιε in
          - α: Att. κᾆτα pro καὶ εἶτα.
          - η: Dor. κῆφα pro καὶ εἶπα.
        - Αιευ in ηυ: Dor. κηὖ pro καὶ εὖ.
        - Αιοι in ω: Att. κᾦνον pro καὶ οἶνον.
        - Αιου in ου: Att. κοὐκ pro καὶ οὐκ.
        - Οιαι in ω: Dor. ᾡπόλοι pro οἱ αἰπόλοι.
      - Mixtè vocales et diphthongi simul. Ita ergo invicem miscentur, ut vel præcedant
        - Vocales
          - Ηευ in ηυ: Dor. et Att. μηὕρω pro μὴ εὕρω.
          - Οαυ in αυ: Ion. ὡυτὸς pro ὁ αὐτός.
          - Οοι in ω: Att. ὡκότριψ pro ὁ οἰκότριψ.
          - Ωοι in ω: Att. ἐγᾦδα pro ἐγὼ οἶδα.
          - Αια in α: Att. κᾄδικα pro καὶ ἄδικα. Dor. κᾆνις pro καὶ ἄνευ.
        - Diphthongi
          - Αιε in
            - α: Att. κἀγὼ pro καὶ ἐγώ. Dor. θάτεραι pro ταὶ ἕτεραι.
            - η: Att. κἂν pro καὶ ἐν. Dor. κἠκτοῦ αὐτοῦ pro καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.
          - Αιο in ω: Att. χὠκύων pro καὶ ὁ κύων.
          - Ηε in η: Att. τἠλεφαντίνῃ pro τῇ ἐλεφαντίνῃ.
          - Ηη in η: Att. θἠμέρᾳ pro τῇ ἡμέρᾳ.
          - Οια in ω: Att. ὦλλοι pro οἱ ἄλλοι. Ion. ὥνθρωποι pro οἱ ἄνθρωποι.
          - Οιε in
            - ω: Att. ᾅτεροι pro οἱ ἕτεροι. Ion. quoque.
            - ου: Att. οὑμοὶ pro οἱ ἐμοί.
          - Ουα in
            - α: Att. τἀνδρὸς pro τοῦ ἀνδρός.
            - ω: Att. τὠπόλλωνος pro τοῦ ἀπόλλωνος. Dor. τὤλγεος pro τοῦ ἄλγεος.
            - ωυ: Dor. τὠυτοῦ pro τοῦ αὐτοῦ.
          - Ουε in α: Att. et Ion. θατέρου pro τοῦ ἑτέρου.
          - Ουη in η: Att. θημετέρου pro τοῦ ἡμετέρου.
          - Ωα in ῳ: Att. τῴπόλλωνι pro τῷ ἀπόλλωνι. Dor. τὠγάλματι pro τῷ ἀγάλματι.
          - Ωε in α: Ion. et Att. θατέρῳ pro τῷ ἑτέρῳ.
          - Ωϊ in ῳ: Att. πατρῷον pro πατρῴϊον.
- Syntaxin, in qua etiam singularum Dialectorum proprietates observandæ essent. Sed quando Atticorum longè plures sunt, quàm cæterorum, ex privatis tabulis, quæ hîc observanda, imitandáve fuerint, quisque commodiùs longè addiscet, quàm si hac proportionis singularum imparitate, in unum locum consarcinarentur omnia. Nos ope viri optimi, H. Stephani, æterna memoria dignissimi, quæ Atticorum elegantia fuit, studiosè consignavimus. In reliquis taciturniores fuimus, quòd tali viæ præmonstratore careremus, et ipsi aliorum negotiorum συνδρομῇ, in hac grammaticali statione, minùs vigilantes esse possemus. Sed bene habet: ad aditum singularem diligens lector constitutus est. Si, quam monstravimus in bonorum auctorum lectione regiam eam fuerit ingressus, tandem eò perveniet; unde communis linguæ, et singularum nationum privatæ discrimen facili negotio sit deprehensurus. Interea ne quis hac parte nostrum jure officium desiderare possit, ad fontem duntaxat syntacticæ varietatis digitum intendimus. Vide signum ∂ ∂.

R r. Reliquas etiam partes orationis diversimodè eloquuntur privatæ Græcorum nationes et populi:

- ADVERBIA vel
  - NOVA fingunt:
    - Attici Adverbia in loco efferunt per dativum pluralem secundæ simplicium: ut, θήβησιν pro ἐν θήβαις, ἀθήνησιν pro ἐν ἀθήναις.
    - Poëtæ ex omnibus faciunt adverbia per paragogen voculæ δε: ut, μέγαράδε, ad Megaram, οἶκόνδε, ad domum, ἅλαδε, ad mare: ubi δε videtur supplere significationem præpositionis εἰς.
  - Usitata vel
    - Augent:
      - Attici per prosthesin dicunt ἐχθὲς pro χθές: per paragogen, οὑτωσὶ pro οὕτως, ὡσπερεὶ pro ὥσπερ, πάνυτι pro πάνυ, ναιχὶ pro ναί.
      - Iones ea adverbia, quæ descendunt à genitivis pluralibus nominum in ης et ες primæ contractorum, dissolvunt immisso per epenthesin ε: ut, ἀληθέως pro ἀληθῶς, ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.
      - Dores dicunt τὼς pro ὥς, οἴκαδες pro οἴκαδε.
      - Poëtæ τίη inquiunt pro τί, cur?
    - Minuunt:
      - Attici ἅπερ dicunt pro καθάπερ, πρῷ pro πρωΐ. Scribit Corinthus et Philoponus, δέον dici pro δεόντως, πρέπον pro πρεπόντως: quod pernegat Stephanus.
      - Iones οὕτω dicunt pro οὕτως, sequenti vocali: ut, οὕτω εὐπετέως, apud Herodotum.
      - Dores πῶ dicunt pro πόθεν.
      - Æoles ἔνθα, ὄπισθα, pro ἔνθεν, ὄπισθεν, ε in α mutato.
      - Poëtæ τάχα pro τάχιστα dicunt, ἀντικρὺ pro ἀπαντικρὺ, τίπτε pro τίποτε, ἄντα pro ἐναντίαν, περ pro καίπερ. Imprimis, σ et ν per apocopen detrahunt: ut, πολλάκι pro πολλάκις, χῶρι pro χῶρις, πρόσθε pro πρόσθεν, ὄπισθε pro ὄπισθεν, ἑκατέρωθε pro ἑκατέρωθεν.
    - Mutant:
      - Attici adverbia in ον à neutris nominibus ducta, in terminatione plurali efferunt, et ab Eustathio vocantur πληθυντικὰ ἀττικά: ut, πρῶτα pro πρῶτον, πρότερα pro πρότερον, φίλα pro φίλον. Præterea dicunt, ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα, ἐνθαδὶ pro ἐνθάδε, δευρὶ pro δεῦρο, ἄλλη pro ἄλλως, ποῦς pro πῶς, ἀμηγέπη pro ἀμωσγέπως.
      - Iones dicunt δεύρω pro δεῦρο.
      - Dores ὄψ ex ὀπίσω formant. Dicunt etiam πλατίον pro πλησίον, ἄλλοκα pro ἄλλοτε, ἁμᾶ pro ὁμοῦ, ὅκα pro ὅτε, ὅπα pro ὅπη, πᾶ pro πῆ, τόκα pro τότε, ἔνδοι pro ἔνδον.
      - Æoles adverbia in θεν, ν abjecto, mutant in α; ut, ἄτερθα pro ἄτερθεν, ὄπισθα pro ὄπισθεν.
- Vide in signo ☞

9 U

- ☞
  - Præpositiones
    - Augent: Poëtæ frequenter iota vel inserunt vel adjiciunt præpositionibus: ut, ἐνὶ, εἰνὶ, εἰν pro ἐν, ὑπαὶ pro ὑπὲρ, καταὶ pro κατὰ, πεὶ pro περὶ, ἀπαὶ pro ἀπὸ, ὑπαὶ pro ὑπό.
    - Minuunt: Dores inquiunt πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνά. Hoc tamen alii Poëtis tribuunt.
    - Mutant:
      - Dores ποτὶ et προτὶ dicunt pro πρός. Nam mutant σ in τ, iota etiam per paragogen adjiciunt, et literam ρ vel retinent vel negligunt. Hinc composita, πόταγε pro πρόσαγε.
      - Æoles ἀμπὶ pro ἀμφὶ dicunt, ζὰ pro διά, πρὲς pro πρός.
  - Conjunctionestum
    - Augent: Poëtæ πάρος à πρὸ faciunt, pro quo etiam dicunt, πάροιθεν, προπάροιθεν.
    - Minuunt: Poëtæ περ dicunt pro καίπερ, ἄρ' pro ἄρα.
    - Mutant:
      - Iones ὦν pro οὖν dicunt, γῶν pro γοῦν.
      - Dores αἰ dicunt pro εἰ, αἴπερ pro εἴπερ, αἴκεν pro εἴκεν, αἴκα pro εἴκε, γὰ pro γε, κἄνς pro καὶ ἄνευ. Nonnulli ipsis etiam tribuunt, ὦν pro οὖν.

- δ δ. De syntactica orationis structura, secundum Idiomatum et Dialectorum varietatem dicturi, viam hactenus inter Grammaticos usitatam, servare possemus. Sed quando materiæ dicendi serviendum est, nos omnes diversitates ad quantitatem orationis compendio reducemus. Quantitatem vocamus, quum una dictio vel plures abundârint, defecerintve: qualitatem, cùm accidentis alicujus mutatio intervenerit. In orationis ergo structura vel
  - Abundat
    - Integrum membrum: quando membra synonyma copulantur, Attico more: ut apud Homerum, μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι, καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν.
    - Una tantùm dictio: nimirum
      - Articulus. Hic apud Atticos abundat, vel bis positus, vel postpositivo, Nomini, verbo junctus: ut, τὰ ποῖα τὰ ταῦτα λέγεις; pro ποῖα ταῦτα λέγεις; τὰ τίνα λέγεις; pro τίνα λέγεις; Vide Atticorum tabulam quæ de hoc et de aliis copiosè præcipit.
      - Nomen: ut, ποῖος δέ τίς ἐστι, apud Atticos pro ποῖος δέ ἐστι; πᾶς τις pro πᾶς: θάνατόν τι μόρον τε: λῆρον ληρεῖς, &c. Vide suo loco.
      - Pronomen: ut, quando Attici dicunt, ἐμὸν αὐτοῦ pro ἐμὸν, ἡμῖν αὐτοῖς pro ἡμῖν.
      - Verbum. Sic apud Atticos abundat φάναι, εἶναι, et alia: ut, τὸ σήμερον.
      - Participium. Inquiunt Attici γραπτέον ὂν pro γραπτέον: παίζεις ἔχων pro παίζεις. Sic ἄγων, ἰὼν et alia παρέλκει.
      - Adverbium. Apud Atticos πλεονάζει οὐ, ὡς, πάνυ, μάλα, τι adverbialiter positum: ut, οὐ μὴν ἀλλὰ pro ἀλλά μην. Dicunt etiam λίαν πάνυ pro λίαν: in primas duas vel tres negationes, intendendæ inficiationis ergô jungunt: ut in ἀπαγορεύω; μὴ στεφανοῦν, μὴ abundat, et in οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, μὴ οὐκ superfluit.
      - Conjunctio. Attici frequenter otiosè adhibent particulas, ἀλλὰ, ἂν, γὰρ, ἢ, καὶ, ὅτι, ὡς, τοι: ut, τῶν δὲ παίδων λεγόντων, ὅτι ταῦτά σοι κτᾶται, apud Plut. Cætera vide suo loco. Apud Iones etiam sæpius redundant particulæ, ἄρα, γε, ὦν, τε: ut, ἔπειτε ταῦτα ἐγένετο pro ταῦτα ἐγένετο.
      - Præpositio. Apud Atticos πρὸς et aliæ, in et extra compositionem superfluum est: ut, μετάγγελος pro ἄγγελος. Quandoque ἀμφὶ et περὶ ἐκ παραλλήλου junguntur: ut, ἀμφὶ περὶ κρήνην.
  - Deficit
    - Articulus. Atticorum est, articulos supprimere: ut apud Platonem, παρῆσθα δὲ αὐτὸς λεγομένοις pro τοῖς λεγομένοις.
    - Nomen hoc facit, quod ait Corinthus, Defectus Atticorum sunt: ut, ἐν βραχεῖ scilicet χρόνῳ, διὰ ὅλου scilicet βίου.
    - Verbum. Apud Atticos sæpè desiderantur ἐστι et alia verba. Vide tabulam Atticorum.
    - Participium. Articulus brevitati serviens, sæpiùs est indicium subauditi participii apud Atticos: ut, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, scilicet ὤν.
    - Adverbium:
      - Attici persæpè omittunt adverbia, ὦ exclamandi, ὡς, ἕνεκα, μᾶλλον, μόνον, ὥστε, ἄλλως, ὀλίγου, et alia: negativa item. Exempla propria tabella exhibebit.
      - Dores οὐ γᾶν dicunt pro οὐ μὰ τὴν γᾶν, apud Theocritum.
    - Præpositio. Desunt sæpiùs apud Atticos, διὰ, ἀπὸ, ἀντὶ, εἰς, ἐκ, ἐν, ἐπὶ, περὶ, πρὸ, πρὸς, σὺν, ὑπὸ, &c. καλὸς τὸ σῶμα pro κατὰ τὸ σῶμα: quæ synechdoche est Grammatica.
  - Mutatur partim orationis
    - Ordo:
      - Atticorum consuetudo hac parte notanda est diligenter. Sæpiùs enim, dum membra copulant, quod prioris fuerat, sequenti tribuunt, et vice versa: nominum transpositorum casibus vel mutatis, vel servatis integris. Exempla cùm sint prolixiora, ex Atticorum tabella mutuari quisque potest.
      - Ionibus etiam anastrophe frequenter in usu est: ut apud Herod. lib. 4. ὑπερβορέων δὲ περὶ ἀνθρώπων, pro περὶ ὑπερβορέων δὲ ἀνθρώπων, &c.
    - Terminatio in membris vel
      - Pluribus. Atticorum hac parte loquendi modum propria tabella exhibebit, quo pacto Genere, Numero, Casu, Tempore, Modo, Persona, discordent invicem duo vel plura orationis membra.
      - Uno in quo τῆς φράσεως ἐνάλλαξις observari potest, in omnibus partibus orationis, in
        - Articulo. Attici hujus et genus mutant: ut, τὼ τείχεα pro τὰ τείχεα, τὸ τῶν ὀνύχων pro ὄνυχες, vide suo loco: et Numerum: ut, οἱ περὶ Πλάτωνα pro ὁ Πλάτων.
        - Nomine. Hoc in constructione variat
          - Qualitatem. Substantiva usurpant pro adjectivis Attici et Dores: ut, ἄνθρωπον ἦθος pro ἀνθρώπινον.
          - Speciem. Attici Primitiva usurpant pro comparativis: Comparativa pro Positivis et Superlativis: Superlativa pro comparativis: Denominativa pro primitivis. Exempla dabit privata tabula.
          - Numerum. Attici utuntur singulari pro plurali: Duali pro plurali, ut et Dores: plurali pro duali et singulari. Quod postremum etiam inter Dores in usu est.
          - Casum. Attici Nominativum usurpant loco Genitivi, ut, et Iones: loco vocativi etiam: Genitivum loco nominativi et accusativi, Dativum loco genitivi, ut et Dores et Æoles: Accusativum vice genitivi et dativi: Vocativum loco nominativi, ut et Æoles.
        - Pronomine. Apud Atticos quandoque Relativum sequitur casum verbi præcedentis. Reliqua vide suo loco.
        - Verbo quod variat
          - Genus. Attici Activis utuntur pro passivis, et vice versa. Hoc etiam Poëtis usitatum.
          - Modum. Attici Indicativum usurpant vice Optativi: Imperativum vice indicativi et subjunctivi: Optativum vice indicativi, imperativi et subjunctivi: Infinitivum vice indicativi et imperativi. Hoc postremum etiam Iones factitant. Dores Subjunctivo pro indicativo utuntur.
          - Tempora. Attici utuntur Præsenti tempore pro imperfecto et futuro: Imperfecto pro præsenti, ut et Iones perfecto pro præsenti, unà cum Ionibus: Plusquamperfecto pro præsenti et imperfecto: Aoristo pro Præsenti et futuro. Futuro pro præsenti et Aoristo.
          - Numerum. Attici Neutro plurali adjungunt verbum singulare: γράμματά ἐστι πάντα.
        - Participio. Attici præsens tempus loco futuri usurpant: et accusativum casum loco genitivi. Usurpant etiam participium pro nomine, verbo et adverbio, ut suo loco docetur: Æoles similiter Participio pro verbo utuntur. Poëtæ numerum dualem pro plurali adhibent.
        - Adverbio. Attici adverbiis addunt articulos: ut, τὰ πρῶτα pro πρῶτα.
        - Præpositione. Attici et Poëtæ Præpositionibus nonnunquam eos casus adjungunt, quos usus Græcorum communis respuere solet. Docebunt id peculiares tabulæ. Nos brevitati servientes, duntaxat ad fontem intendere voluimus.

Δόξα τῷ Θεῷ.

APPENDIX

EORUM

Quæ in ipso Lexico commodè tractari non potuerunt, interim tamen iis, qui feliciter in Græcis Auctoribus, inprimis verò Poëtis versari cupiunt, apprimè necessaria visa sunt,

Cùm ad Idiomata Græcorum varia percipienda, tùm ad diversas vocabulorum plurimorum, diversis accentibus insignitorum, Significationes cognoscendas, Græcæ linguæ studiosis utilissima futura.

DE GRÆCÆ LINGUÆ DIALECTIS, EX SCRIPTIS JOANNIS GRAMMATICI, QUÆ TEXNIKÀ FUERUNT INSCRIPTA.

ΔΙΑ'ΛΕΚΤΟΣ est linguæ ἰδίωμα, id est, proprietas. Sunt autem dialecti quinque, Attica, Dorica, Æolica, Ionica, Communis. Et Attica quidem vocata est ab Atthide Cranai filia: Æolica verò, ab Æolo Hellenis filio. Dorica, à Doro Hellenis filio: Ionica, ab Ione filio Xuthi, qui fuit Hellenis et Creüsæ Erechthei filiæ. Communis autem, quæ ex his quatuor constat. Habet autem unaquæque dialectus proprium idioma.

De Ionica dialecto.

Ionica dialectus illa est, quà usi sunt Iones: hæc autem illis antiqua esse videtur. Proprium illius est, pro α uti η, et circumflexas syllabas in duas partes dividere: et pro π, accipere κ: et pro aspiratis collisionibus tenues proferre: et è quibusdam dictionibus ι eximere.

Utuntur igitur η pro α: ut (quum dicunt) θύρην pro θύραν, et ἡμέρην pro ἡμέραν, et ὠφελείην pro ὠφέλειαν. Circumflexas autem syllabas in duas dividunt, quum pro ποιεῖν dicunt ποιέειν. Pro π, κ accipiunt: pro πῶς enim κῶς dicunt. Pro aspiratis synalœphis tenues proferunt, quum dicunt pro ἐφίππων ἐπίππων: et pro ἐφορᾶν ἐποςᾶν. Quibusdam dictionibus ι auferunt, pro ποιεῖσθαι, ποιέεσθαι dicentes. Dicta est autem Ionica ab Ione filio Apollinis et Creüsæ Erechthei filiæ.

De Attica dialecto.

Attica verò dialectus est, quà usi sunt Athenienses. Peculiare autem ipsius est, affatim uti contractionibus, et dictiones indivisim proferre. Præterea verò τ et ρ pro σ sumere: et υ pro ε, et σ pro ξ.

Contractionibus igitur abunde utuntur, quum dicunt θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον, et φροίμιον pro προοίμιον. Indivisim verò nonnullas dictiones proferunt, quum dicunt πατρῷον pro πατρώϊον: et Νηρῆδα pro Νηρηΐδα. Accipiunt præterea ρ et τ, pro σ. nam θάλασσαν efferunt θάλατταν: et πράσσειν πράττειν. Rursus pro θαρσαλέως, ἄρσενα, θαῤῥαλέως, ἄῤῥενα dicunt. Pro ε summunt υ: ut, τοὔνδυμα pro τὸ ἔνδυμα: τοὔγκλημα pro τὸ ἔγκλημα: τοὔλαιον pro τὸ ἔλαιον: τοὐπίσημον pro τὸ ἐπίσημον: τοὔργον pro τὸ ἔργον. Pro σ verò ξ usurpant, quando dicunt ξύμπας pro σύμπας: et ξυμφορὰν pro συμφοράν: et ξυνέηκεν pro συνέηκεν: et ξύμβολον pro σύμβολον: et ξυνθήκη pro συνθήκη. Vocata autem est Attica, quæ Atticorum est, ab Atthide Cranai filia.

De Dorica dialecto.

Dorica autem vocata est dialectus, qua usi sunt Dores. Ejus proprium est, pro η, α uti, et pro ω, α, et pro fœmininis nominibus singularibus, plurales casus proferre: et pro ου diphthongo ω uti, et pro ει diphthongo υ assumere, et interdum pro θ, σ, et quibusdam dictionibus ι detrahere.

Pro η igitur α utuntur, quum dicunt ἅλιον pro ἥλιον: pro ἡμέραν, ἁμέραν: et pro ἡ Κύπρις, ἁ Κύπρις: et ἁδὺ pro ἡδύ. Pro ω autem α utuntur, quum dicunt pro μουσῶν, μουσᾶν: pro θυρῶν, θυρᾶν. Pro singularibus autem fœmininis nominibus plurales casus proferunt, dicendo pro καλὴν καλὰς, σοφὴν σοφάς. Pro ου autem diphthongo ω utuntur, dicendo pro μούσας μώσας. Pro ει autem diphthongo η utuntur, quum dicunt pro ἰδεῖν, δραμεῖν, λαβεῖν: ἰδῆν, δραμῆν, λαβῆν. Sed et λάβεν pro λαβεῖν: et δράμεν pro δραμεῖν: et ἦλθεν pro ἐλθεῖν dicunt. Dorica autem appellata est à Doro Hellenis filio.

De Æolica dialecto.

Æolica autem dicitur dialectus, qua usi sunt Æoles. Proprium autem ipsius est acutas dictiones invertere, et quibusdam nominibus fœmininis accusativi casus ι addere: et aliquando pro υ, ω uti, et pro ο, ω: et incipientia à vocalibus tenuiter proferre: et pro ει diphthongo η ponere: et collocare in dictionibus ante ρ, β: pro gemino μμ, geminum ππ assumere.

Invertunt igitur acutas dictiones, pro ποταμὸς, πόταμος dicentes, et pro καλὸς, κάλος. Quibusdam autem nominibus fœmininis accusativi casus ι apponunt, ut quum dicunt pro καλὰς, καλαῖς: pro σοφὰς σοφαῖς. Pro ου verò ω utuntur, ut quum dicunt λιπῶσαι pro λιποῦσαι, et ἰδῶσαι pro ἰδοῦσαι: et λαλῶσαι pro λαλοῦσαι. Pro ο, ω utuntur, quum dicunt ὤμοιον pro ὅμοιον. Inchoantia verò a vocalibus, tenuiter proferunt, quum ἡμέρα attenuant, ἥλιος et ὑμεῖς. Pro ει autem diphthongo utuntur η, pro Κυθαίρειαν Κυθαίρηαν dicentes, et pro μαθεῖν, et ἐλθεῖν, μαθῆν et ἐλθῆν. Ponunt in quibusdam dictionibus ante ρ, β: pro ῥόδα βρόδα dicentes: pro ῥάκη βράκη. Pro gemino autem μμ geminum ππ accipiunt, pro τὰ ὄμματα, ὄππατα dicentes. Sunt et quædam quæ peculiariter apud eos formantur. nam κατὰ pro μετὰ præpositione accipiunt. Aliquando et pro βουλὴν βωλὴν dicunt, et pro γῆν, γᾶν: et pro ἀγῶνα, ἄγωνον, ac pro Πρίαμον, Πέῤῥαμον. Appellata est Æolica lingua ab Æolo Hellenis filio.

De communi Dialecto.

Qui nolunt communem dialectum annumerare prædictis quatuor, hanc rationem afferunt. Neque enim aiunt habere proprium, sed sicut quadripharmaca vis ex quatuor pharmacis constans quadripharmacum dicitur, nihil proprii habens: sic et communis dialectus ex quatuor conflata, non debet his annumerari. Ex iis autem qui communem dialectum introducunt, alii dicunt quòd omnibus immixta est dialectis ejusdem vocis, ut φίλος, νὺξ et hujusmodi: alii inquiunt non habere formam, sed ex variis dictionibus esse congregatam. Mutationes autem ipsius non inveniuntur. Ionicâ scripsit Homerus, Atticâ Aristophanes, Doricâ Theocritus, Æolicâ Alcæus, communi Pindarus.

ALITER DE DIALECTIS.

Dialectus, est dictio propriam formæ notam ostendens, vel dictio peculiarem vel communem ostendens notam. Dialecti autem sunt (si et communem quis annumeraverit) quinque, Ionica, Attica, Dorica, Æolica, Communis. Nam quinta propriam non habens notam, communis nominata est, vel quia communiter omnium notis utitur, et ex quatuor constat: vel quia communiter eâ omnes utuntur: vel qui eæ omnes ex hac tanquam subjecta incipiunt. Remittere autem oportet hanc quidem quasi ad regulam, reliquas verò ad proprietatem. Barbaras quidem certè, quum sint multæ, eæque comprehendi nequeant, non est facilè tradere: atque adeò dicendæ non sunt dialecti, sed linguæ. At verò Hellenicas inde contigit appellari, quòd quum Hellen Jovis quidem filius, cognomento autem Deucalion loca per Græciam occupâsset: omnes quidem contigit dici Hellenicas voces, sigillatim verò denominationes ab illius filiis accepisse. Dispersis enim iis in plura loca, atque eandem vocem non ampliùs servantibus, sed cum locorum mutatione unà vocem quoque mutantibus accidit dialectos dici. A Doro ergo Deucalionis et Pyrrhæ filio, qui migrarunt in loca circa Parnassum et Asopum, Dores ab ipso appellari omnes contigit, et dialectum Doricam, quâ valde utuntur Rhodii et Cretenses et Peloponnesii, et Siculi, et Libyci, et antiqui Epiri incolæ.

Ab Æolo autem Hellenis filio et Pyrrhæ, Æolica vocata est. Hic enim quum decem urbes condidisset, et regionem Æoliam, dialectum Æolicam nominavit.

Ionica autem ab Ione Xuthi filio Hellenis et Creüsæ Erechthei filiæ vocata est. Hic enim linguam quæ eadem atque Attica videbatur, quum commigrasset et condidisset tredecim urbes, à se Ionicam appellavit; urbes autem hæ sunt, Clazomenæ, Lebedus, Phocæa, Priene, Miletus, Mycale, Erythra, Tius, Samus, Colophon, Ephesus, Chius, Smyrna.

Attica autem vocata est, vel ab Atthide Cranai filia, (fuit autem is Atticæ rex) vel eo quòd ad litus esset, quasi ἀκτικῆτιν dixeris.

Intelligitur autem dialectus trifariam: per totius nominis immutationem, per immutationem quæ est in parte quadam, per immutationem quæ est per accidens. Per totius nominis immutationem, ut quum Æoles muliebre indumentum καταγωγὴν vocant; Attici autem, ἀλευρότησιν, quod nos τηλίαν, et similia. Per immutationem, quæ est in parte quadam, vel per Prosthesin, (ut Æoles pro ῥόδα βρόδα dicunt:) vel per Aphæresin, (ut Dores φέρεν et λέγεν pro φέρειν, et λέγειν efferunt) vel per metathesin, ut pro δίφρον dicunt δρίφον. At ex immutatione quæ est per accidens, vel in accentu, vel in spiritu, quem appellamus. In accentu, ut Attici quidem dicunt ἱκάνω, ἵκανον: et ἐλαύνω, ἔλαυνον: Dores autem pro πάντως dicunt παντῶς, et ὁιτῶς pro οὕτως: et similia, quæ dividimus per singularum dialectorum proprietates. In spiritu autem, ut Attici, quod apud nos tenuiter est, ipsi aspiratè proferunt.

De singulis quæ Atticæ dialecto propria sunt.

Attica dialectus mutat σ, modò in τ, modò in ξ: nam pro θάλασσαν, θάλατταν dicit: et pro σεῦτλον, τεῦτλον: et pro συμφορὰν, ξυμφορὰν, et pro σύμβολον, ξύμβολον. Vertunt autem σ in ξ, in præpositione σὺν, etiam seorsum.

Semper in εις plurales nominativos à masculinis in ευς factos, per η profert: ut, γονῆς pro γονεῖς, et βασιλῆς pro βασιλεῖς.

In αος desinentia masculina antepenult. vel ultima acuta, per εως profert: ut, Μενέλεως pro Μενέλαος: et λεὼς pro λαός: et νεὼς pro ναός.

Dictionibus addit iota: ut νυνὶ, οὑτοσὶ, τουτονὶ, πρινὶ, nos autem νῦν, οὗτος, τοῦτον, πρίν.

In ευς nomina, per ω in Genitivo effert: ut, Ἀριστεὺς, Ἀριστέως: simili modo, Πηλεὺς, Πηλέως.

Synalœphæ Atticorum sunt propriæ: ut, τῷ 'μῷ pro τῷ ἐμῷ: sic ἔρχομ' ἔχων pro ἔρχομαι ἔχων.

Ablationes literæ iota Atticorum sunt propriæ, et Dorum, et Æolum: ut, ἕταρον pro ἑταῖρον: et ἐς χρύσαν pro εἰς χρύσαν.

Sumere vocativos pro nominativis, Atticorum est proprium; ut, νεφεληγερέτα Ζεὺς pro νεφεληγερέτης: et ἱππότα Νέστωρ pro ἱππότης: et εὐρυόπα Ζεὺς pro εὐρυόπης. Nominativi enim pro vocativis, et vocativi pro nominativis. Hæc autem solùm Atheniensium figura.

Defectus partium orationis Atticorum sunt, et Dorum, et Ionum: ut in κόπτων ἀμφοτέρησι, deest χερσίν.

Accipere accusativos casus pro genitivis, Atticorum est: ut, Μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην pro τούτου.

Semper passivis verbis pro activis utitur: ut, γράφομαι pro γράφω: et ποιοῦμαι pro ποιῶ.

Item Atticorum est ποιείσθων et νοείσθων dicere pro ποιείτωσαν et νοείτωσαν.

In ως desinentia adverbia qualitatis, in ον terminat. nominibus enim pro adverbiis utitur: ut, δέον et πρέπον, pro δεόντως et πρεπόντως.

In ονες desinentes nominativos comparativorum nominum in ους terminat: ut, μείζους, et χείρους, et καλλίους, pro μείζονες, et χείρονες, et καλλίονες.

Synalœphis immodicè utitur: nam pro τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον: et pro τὸ ἔλαιον, τοὔλαιον dicit.

Σ pro ρ utitur: nam pro θάῤῥος, θάρσος dicit: et pro θαῤῥαλέον, θαρσαλέον: et ἄρσεν pro ἄῤῥεν.

Ου pro ει usurpat quum dicit, τοὔνδυμα, et τοὔγκλημα, et τοὔπος: pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔπος.

Nominativis pro vocativis sæpe utitur: ut, ὦ φίλος pro ὦ φίλε.

Superlativis pro comparativis sæpe utitur, ubi dicendum esset θηριωδέστερος πάντων, dicens θηριωδέστατος.

Η pro ε usurpat. vertit enim ε in η, velut quum dicit ἠδυνάμην, et ἠβουλόμην.

Attica dialectus licet mutationes acceperit pro temporum varietate, tamen antiquam formam refert. nam dualibus videmus uti et comicos Poëtas, et Atticos scriptores: dicentes τὼ πόδε, et τὼ χεῖρε, et νὴ τὼ θεὼ, et Διὸς κούρω. Dicit Plato Philosophus in Gorgia, τὼ γὰρ ξένω τώδε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν ἀμφοτέρω ἐστὸν, καὶ φίλω ἐμώ. Item δυοῖν ὀβολοῖν, et δυοῖν χαλκοῖν, et ταῖν θεαῖν.

Quæcunque in ος desinentia habent α in penultima, ea per ω et ε efferunt: ἵλεως pro ἵλαος, et per obliquos sequendo nominativi formam: ut, Μενέλεω pro Μενελάου: et in dativo similiter, cum ι subscripto Μενελέῳ, additione ν, τοῖν Μενέλεων. Accusativum, Μενέλεων. Pluralem autem rectum, æquè atque singularem dativum, Μενέλεῳ. Genitivum Μενέλεων: Dativum autem cum ι, τοῖς Μενέλεως. Accus. τοὺς Μενέλεως.

Item Atticæ est dialecti, pro εὐφυῆ et ὑγιῆ, εὐφυᾶ et ὑγιᾶ dicere: et pro Εὔβοια et Πειραιέα, dicere Εὐβοιᾶ et Πειραιᾶ. Hoc autem consuevere facere in quibus ultima syllaba in purum η desinit, penultima autem habet ε vel α, ut in propositis. Minimè verò in quibus cum consonante desinit: ut, εὐμενῆ, εὐτυχῆ. non enim dicent εὐμενᾶ aut εὐτυχᾶ. Neque rursum in quibus consonans præfixa est literæ ε quæ habetur in penultima: ut, βασιλέα, δρομέα.

In hujusmodi verbis, ἐδυνάμην, et ἐβουλόμην, et ἔμελλον, ε in η mutat dicendo ἠδυνάμην, et ἠβουλόμην, et ἤμελλον. Etiam in ἀνὰ præpositione mutant α in η, ἠνειχόμην dicentes pro ἀνειχόμην.

In verbis secundam personam passivam habentibus desinentem in ῃ, eam per ει diphthongum efferunt: βούλει enim dicunt pro βούλῃ. Quum verò fuerit subjunctivum, dicunt quemadmodum nos, ἐὰν βούλῃ.

Optativa sumunt pro subjunctivis: ἐὰν ἔλθοις pro ἐὰν ἔλθῃς, et ἐὰν ἔλθοι pro ἐὰν ἔλθῃ.

Auferunt autem sæpius et ι, pro κλαίειν dicentes κλάειν, et μύαν pro μυῖαν: et μητρυὰν pro μητρυιάν: et ποεῖν pro ποιεῖν: et πόημα pro ποίημα.

Et loco πρὸς præpositionis, ὡς usurpant: ubi dicimus πρὸς τὸν βασιλέα, et πρὸς τὸν φίλον, dicentes ὡς τὸν βασιλέα et ὡς τὸν φίλον.

Proprium autem ipsorum est et in α desinentes singulares accusativos mascul. per η proferre: ut, Εὐρυσθῆ pro Εὐρυσθέα, et Πηλῆ pro Πηλέα, et Τυδῆ pro Τυδέα.

Utuntur et passivis pro activis: ut, Λοιδορούμενος pro λοιδορῶν: Φαινούμενος pro φαίνων: Φενακιζόμενος pro φενακίζων: Διακονούμενος pro διακονῶν: Διαβαλλόμενος pro διαβάλλων: Μισούμενος pro μισῶν.

Interdum verò activa ponunt pro passivis: ut, πολιτεύειν pro πολιτεύεσθαι, et γράφειν pro γράφεσθαι, et similia.

Indefinita tempora, et futura integra passiva ipsi in communia sæpe mutantes, dicunt pro μισηθήσεται, μισήσεται: et pro ζητηθήσεται, ζητήσεται: et pro τιμηθήσεται, τιμήσεται, ac similia.

Ab ίζω autem futura, abjicientes σ, circumflectunt, ὀνειδιῶ dicentes pro ὀνειδίσω: et ῥαντιῶ pro ῥαντίσω: et μυκτηριῶ pro μυκτηρίσω.

Delectantur etiam plerumque syncopa. nam pro Νηρεΐδας, Νηρίδας dicunt, et pro Ἀπόλλωνα, Ἀπόλλω, et pro ἀμείνονα, ἀμείνω, et pro κρείττονα, κρείττω.

Mutant præterea tonos, et sonos, et tempora. Tonos quidem, quum pro πολέων et ταξέων dicunt πόλεων et τάξεων. Sonos autem, quum pro στάφιδα et στάχυς dicunt ἀστάφιδα et ἄσταχυς. Tempora verò quum in βασιλέα producunt α, et Ἀτρέα, et ἱμᾶντα, et ἀνδριᾶντα.

Dicunt etiam Ἀθήναζε πορεύομαι pro εἰς Ἀθήνας: et Ἀθήνησι σοφιστεύω pro ἐν Ἀθήναις: et Ἀθήνηθεν pro ἐξ Ἀθηνῶν: et ἄγροθεν ἔρχομαι pro ἐξ ἀγροῦ. Et pro εἰς οἶκον, οἴκαδε: pro ἐξ οἴκου, οἴκοθεν: pro ἐν οἴκῳ, οἴκοι. Item pro ἐξ οὗ χρόνου, ἐξ ὅσου χρόνου.

Et ρ pro λ utuntur: nam pro κλίβανον, κρίβανον dicunt.

De singulis quæ Ionicæ dialecto propria sunt.

Ionica dialectus in ας desinentia nomina in ης mutat, (si non sint Dorica) ut pro Ἑρμίας, Ἑρμίης: et pro Σωσίας, Σωσίης. Tunc enim Iones vertunt, quum non fuerint versa ex Doribus, ut dictum est, pro Ἑρμίας, Ἑρμίης. nam Dores non vertunt ea.

Omne in ης desinens, cujus genitivus in ου terminatur, apud eos in εω desinit, pro Πέρσης, Πέρσου, Πέρσεω: pro Ξέρξης, Ξέρξου, Ξέρξεω: pro Πηληϊάδης, Πηληϊάδου, Πηληϊάδεω.

In ης masculina quorum genitivus in ους, per εος profertur: ut, Δημοσθένης, Δημοσθένεος: et ἀμαθὴς, ἀμαθέος. Accusativum autem in εα faciunt, Δημοσθένεα, ἀμαθέα.

In ους desinentes genitivos, qui à neutris in ες rectis fiunt, dividit: ut, εὐσεβὲς, εὐσεβέος: itidemque εὐγενέος, δυσγενέος, δυσσεβέος.

Omnis nominativus in ευς, per ηος profertur in genitivo apud Ionas: ut, βασιλεὺς, βασιλῆος.

Neutra genitivum in ους habentia, per εος terminant Iones: ut, πλῆθος, πλήθους, πλήθεος.

In εις rectos plurales à singularibus in ευς factos, in ηες dividunt Iones: ut, βασιλῆες pro βασιλεῖς.

In αι pluralia dividunt in genitivo per ε: ut, Πέρσαι, Περσῶν, Περσέων: et νύμφαι, νυμφῶν, νυμφέων. At verò νυμφάων, Æolicè.

Omnis dativus pluralis in οις desinens, assumit ι in fine: ut, καλοῖσι pro καλοῖς: et σοφοῖσι pro σοφοῖς, ac similia.

Omnis dativus pluralis in αις desinens, mutat α in η apud Ionas, subscripto quidem ι, sed non pronuntiato: ut pro καλαῖς, καλῇσι: pro νύμφαις, νύμφῃσι.

In α rectos, in η vertunt Iones: ut pro Ἥρα, Ἥρη: pro χώρα, χώρη.

Οὖν, conjunctionem Iones dicunt ὦν.

Verborum compositiones per tenues consonantes proferunt Iones: ut, κατορῶ, κατορᾷς, κατορᾷ.

Præpositivis articulis Iones pro subjunctivis utuntur: ut, τὸν θέλω pro ὃν θέλω: τὴν θέλω pro ἣν θέλω.

Κ pro π in interrogativis et relativis: ut pro πόσα, κόσα: et pro ὁπόσα, ὁκόσα: et pro ὅπως, ὅκως.

Ω pro α aliquando usurpant Iones, dicentes ὤνθρωπον et ὤριστον, pro ἄνθρωπον et ἄριστον.

Ωυ pro αυ diphthongo utuntur θωῦμα pro θαῦμα dicentes.

Sectiones sunt Ionum propriæ: ut, Πέλοπος νῆσος pro Πελοπόννησος: ἄγριον ἔλαιον pro ἀγριέλαιον: et ἄγριον αἶγα pro αἴγαγρον: et συὸς ἀγρίου pro συάγρου.

Sumere infinitivos pro imperativis, Ionum est: ut, πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν pro ἀγόρευε. Sic Πειρᾶν δ' ὥς κεν Τρῶες pro πεῖρα, et infinita alia.

Masculinis dare locum fœmininorum, Ionum est: ut, Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν pro ἑσπέρα.

Nominativis dare locum genitivorum, Ionum est: ut, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν, pro τῶν δὲ δύο σκοπέλων, ὁ μὲν, ὁ δέ.

In ω desinentia fœminina in accusativo, in ουν terminant: ut, pro Ἰὼ, Ἰοῦν: pro Λητὼ, Λητοῦν: pro Σαπφὼ, Σαπφοῦν.

Ex quibusdam dictionibus ι aufert Ionica: nam pro πονεῖσθαι, πονέεσθαι dicit, unde πονέοντο.

In ις desinentia fœminina, nunquam per ω declinant Iones, sed per ο: ut, πόλις πόλιος, et ὄφις ὄφιος.

Divisiones singularium dativorum in ει desinentium, Ionum sunt propriæ: ut, βέλεϊ pro βέλει: et ἔγχεϊ pro ἔγχει.

Reduplicationes peculiares sunt Ionum: ut, λελάχωσι pro λάχωσι: κέκλυθι pro κλῦθι.

Transpositione elementorum Ionica dialectus utitur: ut, κραδίη pro καρδία.

Ex ει diphthongo Iones auferunt ι: ut, ἐκτόρεος, χρύσεος pro ἐκτόρειος, χρύσειος.

In εις desinentes plurales Iones semper dividunt, si à nominativo in ευς sint per η et per ε pronuntiantes: ut pro βασιλεὺς, βασιλεῖς, βασιλῆες. Si autem sint à nominativo in ης vel υς, pronuntiantes per εε: ut, ἀληθὴς, ἀληθεῖς, ἀληθέες: ὀξὺς, ὀξεῖς, ὀξέες.

Adjectiones τοῦ ι ad ε, sequente vocali, vel una immutabilium, Ionum sunt, ut, εἴως, κεινὴ, pro ἕως, κενή.

Immutatio οι diphthongi in syllabam ες, Ionum est: ut, ἐρίηρες pro ἐρίηροι: υἱέες pro υἱοί: ἐρυσάρματες pro ἐρυσάρματοι.

In η pluralia neutra, in εα dividunt Iones: ut pro τεύχη, τεύχεα: pro ὄρη, ὄρεα. Similiter et genitivum per έων.

Semper υ adjiciunt dictionibus Iones: ut pro ὄρος, οὖρος: pro νόσος, νοῦσος: ὄνομα, οὔνομα.

Geminum σσ in ξ vertunt Iones: nam pro δισσὰ, διξὰ dicunt.

Ex dictionibus Iones sæpe ι auferunt: nam pro δείξω, δέξω: et pro ἀπόδειξιν, ἀπόδεξιν dicunt.

Ου in participiis passivis Iones dividunt: ut pro λυπούμενος dicentes λυπεόμενος.

In ων desinentia participia à prima conjugatione circumflexorum facta, quorum imperativus in secunda persona in ει diphthongum desinit, dividunt Iones: ut pro φρονῶν, φρονέων. Est enim φρόνει imperativus: sic νοῶν, νοέων, est enim imperativus νόει.

At βοῶν non vult dividi. Nam quæ sunt secundæ, divisiones non patiuntur. Sed tamen quæ dividunt pauca sunt.

Mutationes η in α breve, Ionum sunt: μεμακυῖα pro μεμηκυῖα: et λελασμένος pro λελησμένος: et ἄλαστος pro ἄληστος.

Immutationes α longi in η, Ionum sunt: ut pro ἥρα, ἥρη: et pro στεῖρα, στείρη.

Immutationes α brevis in η, recentiorum sunt: ut pro ἀλήθειαν, ἀληθείην.

Ablationes earum quæ sunt in principio consonantium, Ionum sunt: ut, εἴβειν pro λείβειν: et εἰνὸς pro δεινός.

Semper ὦν syllabam supervacaneam ponunt inter præpositiones: ut, ἐξ ὦν εἷλον, et ἀπ' ὦν ἔδοντο, pro ἐξεῖλον, et ἀπέδοντο.

Primas literas dictionum Iones auferunt: ut pro ἐκεῖνος, κεῖνος: et pro ἑορτὴ, ὀρτή. Similiter et ε præteritorum: ut pro ἐνόει, νόει: pro ἔτευχε, τεῦχε: pro ἔτικτε, τίκτε.

Π pro φ utuntur, pro ἀφικόμην enim ἀπικόμην dicunt.

Composita verba dissolvunt et interponunt: ut, λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδὼς, pro κατεδηδὼς, et κατὰ δ' ἔκτανεν ἑστίασα, pro κατέκτανεν.

Anastrophæ et hyperbata, Ionum sunt. Anastrophæ: ut, δῶρ' ἀπὸ αἱρεῖσθαι, pro ἀφαιρεῖσθαι. Hyperbata autem, ut

——Νήπιοι οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον.

Divisiones in ως desinentium adverbiorum à masculinis in ης desinentibus, et neutris in ες Ionum sunt: ut, ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.

Ionica dialectus est eadem quæ antiqua Attica. Hac plerumque Homerus et Hesiodus et Archilochus usi sunt et Anacreon et Herodotus. Sunt autem ejus proprietates, α pro η ponere: ut, θύραν pro θύρην, ἥραν pro ἥρην, ἑστίαν pro ἑστίην. At pro καλαῖς, καλῇσι: pro σοφαῖς, σοφῇσι: pro πύλαις, πύλῃσι. Et ut ι suo in loco manere sinunt, sic η (ut dictum est) pro α Iones ponunt.

Utuntur et correpto α pro η Iones, Dores autem producto.

Fit autem in Ionica dialecto, Prosthesis, Aphæresis, Syncope, Parenthesis, Pleonasmus, Diæresis.

Prosthesis igitur fit apud eos, si in principio orationis alia assumatur litera: ut, εἵνεκα ῥιγεδανῆς, pro ἕνεκα. Sic ἴλιον εἴσω, pro ἔσω. Et μοῦνος ἐὼν, pro μόνος. Et ξεῖνος ἐδ' οὐκ ἐθέλει, pro ξένος. Et ἄρτον οὖλον ἑλὼν, pro ὅλον, et alia innumera.

Aphæresis contrarium patitur quàm Prosthesis, nam Prosthesis in principio assumit extrinsecus aliam literam, Aphæresis autem abjicit eam etiam quæ posita est: quum Iones pro ἑορτὴν, ὀρτὴν dicunt, pro ἱερὸν, ἱρόν.

Syncope, quum mediæ literæ in nominibus conciduntur: ut, μώνυχας ἵππους, pro μονώνυχας: et κάππεσον, pro κατέπεσον: et φέρτε pro φέρετε: et κακκείοντες pro κατακείοντες.

Parenthesis contrarium patitur quàm syncope. Illa enim demit, hæc assumit literam extrinsecus: ut, ἐρίγδουπος, pro ἐρίδουπος, ubi redundat γ. Sic pro ὑμέων, ὑμείων: pro σφέων, σφείων.

Enallage fit, quum aliud elementum assumitur loco proprii: ut, ποτὶ pro πρός: et ξερὸν pro ξηρόν: et ἡ δεύρω μὲν ἕποντο, pro δεῦρο. Et τιθήμενον ἔντεα καλὰ pro τιθέμενον. Sed et κ pro π juniores utuntur: ut, ὅκως pro ὅπως.

Metathesis fit, quum quædam transponuntur in eodem nomine: et vel prima litera propriæ syllaba, vel secunda: ut, κραδίην pro καρδίαν: et τέτρατον ἦμαρ pro τέταρτον: et κρατερὸς Διομήδης, pro καρτερὸς, ac similia.

Pleonasmus est, quum in pluralibus dativis masculinis casibus in οις desinentibus, vel fœmininis, in ης, assumunt ι: ut pro ποταμοῖς, ποταμοῖσι: pro καλοῖς, καλοῖσι: et pro σοφῇς, σοφῇσι.

Diæresis fit non solùm apud ipsos in dissyllabis nominibus, sed etiam in monosyllabis et appellativis: ut pro ῥοῦς, ῥόος: pro χνοῦς, χνόος. Sed in nominibus unam syllabam excedentibus, et appellativis masculinis singularibus in ης desinentibus, quorum genitivus in ου desinit, ipsi ου in εω dividunt: pro τοξότου, τοξότεω efferentes: et pro ἀτρείδου, ἀτρείδεω: pro λαέρτου, λαέρτεω. Et per parenthesin, πηλειάδεω, λαερτιάδεω, et similia. In ους autem desinentes genitivos in εος dividunt: ut pro σωκράτους, σωκράτεος: pro Διομήδους, διομήδεος. Et dativos solos dividunt, σωκράτεϊ dicentes et διομήδεϊ, et Πηλέϊ: pro σωκράτει, διομήδει, πηλεῖ. Idem et in neutris: ut, ἔγχεϊ, τείχεϊ, &c. Et in αι desinentia pluralia nomina, quorum genitivus apud nos desinit in ῶν circumflexè: illi per άων proferunt penacutè: ut pro κρῆναι, κρηνῶν, κρηνάων: pro πυλῶν, πυλάων: pro μουσῶν, μουσάων.

In verbis tollunt augmentum: ut, ἄγω, ἄγον: φέρω, φέρον: ἐλαύνω, ἔλαυνον: ὀρχοῦμαι, ὀρχεύμην: τρέχω, τρέχον: λέγω, λέγον.

Utuntur infinitivis pro imperativis: ut, τανύσαι pro τάνυσον, et κεῖσθαι pro κεῖσον.

Habent et formas eloquutionis tales: pro τετραμμένοι εἰσὶ, τετράφαται: pro τεταγμένοι εἰσὶ, τετάχαται; sic pro κέκλινται, κεκλίαται.

Etiam verba quæ in ultima circumflectuntur, dividunt: ut pro φρονῶ, φρονέω: pro λαλῶ, λαλέω: pro νοῶ, νοέω: pro χρυσῶ, χρυσόω: pro ἀργυρῶ, ἀργυρόω. Et participia ipsorum similiter dividunt: ut, φρονέων, λαλέων, ποιέων.

Dualium autem diligens observatio apud eos servatur. Vetus quidem Ionica degeneravit ob habitantium diversitatem: permansit autem usque ad ea tempora in quibus fecerunt Iones colonias, et tunc sparsi sunt in plura loca.

Dicitur autem apud eos, pro κλέπτης, κηπτάλης: pro δύναμις, κράτος: pro λόγος, μῦθος: et pro ὑγιαίνειν, οὐλεῖν: (unde τὰ ὑγιῆ τῶν τραυμάτων, etiam nunc οὐλὰς dicimus) et pro αὐτῶν et αὐτοῖς, σφέων et σφίσι proferunt: pro σῶν autem, ἑῶν: et pro αὐτὸς, ὡυτός. Pronomina dividunt sic: pro σφῶν, σφέων, et interjiciendo ι, σφείων, sic ἡμέων, ἡμείων: ὑμέων, ὑμείων, et similia.

De singulis quæ Doricæ dialecto propria sunt.

Dorica dialectus α pro η utitur: nam pro ἥλιον, ἅλιον dicit, et pro ἡμέραν, ἁμέραν: et pro μητέρα, ματέρα: et hujusmodi.

Α pro ω utitur in genitivis pluralium casibus: nam μουσᾶν dicit, et θυρᾶν, et θεᾶν: pro μουσῶν, θυρῶν, θεῶν.

In ους desinentes genitivos, à rectis in ης factos, in ευς vertit: ut, διογένης, διογένευς, pro διογένους.

Ω Litera ου pro diphthongo utitur: μώσας enim pro μούσας dicit.

Η pro ει diphthongo utitur, veluti quum dicit: ἰδῆν pro ἰδεῖν.

Σ pro ϑ utitur : nam pro ϑεὸς, σεὸς dicit : et pro ϑεὸν, σεόν.

Ex dictionibus semper ι aufert : nam λαβὶν et ἐλθὶν dicit pro λαβεῖν et ἐλθεῖν.

Item reduplicationibus earundem consonantium utitur : ut, ὅττι, ὀππόθι, et ὅσσον, pro ὅτι et ὁπόθι, et ὅσον. Æolica quoque his utitur.

Productiones ancipitum propriæ sunt Doricæ linguæ : ut, Ἴσος ἐνυαλίῳ.

A pro ε sæpe utuntur : pro ἕτερος, ἅτερος dicentes : et pro ἄρτεμις, ἄρταμις.

Apocopæ Dorum sunt propriæ : fiunt autem in fine : ut, ἡμέρτεον, δῶ pro δῶμα.

Parenthesis syllabæ με in iis quæ apud nos in ναι desinunt infinitivis, Dorum est : ut, βήμεναι pro βῆναι.

Ablationes δ et τ ex obliquis singularium casibus, Dorum sunt : ut, σπάριος, pro σπάριδος ; similiter κέραος pro κέρατος.

Doricæ linguæ multæ sunt subdivisiones locales, aliter enim Cretenses loquuntur, aliter Rhodii, aliter Argivi et Lacedæmonii. Generales verò ipsorum sunt proprietates, pro η enim α ponunt, pro πύλην dicentes πύλαν.

Et pro genitivis casibus circumflexis, apud nos in ων desinentibus, αν proferunt, servantes eundem accentum : ut pro πυλῶν, πυλᾶν : pro καλῶν, καλᾶν : pro σεμνῶν, σεμνᾶν. Et similiter in participiis, pro γελῶν, γελᾶν : pro ἐλῶν, ἐλᾶν : et pro ναῦν, νᾶν dicentes : pro κλῆδας, κλάδας : et pro νίκην, νίκαν.

Monosyllaba nomina acuunt : similiter autem et qualitatis significativa adverbia : ut, κάλως, σόφως, κόμψως, ἅπλως. Quæ autem apud nos gravitona sunt, illi circumflectunt : ut, οὑτῶς, παντῶς, αὐτοματῶς.

In οι desinentia pluralia nomina, in penultima tonum habent : ut, φιλοσόφοι. Idem et in participiis : ut, πωλουμένοι, καλουμένοι.

Simili autem modo et in ες desinentia fœminina nomina pluralia, recti casus penultimam acuunt : ut, γυναίκες, χεῖρες, νάες, ὀρνίθες.

Item indefinita tempora in αν desinentia, in penultima acuunt : ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλύσαν, ἐδείραν, ἐκράξαν. Etiam in ον desinentia, in penultima acuunt : ἐλάβον, ἐφάγον, ἐλέγον, ἐτρέχον.

Circumflectunt verò ejusmodi, παιδῶν, τρωῶν, παντῶν. Itidem quæ in ω desinunt verba gravitona, in futuro tempore circumflectunt : δωσῶ, θεραπευσῶ, νοησῶ, λαλησῶ, μενεσῶ. Etiam et tertiam personam gravitonorum verborum in ει desinentem futuri temporis circumflectunt : ut, δωσεῖ, πεσεῖ, θεραπευσεῖ, λαλησεῖ. Dicunt et pro δώσουσι, δωσοῦντι : pro λέξουσι, λεξοῦντι : et pro ποιήσουσι, ποισοῦντι.

Corripiunt autem et in ας desinentes plurales accusativos, in nominibus appellativis, et similiter in participiis : ut, νύμφας, κρῦνας, νοῆσας, πρᾶξας.

Et quæ per ειν efferuntur infinitiva, per ablationem ι efferunt : ut pro φρονεῖν, φρονέν : pro ἰδεῖν, ἰδέν : pro φαγεῖν, φαγέν.

In ου autem desinentes genitivos efferunt per ω : ut, pro οἴνου, οἴνω : pro σοφοῦ, σοφῶ : pro καλοῦ, καλῶ. Et accusativos plurales masculinos in ους desinentes, per ως proferunt : τὼς καλὼς, σοφὼς, ἀνθρώπως, ἵππως : pro τοὺς καλοὺς, σοφοὺς, ἀνθρώπους, ἵππους.

Et imperativa verba, quæ pronuntiantur per ε, per ον pronuntiant : ut pro λάβε, λάβον : pro θίγε, θίγον : pro δράμε, δράμον.

Siculi dicunt pro χύτραν, κύτραν : pro χιτῶνα, κιτῶνα : et pro γυναῖκα, γυνάν.

Cretenses autem, pro διαπαντὸς, αἰὲς : pro αὐτοῦ, αὐτεῖ : pro βέλτιον, βέλτειν : pro ἦλθεν, ἦνθεν : pro ἐς χορὸν, ἐν χορόν : pro εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐς τὰν ἀγοράν : pro ἴα, ἴβα : pro ἴασον, ἴβασον : pro ἦν, ἧς : pro ἴωθα, εἰθῶ. Pro εὐωχεῖσθαι, εὐῶ. Et Θευκυδίδης, Θευκράτης, Θευφράστος, pro Θουκυδίδης, Θεοκράτης, Θεόφραστος : Pro κρέη, κρῆ : Pro ἄκρατον, ἄκρητον : Pro κρίκον, κίρκον : Pro κελεύει, κέλεται : Pro καταβαλεῖν, καββαλεῖν : Pro σωροὺς ἀχύρων, μύχωνας : Pro οἴκαδε, οἴκαδες : Pro ὄρνιθες, ὄρνιχες : Pro χεῖρες, χῆρες : Pro στάδιον, σπάδιον : Pro κεῖνος, κῆνος : Pro σὺ, τύ.

Et pro λέγουσι et φέρουσι, λέγοντι et φέροντι : et pro τὰς, ταύτας : et pro πρὸς, ποτί : et pro τότε, τόκα : et pro τῆμος, τᾶμος : et pro δῆμος, δᾶμος : et pro Θεὸς, σεὸν : denique pro βουλὴν, βουλὰν, pronuntiant.

Differt autem Cretensium dialectus, qua usus est Cypselas, et Laconum, qua usus est Alcman et Sophron : Pindari tamen et Ibyci, et Simonidæ, et Bacchylidæ omnino laudatur, quòd non sint Poëtæ natura Dores, sed utantur tantùm idiomate Dorico.

De singulis quæ Æolicæ dialecto propria sunt.

Literam β ipsi ρ asciscit, quum ei subjungitur η, vel τ, vel δ : ut, βρυτὴς pro ῥυτής : βράκος pro ῥάκος : βρόδον pro ῥόδον.

Æolica dialectus genitivos à nominativis in αι dividit, et per α profert : ut, νύμφαι, νυμφάων, θύραι, θυράων : μελισσάων ἐρχομενάων, πυλάων, et similia.

Syncopæ, Æolum sunt propriæ, fiunt autem in medio : ut, ὦρσεν pro ὥρμησεν.

Additiones θα syllabæ in subjunctivorum secundis personis in σ desinentibus, Æolum sunt : ut, εἴπῃσθα pro εἴπῃς, et ἔλθῃσθα pro ἔλθῃς.

Addere υ ad ε sequente vocali, Æolum est : ut, χεύαντες pro χέαντες. In αις monosyllaba nomina dividit : ut, πάϊς, δάϊς, pro παῖς, et δαΐς.

Ω litera pro ου diphthongo utitur ; ut, μῶσαι pro μοῦσαι, λειπῶσαι pro λειποῦσαι.

Υ pro ο utitur : nam pro ὅμοιον, ὕμοιον dicit.

Η pro ει diphthongo utitur : nam ἐλθὴν pro ἐλθεῖν dicit.

Immutabiles geminat, et σ solum : ut pro ἐγείρω ἐγέρρω, pro ἐγείνατο, ἐγέννατο, pro πειθήσῃς, πενθήσσῃς, pro τόσον, τόσσον, pro τοσοῦτον, τοσσοῦτον.

Ὅππη et ὅππως, commune est, communis enim relativa duplicat : ut pro ὁποῖος, ὁπποῖος : et pro ὅσος, ὅσσος.

Semper ex αι diphthongo ι abjicit, si eam sequatur vocalis : ut pro ἀλκαῖος, ἄλκαος.

Π pro μ utitur : nam dicit ὄππατα pro ὄμματα.

Secundæ conjugationis circumflex. ι in secunda et tertia persona, quod non pronuntiatur apud alias dialectos, pronuntiat : ut, βοαῖς, βοαῖ.

Vocativos in ων desinentium nominativorum corripit : ut pro χελιδὼν, χελιδόν : pro μακεδὼν, μακεδόν : pro ἀπόλλων, ἄπολλον.

Æoles consueverunt ο pro α ponere : ut pro θρασέως, θροσέως : pro στρατὸς, στροτός : pro ἄνω, ὄνω : pro ἀνέλωνται, ὀνέλωνται : pro ἀνεχώρησεν, ὀνεχώρησεν : pro σταλεὶς, στολείς. Aliquando autem ε vel η : ut pro κράτος, κρέτος : pro πρίαμον, πρίεμον : pro γαλήνη, γελήνη : pro ἀὴρ, ἠήρ. Aliquando etiam addunt υ ad α : ut pro ναὸν, ναυόν : pro ἀὴρ, αὐήρ : pro ἄως, αὔως.

Pro δ autem ζ ponunt : ut pro διαβάλλειν, ζιαβάλλειν : pro διανυκτὸς, ζιανυκτός. At pro ε et α, η : ut pro κρέας, κρῆς. Oportet autem nosse quòd in quibusdam, sed non in omnibus, hoc faciunt : fieri enim non posset.

Pro ζ autem ponunt δ et σ : ut pro ζεὺς, δσεύς : pro ζυγὸν, δσυγόν : pro μελίζειν, μελίδσειν.

Pro η autem ponere ε vel α commune est his cum Doribus : ut pro ἄρης, ἄρες : pro ἀρήϊον, ἀρέϊον : pro ἀδικῆσαι, ἀδικέσαι. At α pro η : ut pro ἑκάβην, ἑκάβαν : pro πύλην, πύλαν : pro ἥρην, ἥραν : pro νόημα, νόαμα : pro ἠὼς, ἀώς : pro ἀπάτην, ἀπάταν.

Pro ϑ ponunt φ, ut pro θλᾶται, φλᾶται. Pro μ, π : ut pro μετ᾽ ἐμοῦ, πετ᾽ ἐμοῦ : pro ὄμματα, ὄππατα.

Pro ξ autem ponunt κ et σ : ut pro ξένος, κσένος : et pro ἱέραξ, ἱέρακς.

Pro ο ponunt υ : ut pro ὀμφαλὸς, ὐμφαλός : pro μόγις, μύγις : pro ὅμοιον, ὕμοιον. Interdum et ε : ut pro πρὸς σὲ, πρὲς σέ. Aut α : ut pro ὅσσα, ἅσσα.

Pro π, utuntur μ : ut pro πατεῖς, ματεῖς : pro παθοῦσα, μαθοῦσα.

Pro ττ, σσ : ut pro ἱμαντίττειν, ἱμακίσσειν.

Pro σ, τ : ut pro σὺ, τύ : ut pro εἰς σὲ, εἰς τέ.

Pro τ, π : ut pro στολὴν, σπολήν : pro σταλεὶς, σπαλείς : pro τέτραπται, πέτραπται.

Pro υ autem ι : ut pro ὑψηλὸν, ἰψηλόν : pro ὑψόθεν, ἰψόθεν : pro ὕπαρ, ἴπαρ.

Pro χ, φ : ut pro αὐχένα, αὐφένα.

Pro ψ, πς : ut pro πέλοψ, πέλοπς : pro ἄραψ, ἄραπς.

Et pro ω, ο : ut pro ὥρα, ὄρα : pro ὠτειλὴ, ὀτειλή.

Quæcunque autem per ει diphthongum apud nos efferuntur, illi per solum ε, geminantes consonantem, proferunt. Efficiunt autem ex sola duas consonantes : ut pro χεῖρες, χέῤῥες : pro ἱμείρων, ἱμέῤῥων : pro ὠτειλὰς, ὠτελλάς : pro εἵματα, ἔμματα : pro κτεῖναι, κτένναι : pro ἡμῖν, ἄμμιν : pro ὑμεῖς, ὔμμες : pro ἤπειρον, ἄπεῤῥον.

Quinetiam in οι sæpe mutant ει diphthongum : ut pro ὄνειρον, ὄνοιρον.

Consueverunt item vocalibus præponere digamma : ut pro οἶον, ϝοῖον.

Complura autem geminant : ut pro οἵτινες, οἵττινες, pro σελήνη, σελλάνα : pro πρόσωπα, προσώππα : pro κατέπισον, κάππισον : pro ὁπόθεν, ὁππόθεν : pro κατὰ δὲ, καδδέ : pro ὅτι, ὅττι.

Incipientibus apud nos à ρ, ipsi præponunt β, ut tenue fiat : ut pro ῥόδα, βρόδα : pro ῥαδάμανθος, βραδάμανθος : pro ῥυτῆρες, βρυτῆρες.

Peculiariter autem quæcunque apud nos aspirantur aut acuuntur, illi tenuiter dicunt, et gravitonè, ὄσιος, οὖτος, ὄρω, ὄρμος. Servant autem tenuem literam et in contractionibus : ut pro καθήκει, κατήκει : pro ἀφῆκεν, ἀπῆκεν : pro ἀφείλκυσεν, ἀπείλκυσεν.

Gravi tono efferunt non solùm nomina, sed et articulos, quando nominum ordinem habent : ut pro ὁ σὸς, ὄσος : pro τὸ σὸν, τόσον : pro ἡ σὴ, ἥση : pro τῆς σῆς, τήσσης.

Quando autem pronomina proferunt circumflectunt : ut, ἐγῶ pro ἐγώ.

Circumflectunt in universum monosyllaba vel in ωξ desinentia : ut, ῥῶξ, πτῶξ, ῥῶψ : vel in ους : ut, χροῦς, ῥοῦς, θροῦς, βοῦς, νοῦς. Item pro χὴν, ζεὺς, χῆν, ζεῦς.

Dissyllaba autem in acutum tonum apud nos desinentia, ipsi gravi tono proferunt : ut, σόφος, κάλος, λεύκος, ὄξυς, κόπις, θύρις, ἄκις, ἄσπις, βῶμος, τράχυς, θῦμος, σκλῆρος, χῶλος.

Assolent et appellativa gravi tono afficere : ut, εἰράνα, ὤρα, ἡμέρα, et propria : ut, ἀφροδίτα, ἥρα, ἑλένα.

Quæcunque nos in ις fœminina per δος declinamus : ut, ἀρτέμιδος, θέτιδος, μήνιδος, illi sine δ dicunt : ut, ἀρτέμιος, θέτιος, μήνιος.

In ης nomina quorum vocativi in ες, illi sine σ dicunt : ut σώκρατε, ἀριστόφανε, δημόσθενε.

Et à genitivis casibus σ auferunt : ut, σωκράτου, διομήδου, σοφοκλέου.

Pro accusativo dativum assumunt in passivis : ut, τοῖς θεοῖς pro τοὺς θεοὺς, τοῖς ἀνθρώποις pro τοὺς ἀνθρώπους. Hoc autem faciunt quia utuntur ι pro υ.

Accusativum per ως efferunt : ut, τὼς ἵππως pro τοὺς ἵππους : id quod et Dorum proprium est.

Dativum pluralem adjecto ι faciunt : ut, τοῖσι θεοῖσι, σοφοῖσι, quemadmodum Dores.

Infinitiva verba à participiis in ῶν desinentibus, desinentia in ειν, ipsi in εις transferunt : ut, νοῶν, νοεῖν, νόεις : et φρονῶν, φρονεῖν, φρόνεις : et καλῶν, καλεῖν, κάλεις.

Quando infinitiva apud nos desinunt in αν, ipsi in αις transmutant : ut pro γελᾷν, γέλαις : pro πεινᾷν, πείναις.

In ουν terminata infinitiva, ipsi per οις proferunt : ut pro ὀρθοῦν, ὄρθοις : pro γυψοῦν, γύψοις : pro χρυσοῦν, χρύσοις. Hæc autem omnia gravi tono pronuntiant.

Adhibent et ῃ pro ει in infinitivis : ut pro φιλεῖν, φίλῃν, pro καλεῖν, κάλῃν : pro φρονεῖν, φρόνῃν.

Verba in ω desinentia apud nos, pro indicativis optativa faciunt : ut pro νοῶ, νόημι : pro φιλῶ, φίλημι.

Quæcunque autem participia acutitona in ως finiunt, per ων apud illos desinunt : ut, εἰρηκὼς, εἰρηκὼν, νενοηκὼς, νενοηκών. Servant autem eorum etiam flexiones, nominativo juxta analogiam respondentes. Dicitur præterea apud eos pro χρυσίον, χρύσιον : pro ταύρῳ, ταύρει : pro ποῦς, πέζα : pro παῖς, πάϊς : pro ἔρωτα, ἔρον : pro γέλωτα, γέλων : pro πτάρμος, πτόρμος : pro ἐπαινῶ, αἴνημι : pro χείρονα, χέῤῥονα : pro δάπεδον, ἐδάπεδον : pro ἔστρωται, ἐστόρωται : pro ἀνὴρ, δρέκων : pro θὴρ, δράκων : pro εἵματα, ἔμματα : pro ἡ μία, ἴα : pro ψῆφος, ψάφαξ : pro ἰσχὺς, et ἀσθενὴς, ἄκιρα : pro ἐγὼ, ἐγών : pro σὺ, τύ : pro ἡμῖν, ἄμμιν : pro ἡμεῖς, ἄμμες : pro ἐνθάδε, τῆδε : pro ἄλλοτε, ἑτέρωτε. Usi autem ea Alcæus et Sappho.

En tibi et dialectos in manus trado, juvenum mihi omnium amantissime literarum, in quibus et Philoponus Joannes laboravit, et Tryphon grammaticus, et alii plerique, quibus multum in libris studii et exercitationis fuit. Nondum autem quispiam in hunc usque diem quicquid ad unamquamque dialectum pertinet, notum fecit. Nec putes nos dicendis his existimare aliquid magni de nobis. Lingua enim (secundum Lysiam oratorem) intellectus neque multum neque parum habet : intellectus autem, cui multum, multus : cui parum, parvus. Non igitur nostra laudantes, eos viros in hac parte accusabimus : sed, amici quum sint, pluris facientes quàm ipsos, veritatem, quemadmodum et Plato Philosophus summus ait. Ipsi igitur Atticæ eloquutionis regulam, comicum Aristophanem nobis proponentes, et Thucydidem historicum et oratorem : Ionicæ autem, Hippocratem, Ionem, et Halicarnasseum, Herodotum : Doricæ verò, Tarentinum Archytam, et Theocritum, qui Bucolica conscripsit : Æolicæ, Alcæum : forsan de dialectis abundè tractaverimus. Si quid verò et à nobis per oblivionem omissum fuerit, non simili id accusatione dignum apud benignos : ab illis enim major pars omissa est, à nobis autem pauca forte non dicentur.

Quid sit dialectus, et quot sint.

Dialectus est idioma linguæ, vel, Dialectus est dictio, proprium characterem formæ ostendens.

Ionica, appellata est ab Ione filio Apollinis, et Creüsæ Erechthei filiæ : qua scripsit Homerus.

Attica autem ab Atthide Cranai filia, qua scripsit Aristophanes.

Dorica, à Doro Hellenis, qua scripsit Theocr.

Æolica, ab Æolo Hellenis, qua scripsit Alcæus.

Communis, qua omnes utitur : sed et Pindarus hac usus est.

De Attica Lingua.

Λῆρον ληρεῖς, Attica loquutio et figura : ut, μανίαν μαίνῃ : est enim Atticæ idioma loquutionis ubi dixeris rem, inferre verbum quod à re deducatur : ut, ὕβριν ὑβρίζεις, et φυγὴν φεύγεις.

Utuntur imperativis Attici pro subjunctivis abnegativis : et rursus ipsis imperat. pro indicativis. Et illius quidem illud Aristoph. in Thesmophoriaz. exemplum.

Μὴ ψεῦσον ὦ Ζεῦ τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος. Pro μὴ ψεύσῃς. Hujus autem, Menander.

Οἶδ᾽ ὅτι ποίησον, pro ποιήσεις. Sed et Eurip. in Polydori tragœdia, Οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον : pro δράσεις usurpavit.

Τροπαῖον apud Thucyd. circumflexa penultima acceptum est, et apud Aristophanem in Thesmophoriazusis, ὦ γυναῖ-

κὶς οὐκ ἀφήξετ', οὐ πολλὴν βοὴν στήσετε καὶ τροπαῖον. Et puto per analogiam hoc magis apud ipsos sic proferri, sicuti à τρίτη, τριταῖον: ab οὐρὰ, οὐραῖον: sic etiam à τροπὴ, τροπαῖον.

Item ὁμοῖος circumflexa penultima proferunt: ut apud Homerum, ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Et est analogum: nam appellativa per οιος, quæ duas syllabas superant, omnia in penultima circumflectuntur: ut, γελοῖος, ἀλλοῖος, ἑτεροῖος, παντοῖος, sic et ὁμοῖος. Supra duas syllabas tamen dictum est, propter κλοιὸς, φλοιός. Additum est autem Appellativa, propter κολοιὸς nomen avis. Sed ὅμοιος in antepenultima acuitur secundum communem consuetudinem.

Vertit Attica σ, modò in τ, modò in ξ: nam pro θάλασσαν, θάλατταν dicit: et pro σεῦτλον, τεῦτλον: et pro συμφορὰν, ξυμφοράν. Vertit autem σ in ξ, in iis dictionibus, quæ à σὺν præpositione incipiunt: sed compositis tantùm. Quinetiam ipsa σὺν per se in ξ vertitur, ut ἀρτέμιδι ξύν.

Ταῦτ' ἄρα, Attica loquutio est, pro διὰ ταῦτα. Deficiunt enim præpositiones apud Atticos, sicut et apud Homerum, ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο: pro κατὰ πῦρ ἐμάχοντο, ἤγουν ὡς πῦρ ἐπενέμοντο ἅπαντα. Et apud Aristophanem, γνώμην ἐμήν: pro κατὰ γνώμην ἐμήν. Et Thucyd. in tertio histor. καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν: pro διὰ τὸ μὴ κακουργεῖν. Generaliter autem defectus Atticorum sunt: ut, καθ' ἑκάστην deest ἡμέραν, et ἐν βραχεῖ, suppletur καιρῷ, vel λόγῳ. Quinetiam ἐν ἀκαρεῖ tale est. Et, Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε, deest βούλει, ait enim, εἰ βούλει, πειρήθητι. Et, κόπτων ἀμφοτέρῃσι, deest ταῖς χερσί. Et apud Aristophanem, Πόθεν βροτοῦ με προσέβαλεν ὦναξ ἡράκλεις, deest enim φωνὴ vel ὀσμή.

Atticorum autem est et nominativum pro genitivo accipere, ut, apud Aristophanem in Lysistrate, εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε βουλευσομέναισιν οὐ περὶ πράγματος φαύλου, εὕδουσι καὶ οὐχ' ἥκουσιν, pro ῥηθέντος: et Thucydides in quarto, κυρωθὲν δὲ οὐδὲν ἐκ τῆς διαφορᾶς ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι, νυκτός τ' ἐπιγενομένης ἐχώρησαν ἐπ' οἴκου, pro κυρωθέντος.

Βλήχωνα per β, non per γ proferunt Attici.

Λαὸς et ναὸς, et quæ ex ipsis, μενέλαος, πρωτεσίλαος, et in genere omnia quæ nos per αος, illi per εως efferunt: ut, μενέλεως, πρωτεσίλεως, νεὼς, λεώς: declinant autem omnia per abjectionem σ: ut, τοῦ μενέλεω, τοῦ νικόλεω.

Βλέπος dicunt pro βλέμμα ut apud Aristophanem, ὡς ἔστι τοῦτο ἀττικὸν βλέπος.

Etiam hoc Atticum est, assumere sæpe in eodem membro ἂν conjunctionem, ut est invenire apud Platonem et Aristophanem: ut in Avibus, ἡ δὲ ἑλλὰς ἂν ἐξερημωθεῖσ' ἂν ἡμᾶς ἔλαθεν.

Atticorum autem et hoc, ἐν præpositionem et εἰς construere cum genitivo: ut εἰς vel ἐν ᾄδου: et puto hic defici præpositiones nominum: quale est et hoc, ἐν διδασκάλου.

Atticorum est non respondere antecedentibus: ut Thucydid. in tertio histor. statim in principio, καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα: εἰ δὲ μὴ, μιτυληναίοις εἰπεῖν ναῦς τε παραδοῦναι, καὶ τείχη καθελεῖν: μὴ πειθομένοις δὲ, πολεμεῖν: deest enim καλῶς ἂν εἴη. Et Homerus, ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοὶ, deest παύσομαι, vel ἡσυχάσω.

Pro πρεσβείαν dicunt πρέσβευσιν: pro καταβολὴν, καταβόλησιν: et pro ἀγάπην, ἀγάπησιν dicunt: et magis cæteris Thucydides.

Est hoc quoque novum generaliter et Atticum, ut apud Demosthenem, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι. Et Homerus, ὣς φάσαν ἡ πληθύς.

Item οὐδὲν dividere Atticorum est: ut Thucyd. in 2. ἔθνησκον δὲ οἱ μὲν ἀμελείᾳ, οἱ δὲ καὶ πάνυ θεραπευόμενοι, ἕν τε οὐδὲ ἓν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρὴ προσφέροντας ὠφελεῖν, pro οὐδέν.

Novum et hoc dicatur tibi, dicere optativa pro indicativis, quod est Atticorum: ut Thucydides, τὰ σκάφη μὲν οὐχ' εἷλκον, ἀναδούμενοι τῶν νεῶν ἃς καταδύσειαν, pro κατέδυον.

Et uti τῷ οὐδὲν μᾶλλον pro οὐ, Atticæ linguæ nota, statim enim Historicus in secundo, ἀλλ' αἵτε ἐσβολαὶ εἰς τὴν ἀττικὴν πελοποννησίων οὐδὲν μᾶλλον τοὺς ἀθηναίους ἀπανίστασαν, pro οὐκ ἀπανίστασαν.

Item δένδρος dicitur apud ipsos, ut Thucyd. καὶ πρῶτα μὲν περιεσταύρωσαν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν, ἃ ἔκοψαν τοῦ μηδένα ἔτι ἐξιέναι. Et Homerus, Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι. Hujus autem rectus δένδρεος: et flectitur δένδρος, dativis δένδρεϊ, et per metaplasmum δενδρέῳ.

Et pro fœmininis, masculinorum nominum utuntur dictionibus: ut Homerus, κλυτὸς ἱπποδάμεια. Et apud Euripidem in Hecuba, Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος, pro γενναία.

Et pro ὅσαι ἡμέραι, ὁσημέραι dicunt: et pro μόλις, μόγις.

Pro dativo amant accusativum: ut Thucyd. εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πιστὸν ἐπὶ θάλατταν, pro σοί. Et Sophocl. Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη, pro οὐ γάρ μοι. Aliaque præterea invenias infinita eorum quæ dicimus exempla, et apud Homer. et omnes Atticæ linguæ autores.

Genitivi νεὸς (cujus rectus ναῦς) α in ε vertentes, et ο parvum in ω magnum producentes, νεὼς scribunt et proferunt.

Genitivorum in ιος qui à rectis in ις fiunt, ο producunt Attici: ut, πηλέως et οἰνέως. Illud autem, ὦ ἀχιλεῦ, πηλέος υἱὲ, μέγα φέρτατ' ἀχαιῶν apud Poëtas productum, communis est linguæ.

Pro ἀνύειν, ἀνύτειν dicunt, ut Aristoph. in Avib. μάτην ἄρα τὴν ὁδὸν ἀνύτομεν. Et Thucyd. in tertio Historiæ, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον.

In quibusdam dictionibus addunt ι: ut, τουτοΐ, τουτονὶ, οὑτοσὶ, νυνί.

Verbum εἶναι abundare apud eos cognovimus, ut apud Thucydidem in octavo, καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἀκριτοι καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκοιεν.

Ablationes τοῦ ι Atticorum sunt propriæ, ἑτάρων enim dicunt pro ἑταίρων. (Inveni autem ego quòd et Dorum et Æolum sunt) pro κλαίειν, κλάειν dicunt: pro ποιεῖν, ποεῖν: pro ποίημα, πόημα.

Ὡς etiam superabundare apud eos solitum est, ut in octavo fecisse Thucydides invenitur, καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι, pro καὶ γὰρ αὐτοῖς.

Εἰς præpositionem ἐς dicunt: ἐς χρύσαν, ἐς πατρίδα proferentes. Et loco πρὸς, ὡς utuntur, ὡς τὸν θεὸν dicentes, et ὡς τὸν διδάσκαλον: pro πρὸς τὸν θεὸν, et πρὸς τὸν διδάσκαλον.

Particula δὲ pro δὴ sæpius utuntur: ut Thucyd. in octavo, Κεφαλαιοῦντες, μάλιστα δὲ ὡς ἐξείη αὐτοῖς τὸν ἀλκιβιάδην καταγαγοῦσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις, βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν καὶ Πελοποννησίων δὲ περιγίνεσθαι. Hîc enim μάλιστα δὲ, et πελοποννησίων δὲ pro δὴ usurpata sunt.

Hi etiam et accusativo et recto utuntur pro obliqua constructione: ut in octavo Thucydid. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες οἱ τοῦ δήμου ὑπόπτως προσήεσαν, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων, pro μετέχοντός τινος τῶν γιγνομένων. In tertio autem, recto pro genitivo sic usus est, οἱ δὲ ἀθηναῖοι οὐ πολὺ ὕστερον καταπλεύσαντες, ὡς ἑώρων, ἀπήγγειλαν οἱ στρατηγοὶ, pro τῶν ἀθηναίων καταπλευσάντων. Homer. Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὃ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Et Philostratus in Vitis sophistarum, ὁ πρώτευς ὁ φάριος, τὸ θαῦμα τὸ ἑλληνικὸν πολλαὶ μετὰ αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί. Item, δαίμονες δὲ αἱ μετέωροι, ἡμέρα ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ υἱοῦ πενθοῦσα, pro τῶν δὲ μετεώρων δαιμόνων.

Et pro participiis, Attici verbis utuntur: et pro verbis vicissim participiis: ut Thucyd. ὁ δὲ χρηματίσαιτο ἀφεὶς, pro ὁ δὲ ἀφῆκε χρηματισάμενος.

Et ἢ abundat apud Atticos, ut in 8. Thuc. ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ' ἑκὰς, ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος.

Ἀλλὰ conjunctionem pro hortativa sæpe ponunt, ut apud Homerum, ἀλλά γε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα.

Et accipere accusativos casus pro genitivis, Atticorum est proprium: ut, Μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν, ἀποαίρεο κούρην: pro ἀπὸ τούτου.

Et proferre vocativos, pro nominativis: ut, νεφεληγερέτα ζεὺς, pro νεφεληγερέτης.

Sumere duas negationes pro affirmatione una, Atticorum est. Thucyd. lib. 3. Hist. σύμμαχοι μέν τοι ἐγένομεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν ἑλλήνων, pro ἐλευθερίᾳ. Quamvis enim una sit hîc negatio, videlicet οὐ, at vox illa καταδούλωσις negatio est quodammodo, quum libertatis privationem significet et libertatis dignitati opponatur. Sic et Homerus, ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' ἀχαιῶν, pro ἀνδρεῖος.

In fœminino genere aliquid dicere consuevêre, inde inferre neutrum non ad vocem sed ad significatum respicientes: ut Homerus, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε κυανέη, τὸ μὲν οὔ ποτε λήγει: nam τὸ intulit, ut ad νέφος relatum. Et Thucydides, Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς ἀθηναίοις, λεγόμενον μετὰ καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις: nam λεγόμενον intulit, respiciens ad νόσημα.

A rectis in ευς plurales in εις, per ης scribunt: ut, βασιλῆς, ἱππῆς. Et ει diphthongi ε in η vertunt: interdum et ι adscribunt: ut pro κλεῖδα, κλῇδα: et pro ποσειδῶνι, ποσειδάον.

Et οὐ negationem supervacuam sæpe accipiunt, ut Thucyd. in 3. histor. ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι, ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, pro παρὰ τοὺς αἰτίους. Et Hom. Οὐ μὰ γὰρ ἀπόλλωνα διῒ φίλον. Et Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον. Sic et nos consuevimus sæpe negationibus uti, quale est illud, ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν: pro ἀπαγορεύω σοι ποιεῖν. Et Theologus, ὃν οὐ προδώσομεν οὐδὲ καθυβρίσομεν, οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀγῶνας καὶ τὰ παλαίσματα.

Etiam πρὸς abundare his solet, ut Thucydides, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἀθηναίων ἐγένετο, pro αὐτῶν τῶν ἀθηναίων. Et Aphthonius, τοιαῦται γὰρ ἀρεταὶ πρὸς βίαν ἔχουσι κτᾶσθαι, pro βίαν ἔχουσι.

Supervacua et καὶ conjunctio apud eos: et hujus infinita exempla est invenire, statim in tertio est videre hoc utentem Thucydidem: ait enim, οἱ δὲ πολλῷ θορύβῳ καὶ πεφοβημένοι, τότε ἐν πόλει καὶ τὸν ἀπόπλουν παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα ναῦς.

Atticorum est et possessiva accipere pro primitivis: ut, παρθενικὴ pro ἡ παρθένος: et ipsa primitiva pro possessivis: ut, γυναῖκά τε θήλατο μαζόν: pro γυναικεῖον ἐθήλαζε μαζόν.

Accusativos etiam accipere pro genitivis: ut Hesiodus, Ὅν τε διὰ pro δι' οὗ. Et Theologus, ὁ θυμὸς ἔστω σοι κατὰ μόνου τοῦ ὄφεως, δι' ὃν ἐξέπεσες: pro δι' οὗ ἐξέπεσες.

Consueverunt præterea augmentis et aliis augmenta superinducere: ut pro ἐβουλόμην, ἠβουλόμην: pro ἐδυνάμην, ἠδυνάμην: pro πεπαρῴνηκα, πεπαρῴνηκα.

Et comparativa pro simplicibus accipiunt, ut Thucydides in 3. Historiæ, τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ συμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολιπόντας, οἱ δεξάμενοι, καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται, ἐν ἡδονῇ ἔχουσι, νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται, hic enim est χείρους pro κακούς. Et Homerus, Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. Et Theologus sermone in Christi natalem, καὶ ὥς περ ἐκ τῶν χρηστοτέρων ἦλθε τὰ λυπηρὰ, οὕτω καὶ ἐκ τῶν λυπηρῶν ἐπανελθεῖν τὰ χρηστότερα, dixit enim pro ἀπὸ γὰρ τῶν χρηστῶν ἦλθε τὰ λυπηρά.

Utuntur et superlativo pro comparativo sæpe, ubi enim dicendum θηριωδέστερον πάντων dicunt θηριωδέστατον.

Ου pro ο ι utuntur, velut quum dicunt, τοὔνδυμα et τοὔγκλημα, et τοὔμπαλιν, pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔμπαλιν.

Rectos et accusativos eodem modo efferunt: ut, Ὦ οὗτος αἴας, δεύτερόν σε προσκαλῶ.

Atticorum est etiam dicere, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει: pro ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, extrinsecus accepta ὑπὲρ præpositione.

Atticè proferuntur per ει diphthongum passivorum secundæ personæ: ut, ζηλωτὸς ἔσει, pro ἔσῃ, Atticum est et λαβεῖ pro λάβῃ.

Atticorum est, et ᾔδειν pro ᾔδει: et ἐτετύφειν pro ἐτετύφει, utuntur etiam in plusquamperf. primis pers. pro tertiis.

Pro accusativo genitivum accipiunt, ut Aristoph. Ἕως συνετρίβη τῆς κεφαλῆς, pro τὴν κεφαλήν.

Et pro ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πεσεῖν dicunt Attici κατακάρα non divisim, sed sub uno accentu, ut Pindarus, οἱ μὲν κατακάρα δεσμοῖσι δέδενται, pro ἐπὶ κεφαλήν.

Atticorum autem et pluralia singulariter pronuntiare, quemadmodum pro τοὺς Λακεδαιμονίους, dicere τὸν Λακεδαιμόνιον, orator in Philippicis, ἀλλὰ μὴν τόν γε παίονα, pro παίονας.

Atticorum etiam dicere βαδιστέα et ἀνυστέα, pro βαδιστέον et ἀνυστέον.

Apud eos præterea deficiunt imperativa, ut apud Aristoph. Ὦ Ζεῦ διόπτα, καὶ κατόπτα πανταχῇ, ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον, deest enim ποίησον.

Βόλιτον Attici dicunt sine β, quod nos βόλβιτον dicimus, videlicet κόπρον, id est, stercus.

Atticum est etiam θέλει pro δύναται: ut Plato, τὰ χωρία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν.

Et pro recto accusativum assumere, ut Aristoph. in Avibus. Ὡς τὸ δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ βροτοὺς οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν, pro δεινόν γε εἰ μὴ νοστήσει πάλιν ὁ κήρυξ ὁ παρὰ βροτοὺς οἰχόμενος.

Pro κράμβην, κοράμβην dicunt. Atque hoc meritò, quia dicunt ab hac τὰς κόρας ἀμβλύνεσθαι, id est, pupillas hebetari.

Atticorum etiam dicere τοῦ θράσους, et τῆς ἀναιδείας, pro ὦ τοῦ θράσους, et ὦ τῆς ἀναιδείας. Et apud Aristophanem, Ὦ Ζεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Et uti participiis pro nominibus. ut in Ran. Aristoph. Εἴπω τι τῶν εἰωθότων ὦ δέσποτα, pro τῶν ἐθίμων. Et Hom. Τὸν δ' αὖ τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα, pro πινυτός.

Atticorum etiam hæc loquendi forma, εἰπὲ τόνδε, pro εἰπὲ περὶ τοῦδε. Arist. in Acharn. ἀλλὰ νῦν λέγε, εἴ σοι δοκεῖ, τὸν Λακεδαιμόνιον αὐτὸν, ὅτῳ τρόπῳ σοι φίλον, ἤγουν περὶ τῶν Λακεδαιμονίων αὐτῶν.

Atticorum etiam πλεῖν, pro πλέον: et ἦτα, et πάμαλα, ac ἦ δ' ὅς.

Et ponere ἢ supervacuum, ut Aristophan. in Ranis, Ἡ χρήματα ταῖς τῶν ἀντιπάλων ναυσὶν παρέχειν τινὰ πείθει, ἢ καπηλεύει τῶν ἱματίων, κυκλίοισι χοροῖσιν ὑπᾴδων, ἢ τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν, ῥήτωρ ὢν εἶτ' ἀποτρώγει. Item λῆρεῖς ἔχων, et παίζεις ἔχων, Atticum.

Pro πνεύμονα, πλεύμονα dicunt: et pro νίτρον, λίτρον: et pro σπογγιὰν, σφογγιάν.

Atticum etiam est elidere simulque uti crasi: ut, οὐ γάρ μοὔστιν, pro οὐ γάρ μοί ἐστιν, eliditur enim ι, et per crasin coalescunt ο et ε in ου diphthongum: ut quum pro ἐχρύσεος ἐχρύσους, pro ποῦ ἐστι, ποῦ 'στι dicunt, elidentes ε.

Bifariam dicunt ἤνεγκα et ἤνεγκον.

Item defectivè jurare, ut μὰ τὸν, non addendo θεὸν, Atticum est.

Et accipere extrinsecus verbum ἐστί. ut Hom. Εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι: deest enim εἰσί.

Pro μυρρίνας, μυρσίνας dicunt: et pro συρίζειν, συρίττειν: et pro ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν: et κολόκυνθα pro κολοκύνθη.

Pro κναφεῖον, γναφεῖον dicunt: et pro κεφαλαλγίαν, κεφαλαργίαν.

Atticum etiam pro obliquis nominativis uti, ut Aristoph. in Ranis, Εἴ τις πτερώσας κλεόκριτον κινησίᾳ, αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα, pro τοὺς πτερώτατος.

In ως adverbia qualitatis, in ον finiunt: δέον dicentes et πρέπον, pro δεόντως et πρεπόντως.

In ες desinentes rectos plurales comparativorum nominum, in ους finiunt: ut, μείζους, χείρους, καλλίους, pro μείζονες, χείρονες, καλλίονες.

Proprium ipsorum et in α purum desinentes accusativos masculinos, ab in ευς rectis factos, per η proferre: ut pro εὐρυσθέα, εὐρυσθῆ: pro τυδέα, τυδῆ.

Atticorum et pro εὐφυῆ, ὑγιῆ, εὐφυᾶ et ὑγιᾶ dicere: et pro εὐβοία, πειραιία, εὐβοιᾶ et πειραιᾶ dicere. Amant plerumque et concisiones, ἀπόλλω pro ἀπόλλωνα dicentes, et ἀμείνω pro ἀμείνονα, et κρείττω pro κρείττονα, et similia.

Eorundem est dicere ἀθήναζε πορεύομαι, pro εἰς ἀθήνας, et ἀθήνησι σοφιστεύω, pro ἐν ἀθήναις. et ἀθήνηθεν ἔρχομαι, pro ἐξ ἀθηνῶν. Et pro εἰς οἶκον, οἴκαδε: pro ἐξ οἴκου, οἴκοθεν: denique pro ἐν οἴκῳ, οἴκοι.

Contractionibus copiosè utuntur: nam pro τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον dicunt: et ὦναξ pro ὁ ἄναξ: et ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος.

Σ pro ρ utuntur: ut, θαρσαλέον pro θαῤῥαλέον: et pro ἄῤῥεν, ἄρσεν.

Passivis pro activis utuntur: ut, γράφομαι pro γράφω: et ποιοῦμαι pro ποιῶ: et ποιείσθων, ac νοείσθων, pro ποιείτωσαν et νοείτωσαν.

Ab ίζω futura, abjicientes σ, circumflectunt, ὀνειδιῶ enim dicunt pro ὀνειδίσω: et βαδιῶ pro βαδίσω, ac similia.

Genitivis pluralibus participiorum pro pluralibus tertiis personis imperativorum verborum utuntur: ut, ποιούντων et λεγόντων, pro ποιείτωσαν et λεγέτωσαν.

In ις appellativa quæ per ιος flectuntur, per εως proferunt, vertentes ο in ω, et vocales quæ sunt in penultima, in ε mutantes: ut, ὄφις, ὄφιος communiter, et ὄφεως Atticè.

De singulis quæ Doricæ dialecto propria sunt.

Dores autem ε in ευ diphthongum contrahunt, ut apud Theocritum, pro πηλέος, πηλεῦς: pro Ἰδομενέος, Ἰδομενεῦς: et Homerus, Ἰδομενεῦς κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ. Hoc est Ionicum.

Primas plurales verborum activorum τύπτομεν et ποιοῦμεν efferunt τύπτομες et ποιοῦμες.

Imperfectorum passivorum indicativorum et præsentium primas personas: ut, τυπτόμεθα, ποιούμεθα, et ἐτυπτόμεθα, ἐποιούμεθα, dicunt τυπτόμεσθα, et ποιούμεσθα, et ἐτυπτόμεσθα, et ἐποιούμεσθα. Theocrit. Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. Est autem hoc et Ionicum.

Η in α longum vertunt, nam pro σελήνην, σελάναν dicunt: et pro ἥλιον, ἅλιον.

Pro ποτὲ, πόκα dicunt: ut Theocrit. Πῆ ποκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο.

Geminationes secundorum indefinitorum, Dorum sunt: ut Theocritus, τὰν γὰρ ἀοιδὰν, Οὔτι πω εἰς ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελαθόντα φυλαξεῖς, pro λήθην ποιοῦντα.

Pro genitivo singulari in ου desinente ab in ος recto dativo eorum utuntur Dores: ut Theocritus, ἢ κατὰ πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ πίνδω.

Contrahere ὁ articulum cum alia vocali, videlicet α aut ε in ω, Ionum et Dorum est: ut Theocritus, θύρσις ὧδ' ὡξ αἴτνας καὶ θύρσιδος ἁδέα φωνά.

Pro πρόσαγε et πρόσεχε, πόταγε et πότεχε dicunt: Theocritus, πραξινόα πόταγ' ὧδε.

Pro πρῶτος, πρᾶτος: et pro πρώτιστον, πράτιστον: et pro ἦλθον, ἦνθον. Theocritus, ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον.

Οἱ articulum pluralem, qui habet sequentem dictionem à vocali incipientem, per ω proferunt, elidentes priùs ι articuli οἱ: ut, ᾡπόλοι, pro οἱ αἰπόλοι; elidunt enim ι, et contrahunt ο et α in ω, adscribunt autem et ι diphthongi αι.

Et pro καὶ εἶτα, dicunt κῆτα, ab αι diphthongo elidentes ι, et contrahentes α et ε in η, tenuem quoque in aspiratam vertentes: ut Theocritus, κῆτα, δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι ἁ δέ τι κώρα πᾶσαν ἀνὰ κράναν πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται.

Erat autem Diplasiasmus non solùm Ionum, ut dictum est, sed et Dorum. Est verò Diplasiasmus ejusdem consonantis additio in medio, non perficientis syllabam: ut pro μέσον, μέσσον, pro τόσον, τόσσον.

Pro ἐγένετο, ἔγεντο dicunt concidentes syllabam: ut Theocritus, Ὡπόλος οὐκ ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται, τάκεται ὀφθαλμὼς ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο, pro ἐγένετο.

In secunda conjugatione circumflexorum, tertias personas plurales activorum: ut, βοῶσι et γελῶσι, βοῶντι et γελῶντι dicunt: sicut in dativo singulari propriorum participiorum. Pindarus: Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον δεδαιδαλμένοι ψεύδεσιν ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Pro εἶναι, ἔμμεναι dicunt, ante ναι ponentes με, et pro ι interponentes μ.

Præpositionem ἀνὰ pro σὺν accipiunt: ut Homerus, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Et Pindarus, χρυσέαις ἀν' ἵπποις.

Pro σοῦ genitivo, σέθεν dicunt. Pindarus, τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

Παρὰ præpositionem concidunt, consonante sequente. Hom. Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο.

Vocativum ποσειδῶνος Æoles, πόσειδον proferunt, at Dores ποσείδαον.

Pro δίδου, δίδοι, et alia similiter ac tertias personas optativorum pronuntiant. Pindarus, τοῦ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

Pro ἐσθλὸν, ἐσλὸν dicunt. Pindarus, ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.

Πάντη circumflectunt, παντᾶ dicentes: ut Pindarus, προφαντὸν σοφία καθ' ἕλλανας ἰόντα παντᾶ.

Αἱμακουρίας solent vocare mortuorum parentationes, id est, τὰ τῶν νεκρῶν ἐναγίσματα.

Proferunt autem et tertias personas plurales pariter cum dativis propriorum participiorum. Pindarus, ὅρμοισι τὰς χεῖρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις, pro ἀναπλέκουσι.

Pro ὄρνιθα, ὄρνιχα dicunt. Idem Pindarus, πρὸς διὸς ὄρνιχα θεῖον.

Pluralia sæpe ut dualia proferunt, Pindarus, μαθόντες δὲ λαῦροι παγγλωσσία κόρακες ὡς, ἄκραντα γαρύετον διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

Participiis indefinitorum addunt ι. Pindarus, ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δέκα ἄνδρας ὀλέσαις μναστῆρας.

Pro τὶ, τὰ dicunt. Pindarus, τά τε τὶς ἀνώνυμον γέρας.

Αἶτος solent dicere pro τέμενος. Pindarus, διὸς αἶτει πανδόκῳ, sive τῷ ἐνδιαιτήματι.

Interponere ι τῷ ο, Dorum est proprium: nam pro πνοὴν, πνοιὴν dicunt: et pro χροὰν, χροιάν: et pro πόαν, ποιάν. Pindarus, πνοιῆς ὄπισθεν βορέαο.

Erat Dorum et ablatio contraria geminationi: ut Pindarus, ὀλύμπια μὲν γὰρ αὐτὸς γέρας ἔδεκτο, pro ἐδέδεκτο.

Extentiones etiam Dorum sunt: ut pro κενὸς, κεινός.

Pro ὄπισθεν, ὄπιθεν dicunt, elidentes σ.

Genitivos plurales in ων desinentes et circumflexos, per αν proferunt: nam ubi dicendum est μουσῶν, μουσᾶν dicunt.

Pro μή ἐστι, dicunt μῆστι, contrahentes η et ε, in η. ut Aristophan. Μῆστιν οὗτος χοῖρος.

Ubi dicendum est αὐτὸν, νιν dicunt Dores. Pro εἶναι, εἶμεναι.

Pro χρὴ, χρῆσθα.

Pro σιγᾶν, σιγῆν. ut Aristophanes, Οὐ χρῆσθα σιγᾶν. Sic pro διψᾶν, διψῆν: et pro πεινᾶν, πεινῆν.

Pro οἴκαδε, οἴκαδες dicunt, et pro σὲ, τέ. Sicuti, τύδ' ἀποισῶ, pro ἀποκομίσω.

Loco πρὸς, ποτὶ dicunt, deinde ι abscindunt. Ποτὰν ματέρα dicit Aristoph.

Et pro καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, κὴκ τοῦ αὐτοῦ dicunt, elidentes ι, deinde α et ε in η contrahentes: ut pro εἶχας, εἶχη: pro ἐκέρνας, ἐκέρνη, et similia: hoc autem Atticum et Ionicum est.

Pro τοῦ αὐτοῦ, τωυτοῦ dicunt: et pro κρέας, κρῆς.

Pro Ὀδυσσεὺς dicunt Ὀλυσσεύς.

Circumflectunt item futura, dicentes pro ἀποίσω, ἀποισῶ.

Pro τιμὴν, τιμὰν dicunt. Pro παρ' ἡμᾶς, παρ' ἁμᾶς.

Pro ὑμεῖς, ὑμὲς efferunt.

Οἱ articulo nominativi pluralis, τ addunt: ut τοὶ θεοὶ, et ταὶ μοῦσαι, pro οἱ et αἱ.

Πάσσακα pro πάσσαλον dicunt.

Ὄκκα pro ὁπηνίκα et ὁπότε et ὅπου utuntur.

Ἀγλῖθας dicunt pro κεφαλὰς τῶν σκορόδων, id est, alliorum capita.

Pro ὡς dicunt τὰς, ut Aristoph. in Acharnensibus, Ὑμὲς ἂν δὲ ἐσβάλητε τὰς ἀρωραίως μύας, Πάσσακι τὰς ἀγλῖθας ἐξορύσσετε.

Diphthongum ου in ω mutant: ut pro μούσας, μώσας: et pro οὐρανὸν, ὠρανόν: et pro κοῦρον, κῶρον.

Pro φασὶ, φαντὶ dicunt: et pro ἐγὼ, ἐγών: et pro γὲ, γὰ, ut Aristoph. καὶ γίνεται γα.

Λῆς per η pro θέλεις: ut, αἱ δὲ λῆς αὐγάσδεο. Et Aristoph. Ἀντεινον αἱ λῆς ὡς παχεῖα καὶ καλά.

Ἀνὰ præpositionem concidunt et in compositis: ut pro ἀνάτεινον, ἄντεινον. et iis quæ per appositionem dicuntur, ut ἀναγορὰν, pro ἀνὰ τὴν ἀγοράν.

Pro σφὰς, ψὲ dicunt. Theocritus, Ἦπα ψὲ κεύθβαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες. Hoc est ἦπου αὐτὰς τὰς βόας ἀφ' ἑσπέρας πάσας ἀμέλγεις.

Pro τίθησι et ὑφίησι, τίθητι et ὑφίητι dicunt. Theocritus, ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίητι τὰ μοσχία, κημὲ φυλάσσει.

Præteriti plusquamperfecti tertias personas per η scribunt, ut Theocrit. Καὶ πόκα τήνος ἔλαιεν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη.

Pro δάμαλις, dicunt δαμάλη. Theocrit. ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦνται.

Pro ἄλλοτε, ἄλλοκα dicunt.

Particulam μα extrinsecus accipiunt. οὐ γᾶν, inquit Theocrit. pro οὐ μὰ τὴν γῆν.

Pro ἦν, ἧς dicunt. Theocrit. Οὐδὲ γὰρ εὐμάρα τῷ δεσπότῃ ἧς τοι ἐνεῦθεν. Οὐκ ἦν (inquit) οὐδὲ τῷ δεσπότῃ σου ἐγκοιμᾶσθαι εὐμάρα.

Pro κείσομαι, κεισοῦμαι dicunt: inde vertunt ου diphthongum in ευ, ut Theocrit. Κεισεῦμαι δὲ πεσὼν, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται.

Futura in ζω verborum per ξ proferunt, καθίξας pro καθίσας, et λογίξειν pro λογίσειν, et similia.

Pro θέασαι, θᾶσαι dicunt. Theocritus, θᾶσαι φίλος ὡς καλὸν ὄσδει. Et rursus, Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος.

Ὀρομαλίδες dicunt pro ὄρεια μῆλα.

Pro ὁμοῦ, ἁμᾶ dicunt.

Pro ἔμπροσθεν, ἔμπροθεν. Theocrit. — ἦμὶν δὲ τὸ βουκολιάσδευ, Ἔμπροθεν. Sed quidam pro ποθὲν hanc dictionem sumpserunt: aut ἓν πρὸς ἓν ᾠδάριον, id est, ἀμοιβαδόν.

Quum fuerint duo ηη, unum post aliud, hæc in α vertunt: ut Theocr. Νίκη μὰν οὐδ' ἄλλη, ἀνάσσαντοι δ' ἐγένοντο, pro ἀνήσσηντοι.

Et ἐβόατο, et ἐγελᾶτο, et ἐκλᾶτο in η vertunt.

Pro σοὶ et ἐμοὶ, τὶν et ἐμὶν dicunt.

Et ubi dicendum πλησίον, πλατίον dicunt.

Pro πρώην, πρὰν. Theocrit. Ἔγνων πρᾶν.

Ὁ articulus cum vocali alia inducta, contractus in ω magnum apud Dores sic pronuntiatur ut apud Ionas: ut et Theocritus.

Οὐχ' οὕτως ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας;

Pro ἕτερος, ἅτερος dicunt.

Pro τετραετὶς, τετράενις. Theocr. Τετράενις δὲ πίθω ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφας.

Pro σὺ, τὺ, pro πλὴν, πλὰν dicunt. Pro ἡμέραν, ἁμέραν: pro πηγὴν, παγάν.

Pro εἴκοσι, εἴκατι: Theocrit. Φεῦ φεῦ, λάκων τοὶ ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ Τυρῶ.

Pariter cum Atticis et ipsi à barytonis circumflexa producunt: ut pro στρέφω, στραφῶ, pro νέμω, νωμῶ, pro πέτω, πωτῶ. Theocrit. Πωτῶντο ξουθαὶ παρὰ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.

Utuntur et ὦν pro οὖν, ut Iones, χρήσδεις, ὦν εἰσιδεῖν; χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον.

Primæ conjugationis circumflexorum passiva indefinita corripiunt in penultima. Theocr. Οὕτω καὶ νύμφα γαμαθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Pro σταγόνα τῆς δρόσου, dicunt Dores πρῶκα.

Pro βρενθύεται, dicunt φριμάσσεται.

Ἐκάθηρεν, pro ἐμάστιξε accipiunt.

Κιγκλίζειν, pro κινεῖν τὴν ὀσφύν: ut à γνῶ, γίγνω, sic à κλῶ, κιγκλῶ et inde κιγκλίζω.

Media futura prima circumflectunt, et in subjunctivis per diphthongum scribunt. Theocritus, Μή μευ λωβασεῖσθε τὰς ἀμπέλος.

Pro μικρὸν, μικκὸν dicunt. Theocrit. — Ἰθ' ὦ ξένε μικκὸν ἀκούσον. Τῇ δ' ἐλθών.

Βωστρήσομες pro καλεσόμεθα accipiunt.

Pro κυρτὸν ὕβον dicunt.

Pro ἰδοὺ dicunt ἤνιδε: Synesius quoque ἤνιδε itidem usurpat. Theocritus, Ἠνίδε τοι τὸ δέπας.

Ἐντὶ pro εἰσὶ, accipiunt. Theocrit. — ἐντὶ γὰρ αὗται.

Pro διφθέραν, βαίταν dicunt.

Ὄλπις dicitur apud ipsos ἁλιεὺς, ὁ τοὺς λεπιδωτοὺς ἰχθῦς ἀγρεύων: à λέπω, λεπίς: et transpositione literæ ἔλπις: et mutatione brevis ε in ο breve, ὄλπις.

Γέλαν, pro πορφυρὰν οἶν dicunt: nigram enim corporis superficiem quando suffusione sanguinis nigrescit, πελίωμα vocant.

Πύῤῥιχος, dicitur apud eos ὁ πυῤῥός: et κακοχράσμων, ὁ δύστροπος.

Ὀσσίχον, pro ὅσον. Theocrit. Ὀσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἀλίκον ἄνδρα δαμάσδει.

Pro ἠγόνησε, dicunt ἠγνόησε: et pro δακρύομαι, δακρύττομαι.

Scire oportet quòd Doricæ linguæ sunt subdivisiones locales: aliter enim Cretenses loquuntur, aliter Rhodii, aliter Argivi, aliter Lacedæmonii, aliter Syracusii et Siculi. Universales tamen ipsorum proprietates prædictæ sunt; etsi non omnes.

Item hæ, vertere in ους desinentes genitivos ab in ης rectis factos, in ευς proprium habent: ut, Διογένης, Διογενεῦς, pro Διογένους.

Η pro ει diphthongo utuntur: pro ἐλθεῖν, ἐλθῆν dicentes. Subtrahunt autem et ab infinitivis ι. nam λαβὲν pro λαβεῖν, et ἐλθὲν pro ἐλθεῖν, et ἐνεῦθεν pro ἐντεῦθεν. utuntur et geminatione trium consonantium, ut Æoles ὅττι, ὁππόθεν, ὅσσον.

Pro θεοὺς, σιοὺς dicunt: ut Lacedæmonii quum per Dioscuros jurant, dicunt. Νὴ τὼ σιὼ, id est, μὰ τοὺς θεούς.

Productiones ancipitum propriæ linguæ Doricæ, ut ἶσος ἐναλίγκιος.

Α pro ε sæpe utuntur, pro ἕτερος, ἅτερος dicentes: et pro Ἄρτεμις, Ἄρταμις.

Abscissiones propriæ ipsorum sunt, pro Ποσειδῶνα, Ποσειδῶ: pro δῶμα, δῶ: pro κρίμνον, κρί.

Additiones μι syllabæ, in iis quæ apud nos in ναι desinunt infinitivis, Dorum sunt, ut βήμεναι pro βῆναι.

Subtractiones θ ex genitivis qui per θ declinantur, pro Πάριδος, Πάριος, et κέραος pro κέρατος, Ionum sunt proprietates linguæ et Dorum.

Acuta penultima scribunt Dores qualitatis significativa adverb. καλῶς, σοφῶς, κόμψως, ἅπλως dicentes. Quæ nobis acuta penultima sunt, circumflectunt, ut, οὑτῶς, παντῶς. Et in οι nomina, similiter et participia, quum antepenultimam acuunt, ipsi penultima acuta dicunt: ut, φιλοσόφοι, μενελάοι, ποθουμένοι, δηλουμένοι.

Et participia in ων desinentia, circumflexorum in αν terminant pro γελῶν et ἐλῶν: γελᾶν, et ἐλᾶν.

Pro ναῦν, νᾶν: et pro κλεῖδας, κλᾶδας, proferunt.

Acuta penultima proferunt et tertias personas in αν desinentes indefinitorum, ἐστάσαν, ἐφάσαν. Et in ον desinentes, acuta penultima: ut ἐλάβον, ἐτρέχον, ἐλέγον, ἐφάγον.

Circumflectunt et hujusmodi, παιδῶν, τρωῶν, παντῶν.

Et futura, pro δώσουσι, δωσοῦντι: et pro λέξουσι, λεξοῦντι circumflexè.

Circumflectunt et ipsi ὁμοῖος, ut Attici.

Accusativos plurales masculinos in ους desinentes per ος proferunt, τὸς καλὸς, τὸς σοφὸς, τὸς ἀνθρώπος, τὸς ἵππος.

Quæ per ε proferuntur imperativa verba, per ον proferunt, pro λάβε, λάβον: pro θίγε, θίγον.

Pro πατέρα, ἀπφῦν, et pro κούρας, κυνάδας dicunt.

Ἴδες Ionicè et ipsi corripiunt. Theocrit. in Adoniazusis, Ὧν ἴδες, ὧν εἶπας, καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Ἀργὸν per epenthesin ἀεργὸν dicunt.

Pro δαψιλὲς, ἀδές: pro παῖδα, παῖσδα proferunt.

Subjunctivis utuntur pro indicativis. Theocritus, Ἴσαμι καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν, τὰ μάλιστα δεδοίκω: pro δεδοίκα.

Pro ἴσασιν, ἴσαντι dicunt: et pro ἑστήκασιν, ἑστήκαντι.

Theocritus, Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι, Ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντὰ σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος.

Materialium et ipsi ι abjiciunt, dicentes ἀργύρεος et χρύσεος.

Et ex ὃς subjunct. articulo σ abjiciunt: Theocritus, Ὁ τριφίλητος Ἄδωνις, ὃ κ' εἰν Ἀχέροντι φιλεῖται.

Pro κλείσω, κλαξῶ dicunt. Theocrit. Τὰν αὔλειαν ἀπόκλαξον.

Defectiva etiam apud eos sunt. Παυσάσθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι. Τρυγόνες ἐκκναισεῦντ πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Pro Πελοποννησιστὶ, Πελοποννασιστὶ dicunt.

Dativos plurales ab in ευς rectis factos, non sic proferunt ut nos: Πηλεῦσι et βασιλεῦσι: sed ut primæ contractionum inflectionis nomina, pariter ac Δημοσθένεϊ, ut ibi enim Δημοσθένεσι dativus pluralis, sic et hic Theocritus: Δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.

Pro φύσιν, φυὴν dicunt.

Pro βράδισται dicunt βάρδισται. Theocr. Βάρδισται μακάρων ὧραι φίλαι ἀλλὰ ποθειναὶ Ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖσιν αἰεί τι φεροῖσαι.

Πλαθανὸν, vocant speciem vasis cujusdam in quo præparant placentulas.

Corripiunt et in ας accusativos: ut, νύμφας, κρῆνας: et participia νοῆσας, πρᾶξας.

Et imperativa verba pronuntiata per ε tenue, per ον pronuntiant. ut pro θίγε, θίγον.

Peculiariter dicunt Siculi, pro χύτραν, κύτραν: et pro χιτῶνα, κιτῶνα: et pro μητέρα, δελφύαν: pro γυναῖκα, γάναν. Cretenses verò pro διαπαντὸς, αἶες: pro αὐτοῦ, αὐτεί: pro βέλτιον, βέντιον dicunt: pro ἴα, εὖα: pro ἑαυτὸν, αὑασόν. Vertunt iidem et ἐς præpositionis σ in ν: ut pro ἐς χορὸν, ἐν χορόν: pro ἐς τὴν ἀγορὰν, ἐν τὰν ἀγοράν.

Pro εἴωθα, εἰθῶ: et pro εὐωχεῖσθαι, εὐῶ.

Pro Θουκυδίδης, Θευκυδίδης: pro Θεοκράτης, Θευκράτης: pro Θεόφραστος, Θεύφραστος.

Pro κρέα, κρῆ: pro ἄκρατον, ἄκρητον. Pro κρίκον, κίρκον: pro κελεύεται, κέλεται. Pro καταβαλεῖν, καββαλεῖν. Pro σωροὺς τῶν ἀχύρων, μύχωνας dicunt. Pro τότε, τόκα: pro τῆμος, ἦμος.

Pro οἴκαδε, οἴκαδες: pro στάδιον, σπάδιον.

Pro μὲν, μὲς, ut ubi dicendum ταύτας, τοῦτας dicunt: et pro ἔνδον, ἐνδοῖ: pro κρανίον, κράνον.

Ἀδέματον ψυχὴν, τὴν νεκρὰν, hoc est, τὴν ἔξω τοῦ σώματος. Et hæc de lingua Dorica. Differt autem Cretensium dialectus, qua Cypselas usus est: et Laconum, qua Alcman et Sophron. Pindari autem et Simonidæ et Bacchylidis omnino ignoratur, eo quòd natura non sint Dores hi Poëtæ: habebant autem peculiarem sibi loquutionem.

De singulis quæ Ionicæ dialecto propria sunt.

In ας desinentes rectos supra duas syllabas in ης proferunt Iones. Herodot. ὁ δὲ Ἀρχίης καὶ Λυκώπης μοῦνοι συμπεσόντες.

Dativis pluralibus desinentibus in οις, addunt ι: Herodotus, τοῖσι Σαμίοισι.

Pro κλεισθέντες, κληϊσθέντες dicunt: et pro Πηλειάδεω, Πηληϊάδεω, dissolvunt enim diphthongum in ε et ι, deinde producunt ε in η syllabam, sicut pro ἱερεῖον, ἱρήϊον.

In ων desinentes genitivos plurales fœmininos dissolvunt, pro ὡρῶν, Θηβῶν, πυλῶν: ὡρέων, et Θηβέων, πυλέων dicunt. Homerus, Ὣς εἰπὼν, πυλέων ἐξέσσυτο. Et Hipcrates, αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα.

Sed et masculinorum genitivos ab in ης rectis factos, per εων proferunt, dicentes Περσέων et νησιωτέων. Herodotus in tertio, κατ' ἀρχὰς νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον.

Dativis pluralibus fœmininis nominum non solùm ι addere consueverunt, ut in dativis pluralibus masculinorum nominum, sed αι diphthongi vertere α in η consueverunt: ut Hippocrates, ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγενομένη, πρόσθεν μὴ γενομένη σημεῖον ἀγαθόν.

In ου desinentes genitivos ab in ας aut in ης rectis factos, per εω proferunt. Ab iis qui in ας Herodot. τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω γεγονότι: pro ἀπ' Ἀρχίου: ab iis autem qui in ης: ut, Ἀτρείδεω δαΐφρονος.

Subjunctivis articulis, qui à vocali incipiunt addunt τ Iones: ut apud Herodotum, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου ταυτοῦ τοῦ ἦν: pro οὗ ἦν. et alibi. τοῖς ἐντέλλετο pro οἷς.

Ad ε addunt ι: ut, Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et Εἴ μοι ξεῖνα δοίη. Et Εἰνάλιος θὴρ, pro ἐνάλιος.

O adjiciunt ipsi υ, pro κόρη, κούρη: pro νόσος, νοῦσος: pro ὄρος, οὖρος: pro μόνος, μοῦνος. Dixerit quispiam igitur, quomodo πόνος et φόνος non assumunt υ? non enim dicunt ποῦνος et φοῦνος. Dicimus igitur quod à verbis πένω et φένω, deducta sunt: μόνος autem, etsi à verbo deductum, quoniam trium generum est, assumit υ.

A in η vertunt, pro Ἥρα, Ἥρη: pro σφαῖρα, σφαίρη: pro δημοσία, δημοσίη: pro πρᾶγμα, πρῆγμα.

In ους desinentes genitivos per εος proferunt, eodem modo et alios casus non contractos, sed integros faciunt, Πολυκράτεα et Δημοσθένεα dicentes.

Τὸ πολλὸν dicunt non τὸ πολύ: et ὁ πολλὸς, non ὁ πολύς.

Εἰς præpositionem ἐς dicunt, ut Attici.

Præsentibus similiter et imperfectis præt. et partic. circumflexorum, et ut universaliter dicam, omnibus modis integrè utuntur: ut in Anacreonteis, Δοκέει κλύειν γὰρ ἤδε, Λαλέειν τίς εἰ θελήσει. Et in oraculo, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.

Pro ὁράω, ὁρέω dicunt, α in ε vertentes: et pro ἐχρέωντο, ἐχρέοντο.

Ὦν pro οὖν dicunt, Herodot. καὶ ὦν φασὶ πολέες.

Ὦ quod significat ὑπάρχω, ἐω efferunt: ut Homer. Ὃς ᾔδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Tenues pro aspiratis amant, ἀπιγμένοι et ἀπίκοντο dicentes non in compositionibus solum, sed in collisionibus. Herod. οὐκ οἷοί τε ἦσαν.

Pro νῆας, νέας dicunt.

In ος genitivos ab in ευς rectis factos, per ηος proferunt, dicentes βασιλῆος et Πηλῆος.

In ου desinentes genitivos ab in ος rectis factos, per οιο proferunt: ut pro Μενελάου, Μενελάοιο: pro θείου, θείοιο.

In ος desinentes genitivos ab in ις rectis factos, per εος proferunt, dicentes ὄφις, ὄφεος per ο: πρέσβυς, πρέσβεος: μάντις, μάντεος: πόλις, πόλεος, ut in Oreste Eurip. Ὃς ἂν δύνηται πόλεος ἐν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ. Et rursus in alia fabula, Ἔσπειρ' ὄφεος ἐν γαίᾳ θέρος.

Solent eodem modo incipientia facere præterita quo præsentia ex quibus ea facta sunt: ut, τύπτε δ' ἐπιστροφάδην. Et, ἄορι θεῖνε. Et, Βῆ δ' ὁ γέρων. Et, ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. Et, Ξανθὰς δ' ἐκ κεφαλῆς ὄλεσε τρίχας. Et, Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν, Οὐδ' οὕτω γεραρόν. Et, Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν, Πάντες κ' αὐτόθ' ὄλοντο. Præterea autem, Καί νύ με δεξάμενος Πηλεὺς τρέφεν ἐνδυκέως. Et, Σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε. Et, Ἔνθ' Ὀδυσῆα ἐγὼν ἰδόμην, καὶ ξείνια δῶκα.

Et ut universaliter dicam, correptiones Ionum sunt: ut, νέας ἀμφιελίσσας, pro νῆας: et ὄφεος et πόλεος: sicut Atticorum productiones: ut, Πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής. Et, Οὐδέποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν.

Puto quòd et εὐωχία Atticè producitur et scribitur per ω; ὀχὴ enim dicitur τροφὴ et εὐωχία, quòd benè habet corpus et continent.

Secundas personas singulares passivorum faciunt ex tertia persona singulari per subtractionem τ: Homerus, Γνώσεαι Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα, τὸν περὶ πάντων Ζεὺς ἐνίησι πόνοισι διαμπερές. Et rursus, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, Σὴν ἔδεαι κραδίην.

Similiter et genitivos à rectis in ας neutrorum nominum per τος declinatorum, per subtractionem τ dicentes: ut, κέραος, γέραος.

Τε abundat apud eos, et superfluum est: ut Herodotus, ἐπείτε ἐγένετο ταῦτα: pro ἐπεί.

In ους desinentes genitivos neutrorum per εος proferunt.

Et omnem casum hujusmodi integrè deducunt: ut, τείχεος, βέλεος. Et, Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεύς.

Κ pro π in interrogativis et relativis uti solent: ut pro πόσα, κόσα: pro ὅπως, ὅκως: pro ὁπόσα, ὁκόσα. non tamen in aliis.

Vertunt autem aspiratas in tenues, et tenues in aspiratas: ut pro χιτὼν, κιθών: pro ἀκάνθιον, ἀχάντιον: pro βάτραχος, βάθρακος, et similia.

Ω pro α aliquando uti eos dicunt: ut pro ἄνθρωπον, ὤνθρωπον: et pro ἄριστον, ὤριστον. ego autem puto ex collisione in solis rectis hoc facere eos, et in vocativis, quemadmodum et Attici faciunt. Initio Herodotus in vocativo sic inquit, ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Et rursus alibi, ὦναξ Ἡράκλεις: pro ὦ ἄναξ. Et Sophocl. Ἀλλὰ γὰρ ὦναξ, σὺ δ' ὃς ἂν βλαστῇ, μένει Νοῦς τοῖς κακῶς πράττουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται. Et Homerus, Λοισθὸς ἀνὴρ, ὤριστος ἐλαύνει μώνυχας ἵππους: pro ὁ ἄριστος. Nam ο et α in ω contrahitur, vel colliditur.

Et ο et α in ω magnum contrahunt: ut, βόαξ, βῶξ, piscis genus.

Item α et ο in ω magnum commiscetur: ut, τὰ ὅπλα, θὤπλα. Et quoniam ὅπλον aspiratur, vertitur τ in θ: hoc verò Atticum est: si enim esset Ionicum, non versum esset, quia tenuibus gaudent Iones.

Ω pro α in diphthongo utuntur, ωὐτὸς dicentes pro αὐτός. et θωυμάσας pro θαυμάσας. Hinc puto Ionicè sic dictum φωρίαμος pro φαρίαμος, ut sit ab origine vocabuli quod vestes continet arca.

Incidere et dividere dictiones, Ionum proprium, ubi enim dicendum Πελοπόννησος, Πέλοπος νῆσος dicunt: et pro αἴγαγρον, αἶγα ἄγριον.

Acceptiones infinitivorum pro imperativis, Ionum sunt. Homerus: Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. Et Πειρᾶν δ' ὥς κεν Τρῶες ὑπερκύδαντας Ἀχαιοὺς, pro πειρῶ. Et innumera alia ejusmodi apud Homerum et Hesiodum invenimus.

Acceptiones masculinorum pro fœm. Ionum sunt: ut illud, Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐ ἰ ἕσπερος ἦλθεν, pro ἑσπέρα.

Divisiones in ει desinentium singularium dativorum, Ionum sunt propriæ: βέλεϊ pro βέλει: ἔγχεϊ pro ἔγχει.

In ω desinentia fœminina accusativo in ουν finiunt: ut pro Λητὼ, Λητοῦν: pro Σαπφὼ, Σαπφοῦν.

Ι extrahunt Iones interdum ex dictionibus: dicunt enim ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι.

Antea diximus Ionum esse scribere et dicere, ὄφεος et πόλεος. nunc autem dicimus communibus ipsorum genitivis uti Iones, et præcipuè Homerum: ut, Ἐξ ἀγροῦ νίσφι πόλιος. Et Hippocr. ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανάσιμος.

Geminationes in secundis indefinitis Ionum sunt, ut hoc, τετύκοντό τε δαῖτα.

Transpositione literarum Ionica lingua utitur: ut, κραδίην pro καρδίαν: ἀτραπιτὸς pro ἀταρπιτός.

Duplex σσ in ξ vertunt Iones: nam pro δισσὰ, διξά: et pro τρισσὰ, τριξὰ dicunt.

Subtrahunt sæpe ι ex dictionibus: ut, Ἡροδότου Ἁλικαρνασῆος ἱστορίης ἀπόδεξις, pro ἀπόδειξις.

Sed et subtrahere ex possessivis ι, Ionum est: ut, ἀργύρεος, χρύσεος. Homerus, Ἐντόρεόν τε χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι.

In ες desinentes rectos plurales, si ab in ευς rectis fiunt, per ηες proferunt: ut, βασιλῆες, ἱππῆες, quoniam et genitivum sic proferunt. Si verò ab in ης, vel in υς, per ε, ut ἀληθὴς, rectus singularium et rectus pluralium apud nos ἀληθεῖς per ει diphthongum, Ionicè autem ἀληθέες: et rursus pro πολεῖς, πολέες: ut illud, Πολέες δέ μιν ἠρήσαντο φέρειν, καὶ ὀξέες ἧλοι.

Dubitaverit autem quispiam, quomodo genitivos ab in ης rectis, non proferant per ηος, ut ἡδῆος, ὀξῆος, sicut βασιλῆος et οἰκῆος. Est igitur dicendum, quòd nunquam penultima genitivi major vult esse ultima nominativi in iis quæ inæqualiter declinantur: ut Αἴας rectus ας habet natura longum: Αἴαντος genitivus longam habet penultimam; sed et Λάχητος natura longam penultimam. Aut igitur æqualis debet esse penultima genitivi ultimæ recti, aut minor, ut in Αἴαντος, et χαρίεντος, et λέων λέοντος, nunquam autem major. Quoniam igitur Πηλεὺς et similia habebant ultimam longam, fecerunt et Iones penultimam longam genitivi, ut sit æqualis ultimæ nominativi, quum non fieret ex hoc regulæ transgressio. In ἡδὺς autem non potuerunt vertere genitivum ἡδέος in η. sic enim inveniretur major penultima genitivi, ultima recti, quoniam ἡδὺς brevem habet ultimam, et ὀξὺς et hujusmodi. In σ enim desinentia cum ambigua, per abjectionem σ neutrum facientia, correptam habent ambiguam: ὁ μέγας τὸ μέγα, ὁ ἡδὺς τὸ ἡδύ.

Ex θηλεία extrahunt ι, et in omni casu hoc faciunt. Herodotus, τῶν θηλέων ἵππων μίαν τὴν ὁ Δαρεῖος ἐς τὰ μάλιστα ἔστεργε. Et rursus, Ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ.

Non expressum ι pronuntiare solent, Homer. Ὑπὲρ ὤϊον εἰσαναβᾶσα, et πατρώϊός ἐστιν ἑταῖρος. Et Hesiodus, Χρηΐζειν ἀπεόντας.

Additiones ι τῷ ε sequente vocali, vel una immutabilium, Ionum sunt: ut, pro ἕως, εἵως: κεινὸ, pro κενό: et ξεῖνος pro ξένος.

Mutare ει diphthongum in ες syllabam, Ionum est. Homerus, ἐρίηρες ἑταῖροι, pro ἐρίηροι. Et, ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι.

Immutationes η in α breve, Ionum sunt. ut μεμακυῖα pro μεμηκυῖα. et λελασμένος pro λελησμένος. et ἄλαστος pro ἄλαστος. Si quis autem dicat, Quomodo aliàs α in η vertunt: ut pro Ἥρα, Ἥρη, pro τιτὰν, τιτήν. aliàs η in α? scito quòd α in η vertunt, quum est α longum: α autem in η non generaliter, sed quum est α breve. Immutationes autem brevis α in η, posteriorum Ionum sunt. Hæc igitur ad veritatem tendunt.

Exemptiones earum quæ in principio sunt consonantium, Ionum sunt, ut, pro λείβειν, εἴβειν: pro γαῖα, αἶα: pro δεινὸς, εἰνός.

Semper ὦν syllabam abundantem ponunt inter præpositiones: ut, ἐξ ὦν εἷλεν, et ἀπ' ὦν ἔδοντο.

Primas vocales literas ex dictionibus extrahunt Iones: ut pro ἐκεῖνος, κεῖνος: pro ἑορτὴ, ὁρτή.

Composita verba dissolvunt, et interponunt nomina: ut, λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδὼς, pro κατεδηδώς. Et Κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα, pro κατέκτανε.

Invertere dictiones, Ionum est proprium: ὄρνιθες ὥς. Et, Ὦ ἐπὶ πόλλ' ἐμόγησα.

Hyperbata Ionum sunt: ut, Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν, hoc est, διέβησαν.

Diæreses in ως desinentium adverbiorum quæ à genitivo plurali fiunt, cujus rectus singularis in ης terminatur, et in ους genitivus singularis, Ionum propriæ: ut, εὐσεβὴς, εὐσεβοῦς: genitivus pluralis εὐσεβῶν: et mutatione ν in ς, εὐσεβῶς. Sic ἀληθὴς, ἀληθοῦς, genitivus pluralis ἀληθῶν: et mutatione ν in ς, ἀληθῶς, et id genus alia. Hæc igitur et hujusmodi dividunt Iones, ut nomina, ἀληθέως dicentes et ἀτρεκέως et εὐσεβέως. Tamen in ὁσίων, ὁσίως, et δικαίων, δικαίως, et θαυμαστῶν, θαυμαστῶς, non item. horum enim genitivi non in ους desinunt, ut sint divisi et in nominibus et adverbiis.

Dores (ut dictum est) producto utuntur α vertentes η in ipsum: ut pro ἥλιος, ἅλιος: pro νῆσος, νᾶσος: pro σελήνη, σελάνα. Iones autem correpto utuntur eo.

Et ut in universum dicam, et Prosthesi et Aphæresi, et Epectasi et Syncopa utuntur. Est autem Prosthesis Aphæresi contraria, et Epectasi Syncope.

Et Prosthesis quidem est, quum in prima syllaba nominis assumitur aliqua litera, ut pro ἕνεκα, εἵνεκα: et Ἴλιον εἴσω pro ἔσω. Sic pro μόνος, μοῦνος: pro ὅλος, οὖλος. Hæc autem ego Prostheses non dico, sed Parentheses: ut et illa, pro ἥκατος, εἵκατος: pro ὑπέντες, ὑπείεντες, ut Homerus, Οἱ

δ' ἂρ ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. Et, Ἡμῖν δ' εἴνατός ἐστι περὶ τροπέων ἐνιαυτός.

Prosthesis autem dicitur, quum in principio orationis alia assumitur litera: ut pro σταφὶς, ἀσταφίς: pro πᾶς, ἅπας: pro εἰλόπεδον, θειλόπεδον, estque hoc Atticum etiam. Sive igitur sit Prosthesis sive sit Parenthesis, Ionum est. Sed et quæ sunt contraria his. Est autem contraria (ut dictum est) Prosthesis Aphæresi, et Parenthesis Ellipsi.

Est verò Aphæresis, in principio sublatio: ut pro ἐκεῖνος, κεῖνος: pro ἐκεῖσε, κεῖσε: pro ἐχθὲς, χθές: pro ἐμὲ, μέ: pro ἑορτὴ, ὀρτή.

Ellipsis autem abjectio est vocalis de medio, non facientis syllabam, ut ἀμύξαι pro αἰμύξαι: et ἕταρος pro ἑταῖρος. Est autem hoc et Atticum. Hæc igitur propria Ionum sunt, Prosthesis inquam et Ellipsis, et Parenthesis et Aphæresis, itemque Syncope, quæ est contraria Epectasi.

Est autem Syncope, defectus unius syllabæ in medio dictionis: ut pro οἴμημα, οἶμα: pro κακόμορος, κάμμορος: pro ἐξαίρετος, ἔξαιτος: pro ἁρμόσαντες, ἄρσαντες.

Parectasis, abundantia est unius syllabæ in medio: ut pro ἀδελφὸς, ἀδελφεός: pro κενὸς, κενεός: pro ἔτυμος, ἐτήτυμος.

Fit autem aliquando syncope etiam duarum syllabarum, ut pro Δευκαλιωνίδης, Δευκαλίδης. Hac syncope utuntur et Æoles. utuntur et Diæresibus: ut, Ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Diæresis autem Synalœphæ contraria.

Est autem Synalœphe, duarum vocalium divisarum in unam syllabam unio, ut pro τὸ ὄνομα, τοὔνομα: et est proprium hoc Atticorum. Anadiplosis verò (ut diximus) propria est Ionum, ut pro λάχωσι λελάχωσιν: et κεκαμὼν, pro καμών: et πεπαλὼν, pro παλών. Sed et sublatio, ipsorum est, ut pro βεβλημένος, βλήμενος. Est autem Anadiplosis contraria Arsei.

Rursus, Systole quidem Ionum est: ut, Ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο, pro ξηρὸν, et νέας ἀμφιελίσσας, pro νῆας, correptum enim Ionicè fuit η in ε.

Ectasis verò Atticorum est, quæ breves in longas vertit: ut, τιθήμεναι pro τιθέμεναι.

Rursum qui dicitur Proschematismus, est Ionum. Est autem Proschematismus, abundantia syllabæ in fine: ut pro θεοῖς, θεοῖσι: pro σοφοῖς, σοφοῖσι: pro μούσαις, μούσαισιν. Huic autem contraria est Apocope, est verò hæc Dorum: ut pro ἱδρῶτα, ἱδρῶ. Homerus, Ἱδρῶ ἀπεψύχοντο. Sic pro κυκεῶνα, κυκεῶ.

Rursus paremptosis, quæ erat contraria Ecthlipsi, Ionum est, ut pro λεγόμεθα, λεγόμεσθα.

Ecthlipsis autem Dorum tantùm est: ut pro σκῆπτρον, σκῆπτον.

Rursus διπλασιάζειν (id est duplicare) sive διπλασιασμὸς (id est duplicatio) Ionum est: qui est contrarius Paralipsi. Est autem Diplasiasmus, quum in aliqua consonantium eadem consonans additur: ut pro ὅτι, ὅττι: ut, ὅττι κεν εἴπω. Sic pro ὅσον, ὅσσον: Homerus: Τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Parellipsis est quum aliqua ex geminatis consonantibus deficit: ut pro κάλλιον, κάλιον, et est Dorum. Ionum autem proprium abjicere ex ει diphthongo ι: ut pro μείζων, μέζων, pro κρείσσων, κρέσσων. At verò Ellipsis (ut prædixi) est abjectio vocalis de medio: quale est pro αἰμύξαι, ἀμύξαι.

Pro ἐπὰν, ἐπεὰν dicunt. Herodotus, ἐπεὰν ἐκβῇ ἐς τὴν γῆν ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος.

Pro ἐνταῦθα, ἐνθαῦτα dicunt permutatim. Herodotus, ἐνθαῦτα ὁ τροχίλος εἰσδύνων.

Ζωὴν vocant et τὴν ζῶσαν γυναῖκα, (id est viventem mulierem) tanquam à ζωός.

Pro λίαν, κάρτα dicunt.

Pro μέγεθος, μέγαθος. Herodotus in 2 hist. πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον, μέγαθος ὅσον κρέξ.

Ε et ο in ευ diphthongum miscentur apud eos. Herodotus, ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε καὶ τέρπευ, ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. Et πλεῦνας pro πλέονας. Sic Μετὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν Ἑλλήνων στρατιὴν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενελάῳ.

Pro σφίσιν, σφιν dicunt. Homerus, Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Μὴν copulativam conjunctionem pro μὲν expletiva accipiunt, ut apud Herodotum, Μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην.

Pro ἕως οὗ, ἐς ὃ dicunt. Herodotus, Ἐς ὃ ἐξεῖλον.

Pro Πάλιν dicunt semper αὖτις, et non αὖθις.

Ex ἐπιτήδειος ι eximunt, et ἐπιτήδεος dicunt. Herodotus, ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι ἡβητήρια ἐπιτηδεότατα.

Contractio ι et ε in ι longum, Ionum est, pro ἱερεὺς ἱρεύς: pro ἱέραξ, ἵραξ.

Et mutatio α in η: ut ἴρηξ, per eandem fit dialectum. Hesiodus, Ὧς ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον.

Et pro ὄφεις, ὄφις, Ionicum est.

Pro τέμνειν, τάμνειν dicunt. Herodotus in secundo, τοὺς ἱρέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντας πάντας μέσους διατάμνειν. Et Hippocrates, φλέβα τάμνειν.

Ex ἐνέγκω auferunt γ, et pro eo interponentes ι, ἐνείκω dicunt. Herodotus millies hoc utitur.

Pro ἐκπλεύσας, ἐκπλώσας dicunt. Herodotus, Κατὰ λήϊον ἐκπλώσαντες.

Σφεῖς σφᾶς et σφῶν dividunt, et sic proferunt, σφέες et σφέας et σφέων. Hom. Ἀλλὰ σφέας κρατερὸς Διομήδης ἐξενάριξε. Νοῦν et ῥοῦν et χροῦν dividunt, νόον et ῥόον et χρόα dicentes. Homerus, Ταμεσίχροα χαλκόν. Herodotus, Οἳ οὐκ ἐπὶ νόον τρέπουσι.

Participio εἰπὼν non utuntur, sed εἴπας ut τύψας.

Εἰρώτα per diphthongum scribunt, idque ideo, ut opinor, quoniam idem principium habentia faciunt præterita cum suis præsentibus. Est enim apud ipsos præteritum imperfectum ἐρώτα: deinde interpositione ι, fit εἰρώτα. Sic et ἐπανείρετο apud eos per ει diphthongum scriptum. Vel à themate assumit ει diphthongum. Est enim ἐρωτῶ et ἔρω, et fit interponendo ι, εἰρωτῶ et εἴρω. Et passivum εἴρομαι, εἰρόμην, εἴρευ, εἴρετο.

Præterea Iones tertias personas plurales præteritorum perfectorum sic faciunt. In tertiis personis singularibus habentibus tenuem ante τ, vertunt tenuem in suam aspiratam, et addunt α: ut pro νένιπται, νενίφαται: pro λέλεκται, λελέχαται: pro γέγραπται, γεγράφαται. Si verò vox communis linguæ gravitona fuerit per στ, tunc Ionica habet ante αται characteristicam medii præteriti perfecti, πέφρασται, πεφράδαται, quia πέφραδα dicitur. Si verò à circumflexis natura longam penultimam habentibus, hanc corripiunt ante αται in debitam correptionem: ut, πεποίηται, πεποιέαται.

Item constituunt Iones in δου desinentibus patronymicis Epectases, dicentes, Πηληϊάδου et Λαερτιάδου, debebat enim esse genitivus Πηλείδου et Λαερτίδου.

Quoniam in δης patronymica una syllaba superant gen. primitivi: ut, Πηλέος et Πηλείδης, Πριάμου, Πριαμίδης: sic et Λαέρτου, Λαερτίδης debebat esse Patronymicum, sed Iones faciunt Epectasin, et sic proferunt, Λαερτιάδης dicentes, et Πηλειάδης, deinde per productionem Atticam Πηληϊάδης.

Utuntur autem et Metathesibus. Est autem Metathesis, quum vel prima litera fit secunda suæ propriæ syllabæ, ut pro ἀτραπιτὸς, ἀταρπιτός: (ex τρέπεσθαι enim jam et α privativa particula facta est hæc vox ἀτραπιτὸς, et significat τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, id est rectam viam, inde facta est metathesis, id est transpositio, primæ literæ, et dicitur ἀταρπιτὸς) aut secunda, fit prima, ut κραδία pro καρδία: pro καρτερὸς, κρατερός: pro τέταρτον, τέτρατον. Homerus, Τέτρατον ἦμαρ ἔην καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Sciendum est autem differre Metathesin ab Hyperthesi: nam Metathesis, in eadem syllaba fit: Hyperthesis verò in posteriore: ut, ὀθνεῖος: nam à νόθος erat νοθεῖος, sed per Hyperthesin, ὀθνεῖος: et rursus γόνυ, γόνυος, et δόρυ, δόρυος: sed per Hyperthesin, γουνὸς et δουρός. Utuntur et hac mutatione Iones.

Scire autem oportet quòd antiqua Ias intercidit, ob inhabitantium commutationem, et permansit usque ad illud tempus quo fecerunt Iones colonias et in loca multa dispersi sunt.

Dicitur autem apud eos, pro ὑγιαίνειν, οὐλεῖν: unde et sanata vulnera, οὐλὰς dicimus.

Et pro λόγος, μῦθος: pro μαντεύεσθαι, ἀνελεῖν. Et loca in quibus versantur, ἤθη. Et pro ἐπιμελῶς, ἀνακῶς: pro ξενίην ἐδωρήσατο, ξενίην συνεθήκατο: et pro ἀπατηλῶς, vel ἐπιμελῶς, ἐπιστρεφέως: pro ἠκούσης, ἐχούσης: pro θυμωθεὶς, et ταραχθεὶς, σπερχθείς: pro ἔποικος, ἐφέστιος: pro δυσφορῶν, ἠμεκτέων: pro ἕτεροι, μετεξέτεροι: et pro ἡσυχάζων, ἐλινύων. Item δεῖπνα dicunt τὰ κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν λ' ἀνδρῶν.

Pro διανοηθέντα, ἐννώσαντα: pro ἀνέπεισεν vel ἐδίδαξεν, ἀνέγνωσε: pro βαφὰς, φάρμακα: pro ἀναλώματα, τέλη: pro λαύρας dicunt ῥύμας, id est, τὰς ἀμφόδους. Σαγάρεις autem πελέκεις, vel τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα: et φαρέτρας vocant ἄρδεις.

Φάλαρα appellant τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα: Ψῆνας, bestiolas quæ in grossis nascuntur.

Σχοινοτενὲς dicunt quod longum est et rectum. Συμψῆσας pro συντρίψας. Αἱμασιὰν autem vocant τὸ ἐκ χαλίκων οἰκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον. Dicunt præterea φάρσος pro κλάσμα: τρύφος pro ἀκρωτήριον. Et ταρσοὺς καλάμων vocant τὴν πρασιὰν οὗ ἐξήραινον τὴν πλίνθον. Ἔμβολον, appellant rostrum navis. Ἐναγίζειν verò dicunt τὸ χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, id est, inferias inferre aut sacrificare mortuis. Et Πρόχυσιν, libationem.

Ἔπιπλα dicunt τὴν μὴ βαθεῖαν κτῆσιν ἀλλ' ἐπιπολῆς. Λεύκην verò morbum quendam circa totum corpus. Κνυζήματα, τὰ γοερὰ ἀποφθέγματα: Γεωπείνας, τοὺς γῆς πεινῶντας καὶ ἀπορουμένους.

Pro ἱκανώσας, ἀπώσας dicunt, ut Herodot. in secundo. Ἐπιεικέστατον dicunt τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον.

Pro ἀποδεχόμενοι, κάπτοντες dicunt: Κορύνην verò inflexum quoddam lignum appellant: et εὐμαρέην, ἀπόπατον.

Pro ὀπτώμενα dicunt πεσσόμενα: et βάρεις pro ναῦς.

Ὄσιριν vocant Dionysum. Ἀφιδέας pro ἀλύσεις: aut pro ψέλλια secundum quosdam.

Συρμαΐζειν dicunt τὸ καθαίρειν πόμα ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος.

Αἶνον, cantilenæ nomen, vel lyræ chordam.

Θυσάνους dicunt pro κροσσούς. Et ἀποφορὰν appellant τὴν τελουμένην παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.

Ἤλυσιν vocant τὴν πορείαν καὶ ἔφοδον.

Συρνέη apud eos dicitur olus quoddam apio simile, vel cibus ex adipe et melle.

Ἐνηβητήρια sunt εὐωχητήρια.

Τριφάσιοι pro τριπλάσιοι, τρίφωνοι.

Ἀπεματάϊσε pro ἐμώρανε.

Ἀποτιμοτέρους verò dicunt pro ἀτιμοτέρους.

Pro φανερὸν, ἐπάϊστον: pro σώφρονα, φρενήρη dicunt. Accipiunt autem hoc et in contrario.

Καταπροΐξασθαι dicunt pro προῖκα ποιῆσαι (gratis seu impunè facere.) Et pro καταφανῆ, ἐπίλαμπον.

Λάξιν verò, partitionem vel sortem.

Pro κατεσπιτοιημένον, dicunt τετευγμένον.

Pro πολεμεῖν dicunt ἀντιάζειν, et pro αἰδοῖα, μέζεα. Hesiod. οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο.

Pro καταπαιχθεὶς vel γελασθεὶς dicunt διαβεβλημένος. Herodotus, ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθάνεις;

Pro καλλωπίσας dicunt ἀσκήσας: ut, ὅς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψεν ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα.

Pro ὁπλῖται dicitur ἐνάρεις ab illis.

Διασφᾶγες illis sunt αἱ διεστῶσαι πέτραι.

Γνωσιμαχεῖν significat illis, cognoscere suam imbecillitatem et inimicorum robur.

Σίσυρα ab iis dicitur βαρβαρικὸς χιτών.

Ὑβρίζειν pro σκιρτᾷν, ab illis ponitur.

Οἰσύπη, ipsis est sordidarum ovium lana, et ovium excrementum.

Νεοχμῶσαι pro νεωστὶ κινῆσαί τι.

Φερέγγυος pro βεβαιωτής.

Ἔφεδρος pro ἐπίκληρος.

Ἀγηλατεύειν pro διώκειν.

Τετραπτερυλίδες, apud Iones dicuntur locustæ, eo quòd quatuor habeant pennas, duas extrà majores: minores autem intus alias duas.

Οὐκ ἱκνεομένως pro οὐ προσηκόντως sive οὐ καθηκόντως.

Ἀπεπλίξατο pro ἀπέφυγε, πλὶξ enim βῆμα, ex quo πλίγματα, πηδήματα, unde et pro περιβάδην, ἀμφιπλὶξ apud Sophoclem in Triptolemo, et Homerus, Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δ' ἐπλίσσοντο πόδεσσιν.

Et ψῶσαν pro θάλπουσαν. Est autem apud eos ψῶ, rustica compellatio.

Κόλλιξ autem species est panis rotundi, ex quo et apud nos κολλίκια.

Σχοίνων συμβολεῖς, dicuntur ab ipsis ψιαθοπλόκοι.

Ἰθαγενεῖς sunt οἱ γνήσιοι παῖδες, id est, legitimi liberi.

Πρόξενοι sunt præfecti civitatum, et curatores, et qui hospitio suscipiunt.

Σπαργᾷ pro ὀρέγεται, et ἐπιθυμεῖ.

Κορδίνημα verò pro καρηβαρεῖν, sed scribitur et σκορδίνημα.

Ἶξις ab iis appellatur ἡ εὐθυωρία.

Ῥοικὸν verò τὸ ἔξω νεῦον καὶ στραβὸν, quod et ῥοιβὸν dicitur.

Pro σεσηπὸς (id est, marcidum) dicunt σαπρόν.

Pro ἐπιπάσσω, παλλύνω dicunt.

Pro πρόσφατα dicunt ποταίνια.

Βλακὸν pro τρυφερόν.

Μαριλινοὺς vocant τοὺς φρυγανώδεις ἄνθρακας. Potius autem μαρίλη vocatur ἡ θερμὴ σποδιά.

Μελεδανθέων pro μεριμνῶν sive θεραπευῶν, μελεδαίνειν enim dicitur μεριμνᾷν.

Μιστύλλην vocant τὸν κοῖλον ἄρτον, id est, panem concavum.

Μυδῶσα, dicunt pro ἐκρέουσα.

Pro δημόσιον, ἐπιδήμιον.

Pro ἐκθλίβειν, βλιμάζειν.

Et pro ἐστέναξεν, ἔμυξε.

Ἐλατήρια appellant medicamenta τὰ τὰς κάτω κοιλίας θεραπεύοντα.

Pro ἐνέδησεν dicunt Ἐνεκρίκωσε.

Ἐδικρώθη dicunt pro, in duo divisum est.

Et pro εὐθύτης εὐθυωρία dicunt.

Pro ἐτυλώθη dicunt ἐμυλώθη, et ἐχρίμπτει pro ἐμπηδᾷ.

Pro ἐκτόπως et παραδόξως dicunt ἐκτοπίως.

Pro εὐφορώτερον dicunt ἐπιστοχώτερον. Pro μύλωνα, ζάτειον.

Pro ὡμοιωμένων, ἠδελφισμένων dicunt. Pro πυρετὸν, θερμωλήν.

Pro καταδύσεις dicunt θαλάμους. Et θρίσσειν pro τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι, id est, μαίνεσθαι.

De Æolica Dialecto.

Æoles τὸ β τῷ ρ addunt quum τῷ ρ infertur τ, vel κ, vel δ, ut βρυτὴρ pro ῥυτὴρ, et βράκος pro ῥάκος, et βρόδον pro ῥόδον.

Genitivos à rectis in αι dividunt Æoles, et per αων proferunt: ut, νύμφαι, νυμφάων, et παρθενικαὶ, παρθενικάων.

Syncopæ in medio, Æolum sunt: ut ὤρσεν pro ὥρμησεν, et ὤλλος pro ὁ ἄλλος, item τοὖλλο pro τὸ ἄλλο.

Pro ποῖον Æoles κοῖον dicunt.

Τεθνηὼς et τεθνηυῖα pro τεθνηκὼς et τεθνηκυῖα.

Additiones θα syllabæ, Æolum sunt: ut, εἴπησθα.

In αις unius syllabæ nomina dividunt: ut pro παῖς, πάϊς: pro δαῖς, δάϊς.

Ω pro ου utuntur. Μῶσαι pro μοῦσαι, et λείποισα dicentes pro λείπουσα.

Υ pro ο utuntur: pro ὄνομα, ὄνυμα, et pro ὅμοιον, ὕμοιον dicentes. Interdum autem et ε pro ο. nam pro πρός σε, illi πρές σε dicunt. Et pro ο parvo, ω magno: ut pro ὄσσα, ὤσσα.

Η pro ει diphthongo utuntur. ἐλθῆν enim dicunt, et λαβῆν et ἰδῆν, per η, pro ἐλθεῖν, et λαβεῖν, et ἰδεῖν.

Quæcunque per ει diphthongum apud nos efferuntur, per solum ε proferunt, multiplicantes immutabiles: ut, pro ἱμείρων, ἱμέῤῥων: pro ἀπειλὰς, ἀπελλάς: pro εἵματα, ἕμματα: pro ὑμεῖς, ὔμμες.

Geminant et σ, et π, et τ: ut τοσσοῦτον, ὅππη, ὅππως, ὅττι.

Pro ὀσμὴν, ὀδμὴν dicunt: pro ἱερὸν, ἱρόν.

Genitivos in nominativos transferentes, declinant, ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου: sic ὁ φύλακος, τοῦ φυλάκου.

Π pro μ utuntur: ὄππατα pro ὄμματα dicentes: et πετ' ἐμοῦ pro μετ' ἐμοῦ.

Vocativos in ων desinentium singularium corripiunt: ut pro χελιδὼν, χελιδόν: pro ἀηδὼν, ἀηδόν: pro σαρπηδὼν, σαρπηδόν.

Ex αι diphthongo abjiciunt ι, quum eas consonans non sequitur: pro ἀλκαῖος, ἀλκάος scribentes, et pro ἀρχαῖος, ἀρχάος.

Τὸ εἶμα scriptùm per ει diphthongum, ἕμμα dicunt.

Pro ὀδύνην, ἐδύνην: et pro ὀδόντας dicunt ἐδόντας.

Μίλητος per η scriptum, per α proferunt, μίλατος dicentes.

Errantes autem per quandam pronuntiationem dicunt σδυγὸν pro ζυγόν: pro ξίφος, σκίφος: pro ψέλλιον, σπέλλιον: et pro ψαλίδα, σπαλίδα.

Pro Θόας, Θόαις dicunt: et pro μέλας, μέλαις: pro τάλας, τάλαις. At pro αἴας, αἴαις non dicunt, propter concursum vocalium et αι diphthongi: quoniam malè sonaret. Sed dicet aliquis, Quare desinentibus in ας, habentibus α longum, addunt ι, ut in Θόας, et reliquis? Possumus autem dicere quòd productione gaudeant, simul et breviorum syllabis, pro πηλεὺς, παλεὺς dicentes: et pro φθείρω, φθέῤῥω: nam positione longa minor est quàm ea quæ natura est longa. Quoniam igitur α natura longum, majus est αι diphthongo habente ι quod pronuntiatur, (nam qui duorum militum munia obit, fortior est duobus illis) diphthongo αι utuntur.

Itidem sæpe in α faciunt rectos: ἀρχύτα enim dicunt pro ἀρχύτης. sic ὑβραγόρα pro ὑβραγόρας. Item γέρων ἱππηλάτα πηλεὺς, pro ἱππηλάτης. Et ἱππότα νέστωρ, apud Homerum.

Optativa primi indefinitivi activi per εια proferunt: ut pro τύψαιμι, τύψεια: pro ποιήσαιμι, ποιήσεια: pro λέξαιμι, λέξεια. Et prima persona hi soli utuntur: secunda verò et tertia, Athenienses, τύψειας, τύψειε. Et τύψειαν, tertia persona pluralis.

Horum sunt et diæreses: nam pro ἀργεῖοι, ἀργέϊοι dicunt: et contractiones: nam pro βασιλέϊ, dicunt βασιλεῖ.

Vertunt ει diphthongum in οι: ut quum pro ὄνειρος, dicunt ὄνοιρος.

Dualibus numeris hi minimè utuntur, quemadmodum et Romani qui ex his sunt deducti.

Hi in ω desinentibus dativis non subscribunt ι: ut τῷ ὁμήρω et τῷ σοφῷ.

Ἄρεος per ο flectunt.

Extractiones ι non solùm Æolum sunt, sed et Atticorum et Dorum. nam pro ἑταίρων, ἑτάρων dicunt.

Hi consonantes omnes geminant in brevibus, ut τὸ ἔννεπε, et τὸ ἔννη, et his similia.

Pro τρωσὶ καὶ γυναιξὶ, hi τρώεσσι, καὶ γυναίκεσσι scribunt, et his similia.

In ου desinentes genitivos per ευ proferunt: αἰακίδαο enim Ionicè, αἰακίδεω verò Atticè, αἰακίδευ autem Æoles scribunt.

Quod non pronuntiatur ι, pronuntiare consueverunt in secunda et tertia persona: ut pro βοᾷς, βοάϊς, pro γελᾷ, γελάϊ.

Pro ξ proferunt κς: ut pro ξένος, κσένος. Et πς, pro ψ: ut pro πέλοψ, πέλοπος.

Et pro η proferunt ε vel α, quod commune est etiam Doribus. Ac vertunt η in ε quidem, ut quum pro ἄρης dicunt ἄρες: in α autem, ut quum pro ἑκάβην, ἑκάβαν: pro πύλην, πύλαν: pro νόημα, νόαμα: pro ἠὼς, ἀώς: pro ἀπάτην, ἀπάταν: pro ἀδικῆσαι, ἀδικᾶσαι dicunt.

Pro θ proferunt φ: ut, φλᾶται pro θλᾶται.

Pro duobus ππ, duo σσ: ut ἐμπίσσειν, pro ἐμπίπτειν.

Pro σ, τ: ut pro σὺ, τύ: pro εἰς σὲ, εἰς τέ.

Pro τ, π: ut pro στολὴν, σπολήν: pro σταλεὶς, σπαλείς.

Pro ω magno, ο parvum: ut pro ὥρα, ὄρα: pro ἀπειλὴ, ὀπειλή.

Utuntur syncope et in compositis vocabulis, geminantes mutas: ut, κάππεσεν pro κατέπεσεν: et καδδὲ pro κατὰ δέ: et κάββαλεν pro κατέβαλεν.

Gravitonè pronuntiant non solùm nomina, sed et articulos quum nominum locum habent: ut pro ὁ σὸς, ὄσος: pro ἡ σὴ, ἤση: pro τὸ σὸν, τόσον.

Eodem autem modo et dissyllaba quæ apud nos acuunt ultimam, ipsi gravitonè pronuntiant: ut, σόφος, κάλος, ὄξυς, βράδυς, βάρυς, λεῦκος, βῶμος, θῦμος, τράχυς, σκλῆρος, χῶλος, et similia.

Vocativum nominum in ης, qui est in ες, absque σ proferunt: ut pro σώκρατες, σώκρατε: ἀριστόφανες, ἀριστόφανε: pro δημόσθενες, δημόσθενε. Et à genitivis casibus σ auferunt, dicentes: σωκράτου, διομήδου, σοφοκλέου.

Pro accusativo dativum accipiunt in pluralibus: ut, τοῖς ἀνθρώποις pro τοὺς ἀνθρώπους. Hoc autem faciunt quia utuntur ι pro υ. Accusativum verò pluralem proferunt ως pro ους accipientes: ut, τὼς ἀνθρώπως, τὼς ἵππως.

Infinitiva verba in ειν desinentia, ipsi per ην efferunt penultimam acuentes pro φιλεῖν, φίλην: pro καλεῖν, κάλην: pro φρονεῖν, φρόνην.

Quæ autem apud nos desinunt in ᾶν, ipsi in αῖς mutant: ut pro γελᾶν, γελαῖς: pro πεινᾶν, πειναῖς.

In ουν desinentia infinitiva ipsi per οις efferunt: ut pro ὑψοῦν, ὑψοῖς: pro ὀρθοῦν, ὀρθοῖς: pro χρυσοῦν, χρυσοῖς.

In ω terminata verba apud nos, in μι faciunt: ut pro νοῶ, νόημι: pro φιλῶ, φίλημι.

Quæcunque autem participia in ultima acuimus, et in ως terminamus, per ν apud illos efferuntur, et acuunt penultimam: ut pro εἰρηκὼς, εἰρήκων: pro νενοηκὼς, νενοήκων, servant autem et horum declinationes cum terminatione illa convenientes.

Dicitur apud eos pro ἔρως, ἔρος: et pro γέλως, γέλος: et inflectunt ea quemadmodum quæ in ος desinunt propria nomina.

Ἐγὼ circumflectunt, ἐγῶν dicentes, et pro ἐμῶ, ἐμῶν.

Pro σὺ dicunt τὺ, sicut Dores: et pro ἡμῖν, ἄμμιν: pro ἡμεῖς, ἄμμες.

Pro ἐνθάδε, τῆδε: pro ἄλλοτε, ἑτέρωσε dicunt.

Pro χείρονα, χέῤῥονα: pro ἱμάτια, ἕμματα.

Pro ἐπαινῶ, αἴνημι.

Pro μία, ἴα.

Pro ψῆφος, ψᾶφαξ.

Pro ἔστρωται, ἐστόρηται.

In medio duarum vocalium interponunt υ: ἀὴρ enim αὐὴρ dicunt: et pro ἔως, εὔως. Quum verò consonans est media, non interponunt υ.

Et hæc quidem de dialectis dicta sunt à me pro viribus: fortasse autem et alia quispiam accuratè indagans, inveniet quæ ab his sunt diversa.

Ex Plutarcho excerpta de Dialectis, et Homerico earum usu.

Varia dictione usus (Homerus) ex omni Græcorum dialecto characteras suis Poëmatis interseruit. Unde eum totam Græciam et cunctas nationes peragrasse constat. Nam Doriensium ἐλλείψει (quæ perquam familiaris est brevitati studentibus) usus est, pro δῶμα dicens δῶ, ut hic, αἶψα δέ οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται, et pro ὅτι, ὅ: ut, ὅ μοι αἰστὸς ἔκτανε χῆνας: et pro ὀπίσω, ἄψ, ο quidem in α, π verò et σ in cognatam ipsis literam, nimirum ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, ἄλλο: ut, ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμὴ, et hujusmodi. Ad eundem modum et medias syllabas concidendo, dicit ὄτριχας pro ὁμότριχας, et οἰετέας pro ὁμοετεῖς, et ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον: item τρεῖν pro τρέμειν, et τίω pro τιμῶ. Eorundem Doriensium est et literas transponere, ut quum pro κράτιστοι, κάρτιστοι dicunt.

Æolum verò τῇ συγκοπῇ in compositis utitur, καδδραθέτην dicens pro κατεδραθέτην, et ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν. Deinde tertias imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt: ut, ἐφίλη, ἐνόη, pro ἐφίλει, ἐνόει, quem morem sequutus Homerus ait, δῆσε μόσχοισι λύγοισι, pro ἔδει, quod est ἐδέσμει, ligabat. Et,

Τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνόμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Eorum est et commutare σ in δ, ac pro ὀσμὴ dicere ὀδμὴ, et ἴδμεν pro ἴσμεν. Præterea et pleonasmo in quibusdam vocibus utuntur: ut quum pro ἔκυλος, εὔκυλος, et pro ἀτὰρ, αὐτὰρ, dicunt. Item secundæ verborum personæ θα syllabam adjicere, pro ἔφης, ἔφησθα, et pro εἴρης, εἴρησθα dicendo. Porrò consonantium duplicationem alii Doriensibus, alii Æolibus tribuunt. quale est illud, ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος: et, ὁππότερος τάδε ἔργα.

Ionum autem proprietatem observat, dum τῇ ἀφαιρέσει in præteritis verborum temporibus utitur: veluti quum βῆ dicit pro ἔβη, et δῶκεν pro ἔδωκεν: siquidem in more habent præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus et præsens: et auferre ε in voce ἱρεὺς et ἴρηξ. Præterea quum tertiis subjunctivi modi personis σι addit: ut quum pro ἔλθη, ἔλθησι, et pro λάβη, λάβησι dicit: necnon dativis eandem adjicit, θύρησι et ὕλησι dicens. Adhæc dum τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, et νοῦσον pro νόσον, et κεινὸν pro κενὸν, et μεῖλαν pro μέλαν effert. Denique et α quum productum fuerit, in η mutat: ut, ἥρη, ἀθήνη, pro ἥρα, ἀθηνᾶ. Accidit autem nonnunquam ut è contra η in α mutantes, pro λελησμένος, λελασμένος dicant. Insuper et circumflexa ita per διαίρεσιν efferunt: pro φρονῶν, φρονέων: et pro νοῶν dicentes νοέων. Eodem modo et genitivos in οῦς desinentes proferunt: ut, διομήδεος, σάπφοος, pro διομήδους, σάπφους, et circumflexos genitivos plurales: ut, πυλέων, πετρέων: denique et plurales nominum neutrius generis rectos in η desinentes: ut, στήθεα, μέλεα: idemque de ejusdem numeri genitivis judicium. Cæterùm hoc eis proprium est: ut, τετράφαται et similia dicant.

Maximè verò Attica dialecto usus est, quippe quæ sit varia et ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς pro λαὸς usurpant, ita et ipse πηλέως et χρέως dicit. Est autem eis familiare contractionibus nonnunquam uti, et pro duabus unam syllabam efficere: ut, pro τὸ ἔπος, τοὔπος: pro τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον, quibus hoc (Homeri) est simile, τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες: et πεδία λωτεῦντα, pro λωτεόντα. Atticum quoque est ex hujusmodi optativis η tollere, δοκοίης, δοκοῖς, τιμώης, τιμῷς, secundum quem Atticismum dictum est, ἄλλοι δὲ διακριθεῖτε τάχιστα. Atticum est etiam hoc, οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους: quod nos κακίονες et ἀρείονες dicere solemus. Solent quoque hujusmodi accusativos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς, ἰχθῦς, ut in hoc, βοῦς περιταμνομένους: et ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum est, οὐδέ τί μιν σθένει ῥήγνυσι ῥέοντες, ut ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea et breves vocales Attici ex verbis abjiciunt: ut, pro λούεται, λοῦται: pro οἴομαι, οἶμαι, ad quem modum et pro ἐλύετο dicunt λῦτο. Eorundem est dicere ἑώρων et ἐωνησάμην, ex abundanti addentium ε, unde etiam est ἐῳνοχόει. Elidunt etiam ι, quum pro ἠϊόνες, ἠόνες, et pro νηρηΐδες, νηρῆδες dicunt. Sic verò et illud habet σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. Denique in dativis in ι purum desinentibus quorum penultima α obtinet, idem fit, ut in his κέραϊ, γέραϊ, σέλαϊ. Est et hoc Atticum, ubi dicitur ἔστων et ἐπέσθων, pro ἔστωσαν et ἑπέσθωσαν. Ejusdem consuetudinis est quòd optativos pro præteritis indicativorum usurpant: qua et Homerus identidem utitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, et adjectiva masculina conjungunt: ut, τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε: quod et Platoni familiare est, ἄγοντε καὶ φέροντε, et ἡ σοφὸς γυνὴ, et ἡ δίκαιος. Sic igitur et Homerus de Junone et Minerva dixit: Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ: et ἤτοι ἀθηναίη ἀκέων ἦν: et κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Porrò quum dialecti multam quoque in constructionibus proprietatem habeant, quando Poëta dicit. Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, Atticam consuetudinem refert et quando ait, δέξατό οἱ σκῆπτρον, et θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ δέκτο δέπας, in his definit. Quo pacto igitur omnium Græcorum voces congerendo, variam orationem efficiat, dum utitur nonnunquam peregrinis ut sunt prædictæ, aliquando verò priscis, ut quum dicit ἄορ et σάκος, interdum etiam communibus et assuetis, ut quum dicit ξίφος et ἀσπὶς, manifestum est. Sed est hoc admiratione dignum, vulgares etiam dictiones apud eum orationis gravitatem retinere.

Ex eodem Plutarcho excerpta de tropis, et Homerico eorum usu.

Cæterum quoniam ornata oratio à communi consuetudine discedit, unde aut evidentior, aut gravior, aut modis omnibus jucundior fit: et verborum quidem immutatio, tropus; sententiarum autem, schema vocatur, et horum species in arte dicendi perscriptæ sunt: videamus num horum aliquid ab Homero prætermissum sit, númve aliud quiddam à posteris inventum sit, quod ille non priùs dixerit.

Inter tropos igitur ὀνοματοποιΐα admodum illi familiaris est. Noverat enim priscam nominum originem, quòd hi qui primitus nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellassent, et inarticulatas voces in scripta retulissent, ut quum dicerent φυσᾶν, et τρίζειν, et βροντᾶν, et quæ istis sunt similia. Unde et ipse quædam nomina prius non extantia ita finxit ut conformia essent rebus per ipsa significatis: cujusmodi sunt hæc, δοῦπος, ἄραβος, βόμβος, et ῥοχθεῖ, ἀνέβρυχε, et σίζε, aliaque istiusmodi, quibus nemo significantiora invenerit. Et rursus ubi alias voces et alias res pertinentes aliis tribuit, ut quum dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, (id est, malum incendium ferens) efficaciam in conflagrando significans: et dum πυρετὸν dicit pro πῦρ, (id est ignem pro febre.) Quibus et hoc affine est, χαλκοτύπους ὠτειλάς. vult enim dicere, τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Denique (ut summatim omnia complectar) multa verborum novitate multa cum licentia usus est, alia quidem præter consuetudinem immutans, alia verò eam ob causam insigniora reddens, ut orationi decus et magnificentiam adderet.

Præterea epithetorum copia illi est, quæ propriè et suo loco subjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent, ut quum singulis diis, singulas appellationes attribuit, Jovem μητιέτην et ὑψιβρεμέτην, et Solem ὑπερίονα, et Apollinem φοῖβον vocans. Jam absoluta ὀνοματοποιΐα, alios quoque tropos videamus.

Κατάχρησις quidem (quæ usum ex eo quod propriè significatur, in aliud proprium nomen non habens, transfert) apud Poëtam est, ubi ait σειρὴν χρυσείην, (id est catenam auream) σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et ubi dicit αἰγείην κυνέην, siquidem galea apud eum κυνέη appellatur, quòd ea olim ex canina pelle conficeretur, ibi verò et eam galeam caninam vocat quæ ex caprina pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem, (quæ inde nomen sortita est quòd rem à propria significatione in aliam, cum conveniente utriusque rei similitudine, transferat) et multa et varia apud illum est, ut illud,

Ἧκεν ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.

id est,

Contulit huc fracto se magni vertice montis,

Et,

Νῆσος, τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

id est,

Insula, quam pontus circunluit atque coronat.

Quam enim rationem vertex in homine, eam et cacumen in monte: et quam corona ad eum cui imponitur, eandem et mare ad insulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non solùm speciosiorem, verumetiam evidentiorem facit. Sunt autem variæ apud eum metaphoræ: quædam ab animatis ad animata: ut *φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρώροιο*, (id est, Cæruleæ navis sic est auriga loquutus) pro *ναύτης*, nauta. et *βῆ δὲ μετ' ἀτρείδην ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν*, (id est, Ivit ad Atridem pastorem tot populorum) pro *βασιλέα*, regem. Aliæ autem ab animatis ad inanimata: ut, *ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης*, (id est, sub extremum Idæ pedem) pro *τὴν ὑπώρειαν*, radices. Et *οὖθαρ ἀρούρης*, (uber agri) pro *τὸ γόνιμον*, fertilitas. Aliæ è contrà ab inanimatis ad animata, veluti *σιδήρειον νύ τοι ἦτορ*, (id est, ferreum certè tibi pectus) pro *σκληρὸν*, durum. Postremò ab inanimatis ad inanimata: ut, *σπέρμα πυρὸς σώζων*, (id est, semen ignis servans) pro *γόνιμον ἀρχήν*. Porrò sicuti nominum, ita et verborum translationes apud eum sunt, quale est, *ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω*, (id est, Littora namque boant, feriente salo atque procellis) pro *ἠχοῦσιν*, sonant.

Alius deinde tropus (quæ *μετάληψις* vocatur) fit quando per cognominationem res diversa significatur: ut, *ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι*, insulas enim quæ propriè appellantur *ὀξεῖαι*, significare vult, siquidem *θοὸν* et *ὀξὺ* idem declarant. *Ὀξὺ* autem non solùm velocitatem motus significat, sed etiam id cujus forma tendit in tenuitatem. Istius modi et hoc est, *ἐγὼ δὲ θόωσα παραστάς*.

Alius tropus *συνεκδοχὴ* vocatur, quando ex eo quod propriè significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur: estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus: ut, *πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας*, (id est, ad murum bene structum boves torridos) boum namque appellatione corium, ex quo scuta fieri solent, innuere vult. Aut ex parte totum: ut, *Τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω*, (id est, hujusmodi autem caput desidero) nam voce capitis totum hominem significat. Et quando pro Pulchra, *λευκώλενος* dicit, (id est, Candidis ulnis prædita) et pro Bene armati, *εὐκνήμιδες*. (id est Bene ocreati.) Aut ab uno multa, ut quando ita de solo Ulysse dicit, *ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν*, (id est, Postquam Trojæ sacrum oppidum devastavit) neque enim ille solus, sed unà cum aliis Græcis Trojam evertit. E contrà ex multis unum: ut, *στήθεά θ' ἱμερόεντα*, pro *στῆθος*. Præterea ex specie genus: ut, *μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλὼν*, marmor namque saxi species est. Aut è contrà, ex genere speciem intelligimus: ut, *ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι*, siquidem non quasvis *ὄρνιθας*, (id est, aves) sed augurales tantùm dicere vult. Adhæc ex adjunctis, effectum rei: ut, *πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν*. (Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo) arcus enim nomine jaculandi peritiam notat. Et *ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ*. (id est, Sedentes dealbabant aquam.) Et *οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν*. (id est, Tota die jugum movebant) ex accidenti namque in priori exemplo, Remigabant, in posteriori autem, Currebant, intelligi debet. Insuper ex præcedenti consequens: ut, *λῦσε παρθενικὴν ζώνην*, (id est, Virgineam solvit zonam) ex eo namque sequitur quòd vitiaverit. Et contrà, ex consequenti præcedens, ut quando pro *φονεύειν* (id est occidere) *ἐναρίζειν* dicit, id est, spoliare.

Est autem et alius tropus *μετωνυμία*, quæ fit quando vocabulum quod de re alia positum est, aliud quiddam secundum relationem significat, quale est apud eundem,

Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι,

id est,

Ast juvenes terræ Cererem concredere pergunt.

Triticeum namque fructum designat, quem sic à nomine *Δήμητρος* (id est, Cereris) inventricis appellavit. Et ubi ait,

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες ὑπείρεχον ἡφαίστοιο,

id est,

Viscera Vulcanum supra transfixa tenebant.

Nam *ἡφαίστου*, (id est, Vulcani) nomine ignem declarat. Porrò affine jam dictis et hoc est, *ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται*, (id est, qui meam chœnicem attigerit) ea namque quæ in chœnice continentur, innuit.

Præterea et alius tropus *ἀντονομασία* vocatur, et fit quum epithetum aut consignificativum pro proprio nomine accipitur: ut

Πηλείδης δ' ἐξαῦθις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε. ——

id est,

Æacides Atriden rursus voce petulca
Increpuit. ——

Per hæc enim nomina Achillem et Agamemnonem intelligit. Et rursus,

Θάρσει τριτογένεια φίλον τέκος.

id est,

Sis animo fidens Tritonia, filia chara.

Et alibi,

Φοῖβος ἀκερσεκόμης, (id est, Phœbus intonsus.) Illic enim Minervam, hìc verò Apollinem denotat.

Est et *ἀντίφρασις*, dictio, quæ contrarium quàm præ se fert, significat: ut in hoc,

Οὐ δ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.

id est,

Hos ubi conspexit, non est lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult, nempe quod his conspectis indoluerit.

Est et *ἔμφασις*, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit: ut,

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' ἐπειός,

id est,

Ast in equum descendentes, quem struxit Epeus.

Dum enim inquit *κατεβαίνομεν*, equi magnitudinem declarat. Simile autem illud est, *πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι*, (id est, totus enim gladius sanguine incaluit.) Per hoc enim majorem emphasin ostendit, quòd ait ensem adeò sanguine tinctum fuisse ut incaluerit. Atque hujusmodi quidem tropi qui sic vocantur, ab Homero ficti sunt.

De Schematis, et Homerico eorum usu, ex eodem Plutarcho.

VIDEAMUS autem num et eas constructionis mutationes quæ *σχήματα* (hoc est figuræ) appellantur, ipse quoque Homerus primus invenerit. Porrò schema est sermo à communi consuetudine recedens, ornatus seu utilitatis gratia secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas orationem non solùm venustiorem, sed etiam stylum graviorem efficit. Utilis autem est, quòd rerum qualitatem ac vim extollit, intenditque.

Inter schemata autem *πλεονασμῷ* nonnunquam metri causa utitur: ut in hoc,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.

id est,

Auri autem appendens Ulysses decem tota talenta.

Vox enim *πάντα*, nihil ad sensum faciens, adjicitur. Est etiam quando ornatus causa fit: ut,

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός.

id est,

Certè omnino mortuus est Menœtii strenuus filius.

Vox namque *μάλα* Attica consuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus vocibus significatum refert: quæ figura *περίφρασις* appellatur, ut quum dicit *υἷας ἀχαιῶν*, pro *ἀχαιοὺς* (filios Græcorum pro Græcos) et *βίην ἡρακλείην*, pro *ἡρακλέα*, (vim Herculeam, pro Herculem.)

Talia verò per mutationem figuratè dicit, dum consuetam structuram invertit: et dictionem in medio interponit: quæ figura *ὑπερβατὸν* vocatur: ut in hoc,

Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς,

pro eo quod est, *λέων ταῦρον κατεδηδώς*: ac dictionem quidem sic transponit per *ὑπερβατόν*. Aliquando verò totam orationem: ut in hoc,

—— *Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες*
Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo namque orationis est, *Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.*

Ejusdem speciei figura est quæ *παρεμβολὴ* vocatur, et fit quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interseruntur: quæ etsi quis eximat, tamen constructioni nihil decedit: ut est illud,

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει. περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε.

id est,

Juro per hoc sceptrum, quod nec folia ulla nec ullos
Ramos producet, postquam trunco illud ademptum.
Nam librum illius ferrum circumundique rasit.

et cætera quæcunque de sceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert,

Ἦ ποτ' ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας ἀχαιῶν.

id est,

Certè olim cupiet Peliden turba Pelasga.

Est autem apud eum et *παλιλλογία*, hoc est, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium vocum quæ repetuntur: quæ figura etiam *ἀναδίπλωσις* appellatur: quale est,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

id est,

Hunc adversus eo, quamvis sit flammea dextra,
Flammea dextra licet, vis ignea denique ferri.

Aliquando vero interseruntur alia quædam, et eadem rursus repetuntur: ut in hoc,

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀλλων.

id est,

Ille quidem Æthiopas adiit, procul inde colentes,
Æthiopas reliquis divisos partibus orbis.

Hæc autem figura non solùm dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem movet.

Ejusdem generis est et *ἐπαναφορὰ*, quum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur, cujus exemplum apud Poëtam hoc est,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.

id est,

Nireus tres Syma naves adduxit et ipse,
Nireus Aglaia Charopoque potente creatus,
Nireus quo Trojam venit non pulchrior alter.

Estque similiter et hæc figura affectui movendo et suaviloquentiæ perquam familiaris.

Est præterea apud eum et *ἐπάνοδος*, quæ fit quando duas res et nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet: ut in illo,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μὲν, ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊότητος
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

id est,

Mars homicida, dea et Contentio litigiosa,
Hæc etiam turbas ciet, ac hostilia multa:
Mars autem manibus prægrandem concutit hastam.

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam et perspicuam reddere.

Ad hæc, schema apud illum est *ὁμοιοτέλευτον*, in quo membra in voces sono similes desinunt, easdem in fine syllabas habentia, ut est,

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Et in illo,

Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται. ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, *ὁμοιόπτωτον* propriè nuncupatur: quale est,

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,

Prædicta autem et his similia, multum gratiæ et voluptatis addunt orationi. Cæterum specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quòd sæpenumero duabus etiam figuris in iisdem versibus est usus, nimirum *τῇ ἐπαναφορᾷ*, et *τῷ ὁμοιοτελεύτῳ*: ut in illo,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω·
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud schema continetur quod *πάρισον* appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter se voces habentibus. Hujus verò Homerum primum autorem esse constat: qui dixit,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Quòd verò et hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

Porrò eandem gratiam et *παρονομασία* habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei simile statim modico spacio interjecto subjungitur: quale est hoc,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόεργος,

Et illud,

Τῶν ἦτοι πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Cæterùm prædicta aut per pleonasmum, aut per alium quempiam schematismum figuratè dicuntur: alia verò per vocabuli defectum, quorum è numero et ea figura est quæ ἔλλειψις appellatur: quando etiam omissa aliqua voce sensus ex prædictis patet: quale est,

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ᾽ ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ᾽ ἕνδεκα φημί. ———

Deest enim ἀλαπάξαι, (id est, vastasse) sed ex prædictis intelligitur. Illud quoque per ἔλλειψιν (id est, defectum) dicitur.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Deest enim verbum ἐστί. Item hoc,

Ὦ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο.

Deest enim verbum πάρεστι, vel συμβέβηκεν: aut aliquod hujusmodi.

Tale est etiam ἀσύνδετον, quum eximuntur σύνδεσμοι (id est, conjunctiones) orationem conjungentes: quod non solùm celeritatis gratia fit, sed et emphasis affectu plenæ: quale est istud,

Ἤομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμά, φαίδιμ᾽ Ὀδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα κίρκης.

In his enim et conjunctio exempta est, dum is qui loquitur, celerrimum enuntiationis modum quærit.

Est inter schemata id quoque quod ἀσύντακτον appellatur, sive ἀλλοίωσις: quum consueta structura fit ἀλλοία, id est, diversa, redditurque varia: ut ornatum aut venustatem orationi afferat, dum consueta quidem structura non videtur esse ἀνακόλουθος, id est, inconsequens, sed relatio ad peculiare quidpiam: habet ἀκολουθίαν, id est, consequentiam. Contingit autem multifariam, quum nominum genera permutantur, quale est κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτή. Et θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Veteribus namque familiare fuit, masculinis pro fœmininis etiam uti, tanquam præstantioribus et vehementioribus. Nec tamen immodicè, nec citra certam rationem hoc fecerunt: sed quum Epitheto utendum fuit, quod est extra corpus cujus mentio fiebat. Illa namque circa corpus versantur, ὁ μέγας, et ἡ μεγάλη, id est, magnus et magna, item ὁ καλός, et ἡ καλή, id est, pulcher et pulchra, et hujusmodi. Extra corpus autem, ut ἔνδοξος, id est, gloriosus, et εὐτυχής, id est, fortunatus. Quinetiam propter compositionem, utrumque genus admittunt. Generaliter enim omnia composita, utrique generi communia sunt. Præterea quum verbum masculino et fœminino nomini commune subjungitur, aut participium, masculinum prævalet: ut in hoc,

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Quædam etiam sunt quæ præter dialectorum proprietatem, aut morem tum receptum, aliter ab eo dicuntur: quale est,

——— ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς. ———

Sæpenumero autem et metri causâ genera commutat: ut in hoc,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι.

Quum enim nomen τέκνον neutrius sit generis, ei subjunxit masculinum φίλε, vocem nimirum ad personam referens. Simile est et illud quod à Dione ad Venerem dicitur,

Τέτλαθι τέκνον ἐμόν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.

Eandem quoque rationem habet et illud,

Ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. ———

Participium namque ἔχων (id est tenens) non ad ψυχήν, sed ad genus corporis, hoc est ad ipsum Tiresiam, accommodavit. Plerumque enim non ad dictionem, sed ad id quod significatur, respicit: ut in hoc,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός. ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες
Ἐλπόμενοι παρὰ νηυσὶν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Illud enim ἐλπόμενοι non cum φάλαγγες est construendum, sed cum (subaudito) ἄνδρες, ex quibus illæ constant.

Præterea et secundum aliam rationem genera permutat: ut quum dicit,

— νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ᾽ ἐρωεῖ.

Quum enim νεφέλη et νέφος ejusdem significationis sint, et antè usus esset nomine νεφέλη articulum τὸ neutrius generis intulit, ut quo νέφος subintelligeretur. Huic autem speciei similes quoque hi sunt versus;

Τῶν δ᾽ ὥς τ᾽ ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Etenim quum generale avium nomen in neutro genere præmisisset, (τὰ πετεινὰ) ac deinde illarum species in masculino subjunxisset, rursus neutraliter infert κλαγγηδὸν προκαθιζόντων: reddens videlicet id quod generali avium nomini convenit.

Non solum autem genus, sed et numerum Poëta sæpe commutat: veluti quum dicit,

——— ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Præposito enim singulari, pluralem subjunxit, dum videlicet sensum magis quàm vocem respicit: namque πληθὺς (id est, multitudo) appellatione quidem singularis numeri est, multos autem in se complectitur.

Porrò simile est à contrario, quando plurali præposito singularis subjungitur: ut in hoc,

Οἱ δ᾽ ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέτεται.

Dictio enim πᾶς voce quidem singularis est, sed dum ad multitudinem refertur, idem pollet quod πάντες. Eandem schematis formam et illud habet,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον. τοὶ δ᾽ ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.

Pylii namque intelliguntur.

Fit apud eum et casuum mutatio, ut quum nominativus et vocativus in talibus commutantur,

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ᾽ Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Et,

Νεφεληγερέτα Ζεύς.

Et,

Δὸς φίλος. οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν.

Genitivus autem et dativus in hujusmodi commutantur,

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδής, pro τῶν Τρώων.

Et vicissim,

Ἡ δ᾽ αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπεῖος γλαφυροῖο, pro περὶ σπεῖ.

Atque mutationis istius causa est, quòd nominativus, accusativus et vocativus quandam inter se cognationem habere videantur, præsertim quum nomina neutrius generis, et pleraque masculina ac fœminina, tres istos casus similes habeant. Similiter autem et genitivus cum dativo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit ut et Homerus casus haud immeritò præter consuetudinem mutet. Nonnunquam verò rationes quoque istius mutationis invenire quis possit: ut in hoc, ἐπιστάμενοι πεδίοιο: et in hoc, διέπρησσον πεδίοιο, quod perinde est atque ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου.

Bellè autem et casuum permutatio apud illum se habet, in utriusque Poëmatis exordio, in quibus præposito accusativo, nominativum intulit: dicens,

Μῆνιν ἄειδε θεά, ———
Ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε.

Item:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ Πλάγχθη.

Est etiam quando genitivo rectum infert: ut in hoc,

Τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι.

Multa et alio modo figuratè dicit: quale est hoc,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ᾽ ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι᾽, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Huic simile est et illud,

——— Ὁ δ᾽ ἀγλαΐηφι πεποιθώς,
Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει. ———

Et hoc quidem secundum veterem consuetudinem extulit, idque non sine ratione. Si quis enim participia in verba dissolvat, consequentiam orationis deprehendet. Siquidem ἀστράπτων idem valet quod ἤστραπτε, et πεποιθὼς idem quod πέποιθε. His et alia sunt affinia,

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Item:

Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν
Ἤϊ᾽, ὁ δ᾽ ἐς Τρώων ὅμαδον κίε.

Non enim ratione caret si quis de duobus aliquibus dicturus, nominativum casum præponat, et eo quod ipsorum utrique commune est, observato, commune orationis genus efficiat. Id autem quod in oratione commune est, multum gratiæ illi afferri, nemini obscurum est. Denique est et ubi casu communi præposito, sermonem de uno infert: ut in hoc,

Ἄμφω δ᾽ ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

Nominum autem species immutat, dum sæpenumero comparativum pro absoluto, tanquam per hyperbolen, usurpat: ut, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

Nonnunquam vero superlativum itidem pro positivo: sicuti hoc, δικαιότατος κενταύρων. Talis in nominibus quidem mutatio est.

In verbis autem fit mutatio: modorum quidem, veluti quum infinitivus pro imperativo sumptus fuerit: ut,

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου.

Aut indicativus pro optativo: ut,

Πληθὺν δ᾽ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ᾽ ὀνομήνω, pro μυθησαίμην. et ὀνομήναιμι.

Vicissim optativus pro indicativo: ut,

Καί νύ κεν ἔνθ᾽ ἀπόλοιτο Ἄρης, pro ἀπώλετο.

Temporum autem mutatio fit, quum præsens pro futuro positum fuerit: ut in hoc,

Τὴν δ᾽ ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, pro ἐπελεύσεται.

Aut pro præterito: ut,

Ἐνάσθην, aor. 1. pass. inus. Them. νάω, pro quo ναίω dici solet.

Ἐνάσσατο, Poët. geminato σ metri causa pro ἐνάσατο: a. 1. med. ejusdem Them.

Ἔνδεικτο, præt. plusquamperf. pass. verbi ἐνδείκνυμι mutuantis sua tempora ab ἐνδείκω, augmento carens pro ἐνδέδεικτο seu ἐνεδέδεικτο, ut δέκτο pro δέδεκτο seu ἐδέδεκτο reperitur. Quidam ἐνδεῖκτο scribendum aiunt, sed non assentientibus Hesych. exemplaribus.

Ἐνδίεσαν, Poët. sine augmento pro ἐνεδίεσαν, à Them. ἐνδίημι, ut ἐτίθεσαν à τίθημι. Eustath. verò annotat, hoc ἐνδίεσαν quosdam non solum accipere pro ἐνδιέτριβον, à Them. ἐνδίημι, sed etiam pro ἐνίεσαν significante ἐνέβαλον, dicentes esse pleonasmum pro ἐνίεσαν, à Them. ἐνίημι: alios rursum dicere esse compositum ex δίημι significante διώκω.

Ἐνεβίβασεν, a. 1. ind. act. ab ἐμβιβάζω, impono.

Ἐνεγγύησα, aor. 1. act. verbi ἐνεγγυάω, augmento carens, pro ἐνηγγύησα: quemadmodum apud Demosth. quoque ἐνεγγυησάμην legitur pro ἐνηγγυησάμην.

Ἔνεγκον, aor. 2. act. verbi φέρω, mutuatitius ab inus. Th. ἐνέγκω, carensque augmento, more Ion. et Poët. pro ἤνεγκον. Potest esse et imper. aor. 1. ab eodem.

Ἐνέγκαι, aor. 1. act. infin. modi, ab eodem Them. Unde et particip. ἐνέγκας.

Ἐνέγκαντο, aor 1. med. augmento carens, pro ἠνέγκαντο: ab eodem verbo. Ex quo aor. est infin. ἐνέγκασθαι, et particip. ἐνεγκάμενος.

Ἐνεγκάτω, imper. aor. 1. activi, ab eodem Them.

Ἐνεγκεῖν, infin. a. 2. act. ejusdem verbi. unde et particip. ἐνεγκὼν, ejusdem cum ἐνεγκεῖν temporis.

Ἐνέεικαν, Poët. pro ἤνεικαν: nec non ἐνεείκω pro ἐνέγκω. Ambo aor. 1. act. itidemque à φέρω mutuante sua tempora ab ἐνέγκω: ambo etiam apud Hesych.

Ἐνέηκεν, Poët. et Ion. pro ἐνῆκεν. aor. 1. act. vel etiam præter. perf. act. verbi ἐνίημι.

Ἐνεθῆναι, aor. 1. pass. infin. modi, à Them. act. ἐνίημι, ut τεθῆναι, à τίθημι.

Ἐνείην, optativus interdum præsentis temporis, à verbo ἔνειμι, insum. interdum aor. 2. act. à Them. ἐνίημι. facit enim ἵημι in opt. aor. 2. act. εἵην, ut τίθημι facit θείην.

Ἔνεικα, aor. 1. act. verbi φέρω, mutuatitius ab ἐνείκω, carens autem augmento pro ἤνεικα. Itidem verò ἔνεγκα pro ἤνεγκα, ejusdem temporis, et ab eodem Them. Quanquam hoc ἔνεικα sit potius ab ἐνείκω usurpato Ionicè pro ἐνέγκω, ut Eustath. quoque indicat. Unde infin. ἐνεῖκαι, et particip. ἐνείκας. Item media voce ἐνεικάμην pro ἠνεικάμην: cujus subjunct. est ἐνείκωμαι, infin. ἐνείκασθαι, particip. ἐνεικάμενος.

Ἔνειμεν, ab ἔνειμα, est a. 1. act. verbi νέμω. ut ἔδειμεν. Interdum tamen ἔνειμεν pro ἔνεσμεν, est prima pers. plur. verbi ἔνειμι.

Ἐνεὶς, part. aor. 2. activi, à verbo ἐνίημι. facit enim ἵημι, aor. 2. act. ἧν, unde part. εἷς, ut τίθημι facit ἔθην, unde particip. θεὶς. fœm. autem genus ejus participii est ἐνεῖσα, neutrum ἐνέν.

Ἐνεῖσθαι, præter. perf. pass. infin. modi, interdum ab activo Them. ἐνίημι, interdum ab ἐνέω seu ἐνέννυμι. nam et ἕννυμι et ἵημι faciunt præt. pass. indic. modi εἷμαι.

Ἐνείχθην, sine augmento pro ἠνέχθην, Ion. etiam insertum ι habens pro ἠνέχθην, ab ἐνείκω Ion. verbo pro ἐνέγκω. Unde particip. ἐνειχθεὶς.

Ἐνέκειτο, inerat, imperf. ab ἔγκειμαι.

Ἐνεκτέον, adverbium positivum ex verbo ἐνέχω.

Ἐνελίπανεν, aor. 1. act. verbi ἐλλιπαίνω.

Ἐνεμήθην, aor. 1. pass. verbi νέμω, facientis præt. perf. act. νενέμηκα, tanquam ex νεμέω.

Ἐνένητο Hesych. exp. ἐνενόητο, ideoque pro ipso per syncopen usurpatum indicat. Est autem hoc ἐνενόητο præter. plusquamperf. pass. verbi activi νοέω. Vide et ἐνενώκασι paulo post.

Ἐνένιπτε, Att. reduplicatione pro ἤνιπτε, à Them. ἐνίπτω.

Ἐνενώκασι et ἐνένωτο, Ion. apud Herodot. per contractionem pro ἐνενοήκασι et ἐνενόητο: ab act. Them. νοέω.

Ἐνεπάγησαν, aor. 2. pass. indic. modi, à verbo activo ἐμπήγνυμι seu ἐμπήσσω, ut ἐνεπλάγησαν est ab ἐμπλήσσω seu ἐμπλήττω.

Ἐνέπνευσαν, a. 1. act. ab ἐμπνέω. f. εύσω.

Ἐνεπνύνθη, aor. 1. pass. tanquam à Them. ἐμπνύνω, pro quo in prosa dicitur ἐμπνέω. Sic ἀνεπνύνθη supra dixi esse quasi ex Them. ἀναπνύνω. Nisi quis esse malit pleonasmum τοῦ ν, tanquam ex ἀνάπνυμαι et ἔμπνυμαι. Apud Hesych. enim et ἐμπνύθη legitur sine ν, augmento carens, et ἐνεπνύνθη, cum ν.

Ἔνεσαν, tertia pers. plur. aor. 2. activi indic. modi à Them. ἐνίημι, ut ἔθεσαν à τίθημι. Etymolog. dicit esse etiam ab ἔνειμι signific. ἐνυπάρχω. nam imperf. ἦν facere numero plurali ἦμεν, ἦτε, ἦσαν. systole igitur fuerit pro ἐνῆσαν.

Ἐνέσται, per syncopen pro ἐνέσεται: fut. med. verbi ἔνειμι.

Ἐνεστησάμην, aor. 1. med. verbi activi ἐνίστημι.

Ἐνεστὼς, per syncopen pro ἐνεστηκὼς sublata κ et correpta penultima, ut tradunt grammatici. Est igitur particip. præt. perf. à Them. ἐνίστημι.

Ἐνετείλατο, aor. 1. med. verbi ἐντέλλω.

Ἐνέτυχε, compellavit, a. 2. ind. ab ἐντυγχάνω.

Ἐνεφάνισας, a. 1. act. ab ἐμφανίζω, indico.

Ἐνεχθῆναι, aor. 1. pass. infin. modi à verbo φέρω, mutuante sua tempora ab ἐνέγκω. Reperitur et in indic. modo ἐνέχθη, sine augmento pro ἠνέχθη, ab eodem Them.

Ἐνέχρας, aor. 2. act. verbi ἐγχραύω vel ἐγχράω.

Ἐνῆεν, Poët. pro ἐνῆν, tanquam ab ἐνέω. Immò sunt qui ἦν per contractionem ex ἦεν factum dicunt, ex Them. ἔω. Qua de re prolixius apud Varin.

Ἐνῆκα, præt. perf. activum verbi ἐνίημι, mutuatitium ab ἐνέω, ex quo habet fut. ἐνήσω. Vel etiam aor. 1. act. irregularis pro ἐνῆσα, ut ἔδωκα quoque pro ἔδωσα usurpari notum est, et ἔθηκα pro ἔθησα.

Ἐνήνοθα, Poët. præter. verbi ἀνθέω habens primùm reduplicationem Atticam, ut ἐνένιπτεν, et similia: deinde interpositum ο: nam regulariter dici debuisset ἦνθα. Unde compos. ἐπενήνοθα.

Ἐνήνοχα, præt. med. verbi φέρω, ex ἐνέχω seu ἐνέγκω. facit enim fut. ἐνέξω, præt. perf. act. ἤνεχα, med. ἤνοχα, et Attica reduplicatione duarum initialium præsentis literarum, ἐνήνοχα. Etymol.

Ἐνήρατο, a. 1. m. ab ἐναίρω, occido. f. ρῶ.

Ἐνῆσαν, tertia pers. plur. præt. imperf. à Them. ἔνειμι.

Ἐνήσω, fut. 1. act. indic. verbi ἐνίημι, mutuatitium ab ἐνέω, unde infin. ἐνήσειν, et particip. ἐνήσων.

Ἔνθεο, interdum est indicativi modi, temp. aor. 2. med. pro ἐνέθου seu ἐνέθεσο, augmento carens: interdum imperativi modi est, ejusdem temporis. Ab act. Them. ἐντίθημι.

Ἔνθες, imper. aor. 2. activi, ab eodem Them. facit enim τίθημι, aor. 2. ἔθην, unde in imper. θὲς, ut δὸς à δίδωμι, ἓς ab ἵημι.

Ἔνθορον, Ion. et Poët. pro ἐνέθορον, metri causa abjecto augmento. aor. 2. act. verbi ἐνθορέω.

Ἐνθρέψατο, a. 1. m. ind. ab ἐντρέφω.

Ἔνι, per syncopen pro ἔνεστι, à Them. ἔνειμι.

Ἐνίει, imper. præsens verbi ἐνίημι, mutuatitius ab ἐνιέω. ut τίθημι quoque facit interdum τίθει, ex τιθέω. Suidas verò ἐνίει affert etiam pro ἐμβάλλει: quod suspectum est. si enim præsentis esset temporis, potius scribendum foret ἐνιεῖ, ab ἐνιέω: alioqui esset à Them. ἐνίω.

Ἔνιεν, aor. 2. act. verbi ἔνειμι, compositi ex ἐν et εἶμι signific. πορεύομαι. Ita nonnulli, non tamen allato exemplo vel nominato autore. At pro ἔνιε, quod Varin. affert pro ᾤκει, fortasse scribendum ἔνης, ut ita sit à ναίω sicut ἔκης à καίω seu κάω.

Ἐνιέναι, infin. præs. act. à Them. ἐνίημι. Unde et particip. ἐνιεὶς, cujus fœm. ἐνιεῖσα. Ex eodem verò ἐνίημι est et imperf. ἐνίεσαν, et imperf. præs. ἐνίετε. Alioqui ἐνιέναι posset esse et infin. præsens verbi ἔνειμι compositi ex εἶμι signific. ἐμπορεύομαι, si usus ejus aliquis comperiretur.

Ἐνικάτθεο, Poët. et Ion. pro ἐγκατάθου seu ἐγκατάθεσο, a. 2. med. imper. modi, à Them. ἐγκατατίθημι.

Ἔνισπε, aor. 2. act. indic. modi, ex Them. ἐνισπέω. vel ἐνίσπειν præs. inf. pro ἐνέπειν. Th. ἔπω, dico.

Ἐνισσέμεν, Dor. pro ἐνίσσειν, à Them. ἐνίσσω.

Ἐννέπετε, præs. imperat. Poët. pro ἐνέπετε. Th. ἔπω, dico.

Ἐννοσίμεν, Dor. itidem pro ἐνόσαι, ab ἐνόθω, habente ν geminatum metri gratia. Hesych. verò illud ἐννοσίμεν exp. ἐπιπλῆξαι.

Ἐννώσας, Ion. apud Herodot. pro ἐννοήσας, teste Suida sicut supra βῶσαι pro βοῆσαι, et βωθεῖν pro βοηθεῖν accipi dictum est. Itidem ἐννωσάμην pro ἐννοησάμην: Ambo à Them. ἐννοέω.

Ἐνόσουν, imperf. à νοσέω. f. ήσω.

Ἐντακεὶς, particip. aor. 2. pass. à Them. act. ἐντήκω.

Ἐνταλθεὶς, particip. aor. 1. pass. à Them. ἐντέλλω. in perf. pass. ἐντέταλμαι. p. m. ἐντέτολα.

Ἐντέταται, præt. perf. pass. verbi activi ἐντείνω.

Ἐντετύχηκα, præt. perf. act. verbi ἐντυγχάνω, ex ἐντυχέω.

Ἐντὶ, Dor. pro εἰσί: à verbo substantivo εἰμί.

Ἔντο, aor. 2. med. à verbo ἵημι. facit enim ἕμην, ut τίθημι facit θέμην, unde tertia illa pers. plur. ἕντο ut θέντο.

Ἔντυε, sine augmento pro ἤντυε, à verbo ἐντύω.

Ἐντύνασθαι, a. 1. inf. m. ab ἐντύνομαι. Th. ἔντεα.

Ἐνυπνιασθήσομαι, f. 1. pass. ab ἐνυπνιάζω.

Ἐνῶρσε, aor. 1. act. verbi ἐνόρω, Æolicus, ut κέρσαι. Ex quo et præt. plusquamperf. pass. ἐνῶρτο: ὄρω faciente ὦρκα, pass. ὦρμαι.

Ἐνῶσι, subjunct. præsens verbi ἔνειμι.

Ἐνωτίσασθε, auribus percipite. a. 1. imperat, ab ἐνωτίζομαι. ab ἐν et οὖς ὠτὸς, auris.

Ἐξαγαγέτωσαν, educant. a. 2. imperat. ab ἐξάγω.

Ἐξαιρεύμην, pro ἐξῃρούμην, omisso augmento et ου verso in ευ.

Ἐξαλαπάξει, deripiet, f. 1. Th. λαπάζω. f. ξω.

Ἐξαλέασθαι, evitare, a. 1. m. inf. vide in ἀλέασθαι.

Ἐξαπάτησε, pro ἐξηπάτησε, a. 1. ind. Th. ἀπατάω. f. ήσω, decipio.

Ἐξαπατίσκω, Poët. idem quod ἐξαπατάω.

Ἐξέβαν, per syncopen pro ἐξέβησαν: aor. 2. verbi ἐκβῆμι.

Ἐξεγένοντο, procreati sunt, a. 2. m. ab ἐκγίνομαι.

Ἐξέδυσαν. a. 1. ind. ab ἐκδύω. a. 2. ἔδυν.

Ἐξεθέντο, a. 2. m. ἐκτίθημι.

Ἐξέθορε, a. 2. act. ab ἐκθορέω, prosilio. Th. θόρω.

Ἔξει, imper. præs. verbi ἔξειμι, ex inus. Them. ἐξέω, ut εἶμι quoque facit εἶ, ex Th. ἔω. At ἐξεῖ erit imper. ab ἐξίημι, ex inus. Them. ἐξέω.

Ἐξειλόμην, ἐξείλου, ἐξείλετο, aor. 2. med. verbi ἐξαιρέω, ab inus. Them. ἐξέλω. aor. 2. act. ἐξεῖλον. præt. ἐξῄρηκα.

Ἐξείνισα, aor. 1. act. Ion. verbi ξεινίζω pro ξενίζω.

Ἐξεὶς, particip. aor. 2. act. à Them. ἐξίημι. Ex quo est et infinit. ἐξεῖναι, sicut ἐκθεῖναι ab ἐκτίθημι.

Ἔξεισι, tertia pers. sing. verbi ἔξειμι.

Ἐξελάαν, Poëtica τοῦ α epenthesi, pro ἐξελᾶν, ab ἐξελάω, expello. hinc ἐξελάουσι.

Ἐξελέξω, elegeris, a. 1. med. 2. persona, ab ἐκλέγω.

Ἐξελθεῖν, aor. 2. inf. ab ἐξέρχομαι.

Ἔξελον, aor. 2. act. verbi ἐξαιρέω, augmento carens pro ἐξεῖλον, itidemque ἔξελε pro ἐξεῖλε. Unde etiam infin. ἐξελεῖν, et particip. ἐξελών. hinc a. 2. m. ἐξέλεθ' pro ἐξέλετο.

Ἐξελῶ, interdum est fut. 2. verbi ἐξαιρέω, ab ἐξέλω: et tunc aspero spiritu notandum esset in media syllaba, hoc modo ἐξἑλῶ. interdum fut. Attic. pro ἐξελάσω, ab ἐξελαύνω seu ἐξελάω, et tunc differentiæ causa tenui spiritu scribi posset ἐξἐλῶ. nam medias quoque syllabas in compositis admittere spiritum discriminis causa, Eustath. docet, ut inter alia, videre est in iis quæ in Ἄωρος ab H. Steph. dicta sunt.

Ἐξέμεν, infin. aor. 2. act. Doricus pro ἐξεῖναι, à Them. ἐξίημι. Itidem verò ἐξέμεναι Dor. dicitur pro ἐξεῖναι. Verum ἐξέμεν et ἐξέμεναι dici possent etiam pro ἐξεῖναι, ab ἔξεστι, sicut ἔμεν et ἔμεναι pro εἶναι usurpari suprà annotatum fuit. Et ἐξέμεν, fut. 1. infin. pro ἕξειν, ab ἔχω.

Ἐξενάριξε, a. 1. ind. verbi ἐξεναρίζω. f. ξω. Th. ἐναίρω. occido.

Ἐξενεῖκαι, pro ἐξενέγκαι, Ionicè, ab Ionico itidem Them. ἐξενείκω pro ἐξενέγκω, refertur autem ad ἐκφέρω.

Ἐξένισεν, a. 1. à ξενίζω, f. σω, in hospitio habeo.

Ἐξέντο, tertia pers. plur. aor. 2. med. ἐξέμην, ab act. Them. ἐξίημι.

Ἐξεπλάγη, a. 2. pass. à Them. ἐκπλήττω faciente fut. 2. ἐκπλαγῶ.

Ἐξέπλει, imperf. ab ἐκπλέω enavigo f. πλεύσω. hinc aor. 1. m. ἐξεπλευσάμην.

Ἐξεπράθομεν, aor. 2. act. verbi ἐκπέρθω, habens literarum transpositionem ut aor. 2. ἐδράκομεν ex δέρκω.

Ἐξέπτη, aor. 2. act. verbi ἐξίπτημι, nam ἵπτημι, aor. 2. facit ἔπτην ut ἵστημι ἔστην.

Ἐξεριπόντες, a. 2. part. act. ab ἐξερείπω. cado. f. ψω. a. 2. ἤριπον.

Ἐξέσμων, præt. imperf. verbi ἐκσμάω.

Ἐξέσκληκα, præt. perf. verbi ἐκσκέλλω seu ἐκσκελέω, vel etiam verbi ἐκσκλῆμι, mutuantis fut. ab ἐκσκλέω.

Ἐξέστην, aor. 2. act. verbi ἐξίστημι, aor. autem 1. est ἐξέστησα: præt. ἐξέστησα sive ἐξέστακα, unde apud Varin. ἐξεστακέναι, quod exp. καταπλῆξαι.

Ἐξέταμον, aor. 2, act. verbi ἐκτέμνω. p. ἐκτέτμηκα.

Ἐξετμήθη, aor. 1. pass. ejusdem verbi, tanquam ex ἐκτμάω.

Ἐξετράπησαν, aor. 2. pass. verbi ἐκτρέπω, facientis fut. 2. ἐκτραπῶ, unde aor. 2. ἐξέτραπον.

Ἐξέτρωσε, aor. 1. act. verbi ἐκτιτρώσκω, ab ἐκτρόω.

Ἐξεφαάνθη, pleonasmo τοῦ α pro ἐξεφάνθη: aor. 1. pass. verbi activi ἐκφαίνω.

Ἐξεφερίομεν, Ion. pro ἐξεφέρομεν, tanquam à Them. ἐκφερίω: apud Aristophan. Videtur autem ex φέρω factum primum φρέω, per metathesin, deinde Ionica epenthesi τοῦ ι, φρείω, unde postea compos. illud.

Ἐξέχεε, effudit, a. 1. act. ab ἐκχέω, f. χεύσω. a. 1. ἐξέχεα, &c.

Ἐξεχύθη, effusa sunt. a. 1. ind. pass. ab ἐκχύω.

Ἐξέψυξε, a. 1. act. ab ἐκψύχω, animam efflo.

Ἐξέωσαν, Att. pro ἐξῶσαν, à Them. ἐξωθέω seu ἐξώθω.

Ἐξηγρόμην, per syncopen pro ἐξηγειρόμην vel ἐξηγερόμην, à Them. ἐξέγρομαι, habente itidem syncopen pro ἐξεγείρομαι.

Ἐξήλατο, aor. 1. med. verbi ἐξάλλομαι, ut à ψάλλω est ψῆλαι.

Ἐξῆλθεν, per syncopen pro ἐξήλυθεν: aor. 2. act. verbi ἐξέρχομαι, facientis fut. 2. ἐξελυθῶ, ab ἐξελεύθω.

Ἐξήπλωτο, præt. plusquamperf. pass. verbi ἐξαπλόω, Ineptiunt enim qui ab ἐκπλόω detorquent.

Ἐξῆρα, aor. 1. act. verbi ἐξαίρω, ut ἐπῆρα ab ἐπαίρω. a. 2. ἐξῆρον.

Ἐξήραμμαι sive Ἐξήρασμαι, præt. perf. pass. verbi activi ξηραίνω. Unde et aor. 1. pass. ἐξηράνθην.

Ἐξίκετ', pervenit, a. 2. m. ab ἐξικνέομαι, f. ἵξομαι. p. ἶγμαι.

Ἐξίμεναι, Dor. pro ἐξιέναι, teste Eustath. etiam, nec non Hesych. exponente ἐξελθεῖν. Idem exp. et ἐξαφεῖναι, pro quo scribendum potius esset ἐξέμεναι, de quo paulo ante.

Ἐξοίσουσι, efferent. f. 1. ab ἐκφέρω.

Ἐξοιχνεῦσιν, pro ἐξοιχνοῦσιν, Dor. et Ion. ab οἰχνέω, ῶ.

Ἐξυνῆκε, vide infrà in Ἐσυνῆκε.

Ἐξύρημαι, præt. perf. pass. verbi act. ξυράω sive ξυρέω.

Ἕξω, fut. 1. act. verbi ἔχω: cujus med. fut. ἕξομαι.

Ἐξώδηκα, præt. perf. act. verbi ἐξοιδέω.

Ἐξῴκισα, a. 1. act. verbi ἐξοικίζω.

Ἐξωλώκει, præt. plusquamperf. act. verbi ἐξόλλυμαι ab ἐξολέω.

Ἐξώλισθεν, a. 2. act. verbi ἐξολισθάνω ab ἐξολισθέω.

Ἐξώπλισε, armavit, a. 1. act. ab ἐξοπλίζω. f. σω. Th. ὅπλον, arma.

Ἐξώρκιζον, imperf. ab ἐξορκίζω, adjuro. Th. ὅρκος, jusjurandum.

Ἐξῶσαι, expellere, a. 1. inf. act. ab ἐξωθέω. a. 1. ἔξωσα.

Ἐξῴχοντο, præt. imperf. verbi ἐξοίχομαι.

Ἕοι, a. 2. opt. modi à verbo εἰμὶ, mutuatitius ab ἔω. facit enim a. 2. ἔον. unde optativus ille ἔοι, et conjunctivus ἔῃ Poëtis usurpatus pro ᾖ: nec non particip. ἐών. Ita Eustath.

Ἔοιγμεν, per syncopen pro ἐοίκαμεν, exempto α et κ in γ converso. Ambo præt. med. verbi εἴκω cum reduplicatione Attica, ut ἔοσσα, ἐωνοχόει.

Ἐοίκεσαν, Att. pro ἐοικείσαν, exempto ι ex diphthongo. præter. plusquamperf. med. ejusdem Th. Facit enim εἴκω præt. med. οἶκα, ut πείθω πέποιθα, et Attica initialis literæ præsentis repetitione ἔοικα, ut ἐώνημαι. Unde particip. ἐοικώς.

Ἕοιμι, a. 2. act. verbi ἵημι ex ἕω, sicut εἰμὶ facit ἔοιμι ex ἔω. Meminit autem hujus ἔοιμι Hesychius: exponens ἐμβάλλοιμι.

Ἔοισα, Dor. pro ἐοῦσα, particip. a. 2. ab εἰμί.

Ἔολπα, præt. med. verbi Poët. ἔλπω seu ἔλπομαι, ut enim εἴκω facit primum οἶκα, sic ἔλπω ὄλπα, et Atticè reduplicata initiali præsentis litera ἔοικα et ἔολπα.

Ἔον, a. 2. verbi εἰμὶ, ab ἔω, augmento carens pro ἦον. Unde opt. ἔοιμι, ut apud Homerum, Πῶς γὰρ ἔοι τάδε ἔργα; Atque adeo hæc regularia sunt ut et ἦον. Nec non ἔην ab εἰμὶ regularius est quàm ἦν, ut Eustath. annot. ἔοντα pro ὄντα.

Ἔοργα pro ἔῤῥογα, per metathesin literarum, præt. med. verbi ἔργω vel ῥέζω, eandem habens formationem quam ἔολπα. Hinc ἔοργαν, tertia pl. præt. m. pro ἐόργασι.

Ἐοῦσα, particip. fœm. gen. ex masculino ἐών. Ambo a. 2. verbi εἰμὶ, ut in ἔοι paulo ante annotavi.

Ἐπάγην, a. 2. pass. verbi πήγνυμι seu πήσσω, facientis f. 2. act. παγῶ ex quo a. 2. act. ἔπαγον, et inde pass. ἐπάγην, ut ἐπλάγην, à πλήσσω.

Ἔπαθον, a. 2. act. verbi πάσχω, ex inus. Them. παθέω: secundum alios ex πείθω.

Ἐπαινήσσιμι, a. 1. opt. Æol. ab ἐπαινέω.

Ἐπαίχθη, a. 1. pass. verbi act. παίζω.

Ἐπάλμενος, per syncopen pro ἐφαλλόμενος, Æol. mutato etiam spiritu aspero in tenuem, à Them. ἐφάλλομαι.

Ἔπαλτο, eodem modo pro ἐφάλλετο, abjecto simul augmento.

Ἐπάμειπτο, præt. plusquamperf. pass. verbi ἐπαμείβομαι, augmento carens.

Ἐπανθήσεται, f. 1. pass. verbi act. ἐπανίημι, ut τεθήσεται est à τίθημι. Ex quo ἐπανίημι est et partic. a. 2. act. ἐπανείς, ut θείς à τίθημι.

Ἐπανιτέον, adverbium theticum ex verbo ἐπάνειμι, ex quo et particip. ἐπανιών.

Ἔπαον, a. 2. act. verbi παύω: unde pass. ἐπάην.

Ἐπάρη, a. 2. pass. à verbo πείρω, ut ἐσπάρη à σπείρω. At ἐπάρῃ, est a. 1. act. subjunctivi modi, à Them. ἐπαίρω, ex quo et particip. ἐπάρας.

Ἐπαρήρει, præt. plusquamperf. medium verbi ἐπάρω, facit enim ἄρω præt. med. ἦρα, et Atticè reduplicatis duabus initialibus literis præsentis, ἄρηρα.

Ἔπαρθον, a. 2. act. verbi πέρθω, pro quo et ἔπραθον dicitur transpositis literis. Sic δέρκω aor. 2. facit ἔδρακον, simul et ἔδαρκον.

Ἐπάσαντο, per syncop. quidam usurpatum tradunt pro ἐπατήσαντο, à Them. πατέω, significante ἐσθίω. Alii præsenti carere aiunt. præsens enim mutuatitium esse δαίνυμαι, ex quo imperf. ἐδαινύμην: fut. πάσομαι, aor. 1. med. ἐπασάμην, præt. pass. πέπασμαι, omnia autem hæc esse Poëtica. Ἐπᾶσαι autem, est a. 1. infin. modi, ex verbo ἐπάδω.

Ἐπάρμενον, vide in ἄρμενον.

Ἐπάσσαντο pro ἐπάσαντο, a. 1. m. à πάομαι. f. άσομαι.

Ἐπατήθην, a. 1. pass. verbi πατέω.

Ἐπαύρηαι, Ion. pro ἐπαύρῃ. secunda pers. præsentis subjunct. à Th. ἐπαύρομαι. Ex quo et infin. a. 1. med. ἐπαύρασθαι. At ἐπαυρέμεν, sive ἐπαυρέμεναι, Dorica sunt pro ἐπαυρεῖν.

Ἐπαύσω, secunda pers. a. 1. med. indic. modi, à παύομαι.

Ἐπαφαυάνθη, a. 1. pass. indic. modi, à Them. ἐπαφαυαίνω.

Ἐπάφησεν, a. 1. act. indic. verbi act. ἐπαφίημι, ex ἐπαφέω: unde et med. vocis particip. ἐπαφησαμένη. Ejusdem ἐπαφίημι tertia plur. est ἐπαφιᾶσι: præt. perf. ἐπαφῆκα: et a. 2. conjunct. ἐπαφῶ.

Ἐπαχύνθη, pinguefactum est. a. 1. pass. à παχύνω.

Ἐπεβήσατο, a. 1. med. verbi ἐπίβημι seu ἐπιβαίνω: activus autem a. 1. est ἐπέβησε, aor. 2. ἐπέβην.

Ἐπέγρετο, per syncopen Poëticam pro ἐπηγείρετο, ex Poët. itidem et syncopen passo Them. ἐπέγρομαι pro ἐπεγείρομαι.

Ἐπέδραμε, a. 2. ab ἐπιτρέχω. f. θρέξω. p. δεδράμηκα.

Ἐπέδυν, a. 2. vel præt. imperf. act. verbi ἐπίδυμι.

Ἐπεζάρησαν pro ἐπεβάρησαν dici κατὰ ξένην τινὰ γλῶσσαν, annotat Eustath.

Ἐπέζησα, aor. 1. act. verbi ἐπιζάω.

Ἐπέθετο et Ἐπέθεντο, a. 2. med. à verbo ἐπιτίθημι: à quo est et a. 1. act. ἐπέθηκα irregularis pro ἐπέθησα, ut ἔδωκα pro ἔδωσα itidem usurpari scimus contra regulam.

Ἐπειράσω, secunda pers. a. 1. med. indic. à Th. πειράομαι.

Ἐπείρη, Ion. pro ἐπείρα: præt. imperf. act. verbi πειράω.

Ἐπείχθη, Ἐπείχθητι, Ἐπειχθῶ, a. 1. pass. verbi ἐπείγομαι: at ἐπείχθη augmento carens pro ἠπείχθη à Poët. usurpatum est.

Ἐπεκέκλετο, appellasset, pl. perf. pass. ab ἐπικαλέω.

Ἐπένειμε, a. 1. ab ἐπινέμω. f. μῶ.

Ἐπεμηνάμην, a. 1. med. verbi ἐπιμαίνομαι.

Ἐπενήνοθε, præt. med. secundum quosdam ex ἐπανθέω: dicunt enim ἐπανθῶ facere præt. med. ἐπῆνθα, unde fieri ἐπήνοθα, epenthesi τοῦ ο, et ἐπενήνοθα reduplicatione Attica. Secundum alios est præt. med. verbi ἐπενθέω, dicentes primum pro θέω dici ἔθω, per metathesin, unde ἐνέθω facere præt. med. ἦνοθα, ex quo fieri ἐνήνοθα, Att. reduplicatis duabus initialibus literis præsentis: et ἐπενήνοθα per compositionem.

Ἐπέξιθι, imper. act. verbi ἐπέξειμι, ut ἄπιθι ab ἄπειμι.

Ἐπέπεσεν, incidit, a. 2. act. ab ἐπιπίπτω.

Ἐπεπήγει, pl. perf. med. à πήγνυμι. f. ξω. p. χα. p. m. πέπηγα.

Ἐπέπιθμεν, per syncopen Æolicam pro ἐπίθομεν, Ionicè reduplicatis etiam primis duabus literis: aor. 2. act. verbi πείθω. Ita quidam. Sed aliorum probabilior videtur sententia qui dicunt esse præt. plusquamperfect. med. pro ἐπεπίθειμεν seu ἐπεποίθειμεν. nam πείθω præt. perf. med. facere potest et πέποιθα, ut ἔοικα, et πέπιθα, ut ἐλήλυθα. abjecto ι ex diphthongo. Passivè certè accipitur pro ἐπεθαῤῥήκειμεν.

Ἐπέπληγον Syracusana lingua pro ἔπληγον, ut ἐπέφευγε pro ἔφευγε, et ἐπέφραδον pro ἔφραδον: formato præsenti πεπλήγω ex præt. πέπληγα, ut κεκλήγω ex κέκληγα.

Ἐπέπλως, præt. imperf. act. verbi ἐπίπλωμι, ut ἐδίδως. secundum alios verò per apocopen dictum est pro ἐπιπλώσας, a. 1. verbi ἐπιπλώω vel ἐπίπλωμι. Th. πλέω f. πλεύσω, navigo.

Ἐπεποίθειν, præt. plusquamperf. med. verbi πείθομαι seu πείθω. facit enim id præt. perf. πέποιθα, ut λείπω λέλοιπα. Facit verò et πέπιθα sine diphthongo, ut ἤλυθα quemadmodum in Ἐπέπιθμεν admonui paulo ante.

Ἐπεπόνθη, Att. vel Ion. pro ἐπεπόνθειν, ut ἑωράκη pro ἑωράκειν, ᾔδη pro ᾔδειν. præt. plusquamperf. med. verbi πάσχω tanquam ex πένθω. Apud Suid.

Ἐπέπταρε, a. 2. act. verbi ἐπιπταίρω.

Ἐπεπτώκειν præt. plusquamperf. act. verbi πίπτω, ex πτόω.

Ἐπέπυστο, præt. plusquamperf. pass. verbi πυνθάνομαι, ex πεύθομαι seu πύθομαι.

Ἐπερήρεισμαι, præt. perf. pass. verbi ἐπερείδομαι, habens duarum initialium præsentis literarum reduplicationem Atticam. Itidem pro ἐπερήρασθαι, quod Varin. affert pro ἐπιστηριχθῆναι, videtur scribendum potius ἐπερηρεῖσθαι, ut sit infin. ejusdem præteriti.

Ἐπεῤῥάγη, a. 2. pass. verbi ἐπιῤῥήγνυμι seu ἐπιῤῥήσσω.

Ἐπεῤῥίφη, a. 2. pass. verbi ἐπιῤῥίπτω, facientis fut. 2. act. ἐπιῤῥιφῶ, tanquam ab ἐπιῤῥίφω.

Ἐπεῤῥώοντο et ἐπεῤῥώσαντο, præt. imperf. pass. et a. 1. med. verbi ἐπιῤῥώω, signific. ἐπισείω καὶ ἐπικινέω, ut Etymolog. annotat.

Ἐπέσθων, sequantur, imperat. dual. ab ἕπομαι.

Ἔπεσον, a. 2. act. verbi πίπτω, ex inus. Them. πεσέω.

Ἐπέσπον, aor. 2. act. indic. verbi inusitati ἐπισπέω. unde et infin. ἐπισπεῖν, et particip. ἐπισπών: nec non med. vocis particip. ἐπισπόμενος. Varin.

Ἐπέσσεται, Poëtica geminatione τοῦ σ metri causa pro ἐπέσεται, f. 1. med. verbi ἔπειμι derivati ab εἰμί.

Ἐπέσσυται, præt. perf. pass. pro ἐπισέσυται. verbi ἐπισεύομαι seu ἐπισύομαι, habens ὑπερβιβασμὸν τοῦ ι pro ἐπισέσυται, secundum quosdam. Veruntamen ut dicitur ἐσσεύοντο et ἐπέσσυον, metri causa duplicato σ pro ἐσεύοντο, et ἐπέσυον, ita ἔσσυται dici potest esse pro ἔσυται, hoc autem Ionicè pro σέσυται, ut ἔκτημαι, pro κέκτημαι, ἐβούλευκα pro βεβούλευκα.

Ἐπέσταλμαι, præt. perf. pass. verbi act. ἐπιστέλλω.

Ἐπεστήριξαν, confirmarunt, a. 1. ab ἐπιστηρίζω.

Ἔπεσχε, a. 2. ab ἐπέχω. f. ἐφέξω.

Ἐπετάσθην, a. 1. pass. verbi act. πετάννυμι seu πετάζω, ridiculi enim sunt, qui ex πέταμαι derivant.

Ἐπέτειλα, aor. 1. act. verbi ἐπιτέλλω.

Ἐπετίθουν, imperf. quasi ab ἐπιτιθέω, a τίθημι.

Ἐπετράπην, aor. 2. pass. verbi ἐπιτρέπω, facientis fut. 2. act. ἐπιτραπῶ.

Ἐπέτυχον, a. 2. act. verbi ἐπιτυγχάνω, ex ἐπιτυχέω.

Ἐπεύχεο, Ionica diphthongi resolutione pro ἐπεύχου: imp. præsens verbi ἐπεύχομαι.

Ἐπέφαντο, tertia pl. plusquamperf. Poët. pro πεφασμένοι ἦσαν. à φαίνομαι, appareo.

Ἔπεφνον, per syncopen pro ἐπέφενον. hoc autem Syracusanæ linguæ propria reduplicatione pro ἔφενον, aor. 2. verbi φένω derivati ex φῶ signific. φονεύω. Ita Etymol. qui etiam addit, imperitè quosdam dicere esse præt. imperf. verbi πέφνω. id enim πέφνω non esse præsentis indic. sed aor. 2. conjunctivi.

Ἐπέφραδον, Syracusana reduplicatione pro ἔφραδον, facto Them. πεφράδω ex præt. med. πέφραδα, quod est ex φράζω faciente fut. 2. act. φραδῶ. Sic ἐπέφρασαν pro ἔφρασαν aor. 2. act. ejusdem Them. Ambo apud Hesych.

Ἐπέφυκον, itidem Syracusano more pro ἔφυον, facto Them. πεφύκω ex præt. act. πέφυκα, ut κεκλήγω ex κέκληγα. Legitur autem apud Hesiod.

Ἐπέχθη, aor. 1. pass. verbi act. πέκω.

Ἐπέχραον, a. 2. act. verbi act. ἐπιχραύω seu ἐπιχράω.

Ἐπῄει et ἐπῄεσαν, præt. imp. verbi ἔπειμι signific. ἐπέρχομαι.

Ἐπῇξεν, a. 1. act. verbi ἐπαΐω: ut ἐπῇξε est ab ἐπαΐσσω.

Ἐπηθρηκυῖα, particip. præt. perf. act. à Them. ἐπαθρέω.

Ἔπηλαν, a. 1. act. verbi πάλλω, ut ἔψηλαν à ψάλλω.

Ἐπήμηναν, a. 1. act. verbi πημαίνω.

Ἐπήνεον pro ἐπῄνουν, præt. imperf. act. verbi ἐπαινέω. Unde et a. 1. ἐπῄνεσα: et pass. ἐπῃνέθην. item præt. act. ἐπῄνεκα. unde infin. ἐπῃνεκέναι: sed rarioris usus. Apud Homer. verò et ἐπήνησαν legitur pro ἐπῄνεσαν.

Ἐπηνύσθη, a. 1. pass. verbi act. ἐπανύω seu ἐπανύτω: ex quo et activæ vocis a. 1. ἐπήνυσα.

Ἐπηπείλησε, a. 1. ab ἐπαπειλέω. f. ήσω.

Ἐπηρέσσατο, Poët. metri causa geminato σ pro ἐπηρέσατο, aor. 1. med. verbi ἐπαρέσκω, ex inus. Them. ἐπαρέω.

Ἐπῆρα, a. 1. act. verbi ἐπαίρω. unde media voce ἐπηράμην: ac pass. ἐπήρθην, ex præt. pass. ἐπῆρμαι.

Ἐπήρετο, præt. imperf. verbi ἐπέρομαι. significantis apud Poëtas ἐπερωτῶ. At ἐπῄρετο, cum ι subscripto, est imperf. pass. verbi ἐπαίρομαι significantis, attollor.

Ἐπήρθη, a. 1. pass. ejusdem verbi ἐπαίρω, ex præt. perf. ἐπῆρμαι.

Ἐπῆρσαν, a. 1. Æol. verbi ἐπάρω, ut ἔκερσε.

Ἐπῇσαν, per synæresin pro ἐπῄεσαν, teste Var. Ambo præt. imperf. verbi ἔπειμι signific. ἐπέρχομαι.

Ἐπησθῆεν, Ion. pro ἐφησθῆεν et ἐπιχαρεῖν, ab Ion. Th. ἐπήδομαι pro ἐφήδομαι. Itidemque ἐπησθέντες pro ἐφησθέντες. Apud Suid. et Var.

Ἐπῄσθετο, a. 2. med. verbi ἐπαισθάνομαι ex ἐπαισθέομαι.

Ἐπιβαίην, a. 2. opt. act. à βαίνω, vel βῆμι, eo.

Ἐπιβαινέμεν, præs. inf. Ion. pro ἐπιβαίνειν.

Ἐπιβήμεναι, Æol. pro ἐπιβῆναι, a. 2. inf. à βαίνω.

Ἐπιβήσεο, imper. præsens ex Th. ἐπιβήσομαι. Ionica diphthongi resolutione pro ἐπιβήσου. Thema autem illud ἐπιβήσομαι contra regulam è fut. in præsens est translatum, sicut πεπλήγω ex præt. med. πέπληγα, κεκλήγω ex κέκληγα, et similia.

Ἐπιβησέμεν, f. 1. inf. pro ἐπιβήσειν.

Ἐπιβρίσῃ, a. 1. sub. act. ab ἐπιβρίθω, ingruo.

Ἐπιγνόντες, a. 2. act. part. ab ἐπιγινώσκω.

Ἐπιδῶμεν et Ἐπιδώμεθα, a. 2. subjunct. verbi ἐπείδω.

Ἐπιειμένος, particip. præt. perf. pass. ex Th. ἐπιέννυμι seu ἐπιέω: pro quo in prosa diceretur potius ἐφειμένος et ἐφέννυμι.

Ἐπιείσεται, fut. 1. med. verbi ἔπειμι, ex ἐπιέω. Interdum vero est fut. 1. med. verbi ἐπείδω.

Ἐπιέσσασθαι, Poët. metri causa geminato σ, pro ἐπιέσασθαι seu ἐφέσασθαι. a. 1. med. verbi ἐπιέννυμι, facientis fut. 1. act. ἐπιέσω, ex ἐπιέω. Unde particip. ἐπιεσσάμενος. At ἐπιέσαι et ἐπιέσαμεν sunt itidem a. 1. ab eodem Themate, sed activæ vocis.

Ἐπίηλεν, a. 1. act. verbi ἐπιάλλω, ut πάλλω, facit ἔπηλε.

Ἐπιησθέντες, Ion. vel Poët. pro ἐφησθέντες, à Them. ἐπιήδομαι usurpato pro ἐφήδομαι.

Ἐπιθεῖτε, per syncop. pro ἐπιθείητε, ut διακριθεῖτε pro διακριθείητε, a. 2. act. opt. modi, à Th. ἐπιτίθημι. At ἐπιθεῖναι, infin. est ejusdem temporis: et ἐπιθείς, partic. ἐπίθες autem imperat.

Ἔπιθι, imper. præs. verbi ἔπειμι signific. ἐπέρχομαι, ut ἄπειμι quoque facit ἄπιθι.

Ἔπιθον, a. 2. act. Sed ἐπίθοντο, a. 2. m. verbi πείθω.

Ἐπιθῶνται, a. 2. med. subjunct. modi ex activo Them. ἐπιτίθημι. facit enim a. 2. indic. ἐπεθέμην.

Ἐπικρανεῖς, fut. 1. vel 2. verbi act. ἐπικραίνω. Unde et infin. a. 1. act. ἐπικρᾶναι.

Ἐπικράνθη, a. 1. pass. verbi act. ἐπικραίνω.

Ἐπικρῆνον pro ἐπίκρηνον, a. 1. imper. à κραίνω.

Ἐπικρήναιμεν, a. 1. act. subjunct. ab ἐπικραίνω, facientis a. 1. act. indic. modi ἐπίκρηνα, ut ἔφηνα, ἔμηνα. Imper. autem ejusdem temporis est ἐπικρῆνον, pro quo dicitur et ἐπίκρηνον.

Ἐπικρῆσαι, Ion. pro ἐπικεράσαι, tanquam ex ἐπικρέω aut ἐπικράω.

Ἐπιλήσομαι, fut. 1. med. verbi ἐπιλανθάνομαι ex ἐπιλήθομαι.

Ἐπιλελῆσθαι, perf. inf. pass. ab ἐπιλανθάνομαι.

Ἐπιμάσσασθαι, Poët. metri causa geminato σ pro ἐπιμάσασθαι, ex Them. act. ἐπιμῶ, ut Eustath. tradit.

Ἐπιμέμφεαι, Ion. pro ἐπιμέμφῃ, à Them. ἐπιμέμφομαι.

Ἐπίμπλω, secunda pers. præt. imperf. à Them. πίμπλαμαι: per contractionem ex ἐπίμπλαο, id autem Ion. more ex ἐπίμπλασο factum est exempto σ. ut ἐκρέμω ex ἐκρέμαο, id verò ex ἐκρέμασο.

Ἐπινενησμένος, particip. præt. perf. pass. ex Th. ἐπινήθω, unde a. 1. pass. ἐπινησθεῖσαι.

Ἔπιον, a. 2. act. verbi πίνω, ex Them. πίω.

Ἐπιούσῃ, a. 2. part. f. g. ab ἐπιών. ab εἶμι, eo.

Ἐπιπλομένοιο, volvente, gen. Ion. pro ἐπιπελομένοιο. à πέλομαι, sum.

Ἐπίπλων, implebant, 3. pl. a. 2. act. à πιμπλάω, vel πίμπλημι.

Ἐπιπεπτωκὼς. perf. part. ab ἐπιπίπτω.

Ἐπιπνείουσαι, Ion. epenthesi τοῦ ι pro ἐπιπνέουσαι, ex Th. ἐπιπνέω.

Ἐπιπτέσθαι, a. 2. med. infin. modi, ex ἐπιπτέω aut ἐπίπτημι, ut σχέσθαι, ex σχέω vel σχῆμι, ἕσθαι ex ἵημι seu ἕω. estque a. 2. med. ind. modi ἐπτόμην, unde apud Soph. περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμην, ut ἐσχόμην itidem à σχέω. Nisi malis esse per syncopen pro ἐπιπέτεσθαι. Etymol.

Ἐπισμῇ, Ion. pro ἐπισμᾷ, à Them. ἐπισμάω.

Ἐπιστάντες, a. 2. part. ab ἐφίστημι.

Ἐπίστῃ, Attic. pro ἐπίστασαι, secunda pers. præs. indic. ab ἐπίσταμαι. primum enim ex isto ἐπίστασαι fieri tradunt ἐπίστααι, Ion. exempto σ, unde postea ἐπίστῃ esse per contractionem.

Ἐπιστήσῃ, itidem secunda pers. fut. 1. med. ab eodem ἐπίσταμαι, tanquam ex ἐπιστάομαι.

Ἐπιστοβέεσκον, Ion. pro ἐπεστόβουν seu ἐπεστόβεον, ex Them. ἐπιστοβέω. Varin. ex Apollonio.

Ἐπίστω, interdum est persona secunda præt. imperf. pass. ab ἐπίσταμαι: interdum imperativus præsens ejusdem verbi. Dicitur autem per contractionem pro ἐπίσταο, quod Ionico more factum est ex ἐπίστασο, exempto σ, ut ἐπίμπλω et ἐκρέμω ex ἐπίμπλαο, et ἐκρέμαο, pro ἐπίμπλασο, et ἐκρέμασο.

Ἐπίσχεο, Ion. diphth. resolutione pro ἐπίσχου imper. a. 2. med. à Them. act. ἐπέχω, mutuante fut. 2. ab ἐπισχέω. Inde est et particip. a. 2. med. ἐπισχόμενος, nec non particip. a. 2. act. ἐπισχών.

Ἐπιτεῖλαι, a. 1. act. infin. modi, à Them. ἐπιτέλλω, ut ἐπιστεῖλαι est ab ἐπιστέλλω. Unde et particip. ἐπιτείλας. Inde imper. quoque ἐπίτειλον, et subjunct. ἐπιτείλω.

Ἐπιτέλλεο, Ion. diphthongi dissolutione pro ἐπιτέλλου: imper. præsens pass. ex eodem ἐπιτέλλω.

Ἐπιτέταται, præt. perf. pass. indic. verbi act. ἐπιτείνω. facit enim id præt. perf. act. ἐπιτέτακα, tanquam ex ἐπιτάω.

Ἐπιτετράφαται, Ion. pro ἐπιτετραμμένοι εἰσὶ, ut ὀρωρύχαται pro ὀρωρυγμένοι εἰσὶ, tertia pers. plur. præt. perf. pass. ἐπιτέτραμμαι, ex act. Them. ἐπιτρέπω, facta ex tertia singul. inserto α ante ται finale et tenui in aspiratam conversa.

Ἐπλάγην, a. 2. pass. verbi πλήττω, facientis fut. 2. act. πλαγῶ: ab ἔπλαγον, a. 2. act. ejusdem Them. Dicitur et ἐπλήγην.

Ἐπλάγχθης, a. 1. pass. ab inus. Them. πλάγγω, unde et f. 1. med. πλάγξομαι. Secundum alios verò per epithesin τοῦ γ pro ἐπλάχθη ex πλάζω.

Ἔπλασε, a. 1. act. indic. modi ex act. Th. πλάττω seu πλάσσω: unde et a. 1. pass. ἐπλάσθη, faciente præterito perf. passivo tertiam pers. πέπλασται.

Ἔπλεο, Ἔπλευ, et Ἔπλετο, per syncop. dicta sunt pro ἐπέλεο, ἐπέλευ, ἐπέλετο, ex Poëtico verbo πέλομαι. priora vero duo Ion. etiam terminationem habent pro ἔπλου seu ἐπέλου, ut σέο et σεῦ pro σοῦ dici novimus. Sic et ἔπλε affertur per syncopen usurpatum pro ἔπελε, ex act. πέλω. At ἔπλει est tertia persona singul. præt. imp. verbi πλέω, per contractionem ex ἔπλεε.

Ἐπλεύσαμεν, navigavimus, a. 1. act. à πλέω, f. πλεύσω.

Ἔπληγον, a. 2. act. verbi πλήττω facientis f. 2. act. πληγῶ. Unde pass. a. 2. ἐπλήγην. Dicitur verò et ἔπλαγον et ἐπλάγην ex futur. 2. πλαγῶ. Inter quæ discrimen statuunt, dicentes τὰ διὰ η ad corpus referri. τὰ δὲ διὰ τοῦ α, ad animum.

Ἐπλήθη, a. 1. pass. verbi act. πίμπλημι mutuantis futurum suum ab inus. Them. πλάω.

Ἔπληντο, Ion. pro ἐπέπληντο, sicut ἔδεκτο et ἔλεκτο pro ἐδέδεκτο et ἐλέλεκτο. præt. plusquamperf. pass. verbi act. πίμπλημι, ex inus. Th. πλάω. Nonnulli tamen præt. imperf. pass. esse malunt ex Them. πλῆμι. facit enim id imperf. pass. ἐπλήμην. ἔπλησο, ἔπλητο.

Ἐπλήσθη, a. 1. pass. verbi act. πλήθω facientis præt. pass. πέπλησμαι, ut σήθω σέσησμαι, νήθω νένησμαι.

Ἔπνευσε, a. 1. act. verbi πνέω, sicut ἔπλευσε à πλέω est, assumpto υ ad ε in futuro.

Ἐπνύνθη, a. 1. pass. tanquam à Th. πνύνω, ut ἐκλίνθη à κλίνω. unde comp. ἀμπνύνθη et ἐμπνύνθη augmento carentia pro ἀνεπνύνθη et ἐνεπνύνθη. Verum et sine ν reperitur ἐμπνύθη et ἔμπνυτο, itidemque ἔπνυτο, tanquam à Th. πνύω vel πνῦμι. unde et πέπνυμαι. Omnium mentio apud Hesych. Vide et Ἐστέχυντο, paulo infra.

Ἐποῖσαι, a. 1. infin. modi, à verbo ἐπιφέρω, mutuatitius à Th. inus. ἐποίω: unde et fut. 1. act. ἐποίσω, et pass. ἐποισθήσεται.

Ἐπομόσαι, a. 1. act. infin. modi à Them. ἐπόμνυμι, faciente f. 1. act. ἐπομόσω, ex ἐπομόω. Sic ἐπομόσσῃ, tertia sing. a 1. act. sub. Poët. pro ἐπομόσῃ.

Ἔπορσον, a. 1. act. imper. modi à Them. ἐπόρω, faciente f. 1. act. ἐπόρσω, more Æolico.

Ἐπράδειν, Ion. pro ἐπεπόρδειν, præt. plusquamperf. med. verbi πέρδω facientis fut. 2. act. πραδῶ, aor. 2. ἔπραδον, præt. med. πέπραδα, et plusquamperf. ἐπεπράδειν, ex quo ἐπράδειν. imminuto augmento sicut in ἔκτητο. Itidem verò πέρθω, facit fut. 2. πραθῶ, et δέρκω δρακῶ, unde itidem ἔδρακον et ἔπραθον. Apud Suid.

Ἐπράθη, a. 1. pass. verbi πιπράσκω, ex inus. Th. πράω per syncopen facto ex περάω, ut suo loco docui.

Ἔπραθον, a. 1. act. verbi πέρθω facientis fut. 2. πραθῶ, ut πέρδω πραδῶ, δέρκω δρακῶ.

Ἐπρασε, a. 1. act. verbi πιπράσκω, itidem ex inus. Them. πράω per syncopen facto ex περάω.

Ἔπρεσε vel ἔπρησε, a. 1. act. verbi πρήθω, vel etiam verbi πίμπρημι ex inus. Th. πράω. At pass. a. 1. ἐπρήσθην, est duntaxat à πρήθω, faciente præt. pass. πέπρησμαι.

Ἐπρήχθην, Ion. pro ἐπράχθην, ab Ion. itidem Th. πρήσσω pro πράσσω. Sic ἐπρησσόμην pro ἐπρασσόμην dicitur: et voce act. ἔπρηξε pro ἔπραξε, itidemque in aliis temporibus et modis.

Ἐπρίω, secunda pers. præt. imperf. à Them. πρίαμαι: facta per contractionem ex ἐπρίαο, Ion. habente exemptum σ. Sic ἐκρέμω, ἐπίστω, et similia, facta sunt ex ἐκρέμαο, ἐπίσταο: hæc autem ex ἐκρέμασο, ἐπίστασο.

Ἔπρωσεν, quod Hesych. exp. ἐμοίρασεν, per syncopen est ex ἐπεράτωσεν, si verum est quod Eustath. dicit πεπρωμένος per syncopen esse pro πεπερατωμένος: tanquam ex πρόω per syncopen itidem dicto pro περατόω.

Ἐπτάμην, a. 1. med. verbi ἵπταμαι, teste Eustathio: forsan per syncopen pro ἐπτησάμην. Sunt tamen qui dicant esse aor. 2. πτῆμι enim facere aor. 2. act. ἔπτην, ut ἵστημι, ἔστην, unde media voce fieri ἐπτάμην ut ἐστάμην. Inde infin. πτάσθαι, particip. πτάμενος: et in compos. διαπτάσθαι apud Eurip. initio Medeæ, ἀποπτάμενος apud Homer.

Ἔπταρον, aor. 2. act. indic. verbi πταίρω.

Ἐπτερύγη, aor. 2. pass. verbi πτερύσσομαι.

Ἔπτην, a. 2. act. verbi ἵπτημι seu πτῆμι, ut ἵστημι facit ἔστην. unde infin. πτῆναι, particip. πτὰς, sed rarioris usus.

Ἐπτοίηται, evolat. tertia sing. præt. pass. à πτοέω. Poët. πτοιέω.

Ἐπτόμην, a. 2. med. ab ἵπτημι, ut testantur omnes ferè Grammatici. quorum tamen nonnulli dicunt eum habere τροπὴν τοῦ α εἰς ο, regulariter enim debuisse dici ἐπτάμην, ut ἐστάμην, ab ἔπτην. alii vero dicunt per syncop. esse ex ἐπετόμην, à Th. πέτομαι. Unde infin. πτέσθαι, particip. πτόμενος: et in comp. ἐπιπτέσθαι, ἐπιπτόμενος.

Ἐπτωκὼς, Ionicè pro πεπτωκὼς, ut ἐκτημένος pro κεκτημένος: particip. præt. perf. activi ἔπτωκα, à Th. πίπτω, faciente fut. 1. πτώσω ex inus. verbo πτόω.

Ἐπυθόμην, a. 2. med. verbi πυνθάνομαι, ex πύθομαι seu πεύθομαι. f. πεύσομαι. p. πέπυσμαι.

Ἐπώκειλαν, illiserunt, a. 1. act. ab ἐποκέλλω.

Ἐπώλουν, imperf. act. à πωλέω, vendo.

Ἐπωρορέχατο, Ion. pro ἐπορωρεγμένοι ἦσαν, præt. plusquamperf. pass. tertia pers. plur. facta ex tertia singul. ἐπωρόρεκτο, inserto α ante το, et tenui præcedente versa in aspiratam: sicut ὀρωρύχατο, positum itidem pro ὀρωρυγμένοι ἦσαν, factum est ex ὀρώρυκτο, ac ut hoc est à Th. ὀρύσσω, ita illud ab ὀρέγω: ambo habentia reduplicationem Atticam primarum duarum præsentis literarum: in eo tamen illud ab hoc differens quod augmentum transsumpsit in prius ο sicut ὤρορα. regulariter enim scribi debebat ἐπορωρέχατο. Legitur autem apud Hesych.

Ἐπῶρσε, a. 1. act. ab ὄρω. f. ρῶ, et ὄρσω. concito.

Ἐπώχατο, itidem Ion. pro ἐπωγμένοι ἦσαν. tertia pers. plur. præt. perf. passivi, facta ex tertia singulari ἐπῶκτο, inserto α ante το, et tenui versa in aspiratam: à Them. simplici οἴγω, faciente futur. 1. act. οἴξω, præt. perf. act. ᾦχα, pass. ᾦγμαι, et in comp. ἐποίξω, ἐπῷχα, ἐπῷγμαι. At ἐπῴχετο est tertia pers. singul. præt. imperf. pass. à Th. ἐποίχομαι. Ambo apud Homer.

Ἐραίσθη, aor. 1. pass. verbi act. ῥαίω.

Ἐράσθη, Ion. vel Poët. pro ἠράσθη, sine augmento: a. 1. pass. verbi ἔραμαι seu ἐράομαι.

Ἐργᾷ, Bœot. pro ἐργάσῃ: secunda pers. singul. fut. 1. medii ex ἐργάζομαι, hoc autem modo formatur. eximitur primum σ, ut itidem in secundis pers. aor. 1. med. et præt. imperf. pass. in αμην terminatorum, nec non imperativorum pass. in ασο finitorum: deinde α et η in ᾳ contrahuntur, secundum regulam.

Ἔργαθεν, Poët. pro εἴργαθεν, sine augmento, ex Th. ἐργάθω.

Ἔρδεσκε, Ionicè, primum augmento carens deinde Ionicam illam paragogen σκε habens, ut τύπτεσκε: à Poët. Them. ἔρδω.

Ἔρεεο, Ion. itidem pro ἔρου, ex Them. ἔρομαι: primum videlicet diphthongo ου in εο resoluta, deinde ε ascito ad ε metri causa.

Ἐρείσατο, hæsit, a. 1. m. ab ἐρείδω. f. σω.

Ἐρείω, itidem pro ἐρέω dicitur metri causa assumpto ι: unde ἐρείομεν itidem pro ἐρέομεν.

Ἐρέριπτο, sine augmento pro ἐρήριπτο: præt. plusquamperf. pass. verbi ἐρείπω, habens reduplicationem Atticam duarum initialium præsentis literarum, et dialysin diphthongi quæ erat in penultima, sicut ἀλείφω facit ἀλήλιφα et ἀλήλιμμαι. Minus aptè quidam ex ῥίπτω deducunt.

Ἐρεσσέμεναι, præs. inf. Dor. pro ἐρέσσειν. ab ἐρέσσω. f. ξω. p. χα.

Ἐρεύμενον, Ionicè pro ἐρούμενον, apud Hesiodum à Them. εἴρω seu ἐρέω.

Ἐρέω, Ion. circumflexæ vocalis dialysi pro ἐρῶ: fut. 1. verbi εἴρω.

Ἐρηρέδαται, Ionicè pro ἐρηρεισμένοι εἰσὶ tertia pers. plur. præt. perf. pass. ex Them. ἐρείδω: facta ex tertia singul. ἐρήρεισται, inserto primùm δα, deinde correpta syllaba præcedente. Sicut πεφράδαται, positum itidem pro πεφρασμένοι εἰσὶ, fit ex πέφρασται, correpta penultima, et δα ante ται inserto: aliis tamen ex præter. medio hæc formare malentibus.

Ἐρήρεικα, præt. act. verbi ἐρείδω, Atticam habens reduplicationem duarum initialium præsentis literarum pro ἤρεικα: unde pass. ἐρήρεισμαι, ex quo infin. ἐρηρεῖσθαι.

Ἐρήρικα, præt. perf. act. verbi ἐρίζω, habens et ipsum Atticam duarum initialium præsentis literarum reduplicationem. Unde pass. ἐρήρισμαι.

Ἐρήριφα, præt. perf. activi verbi ἐρείπω, præter Attic. istam duarum initialium præsentis literarum reduplicationem, habens etiam συστολὴν τῆς παραληγούσης, exempto ε ex diphthongo, sicut ἀλήλιφα ex ἀλείφω. Unde præt. perf. pass. ἐρήριμμαι, ἐρήριψαι, ἐρήριπται: et præt. plusquamperf. ἐρηρίμμην. ἐρήριψο, ἐρήριπτο ut ἀλήλιμμαι, ἀληλίμμην.

Ἐρηρώτηκα, præt. perf. act. verbi ἐρωτάω, Attico more habens et ipsum repetitas duas initiales literas præsentis. Unde partic. ἐρηρωτηκὼς, apud Suidam.

Ἐρήσομαι, fut. 1. med. verbi ἔρομαι seu ἐρέομαι. unde et a. 1. med. opt. modi ἐρήσαιο apud Hesych. quod expon. ἐρωτήσειας.

Ἐρήτυθεν, Bœot. syncope pro ἐρητύθησαν: tertia pers. plur. aor. 1. pass. indic. modi, ἐρητύσειε, aor. 1. opt. Æolic, à Them. ἐρητύω, habens συγκεκομμένον ησαν εἰς εν, deinde etiam augmento carens, more Poëtico et Ionico.

Ἐρίδηνα, a. 1. act. verbi ἐριδαίνω, carens augmento pro ἠρίδηνα.

Ἐριδήσασθαι, Poët. more pro ἐρίσαι seu ἐρίσασθαι, facto Th. ἐριδέω ex fut. 2. ἐριδῶ.

Ἐριδμαίνεσιν, Poët. pleonasmo τοῦ μ, metri causa, pro ἐριδαίνεσιν, à Them. ἐριδαίνω.

Ἐριζέμεν et Ἐριζέμεναι, Doricè pro ἐρίζειν, ex Them. ἐρίζω.

Ἐριζέμεναι, pro ἐρίζειν, præs. inf. Dor. ab ἐρίζω. f. σω.

Ἐριπεῖν, infin. aor. 2. vel fut. 2. act. ex Th. ἐρείπω, faciente fut. 2. ἐριπῶ, aor. 2. ἤριπον.

Ἔρξαν, Ion. pro εἶρξαν. omisso augmento, aor. 1. act. verbi ἔργω significantis vel arceo, prohibeo: vel facio, ἐργάζομαι. Aliis tamen in hac postrema signif. malentibus esse à ῥέζω κατὰ μετάθεσιν τῶν τῆς πρώτης συλλαβῆς γραμμάτων. Idem dicendum de futur. 1. act. ἔρξω, ἔρξεις: et de participio ἔρξας, cæterisque vel à futuro vel ab aor. 1. derivatis.

Ἐροίην, Atticè pro ἐροῖμι. ut ποιοίην pro ποιοῖμι.

Ἐροῦσι, tertia pers. plur. fut. 1. act. ἐρῶ ex Them. εἴρω.

Ἔῤῥαγον, aor. 2. act. verbi ῥήγνυμι seu ῥήσσω, facientis fut. 2. act. ῥαγῶ, ut πλήσσω πλαγῶ. Unde aor. 2. pass. ἐῤῥάγην, ut ἐπλάγην.

Ἐῤῥάδαται et Ἐῤῥάδατο, Ionico more pro ἐῤῥασμένοι εἰσὶ et ἐῤῥασμένοι ἦσαν: tertia pers. plur. præt. perf. et plusquamperf. pass. ex tertia singul. ἔῤῥασται, correpta primum penultima, deinde ante ται et το inserto δα, ut fiunt item πεφράδαται et πεφράδατο ex πέφρασται et πέφραστο. Nisi malis formare hæc ex præterito med. ἔῤῥαδα, abjecto ται et το. Activum autem horum Thema est ῥάζω, significans idem quod ῥαίνω, teste Eustath. et Etymol.

Ἐῤῥάφη, a. 2. pass. verbi act. ῥάπτω, facientis fut. 2. ῥαφῶ aspirata sumpta loco tenuis, ut in aliis quoque fieri docent exempla.

Ἔῤῥε et ἐῤῥέτω, imperf. verbi ἔῤῥω, significantis μετὰ φθορᾶς ἄπειμι, existimatur enim ex φθείρω factum esse aphæresi duarum initialium literarum, Æolibus φθέῤῥω dicentibus.

Ἐῤῥέθην, contra regulam pro ἐῤῥήθην, ut εὑρέθην pro εὑρήθην. a. 1. pass. verbi ῥῶ. Ambo apud Var.

Ἔῤῥηξαν, aor. 1. act. verbi ῥήγνυμι seu ῥήσσω.

Ἔῤῥεξε, a. 1. act. à ῥέζω. f. ξω.

Ἐῤῥήσω, fut. 1. act. verbi ἔῤῥω, tanquam ex ἐῤῥέω: apud Aristoph. οὐκ ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε;

Ἔῤῥιγα, præt. med. verbi ῥιγέω. cujus tertia pers. ἔῤῥιγεν apud Homer. Quidam tamen malunt dicere συγκεκόφθαι ἐκ τοῦ ἐῤῥίγηκα.

Ἐῤῥίγῃσι, Ion. seu Poët. paragoge pro ἐῤῥίγῃ: tertia pers. singul. præt. perf. medii, conjunctivi modi, ab eodem Them.

Ἐῤῥίγοντος, partic. præsent. act. à Them. ἐῤῥίγω. novo et Poëtico more è præterito perf. transsumpto in præsens: quale est et κεκλήγω, πεφύκω.

Ἐῤῥίζωμαι, præt. perf. pass. verbi activi ῥιζόω: unde et aorist. 1. ἐῤῥιζώθην.

Ἔῤῥιμμαι, præt. perf. pass. verbi activi ῥίπτω. ex quo Th. et imperf. ἔῤῥιπτον, aor. 1. ἔῤῥιψα, aor. 2. ἔῤῥιφον, tenui in aspiratam versa ut in Ἐῤῥάφη. ex pass. autem præt. perf. secunda pers. ἔῤῥιψαι, est imperf. ἔῤῥιψο, cujus tertia dualis ἔῤῥιφθον apud Var.

Ἔῤῥιψε, a. 1. act. à ῥίπτω, abjicio. a. 2. ἔῤῥιπεν.

Ἐῤῥύηκα, præt. perf. act. verbi ῥυέω.

Ἐῤῥύην aor. 2. pass. ejusdem Them.

Ἐῤῥύπηνα, aor. 1. act. verbi ῥυπαίνω. Idque Attic. esse tradunt, non item ἐῤῥύπανα.

Ἐῤῥύσατο, aor. 1. med. verbi ῥύομαι. Ab ἐρύομαι enim est potius εἰρύσατο, vel ἐρύσατο sine augmento apud Poëtas. Eustath.

Ἔῤῥωγα, præt. perf. med. verbi ῥήγνυμι seu ῥήσσω, habens η vel α versum in ω. regulariter enim dicendum foret ἔῤῥηγα vel ἔῤῥαγα, futuro secundo faciente ῥηγῶ et ῥαγῶ. unde tertia pers. ἐῤῥώγασι: et particip. ἐῤῥωγώς.

Ἔῤῥωμαι, præt. perf. pass. verbi ῥώννυμι, tanquam ex ῥόω. Unde et aor. 1. pass. ἐῤῥώσθην, ut ἐχώσθην: imper. præt. perf. ἔῤῥωσο, infin. ἐῤῥῶσθαι, particip. ἐῤῥωμένος.

Ἐῤῥώσαντο, aor. 1. med. verbi ῥώω, ex quo et præt. imperf. ἐπεῤῥώοντο.

Ἔρσω, fut. 1. Æolicum verbi ἔῤῥω.

Ἐρυγεῖν, a. 1. vel fut. 2. act. inf. modi à Th. ἐρεύγω, faciente fut. 2. ἐρυγῶ, et a. 2. ἤρυγον. exempto ε ex diphth. ut et in ἐλεύθω fit.

Ἐρυθήνας, particip. aor. 1. act. ex verbo ἐρυθαίνω.

Ἐρυκέμεν et Ἐρυκέμεναι, Dor. pro ἐρύκειν, ex ἐρύκω.

Ἐρυσαίατο pro ἐρύσαιντο, a. 1. opt. m. ab ἐρύω. Sic ἔρυτο, pro ἐρύσατο. a. 1. m.

Ἔρχαται et Ἔρχατο, Ion. pro εἰργμένοι εἰσὶ et εἰργμένοι ἦσαν tertia pers. plur. præt. perf. et plusquamperf. pass. à verbo εἴργνυμι seu εἴργω, facta ex tertia singul. inserto α ante ται et præcedente tenui in aspiratam versa: deinde ι ex diphth. sublato et mutato spiritu.

Ἐρχατόωντο, Ion. pro ἐρχατῶντο: ex Them. ἐρχατόω, novo more facto ex Ionico illo præterito ἔρχατο, ut ἐῤῥίγω, πεφύκω, κεκλήγω, ex ἔῤῥιγα, πέφυκα, κέκληγα.

Ἐρῶ, fut. 1. vel 2. verbi εἴρω.

Ἐρωτῷο, per contractionem pro ἐρωτάοιο, ut ἐρωτῷτο pro ἐρωτάοιτο, et ἐρωτῴμην pro ἐρωταοίμην præs. opt. pass. ab act. Th. ἐρωτάω.

Ἕς, a. 2. imper. modi, ex Them. ἵημι, ut θὲς ex τίθημι, δὸς ex δίδωμι. unde comp. ἄνες, ἄφες, πρόες, et similia alia.

Ἐσᾶλτο, secundum quosdam pro ἐσῆλτο, præt. plusquamperf. pass. verbi ἅλλομαι, carens augmento: secundum alios autem itidem augmento carens, sed per syncopen pro imperf. εἰσήλλετο, aut aor. 1. med. ἐσήλατο.

Ἔσαν, tertia pers. plur. præt. imperf. à Th. εἰμὶ pro ἦσαν, facta systole: nisi potius est aor. 2. ut ἔσαν, regulariter formatus. corripitur enim η illud a. 2. verborum in μι, in duali et plurali numero. nam ab ἔθην dicitur ἔθεμεν, ab ἧν ἕμεν, ab ἔδων ἔδομεν.

Ἕσαν, a. 2. act. indic. modi, à Th. ἵημι. interdum ab ἕννυμι seu ἕω est id ipsum ἕσαν, sed tunc est a. 1. act. ex fut. ἕσω, carens augmento pro εἷσαν.

Ἕσαντο, sine augmento pro εἵσαντο: aor. 1. med. ejusdem Th. ἕω seu ἕννυμι.

Ἐσάπην, a. 2. pass. verbi act. σήπω.

Ἐσάωθεν pro ἐσαώθησαν, syncope Bœotica: solent enim Bœoti tertias pers. a. 1. pass. indic. modi, finitas in ησαν, terminare in εν. A Th. Poët. σαόω. unde est et ἐσάωσε in voce act. à fut. σαώσω.

Ἔσβεσε, a. 1. act. verbi σβέννυμι ex σβέω.

Ἔσβην, a. 2. act. verbi σβῆμι, vel σβέννυμι: ut βῆμι facit ἔβην.

Ἐσδώμεθα, Doricè pro ἑζώμεθα, ex Dorico Them. ἕσδομαι pro ἕζομαι.

Ἔσεαι, Ion. pro ἔσῃ: secunda pers. fut. 1. med. à Th. εἰμί.

Ἔσει, autem Atticum est pro eodem ἔσῃ.

Ἐσείσατο, a. 1. med. verbi act. σείω.

Ἐσεῖται, Dor. pro ἔσεται, fut. 1. med. verbi εἰμί. circumflectunt enim Dores fut. act. et med. ut ἐσοῦμαι, ἐσῆ, ἐσεῖται.

Ἐσεσάχατο, præt. plusquamperf. pass. indic. modi, tertia pers. plur. verbi σάττω. facta Ionico more ex tertia singulari ἐσέσακτο, inserto α ante το, et tenui quæ præcedit conversa in aspiratam. ut ἔρχαται quoque paulo antè.

Ἐσεσήρει, præt. plusquamperf. med. Th. σήρω potius quam σαίρω.

Ἔσευα, a. 1. act. verbi σεύω, pro ἔσευσα, ablata characteristica consonante futuri, sicut in ἔχευα. Æolico more secundum quosdam Grammaticos.

Ἐσεῦμαι, Dor. pro ἔσομαι. fut. 1. med. verbi εἰμὶ ex inus. Th. ἔω.

Ἐσίφθην, a. 1. pass. indic. modi, ex Th. σίβομαι.

Ἐσέχυντο, Ion. pro ἐσεκέχυντο, ut ἔπληντο pro ἐπέπληντο, ἔκταντο pro ἐκέκταντο. præt. plusquamperf. pass. verbi χέω tanquam ex χύνω: ut à πνέω est ἔπνυντο et ἐπνύνθη. tanquam ex πνύνω.

Ἐσήκασθεν, Bœot. syncope pro ἐσηκάσθησαν: tertia pers. plur. aor. 1. pass. ex Them. σηκάζω.

Ἐσήλατο, a. 1. med. indic. modi, ex Them. ἐσάλλομαι.

Ἐσημήναντο, a. 1. med. indic. modi, ex act. ἐσήμηνα alii ἐσήμανα: ambo à Th. σημαίνω.

Ἕσθαι, a. 2. med. infin. interdum ex Them. ἵημι, interdum ex ἕννυμι seu ἕω.

Ἔσθορε, Poët. pro εἰσέθορε: a. 2. act. à Th. ἐσθορέω seu εἰσθορέω.

Ἔσθω, Poët. Th. factum ex ἔδω, pleonasmo τοῦ σ, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, unde ἐσθίω in prosa. quanquam nonnulli ex hoc ἐσθίω, illud ἔσθω, per syncopen factum dicere malunt. Unde particip. ἔσθων. Alioqui ἔσθω, sive εἴσθω, est etiam a. 2. act. subjunctivi modi, ex Th. ἐστίθημι.

Ἕσθω, a. 2. med. imper. tertia pers. sing. ex secunda οὗ, ut θοῦ facit θέσθω, ex act. Them. ἵημι. Ἑσθῶ autem est aor. 1. pass. subjunct. modi à verbo ἕννυμι seu ἕω.

Ἐσίδῃ, Poët. pro εἰσίδῃ, a. 2. act. sub. ab εἴδω, video.

Ἔσκαφα, verbi activi σκάπτω præt. perf. act. vel medium. nam σκάπτω facit fut. 2. σκαφῶ, ut ῥάπτω ῥαφῶ, ῥίπτω ῥιφῶ et similia alia, tenui in aspiratam mutata. unde a. 2. ἔσκαφον, ut ἔῤῥαφον, et ἔῤῥιφον. Ex act. autem ἔσκαφα est pass. ἔσκαμμαι. unde a. 1. pass. ἐσκάφθην.

Ἐσκάτθετο, pro εἰσκατέθετο, a. 2. m. à τίθημι.

Ἔσκε, Ion. pro ἦν vel potius εἶ, ut ὤθεσκε pro ὤθει. nam εἰμὶ facit non solum ἦν in imperfecto, sed etiam ἔον. (nisi a. 2. esse malis sine augmento:) cujus tertia pers. ἔε et εἶ per contractionem ex inus. Th. ἔω. Sic ἔσκον infra pro ἔον.

Ἔσκεμμαι, præt. perf. pass. verbi σκέπτομαι.

Ἐσκευάδαται, Ion. pro ἐσκευασμένοι εἰσί: itidemque ἐσκευάδατο pro ἐσκευασμένοι ἦσαν. præt. perf. et plusquamperf. pass. indic. modi, pers. tertia plur. facta ex tertia singul. ἐσκεύασται et ἐσκεύαστο, primum correpta penultima, hoc est abjecto σ, deinde inserto δα ante ται et το ut ἐρηρέδαται et πεφράδαται dictum est. Ex Them. act. σκευάζω, cujus fut. 1. act. σκευάσω, præt. ἐσκεύακα, pass. ἐσκεύασμαι.

Ἐσκίδναντο, præt. imperf. pass. verbi σκίδναμαι.

Ἔσκλη, a. 1. act. vel præt. imperf. verbi inus. σκλῆμι, ut ἔβην ex βῆμι est.

Ἔσκληκα, præt. perf. act. ejusdem σκλῆμι, facti per syncopen ex σκελέω, unde particip. ἐσκληκώς.

Ἔσκον, Ion. pro ἦν eram: vel potius pro ἔον. imperf. verbi substantivi ἔω: vel etiam a. 2. ut quidam volunt.

Ἐσμὲν, prima pers. plur. indic. ab eodem Them. εἰμί.

Ἔσμηγμαι, præt. perf. pass. verbi act. σμήχω.

Ἔσο, ἔστω, secunda et tertia pers. imper. præsentis, à Th. εἰμί.

Ἔσομαι, fut. 1. med. ejusdem verbi εἰμὶ, ex inus, Th. ἔω.

Ἐσορῇ, Dor. pro ἐσορᾷ apud Theoc. Itidemque ἐσορῇς pro ἐσορᾷς, à Them. ἐσοράω.

Ἐσοῦμαι, Dor. itidem pro ἔσομαι, fut. 1. med. verbi εἰμὶ ex ἔω. Solent enim Dores circumflectere fut. act. et med. dicentes ἐσοῦμαι, ἐσῇ, ἐσεῖται, et sic deinceps.

Ἔσπακα, præt. perf. act. verbi σπάω.

Ἔσπαρκα, præt. perf. act. verbi σπείρω, unde pass. præt. perf. ἔσπαρμαι: et infin. ἐσπάρθαι. Itidem verò κείρω facit κέκαρμαι.

Ἔσπεικα, præt. perf. act. verbi σπένδω ex inus. Th. σπείδω. Unde præt. pass. ἔσπεισμαι, ex quo infin. ἐσπεῖσθαι, et particip. ἐσπεισμένος a. 1. act. ἔσπεισα: med. ἐσπεισάμην.

Ἕσπεο, vide in sequente Ἕσπον.

Ἕσπετε, vide in Ἕσπομαι. Et ἕσπετο, pro εἵπετο, sequebatur.

Ἐσπλαγχνίσθη, misertus est, a. 1. ind. pass. ab σπλαγχνίζομαι. præt. ἐσπλάγχνισμαι. Th. σπλάγχνον, ου, τὸ, viscus.

Ἕσπομαι, Poëtica epenthesi pro ἕπομαι dicitur: unde particip. ἑσπόμενος. Itidemque ἕσπω pro ἕπω. Unde imper. ἕσπετε pro εἴπετε, dicitur frequens apud Homer. qui et præcedente ἕσπομαι non minus crebro utitur, ac inter alia optativo ἑσποίμην, et particip. ἑσπόμενος. Idem vero et imperfecto ἕσπετο utitur sine augmento: Od. ά. Ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ' ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη.

Ἕσπον, aor. 2. act. Poëtici verbi σπέω. Unde infin. σπεῖν, et particip. σπών, et in compos. ἐπισπεῖν, ἐπισπών. Item media voce ἑσπόμην, σπέσθαι, σπόμενος. et in compos. ἐπεσπόμην, ἐπισπέσθαι, ἐπισπόμενος. quod particip. præ aliis frequens est apud Homerum. Meminit vero et Hesych. hujus a. 2. med. indic. modi: afferens ἕσπεο pro ἠκολούθεις, et ἕσπετο pro ἠκολούθησε. Meminit et participii σπόμενος: afferens præterea σπείομεν et σπεῖο habentia insertum ι et resolutionem Ionicam vocalis circumflexæ, illud enim pro σπῶμεν dicitur, primùm διαλυθέντος τοῦ ῶ εἰς εο, καὶ διὰ τὸ μέτρον ἐπενθέντος τοῦ ι: hoc verò pro σποῦ, dissoluta itidem vocali circumflexa οῦ in εο, et inserto ι metri causa. Errant igitur qui ἔσπον esse aiunt aor. 2. verbi σπάω. quanquam iis Hesych. quoque astipulari videtur, dum ἐπίσπῃ exp. ἐπισπάσηται, καταλάβῃ.

Ἕσσα, Poët. pro εἷσα, geminato σ metri causa, et abjecto augmento. aor. 1. act. interdum ab ἕω seu ἕννυμι significante induo, interdum ab ἕω seu ἕζω significante, sedere facio, καθίζω. Sic ἑσσαμένη, a. 1. part. med. pro ἑσαμένη.

Ἕσσαι, Poëticè itidem pro ἕσαι, σ geminato metri gratia: aor. 1. act. infin. modi ab iisdem Them. Unde med. voce ἕσσασθαι. Interdum tamen ἕσσαι est secunda pers. præt. perf. pass. eorundem Them. pro ἕσαι, à prima pers. ἕμαι. sicut ἕσσο quoque pro ἕσο dicitur in plusquamperf.

Ἕσσαν, Poët. rursum pro ἕσαν, duplicato σ ut metro succurreretur: tertia pers. plur. præt. imperf. act. à Th. εἰμί.

Ἕσσας. particip. a. 1. ἕσσα. Qui a. 1. act. ἕσσα, media voce facit ἑσσάμην, unde infin. ἕσσασθαι, et particip. ἑσσάμενος.

Ἕσσε, tertia pers. aor. illius ἕσσα, de quo suprà.

Ἔσσεαι, Poët. pro ἔσῃ, geminato primum σ metri causa, deinde η resoluto in εαι more Ionico secunda pers. fut. ἔσομαι, ex Th. εἰμί.

Ἐσσεῖται, habet et ipsum metri gratia duplicatum σ, pro ἐσεῖται, quod ἐσεῖται, Doricum esse pro ἔσεται, supra dixi.

Ἔσσεται, eodem modo geminato σ dicitur pro ἔσεται: tertia pers. singul. fut. ἔσομαι.

Ἔσσευαν, Ἐσσεύαντο, similiter apud Poëtas duplicata litera σ proferuntur cogente metro, pro ἔσευαν et ἐσεύαντο, à Th. σεύω. Ambo autem aor. 1. sunt, indicativi modi, sed prius activæ, posterius mediæ vocis: ambo etiam carentia σ characteristica litera futuri, ut ἔχευα. Similiter ἔσσευμαι (quod est prima pers. singul. præt. perf. pass. ex eodem Them.) dici potest pro ἔσευμαι positum esse: hoc autem, Ion. pro σέσευμαι, ut ἐβούλευκα pro βεβούλευκα, ἔκτημαι pro κέκτημαι. licet alii malint in hoc ἔσσευμαι, ut et in ἔσσυμαι, et reliquis ejusmodi, esse metathesin τῶν τῆς ἀρχούσης γραμμάτων.

Ἔσσηται, quoque pro ἔσηται dictum videtur, esseque aor. 1. med. conjunctivi modi, à Them. εἰμί. Hesychius tamen in indic. modo ex futuro ἔσται.

Ἐσσὶ, Poët. et contra regulas grammaticas pro εἶ seu εἶς, es, secunda pers. præs. indic. à Them. εἰμί. licet Varin. annotet Poëticè usurpari pro ἐστί quoque. Nunquam autem asciscit ν, sequente vocali aliqua, ut annotat Eustath.

Ἔσσο, Poët. rursum geminatum metri causa σ habet pro ἔσο: estque imper. præsens verbi εἰμί. At ἕσσο, itidem geminatum habens σ pro ἕσο, abjecto augmento pro εἷσο, est secunda pers. singul. præt. plusquamperf. pass. à Them. ἕννυμι seu ἕω, faciente fut. 1. act. ἕσω, præt. εἶκα, pass. εἷμαι et plusquamperf. εἵμην.

Ἐσσόμενος, similiter pro ἐσόμενος, partic. fut. 1. à Them. εἰμί.

Ἕσσον, itidem pro ἕσον geminato metri causa σ, imper. a. 1. act. ab eodem Them. cujus aor. 1. act. indic. est ἕσσα. ut paulo supra docui.

Ἔσσυθεν, Bœot. pro ἐσσύθησαν, a. 1. pass. indic. modi, à Them. σύω, habens et ipse metri causa duplicatum σ.

Ἔσσυται et Ἔσσυτο, pro σέσυται, et σέσυτο, dici possunt et ipsa habere σ metri gratia geminatum, ut in ἔσσευαν paulo supra admonui: afferens tamen et aliorum super iis sententiam. sunt autem ab eodem Them. σύω.

Ἕσσωμαι, Ion. pro ἥσσωμαι, ab ἑσσόομαι, Ion. Th. pro ἡσσάομαι: caret autem augmento pro ἥσσωμαι.

Ἕστακα, per syncopen pro ἕστηκα, verso simul η in α, ut volunt nonnulli. præt. perf. verbi ἵστημι mutuantis fut. 1. à στάω.

Ἔσταθεν, pro ἐστάθησαν, Bœotica syncope, ut ἔσσυθεν pro ἐσσύθησαν. aor. 1. pass. ejusdem verbi facientis præt. pass. ἕσταμαι, ex cujus tertia pers. sing. aor. ille ἐστάθην.

Ἔσται, per syncopen pro ἔσεται tertia pers. sing. fut. ἔσομαι, ex εἰμί.

Ἑσταίην, opt. præs. act. verbi ἕστημι unde et imperat. ἕσταθι, infin. ἑστάναι et particip. ἑστάς: et in comp. ἀφέσταθι, ἀφεστάναι. Varin.

Ἕστακα, per systolen et τροπὴν τοῦ η εἰς α pro ἕστηκα: itidemque ἑστακέναι pro ἑστηκέναι. præt. perf. verbi ἵστημι.

Ἔστακτο, præt. plusquamperf. pass. verbi στάζω, regulare.

Ἐσταλάδατο, Ionico pleonasmo syllabæ δα pro ἐστάλατο, signific. ἐσταλισμένοι ἦσαν seu ἐσταλμένοι. Apud Hesych.

Ἐστάλαται et ἐστάλατο, Ion. pro ἐσταλμένοι εἰσὶ et ἐσταλμένοι ἦσαν. tertiæ pers. plur. perf. et plusquamperf. pass. verbi activi στέλλω, factæ ex tertiis sing. ἔσταλται et ἔσταλτο, inserto α ante ται et το.

Ἔσταλκα, præt. perf. act. ejusdem Th. στέλλω: unde præt. perf. pass. ἔσταλμαι, et inde præt. plusquamperf. ἐστάλμην, et a. 1. pass. ἐστάλθην.

Ἔσταλον, aoristus 2. act. ejusdem verbi: ex quo pass. ἐστάλην.

Ἕσταμεν, secundum Eustath. per syncopen usurpatum est pro ἑστήκαμεν, præt. perf. act. verbi ἵστημι ex ἱστάω. Alii tamen dicunt esse præsentis temporis ex Them. ἕστημι. de quo vide quæ in ἑσταίην paulo antè tradidi ex Var.

Ἔσταν Bœot. syncope pro ἔστησαν, ut ἔθεν pro ἔθεσαν, ἔδον pro ἔδοσαν, tertia pers. plur. a. 2. act. indic. à Th.

ἵστημι. Scribitur et ἕσταν aspirata prima litera, quod potius ex ἵστασαν videtur συγκεκόφθαι.

Ἑστάναι, secundum quosdam συγκέκοπται ἐκ τοῦ ἑστηκέναι seu ἑστακέναι: tuncque est præteriti perf. act. à Them. ἵστημι: secundum alios autem præsens est infinititivi modi, ex Them. ἵστημι, ut ἱστάναι ex ἵστημι. Vide Ἑσταίην.

Ἕστασαν per syncopen pro ἑστήκεισαν, verso etiam η in α, ut tradit Eustathius: ut alii, pro ἑστάκεισαν itidem per syncopen. Quidam tenui spiritu ἔστασαν scribunt, et habere dicunt τροπὴν τοῦ η εἰς α, esseque aor. 2. pro ἔστησαν.

Ἑσταότ' pro ἑσταότε, part. perf. dualis ab ἵστημι, sto.

Ἑστᾶσι, per contractionem pro ἑστάασι: hoc autem per syncopen et τροπὴν τοῦ η pro ἑστήκασι, ut tradunt nonnulli, innuentes esse præt. verbi ἵστημι. Potest tamen esse etiam præs. temporis, ex Th. ἕστημι, ut ἱστᾶσι ex ἵστημι. de quo Them. vide in Ἑσταίην supra.

Ἑστάτω quoque nonnulli tradunt per syncopen esse pro ἑστακέτω. potest tamen et ipsum esse præsens imperativum ex secunda pers. ἕσταθι, ab ἕστημι. Vide itidem Ἑσταίην.

Ἑσταὼς, particip. præt. ἕσταα. ex Them. ἵστημι.

Ἔστειλε, a. 1. act. verbi στέλλω: unde voce media ἐστείλατο.

Ἐστερεώθησαν, confirmati sunt. a. 1. ind. pass. à στερεόω.

Ἐστέρημαι, præt. perf. pass. verbi στερίσκω ex στερέω. unde a. 1. pass. ἐστερήθην.

Ἐστεφάνιξα, a. 1. act. verbi στεφανίζω, Dor. pro ἐστεφάνισα.

Ἐστεφάνωται, tertia præt. perf. pass. à στεφανόω. Th. στέφω.

Ἑστεὼς, pro ἑσταὼς, apud Hom. ex præt. perf. ἕστεα ἕσταα, ab ἵστημι. Dicit enim. ἑστεότ' εἰν ἀΐδαο.

Ἔστη, a. 2. act. verbi ἵστημι, ut τίθημι facit ἔθην. habet tertiam pers. pluralem ἔστησαν communem cum a. 1. ἔστησα. sed in eo differentem quod neutram habeat signif. at aor. 1. transitivam.

Ἕστηκα, præt. perf. act. verbi ἵστημι. unde plusquamperf. ἑστήκειν, et partic. ἑστηκώς. Alii tamen med. vocis esse hæc volunt ex Th. ἑστήκω.

Ἑστήκειν, apud Hom. pro ἑστήκει, facta contractione Ion. ἑστήκεεν, in quo ν propter sequentem vocalem ascitum est. Ambo tertiæ pers. sing. præt. plusquamperf. à Them. ἵστημι.

Ἑστήκαντι, Dor. pro ἑστήκασι, præt. perf. verbi ἵστημι.

Ἑστήξει et Ἑστήξεται, fut. 1. act. et med. verbi ἑστήκω, facti ex præt. ἕστηκα.

Ἐστήρικται, tertia sing. præt. perf. à στηρίζω. f. ξω, statuo.

Ἔστησε, a. 1. act. verbi ἵστημι facientis fut. 1. act. στήσω, ex στάω. Tertia autem pers. plur. ἔστησαν, ejusdem aor. eadem est terminatione cum tertia aor. 2. sed non item signific. ut annot. in Ἔστη paulò antè.

Ἐστησάμην, aor. 1. med. ex act. ἔστησα, ab eodem Them.

Ἑστηὼς, quoque per syncopen dici pro ἑστηκὼς, ut ἑσταὼς pro ἑστακὼς, κεκοτηὼς pro κεκοτηκὼς, κεχαρηὼς pro κεχαρηκὼς, annotant nonnulli recentiores Grammatici.

Ἑστιάθη, Ion. pro εἱστιάθη, omisso augmento à Th. ἑστιάομαι. apud Hesych.

Ἔστιβεν, aor. 2. act. verbi στείβω, facientis fut. 2. στιβῶ.

Ἐστιχόωντο, Poët. pro ἐστιχῶντο, præt. imperf. pass. verbi στιχάομαι.

Ἕστο, Poët. seu Ion. pro εἷστο: tertia pers. singul. præt. plusquamperf. pass. à Them. ἕννυμι seu ἕω, facientis fut. 1. act. ἕσω, præt. perf. med. εἷκα, unde pass. εἷμαι.

Ἔστον, secunda et tertia dualis numeri, præs. temporis, ex Th. εἰμί.

Ἔστοργα, præt. perf. med. verbi στέργω. ut ἔοργα.

Ἐστόρεσα, aor. 1. act. verbi στορέννυμι ex στορέω, faciente fut. 1. act. στορέσω. Unde et aor. 1. pass. ἐστορέσθη.

Ἐστόρωται, in tertia singul. perf. pass. ab eodem Them. Doricè pro ἐστόρεσται dicitur, ut ex recentioribus quidam tradunt.

Ἔστραμμαι, præt. perf. pass. verbi act. στρέφω, ut τέτραμμαι est ex τρέφω verso ε in α.

Ἐστρατόωντο, Ion. vel Poët. pro ἐστρατῶντο, pleonasmo τοῦ ο, ex Th. στρατάομαι.

Ἐστράφατο, Ion. pro ἐστραμμένοι ἦσαν: tertia pers. plur. præt. plusquamperf. pass. à Th. eodem, facta ex tertia singul. ἔστραπτο, inserto α ante το, et tenui præced. commutata in aspiratam.

Ἐστρέφθην, aor. 1. pass. verbi act. στρέφω, ex tertia præt. ἔστραπται, α præteriti reverso in ε præsentis.

Ἔστροφα, præt. perf. med. ejusdem verbi, ut τέτροφα ex τρέφω est, ε verso in ο, ut in aliis fieri solet bisyllabis ε in priore syllaba habentibus, ut sunt λέγω, πλέκω, πέκω, πείθω, σπείρω, et similia.

Ἔστρωμαι, præt. perf. pass. verbi act. στρώννυμι, ex στρόω faciente fut. 1. act. στρώσω, ut χώννυμι ex χόω facit χώσω.

Ἔστρωσα, aor. 1. act. ejusdem Thematis.

Ἔστυγον, aor. 2. act. verbi στυγέω, facientis fut. 2. στυγῶ.

Ἔστω, tertia pers. imper. præs. à Them. εἰμί.

Ἐστωμυλάμην, aor. 1. med. verbi στωμύλλω.

Ἔστων, Att. syncope pro ἔστωσαν ponitur, ut ἐφέστων, quoque pro ἐφέστωσαν: duali numero usurpato pro plurali. est enim ἔστων dualis numeri, pers. tertiæ, imper. modi, à Them. εἰμί: ἔστωσαν autem plur. numeri, et tertiæ pers. ejusdem alioqui modi, et ab eodem Them.

Ἑστὼς, particip. præt. perf. syncopen itidem passum, factumque ex ἑστηκὼς seu ἑστακὼς, vel potius ex ἑσταὼς, aut ἑστεὼς, absorpta vocali præcedente. Itidem in comp. ἀνεστὼς, ἀφεστὼς, διεστὼς, ἐνεστὼς, ἐφεστὼς, καθεστὼς, et ceteris, ab ἵστημι.

Ἐσύθην, aor. 1. pass. verbi σύω, ut ἐχύθην est ex χύω.

Ἐσυνῆκεν, apud Alcæum, et ἐξυνῆκε, apud Anacreontem, Atticè pro συνῆκε sive ξυνῆκε, Attico more ascito duplici augmento, ut in πεπαρῴνηκα, ἠνώχληκα, παρηνώχληκα, à παροινέω, ἐνοχλέω, παρενοχλέω. Etym. Est autem aor. 1. irreg. verbi συνίημι sive ξυνίημι, facientis fut. 1. act. ξυνήσω, tanquam à ξυνέω seu συνέω.

Ἐσφάγην, aor. 2. pass. verbi σφάττω, facientis fut. 2. σφαγῶ, et aor. 2. ἔσφαγον.

Ἐσφάλην, a. 2. pass. verbi act. σφάλλω, facientis fut. 2. act. σφαλῶ, et aor. 2. ἔσφαλον.

Ἔσφαλμαι, præt. perf. pass. ejusdem Them. ex act. ἔσφαλκα.

Ἔσφαξα, aor. 1. act. verbi σφάττω. f. ξω.

Ἔσφηλα, a. 1. act. verbi σφάλλω, ut ἔπηλα à πάλλω, ἔψηλα à ψάλλω.

Ἐσχέθην, a. 1. pass. verbi act. ἔχω seu σχέω, facientis fut. 1. act. σχήσω, præt. perf. ἔσχηκα, pass. ἔσχημαι, ex cujus tertia pers. ἔσχηται fit hic aor. ἐσχέθην, commutata vocali longa in brevem, ut in εὑρέθη, ἐῤῥέθη et similibus. Ἔσχεθεν autem est tertia persona singul. præt. imperf. act. è Th. σχέθω. nonnunquam tamen et Bœot. syncope usurpatum esse potest pro ἐσχέθησαν, ut ἐμήνυθεν pro ἐμηνύθησαν, et similia: tuncque rursum est aor. 1. pass. Th. σχέω, plur. num. et tertiæ personæ.

Ἔσχηκα, præt. perf. act. ejusdem Them. σχέω.

Ἐσχίσθη, divisa est, a. 1. pass. à σχίζω.

Ἔσχον, aor. 2. act. verbi ἔχω, mututatitius ab eodem verbo σχέω. Unde aor. 2. med. ἐσχόμην.

Ἕσω, fut. 1. act. verbi ἕω signific. vel induo (pro quo ἕννυμι potius dicitur) vel sedere facio: pro quo usitatius est, ἕζω, nec non ἵζω.

Ἐσώθην, aor. 1. pass. verbi act. σώζω, ex tertia pers. singul. præt. perf. σέσωσται, detracto σ.

Ἐτάγην, aor. 2. pass. verbi act. τάσσω, facientis fut. 2. act. ταγῶ, aor. 2. ἔταγον.

Ἐτάθην, a. 1. pass. verbi act. τείνω, facientis præt. perf. act. τέτακα, pass. τέταμαι, tanquam ex Them. τάω.

Ἐτάκην, a. 1. pass. verbi act. τήκω, facientis fut. 2. act. τακῶ, aor. 2. ἔτακον.

Ἔταμον, aor. 2. act. verbi τέμνω vel τάμνω.

Ἐτανύσθη, a. 1. pass. à τανύω. Th. τείνω, tendo.

Ἑταρίσσατο, aor. 1. med. augmento carens et σ duplicatum habens metri causa: ex Poët. Them. ἑταρίζω. pro quo in prosa dicitur ἑταιρίζω.

Ἔτασον, aor. 1. act. imper. modi ex Them. act. ἐτάζω.

Ἐτάφην, aor. 2. pass. verbi act. θάπτω, facientis fut. 2. act. ταφῶ, aor. 2. ἔταφον. tenui in aspiratam versa, ut ἐῤῥίφην, ἐσκάφην, ἐῤῥάφην, ex ῥίπτω, σκάπτω, ῥάπτω.

Ἐτεθήλει, præt. plusquamperf. med. verbi θάλλω, ectasin habens penultimæ syllabæ pro ἐτεθάλει, metri gratia ab Homer. admissam. regulariter enim ex fut. 2. θαλῶ, fit præt. med. τέθαλα, unde partic. τεθαλυῖα apud eundem frequentissimum. irregulariter vero propter metrum τέθηλα. non minus crebrum apud eundem.

Ἐτέθην, a. 1. pass. verbi act. τίθημι facientis fut. 1. act. θήσω, ex θέω, (verbo inus.) præt. perf. τέθηκα, et voce pass. τέθημαι, seu τέθειμαι,: ex cujus tertia pers. singul. τέθηται, aor. hic ἐτέθην, correpta penultima, et aspirata versa in tenuem propter aliam immediate sequentem aspiratam, ut in ἐτύθην, à θύω.

Ἐτέθηπε, Ion. pro ἐτεθήπει: tertia pers. præt. plusquamperf. med. verbi θήπω, facientis præt. med. τέθηπα.

Ἐτεθνήκειν, præt. plusquamperf. verbi θνήσκω, facientis fut. θνήξω, præt. τέθνηκα.

Ἔτεινα, aor. 1. act. verbi τείνω.

Ἔτεκον, a. 2. act. verbi τίκτω, ex inus. Them. τέκω.

Ἐτελείετο, Ion. et Poët. pro ἐτελεῖτο, nulla facta contractione ex imperf. pass. ἐτελέετο, et ascito ι ad ε metri causa. ut et τελείω dicunt iidem Iones pro τελέω.

Ἐτέλεσε, a. 1. act. ejusdem verbi τελέω, facientis fut. 1. τελέσω, retento ε. Ex quo est et pass. aor. 1. ἐτελέσθην, factus ex tertia pers. singul. præt. pass. τετέλεσται.

Ἔτεμε, aor. 2. act. verbi τέμνω: ἔταμον potius à τάμνω est. Unde pass. aor. 2. ἐτέμην.

Ἐτέρσε, aor. 1. act. verbi τείρω, Æolicè, ut ἔκερσε ex κείρω est. alioqui est et à τέρσω, signific. exicco, unde τερσαίνω etiam.

Ἐτετάλμην, præt. plusquamperf. pass. verbi act. τέλλω, facientis præt. perf. act. τέταλκα, et ἔσταλκα, pass. τέταλμαι, ἔσταλμαι.

Ἐτετάχατο, verbi activi τάσσω in præt. plusquamperf. pass. tertia pers. pluralis, Ionicè pro ἐτεταγμένοι ἦσαν, ex tertia singul. ἐτέτακτο, inserto α ante το, et tenui præcedente versa in aspiratam. Sic ἐσεσάχατο supra.

Ἐτετεύχατο, Ionicè, ut præcedens ἐτετάχατο, tertia pers. plur. præt. plusquamperf. pass. à Them. act. τεύχω, facta ex tertia singul. ἐτέτευκτο, inserto α ante το, et tenui præcedente versa in aspiratam. Communi lingua dicitur ἐτετευγμένοι ἦσαν.

Ἔτετμεν, imperf. innsitati verbi τέτμω, facti ex τμῶ pleonasmo syllabæ τε: pro quo in prosa dicitur τέμνω. Nisi pleonasmum esse malis τοῦ τ pro ἔτεμε.

Ἐτετρήχει, præt. plusquamperf. med. tanquam ex τρήχω vel τρηχέω: cujus usus apud Poëtas duntaxat est pro ἐτετράχυντο.

Ἐτέτυκτο, præt. plusquamperf. pass. verbi τεύχω tanquam ex τύχω. Usurpatur verò et ipsum tantummodo à Poëtis. secunda persona est ἐτέτυξο, ex prima ἐτετύγμην.

Ἐτετύφεα, Ion. pro ἐτετύφειν, et ἐτετύφεε pro ἐτετύφει: ut ἐπεποιήκεα pro ἐπεποιήκειν, et ἐπεποιήκεε pro ἐπεποιήκει, resoluta diphthongo et abjecto ν. Est autem præt. plusquamperf. act. verbi τύπτω.

Ἑτητοίμακα, præt. perf. act. verbi ἑτοιμάζω, Attic. pro ἡτοίμακα reduplicatis duabus initialibus literis præsentis. Dicitur verò pro eodem et ἑτητόμακα, exempto ι ex diphthongo.

Ἐτίθει, tertia pers. præt. imperf. ex verbo τίθημι, Attico more transsumpta ab inus. Th. τιθέω, ut ἠφίει ex ἀφιέω.

Ἐτίθου, secunda pers. præt. imperf. pass. ἐτιθέμην, pro ἐτίθεσο. Solent enim Iones exempto σ dicere ἐτίθεο, ut ἐκρέμαο pro ἐκρέμασο: unde postea Atticè et in communi lingua factum ἐτίθου, per contractionem. Sunt verò ex eodem. Them. τίθημι.

Ἔτλην, præt. imperf. vel aor. 2. verbi τλῆμι facti ex τλάω, pro ταλάω, f. τλήσω, p. τέτληκα.

Ἔτμαγεν, Bœot. syncope pro ἐτμάγησαν, ab ἐτμάγην, a. 2. pass. verbi activi τμήγω seu τμήσσω facientis fut. 2. act. τμαγῶ, aorist. 2. ἔτμαγον. Alioqui et tertia pers. singul. esse potest aor. 2. act. habens ascitum ν, pro διέτμαγε.

Ἔτμηγον, aor. 2. act. ejusdem Them. τμήγω seu τμήσσω, facientis fut. 2. act. non solùm τμαγῶ, sed etiam τμηγῶ, ut πλήσσω et πλαγῶ facit et πληγῶ.

Ἐτμήθην, aor. 1. pass. verbi τέμνω, tanquam ex τμάω. facit enim fut. 1. act. τμήσω, præt. perf. τέτμηκα, pass. τέτμημαι, ex cujus tertia pers. τέτμηται fit aor. ille.

Ἔτμηξα, aor. 1. act. verbi τμήγω seu τμήσσω.

Ἐτόλμα, imperf. à τολμάω, audeo.

Ἕτον, ἕτην, ἕμεν, ἕτε, ἕσαν, dual. et plur. aor. 2. act. à Th. ἵημι, facientis in prima sing. ἧν, ut ἔθην.

Ἔτραγον, a. 2. act. verbi τρώγω, tanquam ex τράγω vel τραγέω.

Ἔτραπεν, aor. 2. act. verbi τρέπω facientis fut. 2. τραπῶ. quo Homerus in passiva significatione usus est pro ἐτράπη, (est enim ἐτράπην, aorist. 2. pass. ex activo illo ἔτραπον) dicens, Ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς φύγαδ' ἔτραπε. ut annotat Eustath. Alioqui enim subaudiendus foret accusativus aliquis, nimirum τοὺς ἵππους vel ἑαυτόν. Media voce dicitur ἐτραπόμην, ἐτράπου, ἐτράπετο. Rursum ἔτραπεν potest alicubi Bœotica syncope positum esse pro ἐτράπησαν, in aor. 2. pass.

Ἐτράφην, aor. 2. pass. verbi τρέφω, facientis fut. 2. act. τραφῶ, et aor. 2. ἔτραφον.

Ἔτρεσα, a. 1. act. verbi τρέω, facientis fut. 1. τρέσω, retento ε.

Ἔτρησε, a. 1. act. verbi τίτρημι seu τιτράω, ex Themate, τράω.

Ἔτριγον, aor. 2. act. verbi τρίζω facientis fut. 2. τριγῶ, verso ζ in γ, ut alia quoque secundæ conjugationis verba in ζω desinentia, κράζω, κλάζω.

Ἐτρύγων, tertia pl. imperf. pro ἐτρύγαον, à τρυγάω.

Ἐτρύφη, aor. 2. pass. verbi activi θρύπτω, facientis fut. 2. act. τρυφῶ, ut ῥάπτω ῥαφῶ: ῥίπτω ῥιφῶ, et similia quæ tenuem mutant in aspiratam: propter quam etiam aspiratam coactum est verbum hoc præcedentis syllabæ aspiratam vertere in tenuem, ne duæ aspiratæ concurrentes τραχύτητα quampiam et cacophoniam efficerent. sicut ἐτύθην quoque et ἐτέθην mutarunt Thematis sui aspiratam θ in tenuem, à θύω et τίθημι.

Ἔτρωσα, a. 1. act. verbi τιτρώσκω, ex inus. Th. τρόω, unde fut. 1. τρώσω. pass. a. 1. est ἐτρώθην, ex præt. pass. τέτρωμαι tertia pers. singul. quæ est τέτρωται.

Ἐτύθην, a. 1. pass. verbi θύω in quo aspirata præsentis litera θ versa est in tenuem propter sequentem immediatè aliam aspiratam: qualem mutationem factam esse in Ἐτέθην quoque et Ἐτρύφην, paulo supra admonui.

Ἐτύχθην, a. 1. pass. verbi act. τεύχω, abjectum habens ε ex diphthongo. nisi potius est ex inus. Them. τύχω vel τύκω.

Ἔτυχον, a. 2. act verbi τυγχάνω, ex τεύχω, faciente fut. 2. τυχῶ, sublato ε ex diphthongo.

Εὔαδε, pleonasmo Æolico τοῦ υ, pro ἕαδε, mutato simul spiritu. hoc autem ἕαδε factum est (resoluta Ion. seu Att. vocali circumflexa ῃ in εα) ex ἧδε, aorist. 2. verbi Poëtici ἀνδάνω seu ἅδω. ut supra docui.

Εὐγνοίης, apud Homer. pro εὖ γνοίης.

Εὐηγγέλην, aorist. 2. pass. verbi εὐαγγελέω, intrinsecus habens augmentum.

Εὐήκτουν, præterit. imperf. verbi εὐεκτέω, intrinsecus habens augmentum.

Εὐηρέστησα, a. 1. act. verbi εὐαρεστέω, similis præcedentibus.

Εὐκτιμένον, bene exstructum, perf. part. pro εὖ ἐκτισμένον, à κτίζω, f. ίσω, condo.

Εὔξαιο, a. 1. opt. m. ab εὔχομαι, opto.

Εὐνηθεῖσα, a. 1. part. f. g. ab εὐνάω.

Εὐράμην, per syncopen pro εὑρησάμην, ut tradunt quidam Grammatici veteres: aor. 1. med. verbi act. εὑρίσκω mutuantis futurum εὑρήσω ex εὑρέω. Nisi quis ex εὕρω malit facere fut. 1. εὑρῶ, aor. 1. act. εὗρα, indeque medium εὑράμην. Ex quo infinitivus εὕρασθαι. Ambo autem rarioris usus sunt: atque adeo quidam eorum usu interdicunt.

Εὑρὲ, aor. 2. act. imper. modi, Atticè mutatum habens accentum pro εὗρε, ut εἰπὲ pro εἶπε, λαβὲ pro λάβε. Fit autem ex indic. εὑρίσκω, a. 2. εὗρον.

Εὑρέθην, a. 1. pass. verbi ejusdem εὑρίσκω ex εὑρέω. faciente fut. 1. act. εὑρήσω, præt. perf. act. εὕρηκα, pass. εὕρημαι. ex cujus tertia pers. εὕρηται factus est aor. ille εὑρέθην, mutata vocali longa in brevem. Unde particip. εὑρεθεὶς, et infin. εὑρεθῆναι.

Εὑρήσω, fut. 1. act. verbi εὑρίσκω, ex inus. Them. εὑρέω: ex quo aor. 1. εὕρησα, et præt. perf. εὕρηκα.

Εὗρον, a. 2. act. ejusdem Th. ex eodem verbo εὑρέω. facit enim fut. 2. εὑρῶ, unde hic aor. εὗρον, et inde aor. 2. med. εὑρόμην.

Εὔρυναν, a. 1. act. verbi εὐρύνω, carens augmento.

Εὗσαν, a. 1. act. verbi εὕω, facientis fut. 1. act. εὕσω.

Εὔχεο, Ion. pro ηὔχου, primum omisso augmento, deinde diphthongo ου resoluta in εο secunda pers. præt. imperf. pass. à Them. εὔχομαι.

Εὐχετοῴμην, pleonasmo Poëtico τοῦ ο pro εὐχετῴμην. Est autem hoc εὐχετῴμην, opt. præs. per contractionem ex εὐχεταοίμην à Them. εὐχετάομαι. sicut βοῴμην fit ex βοαοίμην: et pleonasmo τοῦ ο, βοοῴμην.

Εὔχθω, tertia pers. imper. modi, præt. perf. pass. ex secunda εὖξο. Ambo ex Them. εὔχομαι.

Ἐφαάνθην, vide paulò post in Ἐφάνθην.

Ἔφαγον, aor. 2. verbi φάγω, facientis fut. 2. φαγῶ.

Ἔφαθ', pro ἔφατο. τ in θ mutato ob sequent. aspirat. aor. 2. med. à φημί.

Ἐφαλῶν, quod Hesych. exponit προσηλῶν, Dor. est pro ἐφηλῶν, ex Them. ἐφηλόω.

Ἐφάμην, aor. 2. med. verbi φημὶ, ex aor. 2. act. ἔφην, ut ἐθέμην ex ἔθην. Etymol.

Ἔφαν, Bœotica syncope pro ἔφασαν, ut ἔβαν pro ἔβασαν exempta syllaba σα. est autem præterit. imperf. act. ejusdem Them. Idem Etymol.

Ἐφάνην, aor. 2. pass. verbi act. φαίνω, facientis fut. 2. act. φανῶ, aor. 2. ἔφανον.

Ἐφάνθην, aor. 1. pass. ejusdem Them. facientis præt. pass. πέφασμαι, ex cujus tertia pers. πέφανται Aor. ille formatus est. Poëtæ autem ἐφαάνθην dicunt pleonasmo τοῦ α, nec non φαάνθην, sine augmento, pro eodem.

Ἐφάρξαντο, a. 1. med. verbi φάργνυμι, facientis fut. 1. act. φάρξω. Factum est autem φάργνυμι hoc ex φράσσω, transpositis literis, meminitque ejus Hesych. afferens ἐφάργνυσαν, quod exp. ἔφραξαν, quamvis id potius sit aor. 1. act. ex Them. φαργνύω.

Ἐφέηκαν, Ion. seu Poët. pro ἐφῆκαν: aor. 1. act. verbi ἐφίημι, facientis fut. 1. ἐφήσω ex inus. Them. ἐφέω: habens η circumflexum Ionico more dissolutum in έη. ut et προέηκα, ξυνέηκα, et similia, dicuntur pro προῆκα, συνῆκα.

Ἐφεθεὶς, particip. aor. 1. pass. ex eodem Them. Facit enim præt. perf. pass. ἐφεῖμαι, ex cujus tertia pers. fit ἐφέθην hoc, exempto ι ex diphthongo, correptaque penult. ut ex τέθειται fit ἐτέθην.

Ἐφεῖναι, aor. 2. act. ejusdem verbi, ut θεῖναι ex τίθημι est.

Ἐφεῖντο, præt. plusquamperf. pass. vel ex eodem Them. vel ex ἐφέννυμι seu ἐφέω, habent enim hæc commune perf. pass. ἐφεῖμαι, quod eandem cum τέθειμαι formationem est sortitum.

Ἐφείσθω, imper. præt. perf. pass. ab eodem.

Ἐφείω, Poët. pro ἐφῶ, resoluto primum ω circumflexo in εω, deinde metri causa ascito ι ad ε aor. 2. act. subjunct. modi ab eodem verbo, ἵημι.

Ἐφέμεν, Dor. pro ἐφεῖναι, a. 2. act. infin. modi ex eodem Them.

Ἐφέπεσκεν, Ion. pro ἐφεῖπον, abjecto augmento, et inserto σκ. præt. imperf. vel a. 2. act. à verbo ἐφέπω.

Ἔφερσεν, quod Hesych. affert pro ἐκύησεν, videtur esse aor. 1. act. verbi φέρω, facientis Æol. more fut. 1. φέρσω, et signific. eo in loco quem exponit, in utero fero.

Ἕφες, a. 2. act. imper. modi, à Th. ἐφίημι, ut θὲς ex τίθημι.

Ἔφεσσαι, Poët. metri causa geminato σ pro ἕφεσαι: aor. 1. med. imper. modi, ex Them. ἐφέννυμι aut ἐφέω, faciente fut. 1. act. ἐφέσω. Unde med. aor. 1. infin. modi ἐφέσσασθαι pro ἐφέσασθαι.

Ἐφέστασαν, imperf. ab ἐφίστημι pro ἐφίστημι. f. ἐπιστήσω.

Ἐφεστῶτα, perf. part. pro ἐφεστηκότα ab ἐπίστημι.

Ἐφεώρα, tertia imperf. ab ὁράω, ῶ, f. άσω, præt. Att. ἑώρακα.

Ἐφεψιόωντο, Poët. pleonasmo τοῦ ο pro ἐφεψιῶντο: præt. imperf. verbi ἐφεψιάομαι.

Ἐφῆκα, præt. perf. act. verbi ἐφίημι ex fut. ἐφήσω, quod mutuatur, à Th. inus. ἐφέω. Vel etiam aor. 1. act. irregularis, ut ἔδωκα, ἔθηκα, pro ἐφῆσα, ἔδωσα, ἔθησα. Mediæ certè vocis aor. 1. ἐφήκατο, apud Hesych. legitur. At ἐφήκει præsens est tertia pers. ex Th. ἐφήκω.

Ἐφήλατο, aor. 1. med. verbi ἐφάλλομαι.

Ἔφην, præt. imperf. vel aor. 2. act. verbi φημὶ, ut ἔβην.

Ἔφηνα, aor. 1. act. verbi φαίνω. Unde med. voce ἐφηνάμην.

Ἐφήρμοσε, a. 1. ind. ab ἐφαρμόζω. Th. ἄρω, apto.

Ἔφησα, a. 1. act. verbi φημὶ, mutuatitius ab inus. φάω, faciente fut. 1. φήσω.

Ἔφησθα, paragoge Æol. pro ἔφης, ut εἴπησθα pro εἴπῃς. secunda pers. aor. 2. ἔφην, ab eodem Them.

Ἐφησθεῖεν, opt. aor. 1. pass. ex Th. ἐφήδομαι, faciente præt. pass. ἐφῆσμαι, aor. 1. pass. ἐφήσθην. unde et particip. ἐφησθείς.

Ἐφήσομαι, fut. 1. med. verbi act. ἐφίημι vel etiam verbi pass. ἐφήδομαι. Habet verò ἐφίημι hoc fut. medium, ut et act. ἐφήσω, ex inus. Them. ἐφέω: ἐφήδομαι autem suum ex seipso.

Ἔφθακα, præt. perf. act. verbi φθάνω, ejecto ν.

Ἐφθάρην, aor. 2. pass. verbi φθείρω facientis fut. 2. act. φθαρῶ, a. 2. ἔφθαρον.

Ἔφθαρκα, præt. perf. act. verbi ejusdem mutuatitium à Dor. φθαίρω, ut Eustath. tradit. Unde præt. perf. pass. ἔφθαρμαι, cum suo infin. ἐφθάρθαι, et part. ἐφθαρμένος: nec non a. 1. ind. ἐφθάρθην.

Ἔφθασα, a. 1. act. verbi φθάνω ex Th. φθάω.

Ἔφθην, aoristus 2. ejusdem verbi, ex Them. φθῆμι, ut ἔφην.

Ἐφθίατο, Ion. pro ἔφθιντο: tertia pers. plur. præt. plusquamperf. ex Th. φθίνω seu φθίω, facta ex tertia singulari, inserto α ante το.

Ἐφθίσθη, a. 1. pass. verbi φθίνω facientis præt. pass. ἔφθισμαι. Legitur apud Hesych.

Ἔφθιτο, præt. plusquamperf. pass. ejusdem Th. uti jam dixi, φθίνω nimirum.

Ἔφθορα, præt. perfect. med. verbi φθείρω, ut ex σπείρω est ἔσπορα.

Ἐφιᾶσι, tertia pers. plur. verbi ἐφίημι, in præs. indic. modi, ut ἵημι quoque facit ἱᾶσι.

Ἐφιγμένος, part. præt. perf. pass. ab ἐφικνέομαι faciente fut. 1. med. ἐφίξομαι, et præt. pass. ἐφῖγμαι, ex inus. Th. ἐφίκομαι, unde fut. 2. etiam habet, et aor. 2.

Ἐφίει, tertia pers. sing. præt. imperf. act. ex inus. Th. ἐφιέω, pro quo ἐφίημι in usu est. Interdum est et secunda persona imperativi præs. ab eodem Th.

Ἐφιέμεν et Ἐφιέμεναι, Dor. pro ἐφιέναι. præs. infin. ab eodem ἐφίημι, ἐφίεσαν, 3. pl. imperf.

Ἐφιέναι, infin. præsens verbi ἐφίημι, ut dixi: veluti τιθέναι est ex τίθημι.

Ἐφίησι, tertia pers. sing. præs. indic. ab eodem. At ἐφίῃσι, est præsens quidem itidem, sed subjunctivi modi, habens Ion. paragogen σι, ut λάβῃσι, θέῃσι et similia, pro ἐφίῃ, λάβῃ, θέῃ.

Ἐφίκοντο, aor. 2. med. verbi ἐφικνέομαι facientis fut. 2. med. ἐφικοῦμαι, aor. 2. ἐφικόμην, cujus hoc ἐφίκοντο est tertia persona plur.

Ἐφίλατο, aor. 1. med. verbi φίλημι, unde et imper. φίλαι. ut Eustath. tradit: vel a. 1. m. pro ἐφιλήσατο, à φιλέω. Ambobus utitur Homerus, illo pro ἠγάπησεν. Iliad. έ: hoc autem pro ἀγάπησον, Iliad. κ': ι in ambobus producens.

Ἐφίληθεν, Bœot. syncope pro ἐφιλήθησαν. a. 1. pass. verbi activi φιλέω, facientis fut. 1. act. φιλήσω, præt. perf. pass. πεφίλημαι.

Ἐφίστη, tertia pers. sing. præt. imperf. à Th. ἐφίστημι. Quidam et imperativum esse aiunt pro ἐφίσταθι.

Ἔφλαδον, aor. 2. act. verbi φλάζω: apud Etymolog.

Ἐφλέχθη, aor. 1. pass. verbi act. φλέγω facientis fut. 1. act. φλέξω, præt. pass. πέφλεγμαι.

Ἐφόβηθεν, ut ἐφίληθεν paulò antè, Bœot. syncope pro ἐφοβήθησαν. aor. 1 pass. verbi activi φοβέω.

Ἐφόρευν, ferebant. imperf. Dor. pro ἐφόρουν, à φορέω. Th. φέρω.

Ἔφραδον, aor. 2. act. verbi φράζω, facientis fut. 2. φραδῶ, converso ζ in δ, ut in aliis quoque verbis tertiæ declinationis quæ in ζω finiuntur, ἐφράσαθ', a. 1. m.

Εὐφράνθη, oblectatum est, a. 1. pass. ab εὐφραίνω.

Ἔφρυξα, a. 1. act. verbi φρύγω seu φρύττω.

Ἔφυ, tertia pers. a. 2. ἔφυν, de quo mox.

Ἔφυγον, a. 2. act. verbi φεύγω facientis fut. 2. φυγῶ exempto ε ex diphthongo, ut in ἐλεύθω, τεύχω, et similibus.

Ἐφύγοσαν: Dor. epenthesi syllabæ σα pro ἔφυγον, tertia plur. a. 2. act. ut ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον.

Ἐφύη, a. 2. pass. verbi act. φύω, ex a. 2. act. ἔφυον.

Ἔφυν, a. 2. act. verbi inusitati φῦμι unde part. φύς.

Ἔχ', contine, pro ἔχε, præs. imperat. ab ἔχω.

Ἔχαδον, a. 2. act. verbi χάζω, ut ἔφραδον.

Ἐχαλέπηνα, a. 1. act. verbi act. χαλεπαίνω, versa α in η, et subscripto ι.

Ἔχανεν, a. 2. verbi act. χαίνω, facientis fut. 2. χανῶ. At a. 1. foret ἔχηνα.

Ἐχάρην, a. 2. pass. verbi act. χαίρω, facientis fut. 2. act. χαρῶ, a. 2. ἔχαρον. p. m. κέχαρα.

Ἔχεα, a. 1. act. verbi χέω, ex ἔχευα. unde infin. χέαι.

Ἐχέμεν, Dor. pro ἔχειν: infin. præs. verbi ἔχω. et ἔχε, imperf. pro εἶχε.

Ἔχεσκεν, Ion. pro εἶχε, abjecto primùm augmento, deinde adjecta paragoge σκε, ut et in aliis præt. imperf. ind. modi, ab eodem Th. f. ἕξω. p. ἔσχηκα. a. 2. ἔσχον. a. 2. sub. σχῶ.

Ἔχευα, a. 1. act. verbi χέω, uti jam dixi: contra regulam pro ἔχευσα, exemplo σ, characteristica futuri litera in tertia conjugatione, unde, dempto præterea υ, fit ἔχεα. Nisi quis potius hoc ἔχευα ex illo ἔχεα factum existimet pleonasmo τοῦ υ Æolico, qualis est in Εὔαδεν, et Δεύομαι, ac similibus. Inde in med. voce ἐχεύατο.

Ἔχηρα, a. 1. act. verbi χαίρω, ut à διαίνω est ἐδίηνα. Var. Ion. esse ait pro ἐχάρην.

Ἐχθήρειε, a. 1. act. optat. modi, Att. et Æol. pro ἐχθήραι, à Th. ἐχθαίρω faciente a. 1. ind. modi ἤχθηρα, ut præcedens ἔχηρα à χαίρω est. subjunct. a. 1. act. est ἐχθήρω.

Ἐχθήσομαι, fut. 1. med. verbi ἔχθομαι ex ἐχθέομαι.

Ἐχόντων, Att. pro ἐχέτωσαν: part. præs. temporis pluralis numeri genitivi casus usurpato pro tertia pers. pluralis imperativi modi. Ambo à Th. ἔχω.

Ἔχραον, aor. 2. act. verbi χραύω facientis futurum secundum χραῶ exempto υ ex diphthongo, ad corripiendum penultimam. Interdum est et imperf. verbi χράω.

Ἐχρέωντο, Poët. pleonasmo τοῦ ο pro ἐχρῶντο, ut ἐφεψιόωντο pro ἐφεψιῶντο, et similia. præter. imperf. verbi pass. χρῶμαι.

Ἐχύη, a. 2. pass. verbi χύω seu χέω, ut ἐῤῥύη. Apud Hesych.

Ἐχύθη, a. 1. pass. ejusdem verbi, ut ἐλύθη.

Ἐχώσθη, a. 1. pass. verbi χώννυμι seu χόω, facientis futurum 1. act. χώσω, præt. pass. κέχωσμαι, ut χρώννυμι facit κέχρωσμαι: et similia, assumpto σ contra morem aliorum in όω desinentium.

Ἐψαθήλατο, aor. 1. med. verbi act. ψαθάλλω, ut ἥλατο ab ἅλλομαι formatum est.

Ἐψάλαται, Ion. pro ἐψαλμένοι εἰσί. tertia pers. plur. præt. perf. pass. verbi activi ψάλλω, ex tertia sing. facta inserto α ante ται.

Ἔψεαι, Ion. itidem pro ἕψῃ, resoluta diphthongo. secunda pers. singul. fut. 1. med. ἕψομαι, ex Th. ἕπομαι. Apud Hesych. verò et ἕψεο, legitur, quod itidem Ionicam diphthongi dissolutionem admisit pro ἕψου: ipse in imper. modo et temp. præs. exp. ἀκολούθει, ἕπου, sequere: tanquam fut. 1. medio ἕψομαι, transeunte in præsens, sicut à βήσομαι et δύσομαι est ἐβήσετο et ἐδύσετο.

Ἐψεύσθησαν, a. 1. pass. à ψεύδω, fallo. p. ἔψευκα, hinc ἐψεύσω, 2. person. a. 1. m.

Ἐψιάασθαι, Poët. pleonasmo τοῦ α pro ἐψιᾶσθαι, ut μηχανάασθαι pro μηχανᾶσθαι, et similia.

Ἐψιθυρίσδομεν, Dor. pro ἐψιθυρίζομεν: à Dor. itidem Th. ψιθυρίσδω pro ψιθυρίζω.

Ἐψιόωντο, Poët. pleonasmo τοῦ ο pro ἐψιῶντο, ut ἐχρέωντο, pro ἐχρῶντο: à Th. ἐψιάομαι seu ἐψιῶμαι.

Ἕω, ἕῃς, ἕῃ, Ion. pro ὦ, ᾗς, ᾗ, resoluta vocali circumflexa, aor. 2. act. subjunct. modi, à Th. ἵημι seu ἕω, nam interdum ἕω Thema quoque est, et aliquando est origo τοῦ ἵημι, faciens fut. 1. act. ἥσω, aliquando τοῦ ἕννυμι vel ἵζω, faciens ἕσω.

Ἔω, ἔῃς, ἔῃ, itidem Ion. pro ὦ, ᾖς, ᾖ, resoluta vocali circumflexa, præsens est subjunctivi à Th. εἰμὶ nisi aor. 2. esse malis. nam tradunt Grammatici hoc εἰμὶ in aor. 2. facere ἔον, optativo ἔοιμι, subjunctivo ἔω, participio ἐών. Hoc verò ἔον est et ipsum à Them. ἔω. nam et ἔω, ut ἕω, Thema interdum est, et primitivum atque origo est modo τοῦ εἰμὶ, faciens fut. 1. med. ἔσομαι, modò τοῦ εἶμι, significantis πορεύομαι, faciens fut. 1. med. εἴσομαι, assumpto ι.

Ἔῳγα, pr. m. verbi act. οἴγω. Att. assumpto ε pro ᾦγα.

Ἔῳγμαι, præt. pass. ejusdem Th. itidem habens Att. assumptum ε pro ᾦγμαι. Unde part. ἐῳγμένος.

Ἐῳγυῖα part. fœm. gen. ex masculino ἐῳγώς. Ambo part. ex præt. med. ἔῳγα.

Ἔωθα, præt. med. verbi ἔθω, ut ἔργω, facit ἔωργα, pro ἔοθα, et ἔοργα, verso primùm ε prioris syllabæ in ο, deinde repetita initiali litera præsentis, ut ἔλπω etiam facit ἔολπα. Utitur porro hoc præterito ἔωθα Araros, ut et Thucyd. plusquamperfecto Attico ἐῴθεσαν pro ἐώθεισαν: et Archippus participio ἐωθός. Var. Alioquin et εἴωθα dicitur pro ἔωθα assumpto ι.

Ἐώθουν, itidem Att. assumpto ε dicitur pro ὤθουν: hoc autem per contractionem pro ὤθεον. præt. imperf. act. verbi ὠθέω.

Ἐῴκειν, pro ἐοίκειν, ο verso in ω et subscripto ι. plusquamperf. med. verbi activi εἴκω, habens et ipsum ε, ex Attica reduplicatione initialis literæ præsentis, ut ἔωθα.

Ἐώλπειν, pro ἠόλπειν, κατὰ χρόνου μετάθεσιν, ut scribit Eustathius, innuens regulariter debuisse dici ἠόλπειν in hoc plusquamperfecto verbi ἔλπω, assumpto aliquo augmento præter augmentum præt. ἔολπα: sed Poët. quadam licentia ab Homero transposito augmento, hoc est è prima syllaba translato in secundam, dictum fuisse ἐώλπειν. Habet verò et hoc ἔολπα, nec non ἐόλπειν, Att. more reduplicatam initialem præs. literam. Sic ἐώργειν dicitur.

Ἕωμεν, pleonasmo τοῦ ε pro ὦμεν: a. 2. subjunct. act.

ab inus. Th. ἔημι ex ἔω, significante πληρῶ, ut tradit Eust. qui etiam addit, pro eo ἐῶμεν scribi et ἔομεν.

Ἐῷμι, per contractionem ex ἐάοιμι: opt. præsens verbi act. ἐάω.

Ἐὼν, Poët. pleonasmo τοῦ ε pro ὢν, ut tradunt nonnulli, qui part. præs. esse temporis indicant. Alii a. 2. esse aiunt, regulare, ab a. 2. indic. modi ἔον, ut paulo ante etiam in Ἔω admonui.

Ἔων, sine augmento pro εἴων, Poët. vel Ion. more præt. imperf. act. verbi ἐάω.

Ἐώνημαι, Att. assumpto ε dicitur pro ὤνημαι, ut ἐώθουν et ἔωσα pro ὤθουν et ὦσα. Est autem præt. perf. pass. verbi ὠνέομαι. Ex quo et a. 1. pass. ἐωνήθην. Itidem in præt. imperf. ἐωνούμην, dicitur pro ὠνούμην.

Ἐῳνοχόουν, præt. imperfect. act. verbi οἰνοχοέω, habens et ipsum Attico more assumptum ε, pro ᾠνοχόουν, ut ἔῳγα dici pro ᾦγα suprà docui.

Ἔῳξα eodem modo pro ᾦξα: a. 1. act. verbi οἴγω.

Ἑώρα itidem Att. assumpto ε pro ὥρα. tertia pers. præt. imperf. act. ex prima ἑώρων pro ὥρων. ambo ex act. Th. ὁράω.

Ἑώρακα, similiter pro ὥρακα dicitur: præt. perf. act. ejusdem Th. ὁράω.

Ἐώργειν, præt. plusquamperf. medium verbi ἔργω, ex perf. ἔοργα, assumpto augmento intrinsecus, quod extrinsecus assumi oportebat, ut in ἐώλπειν supra. Similem ectasin habere tradunt et ἐωργὸς pro ἐοργός. Legitur verò et in præt. perf. indic. modi apud Hesych. ἔωργε, quod exp. εἴργασται, similem habens ectasin.

Ἑώρταζον, præt. imperf. act. verbi ἑορτάζω, habens augmentum intrinsecus.

Ἑώρων, Att. pro ὥρων, assumpto ε, ut in ἐῳνοχόουν. præt. imperf. verbi act. ὁράω.

Ἔωσα, itidem Att. assumpto ε, pro ὦσα: a. 1. act. verbi ὠθέω ex inus. Them. ὤθω. Itidemque media voce in eodem tempore dicitur ἐωσάμην et ἐώσαντο pro ὠσάμην et ὤσαντο.

Ἐώσθην, simili modo assumpto Att. ε pro ὤσθην dicitur, est autem aor. 1. pass. ejusdem Th. ὠθέω, itidem ab inus. ὤθω, ex præt. pass. ἔωσμαι.

Ἔωσι, Ion. pro ὦσι, resoluta vocali circumflexa, ut volunt nonnulli, qui aiunt esse præsentis temporis subjunctivi modi. Potest tamen esse et regularis aor. 2. subjunctivi ex aor. 2. indicativi ἔον. qua de re vide et quæ paulo antè dixi in ἔω.

Ἔωσμαι, præt. perf. pass. verbi activi ὠθέω, ex inus. Th. ὤθω facientis fut. 1. ὤσω. habet autem Att. assumptum ε, ut et aor. ἔωσα et ἐωσάμην, itidemque præt. ἔωσμαι pro ὦσμαι. itidemque in tertia pers. ἔωσται pro ὦσται.

Z.

Ζαεὶς, part. præs. ex Th. Poët. ζάημι, ut ἀεὶς ex ἄημι. Idemque ferè significant ζάημι et ἄημι, nisi quod ζάημι videtur significare σφόδρα ἄημι, tanquam compositum ex ζα particula intensiva, et verbo ἄημι.

Ζαῖεν, syncope Attica pro ζαίησαν tertia pers. pluralis, ex prima ζαίην. præs. optativi modi, ex inus. Th. ζῆμι, ut βαίην ex βῆμι, ἱσταίην ex ἵστημι. Itidem verò ζαῖμεν et ζαῖτε syncope illa Attica dici aiunt pro ζαίημεν et ζαίητε.

Ζαλεῦ, Dor. pro ζηλοῦ verso η in α, et οῦ in εῦ. imperat. præs. pass. verbi act. ζηλόω. Legitur apud Hesych. ab eoque exponitur μιμοῦ.

Ζατεῦσα, eodem modo pro ζητοῦσα dicunt iidem Dores. Est autem part. præs. act. ex Th. Dor. ζατέω pro ζητέω.

Ζείουσα, Ion. et Poët. inserto ι, pro ζέουσα, à Th. ζείω pro ζέω.

Ζέσεν, Ion. itidem et Poëticè pro ἔζεσε, abjecto augmento: a. 1. act. verbi ζέω, facientis fut. 1. act. ζέσω, retento ε. Passiva autem voce facit aor. 1. ἐζέσθην, unde est. part. ζεσθεὶς, fervefactus.

Ζευγνύασι, Var. tradit elegantius esse quam ζευγνῦσι. Videtur tamen id Ionicum esse, ut τιθέασι pro τιθεῖσι. Est autem tertia pers. plur. præs. temporis vocis activæ, à Th. ζεύγνυμι, habens epenthesin τοῦ α pro ζευγνῦσι, ut δεικνῦσι.

Ζεῦξαι, infin. aor. 1. ejusdem verbi ζεύγνυμι facientis fut. 1. act. ζεύξω ab inus. Th. ζεύγω.

Ζεύσασθαι, Dor. pro γεύσασθαι, verso γ in ζ. à Dor. itidem Th. ζεύομαι pro γεύομαι seu ζεύω pro γεύω. Etymol. et Var.

Ζῆ, interdum est imper. modi, καθ' ἀποκοπὴν pro ζῆθι: interdum indic. modi est, et tertia pers. singularis vel præter imperf. vel aor. 2. activi, carens augmento pro ἔζη, ut βῆ scimus à Poëtis usurpari pro ἔβη. Ambo ab inus. Th. ζῆμι. Quidam verò per contractionem esse dicunt pro ζάε.

Ζημιωθῇ, a. 1. sub. pass. à ζημιόω.

Ζῆθι, imperat. præsent. vel aorist. 2. act. a ζῆμι, ut στῆθι ab ἵστημι. Alii tamen ex ζάω formare malunt. volunt enim ex eo primùm esse ζάε, ex quo per contractionem fieri ζῆ, indeque ζῆθι, adjecta syllaba θι, quam cæteris quoque monosyllabis imperativis asciscì aiunt. Sed altera formatio simplicior est.

Ζῆν pro ζᾷν. Dor. mutat. τοῦ ᾶ εἰς ῆ, ut πεινῆν pro πεινᾷν iidem dicunt. infin. act. verbi ζάω, Att. etiam linguæ et communi usitatus.

Ζῇς, itidem pro ζᾷς seu ζάεις iidem Dores dicunt, ut γελῇς pro γελᾷς, contracto ει et ε in η, et subscripto ι. Quòd si verò dicamus esse secundam pers. verbi inus. ζῆμι, non amplius ι subscribendum fuerit.

Ζῆσαι, a. 1. act. infin. modi, ab eodem Th. ζάω faciente fut. 1. act. ζήσω, ex quo med. ζήσομαι.

Ζητεύῃς, præs. sub. à ζητεύω, Poët. pro ζητέω.

Ζούσθω, tertia pers. sing. imper. pass. ab inus. Th. ζόω, pro quo ζώννυμι solet usurpari.

Ζυγέντες, part. plur. ex singulari ζυγείς: quod est aor. 2. pass. à Them. activo ζεύγνυμι faciente fut. 2. act. ζυγῶ ex inus. Th. ζεύγω, ut ἐρεύγω facit ἐρυγῶ.

Ζώγρει, imper. præs. act. verbi ζωγρέω per compositionem dicti pro ζωὸν ἀγρεύω.

Ζώεσκεν, imperf. Poët. pro ἔζωεν, et ζῶε 3. imperf. à ζώω, Poët. pro ζάω.

Ζῴην, Att. pro ζῷμι. ut βοῴην pro βοῷμι: opt. præsens act. verbi ζάω. facit enim id communiter ζάοιμι, ex quo per contractionem ζῷμι, et Att. ζῴην verso μι in ην, contractisque α et ο in ω, et subscripto ι.

Ζωσθεῖσα, part. fœm. gen. a. 1. pass. ex Th. ζώννυμι, faciente fut. 1. act. ζώσω, ex inus. Th. ζόω: præt. perf. pass. ἔζωσμαι, ut ἔχωσμαι ἔχρωσμαι: a. 1. pass. infinitivi modi est ζωσθῆναι.

Ζώεσκον, Ion. pro ἔζωον abjecto primùm augmento, deinde inserta syllaba εσκ: ut ὤθεσκον et τύπτεσκον iidem dicunt pro ὤθουν et ἔτυπτον. Est autem illud ζώεσκον præt. imperf. ab Ion. Th. ζώω.

Ζωννύσκετο, Ion. pro ἐζώννυτο, abjecto augmento, et inserta syllaba σκε, imperfectum passivum verbi ζώννυμι.

Ζώοντες, Ion. vel Poët. pro ζῶντες, pleonasmo τοῦ ο, ut κομόωντες pro κομῶντες apud Hom. legimus. Part. præs. act. verbi ζάω.

Ζῶσαι, a. 1. act. infin. verbi ζώννυμι facientis fut. 1. act. ζώσω, ex inus. Th. ζόω, uti jam dictum est. Unde media voce ζώσασθαι, et ind. modo ζώσατο apud Poëtas pro ἐζώσατο, abjecto augmento. Rursum vero ζῶσαι interdum est particip. præsens fœm. gen. pl. num. per contractionem pro ζάουσαι, ut ζώσας itidem legimus pro ζαούσας. Tunc autem est à Th. ζάω, vivo. ζωώσας autem est part. a. 1. act. ex Th. ζωόω.

H.

Ἦ Att. apud Aristoph. abjecto ν pro ἦν vel ἤμην. Quidam sic formatum aiunt. dicunt εἰμὶ præt. imperfectum facere εἶν, ut τίθημι facit ἐτίθην. ex eo fieri ἦ, primùm abjecto ν, et diphthongo more Ion. resoluta in εα, (ut iidem Iones dicunt ᾔδεα pro ᾔδειν, ἐπεποιήκεα pro ἐπεποιήκειν, ἐνενοήκεα pro ἐνενοήκειν) deinde contractis ε et α in η. Interdum ἦ est pro ἔφη, inquit: præter. imperf. vel a. 2. act. verbi ἠμὶ, per apocopen pro φημὶ, ut iidem Grammatici tradunt. Alioquin est et conjunctio seu particula significans interdum ἄρα, interdum ἀληθῶς, interdum etiam δή. Etymol.

Ἦ, cum ι asscripto sive subscripto, est tertia pers. conjunct. modi, ex primo ὦ: ambo ex inus. verbo ἔω ex quo εἰμὶ quædam sua mutuatur tempora.

Ἧ, itidem asscripto sive subscripto ι, sed asperum gerens spiritum, interdum est tertia pers. singul. conjunctivi modi, itidem ex prima ὧ, sed a. 2. activi, ex Th. inus. ἕω, ex quo ἵημι sua mutuatur tempora. Interdum est dativus articuli fœm. postpositivi, nonnunquam adverbium etiam ex eodem articulo factum.

Ἦα, Att. pro εἶα. Ambo autem sunt præteritum med. verbi εἶμι significantis πορεύομαι: sed prius formatum ex posteriore. tradunt etenim esse Thema εἴω, epenthesi Ion. vel Poët. pro ἔω. hujus præt. medium esse εἶα. ex quo ᾖα hoc fieri, ε in η verso, et subscripto ι: id quod satis est manifestum ex Ion. illo ἤϊα. Interdum vero ᾖα nomen quoque est plurale ex singulari ᾖον, itidem per contractionem pro ἤϊα et ἤϊον. Ἦα autem esse a. 1. verbi εἰμὶ ex ἔω, annotat Eust. Innuit enim εἰμὶ ex ἔω facere a. 1. ἔα, ut χέω facit ἔχεα, unde κατ' ἔκτασιν esse ἦα. Ita verò ἦα sive ἔα facere hoc verbum in a. 1. ut facit ἦον sive ἔον in a. 2.

Ἧατο, Ion. pro ἧντο ab ἧμαι.

Ἠακότες, quod Suidas exp. θρηνήσαντες, videtur esse part. præt. perf. act. à Th. αἰάζω, ideóque deberet habere subscriptum ι.

Ἡβηκὼς, part. præt. perf. act. à Th. ἡβάω faciente fut. 1. ἡβήσω, unde et particip. a. 1. ἡβήσας.

Ἡβήσειε, a. 1. opt. Æol. ab ἡβάω. Th. ἥβη, pubes.

Ἠβουλήθην, Att. more pro ἐβουλήθην dicitur, ut ἠδυνήθην pro ἐδυνήθην, assumpto præter syllabicum augmentum etiam temporali. Est autem a. 1. pass. verbi βούλομαι ex inus. Th. βουλέομαι, ex quo habet fut. βουλήσομαι. Sed et ἠβουλόμην dicitur pro ἐβουλόμην, Att. itidem.

Ἡβῴην, ῃς, ῃ. opt. Att. præsent. pro ἡβάοιμι, ῷμι. ab ἡβάω.

Ἡβώοιμι, Poët. pro ἡβάοιμι seu ἡβῷμι: optat. præs. act. ab eodem verbo. Utitur autem eo Homerus. Sic et ἡβώοντα pro ἡβῶντα.

Ἡβώωσα, Poët. pleonasmo τοῦ ω pro ἡβῶσα: part. præs. ab eodem Th. Varin.

Ἤγαγον, a. 2. act. verbi ἄγω, Att. reduplicationem habens mediæ syllabæ γα pro ἦγον. Itidem media voce in eodem tempore ἠγαγόμην dicitur pro ἠγόμην.

Ἠγαλλιάσατο, a. 1. m. ab ἀγαλλιάω, exulto.

Ἠγάμην, præt. imperf. verbi ἄγαμαι.

Ἠγάσθην, a. 1. pass. indic. verbi ἄγαμαι vel potius ἀγάζομαι: ex quo habet et præt. perf. ἤγασμαι, unde tertia persona præt. plusquamperf. ἤγαστο apud Hesych.

Ἠγάσσατο, Poët. metri causa geminato σ pro ἠγάσατο: tertia pers. singul. a. 1. med. indic. ab eodem Th. ἄγαμαι faciente fut. 1. med. ἀγάσομαι ex verbo ἀγάζομαι.

Ἠγγειλάμην, a. 1. med. ind. ex Th. act. ἀγγέλλω.

Ἠγγέλην, a. 2. pass. verbi ἀγγέλλω, facientis fut. 2. ἀγγελῶ, a. 2. ἤγγελον, a. 1. ἤγγειλα, imperf. pass. ἠγγελλόμην.

Ἠγγέλθην, a. 1. pass. indic. ab eodem Th. faciente fut. 1. ἀγγελῶ, præt. ἤγγελκα, pass. ἤγγελμαι.

Ἠγγυᾶτο, præt. imperf. pass. verbi act. ἐγγυάω.

Ἤγειρα, a. 1. act. verbi ἐγείρω. f. ρῶ. p. ἤγερκα. a. 1. pass. ἐγέρθην.

Ἠγερέθοντο, præt. imperf. pass. Poët. verbi ἀγερέθω derivati ex ἀγείρω, ut tradunt Grammatici.

Ἤγερθεν, Bœot. syncope pro ἠγέρθησαν, tertia pers. plural. a. 1. pass. ex act. Th. ἐγείρω. Prima verò persona est ἠγέρθην.

Ἤγερκα, præt. perf. act. verbi ἐγείρω facientis fut. 1. act. ἐγερῶ. Ex quo pass. præt. perf. ἤγερμαι.

Ἡγησάμην, a. 1. med. verbi ἡγέομαι facientis fut. 1. ἡγήσομαι.

Ἡγιασμένοις, sanctificatis, perf. part. pass. ab ἁγιάζω.

Ἦγμαι, præt. perf. pass. verbi act. ἄγω ex quo part. ἠγμένος.

Ἡγνισμένον, perf. part. pass. ab ἁγνίζω, sanctifico.

Ἠγνοίησε, pleonasmo τοῦ ι, dicitur pro ἠγνόησε: ab ἀγνοιέω habente itidem pleonasmum τοῦ ι, pro ἀγνοέω.

Ἦγον, præt. imperf. vel a. 2. act. verbi ἄγω, pass. est ἠγόμην. unde apud Hom. ἦγετο κούρην.

Ἠγορεύθησαν, a. 1. pass. verbi act. ἀγορεύω.

Ἠγορόωντο, Poët. et Ion. pleonasmo τοῦ ο pro ἠγορῶντο. præt. imperf. verbi ἀγοράομαι.

Ἤγρετο, Poët. syncope pro ἠγείρετο, ex ἔγρομαι itidem per syncopen usurpato à Poët. pro ἐγείρομαι.

Ἠγρίωσαι, apud Soph. secunda pers. sing. præt. perf. pass. à Th. ἀγριόω. facit enim id fut. 1. act. ἀγριώσω, præt. perf. ἠγρίωκα, et pass. voce ἠγρίωμαι. Unde et infin. præt. perf. pass. ἠγριῶσθαι.

Ἠγροικησάμην, a. 1. med. verbi act. ἀγροικέω, apud Hesych.

Ἠδάφωται, præt. perf. pass. verbi act. ἐδαφόω.

Ἤδεα, præt. plusquam. med. verbi εἴδω, habens Ion. diphthongi dissolutionem pro ᾔδειν, solent enim Iones primas pers. singul. præt. plusquamperf. act. communiter in ειν desinentes, terminare in εα, resoluta diphthongo, nimirum πεποιήκεα dicentes pro ἐπεποιήκειν, τετύφεα pro ἐτετύφειν, ἤϊα pro ᾔειν. unde apud Homer. ἤϊα πολλὰ γουνούμενος, qui et altero ᾔδεα utitur dicens, Εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ᾔδεα. Iidem Iones itidem ᾔδεε dicunt pro ᾔδει, resoluta diphthongo. Eust.

Ἤδειν, præt. plus. perf. med. Att. pro εἴδειν et hoc pro εἰδήκειν: sic ᾔδεισαν pro εἰδήκεισαν, verbi εἴδω, vel εἰδέω habens diphth. ει conversam in η cum ι subscripto. Alioqui et οἴδειν pro eodem dici solet verso ε in ο, sicut in ἐπεποίθειν. At εἰδήκειν est præt. plusquamperf. act. ejusdem verbi εἴδω ex εἰδέω.

Ἤδεισθα, Æol. paragoge syllabæ θα pro ᾔδεις: secunda pers. sing. præcedentis præt. plusquamperf. medii ᾔδειν. Similiter οἶδασθα dicitur pro οἶδας. Etym. Att. et ᾔδησθα dici scribit pro illo ᾔδεισθα. Potest tamen ᾔδησθα illud esse et conjunct. modi, sed tunc subscribendum ei potius ι, ut in εἴπῃσθα.

Ἤδεκα, præt. act. verbi ἔδω ex ἐδέω. pro quo Att. dicitur ἐδήδοκα, repetitis duabus initialibus literis præsentis, et ε converso in ο.

Ἤδεσαν, Att. pro ᾔδεισαν, correpta penult. tertia pers. plur. præt. plusquamperf. ᾔδειν, de quo suprà.

Ἠδέσθην, a. 1. pass. verbi αἰδέομαι, facientis fut. αἰδέσομαι, et præt. pass. ᾔδεσμαι.

Ἤδη, Att. per contractionem ex Ion. ᾔδεα, solent enim Att. plusquamperf. Ion. desinentia in εα, factáque ex communibus terminatis in ειν, resolutione diphthongi, contrahere, et pro πεποιήκεα dicere πεποιήκη, itidemque ᾔδη pro ᾔδεα. Est autem hoc ᾔδη prima pers. sing. præt. plus. perf. med. pro ᾔδειν, et hoc pro εἴδειν et pro εἰδήκειν, ex Them. εἴδω.

Ἦδον, a. 2. act. verbi ἁνδάνω ex ἁδέω.

Ἥδρασε, a. 1. act. verbi ἑδράζω, facientis fut. 1. ἑδράσω. Unde et pass. præt. perf. ἥδρασμαι, et a. 1. pass. ἡδράσθην.

Ἡδρύνθη, a. 1. pass. verbi act. ἁδρύνω. Est verò et Thema ἁδρέω, ex quo part. ἡδρηκὼς apud Diosc. et a. 1. pass. ἡδρήθη.

Ἠδυνάμην, Att. pro ἐδυνάμην, augmento syllabico verso in temporale. præt. imperf. verbi δύναμαι. Similiter ἠδυνήθην dicitur pro ἐδυνήθην, in aor. 1. pass. ejusdem Th. facientis fut. 1. δυνήσομαι, ex δυνέομαι. Habet verò idem δύναμαι et alium a. 1. pass. nimirum ἠδυνάσθην, ex inus. Th. δυνάζομαι.

Ἥδυνται, tertia pers. sing. præt. perf. pass. ἥδυμμαι, ex act. Th. ἡδύνω.

Ἦε, tertia pers. sing. a. 2. ἦον, ex Th. inus. ἔω, pro quo usurpari solet εἰμί: vel etiam præt. medii ἦα ab eodem verbo. Nonnunquam ἦε est etiam ex ἴω significante πορεύομαι, et declarat ἐπορεύετο: cujus Hesych. meminit, ἦεν afferens pro ἤϊε. sed tunc est subscribendum ι, ut ex ἤϊε sit per contractionem seu synæresin.

Ἤει, quod idem Hesychius affert pro ἐπορεύετο, ἤρχετο, est præt. plusquamperf. tertia pers. sing. itidem per contractionem ex ἠΐει, subscripto ι, εἶμι (significante πορεύομαι) faciente præt. perf. ἤϊα, et per contractionem ᾖα.

Ἤεα, Ion. diphthongi resolutione pro ᾔειν, ut ᾔδεα pro ᾔδειν suprà. Est autem hoc ᾔειν præt. plusquamperf. med. ex præt. ᾖα. Ambo ex Th. εἶμι.

Ἠείδει, pleonasmo τοῦ η pro εἴδει: vel etiam pro ᾔδει, Att. epenthesi τοῦ ει, ut tradit Eustath. apud Homerum, qui etiam addit, esse præt. plusquamperf. med. verbi εἴδω.

Ἤειν, præt. plusquamperf. medium verbi εἶμι significantis πορεύομαι: unde in compos. ἀπήειν. Fit autem hoc plusquamperf. ᾔειν ex perfecto ᾖα: hoc autem ex εἶα, verso ε in η et subscripto ι. Sed notandum est, in plurali numero, facta syncope, dici ᾖμεν pro ᾔειμεν, et ᾖσαν pro ᾔεισαν. Quorum ambobus Aristophanes usus esse comperitur. Dicit enim in Pluto, Ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ᾖμεν τοῦ θεοῦ. Et in Gerytade, ᾖσαν εὐθὺ τοῦ Διονυσίου. Apud Etymol.

Ἤειρα, a. 1. activus verbi ἀείρω. Quidam et pro εἶρα, a. 1. activo verbi εἴρω, usurpatum volunt pleonasmo τοῦ η.

Ἦεν pro ἦε, ascito ν propter sequentem vocalem: tertia pers. sing. aor. 2. ἦον, ex inus. Them. ἔω pro εἰμί, sum. At ᾔειν cum ι subscripto, est à Them. εἶμι significante πορεύομαι, itidem ex ἦον, quod factum aiunt ex εἶον (aor. 2. vel imperf. verbi εἴω inus. pro εἶμι) verso ε in η et subscripto ι. quanquam esse potest et tertia pers. præt. med. ᾖε. Utitur autem illo ᾖε Apollonius, dicens ᾖε θύραζε. Apud Var. et Eustath.

Ἠερέθονται et Ἠερέθοντο, apud Poëtas duntaxat leguntur, suntque ex Poëtico verbo ἠερέθομαι facto ex ἀείρω, ut suprà ἠγερέθοντο ex Them. Poëtico ἠγερέθομαι derivato ab ἀγείρω. Ea enim formatio simplicior est, quippe cum ἠερέθεσθαι exponatur εἰς ἀέρα ἀείρεσθαι.

Ἠέρθην, aor. 1. pass. ind. verbi act. ἀείρω, facientis fut. ἀερῶ. Unde tertia pers. pluralis est ἠέρθησαν.

Ἤερτο, præt. plusquamperf. pass. verbi act. ἀείρω.

Ἦες, secunda pers. sing. a. 2. ἦον.

Ἤεσαν, tertia pers. plur. præt. plusquamperf. ᾔειν, Att. exemptum ex diphthongo habens ι, ex prima ᾔειν, de qua suprà.

Ἦην, apud Hesych. legitur, ab eoque exponitur ἦν, ἤμην. Legitur verò et apud Eust. qui dicit habere Poët. pleonasmum τοῦ η, esseque tertiæ pers. à Them. εἰμὶ significante ὑπάρχω.

Ἠζάνθη, a. 1. pass. ind. verbi act. ἀζαίνω, ut ἐφάνθη ex φαίνω est.

Ἦθα, præt. med. verbi ἔθω, ut tradunt nonnulli. sed ego ejus rarissimum esse usum existimo. nam pro eo εἴωθα solet usurpari.

Ἠθέλησα, a. 1. act. verbi ἐθέλω ex ἐθελέω. ex eo enim mutuatur fut. 1. ἐθελήσω.

Ἤθηκα, præt. perf. act. verbi ἠθέω, facientis fut. 1. ἠθήσω, a. 1. ἤθησα, unde etiam part. præt. perf. pass. ἠθημένος.

Ἤϊα, Eustathius alicubi esse dicit præt. med. verbi εἴω vel εἰμί, dissoluta diphthongo, et ε in η verso: alibi aor. 1. act. esse scribit ex eodem Th. eodem modo formatum: alicubi etiam ait esse præt. plusquamperf. act. resolutione Ion. usurpatum pro ᾔειν. Solent enim Iones primas personas plusquamperfectorum in ειν, resolvere in εα pro ᾔδειν dicentes ᾔδεα, et πεποιήκεα pro ἐπεποιήκειν, ut suprà ex eodem Grammatico docui. Pro hoc verò ἤϊα per syncopen dicitur etiam ᾖα, vel potius per contractionem. Tertia ejus persona est ἤϊε, seu ἤϊεν sequente vocali.

Ἤϊγα, præt. med. verbi act. ἀΐσσω.

Ἠΐειν, præt. plus. perf. ex præt. perf. ἤϊα: ambo ex Th. εἴω, pro quo εἶμι dici solet. Solet autem pro isto ἠΐειν per contractionem dici etiam ᾔειν, subscripto ι. Meminit Eust.

Ἤϊεν seu ἤϊε, tertia pers. singularis præteriti ἤϊα ut suprà annotavi: pro quo per synæresin dicitur ᾖε, ut ᾖα pro ἤϊα. Potest esse tertia pers. a. 2. ἤϊον, de quo infrà.

Ἤϊκτο, præt. plusquamperfect. pass. verbi activi ἀΐσσω facientis futurum 1. activum ἀΐξω. Interdum est plusquamperf. pass. verbi activi εἴκω, habens resolutionem diphthongi ει, et τροπὴν τοῦ ε εἰς η. Utriusque meminit Hesych. illud exponens ἐφίετο, hoc verò ὡμοίωτο.

Ἤϊμεν, quod Hesych. exp. ἐπορευόμεθα, per diphthongi resolutionem dictum est pro ᾖμεν. hoc autem ᾖμεν per syncopen pro ᾔειμεν usurpatum esse ab Aristoph. docui paulo antè in Ἤειν.

Ἤϊξα, a. 1. act. verbi ἀΐσσω.

Ἤϊξαι, Poët. diphthongi resolutione pro εἶξαι, verso simul ε in η. est autem hoc εἶξαι secunda pers. sing. præt. perf. pass. ind. modi, à Th. εἴκω, faciente fut. 1. act. εἴξω. et præt. perf. pass. εἶγμαι.

Ἤϊον, præt. imperf. vel aor. 2. act. verbi inus. εἴω, habens Poëticam diphthongi dissolutionem, et τροπὴν τοῦ ε εἰς η. Prima pers. pluralis est ἤϊομεν, pro qua dicitur etiam ᾔομεν, facta synæresi et subscripto ι, ut refert Var. Tertia autem sing. ἤϊε sive ἤϊεν, communem habet cum præt. med. ἤϊα. In compos. porro ἤϊον facit ἀνήϊον, ut Eust. annotavit.

Ἠϊονῆσαι, apud Hesych. legitur, exponiturque καταντλῆσαι. Videtur autem habere Poët. vel Ion. diphthongi αι dissolutionem, simulque τροπὴν τοῦ α εἰς η, pro αἰονῆσαι, à Them. αἰονάω.

Λέλυται, præt. perf. pass. verbi act. λύω. Et in plusquamperf. λέλυντο, numero plur. Unde et infin. λελύσθαι, et particip. λελυμένος. Homerus verò λέλυτο usurpavit etiam pro λυθείη seu λύοιτο, indicativo usurpato pro optativo, ut annotat. Eustath. in hoc loco Od. σ'. Νεύοιεν κεφαλὰς, λέλυτο δὲ γυῖα ἑκάστου.

Λέξεο, imper. præsens ex Them. λέξομαι, quod ex futuro in præsens abiit. ut βήσεο, δύσεο, itidem ex futuris sunt quæ εἰς ἐνεστῶτας ἀνέδραμον.

Λεξοῦντι, Doricè pro λέξουσι. fut. 1 act. verbi λέγω.

Λευκανθεὶς, part. a. 1. pass. ex Them. act. λευκαίνω.

Λεχθὲν, dictum, a. 1. part. pass. à λέγω.

Λεχόωντο, Poët. pleonasmo τοῦ ο, et Ionica detractione augmenti dicitur pro ἐλεχῶντο, à Them. λεχάομαι, apud Hesych.

Λεῷμι, apud eundem legitur, exponiturque θέλοιμι. quod per contractionem est ex λεάοιμι, opt. verbi λεάω.

Λῇ, Dor. pro θέλει. Itidemque λῇς pro θέλεις ut in illo hemistichio chorico, αἱ δὲ λῇς, αὐγάσδεο. Ex Them. λάω.

Ληΐσσατο, Poët. pro ἐληΐσατο, abjecto augmento et geminato σ metri causa. a. 1. med. verbi act. ληΐζω.

Λῆξαν, itidem Poët. et Ion. pro ἔληξαν: a. 1. act. verbi λήγω facientis fut. 1. λήξω, unde et in opt. λήξαιμι χεῖρας φόνου apud Homerum. alioqui λήξασθαι est etiam a. 1. med. verbi λαγχάνω, ex λήχω. unde et verbale λῆξις.

Λῇς, Doricè pro θέλεις, ut paulo supra dixi ex Them. λάω, faciente in secunda pers. λάεις, et Dor. contractione λῇς, ut γελῇς est ex γελᾷς.

Λήσομαι, fut. 1. med. verbi λανθάνω, ex λήθω. At λησμένη, Ion. more abjecto augmento, est pro λελησμένη, particip. præt. pass. λέλησμαι, ex eodem Them. a. 2. ἔλαθον. p. m. λέληθα.

Λησῶ, Dor. pro λήσω, fut. 1. act. verbi λήθω.

Λῆτο, Hesych. affert pro ἐπελάθετο. quod forsan per syncopen usurpatum est pro λήθετο, vel pro λέληστο, dempto augmento et exempto σ.

Ληφθεὶς, particip. aor. 1. pass. ex Them. act. λαμβάνω, faciente fut. 1. act. λήψω, ex inus. Them. λήβω. Ejusdem aor. 1. infin. est ληφθῆναι.

Λήψομαι, fut. 1. med. verbi λαμβάνω ex λήβω.

Λίγξε, Poët. vel Ion. pro ἔλιγξε: a. 1. act. verb. inus. λίγγω.

Λιθασθῶσιν, lapidarentur, a. 1. sub. pass. à λιθάζω.

Λίπε, itidem pro ἔλιπε dicunt iidem Poëtæ, quod est a. 2. act. verbi λείπω, facientis fut. 2. λιπῶ. unde optat. λίποιμι, conjunct. λίπω, infin. λιπεῖν, et per dialysin Poët. λιπέειν. particip. λιπών: et media voce ἐλιπόμην, imper. λιποῦ, opt. λιποίμην. subjunct. λίπωμαι, infin. λιπέσθαι, particip. λιπόμενος. Sed et λιπόμην sine augmento apud Poëtas reperitur pro ἐλιπόμην.

Λιπόων, Poët. pleonasmo τοῦ ο pro λιπῶν: particip. præs. verb. act. λιπάω.

Λισσέσκετο, Ionicè apud Homerum pro ἐλίσσετο, abjecto primum augmento, deinde inserto σκε ante το. præt. imperf. pass. verbi λίσσομαι.

Λιτέσθαι, a. 2. med. infin. modi, à Them. λίτομαι.

Λόεν, a. 2. act. indic. verbi Poëtici λοέω ex quo per contractionem λούω.

Λόεσσαν, a. 1. act. ejusdem verbi, augmento carens geminatumque metri causa σ habens pro ἐλόεσαν, et hoc pro ἔλουσαν. Unde infin. λοέσσαι, et particip. a. 1. med. λοεσσάμεναι. Item fut. 1. med. indic. λοέσσεται pro λοέσεται.

Λοιδορηθεὶς, a. 1. part. pass. à λοιδορέω. f. ήσω. convitior.

Λοῦμαι, Attica syncope pro λούομαι, itidemque λοῦται pro λούεται, ἐλούμην pro ἐλουόμην, ἐλοῦτο pro ἐλούετο: et infinit. λοῦσθαι pro λούεσθαι, ac in particip. λούμενος pro λουόμενος.

Λύθεν, Bœot. syncope et Ionica augmenti detractione dicitur pro ἐλύθησαν. a. 1. pass. indic. à Them. act. λύω.

Λύμην, apud Homerum pro λυθείην seu λελυμένος ἦν. Iliad. φ'. Νῦν δὲ λύμην τρὶς τόσσα πορών. præt. perf. seu plusquamperf. optat. pass. pro λελύμην. secundum alios a.

2. med. opt. modi, ut θείμην, ex Them. λῦμι. in qua sententia Eustath. est.

Λυμηνάμενος, particip. a. 1. med. ex Them. λυμαίνω. faciente a. 1. indic. ἐλύμηνα.

Λῦντο, Ion. pro λέλυντο seu ἐλέλυντο, abjecto augmento, præt. plusquamperf. pass. à Them. act. λύω.

Λῦσε, itidem Ion. et Poët. sine augmento pro ἔλυσε, et λύσαν pro ἔλυσαν. a. 1. act. ejusdem verbi λύω. unde et in a. 1. opt. λύσαιτε, et particip. λύσας. a. 1. infin. λῦσαι.

Λυσσῆν, Dor. pro λυσσᾷν. infin. act. verbi λυσσάω.

Λυσσόων, Poët. pleonasmo, seu Ionica dissolutione vocalis circumflexæ pro λυσσῶν. particip. præsens à Them. λυσσάω.

Λῦτο, Ion. et Poët. sine augmento pro λέλυτο seu ἐλέλυτο. præt. plusquamperf. pass. verbi act. λύω. Quidam pro ἐλύετο usurpatum aiunt per syncopen vel synæresin.

Λῶντι, Dor. pro λῶσι quod contractum est ex λάουσι tertia pers. plur. verbi λάω signific. idem quod θέλω. unde et particip. fœm. λῶσα, quod est θέλουσα.

M.

Μαθήσομαι, fut. 1. med. verbi act. μανθάνω ex inus. Them. μαθέω.

Μαθὼν, particip. a. 2. act. ejusdem Them. itidem ex μαθέω, vel etiam μήθω facit enim fut. 2. μαθῶ, a. 2. ἔμαθον, unde opt. μάθοιμι, subjunct. μάθω, et infin. μαθεῖν.

Μαιμώων, Poët. pleonasmo, vel Ionica vocalis circumflexæ resolutione, pro μαιμῶν, itidemque μαιμώωσα pro μαιμῶσα, à Them. μαιμάω. At μαιμώων et μαιμώουσα sunt à Them. μαιμώω.

Μανεῖσα, particip. ex ἐμάνην, a. 2. pass. verbi μαίνομαι.

Μανοῦμαι, fut. 1. vel. 2. ex Th. μαίνομαι, unde a. 2. ἐμανόμην. At μανήσομαι est fut. 2. pass. ex a. 2. pass. ἐμάνην.

Μακαριῶ, Att. pro μακαρίσω. fut. 1. act. verbi μακαρίζω.

Μακὼν, particip. a. 2. act. à Them. μηκάω. Exponitur etiam εἰς μῆκος ἐκταθεὶς, quasi ex μηκέω vel μακέω.

Μάνυσον, Dor. pro μήνυσον: a. 1. act. imper. modi, à Dor. Th. μανύω pro μηνύω.

Μαπέειν, per syncopen τοῦ ρ, pro μαρπέειν, et hoc pro μαρπεῖν, a. 2. infin. à μάρπτω.

Μαρανθῆναι, a. 1. pass. infin. modi, à Them. act. μαραίνω.

Μαρπέειν, Ion. diphthongi circumflexæ resolutione pro μαρπεῖν, aor. vel fut. 2. act. infin. verbi μάρπτω.

Μαρύεται, Dor. apud Theocr. pro μηρύεται, à Dor. Them. μαρύομαι pro μηρύομαι.

Μαστιγούσθω, flagelletur, præs. imperat. pass. à μαστιγόω. Them. μάστιξ.

Μαστιέτην tertia dual. imperf. à μαστίω. Poët. pro μαστιγέω.

Μαστίσδοιεν, Doricè itidem pro μαστίζοιεν, à Them. μαστίσδω pro μαστίζω.

Μαχειόμενος, Poët. epenthesi τοῦ ι metri causa pro μαχεόμενος, ex Them. μαχείομαι pro μαχέομαι.

Μαχέοιτο, Ion. diphthongi circumflexæ resolutione pro μαχοῖτο, præs. opt. pass. à Them. μαχέομαι.

Μαχεσαίμην, a. 1. med. opt. modi, à Them. μάχομαι seu μαχέομαι faciente fut. 1. med. μαχέσομαι. Alioqui facit et μαχήσομαι. unde præt. perf. μεμάχημαι.

Μαχοῦμαι, fut. 2. med. verbi μάχομαι seu μαχέομαι, cujus usus apud optimos quosque scriptores est, ut tradunt Grammatici.

Μεγαλίζεο, Ion. diphthongi dissolutione pro μεγαλίζου, præsens imperf. pass. à Them. act. μεγαλίζω.

Μεδοίατο, Ionicè pro μέδοιντο. præsens optativus pass. à Them. μέδομαι.

Μεθέηκεν, a. 1. act. verbi μεθίημι facientis fut. 1. μεθήσω ex μεθέω. habet verò Ionicam vocalis circumflexæ dissolutionem pro μεθῆκεν, estque irregularis pro μεθῆσε, ut ἔθηκα et ἔδωκα pro ἔθησα et ἔδωσα reperiuntur.

Μεθεῖλε, a. 2. act. verbi act. μεθαιρέω, ex inus. Them. μεθέλω.

Μεθειμένος, particip. præt. pass. à Th. act. μεθίημι. facit enim id μεθεῖμαι in præt. perfect. pass. unde præt. plusquamperf. μεθείμην.

Μεθεῖναι, a. 2. act. infin. ex eodem, ut θεῖναι ex τίθημι est. Unde et particip. μεθείς.

Μεθεῖτε, per syncopen pro μεθείητε, ut θεῖτε pro θείητε, more Attico, a. 2. act. opt. modi ab eodem.

Μεθείω, Poët. vel Ion. pro μεθῶ. primùm enim vocalem circumflexam ῶ resolvunt in έω, deinde ι metri gratia inserunt. a. 2. act. subjunct. modi ex eodem.

Μεθελεῖν, aor. 2. act. infin. modi, à Them. μεθαιρέω, mutuante fut. 2. ex inus. μεθέλω.

Μεθέμεν, Ion. pro μεθεῖναι, ut θέμεν pro θεῖναι. a. 2. infin. modi ex μεθίημι.

Μεθέξομαι, fut. 1. med. verbi act. μετέχω.

Μέθεν, a. 2. act. imper. modi ex Them. μεθίημι. cujus secunda pers. plur. μέθετε. Ex medio autem a. 2. μεθέμην est secunda pers. plur. μέθεσθε, et infin. μεθέσθαι.

Μεθεστάναι, præt. perf. infin. modi ex Them. μεθίστημι, per contractionem pro μεθεσταέναι.

Μεθέστηκα, præt. perf. act. ejusdem Them. unde particip. μεθεστηκὼς et per syncopen μεθεστώς.

Μεθήσω, dimittam. fut. 1. ind. à μεθίημι.

Μεθῆκα, a. 1. act. verbi μεθίημι facientis fut. 1. μεθήσω ex μεθέω: irregularis pro μεθῆσα, ut ἔθηκα pro ἔθησα. At μεθήκειν est infin. verbi μεθήκω.

Μεθῇς, secunda pers. singularis aor. 2. act. subjunctivi modi, ab eodem.

Μεθήσει, fut. 1. act. ejusdem Th. ex μεθέω. unde et infin. μεθήσειν.

Μεθησέμεν, Ionicè pro μεθήσειν, de quo jam dixi.

Μεθίει, præt. imperf. verbi μεθίημι ex μεθιέω, ut ἐτίθει ex τιθέω.

Μεθιέμεναι, Dor. pro μεθιέναι, quod est præsens infin. modi ex eodem Them. ut τιθέναι.

Μεθίεν, Bœot. syncope pro μεθίεσαν, tertia pers. plur. a. 2. act. ind. ab eodem.

Μεθυσθεὶς, a. 1. part. pass. à μεθύσκω, ebrium reddo. f. ύσω.

Μεθῶ, a. 2. act. subjunct. modi, ab eodem.

Μειλίσσεο, Ionica diphthongi resolutione pro μειλίσσου. præs. imper. pass. à Them. μειλίσσομαι. Item Ionica augmenti detractione μειλίξατο pro ἐμειλίξατο, in aor. 1. med. indic. modi, ab eodem Them.

Μείνας, particip. ex ἔμεινα, a. 1. act. indicat. modi à Them. μένω. hinc μείνωσιν, manserint, a. 1. sub. act.

Μείρεται, aiunt accipi interdum pro ἱμείρεται, primæ syllabæ aphæresi: alioqui est à Them. μείρομαι.

Μελάνθησαν, a. 1. pass. ind. à μελαίνω. f. ανῶ. Th. μέλας, niger.

Μελήσει, fut. 1. act. impersonalis verbi μέλει, tanquam ex μελέει. Similiter μέλομαι facit μελήσομαι ex μελέομαι.

Μελίσδεις, Doricè pro μελίζεις, ex Dorico Them. μελίσδω pro μελίζω.

Μελλήσω, fut. 1. act. verbi μέλλω, ex inus. Th. act. μελλέω.

Μελόντων, Att. pro μελέτωσαν, curæ sint: genitivo plur. particip. mascul. usurpato pro tertia plur. imperat. à verbo impers. μέλει.

Μεμάασι, per syncopen pro μεμάκασι, à Them. μάω, unde fit μαιμάω. Similiter μέμαμεν per syncopen dicitur pro μεμάκαμεν. At μεμάμεν. infin. Ionicus vel Doricus est pro μεμαέναι. Rursum in particip. quoque μεμαὼς et μεμαυῖα syncope est pro μεμακὼς et μεμακυῖα: quorum ambo leguntur apud Hom.

Μεμάθηκα, præt. perfect. activum verbi μανθάνω ex inus. Them. μαθέω.

Μεμακυῖαι, particip. ex μέμακα, præt. med. verbi μηκάω, habente systolen τοῦ η, pro μέμηκα.

Μεμάποιεν, vide in μαπέειν.

Μέμαρπον, Ion. pleonasmo pro ἔμαρπον, ut λέλαβον pro ἔλαβον, a. 2. act. verbi μάρπτω. at μεμαρπὼς, est particip. ex μέμαρπα, præt. med. ejusdem Them.

Μέμασαν, per syncopen dictum videtur pro μεμάκεισαν seu μεμάκεσαν, ut μέμαμεν pro μεμάκαμεν, à Them. μάω. Apud Homer. Iliad. ή. initio, ἐν δ' ἄρα θυμῷ Ἀμφότεροι μέμασαν πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι, prompti erant et cupiebant.

Μεμαὼς, partic. ex præt. μέμαα, de quo paulo supra in μεμάασι.

Μέμβλεται, syncope et pleonasmo τοῦ β dici pro μεμέληται tradit Eustath. Itidemque μέμβλετο pro μεμέλητο. Quin et μέμβλω Thema ex μέλω facit diplasiasmo τοῦ μ, et παρενθέσει τοῦ β, euphoniæ gratia.

Μέμβλωκε, quoque dicitur pro μεμόληκε seu παρῆλθε: ut apud Homer. Odyss. ρ'. δὴ γὰρ μέμβλωκε μάλιστα Ἦμαρ. Est autem syncope in hoc μέμβλωκε pro μεμόληκε, pleonasmusque τοῦ β, et τροπὴ τοῦ η εἰς ω. à Them. μολέω.

Μεμένηκα, præt. perf. verbi μένω, ut νέμω facit νενέμηκα, τοῦ μέλλοντος ἀνατρέχοντος εἰς ἐνεστῶτα. futurum enim μενῶ facit, quasi præsens, aliud fut. νεμήσω, ex quo præt. hoc νενέμηκα.

Μεμετρέαται, Ion. pro μεμέτρηνται, ut πεποιέαται pro πεποίηνται. tertia pers. plur. præt. perf. pass. à Them. act. μετρέω.

Μεμεστώμενοι, pleni sunt, perf. part. pass à μεστόω.

Μέμηκε, præt. perf. med. verbi μηκάω: unde particip. μεμηκώς. pro quibus μέμακε etiam dicitur et μεμακὼς, facta systole vocalis longæ.

Μέμηλε, præt. med. verbi impers. μέλει, habens ectasin vocalis brevis pro μέμελε. Quidam tamen ex μεμέληκε per syncopen factum volunt. Unde in subjunct. modo μεμήλῃ. Est verò et particip. μεμηλὼς ex μέλω, signific. φροντίζων, ἐπιμελούμενος.

Μέμηνα, præt. med. verbi μαίνομαι.

Μεμίασμαι sive *Μεμίαμμαι*, præt. perf. pass. verbi act. μιαίνω.

Μέμιγμαι, præt. perf. pass. verbi act. μίγνυμι ex inus. Them. μίγω. unde et infin. μεμίχθαι. in paulo post f. μεμίξομαι.

Μεμνέῳτο, factum aiunt Grammatici veteres vel ex μεμνέοιτο, κατ' ἔκτασιν τοῦ ο, vel à μεμνῷτο, ἐπενθέσει τοῦ ε, ut θέωμεν Iones dicunt pro θῶμεν, resoluta vocali circumflexa. à quo posteriore est apud Soph. Ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα. Quidam anadiplasiasmo Ionico usurpatum aiunt pro μνῷτο, quod est tertia pers. singul. præsentis opt. contracta ex μνάοιτο, habereque itidem dialysin Ionicam diphthongi circumflexæ.

Μέμνῃ pro μέμνησαι usurpatum reperitur per contractionem hujusmodi. Iones primum μέμνεαι dicunt pro μέμνησαι: ex quo per systolen fit μέμνεαι, vocali longa conversa in brevem: inde postea per contractionem μέμνῃ, Attico more ε et α in η coalescentibus, et ι quod remansit, subscripto.

Μέμηκα pro μεμένηκα dici per syncopen tradunt nonnulli ex recentioribus, tuncque est præt. perf. act. verbi μένω.

Μέμνημαι, præt. perf. pass. verbi μνάομαι, usurpatum tamen pro præsenti, ut ἧμαι. hinc perf. imperat. μέμνησο.

Μεμνήμην, μεμνῇο, μεμνῇτο, præt. perf. pass. opt. modi, ab eodem Them. vel etiam à μιμνήσκομαι. Aristoph. Pluto, Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῇτό μου. mei meminerit. προπερισπᾶσθαι autem hoc μεμνῇτο Suidas annotat ex Homerica Herodiani prosodia.

Μεμοίραται, præt. perf. pass. verbi μειράομαι: unde et particip. μεμοιραμένος.

Μέμονα, μέμονας, μέμονε: præt. med. verbi μένω.

Μέμορα, præt. med. verbi μείρω, ut σπείρω facit ἔσπορα.

Μέμορται, per syncopen pro μεμόρηται, hoc autem pro μεμοίραται. Sic μεμορμένον pro μεμορημένον. Apud Suid. et Varin.

Μέμυκε, præt. med. verbi μυκάω, ut μέμηκε à μηκάω est. Est etiam præt. perf. act. verbi μύω, unde particip. μεμυκώς.

Μέμφεαι, Ionica diphthongi dissolutione pro μέμφῃ, à Them. μέμφομαι.

Μεμὼς pro μεμαὼς, absorpto α, ut ἑστὼς ex ἑσταώς.

Μενέηνα, a. 1. act. verbi μενεαίνω, Ionicam habens augmenti detractionem pro ἐμενέηνα. Sic μενέαινε pro ἐμενέαινε.

Μενέω, Ionica vocalis circumflexæ dialysi pro μενῶ: fut. 1. vel 2. act. verbi μένω.

Μεταδοῦναι, a. 2. infin. act. à μεταδίδωμι.

Μεταισέσθαι, Poët. pro μετείσεσθαι. quod est fut. 1. med. infin. modi, vel à μέτειμι ex μετείω, vel à μετείδω. unde ab Hesych. exponitur non solum μετελθεῖν sed etiam μεταγνῶναι. quanquam sine diphthongo μεταΐσεσθαι apud eum scriptum sit.

Μετάλμενος, per syncopen pro μεθαλλόμενος, mutata simul aspirata in tenuem, ut in ἐφάλμενος.

Μεταστῆσαι, a. 1. infin. à μεθίστημι.

Μετασχεῖν, a. 2. inf. à μετέχω. f. μεθέξω, a. 2. μετέσχον.

Μήδεο, Ionica diphthongi resolutione pro μήδου. præs. imper. à Them. μήδομαι.

Μήσατο, Ion. augmenti sublatione pro ἐμήσατο, a. 1. med. ex Th. μήδομαι vel μήδω.

Μνῆστο, Ion. itidem augmenti detractione pro μέμνηστο seu ἐμέμνηστο: plusquamperf. pass. ab eodem Them.

Μηχανάαται, tertia pers. præs. ind. m. pro μηχανᾶται. à μηχανάω.

Μιανῶ, fut. 1. vel 2. act. verbi μιαίνω.

Μιγεὶς, particip. a. 2. pass. ex act. Them. μίγνυμι faciente f. 2. act. μιγῶ ex inus. Them. μίγω, unde aor. 2. ἔμιγον, et voce pass. ἐμίγην.

Μιγέωσι, Ion. vocalis circumflexæ resolutione pro μιγῶσι, aor. 2. pass. subjunct. ab eodem Them.

Μιγήμεναι, Doricè pro μιγῆναι: infin. ejusdem aor. 2. pass. ab eodem Them.

Μιγήσομαι, fut. 2. pass. ex eodem aoristo.

Μίξω, fut. 1. act. ejusdem Them. μίγνυμι, ex inus. Them. μίγω.

Μίσγεαι, Ionica diphthongi resolutione pro μίσγῃ, secunda pers. singul. verbi μίσγομαι.

Μισηθεὶς, particip. a. 1. pass. à Them. act. μισέω.

Μιχθεὶς, particip. a. 1. pass. à Them. act. μίγνυμι faciente fut. 1. μίξω. ab inus. μίγω, unde præt. perf. pass. μέμιγμαι.

Μνάα, Poët. pleonasmo τοῦ α pro μνᾷ. hoc autem μνᾷ, est vel secundæ pers. Them. μνάομαι, per contractionem ex μνάῃ, vel tertiæ singul. ex Them. act. μνάω, per contractionem ex μνάει.

Μναμονεύθημεν, Dor. pro ἐμνημονεύθημεν, sublato simul augmento. a. 1. pass. à Them. act. μναμονεύω pro μνημονεύω.

Μνησαίατο, Ion. pro μνήσαιντο, a. 1. med. optat. modi, à Them. μιμνήσκομαι pro μνάομαι.

Μνησάσκετο, Ion. pro ἐμνήσατο. abjecto primùm augmento, deinde inserta syllaba σκε. a. 1. med. ind. modi ab eodem Them.

Μνησθεὶς, partic. a. 1. pass. ab eodem Them. Facit enim ἐμνήσθην. unde et fut. 1. pass. μνησθήσομαι. Ab eodem est imper. μνήσθητι, optat. μνησθείην. subjunct. μνησθῶ, infin. μνησθῆναι.

Μνήσομαι, fut. 1. med. ejusdem Th. μιμνήσκομαι seu μνάομαι. ex quo et aor. 1. infin. modi μνήσασθαι.

Μνάεο, Ionica diphthongi dissolutione pro μνάου. præsens imper. modi à Poët. Them. μνάομαι.

Μνώοντο, Poët. pleonasmo τοῦ ο pro μνῶντο. præt. imperf. verbi μνάομαι, augmento carens. Nisi ex Them. μνώομαι esse malis.

Μολὼν, particip. a. 2. act. à Them. μολέω.

Μόρξαι, a. 1. act. infin. verbi μόργνυμι ex inus. Them. μόργω.

Μοχθίζοντι, Dor. pro μοχθίζουσι. à Them. μοχθίζω.

Μυδόωσαν, Poët. pleonasmo pro μυδῶσαν: particip. fœm. gen. à Them. μυδάω.

Μύθεαι, apud Suidam legitur expositum λέγεις, Ionicam autem habet diphthongi resolutionem pro μύθῃ, ex Them. μύθομαι. pro quo solet usurpari frequentius μυθέομαι.

Μυθήσατο, Ion. omisso augmento dicitur pro ἐμυθήσατο, estque a. 1. med. verbi Poët. μυθέομαι. hinc μυθησαίμην, a. 1. opt. m.

Μύκε, Ion. augmenti detractione pro ἔμυκε: a. 2. act. verbi μυκάω. Sic in a. 1. med. ab eodem dicitur μυκήσατο pro ἐμυκήσατο. Et rursum in tertia pers. plur. aor. illius secundi activi, μύκον pro ἔμυκον. ut apud Homer. Iliad. Ϡ. Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ.

Μυλιόωντες, præs. part. pro μυλιῶντες, à μυλιάω, ῶ. dentibus frendeo.

Μύσαν, itidem pro ἔμυσαν: aor. 1. act. verbi μύω, pro quo alicubi et μύσσαν reperitur σ geminato metri causa.

Μωρανθεὶς, partic. a. 1. pass. ἐμωράνθην. ex act. Th. μωραίνω.

N.

Ναιετάασκε, Ionicè pro ναιέτας seu ἐναιέτας, abjecto primum augmento, deinde annexo illo σκε, præt. imperf. Poët. verbi ναιετάω.

Ναιετάωσι, Poët. pleonasmo τοῦ α, vel Ionica vocalis circumflexæ resolutione, pro ναιετῶσι, ab eodem Them.

Νάσσατο, Poët. et Ion. itidem augmento detracto pro ἐνάσσατο, a. 1. med. verbi νάω, unde et infin. νάσασθαι.

Νάσθην, itidem pro ἐνάσθην, a. 1. pass. ind. ab eodem Them.

Νάσσα, itidem pro ἔνασσα, a. 1. act. ejusdem Them. habens præterea geminatum metri causa σ, pro ἔνασα.

Ναυαγήσασι, naufragis, dat. pl. part. a. 1. act à ναυαγέω. f. ήσω.

Νέαται, Ion. detracto augmento dicitur pro νενέαται, quod vide infra. Alioqui νέαται est etiam nomen fœm. gen. à masc. νέατος.

Νέεαι, Ionica paragoge pro νέῃ secunda pers. præs. subjunct. pass. à Them. νέομαι.

Νεικείεσκεν, Ion. pro ἐνείκειε, abjecto primum augmento, deinde annexo σκε, præt. imperf. act. verbi Poëtici νεικείω.

Νεικείῃσι, Ionica paragoge pro νεικείῃ. præsens subjunct. act. ab eodem νεικείω Poët. metri causa usurpato pro νεικέω inserto ι.

Νείκησεν et Νείκεσσεν, Ionicam augmenti detractionem habent pro ἐνείκησεν et ἐνείκεσεν. Ambo a. 1. act. à Them. νεικέω, faciente fut. 1. act. et νεικήσω et νεικέσω. Sed et νείκεσσε metri causa geminato σ dicitur pro ἐνείκεσε.

Νεῖμεν, itidem pro ἔνειμεν, aor. 1. act. verbi νέμω, unde et particip. νείμας. Itidem media voce νείματο pro ἐνείματο, ab eod. Them. et in eod. tempore.

Νείσσεαι, Ionica diphthongi dissolutione pro νείσσῃ. secunda pers. sing. præs. temp. à Them. νείσσομαι. Sic in imper. νείσσεο dicitur pro νείσσου.

Νεῖται, per contractionem ex νέεται. à Them. νέομαι.

Νεμεσσᾷ, Poët. pro νεμεσᾷ, tertia pers. præsent. ind. à νεμεσάω, ῶ, irascor.

Νεμηθεὶς, particip. a. 1. pass. ἐνεμήθην, ab act. Them. νέμω faciente præt. perf. act. νενέμηκα, pass. νενέμημαι.

Νεμήσασθαι, a. 1. med. infin. modi, ex νεμῶ, fut. act. verbi νέμω transeunte in præsens.

Νένασται, præt. perf. pass. verbi act. νάω, signific. inter alia σωρεύω, ut tradunt Grammatici quidam.

Νενέαται, Ion. pro νένηνται: tertia pers. plur. præt. perf. pass. νένημαι, ex act. Them. νέω faciente fut. 1. act. νήσω. Ionica præterea ἀφαιρέσει ἀναδιπλασιασμοῦ, qui augmenti locum tenet, νέαται dicitur.

Νενέμηκα, præt. perf. act. verbi νέμω, ex fut. circumflexo νεμῶ, faciente ex se aliud fut. νεμήσω, unde a. 1. med. infin. νεμήσασθαι.

Νένημαι, præt. perf. pass. verbi act. νέω. νένησμαι autem, verbi act. νήθω.

Νένοφα, præt. perf. med. verbi act. νέφω, apud Eustath.

Νενόμεθα, quod Hesych. et Suid. afferunt pro διανενοήμεθα, habet contractionem seu synæresin Ionicam pro νενοήμεθα. Itidemque νένωται, quod idem Hesych. exp. ἐν νῷ ἔχει, factum est Ionicè ex νενόηται. Ambo præt. perf. pass. à Them. act. νοέω faciente futur. 1. act. νοήσω.

Νεῦμαι, Doricè vel Ionicè pro νέομαι.

Νεῦσεν, Ion. et Poët. pro ἔνευσε, sublato augmento aor. 1. act. verbi νεύω significantis, nuo. At νευσόμεθα significans Hesych. νηξόμεθα, est fut. 1. med. vocis, à Them. νέω significante, nato. unde et particip. νευσούμενοι apud Suid. ex Xenoph.

Νῆσαν, Poët. et Ionicè detracto augmento pro ἔνησαν. a. 1. act. verbi νηέω, unde et infin. νῆσαι, et particip. νήσας: nec non a. 1. med. imperat. modi νησάσθω. Factum est autem hoc νηέω, ex νέω, pleonasmo τοῦ η.

Νῆσαι, a. 1. act. infin. modi à Them. νέω. At νήσατο, significans ἔκλωσαν seu ἐπέκλωσαν, est a. 1. med. ind. modi, à Them. act. νήθω, habens Ion. seu Poët. augmenti detractionem pro ἐνήσατο.

Νῆχον pro ἔνηχον, imperf. à νήχω, nato.

Νικῷεν, Att. contractione ex νικάοιεν, tertia pers. plur. præs. opt. act. à Them. νικάω

Νοεῖς, partic. præsens ex Æol. Th. νόημι facto ex νοέω.

Νοεῦντας, Dor. seu Æol. pro νοοῦντας, part. præs. verbi νοέω. At νοεύσας, quod Hesych. affert pro νοήσας, est particip. aor. 1. act. à Them. νοεύω. Nisi potius pro νοήσας, scribendum est νοεύσας, ut νοεύσας itidem Doricum seu Æolicum sit pro νοούσας.

Νόησε, Poëticè seu Ionicè dempto augmento, pro ἐνόησε. aor. 1. act. verbi νοέω.

Νομευσῶ, Dor. pro νομεύσω, fut. act. verbi νομεύω.

Νομιῶ, Att. fut. 1. act. verbi νομίζω pro νομίσω. Itidemque νομιοῦμαι voce media pro νομίσομαι.

Νυγεὶς, particip. aor. 2. pass. à Them. act. νύσσω faciente fut. 2. act. νυγῶ, aor. 2. ἔνυγον, et pass. voce ἐνύγην.

Νύξεν, aor. 1. ind. ab eodem νύσσω faciente fut. 1. act. νύξω. caret autem augmento, more Ionico seu Poëtico, pro ἔνυξε. unde et infin. νύξαι, et particip. νύξας.

Νώθητι, Ionica synæresi pro νοήθητι: a. 1. pass. imperat. modi à Them. νοέω. Hesych. exp. ἐνθυμήθητι, γνῶθι.

Νωμήσας, aor. 1. part. à νωμάω, agito.

Νῶσαι, itidem pro νοῆσαι dicunt Iones. quod est aor. 1. act. infin. modi, ab eodem Them. Similiter media voce νώσατο pro ἐνοήσατο, abjecto simul augmento: et νώσασθαι pro νοήσασθαι, nec non νωσάμενος pro νοησάμενος. Sed et νώσω pro νοήσω dicitur in fut. 1. act.

Ξ.

Ξανῶ, fut. 1. vel 2. act. verbi ξαίνω.

Ξενισθῶμεν, hospitaremur, a. 1. sub. pass. à ξενίζω. f. σω. p. ἐξένικα. Th. ξένος, hospes.

Ξεσθεὶς, partic. aor. 1. pass. à Them. ξέω faciente fut. 1. ξέσω, retento ε.

Ξυνδεδέατο, Ion. pro ξυνδέδεντο: tertia pers. plur. præt. plusquamperf. pass. à Them. act. ξυνδέω.

Ξυνέηκα, Ionica vocalis circumflexæ dissolutione pro ξυνῆκα. a. 1. act. verbi ξυνίημι faciente fut. 1. ξυνήσω, ex ξυνέω. irregularis autem est pro ξυνῆσα, ut ἔθηκα pro ἔθησα.

Ξύνες, aor. 2. act. imper. modi, ab eod. Them. Communiter σύνες dicitur per σ.

Ξύνετο, a. 2. med. indic. modi, ab eodem Them.

Ξυνίασι, tertia pers. plur. præs. indic. à Them. ξύνιημι seu σύνιημι, unde et infin. ξυνιέναι. Ab eodem imperf. est ξύνισαν.

Ξυνίουν pro ξυνίεσαν: præt. imperf. ξυνιόντων, a. 2. part. act. verbi ξυνίημι ex ξυνιέω vel ξύνιμι.

Ξυννενοφυῖαν, partic. fœm. præt. perf. med. à Them. ξυννέφω. facit enim id ξυννένοφα, Att. mutatione ε in ο.

Ξυνοίσεις, fut. 1. act. verbi ξυμφέρω, ex inus. Them. ξυνοίω.

Ξυσθεὶς, particip. a. 1. pass. ἐξύσθην, ex Them. act. ξύω.

O.

Ὀδύρεο, Ionica diphthongi dissolutione pro ὀδύρου, imperat. præs. verbi ὀδύρομαι.

Ὀδύσσατο, a. 1. m. ab ὀδύζομαι, irascor.

Ὄδωδα, præt. med. verbi ὄζω, Atticam duarum initialium præsentis literarum reduplicationem habens pro ὦδα, ex futur. 2. ὀδῶ. Unde infin. ὀδωδέναι, et partic. ὀδωδώς.

Ὀδώδη, in plusquamperfect. medio ejusdem Them. pro ὀδώδει, dicitur verso ε in η et subscripto ι. Ὀδώδη autem, sine ι subscripto, foret primæ personæ, contractum ex ὀδώδεα, quod Ionica resolutione diphthongi factum est ex ὀδώδειν, ut πεποιήκεα ex πεποιήκειν.

Ὀδώδυσται, itidem Attica reduplicatione duarum initialium præsentis literarum pro ὤδυσται dictum est. præt. perf. pass. verbi ὀδύσσω.

Οἰγήσομαι, f. 2. pass. indic. modi, ex act. Them. οἴγω. facit enim id aor. 2. pass. ᾤγην.

Οἶδα, præt. med. verbi εἴδω, habens Atticam τροπὴν τοῦ ει εἰς οι, ut in πέποιθα. Alioqui et εἶδα dicitur, nulla facta mutatione. quin et ἴδα, sublato ε ex diphthongo. Sic et οἶδ' pro οἶδε. p. m.

Οἴεαι, Ionica diphthongi resolutione pro οἴῃ. secunda pers. sing. præsentis Them. οἴομαι.

Οἴει, Atticè pro eodem οἴῃ dicitur verso η in ει: quod in aliis quoque passivis fieri usu docemur.

Οἰηθῆναι, a. 1. pass. inf. modi, et οἰηθεὶς, a. 1. part. pass. ab eod. Th. οἴομαι faciente fut. 1. med. οἰήσομαι. ex inus. verbo οἰέομαι.

Οἶκα, præt. med. verbi εἴκω. ut οἶδα est ex εἴδω, verso ε in ο, sed frequentius pro eo usurpatur ἔοικα, habens Atticè repetitam initialem literam præsentis.

Οἴκεντι, Æol. pro οἰκεῖσι dici, ut τίθεντι pro τιθεῖσι, tradunt nonnulli ex recentioribus Grammaticis. est autem id tertia pers. plur. præsentis οἴκημι facti ex οἰκέω.

Οἰκέοιτο, Ionica diphthongi circumflexæ resolutione pro οἰκοῖτο: præsens opt. pass. ex act. Them. οἰκέω.

Οἰκῆσαι, infin. aor. 1. act. ex Them. οἰκέω: οἰκίσαι autem, ex Them. οἰκίζω. quorum illud, neutralem habet significationem: hoc verò activam.

Οἰκτιῶ, Att. fut. 1. act. verbi οἰκτίζω pro οἰκτίσω.

Οἶμαι, Thema per synæresin ex οἴομαι factum.

Οἴσατο, quidam dicunt esse a. 1. med. verbi οἴομαι, sed perperam. scribendum enim divisim, ὀΐσατο, à Them. ὀΐομαι.

Οἶσε, imper. ex οἴσω, fut. verbi φέρω mutuatitio ex οἴω, sicut δύσεο et βήσεο sunt ex futuris δύσομαι et βήσομαι, transsumptis more Poët. in præsentia. unde οἴσετε secunda pers. plur.

Οἰσῇ, Dor. pro οἴσῃ. fut. 1. med. verbi φέρω, mutuatitium ab οἴω. Itidem verò in tertia pers. οἰσεῖται dicitur pro οἴσεται, et οἰσοῦμαι in prima pro οἴσομαι.

Οἶσθα, per syncopen pro οἴδασθα, quod οἶδασθα, Æol. paragoge dicitur pro οἶδας. præt. perf. med. verbi εἴδω.

Οἰσθεὶς, partic. a. 1. pass. ὠΐσθην, ex Poët. Them. ὀΐομαι.

Οἴσομαι, fut. 1. med. verbi φέρω ex Them. οἴω. pro quo Dores οἰσοῦμαι dicunt, ut jam admonui.

Ὀΐσσατο, a. 1. med. verbi ὀΐομαι, augmento carens, et metri gratia geminatum σ habens. unde partic. ὀϊσσάμενος.

Οἰστέον, adverbium positivum verbi φέρω ex οἴω.

Οἴσω, fut. 1. act. ejusdem verbi ex eodem οἴω, pro quo Dor. οἰσῶ dicitur circumflexa ultima.

Οἰχήσομαι, fut. 1. med. verbi οἴχομαι, ex οἰχέομαι.

Οἰχθεὶς, particip. a. 1. pass. ᾤχθην. ex act. Them. οἴγω.

Οἴχνεσκον, Ion. pro ᾤχνεον, abjecto augmento et inserto σκ, præt. imperf. act. verbi οἰχνέω.

Οἰχοίατο, Ion. pro οἴχοιντο. præs. opt. pass. à Them. οἴχομαι.

Οἴχωκα, Ion. seu Att. (ut volunt nonnulli) pro ᾤχηκα, dempto augmento et verso η in ω. præt. perf. act. verbi οἴχω ex οἰχέω.

Ὀκείλαντες, particip. ex ὤκειλα, a. 1. act. verbi ὀκέλλω.

Ὀλέεσκον, Ion. pro ὤλεον. abjecto primum augmento, deinde inserta syllaba εσκ, præt. imperf. act. verbi ὀλέω.

Ὀλέκοντο, imperf. pass. Ion. ab ὀλέκομαι pro ὄλλυμαι.

Ὀλέσθαι, a. 2. med. infin. modi, ab eod. Them.

Ὀλέσσῃ, a. 1. act. subjunct. modi, ab eodem, habens σ metri causa geminatum pro ὀλέσῃ. unde et infin. ὀλέσαι, et partic. ὀλέσας.

Ὄληαι, aor. 2. med. subjunct. modi, Ionicè pro ὄλῃ, ex eodem Them.

Ὄλισθε, aor. 2. act. indic. modi, à Them. ὀλισθέω, carens augmento. unde infin. ὀλισθεῖν.

Ὄλλῃαι, Ion. pro ὄλλῃ, secunda pers. singul. præs. subjunct. ὄλλωμαι, à Them. ὄλλω. Sic in a. 2. med. ὄληαι dicitur pro ὄλῃ.

Ὀλοίατο, Ion. itidem pro ὄλοιντο: aor. 2. med. opt. ab eodem Th. ὄλλω vel ὀλέω.

Ὄλοντο, Poëticè et Ionicè dempto augmento pro ὤλοντο, aor. 2. med. indic. modi, ab eodem ὀλέω seu ὄλλω faciente futurum 2. ὀλῶ, aor. 2. ὤλον.

Ὀλοῦμαι, fut. 2. med. ejusdem Them. ex act. ὀλῶ.

Ὄλωλα, præt. perf. med. ejusdem, habens Atticam duarum initialium præsentis literarum reduplicationem pro ὦλα, ex f. 2. ὀλῶ. Unde prima pers. plur. ὀλώλαμεν, et subjunct. ὀλώλῃ. Similiter ὀλώλεκα, in præt. perf. act. dicitur pro ὤλεκα ex Them. ὀλέω. faciente fut. 1. ὀλέσω.

Ὀμεῖται, f. 2. m. ab ὄμνυμι, juro. f. ὀμόσω, p. ὤμοκα.

Ὁμηρεῦσαι pro ὁμηρεούσαι, præs. part. f. g. ab ὁμηρέω, in unum convenio.

Ὄμνυ pro ὄμνυθι, præs. imper. act. à Them. ὄμνυμι.

Ὀμόρξω, tergam, fut. 1. act. verbi ὀμόργνυμι ex ὀμόργω.

Ὀμόσω, fut. 1. act. verbi ὄμνυμι ex ὀμόω, retento ο. hinc ὀμόσσῃ, aor. 1. sub.

Ὀμοῦμαι, fut. 2. med. ejusdem verbi ex eodem ὀμόω.

Ὁμωθῆναι, quidam dici scribunt pro ὁμοιωθῆναι. Hesych. tamen exp. εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, Eustath. ἑνωθῆναι, innuentes ex ὁμοῦ fieri verbum ὁμόω. eorumque opinio verisimilior est. quorsum enim illa syncope diphthongi οι;

Ὀμώμοκα, præt. perf. act. verbi ὄμνυμι ex ὀμόω, habens Atticam duarum initialium præsentis literarum reduplicationem pro ὤμοκα, ut ὀλώλεκα.

Ὀναίμην, per syncopen pro ὀνησαίμην: a. 1. med. optat. modi, à Th. ὄναμαι, ex quo et præs. infin. ὄνασθαι, et part. ὀνάμενος. Quanquam sunt qui et hæc duo per syncopen dicta velint pro ὀνήσασθαι et ὀνησάμενος: sed ii non habentes assentientem Eustath. qui ὄναμαι et cætera pro ὄνημαι dici annotat, ex Th. ὄνημι, facto ex ὀνέω.

Ὀνασεῖ, Dor. seu Æol. pro ὀνήσει, translato accentu in ultimam, et verso simul η in α.

Ὄνασθαι, præsens infin. à Them. ὄναμαι. unde apud Homer. compos. verbo ἥβης οὐκ ἀπόνασθαι.

Ὀνειδιῶ, Att. fut. 1. act. verbi ὀνειδίζω pro ὀνειδίσω.

Ὀνηθῆναι, a. 1. pass. infin. à verbo ὄνημι seu ὀνέω. ex quo et aor. 1. med. ὀνήσασθαι.

Ὀνήμενος, particip. pass. verbi ὄνημαι, ex ὄνημι. pro quo alioqui ὀνάμενος quoque dicitur ex ὄναμαι.

Ὀνήσεαι, Ionica diphthongi dissolutione pro ὀνήσῃ. fut. 1. med. verbi ὄνημαι seu ὄναμαι ex ὀνέομαι, unde et infinitivus ὀνήσασθαι.

Ὄνησο, præs. imper. pass. ex Th. ὄνημαι, ut τίθεσο ex τίθεμαι.

Ὄνοιτο autem est præs. opt. pass. à Them. ὄνομαι: vel etiam a. 2. med. ex ὀνόομαι, ex quo et imp. ὄνοσαι, in aor. 1. med. et opt. ὀνόσαιτο in eodem temp.

Ὄπασε, Poët. et Ion. dempto augmento pro ὤπασε. a. 1. act. ind. modi à Them. ὀπάζω, unde et aor. 1. med.

ὀπάσσατο, habens præter augmenti detractionem etiam geminatum metri causa σ.

Ὄπωπα, præt. perf. med. verbi ὄπτομαι, habens Attico more reduplicatas duas initiales literas præs. pro ὦπα, unde particip. ὀπωπώς.

Ὀπωριεῖ, Atticè pro ὀπωρίσει, fut. 1. act. verbi ὀπωρίζω. Itidemque media voce ὀπωριοῦμαι pro ὀπωρίσομαι. Sed et ὀπωριεῦντες Dorico seu Æolico more dicitur pro ὀπωριοῦντες, quod Atticum est pro ὀπωρίσοντες.

Ὀργισθῇς, aor. 1. sub. pass. ab ὀργίζομαι, irascor. fut. ἴσομαι. præt. ὤργισμαι.

Ὀρεῖται, tertia pers. sing. fut. 2. med. ὀροῦμαι, ex act. Th. ὄρω.

Ὀρέξαι, infin. ab ὤρεξα, aor. 1. act. verbi ὀρέγω.

Ὀρέοντο, Poët. detractione augmenti et pleonasmo τοῦ ε dicitur pro ὤροντο, in præt. imperf. vel aor. 2. med. verbi act. ὄρω.

Ὀρέω, Ionicum Thema pro ὁράω. unde ὁρέει pro ὁρᾷ. et particip. ὁρέοντι pro ὁρῶντι.

Ὄρηαι, apud Homer. legitur pro ὁρᾷς, vides: Odyss. ξ'. τὰ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄρηαι. Ubi Eustath. annotat, quosdam paroxytonῶς legere ὄρηαι, à Them. ὄρημι quo Theocr. usus est: quosdam properispωmenῶς, ut sit ex ὁρᾶται, exempto primum τ, deinde α verso in η. Possimus etiam dicere Ionicum esse pro ὄρησαι, exempto σ, ex pass. ὄρημαι, cujus Hesych. meminit, exponens ipsum per act. ὁρῶ. At verò ὄρηαι, Ionicum itidem est pro ὄρῃ. secunda pers. sing. a. 2. med. subjunct. ὄρωμαι, ex Them. act. ὄρω.

Ὁρῆς, Dorica contractione τοῦ αει εἰς ῆ pro ὁρᾷς, ut πεινῆς pro πεινᾷς. ab eodem Them. ὁράω. Itidem verò ὁρῆτε pro ὁρᾶτε dicunt iidem.

Ὄρθαι, apud Suid. legitur expositum διεγερθῆναι. quod, si mendo caret, habet systolen Ionicam τοῦ ω pro ὦρθαι. quod est præt. perf. pass. infin. ex indic. ὦρμαι. ambo à Them. act. ὄρω.

Ὀρθιῦν, Doricè seu Æolicè pro ὀρθοῦν, à Them. ὀρθόω. Apud Hesychium.

Ὀρθριῶ, Atticè pro ὀρθρίσω. fut. 1. act. verbi ὀρθρίζω.

Ὁριῶ, itidem Atticè pro ὁρίσω. fut. 1. act. verbi ὁρίζω.

Ὅρμοσται, Grammatici quidam recentiores dictum aiunt pro ἅρμοσται, facta literarum metathesi. est autem ἅρμοσται præt. perf. pass. verbi act. ἁρμόζω, augmento carens pro ἥρμοσται.

Ὀρογυῖα, Ion. systole pro ὀρωγυῖα. hoc autem ὀρωγυῖα particip. est fœm. generis: ex ὤρογα præt. perf. med. verbi ὀρέγω, habente Atticam τροπὴν τοῦ ε εἰς ο, veluti λέλογα, et similia.

Ὄρουσαν pro ὤρουσαν, a. 1. ind. ab ὀρούω, irruo.

Ὁρόωτε, Ionico pleonasmo τοῦ ο, vel etiam Ionica diphthongi circumflexæ resolutione, pro ὁρῷτε. quod est contractum ex ὁράοιτε, secunda pers. plur. præs. opt. act. à Them. ὁράω.

Ὁρόωντες, itidem pro ὁρῶντες, ab eodem Them.

Ὄρσαι, Æolicè pro ὄραι: aor. 1. act. infin. modi à Them. ὄρω. faciunt enim Æoles fut. 2. act. non ὀρῶ, sed ὄρσω, more quodam peculiari.

Ὄρσεο, Ionica diphthongi dissolutione pro ὄρσου, quod est præs. imper. pass. à Them. ὄρσομαι. hoc autem ὄρσομαι est μέλλων εἰς ἐνεστῶτα μετηγμένος. solent enim quidam μέλλοντες εἰς ἐνεστῶτας ἀνατρέχειν, ut δύσομαι, ἕσομαι, et hujusmodi.

Ὁρῴην, Atticè pro ὁρῷμι: præs. opt. act. à Them. ὁράω.

Ὄρωρα, præt. med. Att. verbi ὄρω, habens nimirum Attico more reduplicatas duas initiales præs. literas pro ὦρα. Unde præt. plusquamperf. ὀρώρει, et in subjunct. ὀρώρῃ.

Ὀρωρέχατο, Ion. pro ὀρωρεγμένοι ἦσαν. tertia pers. plur. præt. plusquamperf. pass. à Them. ὀρέγω: facta ex tertia sing. ὀρώρεκτο, inserto α ante το, et præcedenti tenui versa in aspiratam. habent vero et hæc Atticam reduplicationem duarum præsentis initialium literarum præter augmentum.

Ὀρώρηκα, itidem Attica reduplicatione duarum initialium præsentis literarum pro ὤρηκα. præt. perf. act. verbi ὀρῶ, facientis fut. 1. act. ὀρήσω. Unde præt. pass. ὀρώρηται, quod apud Homer. legimus, Iliad. ν'. ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο. Hoc autem ὀρέω Thema est ex futuro verbi ὄρω. scimus enim nonnullos μέλλοντας εἰς ἐνεστῶτας μετάγεσθαι à Poëtis. Nisi potius hoc ὀρώρηται est præsens subjunctivi pass. ex Them. ὀρώρω, quod factum sit ex præt. medio ὄρωρα. unde in pass. ὀρώρεται. apud eundem Homer. Odyss. τ'. ἐπεί μοι ὀρώρεται ἔνδοθι θυμὸς κήδεσιν. Similiter verò ex aliis quoque præteritis perf. faciunt iidem Poëtæ præsentia.

Ὄρορον quoque dici aiunt pro ὦρον, anadiplasiasmo Ionico, ut λέλαθον pro ἔλαθον. est autem ὦρον præt. imperf. vel aor. 2. act. verbi ὄρω.

Ὀρώρυχα, præt. perf. act. verbi ὀρύσσω seu ὀρύττω, habens et ipsum præter augmentum Atticam reduplicationem duarum initialium præsentis literarum.

Ὄσσετο, Ionica seu Poëtica augmenti detractione pro ὤσσετο. præt. imperf. pass. verbi ὄσσομαι, quod Poëtas Æolicè pro ὄπτομαι usurpare tradunt quidam Grammatici.

Ὄσφρομαι, per syncopen aiunt dictum pro ὀσφραίνομαι. Videtur tamen hoc potius ex illo derivatum, atque illud antiquius. elegantius certè esse illud quàm hoc tradunt nonnulli, afferentes ejus usus exemplum ex Libanio. Leguntur verò et apud alios infin. ὀσφρέσθαι et particip. ὀσφρόμενος.

Οὗ, pro ἕσο, exempto Ionicè σ, et facta deinde contractione: est interdum secunda pers. aor. 2. medii ἕμην, in indicativo modo: interdum secunda pers. ejusdem aor. in imper. unde compos. κάθου, περίθου, et similia. Ex act. Them. ἵημι. Alioqui est et genitivus singul. artic. postpositivi ὅς, nec non pronomen est, itidem genitivi casus.

Οὐλομένην, Poët. pro ὀλομένην, metri gratia, est a. 2. part. ab ὄλλυμι. f. ὀλέσω. p. m. ὄλα.

Οὖτα, apud Homer. pro οὔτασε vel οὔταζε, per apocopen. unde et α in eo corripitur. à Them. οὐτάω vel οὐτάζω.

Οὐτάμεναι, Dor. vel Æol. et οὐτάμεν Ion. pro οὐτάναι, ut ἱστάμεναι pro ἱστάναι, hoc autem οὐτάναι est ex Them. οὔτημι, ut ἱστάναι ex ἵστημι. Ex pass. autem οὔταμαι est particip. οὐτάμενος, ut ἱστάμενος. Nisi potius id οὐτάμενος censendum est per syncopen factum ex οὐτασμένος, ut ἐληλαμένος ex ἐληλασμένος, exempto σ et accentu ex penultima translato in antepenultimam. Exponitur certe per præt. perf. τετρωμένος et βεβλημένος.

Ὄφελον, ὄφελες, ὄφελε, Poët. pro ὤφειλον, ὤφειλες, ὤφειλε, abjecto augmento et correpta penultima. præt. imperf. verbi ὀφείλω, habens plerunque usum adverbii.

Ὀφθεὶς, visus, a. 1. part. pass. ab ὄπτομαι, video.

Ὀφλήσω, fut. 1. act. verbi ὀφλάνω seu ὀφλίσκω aut ὀφλισκάνω, ex ὀφλέω. unde aor. 2. act. ὦφλον, infin. ὀφλεῖν, et part. ὀφλών.

Ὄχεσκον, Ion. pro ὤχεον, abjecto primum augmento, deinde inserto σκ. præt. imper. act. verbi act. ὀχέω. ex quo et fut. 1. med. ὀχήσομαι.

Ὀχλεῦνται, Dor. vel Æol. pro ὀχλοῦνται: præs. pass. a Them. act. ὀχλέω. Nec non ὀχλεῦντι pro ὀχλοῦσι dicunt iidem.

Ὄψει, Attic. pro ὄψῃ: secunda pers. singul. fut. 1. medii ὄψομαι à Them. ὄπτομαι.

Π.

Παγεὶς, part. aor. 2. pass. ἐπάγην, ex act. Them. πήγνυμι seu πήσσω faciente fut. 2. παγῶ, aor. 2. ἔπαγον. Ex eodem aor. 2. pass. ἐπάγην, est opt. παγείην, subjunct. παγῶ, et infin. παγῆναι, nec non futurum 2. pass. παγήσομαι.

Παθέειν, Ionica dipthongi circumflexæ resolutione pro παθεῖν: a. 2. act. infin. Th. πάσχω mutuante fut. 2. à παθέω, unde aor. 2. ind. modi ἔπαθον, ex quo opt. πάθοιμι, subjunct. πάθω, et part. παθών, παθόντος, p. m. πέπονθα.

Παίσατε, aor. 1. act. imper. à Them. παίζω, faciente non solùm παίξω, sed et παίσω: unde et subjunct. παίσωμεν, et infin. παῖσαι: et in pass. voce apud Herodot. πέπαισται, nec non comp. ἀναπέπαισται. Alioqui παῖσαι est et aor. 1. act. infinitivi modi à Them. παίω significante, cædo.

Παίσδῃ, Dor. pro παίζῃ, à Dorico Them. παίσδω pro παίζω.

Παιχθεὶς, part. aor. 1. pass. à Th. παίζω faciente fut. 1. act. παίξω, et præt. perf. pass. πέπαιγμαι.

Παλαξέμεν, Ion. seu Æol. pro παλάξειν, fut. 1. act. infin. modi, à Them. παλάσσω. Ab eodem est præt. imperf. pass. παλάσσετο, Ion. carens augmento pro ἐπαλάσσετο.

Πάλτο, Ion. pro πέπαλτο seu ἐπέπαλτο, abjecto augmento, præt. plusquamperf. pass. verbi act. πάλλω. Alii pro ἐπάλλετο positum aiunt, abjecto itidem augmento, et factâ præterea syncope.

Παμφαίνῃσι, Ion. paragoge τοῦ σι pro παμφαίνῃ: præsens subjunct. act. a Them. Poëtico παμφαίνω.

Παμφανόων, Poët. pleonasmo τοῦ ο, vel Ionica vocalis circumflexæ resolutione, pro παμφανῶν. itidemque παμφανόωσα pro παμφανῶσα: part. præs. act. à Themat. παμφανάω.

Παρακεκρόαται, legitur apud Hesychium, expositum τῶν φρενῶν ἠλαττῶντο, quod videtur esse præt. perf. pass. Ionicum pro παρακεκρουσμένοι εἰσί: faciunt enim ii tertias pers. plur. à tertiis singul. correptâ primùm penultimâ, ut et hîc ejecto υ et σ, deinde inserto α ante ται: vel etiam ex prima persona præter. med. addito ται: faceret autem παρακρούω in præter. med. παρακέκροα, exempto υ ex diphthongo, ut ἐλεύθω facit ἤλυθα. Sed pro ἠλαττῶντο, puto scribendum ἠλάττωνται. quod si ἠλαττῶντο esset, scribendum foret παρακεκρόατο, et tunc esset præt. plusquamperf.

Παρακεχειμακότι, dat. sing. part. præt. act. à παραχειμάζω.

Παρακείομεθα, apud eundem est præsens subjunctivi à Them. παράκειμαι.

Παραστήσεται, fut. 1. à παρίστημι, accido.

Παρασχεῖν, a. 2. infin. act. a παρέχω.

Παραχορδιεῖς, Atticè pro παραχορδίσεις: futur. 1. act. verbi παραχορδίζω.

Παρέβασκε, Ion. pro παρέβαε, inserto σκ: præt. imperf. act. verbi παραβάω, nisi à Them. παραβάσκω esse malis.

Παρέζεο, Ionica diphthongi dissolutione pro παρέζου: præs. imp. pass. à Them. παρέζομαι.

Παρέθη, aor. 1. pass. indic. modi à Them. act. παρίημι, faciente fut. 1. παρήσω, præt. perf. παρεῖκα, pass. παρεῖμαι, ex cujus tertia παρεῖται fit aor. ille παρέθη, exempto ι, ut ἐτέθη ex τέθειται. Inde particip. παρεθείς. Reperitur tamen et παρείθη retento ι, cujus meminit Hesych. Alioqui παρέθη est etiam aor. 2. act. indic. modi à Th. παρατίθημι.

Παρέθρισαν, per syncopen pro παρεθέρισαν: a. 1. act. ind. modi, à Them. παραθερίζω signific. παρακόπτω. Apud Apollon. Rhod.

Πάρει, secunda pers. singul. præt. imperf. à Them. πάρειμι signific. παραγίνομαι. Apud Soph. in Ajace, et apud Eurip. in Phœniss.

Παρείατο, Ion. pro παρεῖντο, præt. plusquamperf. pass. ex præt. παρεῖμαι, cujus paulò post mentio fiet. Alioqui apud Homer. παρείατο δακρυχέουσα significat παρῆν vel παρέζετο: quod sic format Etymol. Dicit ab ἴω esse εἶμι, medium ejus aor. 2. esse ἵμην, ἷσο, ἷτο, et εἶτο, epenthesi τοῦ ι: unde pleonasmo τοῦ α fieri εἴατο et παρείατο, ascita præpositione.

Παρείθην, aorist. 1. pass. verbi παρίημι, ut dixi in παρέθην.

Παρεῖκα, præt. perf. act. verbi παρίημι, ut jam dixi, unde apud Hesychium παρείκαμεν, expositum παρεπέμψαμεν. Alioqui est etiam præt. med. verbi παρείκω.

Παρεῖμαι, præt. perf. pass. ejusdem παρίημι, ut à παρατίθημι est παρατέθειμαι, ex præt. act. παρεῖκα. Unde part. παρειμένος, et plusquamperf. παρείμην, cujus secunda pers. παρεῖσο. Alioquin hoc παρείμην est etiam plusquamperf. seu perf. pass. opt. modi, nec non a. 2. medius ejusdem modi, sed tunc in secunda pers. facit παρεῖο.

Παρεὶς, particip. aor. 2. act. πάρην, ab eodem Them. παρίημι, ut παραθεὶς à παρατίθημι.

Παρείσθω, præt. perf. pass. imper. modi, tertiæ personæ, ex secunda πάρεισο.

Παρελεύσεαι, Ionica diphthongi resolutione pro παρελεύσῃ, futur. 1. med. verbi παρέρχομαι ex παρελεύθω. Hinc, præt. med. part. παρεληλυθώς.

Παρέλθωσι, a. 2. sub. act. à παρέρχομαι.

Παρέπτη, a. 2. act. verbi παρίπτημι, ut παρέστην.

Παρεστάμεν, Ion. pro παρεστάναι, præs. infin. à παρέστημι, pro παρίστημι.

Παρέτραπε, a. 2. act. à παρατρέπω. f. ψω.

Παρεχέμεν, Ion. pro παρέχειν, à Them. παρέχω.

Παρῇ, subjunct. præsens tertiæ personæ ex prima παρῶ, à Them. πάρειμι significante, adsum.

Παρήθη, apud Hesychium legitur, expositum ἰάθη; quod si mendo caret, est a. 1. pass. indic. modi, ab eodem Them. παρίημι faciente præt. perf. παρῆκα, et pass. παρῆμαι. Alioqui παρείθη dicitur pro eodem et παρέθη, ut jam docui.

Παρῆκα, aorist. 1. act. verbi παρίημι ex παρήσω, irregulariter, pro παρῆσα, ut ἔθηκα pro ἔθησα poni scimus et similia alia. Varin. παρήκασι affert etiam pro παρῆλθον: quod est præt. med. verbi παρήκω.

Παρήλθοσαν, Bœot. pro παρῆλθον: solent enim tertiis pluralibus imperfectorum et aoristorum ante ν inserere σα, dicentes itidem ἐτύψασαν pro ἔτυψαν, ut ἰσοσύλλαβοι sint personæ plur. numeri. Apud Varin. κύπριοι μῆνες παρήλθοσαν τρεῖς. Est autem hoc παρήλθοσαν sive παρῆλθεν a. 2. act. medii verbi παρέρχομαι ex παρελεύθω.

Παρῄνει, admonebat, imperf. act. à παραινέω.

Παρθέμενοι, Poët. seu Ion. syncope pro παραθέμενοι, metri causa. particip. a. 2. med. παρεθέμην, à Them. act. παρατίθημι. Similiter πάρθεσαν pro παρέθεσαν reperitur in a. 2. act. ab eodem Them.

Παρκατέλεκτο, eaudem syncopen habet pro παρακατελέλεκτο, truncato simul augmento: præt. plusquamperf. pass. verbi παρακαταλέγομαι.

Παρκλίνουσι, itidem pro παρακλίνουσι, à παρκλίνω pro παρακλίνω. Similiter παρκύπτω pro παρακύπτω.

Παρμέμβλωκε, habet et ipsum Æol. istam syncopen pro παραμέμβλωκε, quod autem ad μέμβλωκε attinet, factum illud ex μεμόληκε tradunt Grammatici, nimirum syncope τοῦ ο, ejusque loco propter euphoniam inserto β, et η verso in ω, sicut παρώχωκα pro παρῴχηκα dicitur. Tradunt hoc ipsum παρμέμβλωκε pro παραμεμόληκε etiam dici, ideoque exponi non solum προυθυμεῖτο, sed etiam παρῆλθεν, factumque hoc παρμέμβλωκε ex παραμεμόληκε tradunt, videlicet syncope ipsius præpositionis, deinde β posito loco ο, et η verso itidem in ω, ut in præcedente.

Παροισθέντι, partic. aor. 1. pass. ex Them. παραφέρω, mutuante fut. 1. παροίσω, ex inus. Them. παροίω.

Παροῦσι, dat. pl. part. præs. à παρών. hoc à πάρειμι, adsum.

Παρπεπιθών, apud Homerum pro παραπιθών, factâ primum syncope in præpositione, deinde anadiplasiasmo Ionico qualis est in λελαβεῖν pro λαβεῖν: a. 2. act. infin. modi, à Them. παραπείθω. Itidem in partic. παρπεπιθὼν dicitur pro παραπιθών.

Παρτιθέτω, itidem Æol. illam syncopen habet pro παρατιθέτω: est autem præs. imper. act. à Them. παρατίθημι. Similiter παρτέλλεται, quod Hesych. affert pro παραινεῖται, eandem syncopen habet pro παρατέλλεται, à Them. παρατέλλομαι.

Παρφάμεν, itidem pro παραφάμεν. quod Ionicum est pro παραφάναι, aor. 2. act. infin. modi, à Them. παράφημι. Itidemque in part. aor. 2. med. παρφάμενος pro παραφά-

μενος et in infin. παρφάσθαι pro παραφάσθαι. Sed et verbale πάρφασις eandem syncopen habet pro παράφασις.

Παρῴνισμαι, præt. perf. pass. verbi act. παροινίζω.

Παρῶπτο, præt. plusq. pass. verbi παρόπτομαι.

Παρῳχημέναις, præteritis, perf. part. pass. à παροίχομαι.

Παρῴχωκα, Poët. τροπῇ τοῦ η εἰς ω, pro παρῴχηκα: ut supra extra compositionem οἴχωκα pro ᾤχηκα detracto etiam augmento.

Πάσασθαι, aor. 1. med. infin. modi ab inus. Them. πάω. unde et particip. πασάμενος, significans γευσάμενος. Eustath. Est alioqui πάσασθαι etiam à πάσσω seu πάττω, itidem aor. 1. med. significans inspergere vel conspergere; unde verbale πάσμα. Quamquam præcedens quoque πάσασθαι à Them. πάσσεσθαι deduci potest: siquidem apud Hesychium legimus πάσσεται expositum ἐσθίει. Aliis tamen volentibus ipsam syncopen habere pro πατήσασθαι, ex Them. πατέω, significante ἐσθίω, quorum opinio mihi equidem parum est probabilis. Metri causa reperitur etiam πάσσε pro ἔπασε, dempto augmento, et geminato σ. itidemque πασσάμενος pro πασάμενος, ab iisdem Them.

Πεδάᾳ, Ion. pleonasmo vel etiam diphthongi circumflexæ resolutione pro πεδᾷ, à Th. πεδάω. Sic in infin. πεδάαν pro πεδᾶν.

Πεδάασκεν, Ionicè itidem pro ἐπέδαεν seu ἐπέδα, abjecto primùm augmento, deinde inserto σκ. præterit. imperfect. act. verbi πεδάω.

Πέδησεν, a. 1. act. ejusdem verbi, Ionicam et ipse augmenti detractionem habens pro ἐπέδησε.

Πείθεο, Ionica diphthongi resolutione pro πείθου. præs. imper. pass. à Them. πείθομαι.

Πεινήμεναι Dor. et Æol. pro πεινῆν. seu (ut alii volunt) pro πεινῆναι, ut πενθήμεναι pro πενθῆναι, νοήμεναι et φιλήμεναι pro νοῆναι et φιλῆναι. Derivant autem ii πεινῆναι ex Them. πείνημι vel πείναιω: itidemque cætera: πεινῆν vero ex πεινάω, est Doricum itidem pro πεινᾶν, ut γελῆν.

Πείρασαι, a. 1. med. imper. modi à Them. πειράομαι. At πείρας est partic. a. 1. act. a. 1. inf. pass. πειρηθῆναι. à Them. πείρω.

Πειρῴατο, Ion. pro πειρῷντο, quod est tertia pers. plur. opt. pass. per contractionem ex πειράοιντο, à Them. πειράομαι.

Πεισθέντι, a. 1. part. à πείθομαι, a. 2. ἐπιθον. p. m. πέποιθα.

Πείσομαι, fut. 1. med. verbi πείθομαι, signific. parebo. Est etiam fut. 1. med. verbi πάσχω mutuatitium: unde πείσεται, quod Hesych. exp. ὑπομενεῖ: et infin. πείσεσθαι eidem significans παθεῖν. Apud eundem legimus πείσαντες expositum ποτίσαντες, ὑγράναντες: unde procul dubio sunt πείσεα, apud Homer. λειμῶνες καὶ δίυγροι τόποι. Sed quænam hæc duorum posteriorum Them. sint, an itidem πείθω, an aliud quodpiam, dubium adhuc est; certe videtur pro πείσαντες signific. ποτίσαντες, scribendum potius πίσαντες, à πίω.

Πέλεσκε, Ion. pro ἔπελε, abjecto primum augmento, deinde annexo σκε, præt. imperf. act. à Poët. Them. πέλω.

Πενθήμεναι, Doricè pro πενθῆναι, quod πενθῆναι aiunt esse infin. verbi vel πένθημι, vel πενθαίνω. Nisi potius est κατ' ἔκτασιν pro πενθέμεναι, Dor. pro πενθεῖν posito, ut εἰπέμεναι pro εἰπεῖν.

Πεπαθυῖα, part. fœm. præt. perf. πεπάθηκα. per syncopen pro πεπαθηκυῖα, ut ἑστὼς pro ἑστηκὼς, itidem per syncopen dici aiunt. Ita Eustath. et alii Grammatici. Potest tamen esse etiam præter. med. hoc participium, παθέω (ex quo πάσχω hoc præteritum mutuatur) faciente fut. 2. παθῶ et præt. med. πέπαθα, ut λακέω facit λέλακα, μηκάω, μέμηκα.

Πεπαισμένος, part. præt. perf. pass. ab act. Them. πεπαίνω, ut quidem Varin. vult; sed parum probabilis videtur ejus opinio: regulariter enim facere hoc πεπαίνω debet πεπεπαμμένος, ut μιαίνω facit μεμαιμμένος: unde verbale πέπανσις, et part. a. 1. pass. πεπανθείς. Itaque πεπαισμένος est potius partic. præt. perf. pass. ex Them. vel παίζω, vel παίω, ea enim fut. 1. act. faciunt παίσω. præt. perf. pass. πέπαισμαι.

Πεπαλαγμένος, pollutus, perf. part. pass. à παλάσσω. f. ξω. Th. πάλλω, vibro.

Πεπαλὼν, part. a. 2. act. à Th. πάλλω, habens Ion. anadiplasiasmum pro παλὼν, ut λελαβὼν pro λαβὼν, πεπιθὼν pro πιθών.

Πεπᾶναι, aor. 1. act. infin. modi, à Them. πεπαίνω, ex quo est et particip. a. 1. pass. πεπανθείς.

Πεπάρθαι, præt. perf. pass. infin. modi, à Them. πείρω, faciente præt. perf. pass. indic. modi πέπαρμαι, unde et participium πεπαρμένος.

Πεπαρῴνηκα, duplici augmento dicitur pro παρῴνηκα, Atticè. est autem præt. perf. act. verbi παροινέω.

Πεπείθαται, Ionicè pro πεπεισμένοι εἰσί. præt. perf. pass. verbi act. πείθω, Etymol. Πεπείσθω, secunda pers. imperat.

Πεπειραγκέναι, præt. perf. seu plusquamperf. act. infin. modi, à Them. περαίνω.

Πεπιθημένος, partic. præt. perf. pass. ex Themat. πιθέω, quod est ἐνεστὼς ἐκ δευτέρου μέλλοντος μετηγμένος. Ab eodem est futur. 1. act. πεπιθήσω, habens Ionicum anadiplasiasmum pro πιθήσω, idemque apud Homerum significans quod πείσω.

Πέπιθμεν, per syncopen pro πεπίθομεν, vel pro πεπίθαμεν. Si pro πεπίθομεν, est a. 2. act. à Th. πείθω, Ionicò anadiplasiasmo pro ἐπίθομεν. Si pro πεπίθαμεν est præt. med. ab eodem Them. faciente fut. 2. πιθῶ, exempto ε ex vocali, ut ἐλεύθω facit ἐλυθῶ, et ea derivatio est vero magis consentanea, quum in pass. signific. exponatur ἐπεπίθειμεν, secundùm quam expositionem est pro ἐπεπίθειμεν, in plusquamperf. med. Vide et ἐπέπιθμεν.

Πεπίθοιεν, Ionico anadiplasiasmo pro πίθοιεν, a. 2. act. opt. modi, ab eodem Them. πείθω. Itidem πεπίθοιμεν in eodem modo et temp. pro πίθοιμεν: et in part. πεπιθὼν et πεπιθοῦσα pro πιθὼν et πιθοῦσα. Homer. σπουδῇ παρπεπιθόντες.

Πεπιστεύκεισαν, crediderant, plusquamperf. Attic. pro ἐπεπιστεύκεισαν, à πιστεύω, credo.

Πεπληγέμεν et Πεπληγέμεναι, Ion. et Dor. sunt pro πεπλήγειν, à Th. πεπλήγω. quod ex præt. med. πέπληγα in præsens abiit; unde et præt. imperf. πέπληγον, augmento carens pro ἐπέπληγον, nisi hoc πέπληγον esse malis a. 2. act. verbi πλήττω, facientis fut. 2. πληγῶ, anadiplasiasmo Ion. pro ἔπληγον, ut λέλαβον pro ἔλαβον. Ex hujus porro verbi πλήττω præt. med. πέπληγα, est partic. πεπληγώς. At πεπληγμένος, est partic. præt. perf. pass. ab eodem Them.

Πεπνυμένος, part. perf. pass. πέπνυμαι, à Th. vel πνύω, per syncopen derivato ex πονῶ, vel ex πινύσσω: Eustath.

Πεποιέαται, Ion. pro πεποιημένοι εἰσὶ, præt. perf. pass. verbi act. ποιέω. Sic pro κεκίνηνται seu κεκινημένοι εἰσὶ, iidem dicunt κεκινέαται, à Them. κινέω.

Πεποιήκαντι, Dor. pro πεποιήκασι, præt. act. ejusdem Them.

Πέποιθα, præt. med. verbi πείθω, habens Attico more ει versum in οι, ut λέλοιπα à λείπω. Unde partic. πεποιθώς.

Πεποίθομεν, præs. ind. à Th. πεποίθω, quod Syracusano seu Siculo more factum est ex præt. med. πέποιθα, ut πεπλήγω ex πέπληγα, κεκλήγω ex κέκληγα. et hujusmodi alia infinita.

Πέπομφα, præt. perf. act. à Them. πέμπω, habens et ipsum Atticam τροπὴν τοῦ ε εἰς ο, ut κέκλοφα, τέτροφα, et similia.

ΙΧΙ. ͵ε. πεντακισχίλια.	v. vel v. ∞. ɪɔɔ.) 5000. quinque millia.
ΙΧΙΧ. ͵ϛ. ἑξακισχίλια.	vɪ. (vel vɪ. ∞) 6000. sex millia.
ΙΧΙΧΧ. ͵ζ. ἑπτακισχίλια.	vɪɪ. (vel vɪɪ, ∞) 7000. septem millia.
ΙΧΙΧΧΧ. ͵η. ὀκτακισχίλια.	vɪɪɪ. (vel vɪɪɪ. ∞) 8000. octo millia.
ΙΧΙΧΧΧΧ. ͵θ. ἐννακισχίλια.	vɪɪɪɪ. (vel vɪɪɪɪ. ∞) 9000. novem millia.
Μ. ͵ι. μύρια. Μ.	x. (vel ccIɔɔ. ɔMC. ɪMɪ.) 10000. decem millia.

Porro si quis Herodiani myriadem excedere, et aliquanto ulteriùs progredi velit, institutam ab eo rationem sequetur, hoc modò.

ΜΜ. δισμύρια.	xx. (vel xx. ∞) 20000. viginti millia.
ΜΜΜ. ͵λ. τρισμύρια.	xxx. (vel xxx. ∞) 30000. triginta millia.
ΜΜΜΜ. ͵μ. τετρακισμύρια.	xxxx. (vel xxxx. ∞) 40000. quadraginta millia.
ΙΜΙ. ͵ν. πεντακισμύρια.	ʟ. (vel ʟ. ∞. ɪɔɔɔ.) 50000. quinquaginta millia.
ΙΜΙΜ. ͵ξ. ἑξακισμύρια.	ʟx. (vel ʟx. ∞) 60000. sexaginta millia.
ΙΜΙΜΜ. ͵ο. ἑπτακισμύρια.	ʟxx. (vel ʟxx. ∞.) 70000. septuaginta millia.
ΙΜΙΜΜΜ. ͵π. ὀκτακισμύρια.	ʟxxx. (vel ʟxxx. ∞) 80000. octuaginta millia.
ΙΜΙΜΜΜΜ. ͵ϟ. ἐννακισμύρια.	ʟxxxx. (vel ʟxxxx. ∞) 90000. nonaginta millia.

Quòd si ulteriùs adhuc progredi velimus, sequemur notas minuscularum literarum: quarum hæc est series.

͵ρ. δεκακισμύρια.	c. (vel cᴍ c. ∞. cccɪɔɔɔ.) 100000. centum millia.
͵σ. εἰκοσακισμύρια.	cc. (vel cc. ∞.) 200000. ducenta millia.
͵τ. τριακοντακισμύρια.	ccc. (vel ccc. ∞.) 300000. trecenta millia.
͵υ. τεσσαρακοντακισμύρια.	cccc. (vel cccc. ∞.) 400000. quadringenta millia.
͵φ. πεντηκοντακισμύρια.	ᴅ. (vel ᴅc ᴅ. ∞̄.) 500000. quingenta millia.
͵χ. ἑξηκοντακισμύρια.	ᴅc. vel (ᴅc. ∞.) 600000. sexcenta millia.
͵ψ. ἑβδομηκοντακισμύρια.	ᴅcc. (vel ᴅcc. ∞.) 700000. septingenta millia.
͵ω. ὀγδοηκοντακισμύρια.	ᴅccc. (vel ᴅccc. ∞.) 800000. octingenta millia.
͵ϡ. ἐννενηκοντακισμύρια.	ᴅcccc. (vel ᴅcccc. ∞.) 900000. nongenta millia.

Hæc sequuntur ἑκατοντακισμύρια, χιλιακισμύρια, μυριακισμύρια. Quæ integra potius scribuntur quàm notis repræsentantur: quamvis apud Latinos decies centena millia hoc signo ccccIɔɔɔɔ notata comperiantur.

De Nominibus ordinalibus.

Ordinalia nomina quæ vocant, à superioribus originem ducunt.

Πρῶτος.	Primus.
Δεύτερος.	Secundus.
Τρίτος, (Poëtis τρίτατος.)	Tertius.
Τέταρτος, (Poëtis τέτρατος.)	Quartus
Πέμπτος.	Quintus.
Ἕκτος.	Sextus.
Ἕβδομος.	Septimus.
Ὄγδοος.	Octavus.
Ἔνατος.	Nonus.
Δέκατος.	Decimus.
Ἑνδέκατος.	Undecimus.
Δωδέκατος.	Duodecimus.
Τρισκαιδέκατος.	Decimus tertius, seu tertius decimus.
Τεσσαρεσκαιδέκατος.	Decimus quartus, seu quartus decimus, utroque enim modo Latini loquuntur, id quod de sequentibus etiam dictum putator.
Πεντεκαιδέκατος.	Decimusquintus.
Ἑκκαιδέκατος.	Decimussextus
Ἑπτακαιδέκατος.	Decimusseptimus.
Ὀκτωκαιδέκατος.	Decimusoctavus.
Ἐννεακαιδέκατος.	Decimusnonus.
Εἰκοστός.	Vigesimus, seu vicesimus.
Εἰκοστὸς πρῶτος.	Vigesimusprimus.
Εἰκοστὸς δεύτερος.	Vegesimussecundus.
Εἰκοστὸς τρίτος.	Vigesimustertius, et sic deinceps.
Τριακοστός.	Trigesimus, seu Tricesimus.
Τριακοστὸς πρῶτος.	Trigesimusprimus, et ita deinceps.
Τεσσαρακοστός.	Quadragesimus.
Τεσσαρακοστὸς πρῶτος.	Quadragesimus primus, &c.
Πεντηκοστός.	Quinquagesimus.
Ἑξηκοστός.	Sexagesimus.
Ἑβδομηκοστός.	Septuagesimus.
Ὀγδοηκοστός.	Octogesimus.
Ἐννενηκοστός.	Nonagesimus.
Ἑκατοστός.	Centesimus.
Διακοσιοστός.	Ducentesimus, vel Ducesimus.
Τριακοσιοστός.	Tricentesimus, vel Tricesimus.
Τεσσαρακοσιοστός.	Quadringentesimus vel Quadragesimus.
Πεντακοσιοστός.	Quingentesimus, vel Quingesimus.
Ἑξακοσιοστός.	Sexcentesimus, vel Sexcesimus.
Ἑπτακοσιοστός.	Septingentesimus, vel Septingesimus.
Ὀκτακοσιοστός.	Octogintesimus, vel Octingesimus.
Ἐννακοσιοστός.	Nongentesimus, vel Noningesimus.
Χιλιοστός.	Millesimus.
Δισχιλιοστός.	Bis millesimus.
Τρισχιλιοστός.	Ter millesimus.
Τετρακισχιλιοστός.	Quater millesimus.
Πεντακισχιλιοστός.	Quinquies millesimus.
Ἑξακισχιλιοστός.	Sexies millesimus.
Ἑπτακισχιλιοστός.	Septies millesimus.
Ὀκτακισχιλιοστός.	Octies millesimus.
Ἐννακισχιλιοστός.	Novies millesimus.
Μυριοστός.	Decies millesimus.
Δισμυριοστός.	Vicies millesimus.
Τρισμυριοστός.	Tricies millesimus, et ita deinceps usque ad μυριακισμυριοστὸς, et in infinitum usque multiplicando per adverbia numeralia. Porrò efferuntur hæc ordinalia etiam intercedente copula, et interdum quidem majore numero minorem præcedente, interdum sequente, ut videre est passim apud Athenæum.

Numerativa in πλοῦς et πλάσιος finita.

Sunt et alia numerativa nomina adjectiva unà cum præcedentibus ordinalibus derivata ex numeralibus, vel etiam ex numeralium adverbiis. Duorum ea generum sunt. Quædam enim in πλοῦς desinunt, quædam in πλάσιος.

Διπλοῦς.	Duplex, (quod præcedit Ἁπλοῦς, simplex.)
Τριπλοῦς.	Triplex.
Τετραπλοῦς.	Quadruplex.
Πενταπλοῦς.	Quintuplex.
Ἑξαπλοῦς.	Sextuplex.
Ἑπταπλοῦς.	Septuplex.
Ὀκταπλοῦς.	Octuplex.
Ἐνναπλοῦς.	Noncuplex.
Δεκαπλοῦς.	Decuplex. et ita deinceps, ἑκατονταπλοῦς, χιλιαπλοῦς, μυριαπλοῦς. Quibus adde infinitum πολλαπλοῦς, multiplex. Sequuntur ea quæ in πλάσιος desinunt.
Διπλάσιος.	Duplus.
Τριπλάσιος.	Triplus.
Τετραπλάσιος.	Quadruplus.
Πενταπλάσιος.	Quincuplus.
Ἑξαπλάσιος.	Sexcuplus.
Ἑπταπλάσιος.	Septuplus.
Ὀκταπλάσιος.	Octuplus.
Ἐνναπλάσιος.	Noncuplus.
Δεκαπλάσιος.	Decuplus.
Εἰκοσαπλάσιος.	Vigecuplus. Et sic deinceps usque ad ἑκατονταπλάσιος seu ἑκατονταπλασίων, centuplus: χιλιαπλάσιος, millecuplus: μυριαπλάσιος, deno milleno numero auctus. Quibus itidem adde infinitum πολλαπλάσιος, multiplus seu multiplex.

Substantiva quædam ex numeralibus derivata.

Μονάς.	Unitas, numerus singularis.
Δυάς.	Dualis numerus, secundum alios Binarius.
Τριάς.	Ternarius numerus, vel Trinitas.
Τετράς.	Quaternarius numerus.
Πεντὰς, sive Πεμπάς.	Quinarius numerus.
Ἑξάς.	Senarius numerus.
Ἑπτάς.	Septenarius numerus.
Ὀγδοάς.	Octonarius numerus.
Ἐννάς.	Novenarius numerus.
Δεκάς.	Denarius numerus.
Ἑνδεκάς.	Undenarius numerus.
Δωδεκάς.	Duodenarius numerus.
Εἰκάς.	Vicenarius numerus.
Τριακάς.	Tricenarius numerus. Et ita deinceps usque ad ἑκατοντὰς, centenarius numerus: χιλιὰς, millenarius numerus: μυριὰς, numerus denarius millenarius.

Adverbia numeralia.

Sunt et adverbia quædam ex numeralibus nominibus orta:

Ἅπαξ.	Semel.
Δίς.	Bis.
Τρίς.	Ter.
Τετράκις.	Quater.
Πεντάκις.	Quinquies.
Ἑξάκις.	Sexies.
Ἑπτάκις.	Septies.
Ὀκτάκις.	Octies.
Ἐννάκις.	Novies.
Δεκάκις.	Decies.
Ἑνδεκάκις.	Undecies.
Δωδεκάκις.	Duodecies.
Τρισκαιδεκάκις.	Tredecies.
Τεσσαρεσκαιδεκάκις.	Quaterdecies.
Πεντεκαιδεκάκις.	Quindecies.
Ἑκκαιδεκάκις.	Sedecies.
Ἑπτακαιδεκάκις.	Decies septies.
Ὀκτακαιδεκάκις.	Decies octies.
Ἐννεακαιδεκάκις.	Decies novies.
Εἰκοσάκις.	Vigecies, seu Vicies.
Τριακοντάκις.	Trigecies, seu Tricies.
Τεσσαρακοντάκις.	Quadragies.
Πεντηκοντάκις.	Quinquagies.
Ἑξηκοντάκις.	Sexagies.
Ἑβδομηκοντάκις.	Septuagies.
Ὀγδοηκοντάκις.	Octogies.
Ἐννενηκοντάκις.	Nonagies.
Ἑκατοντάκις.	Centies.
Διακοσιάκις.	Ducenties.
Τριακοσιάκις.	Trecenties.
Τετρακοσιάκις.	Quadringenties: et sic deinceps.
Χιλιάκις.	Millies.
Δισχιλιάκις.	Bis millies: et sic deinceps.
Μυριάκις.	Decies millies.
Δισμυριάκις.	Vicies millies: et sic deinceps usque ad μυριάκις μυριάκις. Infinitum autem est πολλάκις, multoties, sæpius. Quibus adde ποσάκις, τοσάκις, quoties, et toties.

DE MENSIBUS ET EORUM PARTIBUS.

Duodecim apud omnes Gentes comperiuntur fuisse menses: sed non eadem apud omnes fuit ratio: inprimis verò Attici menses non conveniunt cum nostris, quod illi, sicut et Hebræorum menses, tantùm ad Lunæ cursum computarentur, Lunâ auspicante et finiente mensem: nostri verò ita descripti sint, ut in conficiendo anno magis ad solis cursum quadrarent. Apud Atticos primus mensis à solstitio æstivo inchoabat annum; quod quum ferè incidat in medium mensem Junium apud nos, mensem qui illi exactè respondeat, opponere non possumus, quum videamus eum partem sibi ex Junio capere, partem ex Julio, quæ ratio eadem deinceps est in cæteris. Quoniam autem apud Græcos scriptores crebra occurrit mentio non solùm Atticorum mensium, sed etiam Ægyptiacorum et Hebræorum, singulorum nomina et seriem subscribemus.

Atheniensium.

Ἑκατομβαιὼν, Junius. Primus hic fuit mensium Atticorum, et anni initium, ut patet ex Dionys. Hal. Rom. antiq. l. 1. ideoque ab hecatombis sacrificiis majoribus, quæ tunc fiebant, nomen accepit. Antiquitus dictus fuit Κρόνιος, (id est, Saturnalis) à Bœotis Hippodromus, à Macedonibus Lous, ut refert Plut. in Thes. et Cam. et Alex.

Μεταγειτνιὼν, Julius à Metagitniis Apollinis sacris. Hunc mensem fuisse secundum annotat Suid. post Harpocrationem.

Βοηδρομιὼν, Augustus, à Boëdromiis sacris. Plut. in Aristide.

Μαιμακτηριὼν, September, à Mæmacta, quod turbidum aërem significat.

Πυανεψιὼν, October, sic dictus à festo, quod agitabatur frugibus terræ jam collectis atque conditis, ut ex Plut. in Thes. colligere licet.

Ἀνθεστηριὼν, November, dictus quòd ἀνθέων στερεῖ τὴν γῆν. At Philostr. vernum esse mensem scribit, denominatum ita παρὰ τῶν ἀνθῶν. Vide et Plut. in Sylla, et Appian. l. 2. Bel. civ. et Macrob. Saturn. lib. 1. c. 12.

Ποσειδεὼν, (quasi dicas, Neptunius) December, ut, interpr. Suidas. Januario tamen eum comparat Plut. in Cæs.

Γαμηλιὼν, Januarius: à Junone quæ nuptiis præest, Suid.

Ἐλαφηβολιὼν, Februarius, à venatione cervorum.

Μουνυχιὼν, Martius, à Munichiis Dianæ sacris. Plut. in Thes. Vide et Harpoc. et Suid.

Θαργηλιὼν, Aprilis, dictus, παρὰ τὰ Θαργήλια, quod erat festum ex eo nominatum, quia in eo primitiæ earum frugum, quas calor solis θέρων καὶ θάλπων τὴν γῆν produxerat, Diis offerrentur.

Σκιροφοριὼν, Maius, à sacris umbraculis. Vide Dionys. Hal. Rom. antiq. lib. 1.

Ægyptiacorum.	*Hebræorum.*
Φθὼ, ἢ Θωθὶ, ὁ Σεπτέμβριος.	Τισρὶ, ὁ Σεπτέμβριος.
Παμφοὶ, ἢ φαωφὶ, ὁ Ὀκτόβριος.	Μαρχασουὰν, ὁ Ὀκτόβριος.
Ἀθὺρ, ὁ Νοέμβριος.	Κισθλὲβ, ὁ Νοέμβριος.
Χυὰκ, ὁ Δεκέμβριος.	Τηβὴθ, ὁ Δεκέμβριος.
Τυβὶ, ὁ Ἰανουάριος.	Σεβὰτ, ὁ Ἰανουάριος.
Μεχεὶρ, ἢ Βεχεὶρ, ὁ Φεβρουάριος.	Ἀδὰρ, ὁ Φεβρουάριος.
Φαμενὼθ, ὁ Μάρτιος.	Νισσὰν, ὁ Μάρτιος.
Φαρμουθὶ, ὁ Ἀπρίλλιος.	Ἰὰρ, ὁ Ἀπρίλλιος.
Παχὼν, ὁ Μάϊος.	Σιβὰν, ὁ Μάϊος.
Παυνὶ, ὁ Ἰούνιος.	Ταμοὺζ, ὁ Ἰούνιος.
Ἐπιφὶ, ὁ Ἰούλιος.	Ἀβ, ὁ Ἰούλιος.
Μεσσυρὶ, ὁ Αὔγουστος.	Ἐλοὺλ, ὁ Αὔγουστος.

De partibus mensis.

Dividunt Græci mensem suum in tres decadas seu τρία δεχήμερα, ut Pollux nominari posse ait. Primam vocant μηνὸς ἱσταμένου sive ἀρχομένου: secundam, μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δεκάδι: tertiam, φθίνοντος μηνὸς, sive παυομένου, aut λήγοντος: vel etiam ἐπὶ εἰκάδι. Utuntur igitur in diebus numerandis, nominibus ordinalibus, πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, seu τετρὰς, πέμπτη, sive πεντὰς, ἕκτη, sive ἑξὰς, et sic deinceps: nisi quòd prima cujusque mensis dies vocatur νουμηνία: (quoniam in ea erat novilunium) decima quinta peculiariter ab Hesiodo μέση, quoniam medium obtinet locum: ultima, ἕνη καὶ νέα, quæ et Δημητριὰς in honorem Demetrii dicta aliquandiu fuit. Hoc porro est discriminis, quòd in ἱσταμένου et μεσοῦντος μηνὸς diebus numerandis recto ordine progrediuntur, in φθίνοντος autem decade utuntur ordine retrogrado, quali Latini in suis Nonis, Idibus et Calendis, ut ex sequenti diagrammate patebit.

1 Νουμηνία	ἱσταμένου μηνὸς, sive ἀρχομένου μηνός.			Calendæ	
2 δευτέρα				IIII	Nonas.
3 τρίτη				III	
4 τετάρτη				Pridie	
5 πέμπτη				Nonæ.	
6 ἕκτη				VIII	Idus.
7 ἑβδόμη				VII	
8 ὀγδόη				VI	
9 ἐνάτη				V	
10 δεκάτη				IIII	
11 πρώτη	μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δεκάδι, seu δεκάτη.			III	
12 δευτέρα				Pridie	
13 τρίτη				Idus	
14 τετάρτη				XVIII	Kal.
15 πέμπτη				XVII	
16 ἕκτη				XVI	
17 ἑβδόμη				XV	
18 ὀγδόη				XIIII	
19 ἐνάτη				XIII	
20 εἰκὰς seu εἰκοστή.				XII	
21 δεκάτη	φθίνοντος μηνὸς, vel,	πρώτη	ἐπὶ εἰκάδι, ut Poll. seu μετὰ εἰκάδα.	XI	
22 ἐνάτη		δευτέρα		X	
23 ὀγδόη		τρίτη		IX	
24 ἑβδόμη		τετάρτη		VIII	
25 ἕκτη		πέμπτη		VII	
26 πέμπτη		ἕκτη		VI	
27 τετάρτη		ἑβδόμη		V	
28 τρίτη		ὀγδόη		IIII	
29 δευτέρα		ἐνάτη		III	
30 ἕνη καὶ νέα	ἕνη καὶ νέα, seu τριακάς.			Pridie	

Ita numerandum esse tum ex Polluce constat, tum ex scholiis in Aristophanem scriptis: tum etiam ex ipso Plut. in Solone.

Qui verò Latinis mensium nominibus apud Græcos utuntur, Latinorum quoque supputationem sequuntur. Dicunt enim πρὸ δ' νοννῶν Ἀπριλλίου, πρὸ ή εἰδῶν Ἰουνίου, πρὸ καλανδῶν ιθ' Σεπτεμβρίου. Id quod in manuscript. quoque ephemeridibus visitur. Sic enim apud Latinos quoque legimus. Plin. qui dies XV. ante Aug. Kal. est. Item is dies sextus est ante Februarias Idus. Et Cic. in epist. ad Atticum, Ut Athenas a. d. VII. Kal. Quinct. veneram. Et rursum, Actium venimus a. d. XVII. Kal. Quinct. Ita enim scribendum esse, a. d. (id est ante diem) non ad, doctissimi quique censent, et Græca consuetudo confirmat. Quæ fuerit autem intercalandi ratio, vide apud Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 13.

DE VETERI ET RECTA GRÆCÆ LINGUÆ PRONUNTIATIONE.

Vacaturis alioqui hisce paginis tractatum de veteri et recta linguæ Græcæ pronuntiatione à doctissimis hujus ætatis viris collectum ac memoriæ proditum adjicere, nec ab opere alienum, nec studiosis ingratum aut inutile fore existimavi.

Græcorum literæ XXIIII. ΑΒΓΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝ ΞΟΠΡΣΤΥΦΧΨΩ. Quarum omnium vim Latinos sentire probeque exprimere testatur Plinius natur. hist. lib. 7. Grammatici autem à literis tanquam à parte simplicissima exordiuntur. Orationem enim in qua versantur, primùm omnium in vocabula, eaque rursus in syllabas, nisi quum monosyllaba sunt: syllabas demum in literas dividunt, nisi quum et ipsæ ex una vocali constituuntur. Quamobrem etiam literæ à Græcis, στοιχεῖα, id est, elementa vocantur, ut docet Plato in Cratylo, et Dionysius. Eædem verò etiam γράμματα appellantur à scribendo, sive quòd ex lineis constent. Sunt enim inventæ simplicissimis articulatæ vocis sonis certo linearum ductu exprimendis. Cæterùm divini hujus muneris quis primus inter mortales author fuerit, non liquet: de qua re, si libet, videte Plinium lib. 7. cap. 56. Ex Phœnicia quidem constat à Cadmo in Græciam illatas. Sed, quod ipsi Græci ignorârunt, Hebræis deberi earum inventionem, ipsa nomina apertè declarant. Sexdecim autem initiò fuisse, idem Plinius, Dionysius, et Plutarchus, verè scribunt. Quum enim inventæ sint literæ simplicibus sonis significandis, necesse est profectò in omni lingua, ut quidem commodè scribi possit, totidem omnino literas extare, quot sunt ejus soni simplices. Alioqui sive plures sive pauciores fuerint, et scriptioni et pronuntiationi magnas tenebras offundi necesse fuerit. Idque sollicitè Græcos observasse, vel hoc unum satis ostendit, quòd inter Elenchos Aristoteles nullam ex literis fallacem conclusionem numerat: quum nihil possit frequentius occurrere, si uni literæ duplicem sonum, vel contrà uni sono duas literas tribueris. Simplices igitur Græcæ linguæ sonos sexdecim, totidemque necessarias literas esse, ex eo apparet, quòd ex reliquis octo qui totidem literis scribuntur, alii sint compositi, alii suapte natura iidem cum compositis.

Sexdecim antiquæ Cadmi literæ ex Phœnicia in Græciam illatæ et totidem sonis simplicibus exprimendis repertæ sunt hæ, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. Nam aliæ præterea octo illis additæ sunt partim à Palamede, partim è Simonide, videlicet η ω ζ ξ ψ θ φ χ: quod nulla quidem necessitate factum est, sed maximo tamen cum fructu, ut scriptio minus esset laboriosa, magísque compendiosa.

His ita se habentibus, hoc sit pro certo positum et constitutum, quod nemo negare sanè potest, hasce literas α δ ε θ ι λ μ ν ξ ο π ρ σ τ φ χ ψ sonuisse olim quemadmodum nunc sonant, et ab omnibus citra controversiam ferè rectè pronuntiari. Itaque breviores erimus in earum pronuntiatione pertractanda. Illud solùm obiter admonendum, corruptam hanc qua vulgò utimur, pronuntiationem id nobis invexisse, ut in earundem quibusdam nomenclaturis et appellationibus potius quam sono turpiter peccetur, dum pro mu mi, pro tau taf dicitur: atque ita in nonnullis aliis. Porro has β γ ζ η κ υ ω non solùm vulgus, sed et docti plerique, recepto et pertrito usu vel abusu potius et perversa consuetudine, ita absurdè proferunt, ut non solùm nomen amiserint, sed etiam veræ et genuinæ pronuntiationis nihil planè referant, atque adeò alium prorsus jam sonum induerint; quemadmodum ordine alphabetico suo loco infra declarabimus.

Α, α, a.

ΑΛΦΑ, Alpha, ex Hebræo nomine Aleph, deinde alepha, et per syncopen alpha, nomen habet. Sono respondet A Latino: in id enim vertitur: debetque in imo gutture pronuntiari clarè, et ore prorsus hiante.

Ἀγρὸς, ager.

Ἀργὸς, quasi ἀεργὸς, otiosus, iners.

Β, β, b.

ΒΗΤΑ, Bêta vulgo laxius quam b Latinum profertur, ita ut v consonantem referat: idque ineptè et contra usum venerandæ antiquitatis. Nunc enim βίος pronuntiant νίος: quo vitio perpetuò laborat in Hispania Burgensis diœcesis, enuntians *vestia*, *vene*, pro *bestia*, *bene*, quin eadem adhuc vitium geminat, quum præposterè profert *bita*, *bacca*, pro *vita*, *vacca*: et *vonum binum*, pro *bonum vinum*

Sonanda est ut prior syllaba Gallicæ dictionis *beste* seu *bete*, quæ bestiam significat.

Ab Hebræo Beth nomen habet, addita formali litera α.

Eustathius in Homerum β (inquit) μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, et alio loco βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. Citatque hunc Cratini versum qui est apud Ælium Dionysium.

Ὁδ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Quod ita proferendum est.

Hod' elithios hoosper probaton bee bee legoon badizei.

Hoc est, Is autem fatuus tanquam ovis bee bee sonans, badizat, id est, incedit, vadit, juxta illud Plauti in Asinaria:

Demam hercle jam de hordeo tollutim ni badizat.

Quid multis? Ipsius literæ B figura, quæ Græcis et Latinis eadem est, satis indicat eam apud utrosque eandem habere vim, potestatem, et sonum.

Γ, γ, g, et Ϝ sive Ϝ digamma Æolicum.

ΓΑΜΜΑ, sive, ut Iones appellant, Gema, de quo docti minus laborant. Sonat ut G Latinum, et ab omnibus ferè rectè pronuntiatur ante plerasque consonantes, ut ὄγδοος, γλῶσσα, ἀγμὸς, γναφεὺς, ἄγριος: et ante vocales α ο ω: γάμος, γονεὺς, ἐγώ: sed ante reliquas vocales vulgò vitiosius et effœminatius profertur: tunc enim novum huic literæ sonum quendam tribuunt, cum i consonante (ut quidem vulgò profertur) communem. itaque pro γενεαλογία, legunt *Ienealojia*, quum ubique deberet masculum illum, et per omnia similem servare sonum, medium, inquam, inter tenuem et aspiratum, quem perpetuò adhibent Germani: nec in conjugatione λέγω, λέγεις, λέγει, vel alibi, ullo modo variant quascunque tandem contingat eam præcedere vel subsequi literas. Certum enim est i consonantis sonum à Græcis nunquam fuisse usurpatum, sicut in ἰῶτα dicemus. Deinde uni literæ duplicem sonum tribuere non potes, quin Græcos fatearis literarum inopia laborare, quod ne verisimile quidem esse potest. Eodem igitur sono tam Græcis quam Latinis hæc litera pronuntiari debet, quæcunque tandem vocalis sequatur, eo scilicet quem integrum retinuit inter α et ο.

Ab Hebræo nomine *Ghimel* longius Gamma recessit: unde digamma Æolicum appellatur, quòd duplicis Gamma imaginem referre videatur, de quo plura in φ.

Δ, δ, d.

ΔΕΛΤΑ, Delta, à nomine Hebræo Daleth, sive Deleth. Sonat ut nostrum d.

Ab ejus figura astrum δελτωτὸν nuncupatum est, quod est signum in cœlo supra arietis caput positum, δελτοειδὲς, hoc est, triangulari figura, Δ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, uno breviori, in unoquoque angulo stellam habens.

Ε, ε, e breve.

ΕΨΙΛΟΝ, id est, e exile seu tenue, peculiare nomen non habet. Nam Hebræis nulla est litera quæ huic respondeat.

Una est ex iis quatuor quas Plato in Cratylo scribit à Græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, sed tantùm ipsarum nomina, ut Alpha, Beta, et cæteræ omnes literæ præter ε, ω, et υ. Ex his autem Platonis verbis liquet, epitheton illud quo psilon vocatur, id est, tenue, postea adjectum esse, quum inter ε et αι distingui, et illud quidem inter literas, hoc verò inter diphthongos numerari cœpisset. Veteres enim initio hanc literam ει vocabant, sicut ostendit Plutarchus in eo libello, quem inscripsit περὶ τοῦ ει ἐν δελφοῖς, et post eum etiam Eustathius Iliad. ε. Item Nigidius apud Gellium libro 19. cap. 14. meritò quidem in eo Græcos reprehendens.

Pierius dicit ε gravi esse sono, ac tum demum exaudiri, quum spiritus aliquantò inferiùs contrahi videtur, et suppresso quodammodò sono enuntiatur: ἐψιλὸν verò acutum habere sonum, quum ad aperta usque labra porrigitur, et vocaliore sono se prodit.

Cavendum autem imprimis, ne η literam vel αι diphthongum pronuntiemus ut ε: neque incidamus in vitium orationis effœminatæ, quod vocant Grammatici πολυέψιλον: ut inferiùs in η et αι ostendemus.

Ζ, ζ, z.

ΖΗΤΑ, zeta, non zita: id autem opposuimus Tsade Hebræorum non zain. Neque enim pronuntiari debet sicut hodiè à Gallis s litera effertur, quum est inter duas vocales media, neque etiam ut duplex ss, sed ut ds, qui sonus est suavissimus, et à Latinis nunquam satis exprimi potuit.

Quintilianus libro 12. jucundissimas esse testatur apud Græcos ζ et υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcius spirant, et subdit, quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod quum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in zephyris zo-

pyrisque: quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam et barbarum efficient, et velut in locum earum succedent tristes et horridæ, quibus Græcia caret: Hæc Quintilianus. Contrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc literam reformidasse, quòd, dum exprimitur, morientis dentes imitetur: hinc factum ut quidam non omnino malè eam cùm stridore quodam pronunciandam censeant. Cæterùm quod omnes asserunt Græci Grammatici: nimirum non ds (ut diximus) sed sd valere, hoc quidem probari non potest. Nam primùm omnium debet inter tres duplices eadem esse analogia. Cæteræ autem non valent σπ, vel σκ, sed πσ, vel κσ. Deinde ubi illa esset hujus literæ suavitas, qua Fabius testatur nullam dulciùs spirare?

Romani qui peregrinam ζ inter suas adsciverunt, eam aliquando duplici ss reddunt: πατρίζω patrisso, μάζα massa.

H, η, ee, sive ê longum.

HTA, Eeta ab Heth densissima Hebræorum consonante nomen traxit, fuitque olim nota aspirationis, ut declarat Athenæus lib. 9. his verbis: Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ η στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ η προγράφουσι, id est, veteres arbitror H elemento aspirationem formasse: quamobrem etiam Romani omnibus aspiratis nominibus η præscribunt.

Ideóque in notis numerorum antiquitùs apud Græcos, H, ἑκατὸν, id est, centum designabat, quòd prima esset ejus vocis litera, quàm tùm sic scribebant HEKATON. Quia verò Græci hanc aspirationem non suprà ponebant, sed ipsi lineæ inserebant, hinc ortus est magnus error. Quo factum est ut cœperint eam suprà ponere, ac tandem illam dissecuerint, hoc pacto H :-ita ut anterior pars significaret spiritum asperum, posterior lenem, quibus adhuc utimur in literis grandiusculis: In antiquissimis Heracleensium numismatis, legitur ϝHPAKΛEΩN, et ϝHPAKΛHTΩN, præposito in ipso contextu spiritu aspero.

Eam autem notam postea pro ε longo Græcia usurpavit, ut disertè testatur Plato in Cratylo his verbis, οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιὸν, id est, η enim non usurpabamus olim, sed ε. Idipsum Ausonius Poëta de literis Græcis et Latinis, hisce versibus, qui submutili videntur, confirmat.

Ητα quod Æolidum, quodque valet hoc Latiar E:
Præsto quod E *Latium semper breve Dorica vox* E.

Η igitur nullo modo exiliter pronuntiandum ut ἴστα, quicùm nihil commune habet, sed e obliquo vastoque quodam sono, medio inter α et ε: et rictu minùs diducto quàm α, hiantiore tamen ac minus in ima depresso sono, quàm ε. Hinc fit ut Græci δημοσθένεα, τείχεα, in δημοσθένη, τείχη contraxerint: et ubicunque ferè εα incidit, in η contrahunt.

Legatum Jurisconsulti Græci ληγᾶτον: quod quam absurdè *ligaton* proferretur, quis non videt?

Caius Jurisc. de verb. signif. Telum, inquit, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Ita sequitur ut et lapis et lignum, et ferrum hoc nomine contineatur: dictumque ab eo quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id est, ab eo quod est longè: quam etiam etymologiam Justinianus in suas Institutiones retulit.

Franciscus Vergara nostri seculi doctissimus Grammaticus, de vi et prolatione literarum sic scribit, η perinde nunc profertur ac si esset ι longum, quum sit e longum: ex H per virgulam transversam intersecta duæ propemodum EE fiunt, sic H quas geminas continere dicitur H tam figura quàm etiam tempore, nimirum semper longa, duas semper breves. Atque ita transfertur à Latinis per ê longum, ut Δημοσθένης Demosthenes, κρατὴρ crater.

Ex quibus apparet perperam eos facere, qui η cum ïota confundunt.

Θ, ϑ, th.

ΘΗΤΑ, ab Hebræo nomine Thet, ideóque vocatur Theta, non ut nunc thita, quia in priore syllaba est η, sive e longum, quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocantur *beta, zeta, eta, theta.* Persius Satyr. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Et Martial. lib. 7.

Nostri mortiferum quæstoris Castrice signum,
Est operæ pretium discere Theta novum.

Θ enim funesta illa in capitalibus judiciis litera (quod dictionem Θάνατος inchoet) nota erat condemnationis.

I, ι, i.

ΙΩΤΑ, Iota trisyllabum ab Hebræo Iod, t pro d usurpato, respondet i Latino.

Cæcilius hanc literam vocat pumilionem, quòd omnium et figura et sono tenuissima sit et minima: est siquidem μονόγραμμος. Plato indicat accommodatam esse ad exprimendas res subtiles et penetrabiles quod declarant, ut ait, ἰέναι, ἵεσθαι, ac similia. Itaque planè aliter sunt proferenda, η, υ, ει, οι, υι, quàm ι: ne inter legendum incidamus in ἰωτακισμὸν et πολυΐωτα, quæ orationem faciunt exilem, enervem, pipientem et confusam. Neque enim Χριστὸς sonandum ut Χρηστός: neque κύων ut κυών, μικρὸν longum, ut μικρὸν parvum.

K, κ, k, c, q.

ΚΑΠΠΑ, Kappa sive Cappa ab Hebræo Cap seu Caph, valet c nostrum, item k seu q. Ab omnibus ferè incorruptè et rectè pronuntiatur, scilicet ut k, non solum ante consonantes, ut κλέπτω, ἀκμὴ, κνίσσα, κρᾶσις, κραιπάλη crapula, χαρακτὴρ: sed etiam ante vocales α, ο, ω, καλὸς, κόμη coma, κώμη vicus, pagus, et in fine dictionis, ἐκ ex.

Priscianus author est, k et q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem tam in sono vocum quam in metro continere potestatem, et k penitus in Latina lingua supervacuum esse. quod ante Priscianum testati sunt etiam Fabius, Terentianus, et Fl. Sosipater Carisius. Unde et in antiquissimis marmoribus legimus PEQUNIAM pro *pecuniam.*

Certum est igitur κ eodem fuisse sono quacunque litera sequente, et Κικέρων pronunciandum esse kikeroon.

Veteres quoque Græci quod Latini per q efferunt, per κ reddunt: Quirites Κυϊρῖται.

Quintus Κόϊντος, alii Κύϊντος, numismata quædam ΚΟΥΙΝΤΟΣ.

Λ, λ, l.

ΛΑΜΒΔΑ, Lambda, non Lamfda, ex Hebræo nomine Lamed, et syncope interposito ϐ, λάμβδα. Valet l nostrum.

Græci aliquando n sequente l, per λ transtulerunt: Manlius Μάλλιος scribentes. Invenitur tamen et Μάλιος, apud Plutarch.

Ab hujus literæ forma λαμβδοειδὴς figura dicta est.

M, μ, m.

ΜΥ, my, hoc est, mu per u exile, non mi, longiùs recessit ab Hebræo nomine Mem. Iones vocant μῶ, idem valet quod Latinum m. Μάμμη avia: hoc etiam infantuli matrem vel nutricem appellant, sicut patrem Tatam. Mart. lib. 1.

Mammas atque Tatas habet Afra: sed ipsa Tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest.

Cato, qui cibum ac potionem Buas et Pappas vocant, et patrem Tatam, et matrem Mammam.

Græcis nulla dictio in eam terminatur, quod et ait Fabius, quo etiam *mugiens* vocatur, quia mugitum edere videtur.

N, ν, n.

ΝΥ, Ny, hoc est, Nu per u exile, ab Hebræo Nun abjecto ultimo n. Sonat n Latinum, debetque linguæ mucrone intimos dentes et palatum feriente enuntiari, sive syllabam inchoet, sive claudat; apud Græcos præsertim.

Ξ, ξ, x.

Ξι, xi, ab Hebræo Schin ductum videtur: Latini nomen invertimus, ix dicentes. Valet cs, vel gs, quod ex obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοίνιξ, φοίνικος, et ἄντυξ, ἄντυγος. Interdum tamen κ in obliquis aspiratur, sed præter recti naturam. Nam inter κ et σ locus adspirationi nullus esse potest. Itaque quamvis dicamus θρὶξ τριχὸς, minimè tamen existimandum est ξ in θρὶξ valere χσ.

O, ο, o breve.

Ο ΜΙΚΡΟΝ, o parvum, et ipsum quoque, ut ait Plato, à Græcis pronuntiatur, peculiareque nomen non habet. Nam Hebræorum nulla litera est huic respondens.

Latini ο Græcorum suo u expresserunt, ut Ὀδυσσεὺς Ulysses. Talis est etiam apud Romanos cognatio u cum o. upilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunensis pars sic o pronuntiat ut ou intelligas. Narbonensis contrà ou mutat in o. Sed rectiùs omnino fecerunt recentiores qui o ab ου diphthongo et appellatione et scriptione distinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod et ipsa figura indicat, ut o breve.

Π, π, p.

ΠΙ, Pi, ab Hebræo Pe nomen habet. sonat P Latinum. Πατὴρ, pater, German. *vatter* seu *Fatter*, per digamma Æolicum.

P, ρ, rh, r.

ΡΩ, Rhoo per o longum, ab Hebræo Resh longiùs remotum nomen habet. Valet r nostrum.

Apud Græcos perpetuò initio aspiratur.

Ῥυτὴρ, defensor, Belgis *ruter*, id est, eques, miles.

Et in medio dictionis geminatum prius tenue est, posterius aspiratur, ut Πύῤῥος purrhos.

Σ, σ, ς.

ΣΙΓΜΑ, Sigma, à Samech Hebræo.

Dores San vocant, sicut Herodotus et alii testantur. Sonat s Latinum.

Σίγμα apud Lucianum actionem instituit adversus ταῦ constitutis judicibus septem vocalibus, conquerens sese abs ταῦ pluribus dictionibus spoliari.

Pindaro κίβδηλον vocatur, hoc est, adulterina et non vera litera. Messala Corvinus vocat sibilum.

Malè autem infracto sono et sicut zain Hebræorum pronuntiari solet, quoties vel in eâdem vel in diversis dictionibus reperitur media inter duas vocales. Sic enim causa pronuntiant, ac si Cauza scriptum esset.

Priscianus: S sæpe pro aspiratione ponitur in his dictionibus quas à Græcis sumpsimus, ut semis, sex, septem, se, sal. Nam ἥμισυ, ἕξ, ἑπτὰ, ἑ, ἅλς, apud illos aspirationem habent in principio.

T, τ, t.

ΤΑΥ, non taf, sed tau, quo modo nautæ litoris Belgici sonant *tau*, quod denotat funem nauticum. Apud Hebræos idem nomen habet. Valet t Latinum.

Τάνταλος, Tantalos, Ἀντώνιος, Antonios, πάντα panta:

Non (ut habent neotericorum Grammaticorum inventa) Tandalos, Andonios, panda: quum t ante u, ne Latini quidem respuant.

Υ, υ, y, sive u tenue.

ΥΨΙΛΟΝ, y, hoc est u tenue, gracile, sive exile, (Virgilius literam Pythagoræ vocat) simplex nomen non habet, nec Hebræis litera est quæ huic respondeat.

Valet y, quod à Græcis mutuati sunt Latini.

Cujus sonus medius est inter ι et ου, et tam Græcè quàm Latinè ut u Gallicum enuntiandum est, non ut ι.

Q. Terentius Scaurus ait, Y literam supervacuam Latino sermoni putaverunt, quoniam pro illa U cederet: sed quum quædam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sint, in quibus evidenter sonus hujus literæ exprimitur, ut hyperbaton, ut hymnus, et hyacinthus, et similia, in eisdem hac litera necessariò utimur.

Terentius dixit, *An in astu venit*, pro ἄστυ, hoc est, civitatem.

Jurisconsulti nostri Senatusconsultum Tertullianum et Tertyllianum dicunt: quod inde accidisse verisimile est, quia quum Romani destituerentur voce υ, nec haberent literam quæ omni ex parte ei responderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro υ sonantes u, quod etiamnum hodie evenit Italis et Hispanis Belgicè vel Gallicè loquentibus. Nam pro *buten*, id est, foris, dicunt *bouten*, pro *muraille*, *mouraille:* hoc est pro βυτ et μυρ, βουτ et μουρ.

Φ, φ, *ph, f,* u *consonans, digamma Æolicum.*

ΦΙ, nomen habet ex Hebræo Phe, quod et Pe dicitur: respondet f Latino, id est, τῷ δίγαμμα Æolico, ut nunc quidam effertur.

Priscianus: f verò τοῦ δίγαμμα sono enuntiabatur, ita scilicet ut nunc u consonans, eratque is sonus solis inter Græcos Æolibus peculiaris. Sed postea in ejus locum successit u consonans, ipsum verò digamma f in locum p aspirati: quod tamen in vocabulis Græcis servatum est; ut in Philosophia, Philomela, Sophista, et multis ejusmodi. Pauca tamen excipiuntur, ut fama φήμη, fuga φυγὴ, fagus φηγὸς, fur φὼρ, et alia præterea nonnulla quæ usus obtinuit ut per f scriberentur, quamvis Græca sint. Hæc igitur causa est cur Cicero pro Fundanio (sicut annotat Fabius) testem irriserit qui primam ejus literam dicere non posset. Quum enim esset digamma, Græcus ille testis vel ejus literæ sonum ignorabat, à solis scilicet Æolibus inter Græcos usurpatum, vel certè pronuntiabat ut etiamnum hodie Germani solent per u consonantem.

Idem ad Atticum lib. IX. fundum suum Formianum vocat digamma, quod nomen ejus ab F litera initium sumeret, cujus figuram et sonum repræsentat: eoque Græci utebantur initio dictionum à vocali aspirata incipientium, ἐνετοὶ, Ϝενετοὶ, Heneti, Veneti. Itemque in medio, si vocalium concursus erat, ΩΟΝ ΩϜΟΝ dicentes, unde nostrum Ovum: et ΟΙΣ ΟϜΙΣ, unde ovis: ΒΟΟΣ ΒΟϜΟΣ Bovis. Sed præstat Terentiani Mauri Grammatici antiquissimi et gravissimi versus huc adferre.

Nominum multa inchoata literis vocalibus
Æolicus usus vertit, et digammon præficit:
Æolica dialectos autem mista ferme est Itala:
Hesperum quum dico Græce, Vesperum cognominat.
Ἑστία, sic Vesta facta, Vestis ἐσθὴς, dicitur,
Ἶνα quem Græci vocamus, Vim jubet me dicere.
Ἔαρ est multis in usu, et magis Poëticum est,
Ἦρ enim nativa vox est; il' à Ver hoc dictitat.
Quos Homerus dixit Ἐνετοὺς, ille Venetos autumat,
Et Viola flos nuncupatur, quem Graii vocant ἴον.
Et Iolaus ille violens credo Marco Tullio.
Quamque Ἴτυν dicunt Achæi, hanc Vitym gens Æoli.
Plura Sappho comprobavit, Æoles, et cæteri.

X, χ, ch.

XI, Chi, apud Hebræos nihil habet cui respondeat. Nomen formatum est ad modem πῖ, φῖ, &c. valet ch, seu c aspiratum: profertur enim aëre à gutture erumpente.

Χάλυβες Chalybes, χαὸς chaos, et hujusmodi alia.

Ψ, ψ, ps, bs.

ΨΙ, psi, ab Hebræo etiam nomen non habet, sed ad formam ξῖ, πῖ, χῖ, nominatum est. Sonat ut ps, et aliquando et bs.

Αἰθίοψ αἰθίοπὸς, æthiops: ψαλμὸς, psalmus, ἄραψ ἄραβος, arabs.

Ω, ω, oo, sive o longum.

Ω μέγα, id est o magnum, ita vocatum est ex collatione cum altero quod *μικρὸν* dicitur. Est enim revera magnum, sive quantitatem spectes, quum sit natura longum, sive figuram, quum sit veluti ex duobus *οο* conflatum ex veterum consuetudine, qui (ut inquit Fabius) ante repertam temporis longi notam vocales productas in scribendo geminabant. Valet autem o longum, proferendùmque ut *οο* duplicatum, non ictu vocis, sed productione, eodemque planè modo pronuntiandum *βρῶτος*, id est, cibus, ut Belgis *broot*, hoc est panis, à Græco deductum.

Ex his XXIIII. literis, Vocales sunt septem, id est, quæ per se possunt plenam vocem edere, *α ε η ι ο υ ω*. Breves duæ, *ε ο*: quibus respondent totidem longæ *η ω* contractæ ex duabus brevibus, solaque quantitate ab iis differentes: et tres ancipites sive communes, id est, in quibusdam vocabulis longæ, in quibusdam breves, in paucis indifferentes. Priscianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidæ, hoc est, quæ facilè modò produci, modò corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum antè inventionem *η* et *ω*: quibus inventis quæ ancipites erant, remanserunt perpetuò breves, quum earum productarum loca possessa sint à prædictis vocalibus semper longis. Hæc Priscianus. Quod hàc ratione factum esse aiunt, quia vetustissimi illi, si quando syllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΔΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΘΡΟΟΠΟΣ pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Postea Simonides Melicus ex duobus ΕΕ invertit alterum, hoc modo ƎE, deinde ea conjungit ac efficit unum H, quam etiam notam aspirationis fuisse ostendimus. Hinc à Βὴλ, (unde in Evangelio Βεελζεβοὺλ ὁ ἄρχων δαιμονίων) Belus Græcis Βῆλος, primus Assyriorum Rex, Nini pater: cui vita functo Templum erexerunt Babylonii, divinisque eum honoribus sunt prosequuti. Sic etiam duplex *οο* univit Simonides, hoc modo *ω*.

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iisdem dictionibus interdum varient: juxta illud Martialis.

Et quos ἄρες ἄρες decet sonare.

Et illud Theocriti: ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

Id est, *O Polypheme.*
Quæ minimè, sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

Sed præstat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis versibus illustriorem reddere.

Ergo Græcis esse septem scimus è vocalibus
Η *et* Ω, *quæ bina pedibus subministrant tempora.*
Ε *et* Ο *breves vocari singularis temporis.*
Cæteras tres quæ supersunt διχρόνους cognominant.
Corripi quod sæpe eædem, sæpe produci valent.
Ἄλφα, *primum est,* ἰῶτα, *tertium quod υ vocant.*

Et paulò pòst:

Literam namque Ε *videmus esse ad* ΗΤΑ *proximam,*
Sicut Ο *et* Ω *videntur esse vicinæ sibi.*
Temporum momenta distant, non soni nativitas.
Inde vertunt hanc in ΗΤΑ *sæpe diphthongum Graii.*
Quando quos ἱππεῖς solebant aut ἀχαρνεῖς dicere,
Levigant, ἱππῆςque potius aut ἀχαρνῆς nominant.
Nosque Medeam Latinè sic in usum vertimus,
Nomen et Regina gessit quod furens Amazonum.
Sic et αἰνείαν Achæus, noster Aeneam vocat.

Sed et Martianus Capella dicit e Latinum duarum literarum Græcarum vim possidere: quum brevis est, τοῦ ε, ut hoste: quum longa est, τοῦ η, ut die: eodemque modo de ω statuendum esse. Et in hoc Virgilii, *Conticuêre*, κοντικουῆρε, dicunt esse tum η cum ε: primum namque e, η est, alterum verò ε est. In illo autem *rapti Ganymedis honores*, Ὀνώρες dicunt prius esse *ο*, posterius vero *ω* esse.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideoque à Platone in Cratylo et Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id est vocis expertes: à Grammaticis vero *σύμφωνα*, id est consonantes, quòd cum vocalibus adjunctis sonos suos communicent. Sunt autem numero XVII. *β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ*.

Ex quibus sunt *ἡμίφωνα*, id est, Semivocales octo: sic dictæ, quòd, ut nullas habeant vocales adjunctas quandam tamen strepitus et soni speciem edant, *ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ*.

Ex his sunt διπλᾶ, id est, duplices tres, quòd duarum literarum sunt compendia *ζ ξ ψ*.

Ὑγρὰ, id est, liquidæ quatuor, quòd ita sint lubricæ, ut quasi liquescant in pronuntiando, *λ μ ν ρ*. Eædem etiam *ἀμετάβολα* dicuntur, id est, immutabiles, quod in formationibus casuum vel temporum non mutentur.

Μοναδικὸν, id est, solitarium, unum *σ*, quod ab aliis *ἄσημον*, hoc est sine signo, vel ignobile vocatur.

Cæteræ novem, appellantur *ἄφωνα*, id est, mutæ, quod per se neque vocem ut vocales, neque strepitum edant, ut semivocales, *β γ δ κ π τ θ φ χ*.

In aspiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli jampridem has literas pro aspiratis asperas nominant, quum potius densas et crassas vocare oporteat. Neque enim à Græcis *τραχέα γράμματα*, sed *δασέα* dicuntur: quod copiosiorem spiritum requirant, ut sit earum opima et quasi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam literas illas oppositas non lenes, sed ψιλὰ, id est, tenues et exiles appellant. R potius litera est aspera, et I contra admodum lenis, sicut Ovidius his versiculis optimè declarat de Remuriis loquens, quæ posteà Lemuria dicta sunt:

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera, quæ toto nomine prima fuit.

Itaque à Græcis initio dictionum, et si quando geminata occurrerit, addito spiritu denso lenitur: tantum abest ut rectè faciant qui densum cum aspero confundunt.

Hoc loco obiter adnotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inveniuntur *ζ θ υ φ χ*, Græca esse, aut à Græcis derivata, saltem non Latina, ut Gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ὠκὺς, lachrymæ, philtrum, Christus. Quocirca vulgò peccatur in orthographia dictionum, charus, sepulchrum, simulachrum, et similium: quum scribenda sint sine aspiratione, carus, sepulcrum, simulacrum: fiunt enim duo superiora à supinis sepultum et simulatum, ut ab involutum involucrum, à fultum fulcrum, à lavatum lavacrum, ab ambulatum ambulacrum, mutata t in c, et addita r. Testatur Servius in III. Georg. veteres scripsisse sepulchrum: post abjectam esse aspirationem: ejus verba sunt hæc: Tria veteres habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantùm hodie recipit aspirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inscriptionibus, et numismatis sæpius invenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de literis et germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quosdam Euripidis valde artificiosos et festivos versus ex Athenæo subjicere: ex quibus cognoscere liceat antiquas quarundam literarum formas. Apud Euripidem igitur in Theseo pastor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Thesei nomen scribitur, sic depingit.

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
Μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια.
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος, Θ
Οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο, Η
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. Σ
Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἓν μὲν εἰς ὀρθὸν μία. Ε
Λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
Εἰσίν. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι, Υ
Γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
Αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές. Σ

Quos versus ita reddidit Natalis Venetus:

Quum literarum non peritus ipse sim,
Dicam figuras, signaque evidentia.
Est circulus torno velut factus bene,
Signumque habens in ventre quod clare patet.
Binas secunda forma lineas tenet:
Dispescit medio incidens mox altera.
Concinnus inde tortus ipsa tertia.
Subit figura quarta, recta linea,
Tres incidentes dividunt hanc lineæ,
Quintam minùs promptum sit ipsam dicere.
Sunt differentes lineæ inter se duæ,
Quæ conveniunt ambæ simul in unam basim.
Extrema differt nil figura tertia.

De literis quidem Latinis acutè admodum et breviter his versibus lusit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus:

A sub directo memorabilis oris hiatu est.
B simul inclusis profertur utrinquè labellis.
C linguam adpulsos compellit ad usque molares.
D cogit superos linguam contingere dentes.
E paulùm pressâ profertur gutture lingua.
F labrum inferius superis cum dentibus urget.
G damus, extremum quum tangit lingua palatum.
H oritur tractis quum ventus faucibus halat.
I linguam impellit collidi dentibus imis.
K fauces format media cum parte palati.
L facit extremum contingens lingua palatum.
M quum fit, pressum premitur per utrumque labellum.
N lingua adpulsa collidit litera dentes.
O venit, exoritur quum spiritus ore rotundo.
P datur eruptis ter litera quinta labellis.
Q fit, in adpulsu quum stringimus ora palati.
R facit ut supero crispetur lingua repulsu.
S quum fit, peragit colliso sibila dente.
T linguam impulsu contactis dentibus exit.
V facit os strictum, sic promula labra fatigat.
X reddit quicquid c atque s formare videmus.
Y psilon apprensis labris procedere justum est.
Z eta sepulchrales imitatur concita dentes.

Hactenus de literis:

De syllabis: deinde de diphthongis.

Ex literis constituuntur syllabæ. Syllabam autem vocamus, docendi causa, spiritus comprehensionem ad unam vocem exprimendam. Est autem in triplici differentia. Constat enim vel ex una vocali: vel ex duabus vocalibus in mixtam unam vocem coëuntibus, vel ex consonante una, vel pluribus cum una vocali, aut duabus ad summum.

Primi generis syllabæ quinque sunt, quot scilicet vocalium soni: nam η et ω non voce, sed vocis quantitate differunt ab ε et ο.

Secundi generis diphthongi, id est, geminisonæ appellantur, quòd ex duabus vocibus tertiam unam efficientibus componantur.

Tertii generis syllabæ ex consonantium et vocalium multiplici connexione pœnè sunt infinitæ, quas enumerare minimè necesse est.

Diphthongus autem ita solet definiri à Grammaticis, ut sit syllaba ex duabus vocalibus sonum suum retinentibus conflata, ita dicta quòd duos *φθόγγους*, id est, sonos efficiat. Sic Terentianus Maurus:

——— *Unde diphthongos eas*
Græciæ dicunt magistri: quod duæ junctæ simul
Syllabam sonant in unam, vique gemina præditæ.

Ego verò malim dicere, in unam mixtam vocem coëuntibus (nam alioqui quando distinctæ sunt vocalium voces, duæ syllabæ nascantur necesse est) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim et uno spiritu proferri possunt.

Diphthongi sunt duodecim: novem propriæ, tres impropriæ: quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot improprias numerant.

Propriæ dicuntur, quòd postulet eas naturalis prolatio, hoc est, quòd duæ vocales, ut integrè scribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel quod una eademque syllaba geminæ vocalis sonum edat, *αι* ai, non e, *αυ* au, non af, *ει* ei, non i, *ευ* eu, non ef, *οι* oi, non i, *ου* ou, *υι* ui, non i, *ηυ* vel eeu, non if, *ωυ* oou, non of.

Ex quibus hodie vulgò sola *ου* rectè pronuntiatur, cæteræ omnes depravatè. Tres verò posteriores hactenus inter improprias numerantur.

Impropriæ sive abusivæ diphthongi sunt, quæ contra veram rationem et definitionem diphthongi et scribuntur et proferuntur: hoc est, quando prior solùm vocalis integrè pingitur et enuntiatur, et ι subscriptum non exauditur: sic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipsas non requirat. Nam ut simplices vocales efferuntur, nec compositam vocem edunt. *ᾳ* a, *ῃ* ee, non i, *ῳ* oo, non o.

De diphthongorum propriarum sono in genere.

Qui duos sonos in diphthongis non agnoscunt, quomodo illas Diphthongos existimare possunt? quomodo enim à vocalis sono distant, si simplicem aliquem sonum adferunt? diphthongus enim non scriptura, sed voce cernitur: aliàs non diphthongus sed digraphus est. Cur autem quum Diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum contineantur, quædam duos sonos, ut *αυ ευ ου ηυ ωυ*, quædam simplicem habent, ut *αι ει οι υι*? At id sanè, si diphthongus aliquid sit, et si quid diphthongus à vocali distet, verum esse non potest. Et quum usus in diphthongorum numerum istas retulerit, cur abusus dimidiam et meliorem soni partem ab illis auferet? Detur hoc usui ut diphthongos faciat, vocales faciat, syllabas faciat: sed hoc dare usui nemo potest, ut quamdiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus sit. Eximantur igitur è numero diphthongorum, si nihil in sono cum diphthongis habent commune. At Quintilianus quærendum putavit, quomodo duabus demum vocalibus in seipsas coëundi natura sit, quum consonantium nulla nisi alteram frangat. Sed hoc est pati illas minimè in seipsas coire, si alteram extrahas, et obtorto collo illam à sonando rapias, ne sonus è duabus vocalibus in seipsas coëuntibus collectus afferatur. Sin in sonando nihil altera vocalis adjuvet, tum non modò tota frangitur, sed etiam consumitur. Igitur ut diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, sed sonorum fieri debet, ne videlicet quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca et Latina lingua destituatur.

Diphthongi autem cum minimè simplices voces, sed compositæ et divisibiles sint, in varios sonos tribui possunt. Quomodo enim *διαίρεσις* talis diphthongorum esset, nisi diphthongus coitionem illorum sonorum antea habuisset: ut *παῖς πάϊς*. Aut quomodo *συναίρεσις* fieri aliquorum potest, quæ non ante sejuncta separataque voce erant? ut *βασιλέϊ βασιλεῖ, ὄϊς οἶς*. Videmus autem ut Iones sæpe ex *αι* rejiciant *ι*, *α* relinquant: sæpe *ει* et *οι* in *εϊ* et *οϊ* dividant. Sequitur ergo vocalem præpositivam æquè proferendam ut subjunctivam. Nam si res divisas vocesque diphthongorum separatas pronunciamus, quidni easdem conjunctas? Quid? Itáne illarum natura dissentiens est, ut ad societatem soni adduci non possint? At quare tantopere in Græca lingua dissentirent, quum in omnibus jam aliis linguis cum suavitate usurpentur? Non igitur rei natura hoc fit, neque aurium causa: quia si in re consisteret, in nulla lingua hoc fieri posset. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, ubi aures omnium et peritissimæ et delicatissimæ sunt? Et quoniam in Græcis diphthongorum sonis vel *ι* subjungi necesse est vel *υ*, ut verè Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus ut istarum literarum sonus subjungatur, non dominetur. Non enim ibi quicquam subjungimus, ubi nihil antecedit: sed ut subjungatur quod sequitur, necesse est aliquid constituatur quod præponitur. At *ι* literæ quatuor vocales præponuntur in propriis diphthongis, et *υ* quoque quinque vocales quasi duces soni anteeunt, quibus illæ ut scriptura sic sono subjunguntur: quod quemadmodum in diphthongis quibus *υ* subjicitur est perspicuum, sic in diphthongis quibus postponitur esse quoque debet manifestum. Nam in iis quæ *ι* subjectum habent, vitium in prioribus literis est: in iis quibus *υ* subditur, in ipso *υ* est. Nam una tantùm diphthongus *ου* nobis pura puta in sono hactenus relicta est.

AI.

AI igitur diphthongus nullo modo sonat ut e, sed planè Latinorum ai respondet, raptim scilicit et uno spiritu pronunciato, ut post a non respires, ne duæ syllabæ pro una audiantur. Hinc Plutarchus in symposiacis *α* literam semper præesse cæteris vocalibus, nunquam subjici, et eam in dicendo, quicquid consequatur, sonum suum retinere dicit, ac cæteris simul cum eo sonantibus uti. Neque enim vel pòst *ι* vel *υ* si ponatur *α* cum illis conveniet, aut illorum sic ductum sequetur ut ex iis una fiat syllaba, sed quasi indignabunda litera et sese admodum efferens, dominatum quæret semper. Et si alteri illarum præponatur, tum subsequente illa et simul sonante utitur, et syllabas etiam verborum facit, ut in *αὔριον, αὐλεῖν, αἶας, αἰδεῖσθαι*, et sexcentis aliis. Hæc ille. Quod si *ἀσυμφωνοῦντι καὶ ἀκολουθοῦντι χρῆται*, ut Plutarchus dicit, quis negabit *α* in eo et *ι* simul sonare? An eæ literæ dominatum non admittunt, quæ in sono non minuuntur modò et quasi de gradu dejiciuntur, sed prorsus extinguuntur, ut ne minimus quidem ejus sensus in auribus remaneat? An non idem accidit quum *α* litera *τῷ ι* nullo modo consonat, si neutra harum sonum habeat, sed quoddam peregrinum pro utroque reponatur? Itaque simul istæ sic sonent, ut consonare et consentire possint. Nunc autem quasi neutra digna sono sit, tertium aliquid, nempe *ε* pro utroque adhibetur.

Perdet igitur *α* dominatum suum, et magistratu suo abibit, si in *αἶας*, in *αἰδεῖσθαι*, et sexcentis aliis, nihil sonet: sed hoc est impetum facere in magistratum, non pati ut munus suum ubi debet, oportunè administret. Ex hoc igitur satis probetur *α* in *αι* reliquisque locis ubi ponitur sonum suum retinere, et *ι* cum illo consonare.

Quintilianus etiam *αι* diphthongum Græcos semper per ai extulisse memorat: Nos ergo nequaquam Græci sumus, qui diphthongum non efferimus.

Et Terentius Scaurus de Orthographia testatur priscos Latinos diphthongum æ Græcis literis *αι* scribere solitos, quam postea mutarint in æ, sed ita pronunciarint ut utraque vocalis exaudiretur: quemadmodum etiam hoc tempore pronunciari deberet. Hinc in quibusdam numismatis antiquis in auro et argento sculptis, videre est ab altera parte caput Vestæ, et ab altera basilicam Æmiliam cum hac inscriptione AIMILIA PEF. S. C. M. LEPIDUS. Unde multa divisis syllabis remanserunt, Persius Satyr. 6. citat hoc carmen Ennii.

Lunai portum (est operæ) cognoscite cives.

Idem Ennius, —— *Albai rex longai.*
Lucretius, —— *Ignorantur enim quæ est natura animai.*
Idem, —— *Gelidai stridor aquai.*
Martialis, —— *Attonitusque legis terrai frugiferai.*
Virgilius etiam vetustatis antiquissimus:

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et
Dives equum, dives pictai vestis et auri.

In hoc nempe imitati sunt Græcos, qui ex *παῖς*, hoc est pais, faciunt *πάϊς*.

Gellius probat hoc verbum *fenus* non à *φαίνεσθαι* Græco, ut quidam arbitrantur, sed à fetu ideo venire, quia M. Cato et cæteri ejus ætatis fenus et feneratorem sine a sonabant, unde existimant à *φαίνεσθαι* illud deduci non posse. At quis non ex hoc videt, in *φαίνεσθαι* illos *α* literæ sono usos esse? nunc per nos æque à *φαίνεσθαι* ac à fœtu venire potest, qui nullam in istis verbis differentiam ponimus, et propter soni confusionem verborum etymologiam agnoscere non possumus. Sæpe enim Grammatici ineptas Etymologias adferre nobis videntur, qui distinctionem sonorum non advertimus. Quod si veris sonis conquirendis laboremus, in veris Etymologiis constituendis minus hæreremus. Existimemus igitur, si *α* semper sonum retineat ubicunque inciderit: si semper à Græcis *αι* efferatur, si in *φαίνεσθαι* cæterisque pronuncietur *α*, debere *α* in *αι* diphthongo semper sonari. Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, ubi Ajax et Achaia dicimus? cur non eodem modo *αἴαντα* et *ἀχαίαν* Græcè sonamus? si Germanicis *καῖσαρ* rectè *Kaiser* vocatur, quid vetat eodem sono à Græcis hoc fieri? aut quare apud Græcos vastus, apud Latinos et alios sublimis sonus est? cur in eisdem verbis tanta sonorum dissensio existit, ut vix cognoscamus eadem esse? Nunc verò quomodo illos versus apud Sophoclem legimus?

Αἶ αἶ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ,
Καὶ τρίς. τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω.

Hoc est:

At at, quis unquam putasset sic concinnum
Meum concursurum fuisse nomen meis malis?
Nunc enim res fert et bis lamentari mihi,
Et ter: in tales quippe miserias incido.

Quanquam enim Pindarus sexto Isthmiorum, nomen *αἴαντος, ἀπὸ τοῦ φανέντος ἀετοῦ* deducat: de cujus volatu auguratur Hercules exauditas suas preces, et futurum esse prædicit ut nascatur Telamoni fortissimus filius: non tamen minus fortasse rectè Sophocles et alii à crebra voce *αἶ αἶ*, vel *ἀπὸ τοῦ αἰάζειν*, quod Theocrito etiam frequens est, derivant.

Adverbio *αἶ* confine est *αἰβοῖ*, id est heu, etiam dolentis et indignantis, interdum et admirantis et gestientis præ gaudio. Quod quidem si *ευϊ* proferatur quis non videt quàm nullum planè affectum mentis designet?

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum *αι* sic sonare, quemadmodum Raiam piscem, Graium, Aio, Aiacem, Maiam, Naiades, et cætera ejus generis, confuso sono *α* et *ι*: nullo autem modo ut *ε*?

AY.

AY nequaquam af sed au sonat, quia litera *υ* non est f vel u consonans, sed u Gallicum, non enim diphthongus conflatur ex vocali et consonante. Et quanquam u Latinum sæpè sonum *τοῦ* digamma habet, illum non in fine syllabæ, sed in principio semper tenet. Temerè igitur hic vitiatus *υ* literæ sonus nunc in *αυ* et *ευ* irrepsit. Si autem hoc natura literæ fieret, cur non hoc in *ου* quoque usu veniret? At *ου* diphthongum benè sonamus. Itaque ut reliquæ benè sonentur, idem sonus in reliquis observetur. Si enim vocalis consonanti juncta diphthongus esse non potest (diphthongus enim duarum vocalium copulatio est), junctus etiam ex utraque sonus proficiscetur. Quod si altera à vocali abeat, jam non diphthongus, sed alia syllaba erit.

Hîc ergo Demosthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphthongum *αυ* cognoscere. Nam Aristoph. Poëta dum canem latrantem exprimere vellet *αὖ αὖ* dixit.

Terentii fabulam *ἑαυτὸν τιμωρούμενον* dicimus Heauton timorumenon non heafton timorumenon.

Cæterùm hîc posset fortassis alicui scrupum injicere locus Ciceronis qui est lib. 2. de divinat. Quum, inquit, M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, *cauneas* clamitabat. dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret: non fuisse periturum, si omini paruisset, quas si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiæ, et sternutamenta erunt observanda. Hactenus Cicero: ex quo colligitur ea tempestate vicinitatem quandam soni fuisse in vocibus *Cauneas* et *cave ne eas.*

Ex quibus constat voces *καυνέας*, et *cave ne eas* pronuntiatione non admodum diversas fuisse, præsertim quum Romani non *cafneas* sonuerint vel *caqueas*, sed *cauneas: cave* autem *cauve.*

EI.

EI diphthongum hodie cum simplici iota confundunt homines etiam eruditissimi, sed errore non minùs manifesto quàm periculoso, propter multiplicem unius soni significandi rationem: quum debeat proferri ei, hoc est, utraque vocalis *ε* et *ι* conjuncto sono exaudiri, sicut Eia adverbio adhortantis, Martial. lib. 11.

Eia age rumpe moras.

quod Græci dicunt *εἶα, ὦ εἶα.* Aristoph. *εἶα κάλα.* Hei interjectio dolentis sive ingemiscentis. unde apud Terentium. Hei hoi: ubi in posteriori etiam sonus diphthongi *οι* exauditur.

Galli diphthongum hanc referunt in *sein* sinus, *feint* fictus, *plein* plenus.

I longum antiquis Romanis proferebatur ut hæc diphthongus *ει*, hoc est ei, et e inclusum habebat: quod usitatum fuisse tempore Ciceronis ex vocibus *βίνει* et Latina *bini* constat. Confirmat hoc Quintilianus dum de ei Latino dicit, duravit diutius ut ei jungendis eadem ratione qua Græci *ει* uterentur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratione qua Græci utebantur? Quomodo, nisi quemadmodum tradunt veteres, ubi i longum esset, Valerium semper ei scripsisse, itemque vetustiores Latinos, extareque in vetustis inscriptionibus hanc scripturam *Celeberrimei, veis, preimus*, pro *celeberrimi, vis, primus?* et Sosipater ait Varronem lib. 9. Epistolicarum quæstionum dicere *Eclogas ex Annalei descriptas.* Unde in numismatis antiquis LEIBERTAS, SERVEILIUS, EIDUS, quod Plutarchus *εἰδοὺς*. Plauti comœdia Capteivei, et passim apud authores, queis, omneis, Tralleis, Sardeis, et id genus alia, quæ etiam per I longiusculum et extans solent scribi: OPEIMIUS OPIMIUS, BINEI BINI, EIRONEIA IRONIA, eodem tamen servato sono ei.

Unde Victorinus de orthographia. Quum verò eadem i, e literæ juncta esset, non solùm pro longa syllaba accipiebatur, sed nominativum pluralem ita scriptum significabat, ut amicei, bonei, doctei, Romanei, et similia. At si per solum i scripta esset, eadem genitivum singularem faciebat, ut *hujus amici.*

Hermogenes autem in dicendi formis, ubi *περὶ σεμνότητος* loquitur, diphthongos et vocales longas hanc formam illustrare dicit si in finem dictionum cadant, præter *ει* diphthongum. Sin *ι* ipsum per se ponatur, minimè: tum grandem orationem eam facit quæ abundat: contrahit enim magis, et ad rictum deducit os, et minimè fauces complet.

Eam verò in lingua Latina hæc diphthongus suavitatem obtinuit, ut quum Sulpitius ex *ει* diphthongo *ι* tolleret, et e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronem lib. de Oratore III. reprehensus sit, quòd non antiquos oratores, sed messores videretur imitari. Quòd si nos nunc in alteram partem perpetuò peccantes audiret Crassus, mirum ni non messores nos, sed passeres vocaret, qui sic pipitaremus. Cùm nunc ne accusativos quidem illos plurales omneis, treis, parteis, scribamus, sed expuncto *ε* cum Sulpitio dicamus omnes, tres, partes. Servata est tamen in paucis quibusdam, ut in hei et queis, et Poëticis illis,

Jam validam Ilionei navem, et Orphei Calliopeia.

Vitiosa hujus diphthongi tum pronuntiatio tum scriptio non paucos authorum locos corrupit, virosque alioqui doctissimos decepit. Et, ut de multis unum aut alterum adferamus, elegantissimum adagium *τηρεῖν τὴν καρδίαν ἐν πείσῃ*, id est, retinere cor in ancorali fune, hoc est, in sua constantia atque firmitudine, apud Synesium in Encomio Calvicii hactenus redditum fuit, in Pisa animum præparare. Interpres enim pro *πείσῃ* (quæ etiam *πεῖσμα* et *πρυμνήσιον* vocatur) legit *Πίσῃ*. Similis menda fuit in libello Plutarchi *περὶ ἀοργησίας*, ubi librariorum incuria, quæ ob neglectam pronuntiationem solet incidere, vox *πείσῃ* depravata est in *πείσει*: ita ut Erasmo ipsi ansam erroris præbuerit, dum hæc *ἐν τῇ ὁμηρικῇ πείσῃ μένοντι τὸν θυμὸν* vertit, in persuasione Homerica permanentem.

EY.

In *ευ* diphthongo hodie peccatur sicut in *αυ* paulò antè peccari ostendimus. Nam *ευ* sonat eu non ef, *εὖρος* eurus, *εὖγε* euge, *πεντάτευχος*, pentateuchos, non pentatefchos.

OI.

OI, sicut in *ει* tradidimus, integrè quoque proferendum, ut utriusque vocalis sonus possit exaudiri, non tanquam simplex *ἰῶτα*, quemadmodum vulgò. Sono quippe differunt *πιότης* obesitas, et *ποιότης* qualitas. Quod liquet ex dictionibus Gallicis *moi, soi, toi:* Quas retinuerunt à Græcis *μοὶ σοὶ*, Doricè *τοὶ* et *οἷ*, aspiratione mutata in s, quemadmodum *ὗς* in sus.

Mansit in extremis syllabis integrior hæc diphthongus in iis quidem vocabulis quæ in n desinunt, ut *soin, besoin, loin.* Et apud Latinos in his vocibus, Troja *τροῖα*, non Tria.

Hanc diphthongum etiam retinent antiqui illi dativi *bonoi, dominoi*, pro *bono, domino:* et illud Catulli initium *Quoi dono lepidum novum libellum?*

Thucydidis locus ex libro historiarum primo tam planus est, ut de sono *οι* minime dubitari possit. Nam quum patrum aut avorum memoria oraculum quoddam Atheniensibus datum esset, propter longitudinem temporis iterum pene è memoria illorum abiit, ut ii qui à patribus illud acceperant, in magna varietate et dissensione essent, aliis *λοιμὸς* in carmine, aliis *λιμὸς* sonantibus: quum autem præteriisset illud bellum, et magna pestis stragesque hominum et bestiarum totam terram invasisset, tum *λοιμὸν*

fuisse in oraculo dicebant: quòd si alio tempore, inquit Thucydides, illud bellum ingruat quod fames quædam sequutura sit, tum λιμὸς et non λοιμὸς dicent. Carmen verò apud Thucydidem hoc est,

Ἥξει δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Matthæi xxiii. cap. Καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.

Latini hanc diphthongum per œ reddunt, Φοῖβος Phœbus, Κροῖσος Crœsus.

ΟΥ, u vocalis.

ΟΥ profertur ut u vocalis, id est ou. μοῦσα Musa, τοὺς λόγους, tous logous.

u enim, licet nonnullis hodie corruptè sonet ut υ sive u Gallicum, omnino Latinè proferendum ut hæc diphthongus ου, quæ inter proprias sola rectè ab omnibus pronuntiatur, et pura puta in sono relinquitur.

Igitur u Latinum scriptura simplex, sono conjunctum est: quare diphthongus potiùs quam vocalis censenda videtur.

Nisi enim o in u sonaremus, à Latino u ad Græcum υ veniremus. hoc autem inter se distant, quod υ simplex est, nihil admixtum, nihil alienum adjunctum habet: u verò perpetuum ο ducem soni habet, et junctus cum illo perpetuò in ore exit.

Tradunt etiam nonnulli aliquando pro u longo scriptum ab antiquis fuisse ου ut loumen, nountii: Græci ferè ου diphthongo reddunt vocalem u Latinum idem sonantem.

Tullius Τούλλιος: Gaza et Planudes Τύλλιος, Junius Ἰούνιος, Brutus Βροῦτος, custodia κουστωδία. Itemque u consonantem crescente numero syllabarum, Valerius οὐαλέριος, Varro οὐάῤῥων, Servius Σερούιος, Helvetii ἐλουέτιοι. Plutarch. ἐλβέτιοι.

ΥΙ.

Tres quæ sequuntur diphthongi, licet propriæ, rariores tamen sunt, et κακόφωνοι vocantur, hoc est malesonantes, quòd difficilioris sint prolationis: quæ videtur esse caussa cur à Grammaticis inter improprias numeratæ sint.

υι igitur sonat ui per u Gallicum una syllaba comprehensum, non ι longum, ut vulgo solent efferre: ut ἅρπυια harpuia, non harpia. Quam diphthongum videre licet in his dictionibus Gallicis, *puis*, puteus, *pluie*, pluvia, *huis*, ostium.

Quæ Græcè scriberentur, πυις, πλυιε, υἱς.

ΗΥ.

ΗΥ sonandum esse aiunt plerique ut eeu, non if, quemadmodum vulgò, quòd sit facta ex ευ, id est, eu, ε in η mutato, ut ab εὔχομαι ηὐχόμην eeuchomeen, non ifchomin.

ΩΥ.

ΩΥ proferendum eodem ferè modo ut ου, sed vastiori sono, nempe oou non of. Ionum propria est: illi enim pro αὐτὸς, dicunt ὠυτὸς ooutos, non oftos ut vulgò. Hoc tamen interest inter ευ ου et ηυ ωυ quòd η et ω in istis, quum longa sint, pronuntiationem ita retineant ut hiatum vitare non possis.

De tribus diphthongis impropriis.

Impropriæ diphthongi dicuntur, quòd licet ex duabus constent vocalibus, non tamen duos sonos in unum coactos exprimant, sed unius tantùm vocalis sonum edant. Ideoque abusivè et καταχρηστικῶς diphthongi vocantur.

ᾳ.

ᾳ id est alpha, ι parvulo subscripto, sonat a longum: neque enim aliter ᾳ atque α simplex vocalis effertur, φιλίᾳ philia.

ᾄδης hadees, id est Pluto, sæpe pro inferis et terra ponitur. quomodo utitur Polyxena apud Euripidem in Hecuba,

Ἐκεῖ δ' ἐν ᾄδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

ῃ.

ῃ id est ἦτα subscripto ἰῶτα, sonat ut η, hoc est ee. τῇ τιμῇ tee timee, non ti timi. ληστὴς leestees κατὰ διαίρεσιν ληΐστής.

ῳ.

ῳ id est, o mega ἰῶτα subscripto, sonat ω. τῷ λόγῳ too logoo. Pro hac Latini œ utuntur, κωμῳδία comœdia, τραγῳδία tragœdia.

Olim ἰῶτα ipsum literis adscribebatur, non subscribebatur, minori tamen forma quàm præcedens litera, quasi dimidiatum ἰῶτα, hoc modo, αι ηι ωι. Quæ scribendi ad latus consuetudo remansit in literis capitalibus Αι Ηι Ωι.

De τ post ν: ν ante β: π post μ: γ ante γ, et similibus.

Grammatici novos quosdam pronuntiationis canones hic solent subjicere.

Illi enim tanquam edicto perpetuo caverunt, literas τ ν π γ κ alios atque alios sonos admittere. τ enim post ν sonare ut d: ν ante β, μ, π, ut m. π post μ, ut b Latinum, itidem post ν in diversis dictionibus: γ ante γ ξ χ sonare perinde ut n, sic ante c, sed ipsum κ sonandum ut γ.

Εὐφωνίαν prætexunt, sic ut in omnium literarum et diphthongorum sonis: Τὸν Τάνταλον et Ἀντώνιον proferunt *ton dandalon et Andonion.*

Atqui si ita sit, quis discernet inter τὸν τρόμον, id est tremorem, et τὸν δρόμον cursum: item inter οἴκονδε adverbium ad locum, id est domum, sive ad domum, et οἴκοντε domumque, si eadem utrobique est pronuntiatio? Quorsum denique attinebat illa disputatio περὶ ἐντελεχείας καὶ ἐνδελεχείας, quæ tot tantorumque virorum ingenio et labores in utramque partem torsit, dum hic per τ, ille per δ scribendum putat, nisi quia non eadem utriusque significatio nec prolatio?

Harmenopolus ac Theophilus in libris juris Græcè conscriptis utuntur dictione τεσταμέντῳ, ut verisimile sit non aliter sonuisse quam Latinam vocem *testamento*, non autem *testamendo.*

Euphonia id suadet, quòd omnes literæ sonent ut scribuntur.

Longè verò commodiùs τὸν βίον sonamus *ton bion*, quàm *tom vion*, quemadmodum Latinis *nomen bonum*, non *nomen vonum*: item faciliùs τὸν παῦλον *ton Paulon*, quam *tom Baflon.* Ad quod etiam facit sententia Fabii, qui ait apud Græcos nullam dictionem in μ finiri, nempe quia molesta ejus sit pronuntiatio.

Γ ante alterum γ, vel κ, vel χ, vel ξ, quod docent Grammatici, sicut ν pronuntiari solere, ut ἄγγελος, ἀγκίλια, ἀγχίσης, Angelus, Ancilia, Anchises, quo modo proferre solent Latini: nec hoc quidem controversia caret. Nam probabile est, Græcos si pronuntiationem mutassent, ipsam quoque literam fuisse mutaturos, sicut in συμπληγάδες pro συνπληγάδες, κάββαλε pro κάτβαλε, et similibus: quòd ν ante π, et τ ante β collocari non possit, ut testatur Dionysius. Atqui tantum abest ut suum γ sequentibus illis literis mutârint in ν, ut contrà si ipsum ν occurrerit, sonum illius aversati, et mollitiem illam aspernati, soleant convertere in γ, usitata illa orthographiæ regula, quod semper ν ante γ κ ξ χ migrat in γ, quam ita tradit Gaza, τὸ ν, οὔτε πρὸ τοῦ γ, ἢ χ, ἢ κ, ἢ ζ, σώζεται συντιθέμενον, ἀλλὰ τρέπεται εἰς τὸ γ. Cedò, qua ratione dici potest ν converti in γ, ut deinde ipsum γ sicut ν pronuntietur? Nam potius ipsum ν servari, et γ, si occurrisset, in ν converti oportuerat. Quòd si quis objiciat Latinam pronuntiationem: respondemus non de Latina, sed de Græca lingua hic quæri. Γ autem in ν à Latinis mutari non magis miror, quam δ in l, ut Ὀδυσσεὺς Ulysses: et in β, ut δὶς his. Si rursus quis opponat, id postulare pronuntiationis rationem: iterum quæram, cur igitur ν quum ejusmodi plerisque locis occurrit, in γ convertitur, ac non potiùs retinetur? deinde quid tandem causæ sit, cur hoc dicamus poscere pronuntiandi rationem: quum ipsum potius ν cum illis literis cohærere non posse Dionys. doceat, et regula orthographiæ id apertè declaret? Certè Priscianus author est, vetustissimos scriptores Romanorum, euphoniæ causa pro n scripsisse g. ut Agchises, agceps, aggelus, aggens: quod ostendit Varro 1. de origine linguæ Latinæ his verbis: Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt, in ejusmodi Græci, et Actius noster bìnam g scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem facile videre non est. Similiter agceps et agcora. Victorinus autem cui propter antiquitatem plurimum tribuendum est, ait γ ante γ, et ante κ sonandum potius ut n. Idem vult duo g scribi, quoties duorum g sonum aures exigent, ut in agger, aggredior, suggero, oggannio, et similibus. Cur enim non consulatur auribus? quarum esse judicium superbissimum dixit Cic. in Oratore. Duplex igitur γγ Græcè efferendum quemadmodum ipsi Latini pronuntiant in aggrego et aggero: et tantò mollius esse videtur quàm duplex κ, quantò molliùs pronuntiatur γ quàm κ: illud autem κκ et Latini et Græci usurpant, ut ἐκκλησία Ecclesia.

Fatendum quidem est ante Χ vel κ vel ξ, γ proferri non posse, præsertim in ultimis syllabis, ut σύριγξ, φάλαγξ, λύγξ, Syrinx, Phalanx, Lynx, quia nimirum γ nullam habet conjunctam vocalem cum qua cohæreat.

Sed quid hîc facias, quum disertè dicant Græci ipsum ν iisdem his literis præponi non posse? quod si verum est, cur Latini tamen id faciunt? (scribunt enim Ancillæ, Anxur, Anchises) et Græci Grammatici cur γ ante has literas ut ν pronuntiandum esse docent? Nam si pronuntiari potest ut debet, certè etiam scribi. Respond. in hujusmodi vocabulis literam quidem n et à Latinis scribi, et à Græcis pronuntiari, sed adulterinum, sicut Gellius ex Nigidio observavit, nam n non esse (inquit Nigidius) lingua indicio est: nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret.

Hanc ergo doctissimi Grammatici præceptionem si sequamur, dicemus ν ante γ κ χ ξ, mutari a Græcis in γ, non ut ipsum γ enuntietur, (nam id fieri non potest) sed ut significetur illud ν peregrino quodam sono esse pronuntiandum, id est infracto, ita ut lingua palatum non feriat, quomodo etiamnum hodie à Gallis pronuntiari solet m vel n, in mediis præsertim dictionibus quum syllabam claudunt; *manger* edere, *encre* atramentum, *Anglois* Anglus, *Aniou* Andegauum, *trembler* tremere, *somne* somnus, *colomne* columna: *combatre* pugnare.

JO. DANIEL. A LENNEP

ETYMOLOGICUM LINGUÆ GRÆCÆ,

SIVE

OBSERVATIONES AD SINGULAS VERBORUM NOMINUMQUE STIRPES, SECUNDUM ORDINEM LEXICI, COMPILATI OLIM A JOANNE SCAPULA,

EX EDITIONE

EVERARDI SCHEIDII.

JO. DANIEL. A LENNEP

OBSERVATIONES AD STIRPES

LINGUÆ GRÆCÆ.

PROLEGOMENA.

NIHIL esse tam necessarium, ad acquirendam exquisitiorem linguarum, quæ mortuæ dicuntur, cognitionem, quam diligenter et accurate inquisivisse in vocabulorum stirpes et origines, eorumque notiones proprias; inter omnes hodie constat, qui quidem in linguis sapiunt. Quoniam autem et veteres, et inferiorum ætatum scriptores, vix aliquid scripto consignarunt, unde ista cognitio acquiri possit: non alienum esse duxi, eorum causa, qui quidem Linguæ Græcæ naturam et rationem penitius intueri et perspicere cupiant, hoc anno, diligentius paullo eas res exponere: ut habeant illi, ad quæ pleraque, in scriptis veterum Græcorum obvia, possint perpendere. Fuerunt quidem, tum inter veteres, tum postea, qui, cognitionem hanc utilissimam existimantes, multum operæ et industriæ, in investigandis vocabulorum stirpibus, eorumque propriis notionibus determinandis, collocarent. Sed, quum plerique omnes incerta insisterent via, fieri aliter non potuit, quin multa commenta et ingenii ludibria, pro veris inventis, nobis relinquerent; a quibus tanto cavendum nobis est diligentius, quanto longius possumus, si ea sequimur, a recta ratione (qua omnis linguarum analogia describitur) abduci, et quibusvis erroribus implicari.

Ne de veteribus loquar, qui in patriæ suæ linguæ causis, ut fieri solet, omnino cœcutiverunt; fuerunt jam, a multis inde seculis, qui, quum ad interitum jam vergeret sua lingua Græca, in ejus originibus investigandis et exponendis, sedulo versarentur. Ei quoque numero cum alii quam plurimi accensendi sunt, tum in primis (quorum adhuc scripta quædam supersunt) Scholiastæ veteres et Etymologus magnus. Hi vero tot mala, bonis quibusdam mixta, habent, ut, nisi, quocumque incedas, Analogiam, tanquam filum aliquod Ariadnæum, sequaris, ubique erres, ubique impliceris, et obhæreas.

Quod etsi vere dici potest, tamen existimandum non est, nihil esse in eorum scriptis, cujus causa valde ea requiras: quum multa insint, scitu dignissima et utilissima. Sed lectore opus est peritissimo, qui recta a pravis scienter possit secernere, atque ita, quidquid probum invenerit, in usus suos convertere.

His aliisque subsidiis instructus, primus, post renatas in Italia literas, opus hoc utilissimum aggressus est Henricus Stephanus, edito Thesauro Linguæ Græcæ, quo vocabula, tam derivata, quam composita, ad stirpes suas, seu themata, referret, notiones etiam proprias et figuratas adderet, quarum quidem habuisset notitiam. Sed, quod reliquis omnibus, qui, aut ante eum, aut post eum, idem opus fuerunt aggressi, ipsi quoque accidit, ut in permultis laberetur. Minus perspecta enim vera ratione et analogia linguæ Græcæ, a Grammaticis, et Scholiastis vetustis, omnia fere mutuatus est vir ille doctissimus, et, hoc pacto, imperitos duces suos sequutus, ipse harum rerum imperitus, in eosdem errores, in quos illi ante, adduci se passus est.

Idem dicendum de Lexico Joannis Scapulæ, qui, si eruditionem spectes, H. Stephano longe inferior, hujusque compilator, quæcumque in suo Lexico habet, ex illo Stephani Thesauro depromsit: adeo ut, quod habemus Scapulæ Lexicon, totum excerptum sit ex majori Henr. Stephani opere.

Præter hunc Stephani Thesaurum, nihil fere est in formam Lexici redactum, unde stirpes Græcæ linguæ quodammodo cognosci possint. Nam, quem scripsit M. Martinius, Cadmus Græco-Phœnix tot ludibriis hominum, omnia ab orientalibus linguis repetentium, est repletus, ut tutius ab ejus lectione abstineant, saltem tirones. Quæ autem viri docti alii, de hac parte eruditionis Græcæ, sunt commentati; quemadmodum Salmasius, Casaubonus, duo Scaligeri, Valesius, aliique, qui Analogiam et causas linguæ Græcæ penitius paullo introspexerant; tum pauca sunt, tum, per eorum scripta, tam varie dispersa, ut non possint, nisi ab iis, qui eorum scripta diligenter legant, cognosci.

Quapropter, quum plerorumque in manibus esse soleat memoratum istud Scapulæ Lexicon, idque præ ceteris juventutis studiis accommodatum videatur; ejus ordinem Alphabeticum thematum secuturus, constitui, eorum veras stirpes paullo altius indagare, unaque, quæ sit propria, tum illarum, tum inde propagatarum, vocum vis, quæve translatarum ratio, breviter ostendere. Hoc enim modo, quæ in Lexicis minus recte exposita leguntur, perpendi poterunt aliquanto accuratius.

Sequar autem ubique, hac in tractatione, certam et constantem Analogiam, ipsius linguæ Græcæ rationibus nixam, et usu comprobatam; eamque paucissimis regulis generalibus comprehensam. Quarum ne quis plane nescius sit, pauca quædam, ex illis, quæ ante duos hos annos copiosius cum auditoribus meis communicavi, præmittam excerpta.

I. Nullæ sunt proprie origines, aut stirpes, nisi verba simplicissima. Reliqua omnia vocabula sunt derivata aut composita; sive nomina sint, sive aliæ partes orationis.

II. Verba originalia simplicissima sunt

1. Bilitera, et non nisi quinque dantur, per rei naturam. Sunt ea ἄω, ἕω, ἴω, ὄω, ὕω.

2. Trilitera, eaque duplicis generis: quorum alterum consonantem, in principio, habet; ut βάω, δάω et similia: alterum in medio, ut ἄγω, ἕλω et similia: vel tandem

3. Quadrilitera; ea, nempe, in quibus consonantes et vocales alternatim sunt positæ: ut λέγω, λάγω &c. quæ etsi, ipsa forte a simplicioribus verbis orta, verius derivata videntur posse dici; in hac tamen tractatione, pleraque haberi originalia possunt. Reliqua autem quadrilitera longe minus etiam esse originalia videntur. Nam aut formata sunt a verbis triliteris, præfixa consonante: quemadmodum στέω

à τέω, στάω à τάω &c. vel consonante, vocalive, interposita: quemadmodum ἅπτω ab ἄπω, ἄγχω ab ἄγω, &c. κείω à κέω, βαίω à βάω &c. vel contractione: quemadmodum πλέω à πελέω, πνέω à πινέω. Et hujusmodi generis omnia verba pro derivatis merito habentur.

III. Verba, quinque literis constantia, omnia sunt derivata: et quidem proxime à quadriliteris, sive addita ab initio litera, sive ea interposita. Formantur autem

1. Addita vocali ab initio: ut ἐθέλω, à θέλω; ὀκέλλω, à κέλλω et similia.
2. Addita consonante: ut σμύχω, à μύχω &c.
3. Vocali interposita; quemadmodum μείνω à μένω; μαίνω à μάνω: vel, eadem ante ω posita; ut ποιέω à ποίω &c. vel denique,
4. Interposita consonante; ut τύπτω à τύπω; βάπτω à βάπω et similia.

IV. Quæ plures, quam quinque literas, habent, omnia oriuntur à formis verborum simplicioribus: facta, vel additione, vel insertione quarumvis fere literarum, tam consonantium, quam vocalium: eaque, sensim per simpliciores formas eundo, referri debent, vel ad memorata verba originalia quadrilitera, vel ad simpliciora etiam; quemadmodum suis locis videbimus.

V. Verba, quæ non, nisi vocali ante ω, inter se differunt, significationem unam propriam, communem, habent. Et, si simpliciora sint, pro iisdem originibus, sunt habenda. Sin autem pluribus literis constant, ut eandem stirpem, ita eandem notionem propriam, habent. Sic verba (Reg. 2. n. 1.) indicata ἄω, ἔω &c. significationem propriam communem habent, quæ in leni spiramine posita est, quæque, ipsis literis A vel E &c. pronuntiandis, efficitur. Similis ratio est verborum (R. 2. n. 2.) βάω, βέω, βίω &c. quorum significatio propria communis quærenda est in motu, qui fit cum contentione quadam. Similiter res sese habet in verbis ἀράω, ἀρέω, &c. quæ orta, (secundum Reg. 2. n. 3.) a simpliciori ἄρω, hujus verbi significationem sequuntur; quæ est posita in aptando. Atque eadem reliquorum omnium verborum, ad hoc genus pertinentium, ratio est. Quin idem statuendum fere de verbis aliis, quæ, ab eadem stirpe orta, consonante aliqua, vel addita, vel interposita, differunt.

VI. Similis ratio etiam multorum verborum est, tam originalium, quam derivatorum, quæ in principio, sive ante consonantem, sive post primam consonantem, vocali tantum differunt. Ita ἄρω, ἔρω &c. significatione non tantum conveniunt, sed pro iisdem stirpibus possunt haberi. Similiter μάνω, μένω &c. eadem quasi verba originalia sunt, significationem communem propriam habentia: uti v. c. λέχω et λάχω. Huc quoque pertinent ea, quæ consonante vicina differunt, sive ab initio, sive in medio; quemadmodum γάω et χάω; λέγω et λέχω et similia.

VII. Notiones verborum propriæ omnes sunt corporeæ, sive ad res pertinentes, quæ sensus nostros externos feriunt. Quibus autem alia notio subjecta est, ea omnia translata sunt et figurate sumta.

VIII. Derivata nomina, quæ proxime descendunt à verbis, simplicissima ea sunt, in quibus terminatio verbi præsentis in eam nominis mutatur. Quemadmodum λέχος lectus, à λέχω cubo: γέρων, à γέρω honoribus fungor: quod posterius, ut multa alia, nomen participiale est, formatum à γέρω, ut τύπτων à τύπτω.

IX. Reliqua à variis temporibus aliis, et quidem maxime à præteritis oriuntur; terminatione temporis istius, unde oriantur, in eam nominis mutata, et augmento, si adsit, ablato. Quæ omnia cognosci possunt ex litera istorum temporum characteristica. Ita ἁφή tactus, discimus esse à præter. perf. activ. ἧφα verbi ἅπτω, solius literæ φ indicio. Similiter litera μ docet, vocem ἅμμα esse ortam, à præter. perf. pass. ἧμμαι verbi ejusdem ἅπτω. Litera ξ demonstrat, vocem λέξις esse à 2da person. præter. perf. pass. λέλεξαι verbi λέγω. Litera τ indicio est, nomen πατήρ, oriri à tertia pers. præt. perfect. pass. πέπαται verbi πάω alo, nutrio, atque ita in aliis omnibus.

X. A nominibus, variis modis, nova denuo verba formantur. Cujus generis exempla, in ipsa tractatione, multa videbimus.

XI. Nomina, à verbis orta, horum significationem sequuntur. Atque ita verba, à nominibus formata, proxime istorum nominum, unde descendunt, notionem sequuntur,

XII. Quæ, præter verba et nomina, numerantur partes orationis, ea, vel ad verba, vel ad nomina, proprie referenda sunt; nisi sint quædam interjectiones.

XIII. Quæ vocabula, sive verba, sive alia, ὀνοματοπεποιημένα sunt, hoc est ficta a sono; cujusmodi, in lingua Græca, quam plurima reperiuntur, ut originem sono alicui debent, ita etiam hujus soni notionem sequuntur.

Atque hæ præcipuæ regulæ generales sunt, quibus Analogia linguæ Græcæ, quantum quidem ad formationem verborum, et significandi rationem attinet, circumscribitur.

Ad has igitur omnia perpendentes, ad ipsam jam rem aggrediamur.

JO. DANIEL. A LENNEP

OBSERVATIONES AD ORIGINES

LINGUÆ GRÆCÆ.

A. NOTIONEM habet propriam soni, qui literam hanc pronuntiando editur; (nisi est ab articulo postpositivo formatum:) vel vim privandi, vel intendendi, aut similem, habet.

Ab articulo postpositivo descendit ἃ, quando ponitur pro ἑὰ sua: ut est apud Homerum, [Iliad. M. 280. O. 58. P. 193. Σ. 451. Od. I. 250. 310. &c. Nempe τὸ ἑὰ sua, dici videtur pro ἃ, adscita ab initio vocali ε, ut alibi sæpe. Vide Analog. p. 203. et Animadv. p. 360. Ut hinc appareat, ἃ hocce non adeo dici pro ἑὰ, quam ἑὰ potius efferri pro ἃ, quod in prosodia breve est. E. S.]

Inde porro est Doricum ᾇ, pro ὅπου, quod Latine diceres, quà viâ. Tum nempe ᾇ, quasi antiquus Dativus, est a Nominativo ἣ, cujus masculinum est ὅς.

Quando autem litera α in compositis vim habet privandi, intendendi, similemve, cognatum videtur esse præpositioni ἀπὸ, ut manifeste apparet ex Latina præpositione, huic respondente, a vel ab. [Nisi potius ἀ privativum, στερητικὸν, ortum sit ex ἀνά: ut primo dixerint ἀν, et dein ἀ. Istius ν vestigia supersunt fortasse in ἄνανδρος effeminatus, ἀνόρατος invisibilis, ἄνορχος testiculis carens, ἄνοσμος odoris expers, ἀνάελπτος insperatus: pro quibus, litera ν extrita, etiam dixerunt ἀόρατος, ἀόρχης, ἄοσμος, ἄελπτος. Alia vide in ἄγαν, ἅμα, ἀνά. E. S.]

Ἀάζω oritur, sine dubio, ab ἄω. Ex regulis enim memoratis patet, non esse primitivum. Oritur igitur proxime ab ἄω verbum ἀάω: atque inde ἀάζω. Est autem ἄω spiro: et, ut postea videbimus, de leni spiritu oris, vel halitu, qualis fere litera α pronuntianda, editur, proprie sumtum videtur. Hinc, quum spiritus, vel halitus lenior, calidus sit, ἀάζω recte sumtum docent Grammatici, pro calidum halitum efflare: ut differat a verbo φυσᾷν, quod quidem etiam à sono flatus factum, tamen notat, ipsa sua natura, cum impetu flatum oris, vel alio quocumque instrumento, exprimere: quod fit, quum rem calidam flando frigefacere volumus.

Ἄβαλε utinam, heu! Stirpem ultiorem non videtur habere: estque quædam interjectio; cujusmodi generis voces, vel à sono aliquo, vel simili saltem ratione, fere fiunt: ut adeo referendæ sint ad ὀνοματοπεποιημένα. [Dubium adhuc est, scribendumne, divisis voculis, ἆ βάλε, vel ὦ βάλε, ô fuge! sitque βάλε, i. e. βάλλε, Belg. *pak u weg*: an vero ἄβαλε, voce unica, sit efferendum: quæ vox contrahi potuerit ex ἀνέβαλε; quod idem atque ἀνάβαλλε. Vide Etymolog. Magn. pag. 186. vs. 40. ibidemque Sylburg. ad p. 3. vs. 3. porro Hesych. Albertii, p. 12. collato Auctario emendat. col. 1. E. S.]

Ἄβαξ. Respondet Lat. abacus, unde formatum. Proprie id notat, quod quasi baculo nitatur. Ortum ex α intensivo, ut vocant; de quo supra, et voce βὰξ, formata à verbo antiquo βάκω, vel vicina forma; quemadmodum λὰξ à λάκω, πλὰξ à πλάκω, et similia. Docet jam litera ξ, (Reg. 9.) βὰξ repetendum esse à 2. præter. perf. pass. βέβαξαι, verbi memorati βάκω. Βάκω autem, etsi originale verbum videri potest, (ut multa alia quadrilitera hujus generis, de quibus Reg. 2. n. 3.) à simpliciori βάω oritur, ejusque significationem retinet: ut adeo notet, nitor. Quæ significatio cum in aliis multis derivatis conspicua est, tum in proximo derivato βάκος, cujus diminutivum superest in lingua Lat., baculus nempe, respondens Græco βάκτρον (à 3. pers. præter. pass. βέβακται, verbi nostri βάκω) proprie id notat, quo nitamur, baculum adeo: ut πλῆκτρον id, quo percutiamus, à πέπληκται, verbi πλήσσω. Est ergo ἄβαξ eximie, in usu, mensa vel tabula, baculo vel fulcro nixa. Ex qua notione propria reliquæ significationes, quæ in Lexicis notantur, sponte fluunt. [Potest etiam ἄβαξ compositum censeri ex ἀ privativo et βάκος. Etymol. "Ἄβαξ, ὁ μὴ ἔχων βάσιν." G. L. Vossius, in Etym. Latino "Guicharto est ἄβαξ, quasi μὴ ἔχων βάσιν, ut est apud Etymologum. Itaque proprie abacus est mensa, quæ basin non habet; ut illa logistarum, de parieti suspensa: item coquinaria, quæ nunc parieti applicatur, nunc soluta demittitur, ut vasa super ea reponantur: unde et repositorium dicitur Plinio, lib. 28. c. 2." Posterius hoc forte rectius. E. S.]

Ἄβαρ [placentæ genus.] Videtur originis peregrinæ, certe ignotæ. [Fortasse ἄβαρ, per apocopen, dixerunt pro ἄβαρι ab ἄβαρις, cui vicinum ἀβαρὴς pp. non grave, et hinc placenta levior. E. S.]

Ἄβρα ["vel potius ἅβρα Ancilla honestior, quæ delicata Latinis, pedissequa."] Et hoc forte peregrinum: nisi sit femin. à masculino ἅβρος pulcher, cultus; ut ita intelligatur hac voce nomen θεράπαινα, vel simile. Est autem ἅβρα, in usu linguæ, Ancilla cultior; quales matronis præsto esse solent, ad ministeria honestiora. Sunt in lingua Græca infinita fere nomina adjectiva, substantive posita. [Plura de hac voce vide in Novo Thesauro Philol. J. C. Bielii, edito à Clar. Mutzenbechero, P. 1. p. 3. E. S.]

Ἁβρὸς [mollis, delicatus, lautus.] Non differt proprie ab αὖρος, quemadmodum promiscue pronuntiabantur olim λαῦρος et λάβρος, καλαύροψ et καλάβροψ, et sim. Αὖρος autem femin. habet αὔρα, quod est Lat. aura, notans, in usu, substantive flatum lenem, mollemque: ex qua significatione apparet, stirpem esse verbum ἄω, et inde formatum ἀύω, quod produxit nomen αὖρος, vel, quod ejus loco in usu est, ἅβρος, à memorata significatione, ad omnem mollitiem designandam. Unde porro eximie significat delicatum, effeminatum; quæ notio dein illam peperit, qua pulchrum, elegantem, cultum, significat. Hinc denuo positum idem pro festivo, lepido; vel, alia quadam translatione, pro elato, vel fastuoso.

Ἀβρότη nox. Adjectivum pp. est, formatum à masc. ἄβροτος, quod, vi originis suæ, idem plane, quod ἄμβροτος. Litera enim μ, ut suo loco videbimus, sæpe interponi solet, ante literas labiales: ut est in κύμβη, formata à κύβη et sim. Est autem ἄμβροτος, ut vulgo reddunt, immortalis, ex ἀ privativo, et nomine βροτὸς mortalis: de quo suo loco. Hoc sensu ἄμβροτοι θεοὶ sæpe, apud Homerum, et alios poëtas, vocantur, qui apud Latinos dii immortales. Quum autem βροτὸς, apud Homerum aliosque poëtas, sæpe ponatur de homine quocumque, (ut, apud Historicos Latinos, vox mortalis) ἄβροτος etiam significare potest sine hominibus, hominibus vacuum. [Hesych. Ἄβροτον. ἀπάνθρωπον. ubi vid. Albert. Suidas. Ἀβρότη. ἡ νύξ. παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν. E. S.] Atque inde ἀβρότη, sc. νὺξ, noctem notat Solam, ut Latini poëtæ loquuntur, i. e. ubi nemo apparet, et silent omnia [Etymol. ἐν ᾗ βροτὸς οὐ φαίνεται. E. S.] Quæ significatio quodammodo distinguenda est ab alia loquendi ratione Homerica, qua νὺξ ἀμβροσίη dicitur. Licet enim ἀμβρόσιος ejusdem sit originis, atque ἄβροτος, sequitur tamen hoc adjectivum notionem vocis ἄμβροτος, supra memoratæ, et proprie id significat, quod ad immortales (deos adeoque), pertineat. Hinc femin. ἀμβροσίη, substantive positum, eximie dicitur cibus deorum, quasi subintellecta voce ἐδωδή. Jam autem, quidquid in suo genere excellentissimum est, θεῖον, δαιμόνιον [δῖον] similibusque vocabulis, e divinitate repetitis, appellant Græci. Hinc ἀμβροσίη νὺξ, proprie quidem nox divina est, vel qualem dii immortales agunt. Inde vero, ab Homero, nox placidissima sic dicitur. Ex quo facile apparet, quemadmodum hæc locutio ab altera differat. [Rectissime igitur Iliad. Ξ. vs. 87. νὺξ ἀβρότη, à Scholiaste, exponitur, ἐν ᾗ βροτὸς οὐκ ἀναστρέφεται, à Clarkio vero "nox intempesta:" quam vocis significationem, loco cit. ipse etiam contextus unice commendat. Contra Iliad. B. vs. 57. ἀμβροσίην διὰ νύκτα, i. e. διὰ τῆς θείας νυκτὸς Schol. qua nempe Agamemnoni θεῖον ἐνύπνιον ἦλθε. Vide omnino Apollonii Lexic. Homer. p. 10. 112. ibique eruditissimum amicissimumque nobis Villoisonum, in notis. E. S.]

Ceterum, quod huc refertur à Stephano et Scapula, verbum ἀμβρότω, pro ἀμάρτω, huc plane non pertinet: ut videbimus infra in verbo ἀμάρτω.

Ἀβρότονον [abrotonum] compositum est ex ἁβρὸς, et τόνος, quod pertinet ad verbum τίνω; cujus loco usitatum est τείνω, Lat. Tendo. Hinc ἀβρότονον Græci vocarunt plantam, quæ usque vireat, quasi dicas, surculos, vel germina, usque viridia, protendentem. [Ita fere etiam Voss. Etym. Lat. p. 2. post alia. "Nisi malis" inquit "esse à τόνος, quia ἁβρῶς τείνεται, molliter extenditur." Descriptionem vide apud Suidam, in voce, Theophrast. lib. 6. c. 7. Plin. H. N. l. 21. c. 10. et Millar, Garden. Diction. voce Artemisia No. 4. et Santolina, aliosque Botanicos. E. S.]

Ἄβρυνα ["vel ἄβρυνα, ου mora."] Stirps incerta. Lenn. "Forsan fructus iste sic nominatur, παρὰ τὴν ἁβρότητα, καὶ ἁπαλότητα." H. Stephan. Possis et repetere à βρύω, pp. scateo, abundo, unde factum fuerit βρύνος; et cum α intensivo, ἄβρυνος valde scatens, abundans, copiosus: nimirum, ut à copia fructuum, foliorumque, dicantur, quam arbor ista, fontis ad instar scaturientis, effundat quasi, et cum strepitu ejiciat. Plin. H. N. l. 16. c. 25. "Morus novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed, quum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu." E. S.]

Ἀβυρτάκη dicitur Edulii genus peregrinum. Quapropter etiam peregrinæ originis videtur esse. [Etymol. Βαρβαρικόν τι ἔδεσμα ἐκ δριμέων κατασκευαζόμενον, καρδάμων καὶ σκορόδων, καὶ σινάπεως. Plura vid. apud Suidam. Etymologiam vocis, ex Lingua veteri Persica egregie explicuit H. Relandus, de vet. Ling. Pers. p. 104. ss. laudatus ab Albert. ad Hesych. t. 1. p. 26. E. S.]

Ἀγαθὸς ["bonus, probus, fortis, dives." &c.] Origo est verbum ἄγω, cui vicinæ formæ verborum (ut postea videbimus) sunt ἄζω, præterea ἀγάω, ἀγάλλω, et similia: quorum omnium vis propria in munditie quadam, et puritate, cum splendore conjuncta, quærenda est; ut alio loco, [ad stirp. ἄγω] videbimus. Verbum itaque ἀγάω, et inde formatum ἀγάθω, proprie notat munditie et puritate splendere; mundum et purum esse. Atque hinc ἀγαθὸς proxime descendens, proprie quidem purum, atque adeo probum, notat: generaliter autem accipitur pro eo omni, quod quocumque modo probum adeoque bonum est. In primis internam alicujus rei bonitatem respicit: atque ita à καλὸς differt; ut hoc potissimum ad externam speciem bonitatis referatur, et id quod deceat. Hinc utrumque conjunctum, respectu morum, καλοκάγαθος, significat eum, cujus absolutissima et consummatissima morum probitas est, et honestas. Reliquæ autem notiones, ex memorata significatione, facile cognosci possunt et explicari. [Videri possit hoc pacto ἀγαθὸς, per adspirationem literæ τ, pro ἀγατὸς, proxime derivari posse ab ἤγαται, pro ἐάγαται 3. sing. Præteriti perf. pass. verbi ἀγάω. Accedit quodammodo ipsius Platonis auctoritas, in Cratylo, (Opp. t. 1. p. 412.) τὸ Ἀγαθὸν componentis cum ἀγαστόν. Ceterum synonyma huic voci ἀγαθὸς altera est ἀγανὸς, quam Suidas exponit "καλὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἢ ἱλαρός.—Ἔνθεν καὶ ἀγανοῦμεν," pro quo ἀγανοῦμεν legendum esse ἀγαλοῦμεν, docuit Toup. Cur. Nov. p. 2. Quod quidem ἀγανὸς quum manifesto jam compositum sit ex ἀ intens. et γάνος, ceu vicinum alteri ἀγανής: merito dubites, sitne ἀγαθὸς ab ἤγαται, an formæ ἀγανὸς, h. e. compos. ex ἀ intens. et γάθος. Conf. γήθειν, i. e. χαίρειν et sim. E. S.]

Ἀγάλλω ["orno"] Vidimus jam in voce ἀγαθὸς, et alibi, propriam hujus verbi notionem positam esse in munditie, puritateque cum splendore conjuncta. Hinc igitur ἀγάλλειν notat facere ut quid splendeat, quasi, quadam munditie. Certissimum enim est, ἀγάλλειν profectum esse ab origine ἄγω, unde primum ἀγάω, dein ἀγάλω et ἀγάλλω, formata sunt; ut facile apparebit, ex regulis supra positis. Posterius memorata notio illam porro peperit, quæ est in ornando, decorando, et inde sponte fluente significatione honorandi et colendi: quæ postrema notio in primis locum habet in antiquissima lege Rhodia, "θεοὺς κάρποις ἀγάλλειν deos frugibus colunto." Ex supra dictis significationibus facile quoque apparere potest, quæ sit vocis ἄγαλμα, à nostro verbo formatæ, propria potestas. Dicitur, nempe, ἄγαλμα, quidquid ornamento est, vel etiam inde, quidquid oblectamento est. [Conf. Euripid. Helen. vs. 269. 1449. et Hom. Iliad. Δ. 144. 145. ibidemque Ernest. E. S.] Atque hinc porro eximie ἀγάλματα vocata sunt simulacra deorum: præterea statuæ quæcumque, tabulæ pictæ, similiaque: imo ipsæ stellæ, quæ in cœlo apparent, et nocti quasi ornamento sunt, alibi ἀγάλματα νυκτὸς vocantur. Legi possunt quæ, hac de voce, pererudita notavit vir cel. Dav. Ruhnkenius, in notis ad

Timæi Lexic. Platon. voce ἄγαλμα [p. 3-5.] ubi laudatur etiam Tib. Hemsterhusii insignis, de proprietate verbi ἀγάλλειν, observatio, ad Thom. Magistr. voce Ἀγάλλω, p. 4. 5. E. S.]

Medium autem ἀγάλλομαι proprie notat (vi sua reciproca) Memet quasi splendentem facio. Unde transferri solet ad significationem lætitiæ, quæ fronte explicata, serena, et quasi splendente, fiat. [Confr. Lat. renidescere sive renidere, lætari, gaudere; Anglicum *to glad, to make one glad*, (exhilarare,) Hebr. שמח, quæ omnia, simili fere ratione, sunt translata. E. S.] Unde porro, hoc verbo, designatur gaudium quodcumque, ex aliqua re perceptum; significatque modo oblectari, modo exsultare præ gaudio, vel gestire lætitia: quo sensu verbum, hinc formatum, ἀγαλλιᾶν, et Medium ἀγαλλιᾶσθαι, à scriptoribus sacris et Christianis, poni solet.

Alia tandem via Ἀγάλλομαι, significans, ut supra vidimus, Memet splendentem facio, memet orno, transfertur ad significandum Glorior, memet jacto: cujus translationis ratio satis aperta. [Plura, de postrema hac metaphora, vide sis in Cl. J. W. Schrœderi Comment. ad Ps. x. 3. p. 54. ss. collata Diss. nostra ad Cantic. Hiskiæ Lugd. edita, anno 1769. 8vo. p. 258. ss. E. S.]

Ἀγάλλοχον Ligni quoddam genus notat. Ut videtur compositum est ex ἄγαν et λόχος: de qua voce loco suo. [Copiose descripsit Dioscorid. l. 1. c. 21. p. 19. E. S.]

Ἄγαμαι Admiror: pp. splendore afficior, percellor. Est verbum poeticum, constructum cum genitivo, Vide Stephan. Thes. t. 1. c. 8. Perizon. Indic. ad Acl. V. H. Toup. in Suid. P. 1. p. 5. Burgess. ad Dawes. Miscell. Crit. p. 469. Conf. porro infr. p. 17. E. S.]

Ἄγαν [" Valde, nimis, nimium, immodice."] Adverbialiter poni solitum, proprie est nomen adjectivum neutrum, quemadmodum μέλαν et similia. Ut itaque μέλαν est à mascul. μέλας, sic ἄγαν, a masc. ἄγας obsoleto est. Hoc autem non potest non esse proximum derivatum verbi ἄγω, quod est Lat. ago. In cujus verbi significatione sæpe inest vehementia quædam, ut suo loco videbimus: perinde fere atque in Lat. verbo veho, quod respondet aliquando Græco nostro ἄγειν. Est autem ista notio verbi Lat. veho in primis conspicua in derivatis vehemens, vehementia, similibusque. Hinc jam τὸ ἄγαν pp. est quidquid vehemens, immodicum, nimium est. Unde simpliciter ἄγαν, tanquam adverbium, poni solitum, modo notat supra modum, nimium; modo valde, [vehementer:] aliasve notiones habet.

Ἀγανακτέω, doleo, &c. compos. est ex ἄγαν, quod vidimus, et verbo ἀκτέω. Verbum autem ἀκτέω oritur a nomine obsoleto ἀκτὸς [cujus vestigium quoddam nobis servavit Etymolog. magn. in voce Ἔχθος, p. 405. his verbis, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀκτὸς γίνεται ἄχθω, καὶ ἄχθος, οὕτως ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς, ἔχθω, ἔχθομαι, γίνεται ἔχθος κ. τ. λ. E. S.] Atque adeo pertinet ad Reg. 10. Hujus femin. ἀκτὴ superest, de quo suo loco. Ἀκτὸς porro oritur a tertia præt. perf. pass. ἦκται, quemadmodum λεκτὸς a λέλεκται. ἦκται porro a prima ἦγμαι, hoc vero ab ἦχα, præterito activo, verbi ἄγω, in futuro ἄξω: quemadmodum λέλεκται pertinet ad λέγω. Inter alias autem significationes verbi ἄγω, (de quibus suo loco) hic in primis spectanda est ea frangendi. Hinc adeo ἀκτὸς significat fractum. Nomina enim omnia in τος cadentia, orta à 3. præt. perf. passivi, passivam quoque significationem habent, et congruunt, ex omni parte, Adjectivis Latinis participiis, ut dictus, factus. Ab ἀκτὸς, fractus, verbum itaque ἀκτέω significat fractus sum. Ejus compositum ἀγανακτέω, valde, immodice, fractus sum: unde postea profecta doloris significatio; simili via, qua Latini dicunt frangi dolore. Id quod proprium quidem est corporis, dein vero in primis ad animi dolorem translatum. Item indignor notat similiaque: quasi dicas offensione frangi: unde porro conqueror.

Ἀγαπάω [amo, diligo.] Videri potest esse ab ἄγαν, et πάω, quasi valde curo. Nec tamen est. Obstat enim nomen ἀγάπη, quod non est ab ἀγαπάω: sed hoc ab illo descendere potest. Est enim constans observatio, " vocabula omnia, nisi sint contracta productiora, à minus productis et simplicioribus oriri: non vero hæc ab illis." Quid est itaque ἀγάπη? Docet Analogia, id non posse non oriri ab obsoleto ἀγάπω: quod ab ἀγάω, de quo verbo mox. Ἀγάπη est ergo amor, qui ex admiratione proficiscitur; vel conjunctam habet venerationem. Hinc jam ἀγαπάω proprie significat, eo amore, qui cum veneratione sit conjunctus, prosequor. Unde reliquæ hujus verbi notiones videntur fluxisse: ut sunt hilariter accipiendi, vel excipiendi, acquiescendi, et reliquæ.

Ἀγαρικόν. Origo incerta est: de voce ipsa consulendi Botanici: [in primis Salmasius Hyl. Iatric. p. 165. Suidas: Ἀγαρικὸν, ῥίζα ἐστὶν, ἐπίφυσις πρέμνου, χαύνη τὴν σύστασιν. Dioscorides, l. 3. c. 1. similiter, Λέγουσι δὲ οἱ μὲν " inquit, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι. Addit tamen" τινὲς δὲ ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων κατὰ σῆψιν γίνεσθαι, ὥσπερ οἱ μύκητες, h. e. alii tradunt in caudicibus arborum ex putredine nasci, fungorum instar. Quod etiam placuit Plinio, l. 16. c. 8. " Galliarum glandiferæ maxime arbores agaricum ferunt. Est autem fungus candidus, odoratus. antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens." Ex qua postrema descriptione, qua dicitur " fungus candens—nocte relucens," verisimile videri possit, ἀγαρικὸν, quasi relucentem vel relucidam, dici ab ἀγαρὸς pp. lucidus, i. e. ἀγαυρὸς, ex stirpe ἄγω, unde ἀγάω, ἀγάλλω. splendeo, luceo: sed Dioscorides h. l. " gigni tradit" ἐν τῇ Ἀγαρίᾳ τῆς Σαρματικῆς, in Agaria, regione Sarmatiæ. Ut ab Agaria nomen adipisci potuerit. E. S.]

Ἀγασυλλὶς, [ίδος, ἡ " Frutex, unde liquor Ammoniacus elicitur."] Et hoc pertinet ad Botanicos, habetque originem incertam. [" Dioscorid. l. 3. c. 98. initio Ἀμμωνιακὸν καὶ τοῦτο ὀπός ἐστι νάρθηκος, γεννωμένου ἐν τῇ κατὰ Κυρήνην Λιβύῃ. Καλεῖται δὲ αὐτοῦ ὅλος ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ Ἀγασυλλίς. Videtur vox esse diminutiva formæ Ἀμαρυλλὶς, quod, uti ab ἀμαρύω, (unde ἀμαρύσσω, splendeo) pp. splendidulam, et eximie meretricem significat, ita ἀγασυλλὶς ab ἀγασύω, ex stirpe ἀγάω splendidam facio habeove rem &c. oriri potuit, et a splendore similiter dici, quia, eodem teste Dioscoride, inter proprietates hujus liquoris est, καθαρὸν, μηδεμίαν ἔχον ῥυπαρίαν. E. S.]

Ἀγάω. Est hoc ab ἄγη, quod non multum differt ab ἄγος; et, quemadmodum ἄγος proprie venerationem notat, vel inde proficiscentem honorem, qui rei, quasi sanctæ et puræ, habeatur: unde porro admirationem, et inde natum stuporem, sonat. Hinc apparet, verbum ἀγάω significare primum veneror, dein admiror, stupeo, laudo, quæque similia sunt. Cumque veneratio, et admiratio, aliquando æmulationem pariat, et hæc invidiam, idem illud verbum ἀγάω, cum derivatis suis invidendi quoque notionem, similesque, acquisivit.

Quæ de significationibus hujus verbi breviter dicta sunt, accipienda quoque de formis ejus vicinis ἀγαίω, ἄγαμαι, ἀγάαμαι, ἀγάζομαι, similibusque, quæ verbo nostro ἀγάω, in Scapulæ Lexico, subjiciuntur.

[Evolvamus hæc paullo distinctius. Verbum ἄγω, inter alia, notat frangere. Uti Iliad. π'. vs. 801. Inde ἄγος, η sive α, ον, pp. Frangens, vel fractus, a, um, sive qui, quæ, quod frangitur, et per metonym. ipsa fractio. Hinc ἀγὴ, apud Suidam, exponitur κλάσις τοῦ κύματος, &c. Porro ἀγὴ adhibitum videtur de fractione, s. refractione lucis radiorum, qui ex eadem origine ἀκτῖνες dicuntur. Vide infra suo loco. Ab hac lucis refractione, s. reverberatione, ἄγη, dicitur splendor refractus, oculosque feriens, et aciem præstringens. Hinc notio admirationis, cum stupore conjunctæ. Quam vim vocis senties in illis Iliad. φ'. 221. Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἔασον· ἌΓΗ μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν. " Stupor q. d. præstrictio visus, s. potius splendor oculos præstingens, me invasit." Schol. Ἄγη. ἔκπληξις, θαῦμα. Apollon. θάμβος καὶ κατάπληξις. Vide etiam Odyss. γ'. 227. et π'. 234. Porro ab ἄγη sive ἄγα, est ἄγαμι vel ἀγάω splendidum facio, habeove; in Medio ἄγαμαι splendore præstringor, i. e. Admiror magnopere, obstupeo. Odyss. ζ'. 168. Ὡς δὲ, γύναι, ἄγαμαί τε, τέθηπά τε, δείδιά τ' αἰνῶς. Tandem ἀγάασθαι splendore præstringi dicitur pro æmulari, invidere. Exempla vide Odyss. ἑ. 119. 123. 139. Iliad. ξ'. 111. Et ne dubites amplius, has admirandi impensius, obstupescendi &c. notiones ductas esse a splendore, oculos mentemve feriente: en Ἀγαίων, Sol. pp. forma particip. activ. verbi ἀγαίω, q. splendens admodum, oculosque præstringens, et hujus neutrum ἄγαιον apud Hesych. Ἄγαιον. ἐπίφθονον. " Ἄγαιον, h. e. invidiæ expositum." Ceterum de differentia notionum in vocibus ἄγασθαι et ἀγᾶσθαι, &c. vide Eustath. ad Homer. (edit. Rom. p. 1321: 40. 1943: 7. &c. E. S.]

Ἄγγαροι. Dicuntur sic nuntii regum, tabellarii: vocabulo Persico, a Græcis recepto. [Vide H. Relandi Diss. 8. de Vet. Ling. Pers. p. 125. — 128. et Albert. ad Hesych. t. 1. col. 37. E. S.]

Ἀγγέλλω, nuntio. Sunt qui putent, corrupta pronuntiatione vocis Persicæ ἄγγαρος, ἄγγελος dici, et inde ἀγγέλλω. Sed sine fundamento. Verbum vetus fuit γέλω explico, aperio: de quo suo loco [in voce Γελάω.] Inde compositum ἀναγέλω quasi significat, Identidem aperiundo planum facio, explico, expono. Hoc autem contractum in ἀγγέλω. " Solet enim litera n, hac in præpositione, in quibusdam compositis, sublata litera a, ante literas palatinas mutari in literam palatinam γ. Sic ἀγκρίνω est pro ἀνακρίνω, ἀγχαλάζω pro ἀναχαλάζω." Jam vero verbi ἀγγέλω derivatum proximum est ἄγγελος nuntius, quasi is, qui mandata explicat, et exponit. Ab eodem verbo etiam ἀγγέλλω significat Mandata explico, adeoque nuntio, nuntium adfero.

Ἄγγος, εος. Vas. Verbi ἄγειν, inter alias notiones, hic spectanda ea ducendi, adducendi, et cogendi: quod postremum Latinum nihil aliud est, nisi Græc. συνάγειν, contractum, nempe, ex coago. Hinc verbum ἄγγω, inserta litera ν, ante literam palatinam: ut in multis fieri solet. Sic, pro κλάγω, dicitur κλάγγω, pro πάγω, πάγγω: quod utrumque in linguam Lat. transiit, ut etiam nostrum ἄγγω, Lat. ango; quod, significatione sua, Græco verbo ἄγχω, huic nostro vicino, respondet. Proprie notat, adducendo coarctare, et inde eximie strangulare: quæ verbi Lat. ango propria in primis notio est; unde reliquæ sunt profectæ. Hinc jam apparet, nomen ἄγγος, proprium derivatum verbi ἄγγω, vas proprie dici quodcumque adductum, et adstrictum, vinculis: unde generatim quæcumque receptacula sive vasa, quibus aliquid recipiatur, hoc nomine designantur. Differt autem à σκεῦος, quod quidem etiam vas dicitur, sed eximie vas quodcumque; quo quis, vel quid, instruatur: de quo suo loco.

Ἀγείρω [" congrego, colligo."] Oritur ab ἄγω duco: quemadmodum jam multi viderunt. Est autem primum ab ἄγω, ἀγέω, de quo postea: inde ἀγέρω, cujus derivatum ἀγερέω [sive ἀγερέθω] superest. Porro, ab eodem ἀγέρω, nostrum ἀγείρω propriam notionem maxime habet adducendi, cogendi in unum, adeoque congregandi.

Ἀγέλη [" Grex pp. boum, deinde etiam equorum" &c.] Et hoc est ab ἄγω cogo in unum. Unde superest quoque verbum ἀγέω, in forma passivi ἀγέομαι. Quod peperit nomen ἄγημα, et ἀγήτωρ, similiaque. Ἀγήτωρ autem ducem notat, et significatione convenit cum ἀγὸς, proximo derivato ab ἄγω, quod olim quoque ducem significavit. Unde, in Dialecto Laconica, aquilam, avium omnium regem, et quasi ducem, ἀγὸρ, terminatione Laconicâ, vocarunt. Hinc jam ἄγελος, proxime descendens ab ἀγὸς, nihil aliud proprie est, quam duce instructus, vel eo, qui agat et ducat. Unde ἀγέλη fem., positum substantive, proprie est multitudo duce instructa, sive quæ agatur, ducaturve. Unde porro, in usu, notat gregem quorumcumque animalium, quæ gregatim pascantur: eximie autem boum. Similis ratio est nominis νεφέλη, quod proprie nubilam dicit, à mascul. obsoleto νέφελος, nubilus, id quod à nomine νέφος nubes, ut suo loco videbimus.

Ἀγέρωχος [" Ferox, insolens, superbus," &c.] Apparet facile, non aliam hujus vocis originem esse ac verbum ἀγέρω: stirpem adeoque primam esse verbum ἄγω. Characteristica autem litera χ, hoc in nomine, quasi digito nobis monstrat verbum aliquod, cujus præteritum cadat in χα: ut adeo facile pateat, non esse compositum nomen; ut vulgo credi solet, sed derivatum verbale. Non potest autem non oriri à præter. perf. activ. ἠγέρωχα; quod pertinet ad obsoletum ἀγερώσσω: quemadmodum nomen πτωχὸς, ortum à præter. ἔπτωχα verbi πτώσσω, formatum est: de quo suo loco. Ἀγερώσσω, vi naturæ suæ, significare potuit multitudinem congregare, atque inde versari in circulis. Hinc ἀγέρωχος is proprie videtur esse, qui circulos habet: ut fere solet ἀγύρτης circulator. Quæ vox ejusdem, cujus nostra, originis est.

Hinc jam bonam in partem si accipias ἀγέρωχος, significare potest honoratum: sin in malam partem, ostentatorem, jactatorem, qui instar agyrtæ sit, superbum, insolentem, &c. Jam autem verbum ἀγερώσσω proxime descendit à futuro in σω, quod ab ἀγερόω; hoc ab ἀγέρω, de quo dictum: simili ratione, ut πτώσσω terreo à πτώσω, verbi πτόω. [Salva optimi præceptoris reverentia, modeste hic ab ipso dissentire mihi liceat. Probat quidem, meo judicio, litera χ, characteristica, ἀγέρωχος formam esse, à præterito perf. ductam: non tamen hæc ipsa characteristica definire potest, sitne vox simplex, an composita. Deinde epitheton hoc ἀγέρωχος, ab Homero, fortissimis bellatoribus toties tributum, (uti Iliad B. 654. Ῥοδίων ἀγερώχων. E. 623. Τρώων ἀγερώχων, coll. Γ. 36. H. 343. Π. 708. Φ. 584. et K. 430. Μυσοί τ' ἀγέρωχοι. Odyss. denique Λ. vs. 284. de Chlori, pulcherrima Nelei quondam uxore:

Τίκεν δέ οἱ ἄγλαα τέκνα
Νέστορά τε, Χρόμιόν τε, Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον.

epitheton hoc, inquam, nullibi eam emphasin videtur habere, ut idem significare possit ἀγέρωχος, atque ἀγύρτης qui circulos habeat, &c. Idem suadebit elegans, de hoc verbo, H. Stephani observatio, Thesaur. t. 1. v. Γέρας, col. 846. 847. " Ego vero" inquit " ἀγέρωχος (quodcumque sit ejus etymum,) puto Latine vertendum ferox, in prosa: potius quam superbus" &c. Quid igitur dicemus, proprie esse ἀγερωχίαν et ἀγέρωχον? Etymo vero inveniendo occasionem præbeat Hesychius. Ἀγερώσατο " inquit" ἠμέλησεν Neglexit, s. curæ non habuit, et alibi; Ἀγερώσσει—ἀθετεῖ i. e. Spernit, contumeliose tractat. Quibus inspectis, verisimile mihi accidit, ἀγέρωχος esse vocem compositam ex ἀ privativo et γέρωχος: quod à γερώσσω, hoc vero à γερόω, eadem via arcessendum, qua cel. Lennepius nostrum ἀγέρωχος deduxit ab ἀγερώσσω. Porro γερόω est à γέρος, è stirpe γέρω. Quod ipsum γέρω superstes est in Lat. Gero; atque adeo idem fere significat ac Lat. fero, porto, etsi usu nonnihil sit diversum. Gerere autem in primis dicitur pro curare, sive curam gerere. Vide inter alios, Ægid. Forcellinum, in locupletissimo illo Lexico totius Latinitatis, (edito Patav. 1771. 4. voll. fol.) voce Gero. A γερόω igitur est γεράσω, γεράσσω, et hinc γέρωχος pp. gerens curam. A γέρωχος, est γερώχιος, ι, s. α, ον. Unde à γερωχία apud Aristophan. in Lysistr. vs. 979. recte edi putem et significare i. q. γερουσίαν: quæ posterior forma vocis, quum sit à γέρουσα, (quod fœmin. est τοῦ γέρων, γέροντος,) priori illi explicandæ aptissima est, et à Scholiaste opportune ibidem adhibita. Quemadmodum enim à γέρω, curam habeo, est γέρων curam habens, sc. rei domesticæ, vel publicæ, et hinc eximie senex, unde etiam γραῖα, γραῖς, γραῦς, pro γέραια, γεραῖς, γεραῦς, anus, vetula, pp. sollicita, (eene oude zorg;) ita à γεράσσω, est γέρωχος curæ habens, et hinc γερωχία i. e. γερουσία qui curam reip. gerat, senatus. Unde jam porro ἀγέρωχος, cum α privativo, dici potuit: Qui nihil curæ habet, audax, ferox at-

que adeo homo αὐθάδης. Qua ipsa voce (αὐθάδης) alteram illam explicuit Scholiast. ad Il. Γ. vs. 654. coll. ad Ε. 623. Π. 708. Adde ad Il. Κ. 430. ubi Μυσοὶ ἀγέρωχοι, exponuntur αὐθάδεις, θρασεῖς, et alia habet Schol. huc facientia. E. S.]

Ἅγιος [sanctus &c.] Sunt varia adjectiva, apud Græcos usitata in rebus sacris; quorum ratio et significandi differentia non melius cognosci potest quam ex origine singulorum. Sunt autem ἅγιος, ἁγνὸς, ἱερὸς, ὅσιος: quæ, ut origine, ita significandi natura differunt. Nunc de primo tantum: de reliquis suo loco videndum.

Est autem ἅγιος adjectivum, à nomine ἅγος, vel ἄγος. (Spiritus enim nulla ratio habetur, in derivatione nominum et verborum.) Quum autem ἄγος, ut suo loco videbimus, significet rem, naturali et interna puritate quasi sanctam, consequitur, ut adjectivum inde ortum proprie significet interna sanctitate purum. Quapropter aptissimum epitheton spiritui sancto, in re sacra adscriptum: quemadmodum etiam adyto templi Judaici sanctissimo, quod eximie τὰ ἅγια [sc. δώματα] vel τὰ ἅγια ἁγίων (more Hebræorum) emphatice admodum vocarant interpretes Alexandrini V. T. ut et scriptores sacri N. T.

[Vox ἅγιος rectissime à veteribus exponitur καθαρὸς Purus, s. nitidus. Hesych. Ἅγιοι οἱ καθαροὶ &c. Ἁγιάζειν, ἅγια ποιεῖν, καὶ καθαίρειν ἄγρια, ubi Coccej. D. Heinsius, et Alberti recte videntur reposuisse καθαίρειν ἅγια. Glossa respicit fortasse ad locum Exod. xxix. 36. Itaque rectissime et Lennep. noster derivavit ab ἄγος, quod proprie est splendidus, nitidus, atque adeo purus. Latinum sanctus, cum spiritu aspero, pro ἅγκτος eandem stirpem ἄγω, s. ἅγω, agnoscit. E. S.]

Ἀγκαὶ ulnæ. Non superest nomen hoc nisi in accus. plurali ἀγκὰς, ut apud Homerum [Il. Ε. 371. Ξ. 346. 353. Ψ. 711. Ω. 227. Od. Η. 252.] sunt locutiones ἀγκὰς ἑλεῖν, ἀγκὰς ἔχειν, &c. i. e. ulnis complecti, ulnis tenere: quæ locutio plene efferri deberet κατ' ἀγκὰς [vel εἰς ἀγκὰς] ἑλεῖν, vel ἔχειν. Est autem ἀγκαὶ à singul. ἀγκή; à qua voce, si formationem spectes, non multum differt ἄγκος, de quo mox. Proxime oritur ab antiquo ἄγκω, in quo verbo litera Ν vel Γ, ante palatinam literam inserta est: quemadmodum fieri modo vidimus in ἄγγω, in voce ἄγγος. Est ergo ἄγκω, ab ἄκω, et hoc vicinum verbi ἄγω ex Reg. 6. Sunt enim literæ vicinæ γ et κ. [Propior fortasse erit ansa, vocem ἄγκος, ab ἄγω derivandi: modo statuas, ἄγκω derivatum esse à præterito perf. ἦγκα, (pro quo dein dixerunt ἦχα) verbi ἄγω. Ab ἄγω enim, prona analogia, est futur. ἄγσω, contr. ἄξω, et præter. perf. ἔαγκα, contr. ἦγκα, ἦχα. Ab ἔαγκα porro ablato augmento ἄγκα, unde ἄγκω, &c. Conf. Analog. Lennep. cap. 6. §. 1. ss. et in primis §. 7. Jam vero] ἄγω inter alia notat duco malleis, et ita attenuo, unde acuendi notio verbo ἄγω adsignata. Præterea (ut fieri videmus) ἄγω inde notat, ducendo malleis attenuare, simulque inflectere, incurvare: unde incurvandi, sinuandique notio derivatis verbi ἄγκω adhæsit. [Possis et forte simplicius notionem inflectendi, incurvandi in verbo ἄγκω ab adducendo, sive coagendo derivare. Vide auctorem in voce ἄγγος, superius pag. 19. E. S.]

Hinc jam ἄγκη proprie notat [adductam, inflexam, incurvatam, i. e.] quæ se flectit, incurvat, vel curvaturam: atque adeo eximie ulnam. Ex qua notione reliquæ, quæ derivatis hujus vocis subjiciuntur, facile cognosci possunt.

Ἄγκιστρον notat eximie hamum piscatorium. Vidimus modo, ἄγκη proprie esse quidquid se flectit et incurvat: formatum, nempe, ab ἄκω, idque vicinum esse verbo ἄγω; [sive potius, rectâ viâ, ab ἄγω, cujus futur. ἄγσω, ἄξω, præter. antiquum ἔαγκα: consentiente quodammodo Etymol. magno: Ἄγκιστρον· παρὰ τοῦ ἄγω ἄκιστρον et ἄγκιστρον. E. S.] Ab isto ἄγκη verbum proxime descendit ἀγκάζω, cujus Medium ἀγκάζομαι notat eximie ulnis complector, ulnis recipio. [Iliad. Ρ. 722. Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο. Schol. Ἀγκάζοντο· εἰς τὰς ἀγκάλας ἔλαβον.]

Ab isto verbo ἀγκάζω, non nisi forma, differt proprie inusitatum ἀγκίζω, cujus Medium ἀγκίζομαι non potuit non, generali notione, significare: Instrumento incurvo prehendo et capio. Id jam peperit nomen ἄγκιστρον, significans instrumentum incurvum, quo aliquid capias, atque arripias; atque adeo eximie hamum, et quidem maxime hamum piscatorium. [Hesych. Ἄγκιστρον· θηρατήριον ἐκ σιδήρου καμπτὸν, ἀγκύλον στρεβλόν. Quæ duæ tamen voces postremæ novam glossam videntur constituere, ut distinguendæ sint Ἀγκύλον· στρεβλόν. Vide apud eundem v. Ἀγκύλον. E. S.] Est autem hæc regula generalis probe observanda: "Nomina, in τρον cadentia, oriri a 3. præter. perf. pass. terminatione verbi in τρον mutata, eaque denotare proprie instrumentum, vel quodcumque, quo, tanquam instrumento, id quod verbo exprimitur, fieri significetur. Ita a verbo ἀρόω nomen ἄροτρον significat instrumentum, quo terra aratur, aratrum. [quod ipsum aratrum Græcum est ἄρατρον, ab ἀράω, uti ἄροτρον est ab ἀρόω. E. S.] A πλήσσω nomen πλῆκτρον instrumentum, quo aliquid percutiatur, quod Latini etiam plectrum vocant." Ut jam derivata ab ἄγκη, sic illa ab ἄγκιστρον, nominis sui, unde proxime descendunt, significationem sequuntur: ex Regul. nostra 9.

Ἀγκοίνη. Poëtis idem notat quod ἀγκάλη [ulna] in oratione soluta; quod ab ἄγκαλος, masculino, et hoc ab ἄγκη: cujus significationem et ἀγκοίνη, et ἀγκάλη habet. Notat adeo ulnam. Est autem ἀγκοίνη, pro ἀγκόνη. "Jota enim in diphthongis litera originalis haberi nequit." Ἀγκόνη autem est ab ἄγκων, participio verbi ἄγκω. [Ἀγκόνη fem. est ab ἄγκονος, pp. incurvatus, inflexus. Hesych. Ἀγκόνους· διακόνους, δούλους. pp. incurvatos heroque suo humiliter subjectos. Etymol. Ἀγκόνους· διακόνους, ὑπηκόους, obedientes. Derivata autem videtur vox ἄγκονος, (quæ et cum jota, secundæ syllabæ subjecta, pronuntiatur ἄγκοινος) à Dativo ἄγκῳ (olim ἄγκοι) vocis ἄγκος, cujus fem. ἄγκη superius explicitum. Itaque et ἀγκοίνη (pro quo et ἀγκώνη scripsere, indicio Etymol. col. 596: 43. et col. 822: 16.) idem origine sua fere est, quod ἄγκη et ἀγκάλη pp. incurva, sive inflexa: atque adeo pro his adhibetur. Hesych. Ἀγκοῖναι· ἀγκάλαι &c. Immo et ἀγκοῖναι anchoræ dicebantur, teste Apollonio, pag. 24. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὰς ἀγκύρας οὕτως λέγουσι. Ἀγκοῖναι denique, i. e. χεῖρες apud Hesych. pp. incurvæ, ut Belgæ dicimus, kromme vingers, kromme handen. Ex quibus omnibus satis confirmari posse arbitror, quod modo diximus, ἀγκοίνη esse fem. gen. nominis adjectivi ἄγκοινος; quod quidem ἀγκοίνη, per ellipsin nominis substant. non aliter atque ἄγκη et ἀγκάλη, pro incurva anchora, manu, ulnave positum fuerit. Vide auctorem in Ἀγκύλη. E. S.]

Ἄγκος proprie et hoc originem habet ab ἄγκω. Ἄγκος autem [pp. curvatus, inflexus, sive, neutro genere, curvatum,] a curvando translatam significationem habet, ad flexus et curvaturas montium designandas. Ex quo factum, ut [ἄγκος, pp. incurvatum, inflexum, eximie] vallem, vel convallem significaverit. [Etiam ἄγκος, teste Hesychio, (ex eadem hac origine, procul dubio) denotat νῆσον πολλὰ ἄγκη ἔχουσαν, insulam, multos flexus habentem. Imo et, quod apud Suidam est, à Lennepio jam admonitum, Ἄγκος designat ὑψηλὸν τοῦ ὄρους τόπον, excelsum montis locum, inflexum, nempe, varie et incurvum anfractibus. E. S.]

Ἀγκύλη proprie femininum adjectivum est, a masc. ἀγκύλος: quod tanquam ab hoc diversum thema exhibet Stephanus, et hujus compilator Scapula. Ἀγκύλος proprie dicitur quidquid habet curvaturam, quidquid aduncum et curvum est. Sequitur enim generalem notionem nominis, unde proxime oritur ἄγκος, quod à verbo ἄγκω memorato. [Nimirum, ut a μικκὸς, sive μικκὺς, parvus, est diminutivum μικκύλος parvulus; a δριμὺς acutus, δριμύλος, acutulus; sic ab ἄγκος curvus, sive potius ab ἄγκυς, Lat. ancus, est Ἀγκύλος, η, ον, quasi Lat. dicas curvulus, curvàtulus, vel simile. Conf. Suid. Ἀγκύλον· καμπύλον. Nempe καμπύλος à κάμπυς, ut ἀγκύλος ab ἄγκυς. Hujus ἀγκύλος, η, ον, masculina forma superest in Lat. angulus, pro Anculus, (c et g permutatis, ut in ancustalis pro angustalis,) substantive posito, quod etiam pro sinu maris incurvo superest apud Catonem, (Charis. l. 2. p. 186. Putsch. cit. Forcell. p. 162.) Feminina forma ἀγκύλη nostrum est Ἀγκύλη. Neutrum vero ἀγκύλον, propria forma adjectivi, mansit. Hesych. Ἀγκύλον· ἐπικαμπὲς, σκολιὸν, στρεβλὸν &c. E. S.] Sæpe apud Homerum adjective legimus ἀγκύλα τόξα de sagittis, quarum cuspides curvaturam habent. [ut Iliad. Ε. 209. ubi Schol. Ἀγκύλα, ἐπικαμπῆ· Etiam Ἀγκύλον ἅρμα Iliad. Ζ. 39. i. e. curvum currum. E. S.]

Inde ἀγκύλη. substantive positum, varias adsciscit notiones, nam et amentum sive lorum incurvum, jaculo alligatum, quo hoc prehendi possit, notat, et ansam lori incurvam, qua canes a venatoribus retinentur; et flexum tum cubiti, tum poplitis, quæque alia sunt hujuscemodi, significat.

Ἀγκύλος. Vide supra in voce Ἀγκύλη.

Ἀγκὼν [ῶνος Flexus brachii, cubitus, cornu citharæ &c.] Et hoc est ab ἄγκω. Proxime tamen oritur ab ἄγκος vel obsoleto nomine ἄγκη similive forma. Ut hujus nominis natura intelligatur, generalis regula tradenda hæc est. "Nomina in ὼν desinentia, formata ab aliis nominibus, collectiva sunt, sive copiam earum rerum, quæ primitivo designantur, notant. Ut sunt δενδρὼν, à δένδρον, arboretum; ἐλαιὼν olivetum, ab ἔλαιον; ῥοδὼν rosetum, à ῥόδον." [Nempe formata videntur hæc nomina in ὼν, a genitivis pluralibus substantivorum. Genitivus singularis, horum nominum, in ῶνος, ut sunt δενδρὼν, ῶνος, ἐλαιὼν, ῶνος, contractione sua, hanc originem satis videtur demonstrare. E. S.] Itaque ἄγκων proprie est locus, quasi, ubi plures sunt flexus et curvaturæ vel ubi plures se flectunt. Hinc eximie ἀγκὼν modo significat brachia fluviorum, modo sinus littorum, modo, in corpore animali, ea loca notat, ubi membra vel ossa flectuntur. Estque vel cubitus, vel curvatura manus, vel quæcumque pars alia corporis, ubi articulatio membrorum fit.

Ἀγλαὸς pp. notat splendidus, et inde, metaphorice, pulcher, insignis, clarus. Oritur ab ἀγάλω, de quo jam supra in verbo ἀγάλλω, ubi id significare vidimus splendere, ejusque originem esse ἄγω. Peperit autem ἀγάλω nomen ἀγάλη; quod contractum, ut fieri sæpe solet, in ἄγλη; et, inserto iota, mutatum in αἴγλη, splendorem notat: ut, ad vocem αἴγλη, videbimus. Ab isto ἄγλη [sive altera forma ἄγλα] proxime oritur adjectivum nostrum ἀγλαὸς, idque illius significationem sequitur.

Ἀγλίη. Est et hoc ab ἄγλη: unde proxime ἄγλιος, et fem. ἀγλίη, quod substantive positum, apud Medicos Græcos, eximie notat subalbam et splendentem cicatricem in oculis.

Ἄγλιθες. Eximie sic dicuntur alliorum capita seu nuclei. A singul. ἄγλις. Videntur autem hæc quoque ita dici a nitore, qui est capitum allii. [Nempe ab ἀγάλω est nomen ἄγαλις, contracte ἄγλις. Ab ἄγαλις, item ἀγάλιος, quod nobis servavit Etymol. Ἀγάλιος· λοιδορία. καὶ τὸ ἀγαλίζεσθαι, λοιδορεῖσθαι, Metaphora, ut videtur, ducta à splendidis dictis, convitiisque, quibus aliquis infestatur. Porro ex ἀγάλιος contractum est ἄγλιος. de quo supra in ἀγλίη. E. S.]

[Ἀγμὴ focus. Hesych. Ἀγμή· ἑστία. Si vera sit lectio, potuit ab ἄγω, splendeo cum refractione radiorum, analogice derivari. Sed rectius fortasse legemus Αἴγλη, ut infra apud eundem Αἴγλη· λαμπηδὼν, αὐγὴ, φῶς: potuitque illud αἴγλη de foco lucente adhiberi. E. S.]

Ἁγνὸς [Castus, pudicus &c.] Est a verbo ἄγω splendeo, notatque splendens, quasi, munditie, purus, intaminatus, impollutus: unde ad animi puritatem eximie transfertur, nullis polluti sceleribus, aliisve inquinamentis. Ex qua posteriori notione ea porro nata est, qua ἁγνὸς castum dicit, quasi purum a venere. Credebant enim veteres, non tantum orientales populi, sed Græci quoque, rebus venereis se pollui. Est autem, in re sacra, frequens hujus vocis usus, et quasi proprius: quemadmodum etiam verbi inde formati ἁγνίζειν, quod de lustrationibus sacris poni olim solebat. [Exponamus hæc, si fieri possit, paullo distinctius. Ἁγνὸς contractum videtur ex ἁγινὸς, uti πυκνὸς, pro πυκινὸς &c. Stirps ἄγω dedit derivata ἄγος, ἄγις &c. Hinc ἁγινὸς contr. ἁγνὸς, porro ἅγιος &c. quæ eandem proprietatem habent, et usu tantum nonnihil sunt diversa. E. S.]

Differt autem ἁγνὸς, a voce, vicinæ significationis, et in rebus sacris quoque usitata, καθαρὸς purus. Καθαρὸς enim in primis respicit munditiem, et puritatem externam in rebus sacris; quæ nempe corporis potissimum erat et vestimentorum: ἁγνὸς vero ad internam puritatem, et castimoniam, animi, nullis rebus polluti, pertinet.

Ἄγνος. Sic dicitur frutex quidam, Latine vitex. Est autem proprie eadem vox, quæ præcedens. Dicitur autem sic vitex, quod vim habere credebatur libidinem veneream sedandi: qua, nempe, veteres pollui se credidisse, modo vidimus. Hanc ob causam sacerdotes, quo facilius a rebus venereis abstinerent, et castitatem servarent, hunc fruticem olim lectis suis substernebant. Ex quibus facile apparet, quæ sit nominis hujus ratio. [Dioscorid. l. 1. c. 135. Ἄγνος, ἡ λύγος θάμνος ἐστὶ δενδρώδης, —— ἐκλύει δὲ γονήν. —— Ὠνόμασται δὲ ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας, εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ· λύγος δὲ διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον. Quorum partem Latine sic fere expressit Plinius H. N. l. 24. c. 9. p. 447. "Non multum a salice, vitilium usu, distat vitex, foliorum quoque adspectu, nisi odore gratior esset. Græci λύγον vocant, alii ἄγνον: quoniam matronæ, Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt." Quibus, a se productis H. Stephanus, Thes. t. 1. col. 129. E. subjungit: "At Scholiastes Nicandri agnoscit quidem et ipse ἄγνου, in Thesmophoriis, usum, sed tamen ἄγνον tanquam ἄγονον dictum tradit: ac certe eo facit spiritus tenuis, quo passim hæc vox notatur." Hactenus ille. Quam posteriorem etymologiam si sequaris, arbor hæc ἄγονος, i. e. infœcunda, sterilisve, dicta fuerit, et ο elisa, ἄγνος. E. S.]

Ἄγνυθες. Est a sing. ἄγνυς, et hoc proxime ab ἄγνυμι, quod ab ἀγνύω; hoc ab ἄγνω, cujus stirps ἄγω frango. Dicti autem ἄγνυθες eximie lapides, quos stamini appendebant textores: procul dubio a fragilitate, quæ est lapidum durorum. Similis certe significationis ratio est in voce κλῆρος, eximie significante calculum, vel lapillum. Dicitur autem a duritie et fragilitate: quæ notio verbo κλάω, unde oritur, inest. Notat enim frango.

Ἀγορά. Proxime oritur a præter. perfecto ἤγορα verbi ἀγέρω, quod jam supra vidimus, in verbo ἀγείρω. Ἀγορὰ igitur eximie significat hominum congregatorum multitudinem; atque inde concionem, tum hominum, tum eam, quæ in hominum congregatione habetur. Porro, ut fieri solet, idem, translatum ad locum, in quem congregari solent homines, forum eximie notat. Unde porro ipsa judicia, quæ in foro haberi olim solebant, hac voce designantur. Præterea quia res, quæcumque venales, in forum olim congeri et ibi prostare solebant, ipsæ quoque illæ res, quæ in foro venales prostant, ut et ipsum forum rerum venalium, hoc nomine designata fuerunt. Ex hac vero denuo significatione ea profecta est, qua ἀγορὰ annonam et commeatum denotat. [Dubito nonnihil. Rectius forte dixeris, ἄγορος ab ἄγος, pro quo etiam pronuntiatum ἄγορ, significare i. q. Lat. ductilis, e, sive quod duci, agive possit soleatque. Hinc vero ἀγορὰ, eximie, pro turba, in forum vendundi causa acta, animalium v. gr. vel et aliarum rerum illuc perductarum: unde notio annonæ, et per metonym. ipsius fori &c. Conf. infr. voce ἄγρα et cel. Lenn. in ἄγυρις. E. S.]

Ἄγος, [sive ἅγος.] Vidimus jam supra alibi, oriri hoc nomen a verbo ἄγω, et notionem habere a splendore ac

munditie. Unde, in re sacra positum, rem puritate quasi venerandam et sacram notat. Ut autem sacer (quod à nostro ἄγω quoque est) nonnunquam id significat, quod quasi sacrum horrorem incutit, adeoque abominandum, exsecrandum: sic ἄγος in primis olim fuit positum pro piaculo vel crimine piaculari. [Vid. D. Ruhnken. V.C. ad Timæi Lexic. Platon. v. Ἄγος, p. 8. E. S.]

Ἀγοστός. Non videtur aliud, atque derivatum a 3. præter. perf. pass. verbi obsoleti ἀγόω: et quidem maxime sequitur notiones nominum ejusdem originis, aut saltem cognatæ, ἀγκὴ, ἀγκάλη, ἀγκοίνη, et ἀγκών. Disputant Grammatici, quid proprie sit ἀγοστός? Ex origine patefacta colligerem equidem, hoc nomine eximie olim designatam fuisse manum digitis incurvatis, et contractis, in morem aliquid prehendentis. [Respexit cel. Lennepius sine dubio ad Homericum illud, sæpius recurrens, ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ, quod a Clarkio redditum: Ille vero in pulvere delapsus prehendit terram palma. Sed voce ἀγοστὸς ulnam quoque designari quis dubitet, inspecto illo Theocriti, quod R. Constantinus et H. Stephanus jam laudarunt, Νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ. Ulnis enim sive brachiis, potius, quam palmis aut manu, digitisve incurvatis et contractis, amplectimur. Itaque et Toupius, Epist. Crit. p. 13. (Epigramma corrigens ex Anthol. Reisk. p. 15. ἐν ἀγοστῷ Ἀκαδημίας vertit in ulnis almæ matris. Quid igitur? Verbum ἀγόω deperditum proprie videtur notasse adduco, adducendo incurvo. Hinc ἀγοστὸς adductus, sive potius, qui adduci, adducendo incurvari s. contrahi solet, et eximie, usu substantivo, ulna, brachium; palma manus, &c. pro vario usu vocis. Observandum porro, uti ab ἀγόω, factum est ἠάγοσται, et hinc ἀγοστὸς, ita a simpliciori ἄγω, eodem hoc usu olim dictum fuisse ἄγος et ἀγὸς, pro diversis significationibus, diverso spiritu a Grammaticis notata. Posterius, nempe ἀγὸς, sensu activo ipsum notavit adducentem, sive ducem. (Hesych. Ἀγός· ἡγεμὼν, et Ἀγοί· ἡγεμόνες &c. ubi vid. Albert. et Lennep. voce sequenti ἄγρα.) Prius vero ἄγος pp. idem forte quod ἀγοστὸς, sensu passivo notavit adductum, et hinc cubitum s. ulnam &c. Unde apud Suidam, Ἄγος· μίασμα· ἢ ἀγκών. et Gloss. apud Meursium, Ἄγος· ὁ ἀγκὼν, vid. Alberti ad Hes. p. 63. 64. Certius tamen est, ἄγος, neutro genere, apud Hesych. denotare κλάσμα "fragmentum," pp. adductum nimis atque adeo confractum. E. S.]

Ἄγρα feminin. proprie est, ortum a masc. ἄγρος: quod itaque prius explicandum. Vidimus supra in voce ἀγέλη esse eam a mascul. ἄγελος, et hoc ab ἄγος, quomodo olim dictus quicumque tanquam dux et dominus alicui rei præëst. Hinc (nempe ab ἄγος dux) primum ortum ἄγερος, et contract. ἄγρος, proprie nihil aliud significat, quam ad ducem vel dominum pertinens, ducem habens. Porro, substantive positum, ἄγρος eximie notat agrum, quem quis, tanquam dominus et dux, quasi possideat. Unde præterea fundum, prædium notat. Ac, latius etiam sumtum, idem est quod ager, rus, apud Latinos. A qua significatione demum ad mores transiit eorum, qui in agris degunt. —— Ita rusticitatem significaverit.

Hujus femin. ἄγρα, eximie substantive positum, ad id translatum est, quod quasi pertineat ad ἀγὸν, seu κυνηγὸν, ducem nempe canum, venatorem adeoque. Unde quamcumque dein venationem significat vox ἄγρα, tam ferarum quæ canibus fit, quam avium et piscium, aliarumque rerum. Hinc porro, generali significatione, quæcumque captura, prædave, a Græcis ἄγρα dicuntur.

[Derivationis significationisque rationes, his in vocibus, mihi quidem diversæ nonnihil videntur statuendæ. Thema ἄγω, i. q. Lat. ago, pp. notat duco, hinc induco, impello &c. Inde ἄγος, pp. Qui agit, ducit, h. e. pascit pecora, v. gr. gregem, aut etiam, qui agit feras, et ἄγερος (s. ἄγορος) contr. ἄγρος, non adeo ad ducem, quam potius ad ipsam ductionem deductionemve pertinens, pecudum verbi causa, et similium. Itaque ἄγρος sc. τόπος, per ellipsin nominis subst., locum notat, quorsum pecus pastum educitur, i. e. agrum, Hebr. (ab eadem ducendi origine) מִדְבָּר dictum. Ἄγρα autem contractum ex ἄγερα, sive potius ἄγορα (vide supr. v. ἀγορὰ) a posteriori significatione agendi feras, est ipsa turba, quæ agitur, s. ἄγεται à venatoribus, atque adeo captura, præda &c. A priori isto ducendi, s. pascendi, usu Latine etiam videntur dici agnus, et agna, pro aginus, agina, h. e. is qui, vel ea quæ ducitur pasciturve. E. S.]

Ἀγρός. Vide in ἄγρα.

Ἀγυιὰ pp. oritur ab ἄγω duco, et quidem forma sua proxime accedit ad feminina participialia, quemadmodum τετυφυῖα et similia. Est itaque quasi a mascul. ἄγως, ut adeo significet ἀγυιὰ pp. eam, quæ ducat, et intellecto nomine ὁδὸς via, quæ ducit aliquem aliquo, sic dici potest: simili fere ratione, ut Latini ductum simpliciter vocant, atque hinc tandem eximie viæ, urbis et vici ἀγυιαὶ dicuntur. [Nempe ab ἄγω vel ἄγνυμι (secundum Grammaticorum regulas) est, in aoristo secundo Indicativi Passivi, ἐάγην, in eodem aor. partic. ἐαγεὶς, in perfecto Medio indicat. ἔαγα, contracte ἦγα, et perf. partic. Med. ἐαγὼς, ἐαγυῖα, ἐαγός. Ab ἐαγυῖα, ablato augmento, fieri commode potuit ἀγυῖα, sive ἀγυιὰ, accentu mutato. Quod tamen etymon si verum sit, dicendum fortasse erit, vocem ἀγυιὰν, propria vi sua, non adeo ducentem, ductumve denotare, quam potius, ex alia significatione, fractam, diffractam, effractam. Ita certe apud Homer. ἐάγη sæpius legitur, in forma Aorist. Pass. pro fractus, diffractus fuit. Iliad. Γ. 367. ἐάγη ξίφος. Λ. 558. ῥόπαλα ἐάγη. Ν. 162. et Ρ. 607. ἐάγη δόρυ. Odyss. Κ. 559. et Λ. 65. αὐχὴν ἐάγη. Verum et in præterito, quod vulgo dicunt, Medio eadem vi passiva apud Hesiod. Ἔργ. vs. 533. s. τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι οὗ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται. Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν κ. τ. λ. Et sic κατεαγὼς, υῖα, ός: ne alia nunc conquiramus. Itaque ἀγυῖα s. ἀγυιὰ pp. fuerit fracta, et hinc aperta via, compitum, mox via universe. Iliad. Ε. 642. Ζ. 391. Υ. 254. Odyss. Β. 388. Ο. 440. Necdum tamen hæc satis liquida. Fortasse ἀγυιὰ formata vox est cum α intensiva, à simpliciori γυιὰ, hoc vero à γυιὸς, forma υἱός. Sane in Hesychio reperias Γύαι· ὁδοὶ &c. ubi vid. Albert. p. 862. Est autem γύαι (si vera sit scriptio et non legendum sit γυιαὶ) forma, alteri illi ἀγυιαὶ cognata. Jam vero γύω pp. notat hisco, pateo: unde γυιὸς (ut υἱὸς est ab ὕω, υἵω), significare potuit patentem, vel patulum, et ἀγυιὸς valde patulum: ἀγυιὰ denique patentem latamque viam. E. S.]

Ἄγυρις. Est quoque hoc ab ἄγω duco, vel adduco. Unde supra vidimus oriri verbum ἀγείρω, significans eximie congrego. Similiter ab ἄγω, antecedente forma productiori ἀγύω, est ἀγύρω, significatione vix differens ab ἀγείρω. Hinc ἄγυρις idem quoque fere, quod ἀγορὰ multitudo adeoque collecta, congregata, ut est cœtus hominum. Hinc et ἀγύρτης agyrta. Conf. supr. in Ἀγορὰ, ἄγρα, &c.

Ἄγχι. Idem quod supra in voce ἄγγος et ἄγκη observavimus, hic quoque usu venit; quod nempe litera ν ante palatinam inserta est. Itaque ἄγχι est pro ἄχι, quod proprie neutr. ab ἄχις, quemadmodum τὶ a τίς. Ἄχις porro est ab ἄχω, quod, ex regulis supra traditis, non potest esse non cognatum verbo ἄγω adduco, cogo in unum. Hinc ἄγχι, adverbialiter positum, in usu idem est quod prope; quasi dicas prope adductum, admotum, atque ita aliquis ἄγχι τινὸς εἶναι dicitur, qui prope aliquem est. [Paullo propius ad Analogiam accedere videtur auctoris clariss. observatio, quam proposuerat in Proœm. de L. Gr. analog. (p. 9.) "Ἄγχι autem non potest non oriri ab ἄγω, ἔγγι vero ab ἔγω" &c. Nimirum stirps est ἄγω duco, adduco. Hinc in futur. ἄξω pro ἄγσω, præter. ἔαγκα, pro quo ἦγκα, mox ἦγα, et ἦχα, quasi ἔαχα. Vid. supr. p. 23. Eadem ratione ab ἄγω est ἄγγω, fut. ἄγγσω, ἄγξω, præter. ἔαγγκα, pro quo ἤγγκα, mox ἤγγα, ἤγχα, quasi ἔαγχα. Ablato augmento ab ἔαγχα, fit ἄγχα; hinc verbum ἄγχω, de quo infra. Observavit cel. Lenn. esse illud pp. "strangulare, constringere fauces." Itaque hoc pacto ab ἄγχω est ἄγχις pp. constrictio, sive adstrictio: cujus vocis casus dativus s. ablativus est ἄγχι pp. adstrictioni vel adstrictione. Porro ἄγχις adstrictio, idem est atque admotio, vicinia. Ut adeo ἄγχι τινὸς εἶναι elliptice dictum sit, quasi ἐν ἄγχι τινὸς εἶναι in vicinia alicujus esse, h. e. prope aliquem esse. Senties hæc aliquando distinctius, ex usu Homeri Iliad. Ε. 185. Non hic seorsim a Deo ista furens facit, ἀλλά τις ΑΓΧΙ Ἕστηκ' ἀθανάτων sed aliquis (in) vicinia (h. e. prope) adstat immortalium. Vide jam porro Iliad. Ζ. 405. Η. 188. Θ. 118. Κ. 161. Λ. 665. Ξ. 460. &c. &c. Eadem vis hujus nominis ἄγχις, in casu obliquo ἄγχι, cernitur quoque clarissime in compositis ἀγχιγείτων, ἀγχιμαχητὴς, ἀγχίπλοος, ἀγχιφανής. Observandum autem est, pro ἄγχι etiam ἄγχε dixisse in cas. Dat. vel Ablat. veteres, ut Latini dicunt navi et nave (Conf. omnino Animadv. ad Analog. p. 307.) unde ἀγχέμαχος pp. in vicinia, s. appropinquatione, pugnans, cominus pugnans. Denique cognata forma ἀγχοῦ, simili prorsus ratione, explicanda est. Ab ἄγχος nempe (quod ab Hesychio exponitur πνίγμα strangulatio, pp. constrictio, est Gen. ἀγχοῦ. Hoc vero per ellips. præpos. ἐξ vel ἀπὸ, pro ἐξ ἀγχοῦ è vicinia, i. e. prope. Vide Herodot. Clio c. 9. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἐσόδου θρόνος, et sic apud Homerum sæpissime. E. S.]

Ἄγχω. Quemadmodum ἄγγω ab ἄγω, sic ἄγχω ab ἄχω sunt. Ergo ut ἄγω et ἄχω, ita quoque ἄγγω et ἄγχω vicina verba. Id quod planissime apparet ex lingua Latina cum Græca comparata. Quod enim Græcis ἄγχω, idem est Latinis ango, in usu, proprie strangulo. Significationem hanc accepit utrumque à generali notione adducendi, cogendi in unum: atque sic eximie notat constringere fauces, strangulare. Generalior autem notio cernitur quoque in usitata hujus verbi significatione, quæ est cogendi quocumque modo coërcendive. [Adscribamus unum alterumve locum, ex quo hæc verbi proprietas paullo certius perspiciatur. Iliad Γ. 371. Ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρήν. Ubi Schol. Ἄγχεν· ἦγχεν, ἔπνιγε. Aristoph. in Ranis, vs. 470. Qui canem nostrum Cerberum, protractum, Ἀπῆγξας ἄγχων abduxisti fauces constringens, &c. Id. in Vespis, vs. 1033. Incubi et febres, οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ, καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον. &c. Conf. Thom. Magist. voce Ἄγχει, et ibid. viros doctos. Porro hujus verbi particip. act. f. g. ἄγχουσα pp. constringens fauces, sive suffocans, eximie dicitur "herba quædam vim habens suffocatoriam et strangulatoriam." Vide H. Stephan. in Indice Thes. col. 265. et Albert. ad Hesych. col. 77. v. Ἄγχουσα. De origine verbi ἄγχω ab ἦγχα, pro ἔαγχα, a Them. ἄγγω, vide supra in Ἄγχι. E. S.]

Ἄγω. Vera stirps ea est, unde tot vocabula orta jam vidimus. Hujus propria notio, ut omnes primarum originum, generalis valde et vaga est. In primis tamen quærenda in motu rei impulsæ, et ita motæ, ex uno loco in alium. Hinc sponte natæ significationes ducendi, ferendi, vehendi, adducendi, abducendi, educendi, eliciendi, impellendi, inducendi, rapiendi, trahendi, populandi, diripiendi, hostili more vexandi. Præterea illa ducendi, lancibus æstimandi, aliæque, ex his denuo ortæ. Imo hinc apparet, quemadmodum rex, dux, gubernator, præceptor, aliique, qui præsunt, ἄγειν dicantur: ut modo significet regere, modo moderari, modo formare, instituere, modo aliquid simile. Porro ex ista significatione trahendi apparet, quomodo significare possit ducere in longum, vel etiam, nominibus temporis junctum, ducere, terere tempus, similiaque.

Quum autem id, quod nimia vi impellitur ad aliquid, frangi soleat, inde quoque frangendi notio, quae fit ex allisione.

Ex ea autem porro nata est illa rumpendi. Tandem a frangendo translatum verbum quoque ad notionem splendendi seu splendoris, qui fit refractione radiorum lucis. Quæ tamen maxime conspicua est in derivatis ejus: ut postea, variis in locis, videbimus.

Huic autem postremæ notioni vicina est ea nitendi munditie, et puritate: quam supra, in multis derivatis, jam vidimus.

[Ceterum Stirpi ἄγω cognatæ sunt ἔγω, ἴγω, ὄγω, et ὕγω: de quibus vide infra, suis locis. E. S.]

Ἀγὼν, ῶνος. Est ejusdem prope formæ, cujus nomen ἀγκὼν, de quo supra. [Nempe Ἀγὼν, ῶνος ab ἄγω, ἀγκὼν, ῶνος ab ἄγκω descendit, hoc autem ab ἄγκα, quod, cum augmento, ἔαγκα, e stirpe ἄγω. Vide supr. p. 25. E. S.] Est ergo ἀγὼν, ubi plures sunt ἀγοί. Nam proxime oritur ab ἀγὸς, quod, ut vidimus, ab ἄγω. Hinc sollemnes ludi, ad quos, ex omnibus partibus terrarum, principes veniebant, eximie ἀγῶνες dicti. Sic enim in primis quatuor ludi Græciæ sollenniores, vel certamina, ἀγῶνες ἱεροὶ dicebantur. Generalius autem quodcumque certamen, atque inde quoque multitudo hominum spectantium certamen, ἀγὼν vocari solebat. Nec tantum ad ludos designandos, sed etiam quodcumque certamen difficilius, quocumque modo institutum, adhibitum fuit. Unde porro sic dicitur actio forensis, actio fabulæ in theatro: quin imo, ulterius translatum, quamcumque contentionem summam, et summum periculum notat. [Nempe, quum nomina in ὼν, ῶνος, locum denotent, in quo plures res vel personæ una sint, (vide supr. voce ἀγκὼν,) facile apparet, qua analogia ἀγὼν ipsum locum significet, in quo complures sint ἀγοί. Hesych. Ἀγών· ὁ τόπος ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί· ubi vid. Albert. Itaque ἀγὼν proprie locus est certaminis, dein certamen ipsum &c. Vide Etymol. magn. in voce Ἀγών. E. S.]

Ἀδάρκης. Videtur esse ejusdem formæ nomen, cujus est ποδάρκης. Est itaque vox composita e nomine obsoleto ἄδος, similive forma, quod a verbo ἄδω; de quo mox: et verbo ἄρκω, vel ἀρκέω. Quum autem ἄδος significare olim potuerit congestam, et condensatam massam: inde ἀδάρκης proprie fuerit massa condensata, quæ sibimet sufficiat, quæ consistat, et cohæreat. Atque hinc salsilaginem concretam; quæ, in locis palustribus, arundini, aliisque plantis adnasci solet, sic vocarunt. [Descriptionem vide apud Dioscorid. l. 5. c. 137. et Plinium. H. N. lib. 32. c. 10. horumque interpretes.)

[Ἀδαχέω, ῶ. (Pruriginem excito, titillo, scabo. Heder.) Suid. Ἀδαξῆσαι· τὸ κνῆσαι —— καὶ ἀδαχεῖν· τὸ κνήθειν· κ. τ. λ. Etymol. Ἀδαξῆσαι σημαίνει τὸ κνῆσαι, καὶ ἀδαγμὸς, ὁ κνησμός. Hesych. Ἀδάξω· κνήσομαι. Idem. Ἀδαγμός· κνησμός. Plura vide apud Albert. ll. cc. et Foësium in Oeconom. Hippocr. voce Ἀδάξασθαι. Observat autem Foësius. pro ἀδάξεσθαι longe crebrius apud Hippocratem legi ὀδάξεσθαι. Quemadmodum Hesych. etiam exhibet ὀδαγμός· κνησμός. et ὀδάξει· τοῖς ὀδοῦσι δάκνει· et ὄδαξ· τοῖς ὀδοῦσι ἐμπεφυκότες, ac similia. Ex quorum comparatione verisimile fit, stirpem τοῦ Ἀδάξασθαι esse ἄδω· τοῦ ὀδάξασθαι vero ὄδω, adeoque formas vicinas: quibus duobus verbis, ἄδω et ὄδω, cognatum etiam fuerit edo Lat. Itaque, ut ab edo, est edax, ita ab ὄδω, ὄδαξ; ab ἄδω, ἄδαξ. Porro ὄδαξ, pro ὄδακς, mea quidem ex sententia, contractum fuit ex ὄδακος, uti bibax ex bibacus, unde bibaculus et sim.; ὄδακος vero ab ὀδάκω, quod ab ὄδακα, pro ἔοδακα, præter. perf. act. verbi ὀδάω &c. Itaque ab ἀδάω, ἐάδακα, est ἄδακος. Ab ἄδακος est ἀδακέω, quod cum adspirata ἀδαχέω, in fut. ἀδακήσω. A simpliciori autem ἀδάκω, est futur ἀδάκσω, s. ἀδάξω. Ab ἀδάξω iterum ἀδαξέω, unde ἀδαξήσω. De stirpe ἄδω, cum cognatis ἔδω, ὄδω, inferius dicendum erit. E. S.]

[Ἄδδιξ. [Mensura quatuor chœnicum. H.] Etymol. Ἄδδιξ· μέτρον τετραχοίνικον. Eustath. ad Homer. Odyss. Τ. p. 1854. vs. 12. ἦν δὲ καὶ Ἄδδιξ μέτρον τι φασὶ τετραχοίνικον. Ἀριστοφάνης· ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα. Nisi peregrinum sit vocabulum, videri poterit dictum esse, per re-

duplicationem mediæ, pro ἄδιξ, quod ab ἀδέω, e stirpe ἄδω. Conf. infra ἀδινός, unde ἀδινῶς, confertim. E. S.]

Ἀδελφός. [Frater] Oritur ex α et nomine δελφὺς, notante uterum. Patet itaque, ἀδελφὸς respondere Lat. uterinus. Unde substantive frater uterinus, et generalius frater, sic dicitur. Adjective autem idem positum significat ex omni parte similem. [Vide Wolf. ad Liban. Ep. 262. 374. 863. G. Kœnium, ad Gregor. de Diall. p. 269. et viros doctos, ibi laudatos. E. S.]

Ἀδέω oritur a simpliciori ἄδω vel ἅδω, quod ipsum superest, et suo loco explicabitur. Cum autem, ut ex derivatis, aliisque vicinis verbis, apparet, propria ejus verbi notio sit posita in conferendo, congerendo in unum, atque sic transferatur ad copiam rerum congestarum, coacervatarumque, designandam: inde porro ἀδέω significare potuit satis esse, sufficere copia sua. Quæ notio tandem videtur peperisse illam, quæ est verbi placendi, verbo ἀδέω tribui solita. Ea autem facile producere potuit eam gratificandi, assentiendi, similesque, quas alibi videbimus. [Vid. etiam infra v. Ἄδω, et ἄζω.]

Ἀδημονέω (Gravissime angor &c.) sine dubio oritur a modo memorato ἄδω, quod, ut suo loco videbimus, translatum ad fastidium, et nauseam, ex nimia repletione cibi. Inde porro transiit ad animum, ut fieri solet, et relatum fuit ad designandum tædium vehementissimum, cum angore et mœrore animi conjunctum, quod oriri solet ex curis nimiis, et molestiis, quasi coacervatis: quæ notio conspicua est in nomine ἄση, formato a nostro verbo ἄδω. Unde quoque apparet, quemadmodum ἄση a λύπη differat, quocum aliquando conjungitur.

Jam autem ab ἄδω est ἀδέω, notans quoque ejusmodi tædio affici. Ab hoc autem derivatum est nomen ἀδήμων, quod (etsi obsoletum) significare debuit eum, qui quasi nimia doloris satietate fatiscat. "Sunt enim nomina, in ων desinentia, generatim fere ejusdem naturæ, cujus apud Latinos nomina in osus: ut adeo copiam significent rerum, quæ primitivo exprimantur, eamque sæpe nimiam et pravam." Hinc jam est ἀδημονία gravissimus animi angor, et ἀδημονέω gravissime angi animo. ["Ab ἀδέω est ἀδήμων, ut ab ἰλέω est ἰλήμων. Ab ἀδήμων vero ἀδημονέω pertædeo, ut ab "ἐπιστήμων ἐπιστημονέω peritus sum, et ab αἰδήμων αἰδημονέω verecundus sum." L. Bos de Etymol. Gr. p. 14. 15. Vide etiam Cl. Albert. ad Hesych. voce ἀδημονῶ, et Biel. Nov. Thes. Phil. voc. ἀδημονέω. Xenoph. Hist. Gr. 4. p. 521. E. S.]

Ἄδην, vel ἄδδην [per reduplicationem, de qua vid. Piers. ad Mœrid. p. 89. 90. "Ad satietatem usque, affatim, vehementer."] Est ejusdem generis adverbium, cujus est λήβδην a verbo λήβω; intercedente nomine, ut videtur, λήβη similive, et addita particula δην. Patet ergo, nostrum esse a verbo ἄδω, intercedente nomine obsoleto ἄδη, simili ve: quod idem esse potuit, atque ἄση, proprie notans sufficientiam rerum congestarum, et repletionem. Hinc ἄδδην in usu notat confertim, affatim, abunde, largiter, satis superque. Omisso autem altero δ, idem pronuntiatur ἄδην. [Ab ἄδω pp. premo, sive constipo, coacervo, est ἄδος, η, ον, pp. constipatus, congestus, a, um. Ἄδος, masc. gen., substantive adhibetur pro satietate s. plenitudine insigni. Hinc apud Hesych. Ἄδος· κόρος, πλησμοσύνη. ubi vid. Albert. Porro femin. ἄδη, itidem substantivo usu, notavit satietatem repletionemve. Superest hoc sensu accusativus apud Homer. Iliad. T. 423. Οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἉΔΗΝ ἐλάσαι πολέμοιο. Non cessabo, antequam Trojanos Satietas ceperit belli; et Odyss. E. 290. Ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημὶ ἉΔΗΝ ἐλάαν κακότητος: Sed adhuc quidem ipsum dico Satietatem capturum esse miseriæ. Proprio sensu apud Athen. 4. p. 128. E. legi: ὡς ἄδην εἴχομεν βεβρώσεως, observavit cel. Valck. ad Herod. 9. p. 711. not. 10. Quod ipsum ἄδην, (et paullo fortius pronuntiatum ἄδδην) ut fieri solet, per ellipsin præpos. κατὰ, εἰς, similisve, absolute positum, deinceps adverbialiter adhibuerunt, pro ad satietatem usque, vel abunde, satis. Ita rursus Iliad. E. 203. εἰωθότες ἔδμεναι ἉΔΔΗΝ: soliti edere, sive pascere, satietatem, h. e. ad satietatem. Et Iliad. N. 315. οἵ μιν ἉΔΗΝ ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο: Qui illum ad Satietatem exerceant, etiam satis alioquin incitatum ad bellum. Pro ἄδην, etiam dixerunt ἅδην, cum spiritu aspero; qua de re vide Eustath. ad Homer. Il. E. vs. 203. p. 538. l. 46. et p. 539. Il. N. 315. p. 933. l. 64. Hesych. Ἄδην· δασυνόμενον μὲν ἡδέως, καὶ τὸ εἰς κόρον· ψιλούμενον δὲ [ἄδην] ἡδέως. "Ἄδην" inquit "cum spiritu aspero, ad Satietatem" &c. Hunc spiritum asperum Latini reddere solent per s, uti v. g. ἥμι est semi; ὑπὲρ super; ὑπὸ sub; ὑδὼς Lat. vetus sudor, h. e. aqua, Lucret. 2. 464. Qua analogia Lat. satis erit ἅτις, quod (litera vicina τ, pro δ, substituta) facile apparebit esse Gr. ἅδις, adeoque cognatum superiori isti ἄδη. E. S.]

Ἀδὴν, ένος, pp. à memorato verbo ἄδω significat massam, quasi, densam partium congestarum: unde eximie, apud Medicos Græcos, notat massam carnis simplicem, et quasi constipatam ex variis particulis, atque adeo eximie glandulam. Est autem ejusdem formæ nomen, cujus est ἄῤῥην, ποιμὴν, ὑμὴν, &c.

[Ἄδης Orcus. Vide infr. sub Ἀΐδης, suo loco.]

Ἀδινός, ἡ, όν. Forma convenit cum nomine πυκινὸς, ἡ, όν, similibusque: ut dubium non sit, quin, quemadmodum πυκινὸς originem habeat verbum πύκω, sic ἀδινὸς natum sit à verbo ἄδω, quocum etiam significatione plane convenit. Notat enim confertus, densus, multus, frequens, continuus, et similia.

Ἀδράχνη genus arboris est, quam portulacam vocant Latini. Nomen autem accepit a natura sua: estque vox composita ex ἁδρὸς et ἄχνη. [Est, nempe, vox formæ ἀράχνη, quam, similiter fere, compositam esse ex ἄρω et ἄχνη, infra statuit cel. Lennepius. De ipsa arbore Plinius H. N. lib. 13. c. 22. "Adrachnen inquit" "omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur; cum illa sit herba et andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Ceterum adrachne est silvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantum minore et nunquam decidente, cortice non scabro quidem, sed qui circumgelatus videri possit: tam tristis adspectu est." Quibus perlectis verisimilior fortasse videri possit conjectura, ἀδράχνην, per contractionem, dictam esse pro ἀδραχίνην, hoc vero compositum ex ἀ privativo et δραχίνην, à δεράχινος, pro δεράχινος; quod à stirpe δέρω excorio &c. E. S.]

Ἁδρός. Quemadmodum ἀγρὸς vidimus esse ab ἄγω: sic ἁδρὸς est ab ἄδω. Hinc ἁδρὸς pp. notat quasi confertus, condensatus, stipatus, atque inde eximie validus. Præterea, multus, magnus, abundans, maturus, et similia. [Hesych. Ἁδρὸς explicat παχὺς, μέγας, πολύς: et ἁδρὸν similiter παχὺ, μέγα, δαψιλές: denique ἁδρότερον, εὐτραφέστερον. Vide omnino Foës. in Œcon. Hippocr. v. ἁδρός. Cognata etiam forma fuit ἀδρὺς, unde ἁδρύνω Crassum reddo, et ἁδρύνομαι Crassesco, turgesco &c. Ἄδρυνσις Crassatio &c. Conf. Etymol. magn. p. 18. H. Stephan. Thes. t. 1. col. 408. et Biel. Thes. t. 1. p. 27. E. S.]

Ἄδω. Est ipsa stirps. Ut autem verbi ἄγω propria potestas posita est in motu, qui fit rei motæ ex uno in alium locum: sic hujus verbi propria notio quærenda est in motu, qui fit, res plures in unum congerendo et coacervando; unde nata ista complendi, explendi, acervandive notio, quæ in tot derivatis conspicua est. Inde porro profecta denuo satiandi notio, quæ, fere ut propria, huic verbo, et quibusdam ejus derivatis, adhæsit. Alias autem translationes, inde factas, jam vidimus in verbo ἀδέω, quod, spiritu mutato, in usu distingui solet ab ἁδέω, quod significationem in primis sequitur verbi nostri ἄδω. Ab ea porro satiandi nata fuit notio illa fastidiendi et nauseandi, quæ in nomine derivato ἄση, hujusque derivatis, in primis cernitur. Propius paullo à generali notione verbi ἄδω abest ea verbi memorati ἀδέω, significantis, quasi, satis superque habere, vel ἄδδην ἔχειν. Dicuntur autem eximie καμάτῳ ἀδδηκότες, qui plane defatigati sunt labore: ita ut eo, tanquam gravi mole rerum, oppressi succumbant, quæ vis proprie in natura hujus verbi inest. [Reperitur hæc phrasis καμάτῳ ἀδδηκότες, vel ἀδηκότες, apud Homer. Iliad. K. 98. 312. 391. 471. Odyss. M. 281. ubi vide Clark. et H. Steph. Thes. t. 1. col. 1441. 1442. coll. Eustath. p. 792. l. 37. 807. l. 24. 833. l. 13. 1721. l. 56. et infra v. ἄζω. E. S.

Ἄεθλος. [Certamen] Proprie est ab ἀέθλω pro ἄθλω, ut ἀέξω pro ἄξω et similia. Ἄθλω autem est, quasi contractum ex ἀθάλω, et hoc ab ἀθάω, quod tandem ab ἄθω. Cujus verbi cum nulla fere vestigia, in Lingua Græca, supersint, (nisi forte proxime inde ortum ἄθως; quo nomine olim varii montes dicti fuerunt, forte à mole et acervo:) propria ejus potestas repetenda est a vicino verbo ἄδω et, quod videbimus deinceps, ἄτω. Vidimus, quemadmodum ἄδω fuerit positum de iis eximie, qui, gravi labore defatigati et oppressi, quasi succumbant. Vidimus, quemadmodum ἄδω sic notionem habeat magna copia congerendi, et coacervandi: in quibus manifesta significatio gravioris laboris fit. Inde itaque, sponte veluti, fluit notio ista, quæ voci ἆθλος, ἄεθλος, et contract. ἆθλος, tanquam propria tribuitur; laboris nempe gravioris, molestiorisque. Ex qua dein significatione nata est illa certaminis difficilioris, præterea præmii certaminis et similium. Quin inde ad miseriam, et similia, translatio facta est in variis hujus nominis derivatis: quemadmodum ἄθλιος miser, ærumnosus; atque ita aliquando ἀεθλεύω significat mala tolero, perfero. [Nisi sit ab ἄθω, pp. tendo, contendo. Vid. in ἀθήρ. E. S.]

Ἀεὶ [Semper.] Origo est verbum ἄω, de quo suo loco dicendum. Videtur autem à notione spirandi, in derivatis quam plurimis hujus verbi, translatio facta esse ad temporis durationem: ut, variis in locis, postea videbimus. Est autem ἀεὶ proprie quasi dativus antiquus nominis masculini ἀεὶς, cujus loco productior forma αἰεὶς neutrum propagavit αἰὲν, simili modo, ut ab εἷς ἓν est. Αἰὲν autem et αἰεὶ poëtis idem est, quod vulgo in usu αἰεὶ semper. [Uti à πόλις, in Dat. Sing. est πόλει, ab ὄφις, ὄφει &c. ita ab ἀΐς, ἀεὶ, ab αἰΐς, αἰεὶ &c. αἰὲν vero neutrum est participii αἰεὶς, αἰεῖσα, αἰὲν, pro quo, in neutr. gen. etiam αἰὲς Lacon dixit apud Aristophanem, laud. Maittaire de Dial. Dor. p. 244. B. Stirps ἄω pp. spiro &c. Itaque ἀεὶ pp. est spiratione, h. e. leni processu, et quasi perpetuo effluxu temporis, atque adeo duratione haud interrupta; αἰὲν verodictum pro κατὰ αἰὲν, per tempus spirans, effluens. E. S.]

Ἀείδω cano, idem est, quod ᾄδω; unde ἀηδών; et hujus loco ἀηδὼν, luscinia, [quasi canens, vel cantor eximie] sic dicta à canendo. Potest quidem nostrum ἀείδω, ex rationibus linguæ Græcæ analogicis, referri ad stirpem ἄω; (quod ὀνοματοπεποιημένον esse, jam supra vidimus, in voce ἀάζω:) sed non opus est, ut eo adscendamus: ac verius puto, hoc ipsum esse verbum ὀνοματοπεποιημένον, à sono, nempe, factum, qui identidem voce canentis repetitur, hujus verbi pronuntiationi fere similis. Similis certe ratio videtur quoque verbi ὕδω, significantis itidem cano; de quo suo loco. Tribuitur autem eximie nostrum verbum poëtis, carmina sua canentibus, uti oratoribus proprium fuit λέγειν. [Vicina huic verbo ἀείδω, alia fuit forma ἀοίδω, itidem à sono: unde ἀοιδὸς, ἀοιδὴ, et hinc denuo ἀοιδέω, contractum in ἀοιδῶ; porro ἀοιδιάω, unde ἀοιδιῶ, apud Etymol. c. 116. quin et ἀοιδιάω, unde apud Hesych. (ex Odyss. K. 227.) ἀοιδιάει· ᾄδει, ὑμνεῖ. E. S.]

Ceterum pro verbo ἀείδω, per contractionem dicitur ᾄδω. Nomen Ἀοιδὴ contractum peperit ᾠδὴ, unde Latini odam dicunt, id est cantilenam. Lenn. alio loco.

Ἀείρω tollo. Est ab ἀέρω, et hoc ab ἄρω: de quo suo loco. Notat autem proprie, quasi, tendendo, sustentandove, in altum tollo: [Hesych. Ἀείρω· ἄνω ἄθῶ et ἀείρομαι.] Unde quoque admovendi [uti v. gr. vini poculum ori admovetur, Il. Z. 264.] aliæque significationes ortæ. [Ab ἀείρω deinde ortum, ἄειρος et hinc rursus ἀειρέω, ex quo productum ἀειρέθω; quod nobis servavit Etymolog. c. 8. 22. E. S.]

Ἄελλα procella, turbo. Originem habet verbum ἄω spiro, flo. Unde nomen ἀὴρ proxime descendens, vulgo quidem aërem notat, nonnunquam tamen etiam aërem tenebricosum, et quasi nubibus densum. Ab hujus nominis dativo ἀέρι, adjectivum est ἀέρος, et forma diminutiva ἀέρυλος, quod contractum produxit masc. ἄελλος, cujus fem. est ἄελλα. Notat itaque tenebricosam, et eximie, substantive positum, aërem tenebricosum, turbulentum, atque adeo turbinem et procellam.

[Ab obsoleto verbo ἄλω volvo, cui vicina fuerunt ἀλίω, εἴλω, ὄλω &c. productum est ἀέλω volvendo colligo, conglobo. Ex qua notione, in Etymol. col. 143. 49. superest ἀέλισθαι, i. q. συναθροίζεσθαι: et ibid. col. 407. 31. 33. ἄελα, i. q. ταραχὴ τῆς θαλάσσης, ἢ τοῦ ἀέρος, quasi convolutionem, conturbationemque adeo, dixeris. Pro ἀέλω dixerunt deinceps ἀέλλω, uti pro στέλω στέλλω: in quo quidem verbo ἀέλλω significatio volvendi tributa fuit vento, obvia quævis, vi sua, convolventi et avehenti. Conf. Etym. col. 20. 1. Ἀέλλεται· πνεῖ. Ab eodem ἀέλλω porro est ἄελλος convolvens, corripiensque cuncta, adeoque per metaphor. μαινόμενος, apud Hesych in Ἄελλος, quo loco clar. Albert. t. 1. col. 110. opportune observavit, unam quoque furiarum aëllo dici ab Hesiodo, Theogon. vs. 267. haud dubie ab insania, cuncta corripiente et conturbante. Hinc tandem nostrum ἄελλα, h. e. συστροφὴ ἀνέμου ἄγαν πνέουσα, Etymol. col. 778. 12. Qua voce eleganter usus fuit princeps poëtarum Iliad. B. 293. Ἥν περ ἄελλαι χειμέριαι ἘΙΛΈΩΣΙΝ, ὀρινομένη τε θάλασσα: ubi ad originem alludi notat Eustat. p. 223. 12. Adde omnino Iliad. M. 40. 49. Ἶσος ἀέλλῃ—Ὡς Ἕκτωρ, ἀν' ὅμιλον ἘΛΊΣΣΕΤΟ. E. S.]

Ἀέξω [proveho, accumulo, Augeo. H.] productior forma est a verbo ἄξω, unde quoque descendunt αὔξω, αὐξέω, αὐξάω. Solent, nempe, ista ratione, tanquam nova denuo verba, verborum quorundam primitivorum futura considerari. Constat autem, ἄξω esse proprie futurum verbi ἄγω, de quo supra; ubi vidimus, ἄγειν significare proprie adducere in unum, atque inde congregandi notionem proficisci. Hinc porro nata significatio augendi, quæ huic verbo nostro subjecta est. Quod ipsum verbum Lat. augeo non aliud est, quam Græc. αὐγέω, formatum ab αὔγω, cujus futurum αὔξω vidimus. [Possis et hoc modo concipere, ut, quemadmodum ab ἄγω ortum ἀύγω, mox αὔγω, αὐγάω, ita ab eodem ἄγω, primum quidem descenderit ἀέγω, et hinc porro ἀέγσω, ἀέξω. E. S.]

Ἀετὸς [aquila.] Verbum ἄω à spirandi notione generali, sponte quasi, transiit ad flatum venti spirantis designandum eximie, in multis derivatis; quemadmodum ἀήτης, quod ab ἀέω, productiori forma verbi ἄω, cujus verbi ἀέω tertia persona præteriti perfecti pass. ἤηται, præter nomen ἀήτης, nostrum quoque peperit ἀετός. Differunt autem, natura sua, duo hæc nomina, eodem modo, ut ποιητὴς, et ποιητός. Quod enim in altero η, in altero ε est, illud in his rebus momentum nullum habet: quum literas longas, η et ω, ignoraverint antiquiores Græci. Uti itaque ποιητὴς, vi terminationis suæ, personam agentem notat, eum adeo qui faciat: sic ἀήτης dicitur proprie qui flat, et absolute, ventus. Ut [vero] ποιητὸς passive significat factus, sic ἀετὸς is proprie est qui fertur, quasi vento spirante vel aëre, eoque sustentatur. Hinc eximie aquila, sic dicta ob altissimum volatum, quo supra aërem veluti ferri, et à vento sustineri videtur. [Eo fere sensu, quo de scarabæis Laco ait, apud Theocrit. Idyll. 5. 114. Καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἳ, τὰ φιλώνδα Σῦκα κατατρώγοντες, ὙΠΗΝΈΜΙΟΙ ποτέονται. Nescio tamen, an rectius statui possit, aquilam dictam fuisse ab impetu acerrimo, quo, fulminis instar, in prædam fertur. Etymol. Ἀετὸς, παρὰ

τὸ ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ, ἀϊτὸς καὶ ἀετός. Non, quod ἀετὸς (secundum analogiam Grammaticam) sit ab ἀΐσσω, quippe quod productum est ab ἀΐσω, futuro verbi ἀΐω, sed quod obsol. verbum ἀέω, unde proxime descendit nostrum ἀετὸς, vicinum fuerit forma sua alteri isti ἀΐω, quod, uti stirpe primaria ἄω, ita significatione cum nostro conveniat. Testis Hesych. in Ἀέσαι·—ὁρμῆσαι, et Ἄεσις· πόνος. Ex qua posteriori, Ἀεσίφρων, pp. spirans (h. e πνέων impetuosus) mente, pro levi, sive potius furenti, ponitur, Il. Υ. 183. ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων: coll. Il. Ψ. 603. 604. et Od. Φ. 302. ἀεσίφρονι θυμῷ, quod Clark. reddidit dementi [pp. impetuoso] animo, Hesych. autem κούφας ἔχων τὰς φρένας, et Etymol. col. 20. 48. ὀξύφρων. Ceterum de aquilæ impetu acerrimo adi Bochart. Hieroz. p. 2. l. 2. c. 2. Observandum autem est, pro ἀετὸς etiam usurpari αἰετός: quod derivationem nostram magis adhuc confirmat. Etymol. Αἰετός·—γέγονε δὲ αἰετὸς, παρὰ τὸ ἀΐσσειν &c. E. S.]

[Ἀέω. Verbum obsoletum, pro quo poëtæ adhibent ἄημι. Stirps ἄω, pp. spiro, unde ἀέω, ἀΐω &c. Proprie notat spirationem, respirationem fortiorem, qualis exprimitur ipsis verbi hujus literis, estque v. gr. hominis, magno labore defatigati: unde, porro, per synecdochen, ἀέω est dormio. Vide Hesych. Ἀέσαι· ἄησαι, i. e. spirare: et alia, apud Stephanum. Conf. dein Odyss. Γ. 151. 490. Ο. 40. 188. Τ. 342. ubi reperies formas ἄεσα, ἀέσαμεν, ἄεσαν, ἀέσαι, hinc manifesto ductas, coll. etiam Eustath. p. 1461: 61. ἀέσαμεν ποιητικὴ λέξις ἀντὶ τοῦ ἀνεπνεύσαμεν, et 1866: 50. ἄεσα, ἤτοι ἀνέπνευσα. A spiratione fortiori simul orta est notio illa impetus ardentioris, de qua diximus in voce ἀετός. E. S.]

Ἄζω. Duplex verbum ἄζω et ἅζω, etsi iisdem literis exarari solitum, non tamen idem est, et ejusdem originis: ut existimasse Grammatici videntur.

Prius ἄζω non videtur differre proprie, nisi forma, à verbo ἀάζω, quod supra vidimus, et est ab ἄω, notatque, ut illud, halitum calidum efflare: unde ad ventum calidum similiaque, quibus res siccari possunt, translatum, porro notat siccare, arefacere.

Alterum ἅζω pertinere arbitror ad originem ἅδω, cujus figuratam notionem placendi, et similes, supra jam vidimus in voce ἁδέω: atque inde profecta videtur ista venerandi significatio, quam verbo huic adsignare solent Grammatici. Est enim ab ἅδω proxime ortum Doricum ἅσδω, quod respondet Ionico et Attico nostro ἅζω. Litera ζ enim composita est ex σ et δ. [Equidem vix persuadeor, verba ἄζω et ἅζω, ab ipsis veteribus inter se permista, esse originis diversæ: tam parum certe atque ἄβρα et ἁβρὸς, ἀγὸς et ἅγος, similiaque, spiritu distingui folita, cel. Lennep. originis esse diversæ statuit. Ergo potius sic statuerim: utrumque verbum ἄδω et ἅδω, unde analogice descendunt ἄζω et ἅζω, primarie significasse premo, premendo denso, constipo, et intrans. pressus sum, hæreo, adhæresco &c. Ab adhærescendo orta est notio placendi, in ἁδέω, ἁνδάνω, eadem prorsus metaphora, qua alind verbum ἀρέσκω et ἀρέσκομαι, (quod ex ἄρω, ἀρέω, ἀρέσω, ortum pp. nihil aliud est, quam Lat. aresco) à notione adhærescendi transiit ad illam placendi; unde ἥνδανε θυμῷ pp. est hæsit animo, et Hebr. רָצָה placere, pp. est adhærescere, uti v. gr. Ies. 42. 1. Porro, ex eadem origine premendi sive condensandi, et hærescendi, in nostro ἄζω pro ἄδσω ex ἄδω) est significatio siccandi; quatenus, nempe, corpora expressis humoribus exsiccantur, et minorem in molem quasi comprimuntur: cujus translationis ratio vel ex ipso Lat. aresco, (quod Latinos in significatione propria, Græcos autem in impropria, adhibuisse modo vidimus,) satis perspicua est. Conf. Il. Δ. 487. et Hesiod. Ἔργ. vs. 587. porro Θεογ. vs. 99. ubi notat luctu exarescere.

Vicissim verbo ἅζω, sive potius forma Media ἅζομαι, ex eadem illa premendi, comprimendi, reprimendive, vi propria, in ἅδω, notari potuit comprimo, reprimo me, vel etiam comprimo os meum, præ metu, vel veneratione, aut pudore: qualis metaphora est in Hebr. קָפַץ aliisque verbis. Hinc igitur ἅζοι, vel et ἄζοι, teste Eustathio, p. 1024. 44. et 1090. 56. aliisque, apud Stephanum dicti sunt servæ, servique, metu dominæ, vel heri sui semet reprimentes, et ἅζομαι apud Hesych. est i. q. αἰσχύνομαι, σέβομαι, &c. Conf. jam porro Iliad. Α. 21. Ε. 434. 830. Ζ. 267. Ξ. 261. Od. Ι. 200. 478. Ρ. 401. Hesiod. Asp. 585. Theog. 532. E. S.]

Ἀηδὼν Luscinia. Vidimus jam supra, in voce ἀείδω, foriri hoc ab ἀέδω, quod non, nisi forma, ab ἀείδω, differt.

Ἀὴρ, ἀέρος, aër. Est ab ἄω [sive ἀέω] flo, spiro. Ἀὴρ ergo est qui flat. Idem autem, solis radiis privatus, tenebricosus est, unde factum, ut in femin. ἀὴρ quoque significaret caliginem. [Notio caliginis fortasse rectius derivari possit à spirando, exspirando, exhalando: quatenus exhalationes vaporum tenebras inducunt. Sane de exhalatione balnei vapidi Galenus (laud. Stephano) posuit: quin et ἀέρα pro aëre nubilo est apud Homer. Il. Ε. 864. ubi vid. Clark. et Hesiod. Ἔργ. 449. Ceterum cf. Socr. ap. Plat. in Cratyl. Opp. t. 1. p. 410. E. S.]

Ἀήσυλος. Est ejusdem formæ nomen, cujus ἀγκύλος, καμπύλος, et similia. Itaque oriri debuit à simpliciori nomine ἄησος, similive forma obsoleta: quemadmodum à Dorico μίκκος, vel Æol. μίκκυς (quod idem ac μικρὸς) formatum μικκύλος; ab ἡδὺς, ἡδύλος &c. Est autem hoc ἄησος pronuntiatum, Ionico more, pro ἄασος, quod ortum à nomine ἄση, quam vocem supra, in verbo ἄδω, vidimus notare inter alia molestiam, sive ea oriatur ex copia ærumnarum coacervatarum, quarum quasi pondere pressus aliquis gemat, sive ex dolorum nimia satietate. Jam ἀ præfixo, ab eo nomine adjectivum est ἄασος, quod non potuit non notare valde molestum, noxium atque adeo ingratum: quæ significationes vulgo tribuuntur voci derivatæ ἀήσυλος. [Nisi præplaceat fortasse derivatio alia apud Etymol. Ἀήσυλος ἀπὸ τοῦ ἥδω, ἥσω, ἧσυλα, καὶ ἀήσυλα· τὰ μὴ τέρποντα. Quo pacto ἀήσυλα ἔργα apud Hom. Il. Ρ. 876. eadem fere fuerint, quæ alibi ἀεικέλια. Pro ἀήσυλον dixisse etiam videntur ἀήσυρον· Conf. Albert. ad Hesych. t. 1. p. 122. E. S.)

Ἄητος. Ionice pronuntiatur pro ἄατος, quod contractum effertur quoque ἆτος. Est autem ἄατος, ex ἀ et ἄτος, quod est a tertia præt. Pass. verbi ἄδω satio, expleo: ut supra vidimus. Hinc ἄητος, ἄατος, et ἆτος pp. est inexplebilis, insatiabilis: unde porro magnum, imperterritum similiaque, significat. [Vid. Il. Φ. 395. et Alb. ad Hesych. in voce. Nescio tamen, an ἄητος habendum sit pro derivato verbi ἄημι flo, spiro: unde ἄητος vehemens, pp. spirans, Etymol. Ἄητον· δεινὸν, εὐρὺ, μέγα. Ex qua Etymologi interpretatione, comparatis phrasibus ἀήτης δεινὸς ἀνέμοιο &c. videri possit, ἄητον pp. datum fuisse mari, et notasse vento agitatum, &c. Unde dein aliis rebus tributum, significaverit immane, vehemens, insatiabile. E. S.]

Ἀθάρα. Origo videtur obscura. Forte, ut quidam volunt, nomen est ex lingua Ægyptiaca repetendum. Notat autem pultem. [Vide viros doctos in Hesych. Alb. t. 1. col. 124. voce ἀθάρα.]

Ἀθέλγω. Ortum sine dubio est a verbo θέλγω mulceo. Unde ἀθέλγω, valde mulceo, et sic eximie [per metonymiam adjuncti] mulgeo notat. Simili ratione verba eadem, quasi, sunt σπαίρω et ἀσπαίρω, σπάζομαι et ἀσπάζομαι. [Etiam pro suctu detraho, vel traho, veluti sugendo, adhiberi, ait Foësius, in Œcon. Unde suspiceris, stirpem remotiorem verbi ἀθέλγω esse ἕλω traho: ex quo spiritu aspero, in θ resoluto, facta θέλω, θέλγω, uti a præterito verbi ἕλω est ἕλκω, traho. Itaque hoc pacto apud Nicandrum, ex emend. Foësii, est ἀθέλγειν· ἕλκειν &c. E. S.]

Ἀθὴρ pars spicæ acuta. Origo incerta. Vox forte ex Ægypto, vel proxime etiam è Scythia in Græciam translata fuit. [Stirps videtur esse ἄθω, unde ἀθέω &c. ejusdem fere indolis ac θέω &c. pp. tendo, extendo, protendo. Hinc ἰθὺς recta protensus, directus, porrectus; ἰθύω recta feror, &c. Itaque ἀθὴρ pp. fuerit, protensus, pecul. mucro gladii, lanceæ, spicæ &c. Ex eadem origine Ἄθως, Athos, mons celeberrimus, nomen videtur habere, quasi dicas protensum eximie. Est enim ὁ Ἄθως ὄρος ὀξύτατον, ὑψηλότατον κ. τ. λ. Strab. Geogr. Exc. lib. 7. p. 331. a. E. S.]

Ἀθραγένη est nomen arboris [apud Theophr. H. P. l. 5. c. 10. p. 117.] Composit. ex ἄθρα [cujus Plurale ἄθραι apud Hesych. superest, exponiturque ἀπειλαὶ καὶ ἀνατάσεις, q. d. directiones, intentiones. E. S.] et γένη, quod posterius est a γίνομαι vel γένομαι. Prioris partis ratio incertior videtur. Legi possunt Botanici veteres.

Ἀθρέω. Vicinitas vocis ἀθρόος, confertus, efficit, ut credam, ἀθρέω originem habere obseletum verbum ἄθω, unde sic oriri potuit: ἄθω, ἀθέω, ἀθέρω, ἀθερέω, ἀθρέω. Ut adeo proprium videatur ei maxime, qui aciem oculorum intendat, ad rerum copiam, in unum congestam, spectandam et considerandam. Non absimili ratione, in voce ἄεθλος, vidimus significationem translatam esse à re spectanda ad spectatores. De verbo autem ἄθω dictum jam in nomine ἄεθλος [et ἀθήρ. Vide tamen, an simplicior sit etymologia, si statuerim, à notione tendendi, quam verbo ἄθω vindicavimus, esse eam intendendi visum: ut ab ἄθω, ἀθέω, ἀθέρω, ἀθερέω, factum sit ἀθρέω, et hoc idem sit quod ἀτενίζω: recteque adeo Etymologus explicuerit ἀθρεῖν, τὸ μετ' ἐπιτάσεως θεωρεῖν. Unde jam facile intelligas emphasin Homericam, Od. Μ. 232. Οὐδέ μιν ἀθρῆσαι δυνάμην· Ἔκαμον δέ μοι ὄσσε, Πάντῃ παπταίνοντι. Ubi oculi pinguntur, nimia intentione visus, defatigati. Itaque recte etiam Apollonius, et Hesych. nostrum ἀθρῆσαι exposuerunt per ἀτενίσαι. Vide quoque Aristoph. in Thesmoph. vs. 665. Hippocr. de Morb. mulier. 1. 5. p. 595. 29. E. S.]

Ἀθρόος. Docet significatio hujus nominis, non aliunde id esse, quam ab antiquo ἄθω, quod proximum esse verbo ἄδω congero, coacervo, jam supra vidimus. Non potest autem non proxime oriri a, modo memorato, verbo ἀθρέω, vel vicino ἀθρόω: ut adeo proprie admodum significet confertus, in unum collectus, coacervatus. [Mea quidem ex sententia verbum ἄθω pp. significavit tendo. Hinc igitur ἀθρόος pp. fuerit contentus, intentus, Oppos. remisso laxoque. Ita certe Galenus apud Foës. in Œcon. τὸ ἀθρόον "inquit" τὸ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τε συνεχόμενον: et apud Ælian. V. H. 1. 4. τὸ ἀθρόως πίνειν, Belg. *in eenen teug drinken*, quasi contente, vel continuo, libere opponitur τῷ ἀνέδην πίνειν, remisse bibere. Porro ἀθρόος, pp. dicitur de eo, qui magno cum studio, et, quasi, contente aliquid facit: adeoque de celeri, festinante Il. Β. 439. Ξ. 38. &c. Alio denique flexu ἀθρόος, Belg. *gespannen, opgespannen*, dicitur de denso, conferto, frequenti. &c. Il. Ο. 657. Σ. 497. Τ. 236. Od. Β. 356. Δ. 405. Ι. 544. Ν. 122. Veteres diverso spiritu diversas significationes, hac in voce, videntur designasse. Vid. Etymol. col. 25. 53. 655. 21. E. S.]

Ἀθύρω. Et hoc videtur repetendum ab ἄθω. Mos nempe puerorum, puellarumque ludentium est, ut ludentes, quæ ipsis sunt ludicra, maximo molimine in unum acervum congerant. Hinc factum videtur, ut ἀθύρειν, à notione ista conferendi in unum et congerendi, significationem acceperit ludendi puerorum more. Ex qua notione reliquæ hujus verbi sponte fluxerunt. [Videtur hæc derivatio, primâ fronte, vehementer commendari illo Homeri Il. Ο. 362-364. ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς &c., quod tamen si propius inspexeris, non idem, credo, senties: Imo comparatio ejusdem loci Homerici efficiet fortasse, ut veram esse dicas Etymologi conjecturam, qua ponitur, verba θύρω et ἀθύρω esse παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ, atque adeo, cum α præmissa intensiva, ἀθύρει idem esse quod ἀγωνίζεται, παίζει. Vide ipsum col. 26. Consentit Eustath. p. 1848. 56. ad Od. Σ. 322. Ἀθύρματα κατὰ τοὺς παλαιοὺς παίγνια, σκιρτήματα παρὰ τὸ ἄγαν θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. Adde Steph. Th. L. Gr. sub θύρα, col. 1618. E. S.]

Αἲ Lat. Si. proprie Doricum est, nec, nisi dialecto, differt ab εἰ si, et hoc est ab ἔω, cujus productior forma ἐάω notat sino. Videtur autem proprie quasi imperativus esse ἔε, et contracte εἶ, quasi dicas: sine, permitte. Unde facta est particula, qua aliquid significatur concedi, vel permitti, sub conditione. Unde particula conditionalis dicitur. Eandem originem habent particulæ ἐὰν [pro ἔαε, ab ἐάνω, quod cognatum τῷ εἵνω, unde seino, sino] et ἂν, ut et ἦα, [pro ἔαε] de quibus suo loco. [Simplicius tamen videri queat, Gr. εἰ idem proprie esse ac Lat. esto, ut Belgæ dicunt *het zij zoo*, pro *indien dit nu zoo is, indien zoo*. E. S.]

Αἶ, vel αἶ Lat. heu. Interjectio est facta a sono, unde variam vim habet.

Αἰάζω Lugeo. Verbum factum est à sono ingeminantis αἶ, αἶ, quod est lamentantis. [Etymol. Αἰάζω· παρὰ τὸ αἶ, σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα γίνεται αἰάζω, τὸ θρηνῶ, ὡς λίαν λιάζω.]

Αἰανὴς adjectivum est, formatum à nomine Αἴας, vel Αἴαν. Proprie autem αἴας, vel αἴαν, dicitur qui luget, vel lugubria patitur, nomine formato à verbo, modo memorato, αἰάζω, similive forma. Cujus verbi secunda pers. Præteriti Pass. Dorice pronuntiata αἴαξαι, vel ᾔαξαι, nomen produxit Ajax, quemadmodum à Latinis dicitur is, qui Græcis Αἴας. A memorato αἴαν nostrum αἰανὴς notat lugubris, luctuosus, et inde gravis, acerbus. [Conf. omnino Sophocl. Ajax, vs. 682. apud Albert. ad Hesych. t. 1. p. 134. n. 20. E. S.]

Αἰβοῖ. Interjectio est facta a sono, cujus generis multa sunt apud Græcos.

Αἰγανέα, et αἰγάνεον. Utrumque proprie adjectivum est, a masc. αἰγάνεος, quod ejusdem formæ est, cujus κυάνεος. Ortum adeoque videtur à nomine αἴξ, αἰγος, quod ortum à verbo ἀΐσσω, vel ἀΐττω, cum impetu prorumpo, vel ruo. Inde αἰγάνεος dici videtur, qui cum impetu proruendi vim habeat. Unde eximie, substantive posita, αἰγανέα, et αἰγάνεον, significarunt jaculum, spiculum. De voce autem αἴξ suo loco.

Αἴγειρος [Populus arbor.] Ut multa arborum et animalium nomina originis parum certæ sunt, ita quoque hujus nominis stirps certo indicari posse vix videtur. Patitur tamen analogia, ut repetamus à verbo ἀγείρω congrego. Cujus proximum derivatum videri potest ἄγειρος, quasi dicas congregatorem, et inde αἴγειρος: solet enim Iota sic sæpe interponi. Jam vero antiquissimis temporibus sub populos, similesque arbores, confabulatum convenisse homines otiosos, ex vetustis poëtis abunde constat. Atque hæc forte ratio est, cur, à verbo ἀγείρω, αἴγειρον dixerint populum. [Etymol. Αἴγειρος, διὰ τῆς ει διφθόγγου. Εὕρηται γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ ι· ὡς τὸ καὶ αἰγέρων ἔφυσαν εὐγενέστεραι. "Scholiastes Homeri hoc δένδρον nominatum dicit ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως καὶ ἀναδόσεως αὐτοῦ, forsan quia Homerus ipsum μακρὸν et μακεδνὸν appellat." Henr. Steph. App. Thes. c. 299.]

Αἰγιαλὸς littus, pp. notat locum, ubi mare subsilit. Compositum, nempe, est ex nomine αἴξ, significante inter alia undam subsilientem, et nomine ἁλὸς, vel ἅλς mare. [Etymologus diversa esse monet ἀκτὴν; ῥηγμῖνα, et θῖνα. Ἀκτὴν nempe dicitur ὁ πετρώδης αἰγιαλός· ῥηγμὶν δὲ ὁ πρὸς ἄνεμον αἰγιαλός· θὶν δὲ ὁ εὔδιος, καὶ ἥσυχος αἰγιαλός. At αἰγιαλὸς omnibus commune nomen. Scholiastes Sophoclis, referente H. Stephano, t. 1. c. 375. fere similiter, ἀκτὴν dicit esse κρημνώδη τόπον ἐν θαλάσσῃ, at αἰγιαλὸν τὸν ἐπίπεδον, καὶ ὁμαλόν. Cf. et Ammon. p. 9. et ibid. Valcken. in notis. Ceterum mihi quidem certissima videtur cel. Lennepii conjectura à subsultu, vel assultu maris, dici

αἰγιαλέω. Malim tamen vocem hanc habere pro simplici, terminata in λος: uti in vocibus αἱμύλος, αἴσυλος, ἄκυλος, ἄργιλος, ceterisque, ex ipsius viri summi sententia. Alia longe ratio est vocis sequentis αἰγιθαλός. E. S.]

Αἰγιθαλός. Sic dicitur genus aviculæ. Nomen sine dubio compositum est ex αἴξ, et θαλὸς, quod ortum à verbo θάλω, vel θάλλω, floreo, vigeo: ut adeo αἰγιθαλὸς is proprie sit, qui delectatur procellis. [Confirmare videtur hanc etymologiam, quod scribatur etiam αἰγιθαλλὸς, per geminum λ. Vide Stephan. Thes. Append. c. 300. E. S.]

Αἴγιθος. Et hoc nomen avis est. Proxime oritur à verbo αἰγίθω, quod non multum differt ab αἰγίζω: habetque originem sæpius jam memoratum ἀΐξ. Ratio nominis autem petenda est ex historiæ naturalis scriptoribus.

Αἴγλη Fulgor, splendor. Vidimus jam supra, (in voce ἄγλαος) αἴγλη dici pro ἄγλη, et quidem originem ejus esse ἄγω splendeo. [Nempe ex prima notione frangendi orta est significatio refractionis radiorum lucis &c. Ex eadem autem proprietate frangendi αἴγλα etiam, seu αἴγλα μυστίλη, dictus videtur panis effractus, sive excavatus: de quo Pollux, l. 6. c. 12. Segm. 87. E. S.]

Αἰγυπιὸς idem notat, quod γὺψ vultur: à quo nomine etiam repetendum est. Verbum nempe γύω, ut suo loco videbimus, notat inter alia partes extremas explico, protendo, et protendendo capio. Inde verbum γύπω, vel γύπτω nomen produxit γὺψ, significans eximie avem rapacem, quæ vultur dicitur. Hinc adjectivum γύπιος, et præfixo α intensivo, ἀγυπιὸς, et sic tandem αἰγυπιὸς formatum.

Αἰγωλιὸς Ulula. Ejusdem formæ est, cujus nomen ἀνεμώλιος, quod est ventosus. Ut itaque hoc ab ἄνεμος, sic αἰγωλιὸς ab ἀιγὸς est, quod ab ἀΐξ. Proprie igitur αἰγωλιὸς significat quasi procellosum: unde quemadmodum ulula nomen acceperit, historiæ naturalis curiosis explicandum relinquo.

Ἀΐδης, et contracte ᾅδης, Orcus, inferi, deus inferorum. Oritur à simpliciori nomine ἀΐς; quod eandem originem habet, quam vox ἀὴρ, nempe verbum ἄω. Et quidem primum significasse videtur (quemadmodum aliquando ἀὴρ) locum tenebricosum; inde porro inferos, et sic tandem deum inferorum. Simili plane ratione nomen ἀὴρ pro inferis possuisse Theocritus videtur, [et in Novo Test. Ephes. 2. 2. τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, h. e. caliginis infernæ, sive inferorum. Vide interpretes, et confer omnino Iliad. E. 864. Od. H. 143. I. 144. E. S.]

Αἰδὼς Pudor. Contractum est ex αἰδόος, unde usitatum adjectivum αἰδοῖος pudorem adferens, et inde porro venerandum: cujus neutrum αἰδοῖα eximie veteres posuerunt de partibus pudendis. Αἰδόος autem est à nomine αἶδος, quod itidem redditur pudor: proprie tamen notasse videtur sanguinem coagmentatum in facie, et inde oriundum ruborem; qui, quum pudoris index sit, propterea pro pudore quoque positum fuerit. Origo est verbum ἄδω coagmento.

Αἰζηὸς Juvenis vigens, florens. Proprie forma Ionica est pro αἰζαὸς vel αἰζεὸς, quod pro ἀζαὸς, vel ἀζεός: et hoc ex α, et verbo ζάω, vel ζέω ferveo. Inde ad fervorem juventutis vigoremque translatum, nomen αἰζηὸς proprie notat, quasi valde fervidum et vigentem; et inde substantive juvenem vigentem. [Substantivum additur Il. Π. 716. Ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε, κρατερῷ τε. Hesych. Αἰζηοί· νεανίσκοι, οἱ τῷ αἵματι ζέοντες· ἢ οἱ ἄγαν θερμοὶ καὶ θυμώδεις. E. S.]

Αἰθὴρ, Æther. Certum est, oriri ab αἴθω incendo, uro, ardeo, fulgeo, splendeo, splendore candeo. Atque hinc veteres cœlum, vel æthera hoc nomine designarunt. Ratio nominis conspicua est in hoc Ennii versiculo: Adspice hoc sublime candens, quod vocant omnes cœlum. [Conf. Αἰθέρα· ἐμπυρισμὸν, apud Hesych. et ibid. Albert. t. 1. col. 152.]

Αἴθρα. Proprie adjectivum est fœminini generis contractum ex αἰθερὰ, quod à mascul. αἰθερὸς, et hoc derivatum ab αἰθήρ. Αἴθρα sic, substantive positum, est quasi cœlum candens, vel splendens: atque hinc eximie notat aëris serenitatem, aërem sudum; cui opponitur aliquando ἀὴρ aër tenebricosus. [Ut Iliad. P. 645. 646.]

Αἰθυιὰ notat avem, quam mergum vocant. Vide historiæ naturalis scriptores. Est similis hujus, quæ nominis ἀγυιὰ, ratio: ut adeo sit fœmininum, quasi à mascul. αἰθὼς, quod ab αἴθω.

Αἴθω. Propria hujus verbi vis quærenda videtur maxime in calefaciendo. Unde cum ea arefaciendi notio fluxit, quam videmus in verbo vicino ἄζω, tum aliæ quoque significationes, huic verbo maxime propriæ. A verbo ἄζω, non nisi forma, diversum fuisse videtur antiquum ἄθω: unde nostrum αἴθω, distinguendum ab alio verbo ἄθω, de quo supra in ἄεθλος. Ἄζω et ἄθω nempe utrumque referendum puto ad verbum originale ἄω, ut vidimus in ἄζω. Ab ἄθω (quod ex hac origine non differt ab ἄζω) profectum nostrum αἴθω, ab illa calefaciendi notione eam incendendi accepit, et inde porro urendi, ardendi, fulgendi, splendendi, candendi, similesque notiones. Porro, quemadmodum frequentissimæ translationes à motu ignis rapidissimo, et vehementissimo, ad animum vehementissimis perturbationibus motum, fiunt, sic quoque verbum αἴθω (in quibusdam derivatis, ut αἰθύσσω, αἴθυγμα aliisque) eandem translationem passum fuit.

Αἰκάλλω. Qui contulerit verbum καλλύνω pulchrum reddo, como, orno, et ejus Medium καλλύνομαι, significans inter alia sibimet placere, non dubitabit hoc nostrum verbum, analogia duce, repetere à nomine κάλλος pulchritudo, de quo suo loco. Ab isto nomine adjectivum oriri potuit ἄκαλλος, idque significare valde pulchrum. Inde porro ἀκάλλειν, et, interposito Iota, αἰκάλλειν, valde pulchrum facere, valde comere, valde ornare, ex qua significatione, simili fere metaphora, qua nos dicimus *jemand opschikken, jemand de kap vullen*, ea notio nata est, quæ huic verbo tanquam propria tribui solet blandiendi, assentandi, adulandi, similesque. [Egregie quadrat hæc etymologia in locum Aristoph. Equit. vs. 47., ubi de servo vaferrimo, hero suo blandiente, legitur, et Scholiastes simul observat, αἰκάλλειν proprie de canibus dici. Αἰκάλλειν ἐστὶ τὸ τὴν κύνα τοῖς ὠσὶ, καὶ τῇ οὐρᾷ σαίνειν τοὺς ἠθάδας: quæ proprietas optime respondet verbis Aristophanis, ὑποπεσὼν δὲ, nempe catelli ad instar, τὸν δεσπότην ἨΚΑΛΛΕ. E. S.]

Αἰκία. A verbo ἄκω acuo nomen ἄκος proprie eum sonat, qui pungit acumine. Inde eximie Lat. acus. Porro à nomine ἄκος (de quo plura suo loco) adjectivum ἄκιος proprie eum notat, qui quasi habet acumina, vel vim pungendi, vel pungendo lædendi. Hujus fœmin. ἀκία, et inde αἰκία, substantive positum, inde proprie notat cruciatum, vel læsionem, quæ fit pungendo, pulsando, vel cædendo. Unde eximie αἰκία sæpe verbera sonat, et, altius translatum, quamcumque injuriam cum contumelia conjunctam. [Eadem translatio notissima est in Hebr. כְּלִמָּה, a כָּלַם pupugit, vulneravit, læsit. Etymol. col. 774. 13. voce ὕβρις, αἰκία "ait" πληγαὶ μόνοι. Ὕβρις δὲ ὁ μετὰ προπηλακισμοῦ, καὶ ἐπηρείας αἰκία. Inde etiam quæritur apud Aristoph. in Ecclesiaz. vs. 659. Τῆς αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν; E. S.]

Αἷμα. Dubium non est, quin sit a verbo αἴω, quod ab ἄω flo, spiro, calefacio. Hinc αἷμα proprie id est, quo spiramus, et incalescimus, sanguis. Unde reliquæ notiones hujus vocis sponte fluunt. [Etymol. Αἷμα παρὰ τὸ αἴθω, τὸ καίω. Quo duce rectius fortasse dixeris, sanguinem simpliciter à calore dici, non quo spiremus, sed quo corpora sint calida. E. S.]

Αἱμύλος. Quemadmodum à στόμα adjectivum est στωμύλος, sic ab αἷμα, αἱμύλος, quod ex eo genere nominum est, quæ à Græcis vocantur ὑποκοριστικὰ, id est, diminutiva nomina, vim blandiendi habentia. Hinc αἱμύλος eximie notat festive, et cum quadam affabilitate naturali garrulum, quasi dicas, in quo vis et vigor naturalis sanguinis et sic lepor inest. [Confirmat hanc etymologiam Lat. Æmulus, quod certe ab αἱμύλος nostro, non nisi spiritu, est diversum; quodque idem prorsus esse vocabulum clarissime evincit locus Aristoph. in Lysistr. vs. 1271., ubi Laco etiam Græce cum spiritu leni effert, καὶ τᾶν αἰμυλᾶν ἀλωπέκων Παυσαίμεθα: et Scholiastes "δασύνεται, inquit, κοινῶς—τῶν δὲ Αἰολέων ἐστὶ ψιλοῦν" κ. τ. λ. Itaque et Latinis æmulus, etsi Vossius in diversa abeat, tamen, cum origine tum significatione vocis, est ζηλωτής. Utque Gr. αἱμύλος apud Hesychium, est ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν acer, pp. fervidus in dicendo, ita Lat. æmulus videtur esse acer in imitando &c. E. S.]

Αἶνος pp. eadem vox est, quæ, ordine sequens, in Lexico Scapulæ reperitur αἰνὸς, et adjective redditur gravis. Est autem αἶνος, quasi contractum ex ἄϊνος: quod ab ἄϊς, uti à κλεῖς, κλεινὸς, &c. Vidimus autem supra, ἄϊς pp. in primis significare tenebras. Αἶνος itaque pp. est tenebricosus, obscurus, atque idem, substantive positum, rem obscuram significat, adeoque eximie orationem obscuram, dictum obscurum, quod Græco vocabulo Latini appellant ænigma. Porro, ob eandem caussam, αἶνος quoque orationem fabulosam notat; ex eo, nempe, genere, quo sunt fabulæ Æsopææ. Latius porro sumtum quodvis dictum, in quo acumen veluti sit, et maxime in laudem alicujus, notat: unde sic encomium, vel oratio laudatoria dicitur. Vidimus autem, vocem ἄϊς notare quoque inferos. Inde αἰνὸς pp. significare poterit non tantum tenebricosus, sed et iam infernalis. Ab utraque significatione proficisci potuit ea, quæ huic voci tribuitur, horrendus, quæ porro aliam propagavit, gravis, similesque. Priorem significandi rationem, qua tenebricosum notat, in animo habuit Eustath. in Comm. ad Homer. [Od. T. 568. p. 1878. 9.] cum hoc ipsum αἰνὸς redderet obscurum, ænigmaticum.

Αἰνὸς, Gravis, horrendus. Vide ad vocem præcedentem.

Αἴνυμαι. Origo procul dubio est ἄνω, quod vide in verbo ἀνύω. Significat autem proprie ἄνω (ut suo loco dicetur) hac illac, sursum deorsum, movere, cum incitatione. Unde notio perficiendi verbo ἀνύω tribui solet: atque inde porro idem significat consequor, obtineo. Jam ab ἄνω formatur ἀνύω, et inde αἰνύω, vel αἴνυμι, formam Mediam habet αἴνυμαι: et id quoque notat consequor et inde porro percipio, capio. [Αἴνυμαι, nimirum, pp. est sursum tollo, attollo. Il. A. 374. 579. O. 459. Od. Φ. 53. X. 500. Hinc aufero &c. E. S.]

Αἴξ, αἰγὸς, caper, vel capra. Primum oritur a 2. Præt. Perf. Pass. ἦιξαι, verbi ἀΐσσω, de quo suo loco. Notat autem ἀΐσσω motu subsultorio desultorioque ferri, vel ruere. Hinc αἴξ [sive ἄϊξ] eximie a veteribus Græcis positum fuit de undis maris, cum impetu subsilientibus: quæ notio in primis conspicua est in multis compositis, quæ ad tempestatem translata, turbinemque, quibus mare asperum fluctibus reddatur, variis modis sumuntur à Græcis. A motu autem isto subsultorio porro eximie capræ, quibus id, præ animalibus ceteris, proprium est, αἶγες dicuntur. [Etymol. Αἴξ ὄνομα ἀρσενικόν· τὸ ζῶον· παρὰ τὸ ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ, ἀΐξω, ἀΐξ, καὶ κατὰ συναίρεσιν αἴξ.—Πάντων δὲ τῶν εἰς ξ λῃγόντων ὀνομάτων, τοῦτο μόνον διὰ τοῦ γ κλίνεται: Quod Genitivus hicce desinat in γος, id inde haud dubie est, quod αἴξ dixerint pro αἴγς, ut thema vetus fuerit αἴγω, unde et αἰγίς. Stirps vero remotior ἄγω, de qua supr. 45. &c. E. S.]

Αἰόλος. Etsi primo adspectu stirps hujus vocis videtur obscurior, tamen nullus dubito, quin repetenda sit à nomine ὅλος, ut nempe αἰόλος sit pro ἀόλος, quod natura sua non valde differre videtur à nomine ἀολλὴς, de quo suo loco videbimus. Est autem ἀόλος porro, ut opinor, ex ἀ et ὅλος, vel ὅλος, quod, ut suo loco videbimus, quum oriatur ab ὄλω (unde ὄλλω, ὀλλύω &c. nec non Lat. volvo descendunt) non potest non esse volubilis. Hinc itaque ἀόλος, vel αἰόλος nihil aliud est proprie, quam valde volubilis: quæ notio conspicua maxime est in verbo ejus derivato αἰόλλω, significante, inter alia, verto, volvo. Ab ista autem significatione αἰόλος porro notat varium, multiplicem, versutum, prudentem: præterea quoque velocem. Atque ex dictis facile quoque apparet, quemadmodum vento tribui potuerit hoc vocabulum. Quæ ratio videtur, cur veteres Deum ventorum dixerint Αἴολον. Quemadmodum autem Latinis varius, respectu multiplicis colorum generis, eximie ponitur; sic quoque Græc. αἰόλος variegatum notat. [Etymolog. Αἰόλος——παρὰ τὸ αἴειν, ὃ δηλοῖ τὴν ἀνυπόστατον κίνησιν. κ. τ. λ. Hesych. Αἰόλος——εὐκίνητος, ἀπὸ τοῦ αἰολεῖν, ὅ ἐστι κινεῖν. E. S.]

Αἰονάω adspergo. Origo valde videtur incerta. Si tamen conjecturæ locus sit, repetendum fortassis est ab ὀνάω, quod vide in verbo ὄνημι. Ut, nempe, ὀνάω pp. significaverit adspergo, perfundo. Inde autem ἀονάω et nostrum αἰονάω oriri potuit, servata adspergendi notione. [Hesych. Αἶον· κάταντες declive. An hinc αἰονάω per declive fundo, effundo? Etymol. Αἰονᾶν, καταντλεῖν, καταχέειν, λούειν. E. S.]

Αἰπύς. Et hujus vocis stirps minus expedita: nisi tamen oriatur à verbo αἴπτω vel αἴπω, ut id vicinum sit alteri ἀΐσσω subsilio, et dialecto tantum differat. quemadmodum νίσσω et νίπτω &c. Jam vero à subsiliendo translatio facilis ad res, quæ cacuminibus suis in altum surgunt: atque adeo inde nomen αἶπος commode altitudinem significare potuit: quemadmodum nostrum αἰπὺς altum et excelsum. [Sane apud Homerum notio alti, et hinc excelsi, profundi, hac in voce longe frequentissima est, et prope regnat. Unde et Apollon. in Lex. Hom. p. 64. Αἰπὺν "inquit" ὑψηλὸν κυρίως: et Hesych. Αἰπύ· τὸ ὑψηλόν. Αἰπυτάτην· ὑψηλοτάτην, &c. Ab origine tamen subsiliendi, insiliendi, irruendi apud Homerum vulgo etiam celerem dicitur notare, nempe q. d. insilientem magno cum impetu, ut in tritissimo isto αἰπὺν ὄλεθρον, E. S.]

Αἶρα ["Malleus, securis, lolium."] Etsi non diffiteor, nomen hoc oriri posse ab αἴρω tollo, nihil tamen definio. [Sane uti ab εἴρω, εἶρος, à σπείρω, σπεῖρα, à μαίρω, μαῖρα, ita facillime ab αἴρω, αἶρα duci potest, placuitque adeo simplicissima hæc etymologia dudum veteribus. Vide Stephan. in App. col. 316. Jam vero cum αἴρω sit tollo, pp. αἶρα fuerit quod, vel qui, quæ tollitur, eximie securis, quæ manu cædentis attollitur, ad ictus validiores; malleus item, unde illud Maronis notissimum, Illi inter sese magna vi brachia tollunt. Porro, alio flexu, αἶρα, Lat. æra, lolium notat, herbam segetibus inimicam, de qua Plinius. H. N. l. 18. c. 17. item ab auferendo, quod, ceu maxime noxium, extrahi, et auferri soleat. In Plurali est apud Hesych. Αἶρας· ἀγρίας βοτάνας. Aliud autem est Lat. æra, vox Chronologica, sed originis recentioris, neque huc pertinens. E. S.]

Αἱρέω. Facilis derivatio est à verbo αἴρω, quod, quum inter alia notet tollo, inde αἱρέω significationem accepit capiendi, prehendendi, occupandi: præterea alias, ut expugnandi, subigendi, vincendi, evertendi, convincendi, decidendi, rem peragendi, similesque. [Intransitive idem hoc verbum Latinis est Hærere, h. e. prehensum, captum esse, undique teneri; ut hærere crimine, tanquam in laqueo &c. E. S.]

Αἴρω. Est à simpliciori ἄρω, quod notat sublevando, vel motu vibratorio, in altum tollo: de quo suo loco. Inde αἴρω sonat tollo, attollo, eveho: præterea notiones accepit capiendi, adferendi, auferendi, de medio tollendi, evertendi, abeundi, solvendi navem, castra movendi. Dein, altius translatum, idem sonat quod amplificare, exaggerare; ac tandem de animo adhibetur, idemque est quod animo concipere, uti in αἴρειν θάρσος, cui opponitur αἴρειν δειλίαν.

[Αἴς Orcus, inferi. Vide supra in ᾅδης.]

Αἶσα Parca, vel ipsum fatum. Origo quidem vocis

videtur esse verbum *αἴω* flo, spiro: præterea sentio, et ad animum translatum, intelligo. Quæ tamen huic voci subjecta ratio sit, mihi quidem obscurior videtur. Videant alii. [*Αἶσα* fortasse contractum est ex *ἄϊσα*, quod formatum cum *α* intensivo, ab *ἴσος*, vel *ἶσος*, *η* vel *α*, *ον* æqualis, e, æquabilis, e. Itaque *αἶσα*, per ellipsin nominis substantivi, pp. fuerit æqualis portio, et ipsa æqualitas, æquitas. Hesych. *Αἶσα· μοῖρα*. [Il. Σ. 327.] *λαχόντα τε ληΐδος αἶσαν* "adeptumque prædæ portionem," æqualem, vel ex æquo. Idem Hesych. *αἶσα· ἡ πεπρωμένη*. [Od. Θ. 511.] *Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι*. *Καὶ τὸ καθῆκον* [Il. Γ. 59.] *Ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν*, pp. secundum æquum sive æquitatem, non præter æquum. Plura quære in not. Albert. ad Hesych. t. 1. 171. E. S.]

Αἰσάλων Æsalo, Accipitris species. Quæ stirps hujus vocis sit, inquirendum relinquo historiæ naturalis studiosis.

Αἰσθάνομαι. Origo hujus est *αἴω* vel *ἄω* sentio. Inde Futurum *αἴσω*, quod peperit primum nomen *αἰσθὸς*, porro *αἰσθάω*, et dein *αἰσθάνω*, cujus Medium, nostrum *αἰσθάνομαι*, proprium in primis verbum sensibus corporis; unde, ut fieri solet, ad eos animi translatum est: tum autem æque ac Lat. sentio idem est quod intelligo.

Αἰσιμόω. Etsi hujus verbi stirps quoque non omnino manifesta est, videri tamen queat ortum à nomine *αἶσα*, quod translate quoque notat portionem, vel partem, quæ quasi fato et sorte alicui obtingat. Inde nomen *αἴσιμος* ad portionem pertinens significare potuit et parere verbum nostrum, cum notione impendendi, quasi dicas, pro portione insumere, quæ vis vera hujus verbi videtur, ut non obscure usus ejus docet. [Etymolog. *Ὥσπερ παρὰ τὸ σπορὰ γίνεται σπόριμος, καὶ παρὰ τὸ ἀλκὴ ἄλκιμος, οὕτω καὶ παρὰ τὸ αἶσα αἴσιμος*, κ. τ. λ.]

Αἴσσω. Oritur, ut omnia verba in *σσω* cadentia, à Futuro, adeoque ab *ἀΐσω*, quod non potest non esse ab *ἀΐω*, et hoc ab *ἄω*. Est autem verbum *ἄω* proprie cognatum verbo *ἴω*. Constat autem verbum *ἄω* eximie motui venti ruentis designando inservire; atque eandem significationem quoque verbum *ἴω* habuisse, satis apparet ex derivato ejus *ἰωὴ*, quod vento ruenti tribuitur. Ab hac significatione verbi *ἄω* et *ἴω* communi, generalior notio nata est motus cujuscumque, qui cum impetu quodam fiat. Unde eximie verbo *ἴω*, vel *ἵω*, notio adhæsit mittendi, vadendique; quæ utraque cernitur in temporibus quibusdam, quæ tribui solent verbis *ἵημι* et *εἶμι*. Memorata autem notio, quæ eodem jure verbo *ἄω*, atque *ἴω* tribui potest, propagavit eas, quæ verbis vicinis *ἀΐσσω*, et *ἵπτω* (unde Medium *ἵπταμαι*) adsignantur. Est nempe *ἄσσω* idem, quod *ἄττω*; et *ἄσσω* quidem venit ab *ἄσω*, verbi *ἄω*. *Ἵπτω* vero repetendum ab *ἵπω*, quod merito referri potest ad stirpem simpliciorem *ἴω*. Ut ergo ad cognatam stirpem pertinent *ἀΐσσω*, et *ἄττω*, sic significatione conveniunt fere. Et *ἀΐσσειν* quidem notat instar venti ruere, et modo est subsiliendo, desiliendove ferri; modo cum impetu ruere, irruere; modo prosilire, insilire; modo festinare, vel simile: *ἄττω* vero iis rebus tribui solet in primis, quæ inopinantibus nobis, instar venti vel turbinis subito exorientis, prosiliunt. Unde notat subito et raptim emico, vel exsilio, vel erumpo, vel similia.

Αἴσυλος. Dubium vix videtur, quin sit derivatum ab *ἄσω*, et conveniat cum voce *ἀήσυλος*, de qua supra suo loco. Ut adeo proprie notet noxium; dein etiam iniquum, nefarium, flagitiosum. Ab *ἄση* nempe primum *ἄσυλος*, et inde *αἴσυλος* formatum.

Αἰσυμνήτης Rex, vel certaminis præses. Certum est, nomen hoc oriri a verbo *αἰσυμνάω*, cujus stirps videtur esse verbum antiquum *σύω*, quod idem ac *σείω* et *σεύω* agito, vel, proprie magis, cum impetu et studio propello. Hujus verbi participium Medium *σύμενος* pp. notat qui semet incitat, vel summo studio ad aliquid fertur. Hoc contractum (quemadmodum ab *ὑμενος*, *ὕμνος* est) propagare potuit *σύμνος*, et id verbum *συμνάω*. Unde dein *ἀσυμνάω* et *αἰσυμνάω*: quod primum videtur significasse summo studio ad aliquid agendum semet impellere, studio adeoque summo res curare. Est igitur *αἰσυμνήτης* is, qui studiose et diligenter res curat, vel cujus curæ res commissa est. Inde modo certaminis præsidem, curatoremve eximie hoc nomine designarunt, modo etiam regem.

Ab eodem verbo *σύω*, productior forma *συέω*, et inde *αἰσυέω* videtur peperisse alterum nomen, quod Lexica exhibent *αἰσυητὴς* quod, ab impetu festinantis et studio, translatum videtur ad ardorem animi juvenilis, atque hac ratione adsignatum quoque adolescenti robusto et animi calidioris. [Vetustissimi Græci, præsertim Iones et Dores, singularem habuerunt summæ auctoritatis magistratum, qui dictus est *αἰσυμνήτης*, quasi justi honestique moderatorem dicas. Hujus imperium Aristoteles, Polit. iii. 14. 15. iv. 10. describit *αἱρετὴν τυραννίδα*, vel *μοναρχίαν*: cui uni, ex voluntate populi, vel ad certum temporis spatium, vel ad vitam, summa rerum committebatur. Recte igitur Dionys. Halicarnass. Ant. Rom. l. 5. p. 328. Romanos, more à Græcis ducto, ad æsymnetarum exemplum, dictatores suos creasse censet. Vide totum locum, ubi eximie de regum apud Græcos potestate disputatur. Hinc *αἰσυμνᾶν* vel *αἰσυμνᾶσθαι*, Doricum verbum, summo imperio præesse. T. H.]

Etymol. *Αἰσυμνῆται· οἱ βραβευταί. Ὅμηρος· οἱ τὸ αἴσιον ἀπονέμοντες τοῖς ἀγωνιζομένοις*, κ. τ. λ. Ita fere Budæus Comm. L. Gr. p. 768. "*Αἴσιον* etiam inter alia *καθῆκον* significat, et juste officioseque factum. Unde *αἰσυμνῆται* olim dicti, quod genus est regum *οἱονεὶ αἰσίως πάντα νέμοντες*." &c. Lennepii derivatio analogiæ videtur convenientior. Ceterum de voce *Αἰσυητὴς* vide Ernest. ad Iliad. Ω. 347. p. 524. E. S.]

Αἶσχος. Dubium vix est, quin sit repetendum a verbo *ἄχω*, quod vicinum verbo *ἄγω*. Verbi autem *ἄγω* notio, quæ hic in primis spectanda videtur, fortasse repetenda est à verbo derivato *ἄχθω*, cujus Medium *ἄχθομαι* gravor. Ab *ἄχθω* nomen proxime descendit *ἄχθος* onus, quo gravor vel premor. Porro ab *ἄχω* proximum nomen *ἄχος*, quod metaphorice positum quoque superest. *Ἄχος* perperit *ἄσχος*, quod apparet ex derivato ejus verbo *ἀσχάλλω* indigne fero, mœreo: de quo suo loco. Porro illud *ἄσχος* nomen nostrum peperit *αἶσχος*, iota, ut fieri solet passim, interposito. *Αἶσχος* itaque pp. est quasi pondus, quo graveris, et inde, facili translatione, molestia, ex qua dolorem capias. Dein, altius translato nomine, fœditas, turpitudo, cujus aliquem pudeat, præterea deformitas, dedecus, infamia, probrum, vel simile. Paullo aliter vir cel. alio loco. *Αἶσχος*, inquit, pp. significat nævum in facie, et inde latius quamvis turpitudinem. Hinc *αἰσχύνη* pudor, in primis, qui ex turpitudine oritur. Differt enim à nomine *αἰδὼς*, pudorem notante, profectum ex verecundia, quem ruborem vocarunt Latini: ut quando rubore suffundi et similia dixere; quod Græcis pp. est *αἰδεῖσθαι*. [Verbum mihi est *ἄχω*, ut placuit cel. Lennepio: quod, adspiratione omissa, tamen malim repetere ab *ἀκω* pp. pungo. Ab *ἄχω*, *ἄχσω*, est *ἄσχω*, ut ab *ἔχω*, *ἔχσω*, *ἴσχω*. Ab *ἄσχω*, porro *ἄσχος*, *αἶσχος*, pp. quod pungit, vel deformat, Belg. *spiit*, à *spitten*, conf. quod in *ἀκία* composuimus, Hebr. כְּלִמָּה a כָּלַם pupugit, vulneravit, læsit, deformavit, &c. Rectissime igitur Hesych. *Αἰσχύνει· αἰκίζεται*, etymon quasi digito monstrans, et ipse Homerus verbum *αἰσχύνειν* pp. posuit de canibus, occisi senis caput, barbam, pudendaque, unguibus dentibusque suis misere lacerantibus, Iliad. X. 74. 75. E. S.] Ab *αἶσχος*, *αἰσχρὸς* "quod in comparativo habet *αἰσχίων*, nempe à subst. *αἶσχος*. Sic *καλὸς* in Comparat. habet *καλλίων*, cum duplici *λ*, quod est à subst. *κάλλος*." [T. H.]

Αἰτέω. Stirps hujus verbi videtur esse *ἄτω*, quod vide in verbo *ἀτάω*. *Ἄτω* autem non multum differt pp. ab *ἄδω*, de quo supra. Unde facile apparet, quemadmodum *ἀτάω* nocendi, lædendive notionem acceperit. Præterea, qui contulerit locutiones Latinas fatigare aliquem precibus, flagitare &c. facile animadvertet, quomodo *αἰτέω* à notione, quæ verbo *ἄδω* inest, ad eam petendi transire potuerit. [Favet huic etymologiæ constructio verbi *αἰτέω*, cum gemino Accusativo, uti dicitur v. c. *αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τὰ ἀγαθὰ*, quæ phrasis hoc adspectu pp. significaret fatigare precibus deos bona, id est *κατὰ*, quantum ad bona. At eidem obest nonnihil alia constructio cum præpos. *παρὰ*, personæ præmissa, uti in illo Plutarchi *αἰτεῖν ΠΑΡ' Ἱέρωνος τὴν θυγατέρα εἰς γάμον*. Itaque malim sic statuere, verbum *αἰτέω* à notione prima tendendi, (quæ est in *ἄτω*, *ἄθω* &c.) pp. significasse protendi ad me, hoc est extenta manu donari mihi, cupio: quæ proprietas in posteriori exemplo sic satis elucet, et priori isti, per ellipsin, haud incommode quoque potest applicari. Conf. omnino illud Odyss. P. 365. 366. *Βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια φῶτα ἕκαστον, Πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων*, κ. τ. λ. Unde etiam nomen *αἴτης* et *προσαίτης*, quo dicitur qui stipem petit, mendicus. E. S.]

Ἀΐτης. Sic olim à Thessalis dicebatur amasius. Si analogiam sequamur, sponte delabimur ad verbum *αἴω* sentio. *Αἴτης* ergo proprie is est qui sentit, sive, ut Græco verbo utar, qui *πάσχει* patitur, patiens; eximie puer, amasius. [In Theocriti Idyllio xii. qui ΑΙΤΗΣ inscribitur, vs. 2. *οἱ ποθεῦντες*, pp. patientes, distinguuntur ab *ἀΐταις*. Accedit, quod forma vocis *ἀΐτης* magis quadret in actorem, quam in patientem, et vox ea sit trisyllaba, non bisyllaba. Itaque malim pro composita habere, ex *ἁ* comitativo, et *ἴτης*: ut *ἀΐτης* pp. sit qui simul eat, qui à latere amantis non discedat. Vide Lexic. Hederico-Ernestianum, in voce. E. S.]

Αἰτία Caussa. Videtur pp. sic dici quod confertur, vel adfertur, ad aliquid producendum. Origo nempe videtur esse verbum *ἄτω*: unde proximum nomen *ἄτη*, de quo suo loco. Inde Adjectiv. *ἄτιος*, et usitatum *αἴτιος*, cujus fœm. *αἰτία*, neutrum *αἴτιον*: quæ tria in usu sunt. Est autem verbum *ἄτω*, (de quo postea pluribus,) repetendum a vicino verbo *ἄδω*, quod supra exhibitum.

Αἰχμὴ, ῆς. Vidimus jam supra, in verbo *ἄγω* et alibi, quomodo vicina verba sint *ἄγω* et *ἄκω*. His tertium adjungendum *ἄχω*. Ut autem *ἄκω* eximie significationem acquisivit acuendi, sic *ἄχω* eadem gaudere potuit. Hujus futurum est *ἄξω*, Præter. perf. Activ. *ἦχα*, Præt. Pass. *ἦχμαι*, quod peperit nomen *ἀχμὴ*, significans acumen, et eximie cuspidem, mucronem. [Uti à *τίκω* est *τίκος*, *τίκνος*, *τέκνος*, *τίχνος*, et Substantive, *τέχνη*: sic ab *ἄκω*, est *ἄκος*, *ἄκιμος*, *ἄκμος*, *ἀχμός*; unde *ἀχμὴ*, et præposita iota, *αἰχμή*. T. H.]

Αἴφνης Repente. Proprie est Genitivus antiquus, à Nomin. *αἴφνη*, quod à mascul. *αἴφνος*: hoc vero est pro *ἄφνος*. Solet enim iota, in compositis, interdum interponi post *α*. Porro *ἄφνος* contractum est ex *ἄφανος*, cujus loco usurpatur *ἀφανὴς*, in Neutro *ἀφανὲς*, pp. id quod tam subito evanescit, ut non appareat. Fit enim ex *α* privativo et verbo *φαίνω*, sive *φάνω*, appareo. Denique, compositione facta cum præpos. *ἐκ*, una voce dicitur *ἐξαίφνης*, quasi ex tempore tam brevi, ut sentiri non possit. [*Ἐξαπίνης* dicitur contracte pro *ἐξ ἀπίνης*. Hoc autem est Genit. f. g. ab *ἄπινος*, repens, subitus. Idem hoc *ἄπινος* contractum est in *ἄφνος*, iota præposita, ut in *αἰχμὴ*, pro *ἀκμὴ*, ab *ἄκμος* &c. T. H.]

Αἶψα Statim, cito, celeriter. Est pp. neutrum Plurale; qualia multa à Græcis pro Adverbiis poni solent. Singulare inusitatum est *αἶψος*, quod non potest non oriri a secunda Præter. perf. Pass. *ἦψαι*, verbi *αἴπτω*, de quo jam dictum supra in verbo *ἀΐσσω* et *αἰπύς*. *Αἶψα* itaque notionem suam accepit ab impetu prosilientis, vel celeriter ruentis.

Ἀΐω est à simpliciori *ἄω*, quod supra jam vidimus, in *ἀάζω*, et *ἄζω*. Nostrum *ἀΐω* pp. quidem verbi *ἄω* notionem sequitur, et notat flare, spirare: unde aliquando à poëtis positum fuit pro efflare. Porro à spiritu oris ad vitam animalem, atque ita ad sensus corporis animalis, transfertur, et idem est quod sentio. A corpore denuo, ut fieri solet, ad animum translatam, respondet Latinorum intelligere. [Verbum *Ἀΐω* pp. significasse flare, efflare, probat locus Il. O. 252. ab H. Stephano allatus, Thes. t. 1. col. 257. ubi Eustathium laudat, per *ἀπνέοντα* exponentem. Vide omnino hunc col. 1296. 21. seqq. A notione spirandi, flandi, *ἀΐω* eximie videtur fuisse positum pro dicere, quasi dicas proflare voces. Unde Latinis sunt aio, ais, ait, contracta bisyllaba, pro quibus Ciceroni haud aliter, quam Græcis, aiio placuit: ut auctor est Quinctilian. Inst. l. 1. c. 4. §. 11. Cognatum huic est alterum *αὔω*, unde Latinis est autumo: quod uti aio, itidem notavit dicere, ut illo Plauti, Men. 5. 2. 7. Res plurimas pessimas affert, quas si Autumem omnes, nimis longus sermo sit. Vide infra in *αὔω*. E. S.] *Ἀΐω* apud Homerum ponitur, pro audio, et intelligo. Propria vis est sentio. *Ἀΐω* solute dicitur, et *αἴω*, unde *αἴσω*, *αἴσθω*, *αἴσθος*, *αἰσθὴ*, et *αἰσθάω*, *αἰσθάνω*, *αἰσθάνομαι* sentio: adeoque omnes hominis sensus vocantur *αἰσθήσεις*. Hæc ratio est, cur *ἀΐω* non tantum ponatur de sensibus corporeis, auditus, visus &c. sed etiam de intellectu &c. T. H. [An eodem e fonte aius dictus fuit à Romanis deus quidam, cujus vox, "Gallos adventare," in nova via, audita fuerit: quemque deinceps Aium Locutium, et Aium Loquentem, dixere, ut Aius Locutius, hac in voce, idem valeat ac sentiens, præsentiens deus, qui simul elocutus sit, admonueritque cives? Nisi potior sit Ciceronis sententia, 2. Divinat. cap. 32. segm. 69. ab aiendo et loquendo nomen invenisse. E. S.]

Αἰὼν Ævum, æternitas. Nomen est ex eo genere, quod natura sua collectionem et multitudinem rerum notat, ut patet ex terminatione *ων*: de qua supra, ad vocem *ἀγκὼν* et alibi. Quemadmodum autem in voce *ἀεὶ* vidimus, eam esse translatam eximie ad significationem temporis, ab illa flandi, spirandive, quæ est in origine *ἄω*; sic in nostro *αἰὼν* eadem translationis ratio locum habet, ut adeo quasi temporum collectionem, vel multitudinem significet. A qua denuo significatione propria profectæ sunt eæ, quibus vel ævum, vel æternitatem, vel hominis ætatem descripsere veteres. Formata pp. est à nomine inusitato *αἰὲς* vel *ἀιὲς*, quod ab *ἀίς*; cujus naturam, cum alibi supra, tum in voce *ἀεὶ*, exposui. Ceterum à Græco nostro *αἰὼν*, interposito digammate Æolico, ortum est *αἰϜὼν*, et hinc Lat. ævum.

Αἰωρέω. Præpostere vocabulum hoc positum est à Joanne Scapula. Neque enim hoc verbum produxit nomen *αἰώρα*, sed *αἰώρα* peperit *αἰωρέω*, ut adeo *αἰώρα* in primis hic spectandum sit. Videtur pp. esse fœm. ab masc. *αἰωρὸς*, quod ejusdem generis est, cujus sunt *θεωρὸς*, *θυρωρὸς*, et similia. Primum *αἰωρὸς* significasse videtur qui terram spectet, qui in terram quasi vergens pendeat. Videtur, nempe, compositum ex voce *αἶα*, quomodo antiqui Græci dixerunt pro *γαῖα*, *γῆ* terra, et nomine *ὠρὸς*, quod in compositis idem fere valet ac Lat. spectans, tendens, pertinens, vel simile. Inde *αἰωρὸς*, cujus fœmin. nostrum *αἰώρα* de eo poni potuit, quod, supra terram elatum, eam spectat, in eam vergit quasi pendulum. Unde generatim quodcumque vas pensile notat, ac dein quoque funem, vel simile quo quis utatur ad suspendium. A nomine *αἰώρα*, jam verbum *αἰωρέω* profectum, vi sua propria, significat sursum elevare, et elevatum pendulum facere: unde reliquæ hujus verbi notiones fluxerunt. [Etymol. *Αἰωρῶ. ἀπὸ τοῦ αἴρω, πλεονασμῷ τοῦ ω, αἰωρῶ τὸ κρεμῶ· Καὶ αἰώρα, ἀπὸ τοῦ αἴρω, αἶρα, πλεονασμῷ τοῦ ω, αἰώρα*. H. Steph. t. 1. 216. "Ab *αἴρω* fieri *αἰωρῶ*, interjecto *ω*, seu per pleonasmum *τοῦ ω*, et Grammatici quidam tradunt, et mihi fit verisimile."]

Ἀκαδημία est pp. fœm. à masc. nomine *Ἀκαδήμιος*, quod à nomine proprio *Ἀκάδημος*: unde locus iste, qui *Ἀκαδη-*

μία dicebatur Athenis, nomen accepit. Nominis Ἀκάδημος ratio paullo obscurior: etiamsi certum sit, oriri ab antiquo ἀκὰ et δῆμος, Lat. populus. Prius enim ἀκὰ quum referendum sit ad stirpem ἄκω, varia significare potest. Videri tamen queat, Ἀκάδημος pp. significasse eum, qui quasi populi malis medeatur. Est enim notio medendi quam plurimis derivatis a verbo ἄκω propria. [Conf. de voce G. J. Vossius, in Etymologico.]

Ἀκακαλὶς notat semen cujusdam fruticis. Originem vocis, (compositæ forte ex ἀκὰ, et καλὶς, quod ad καλὸς referendum) rationesque Botanicis expediendas relinquo. [Vide Dioscorid. l. 1. c. 119.]

[Ἀκαλανθὶς carduelis avis, item canis, vel catellus. Vide H. Steph. Append. col. 324. et viros doctos in Hesych. Albert. t. 1. p. 181.]

Ἀκαλήφη Urtica. Et hoc Botanicis relinquo. Forte à tactu nomen accepit. Est enim posterior pars (ut videtur) repetenda ab ἅπτω tango [Conf. omnino H. Steph. Append. col. 325.]

[Ἀκαλός: et ἄκαλος, lenis, placidus, quietus. Forte compositum ex ἀ intensivo et καλὸς, quod vide suo loco. E. S.]

Ἄκανθα Spina pp. fœmininum est a mascul. ἄκανθος, quæ vox composita est ex ἀκὴ vel ἀκὰ, et ἄνθος. Ἄκανθος itaque et ἄκανθα, utrumque Botanicis notum, pp. sonat florem habentem spinis obseptum: unde etiam ipsa spina ἄκανθα dicitur. [Ita fere præiverat Etymologus: Ἄκανθα, ἀπὸ τοῦ τῇ ἀκῇ ἀνθεῖν· ὅ ἐστι τῇ ὀξύτητι. Equidem tamen referre malim ad stirpem κάω, unde κάνω, κάνθω, κάνθος, ἄκανθος. Quodsi jam κάνω (ut conjecit cel. Lennepius in καίνω) pp. sit stimulo, pungo, vox ἄκανθος notare poterit valde pungentem, vel pungentem; et, substantive, echinum, erinaceum, &c. ἄκανθα autem eximie spinam, aculeum. E. S.]

Ἄκαρνα est genus fruticis. Itidem de hoc Botanici. [Ἄκαρνα "genus suffruticis apud Theophrast. Hist. Plant. l. 6. c. 3. et 4. pro quo nonnulli reponendum censent ἄκορναν: Hesychio ἄκαρνα est δάφνη laurus." &c. H. Steph. Append. col. 328.]

Ἄκατος genus navigii, ut volunt, actuarii. Est stirps paullo obscurior. Videtur tamen oriri à 3 Præter. perf. Pass. ἤκαται verbi ἀκάω, unde ἀκάζω, Lat. acuo. Forte nomen accepit à forma proræ acuminata. [Frisii talem naviculam dicunt *snik*, quod Frisiis Occidentalibus est *snip*: haud dubie itidem à forma acuminata. E. S.]

Ἀκέομαι Sano, medeor. Est a verbo ἄκω, quod propriam in primis habet notionem acuendi: quæ, ut supra jam vidimus, in verbo vicino ἄγω, profecta videtur à significatione protrahendi, ducendi in longum, et sic attenuandi, acuendique. A nostro ἄκω proximum nomen ἄκος superest in lingua Latina acus. Inde novum verbum ἀκέω pp. acuo, vel acu pungo et Medium ἀκέομαι eximie notat acu sarcire, sive acuto instrumento pungendo sarcire, resarcire, quâ notione, perinde ac Lat. resarcire, metaphorice quoque ponitur. Porro, quum veterum ars medica antiquissimis temporibus præcipue posita esset in sanandis vulneribus, seu eo quod Chirurgorum hodie est, atque alia vulnera curarentur resarciendo partes corporis hiscentes, alia aliis modis: inde factum est, ut à resarciendo quoque verbum transierit ad artem medendi, et quidem quacumque demum ratione ea instituatur. Unde Apollo, medicorum deus et præses, eximie ἀκέσιος dictus fuit. Porro verbum ἀκεῖσθαι, ut Lat. mederi, variis modis ad alia translatum est. [Eadem fere est metaphora in Hebr. רפא, quod exponens A. Schultensius, ad Job. v. 18. Comm. p. 153., nostrum quoque ἀκεῖσθαι tetigit.]

Ἀκὴ Mucro. Proxime oritur ab ἄκω, cujus notionem acuendi sequitur. [Hujus vocis procul dubio Accusativus est ἀκὴν, quod Grammatici, invita admodum linguæ analogia, deducunt à χαίνω: etiamsi ipse H. Stephanus, Thes. t. 4. col. 332. iis accedat, h. m. "Item et ἀκὴν à χαίνω deduci aiunt, præmisso α στερητικῷ, et adspirata in tenuem conversa. Quod etymon eo verisimilius est, et probabilius, quo magis ad vocis præcedentis ἀχανὴς (non hians, nullo diductus hiatu) significationem accedit. Significat enim, quasi dicas, ἀχανῶς, seu χωρὶς καὶ τοῦ χαίνειν. —— Etiam ἀκέων idem omnino cum præcedente ἀκὴν, significans nimirum tacite, ne hiscendo quidem. —— Usurpatur frequentissime participialiter, ut Il. A. Βῆ δ' ἀκέων, id est, ἡσυχάζων, σιωπῶν, quietus et tacitus, ac ne hiscens quidem." Hactenus ille. Mihi quidem nostrum ἀκέω, acu compungo, consuo, sarcio, absolute dictum videtur, de compressione oris, cujus labia, quasi consuta, adeoque firmissime compressa clausaque videantur: ut ἀκέων pp. sit consuens, comprimens os, et ἀκὴ consutio, compressio oris, silentium. Unde jam porro in Accusativo ἀκὴν adverbialiter, pro κατ' ἀκὴν, positum fuerit. Potuit et ἀκέω (Lat. aceo) pp. notare idem quod nostrum *prikkelen*; quo sensu Latinum verbum aceo de vino adhibuit Cato, de Re Rust. c. 148. "Vinum, quod neque aceat neque muceat." Belgice *wijn, die niet prikkele*. Unde jam porro acere, pro acidum esse, de animo intus dolente, (eleganti illa metaphora, qua Euclio, apud Plautum, in Aulular. 3. 4. 9. pectus sibi peracuisse dicit, et apud Homerum, Il. Ψ. 566. Μενέλαος ἀνίστατο, θυμὸν ἈΧΕΥ͂ΩΝ Ἀντιλόχῳ ἄμοτον κεχολωμένος, et ἄχος, pro dolore, intus pungente et stimulante Il. Δ. 169. qui et ἄχος ὀξὺ dicitur Il. T. 125. X. 425.) quorsum fecisse videtur observatio. T. H. "Ἀκέων" inquit "pp. participium est, quod significat præ dolore conticesco; estque ἀκὴ adeo silentium, conceptum ex dolore contumeliæ, sibi illatæ. Qua ratione etiam ἀκὴν adverbialiter usurpatur: ut silentio facere aliquis aliquid dicitur, qui ex dolore tacet." E. S.]

Ἀκινάκης Acinaces. Est genus jaculi Persici, vel potius ensis. Si originem Græcam habeat, oriri potuit ab ἄκινος, et ἀκὴ, q. d. qui habet acutam cuspidem. Ἄκινος autem pp. est ab ἀκὶς, acumen, seu acies, quod à verbo ἄκω, unde quoque ἀκή.

Ἄκινος Acinus. Botanicis nota vox est. Nomen videtur profectum, à sapore acri. Est enim ἄκινος pp. nihil aliud, quam acris; adjectivum nempe ad ἀκὶς, et, ipsa origine, cum Lat. acris convenit. Est enim hoc quoque à Græco ἄκω repetendum.

Ἀκμὴ Cuspis sive acies. Est à prima Præter. perf. Pass. ἦκμαι, verbi ἄκω. Propria itaque vocis virtus est posita in significatione acuminis, atque inde aciem, cuspidem notat. Dein generatim significat quoque id, quod in quaque re summum est: atque hinc aliquando summum quasi temporis punctum notat, maxime opportunum ad aliquid agendum; quo sensu non magnopere differt à καιρός. Porro alio translatum quoque summum alicujus rei incrementum (sive terminum) significat, atque inde sæpe ἀκμὴ ponitur de vigore et flore ætatis, vel etiam ætate virili, aliisve rebus similibus. [Vide omnino de hac voce Jensii Lection. Lucian. p. 194-196.]

Ἀκόλουθος Pedissequus, comes, assectator. Ut viam ad stirpem hujus vocis indagandam nobis muniamus, respiciendum est ad vocem κόλλα gluten: quo nempe res diversæ junguntur, et cohærent; ut suo loco dicetur. Hoc autem est à κόλλω, et id ab antiquo κόλω: quod vicinum verbo κέλω, unde usitatum verbum κέλλω, Lat. cello, vel allido. Quod tandem ab origine κέω. De singulis dicendum suo loco. A notione jam impellendi, allidendique, et forte agglutinandi, et sic adhærendi, nata virtus assectandi, comitandique: quæ in nostra voce in primis spectatur. Fieri tamen potest, ut propius ab ea impellendi notione absit ista comitandi; si statuamus, vocem κόλουθος vicinam fuisse nomini cognatæ originis κέλευθος, quod viam notat, q. d. per quam aliquis semet impellit. Sic nempe ἀκόλουθος dici potuit comes, vel qui eadem via insistit, ἀ nempe idem significante, quod ἅμα, quemadmodum vidimus in ἀδελφός. Oritur autem proxime ἀκόλουθος ex antiquo κολούθω, quod pro κολόθω, cujus loco contractum κλώθω eximie ponitur sensu glomerandi, et nectendi lanam. Unde quoque una de tribus Parcis Κλωθὼ dicebatur. Porro memoratum κολόθω est à κολόω, hoc à κόλω, quod à κόω, vicino verbi κέω. [Verbum κόλω dedit Lat. colo, colere. Unde colere aliquem pp. significat sequi, sectari aliquem, sive obsequi. T. H.]

Ἀκόνη cos, quasi dicas quæ vim habeat acuendi. Proxime oritur ab ἄκων, et hoc ab ἄκω: de quo supra jam dictum. [Uti autem à Dativo vocis ἄκων, pro ἄκους, ἄκοντος, ἄκοντι, diminutivum est ἀκόντιον spiculum, jaculum: sic ab antiquo ἄκων, ἄκονος, ἄκονι est ἀκόνιον coticula. E. S.]

Ἄκορνα, ης, nomen plantæ, [" quæ putatur à nonnullis esse carduus benedictus sylvestris herbariorum." H. Steph.] Et hoc forte ab ἄκω. Videant Botanici.

Ἄκορον, ου, Acorum. Est genus herbæ cujusdam, de quo itidem Botanici.

Ἀκοστὴ, ῆς. Hordeum. A spinis acuminatis forte dicitur, ut pp. sit a tertia Præter. perf. Pass. ἤκοσται verbi antiqui ἀκόω, quod ab ἄκω, Lat. acuo.

Ἀκούω. Est ab antiquo ἀκόω, et hoc ab ἄκω. Significat quasi acuere sensum auditus, cui sæpe acuminis figurata notio tribuitur. Varios usus habet, ut Lat. audire, translatione facili omnes. [Est ipsum Lat. acuo, Belg. *scherpen*, vocali penultima paullo obscurius quam nos vulgo solemus, prolata. Metaphoræ sive potius metonymiæ ratio eadem esse videtur, quæ in Belgico nostro *zijne ooren scherpen*, h. e. aures arrigere, et quasi acuminatas reddere, ad sonos percipiendos eo facilius, attentiusque, quod alio verbo Græci dixerunt ὠτακουστεῖν. Quin fortasse et de acie oculorum intenta Græc. ἀκούειν adhibitum fuit. Vide Schrader. ad Musæum, p. 4. 5. Ceterum Lat. audio, etsi videri queat, in prima origine, convenisse cum nostro ἀκούω, ut nempe ἀκούω sit ab ἄκω, hoc vero ab ἄω, unde etiam ἀύω, ἄδω, αὐδάω: mihi tamen potius videtur repetendum a voce αὐδὴ vox, quod ab alio αὔω, verbo per ὀνοματοποιΐαν efformato, ut audio pp. sit vocem loquentis percipio. E. S.]

Ἀκρέμων Ramus arboris major. Est autem pp. quasi abundans ramis. Vidimus jam alibi, eam esse naturam nominum, in ων cadentium, ut collectionem notent. Oritur proxime quasi ab ἄκρεμος, quod ab ἄκρος, quod de cujusque rei extrema, vel summa parte ponitur. Est itaque ἀκρέμων multas quasi summitates, vel partes, in altum eminentes, habens. Unde eximie rami prægrandes, a caudice surgentes, ἀκρέμονες dicuntur.

Ἀκριβὴς, έος. Est proxime ab antiqua forma ἀκρίβω, quæ natura sua non differt ab ἀκρίζω, quod exstat, et notat summas partes quasi perambulo, vel seco, atque sic lustro. Oritur autem proxime ab ἄκρις, quod summam rei partem notat, et vicinum est nomini ἄκρος; de quo mox. Hinc ἀκριβὴς pp. is est, qui summas partes lustrat, et inde diligens, accuratus, exquisitus, exploratus, certus, verus et sim.

Ἀκρὶς, ίδος, differt significatione ab ἄκρις, ἄκριος, non vero origine. Notat locustam, de qua historiæ naturalis studiosi. [Conf. L. Bos, Exerc. ad Matth. 3. 4.]

Ἀκροάομαι, significat summa attentione audire. Translatio similis fere hic, quæ est in verbo ἀκούω, quocum communem stirpem habet alterum ἄκω. Est autem proxime ab ἀκροάω, quod ab ἀκρόω, et hoc ab ἄκρος extremus, summus, seu proprie magis quasi acuminosus, vel simile. Videtur ergo ἀκροάομαι significare aures suas in altum erigendo acuere, et sic arrectis auribus audire. [Conf. dicta superius in ἀκούω.] Unde in usu notat auscultare, vel cum attentione summa audire, et hinc de discipulis vel discentibus, qui præceptorem audiunt, nonnunquam ponitur: tum etiam significat parere, vel simile.

Ἄκρος. Ut supra vidimus, ἄγρος [unde substant. ἀγρὸς ager] esse pro ἄγερος, a nomine ἄγος, sic nostrum ἄκρος est pro ἄκερος, ab ἄκος, similive forma. Ἄκρος itaque pp. notat habitum quasi acuminis habens, vel ad acumen pertinens: hinc porro in acumen assurgens, supremus, summus, vel generatim extremus: unde reliquæ notiones, in Lexicis notatæ, sponte fluunt. Porro ἄκρον neutrum pp. notat quodcumque cacumen, in acutum desinens: idem, quod, voce magis producta, ἀκρωτήριον dicunt. Convenitque adeo non tantum cacuminibus montium, quæ sæpe ἄκρα, et ἀκρωτήρια dicuntur, sed quibuscumque extremitatibus eminentibus, etiam ipsius corporis humani. Hac ratione caput, brachia, pedes, ceteræque corporis extremitates, ἄκρα, præsertim a recentioribus Græcis; ἀκρωτήρια vero ab antiquioribus dicuntur.

Ἀκτὴ, fœm. est ab ἀκτὸς, pp. notante fractus, ab ἄγω frango, de quo supra. Ἀκτὴ itaque, Substantive positum, vel notat littus scopulis præruptum, ad quod undæ allisæ franguntur: præterea fruges vel frumentum confractum, et ad esum accommodatum: vel tandem lignum fragile, unde eximie dicitur sambucus. [Ἀκτὴ littus a Græcis dici solet, quoniam objectu suo fluctus maris illisos frangit, ac repellit, ut Grammatici volunt: sive potius ἀκτὴ est, quasi fragore fluctuum impulsa, atque intercisa. Vetus verbum est ἄγω, cujus vice (ut facilius ab altero, quod ducendi significationem habet, distingueretur) in usum communem venit ἄγνυμι. Ob eandem rationem Homerus frumentum, mola contritum et fractum, ut panis inde conficiatur, vocat ἀλφίτου, vel Δημήτερος ἀκτὴν, Il. Λ. 630. Od. Β. 355. Ξ. 429. Il. Ν. 322. Φ. 76. Deinde Ἀκτὴ, a Græcis peninsula dicitur, quam, maxima parte mari obversam, fluctus alluunt; ut erudite docuit Vossius, ad Scyl. Peripl. p. 6. 7. Hoc autem nomen, quoniam in Atticam regionem aptissime quadrat (ut bene monuit Dio Chrysost. p. 87.) ἀκτὴ primum est dicta, idque jam ante Cecropem regem, si fidem meretur Apollodorus Bibl. l. 3. p. 237. Euripides ea potestate posuit in Helen. vs. 1689. Lycophr. vs. 111. Euseb. in Chron. p. 99. 100. ἐν ἀκτῇ τῇ νῦν Ἀττικῇ. &c. T. H.]

Ἀκτὶν, vel ἀκτὶς, si stirpem spectes et formandi rationem, parum differt ab ἀκτὴ, et ab eodem verbo ἄγω frango oritur: atque hinc quoque (quemadmodum ἀκτὴ) ἀκτὶς sambucus dicta. Eximie autem, metaphora ducta a luce fracta, vel refractione radiorum lucis, radius solis hoc nomine designatur.

Ἄκυλος. Terminatio docet, esse ab ἄκος: cujusmodi nomina alia jam aliquoties vidimus. Eximie glans illigna sic dicitur. Significationis autem rationes Botanicis expediendas relinquo.

Ἄκων, et ἄκους. Posterius est contractum forte ex ἄκοες: nisi malis, formam esse participialem; ut διδοὺς, et similia. Sic ἄκων et ἄκους utrumque participium erunt verbi ἄκω, vel ἄκωμι, ut adeo significent quasi acumine pungens, vel acumen habens; unde porro in usu notant jaculum, vel spiculum. [Ἄκων, participium verbi ἄκω, olim fuit ἄκοντς, unde in Genitivo ἄκοντος: ἄκους itidem dixere pro ἄκοντς, ut διδοὺς pro διδόντς, ex Analog. Lennep. cap. 9. p. 129. Ceterum confer ὀξὺν ἄκοντα Il. K. 335. Φ. 590. et similia. E. S.]

Ἀλάβαστρον repetendum a nomine λαβὴ, quod, inter alia, notat ansam, qua quid prehendas, oriturque a λάβω, unde λαμβάνω; de quo suo loco. Ab isto λαβὴ verbum quasi est λαβάζω ansa prehendo. Inde nomen λάβαστρον proprie significare debuit id, quo tanquam ansa aliquid prehendas. Ab isto autem nomine, cum α præfixo, ἀλάβαστρον pp. est instrumentum, quod ansas non habet, quibus prehendas, atque inde eximie vasis unguentarii species sic dicitur. [Paullo aliter Methodius, in Etymolog. magno, col. 55. 38. Ἀλάβαστρον οὐ λαβέσθαι ΔΙΑ` ΛΕΙΟΤΗΤΑ ἀδύνατον.]

Ἀλαζὼν Arrogans, jactator. Stirps dubia videri potest. Putem tamen, oriri ex α, et λάζω, cujus Media forma λάζομαι, poëtis usitata, eximie notat capio, prehendo, arripio, ut adeo ἀλαζὼν sit pp. qui sibi multum assumat, arrogans adeo, vel simile. [Nisi simplicior sit derivatio ab ἀλάω, unde infra ἀλάομαι. Ab ἀλάω, ἀλάσω, ἀλάζω, ut

ab ἀρπάω, ἁρπάσω, ἀρπάζω. Quo ex fonte ἀλαζὼν pp. is fuerit, qui se multum volvit, jactat &c. Conf. descriptio τοῦ ἀλαζόνος apud Xenoph. de Institut. Cyri l. 2. p. 47. et infra verbum ἀλάομαι. Etymologia nostra confirmari ex eo videtur, quod idem ἀλαζὼν etiam adhibeatur pro ἀλώμενος, quod jam sine dubio ab ἀλάω descendit. Vide Suidam, t. 1. p. 98. E. S.]

᾿Αλαλή. Vox facta a sono, qui edi solebat olim a militibus, ad pugnam aggredientibus. [Hinc et ἀλαλητὸς, uti passim apud Homerum, est fremitus pugnantium Il. Δ. 436. Μ. 138. &c. E. S.]

᾿Αλάομαι. Tria verba vicina sunt, ex quibus ingens verborum copia orta est, ἄλω, ἴλω, et ὄλω. De singulis alibi dicendi erit occasio. Sufficit nunc observasse, propriam eorum virtutem quærendam esse in eo, quod volvendo versandove moveatur: vel in motu (ut ita dicam) volutorio, et versatili. Hinc ἀλάω est versando, volvendoque moveo: et Medium ἀλάομαι versando huc illuc me moveo, adeoque eximie erro, vagor, et, translatione ad animum facta, incertis quasi curarum viis oberro, atque adeo sic animi pendeo. [Conf. in ἀλάζω, ἄλλομαι &c. Exemplum notionis propriæ vide Il. Κ. 141. Τίφθ' οὕτω κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν οἶοι ᾿ΑΛΑ˜ΣΘΕ; Quid tandem tam incerto vagoque motu oberratis? &c. Cognationem verbi nostri cum altero ἄλλομαι probet illud Theocriti Id. 23. 60. ἅλατο καὶ τὤγαλμα exsiliitque simulacrum, quo loco collato, T. Hemsterh. in Id. 3. 42. reponebat. ὡς ἐς βαθὺν ἄλατ' ἔρωτα. E. S.]

᾿Αλαὸς cœcus. Compos. est ex α privativo, et λαὸς, quod ab antiquo verbo λάω, significante inter alia video, q. d. oculis percipio, capio. Est enim λάω pp. idem quod λαμβάνω, ab eodem λάω ortum. Itaque ἀλαὸς pp. est qui non videt, cœcus, vel, quæ in multis compositis literæ α vis est, qui difficulter, et perverse videt, adeoque luscus. [Etymolog. Ἢ παρὰ τὸ ἀλῶ, τὸ πλανῶ, ἀλαὸς, ὁ περιπλανώμενος. Quod videri queat aliquanto simplicius, in primis, propter vocem compositam ἀλαοσκοπία, quæ non certe speculationem visu carentem, sed speculationem vagam, incertam, nullibi quasi consistentem, defixamque, significat; qualis esse solet speculatio luscorum, qui, Lennepio observante, à Græcis pp. ἀλαοὶ dicuntur. Consentit Eustathius ad Il. Κ. 515. p. 821. Ἔστι δὲ ἀλαὸς ἐν τούτῳ οὐχ' ὁ μυδόλως βλέπων· πῶς γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος ἔχοι σκοπίαν, ἀλλὰ ὁ κακῶς λάων κ. τ. λ. Ceterum, ut ἀεροσκοπίαν, ἱεροσκοπίαν, θεατροσκοπίαν, ὁπλοσκοπίαν, ὡροσκοπίαν, sic fere ἀλαοσκοπίαν formarunt Græci. E. S.]

῎Αλγος. Dubium non est, quin sit contractum, ex ἄλεγος, quod à verbo ἀλέγω, et hoc ab ἀλέω, quod vicinum alteri ἀλάω: de quo modo dictum. Propria notio quærenda videtur in motu volutorio, et versatili: unde profecta ista doloris, [fere ut in Hebr. התחלחל, חול &c.] Porro, ad animum translatum, itidem notat dolorem, tristitiam, et similia. [Nempe, ut proprie ἀλγεῖν Græcis sit jactare se, ac versare huc illuc præ dolore: uti v. gr. Il. Θ. 85. ᾿Αλγήσας δ' ἀνέπαλτο, βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ. Σὺν δ' ἵππους ἐτάραξε, κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ. Perinde autem est, utrum dicas, ἄλγος esse, per contractionem, formatum ex ἄλεγος, quod ortum ab ἀλέγω, an statuere malis, ἄλγος esse ab ἄλγω, quod ab ἄλω, quemadmodum θέλγω à θέλω &c. Ab ἄλγω certe est Lat. algus, sive algor, et alga. Nempe ab ἄλω, ἄλγω, Lat. algus pp. videtur esse concussio tremorve membrorum vehementior, præ frigore: unde crepitans dentibus algus est apud Lucret. l. 5. vs. 746. Alga porro itidem, ab irrequieto motu, quo jactatur in mari, atque à fluctibus ad litus projicitur: unde Virgilius, projecta vilior alga. Neque adeo dubitandum videtur, quin Lat. algeo sit ipsum Græc. ἀλγέω, non adeo quod frigus dolorem adferat, uti Festus ait, quam potius, quod frigentes tremere, et præ impatientia doloris sese huc illuc versare soleant. Compone et cognatum ἀλύσσειν, quod Hesych. diserte exponit τρέμειν. E. S.]

᾿Αλδέω. Est ab ἄλω, quod inter alia notat versando, volvendoque consolido, et sic augeo, quæ translationis ratio magis conspicua est in derivatis à verbo vicino ὄλω, unde, ut postea videbimus, Græcum ὅλος, tum Lat. solidus et similia: porro Lat. oleo, et inde olesco, adolesco, pp. notans incipio fieri solidus, accepto incremento. Inde jam ἄλδω, inserto δ, et productior forma ἀλδέω, generatim notat incrementum do, augeo. [Apparet adeoque, ipsum Lat. alo, alui, altum, alere, ejusdem quoque esse originis, et alterum verbum Græc. ἄλθω, sano, pp. esse consolido; ut in illo Il. Ε. 417. de Marte vulnerato, ἄλθετο χείρ, pp. consolidata est manus. Vide et in seq. voce ἀλέα. E. S.]

᾿Αλέα. Prop. fœm. est à masc. ἄλεος, quod vix differt à nomine ἅλιος, quomodo Dores pronuntiarunt pro ἥλιος, sol, quod ab ἄλω repetendum; cujus vicinum ἕλω vel ἴλω, inter alia notat splendeo, et peperit nomina ἕλος, σέλας et similia: in quibus splendoris notio. Hinc facile jam apparet, quemadmodum ἀλέα in usu significare potuerit calorem, vel teporem, qui in locis apricis oritur à sole, quod ipsum Latin. sol, à tertio nostro verbo, supra in ἀλάομαι memorato, ortum videtur. [Ab ἄω est ἄλω, ἀλέω &c. Ex ἄλω, adspiratione addita, est Lat. halo, halavi, halare, porro halitus. Proprie adeoque ponitur de hominibus, qui halitum edunt. ᾿Αλέα autem Græce est talis halitus, qui vaporem tepidum adfert. Hæc ratio est, cur ab ἄλω etiam sit ἄλθω medeor. Nempe, ut ἰαίνω pp. significat tepore medicor, vel tepida aqua rigo, sic etiam ἄλθω ponitur. Hinc etiam ἄλθα pro medicina sumitur: nam veteres medici, non nisi rebus tepidis, corpori admotis, morbos solebant sanare. T. H.] Magni Hemsterhusii derivationem commendat in primis glossa apud Hesychium ῎Αλθα· θερμασία, ἡ θεραπεία, et collatio ipsius hujus nominis θεραπεία, quod itidem pp. notat curationem, tepidis fomentis adhibitis peractam. Vide infra in θεράπων et Analog. p. 135. 136. Porro verosimile videtur, Græcis duplex fuisse verbum ἄλω, alterum ὀνοματοπεποιημένον, à sono nimirum hominis, halitum edentis, quod ipsum est halo Latinorum: unde Halonem dixere hominem, hesterno vino languentem et vinum adhuc exhalantem quasi: Idem Græcis ἴωλος dicebatur. Nempe verbo huic ἄλω, sive ἅλω, cognatum fuit alterum ἕλω, superstes quoque in Lat. adhelo, anhelo, unde et ἕλος palus, sive stagnum, ab exhalando dictum &c. Alterum vero ἄλω (cum suis cognatis ὄλω, ἴλω &c.) significavit pp. volvo, provolvo, et convolvo, consolido. A notione volvendi, provolvendi, atque adeo projiciendi, (qualem modo observavi in Lat. voce alga, ab ἄλγω deducta) etiam alea Lat. derivatum videtur: quin et inde dicta ales, alitis, h. e. à motu volutorio, quemadmodum ipsum quoque Lat. volo, volare factum est ab ὄλω, Æolice Fόλω, unde et FόλFω, volvo. Denique Lat. volo, vis, velle, ex eadem est origine, quatenus, nempe, volvere rem animo, eamque cupere, velle (pro velere, velre) Latini dixerunt. E. S.]

᾿Αλέγω. Vidimus jam, in voce ἄλγος, esse hoc vicinum verbo ἀλάω, cujus notione ad animum translata, eam curandi accepit eximie hoc nostrum verbum. [Nimirum ab antiquo præterito perf. act. verbi ἀλέω, ἐάλεκα, omisso augmento, factum est ἀλέκω, et dein, loco κ pronuntiato γ, ἀλέγω. Proprietatis hujus verbi satis clarum indicium petas ex illo Diomedis Il. Δ. 388. 389. Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας, κ. τ. λ. et verbo inde propagato ἀλεγίζω apud Hesych. ᾿Αλεγίζω· περιστρέφομαι. E. S.]

῎Αλεισον. Ortum videtur à verbo antiquo λείω, vel λέω, levigo. Inde, nempe, proxime ortum λεισὸς, quod formatum à λίω. Id autem vicinum memorato nostro λέω, quod peperit usitatum λεῖος levigatus. Λεισὸς itaque, et, inde ortum, ἄλεισος, vel ἄλεισον, pp. valet leve, levigatum, atque inde translatum videtur, ad poculum, seu vas cœlatum, designandum. Præterea translatione non valde dissimili, acetabulum, osque coxendicis notat. [Dubito. ῎Αλεισον fortasse ab eodem ἀλείω pp. significat convolutum, rotundum, et eximie tale poculum. Etymologus, aliorum derivationibus refutatis, Κρεῖττον, inquit, λέγει ᾿Απολλώνιος, ὁ τοῦ ᾿Αρχιβίου, ὅτι παρὰ τὸ λεῖον γέγονεν ἄλειον, καὶ, ἐπενθέσει τοῦ σ, ἄλεισον, τοῦ α ἐπιτατικοῦ ἢ στερητικοῦ, τουτέστι τὸ μὴ ὂν ὅμαλον, ἀλλὰ ΠΕΡΙΦΕΡΕΣ. Quæ postrema descriptio ἀλλὰ περιφερὲς nostræ derivationi videtur favere. Inspice porro Il. Λ. 773. Ω. 429. Od. Γ. 50. 53. Δ. 591. Θ. 430. Ο. 85. 468. Χ. 9. et Eustath. p. 883. 54. 1357. 38. 1775. 10. Itaque et os coxendicis veteres, à rotunditate, ἄλεισον, et κύλικα appellasse, quis miretur? E. S.]

᾿Αλείφω. Verba primitiva sunt λέω, λίω, et similia: de quibus alias dicendi locus. Inde λείβω, λίβω, λίπω, λείφω, et similia oriuntur, quæ eximie significant stillo, destillo, et ad varios liquores applicantur. Eximie nomen inde ortum λίπος, et fœm. λίπα, pinguedini olei destillantis tribuitur. Ita χρίσασθαι λίπ' ἐλαίῳ antiquis frequens locutio est, pro oleo ungere, guttatim quasi destillante, et large. Ex his jam apparet, quemadmodum nostrum ἀλείφω, à memorato λείφω ortum, ungendi notionem acceperit, quasi dicas guttatim oleum infundendo ungo. Latius sumptum idem sonat lino, illino, cujus translationis similis est ratio. Porro ab ἀλείφω derivatum spectandum hic est nomen ἀλείπτης, quomodo dicebantur ii, quorum erat, in gymnasiis, ungere athletas, et sic præparare ad certamen: quæ notio eam peperit incitandi, exhortandi &c. quæ verbo ἀλείφω quoque tribui solet.

᾿Αλέξω pp. nihil aliud est atque futurum verbi ἀλέγω, de quo supra. Ab ista curandi notione, verbo ἀλέγω adsignata, ἀλέξω eam accepit opem ferendi, auxiliandi et porro propulsandi, arcendi, et similes. [Verborum hujusmodi in ξω rationes vide ad Analog. Lennep. p. 187. Videtur autem forma hæc in ξω frequentiam quandam, et studium agendi significare. Conf. Il. Γ. 9. Ν. 475. Ο. 565. Π. 562. Od. Ζ. 61. Ceterum ab ἀλέξω nostro nova forma ducta est ἀλεξέω sive ἀλέξημι, cujus Infinitivus est ἀλεξέμεναι. Il. Α. 590. Ε. 779. &c. Futurum ἀλεξήσεις Il. Ι. 251. &c. E. S.]

᾿Αλέω molo. Notio hæc profecta est a volvendo, versandove. Oritur autem verbum a simpliciori ἄλω, cujus propriam vim vide supra in ἀλάομαι, et ἀλδέω. Porro à versandi, movendive notione ea est, quæ huic verbo adsignatur, vitandi, cavendique. Tandem à solidando motu volutorio, et augendo notio illa congregandi enata est.

᾿Αληθὴς verus. Proprie oritur proxime à verbo ἀλήθω, quemadmodum πειθὴς à πείθω, et similia. ᾿Αλήθω formatum ab ἀλέω vel ἀλάω, pp. valet volvendo, versandove solidum facio: unde in usu quidem est idem quod ἀλέω molo, proprie tamen cernitur in derivato nostro ἀληθὴς, quod, vi naturæ suæ, est quasi volvendo solidum faciens vel passive volvendo solidum factum. [Ut formà adeoque conveniat fere cum ἀληθὴς pp. volutatus, Od. 1. 388.] Atque inde ad res incorporeas translatum idem est ac verus; ita ut opponatur voci ψευδὴς, de qua suo loco. [Si comparemus vocem ἀκηδὴς, et similes alias, verius videri possit, ἀληθὴς esse compos. ex α privativo et ληθὴς, quod à λήθω, hoc vero idem ac λάθω, unde lateo Lat.; ut ἀληθὴς pp. sit id, quod non lateat, sive quod latere non possit: aut ἀληθὴς de homine, qui non lateat vel et quem non lateat res. Conf. Il. Μ. 433. Od. Γ. 247. et Theoc. Id. 2. 154. cum vs. 158. E. S.]

῎Αλθω. Est pp. idem fere quod ἀλδέω volvendo solido, vel augeo: unde profecta sanandi notio, verbo nostro tribui solita. Oritur proxime ab ἄλω, de quo supra. [Conf. etiam observata T. H. supra p. 79.]

᾿Αλίγκιος. Videtur esse pro ἀλίκιος, cujus fœm. ἀλικία pp. non differt ab ἡλικία. Ut autem ἡλικία oritur ab ἡλίκος, sic ἀλίκιος ab ἀλίκος, in usu, ratione quantitatis (quæ inter diversas res intercedit), similis ponitur, eique respondet τηλίκος, ut Latina tantus, quantus. Inde ἀλίκιος, et, ejus loco pronunciatum, ἀλίγκιος, facili translatione, idem significare potuit, quod ὅμοιος. De voce ἀλίκος, vel ἡλίκος, suo loco dicendum. [Ab ἄλω, ἀλίω, pp. volvo, convolvo &c. est præter. perfect. ἧλικα, pro ἑάλικα; hinc ἀλίκος et ἡλίκος. Porro ab ἀλίκω est ἐάλιγκα, ἥλιγκα, ἄλιγκος, ἀλίγκιος pp. convolutus, conglomeratus; et hinc forte ἀλίγκιος et ἐναλίγκιος socius, similis, eadem metaphora, quæ est in Hebr. עמית socius, similis, pp. conglomeratus, involutus. Itaque et Od. Θ. 174. ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν pp. esset עמית לאלהים socius immortalibus. Nisi mavis repetere à stirpe λίω, unde λίκω, λίγκω, λίγκος, λίγκιος, et cum α præfixa, ἀλίγκιος pp. simili splendore præditus, atque adeo fulgore suo consimilis: quod optime quadraret in locum Il. Ζ. 401. ῾Εκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. Præsidii fortasse aliquid nancisceretur posterior hæc etymologia ex collatione cum nostro *lyken*, unde *lijk*, *gelijk*. Vide Ten Cate; Ænl. P. 2. p. 279. 280. E. S.]

῞Αλις. Græca ἄλω, ἀλίω et similia sæpe jam vidimus significare volvendo in unum solidare, augere, et inde quoque congregare. Itaque ἅλις, adverbialiter positum, pp. sonat confertim, coacervatim, et porro satis, abunde, magna copia &c. [Uti promiscue dixerunt olim λίσκος et δίσκος, ᾿Οδυσσεὺς sive ῾Υδύσσης, et Lat. Ulysses, δάκρυμα et lacryma: ita nostrum ἅλις, permutato λ cum δ, videtur eandem fere propriam significationem habere atque ἅδη, de quo supra. Unde porro ex cognata forma ἅδις fluxisse putem Lat. satis: ut v. gr. Theocriteum istud, ἅλις πάντεσσιν ῞Ομηρος, rectissime jam convertatur satis est omnibus Homerus. Cui accedit non tantum, quod l et t permutentur quoque in Thetis et Thelis antiquo, sed etiam quod Gr. ἅλις non aliter ac Lat. satis construi soleat cum sequenti Genitivo. Exempla vide apud H. Stephan. Th. 1. col. 324. 325. E. S.]

᾿Αλισγέω. Origo quoque est ἄλω, unde ἀλίω, cujus futurum ἀλίσω, volvendi notione, peperit ἀλίσγω, et productius ἀλισγέω, quod in usu apud interpretes Alexandrinos Vet. Test. maxime notat volvendo, versandove inquinare sordibus, vel pulvere. [Respondet adeoque rectissime, apud seniores illos, verbum nostrum ἀλισγεῖν Hebraico גאל, quod eandem volvendi, volvendoque inquinandi habet potestatem. E. S.]

᾿Αλίσκω reducitur ad originem sic: ἄλω, ἀλίω, ἀλίσω &c. Est proprie incipio versare sive volvere: unde capiendi notionem accepit. Usus ejus latissime patet: ut docent Lexica. [Originem ab ἄλω vel ἅλωμι propius demonstrat aoristus secundus, sive Imperfectum vetus ἑάλων, ἥλων, et Participium ἁλούς. E. S.]

῞Αλισμα nomen plantæ est, formatum ab ἁλίζω similive forma; cujus origo verbum ἄλω, sæpe memoratum. De ratione significationis videantur Botanici. [Conf. Dioscor. l. 3. c. 169. et Plinius, l. 25. c. 10.]

᾿Αλιτέω. Proxime oritur hoc a nomine obsoleto ἀλίτης, quod non differt nisi sono ab ἀλήτης erro, vagus; cujus stirps verbum, jam supra positum, ἀλάω est. Ab ἀλήτης autem verbum descendit ἀλητεύω vagor. Simili ratione, à nostro ἀλίτης, verbum ἀλιτέω idem quoque notat vagor, erro: unde, in usu, significationem obtinuit peccandi, scelus admittendi, violandi, offendendi, et similia.

᾿Αλίω Volvo, voluto: quæ fere propria verbi hujus notio est. Oritur enim etiam ab ἄλω, ut formæ plures similes, quas partim jam vidimus, ἀλάω, ἀλέω, ἰλέω, ἰλίω, εἰλίω, ὀλίω &c. [A Græcorum hocce ἀλίω, sive ἁλίω, esse Lat. salio quis neget? Nempe volvendi notio translata est ad levissimos motus jactationesque pedum: neque de eo dubitare sinit alterum ἅλλομαι, nostro verbo cognatum, et ex eodem fonte ἄλω deductum. Ab eodem hoc ἀλίω est, adjectivum ἄλιος pp. vagans, divagans, et a scopo aberrans. Vide omnino Il. Δ. 498. Ε. 18. Λ. 376. 380. Κ. 324. Ν. 410. 505. Ξ. 455. Π. 615. &c. Porro metonymice idem hoc ἅλιος est irritus, frustraneus, tanquam vagus et à scopo aberrans, Il. Δ. 26. 158. Ε. 715. Σ. 324. Ω. 92. 224.

quod, ne suspiceris, a nobis fictum esse, en acumen poetæ Odyss. Δ, 349. 384. &c. γέρων ἅλιος ΝΗΜΕΡΤΗΣ, "senex marinus non aberrans" ubi Homerus, cavens malum omen in voce ἅλιος marinus (ut Il. Σ. 141. et Ω. 83. ab ἅλς, Dat. ἁλὶ pp. sal, sali) addit νημερτὴς, id est ἅλιος marinus, qui tamen non sit alio sensu ἅλιος, sive vagus, aberrans &c. Ex quibus simul jam constare poterit, Lat. alius (quod ceteroquin ἄλλος est Græcis, fere ut salio est ἅλλομαι) à Græco nostro ἅλιος nequaquam esse diversum. Est enim Latinis quoque alius pp. vagans, divagans, et dein diversus. Quæ causa est, cur Lat. alius construatur cum sequenti præpositione a vel ab. Vide omnino Virgil. Bucol. 1. 65. Horat. Ep. 1. 16. 20. Cicer. ad Div. 11. 2. &c. Patet denique hinc, cur longe alius idem notet ac longe diversus, et alias res agere sit diversas, et a scopo præsenti alienas res agere. E. S.]

Ἀλκὴ robur. Si analogice retrogrediamur, patebit esse nomen derivatum ab ἄλω, et quidem a Præter. perfecto Act. ἦλκα, quod a futuro ἄλσω, verbi ἄλω. Vidimus autem, verbi ἄλω, inter alias significationes, esse eam solidandi, quemadmodum apparet ex dictis ad verba ἀλδέω, et ἄλθω: ubi etiam observatum, a memorata notione fluxisse illam sanandi. Utraque etiam conspicua est in nostro ἀλκὴ, quod modo remedium notat, et, translatione denuo inde facta, auxilium; modo refertur ad vires et robur, quæ significatio proxime abest à notione soliditatis. [A robore etiam vocatur Aloe canis apud Ovid. Metam. lib. 3. vs. 217. Nescio tamen an simpliciter ab ἄλω volvo, devolvo, &c. ἀλκὴ pp. sit devolutio, amolitio: ut in illo Hesiodi, κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή. Unde dein ad vim amolientem, roburque invictum commode fieri potuit transitus. E. S.]

Ἀλκιβιάδιος. Est pp. derivatum ab Ἀλκιβίας, quod idem atque ἀλκίβιος, et id quidem proprie notat remedium vitæ: unde sic eximie, a medicis, vocatur quoddam Anchysæ genus. Idem quoque ἀλκιβιάδιος dicitur. Nomen autem habet a viribus, quibus ea valet. Vox composita est ex βίος, et ἀλκὶ, Dativo nominis ἀλξ, quod idem atque ἀλκὴ, ut Lexica docent. [Ἀλκὶ superest Il. Ε. 299. Ν. 471. Ρ. 61. &c.]

Ἀλλὰ Sed. Ut multa sunt vocabula, quæ vim habent Adverbiorum, sic hoc proprie est neutrum plurale, ortum a nomine ἄλλος: unde naturam accepit conjunctionis adversativæ, sed, aut, verum. Reliquæ notiones, quæ porro huic voci subjiciuntur, ad eam quoque, quæ est vocis ἄλλος, ut propriam, referendæ sunt. [Vide omnino de hac particula Clar. Hogevenium, in opere eruditissimo, quod inscribitur Doctrina Particularum L. Gr. cap. 1.]

Ἀλλᾶς est genus farciminis: botulum Latini vocant. Stirps autem obscurior. Forte contracta vox est, et originem habet a verbo ἀλλάσσω. Eo enim ut inclinet animus efficit nota circumflexi, quæ sæpe contractionis indicium est. [Ἀλλᾶς Gen ἀλλάντος uti πᾶς, παντὸς, quod cel. auctor ex πάας (pro πάανς) factum statuit. Ergo ut πάας est ab obsol. πάαμι, et quidem pp. participium, formæ ἱστὰς, ἱστάντος, sic nostrum ἀλλᾶς oportebit esse pro ἀλλάας, ex ἀλλάανς, verbi ἀλλάαμι: ut stirps sit ἄλω volvo, unde ἄλλω, ἀλλάω, sive ἄλλαμι &c. Ἀλλᾶς autem pp. volvens se, vel volutum in gyrum, ut solent esse farcimina rotunda, et convoluta. Ad hoc etymon fortasse respexit Aristoph. in Equit. vs. 1245. ubi, quum Agoracritus dixisset, ἠλλαντοπώλουν, Cleon respondet κυλίνδετ' εἴσω volvite intro istunc infelicem. E. S.]

Ἀλλάσσω. Ab ἄλλος verbum est ἀλλάω, cujus Futurum ἀλλάσω, unde ἀλλάσσω, et ἀλλάττω, significans pp. alium facio, adeoque muto, permuto: quæ notio reliquas propagavit, quæ, in Medio ἀλλάσσομαι, a Lexicographis notantur. [Ἀλλάσσω pp. est volvo, convolvo &c. Unde quod in Hebraico est Ps. 102. 27. כלבוש תחליפם ויחלפו vestimenti instar convolves, sive conglomerabis eos cœlos, et conglomerabuntur, id ab auctore Epist. ad Heb. c. 1. 12. Græcam versionem secuto, redditur καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις (alii Codd. ἀλλάξεις) αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Conf. Schult. in Comm. ad Prov. Sal. p. 507. 509. E. S.]

Ἅλλομαι. Ab ἄλω volvo, verso, inter alia oritur ἀλέω, unde proxime Lat. salio. Porro ab ἄλω descendit nomen ἀλτὸς, quod vel volutum, vel coacervatum, vel auctum, significare potest. Posterior notio cernitur in Lat. voce altus: prior in verbo Latino, inde formato, salto. Ab ἄλω, verbum ἄλλω, vel ἅλλω, Medium habet ἅλλομαι, quasi Latine dicas verso me, versor huc illuc motu volutorio, quod proxime a notione saltandi abest. [Conf. dicta superius in ἀλάομαι, ἀλέα, ἀλέω &c. Formam Activam ἅλλω· τὸ πηδῶ, sæpe commemorat Etymologus, uti col. 5. 40. 456. 34. 486. 56. &c. E. S.]

Ἄλλος alius. Obscurior quidem primo adspectu ratio translationis, et stirps hujus nominis, videri potest. Puto tamen, esse a verbo ἄλλω, vel ἄλω volvo: unde alibi jam vidimus errandi, et aberrandi notionem ortam esse. Vide supra in Ἀλάομαι. Inde ἄλλος pp. is dicitur, qui quasi aberrat, et alienatur; atque sic alius. A qua notione reliquæ, huic voci subjectæ, repetendæ sunt. [Redi iterum ad ἀλέω, p. 83. Ceterum hic loci observari meretur, hoc ipsum ἄλλος Græcis nonnunquam idem esse ac τὸ diversus Latinorum, unde τ' ἄλλα eximie dicuntur diversa a vero, rationi non consentanea. Vide Euripid. in Thes. H. Steph. T. I. col. 343. E. S.]

Ἀλοάω Trituro. Est ab ἅλοος, quod contractum in ἅλως [cum spiritu aspero] significans aream, in qua trituratur frumentum: ut suo loco videbimus. A notione triturandi, nostro verbo adsignata, translatæ sunt aliæ comminuendi, contundendi, pulsandi &c. [Etymol. Ἀλοᾶν· τύπτειν, βάλλειν, καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἅλω σῖτον. Ceterum ἀλοᾶν, (ut Lat. commolere) sensu obscœno etiam adhibetur ab Aristoph. in Ranis vs. 149. observante cl. Toupio, Emend. in Suid. P. 2. p. 102. E. S.]

Ἀλόη Aloë. Herbæ genus: stirps autem dubia.

Ἅλς idem est quasi ἀλὸς, ortum a verbo ἄλω, quod sæpe vidimus, inter alia, significare solido, coacervo, coagmento. Inde eximie sal dicitur ἅλς, a natura ad coagulandum proclivi. A notione salis porro translatum nomen est, ad denotandum mare, ob salsedinem aquæ. Porro, quemadmodum sales a Latinis, sic a Græcis ἅλες dicitur sermonis lepos. Idem nomen ἅλς, vel ἅλες, translatum ad eos, qui communi quasi sale utuntur, poni quoque solet ratione convictus, atque sic tandem generatim, nonnunquam ponitur de sodalitatis necessitudine. [Nescio tamen, an ἅλς, ἀλὸς Latine sal, (spiritu aspero resoluto in s) potius ducendum sit a notione exsiliendi, subsultandi. Nihil enim magis obvium, quam sal, igni impositum, exsilire, et cum crepitu quodam displodi. Conf. etiam supra in ἀλέω et ἅλλομαι. E. S.]

Ἄλσος Lucus. Propria notio et stirps petenda ex iis, quæ dicta sunt de verbis, ab ἄλω derivatis, ἀλδέω et ἄλθω. Ἄλσος, nempe, inde ortum, notionem accepit a conferta arborum, læte virentium, copia, et densitate: estque proprie silva, arboribus densa, et opaca. Quam autem, antiquis temporibus, hujusmodi silvas fraudibus suis in primis accommodatas viderent gentilium sacerdotes, atque propterea ritibus religiosis sæpe dedicarentur, deoque alicui consecrarentur, factum est, ut ἄλσος speciatim fuerit sumtum a Græcis pro silva, alicui deo consecrata, seu luco. [Ἄλσος, locus natura irriguus, et densis arboribus consitus. Origo vocis ab antiquo ἄλω, (unde Latini habent suum alo) ἄλδω, ἄλσω, ἀλδάω, ἀλδαίνω, ἀλδέω, et ἀλδήσκω apud Theocrit. Idyll. 17. 78. augeo, irrorando enutrio, et ἄλσις, i. q. αὔξησις, incrementum. Hæc pleraque sunt in Homero, et explicantur ab Hesychio. Usus jussit, de lucis proprie poni, deorum honori consecratis. Sic jam apud Homerum occurrit Il. Β. 506. ubi Onchestus, Bœotiæ urbs, vocatur ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἌΛΣΟΣ. Recte vetus commentator: πᾶς τόπος σύνδενδρος, ὕδωρ ἔχων, καὶ θεοῖς ἀφιερωμένος, ἄλσος καλεῖται. Vide Strabon. p. 632. ibidemque Casaubonum. &c. T. H.]

Ἀλύη. Sic vocari solet lignum, cui infigitur stiva. Est fortasse ab ἀλύω vagor, erro, de quo mox. Sic autem dici videtur, quasi pars aratri errans, quod, stiva demum infixa, regi potest et solet aratrum.

Ἀλύω est ex quinque verbis cognatis, quorum pleraque jam vidimus aliquoties, ἀλάω, ἀλέω, ἀλίω, ἀλόω, ἀλύω: quæ stirpem communem habent ἄλω; de quo jam abunde dictum supra. Ut reliqua inde orta verba, inter alia notat huc illuc vagor, erro: sic quoque ἀλύω: unde speciatim verbum hoc translatum ad animum, in primis poni solet de eo, qui errabunda mente vagatur. Unde quoque is ἀλύειν dicitur, qui, mente oberrans, exitum non invenit malorum; qui animo languet, præ consilii inopia et mœrore. Præterea is, qui de tranquillo mentis statu, velut dejectus, nec amplius sui compos, sive gaudio, sive alia commotione, huc illuc agitatur, et quasi oberrat. Unde repetenda notio exsultandi præ gaudio, nec non insaniendi, huic verbo quoque adsignata. Tandem, qui otiosus veluti oberrat mente, atque adeo otiosus est, is quoque ἀλύειν dicitur. [Ab ἀλύω etiam descendit vox dubia ἀλύται, de qua ita vir maximus. Ἀλύται, vox Elæa, vel Peloponnessiaca: cujus origo non satis explorata est. Nam, quæ scribit T. Faber Agonist. lib. 1. 18. aliena sunt, et parum apta. Ῥαβδοφόρον, μαστιγοφόρον, exponit Etymologus. Ῥαβδούχους certe Olympicos hosce lictores vocat Thucydides, lib. 5. 50. Virgis etiam, quas adversus peccantes et protervos expedirent, instructi Hellanodicis apparebant, totamque panegyrin pervagabantur; ut tumultus et rixas, in tanta hominum multitudine, coërcerent. Idcirco nomen esse tractum arbitror a verbo ἀλύειν circumire, oberrare, quasi circuitores, vel περιπόλους dicas. Ἀλύειν vero, perinde atque ἀλᾶν, ἀλᾶσθαι, a primitivo barytono ἄλειν descendit. His qui præerat, ἀλυτάρχης dicebatur, perhonorifica dignitas, et Hellanodicis proxima. Meminit Lucianus in Hermot. p. 572. &c. T. H.]

Ἄλφα, prima litera Alphabeti Græci, originem habet ex oriente. Quod tamen huic voci ἄλφα, in Lexico, adjicitur, tanquam derivatum ejus, verbum ἄλφω, invenio, cum suis derivatis, minime inde repetendum putem. Verius pertinet ad originem ἄλω, quod (quemadmodum aliæ formæ ἀλδέω, at ἄλθω) sic quoque significare potuit augeo, accumulo, vel simile: quæ significatio majori jure, ut opinor, adsignari potest verbo derivato ἄλφω, quam quæ in Lexicis adjicitur, notio inveniendi, quæ æque falsa est atque origo. [Respicere auctor videtur ad loca Homeri Il. Φ. 79. Od. Ο. 452. Ρ. 250. Υ. 383. quibus notio augendi, accumulandi, multo melius sedeat, quam illa inveniendi. Quodsi tamen nobiscum reputemus, Grammaticos et Lexicographos veteres, miro quodam consensu, nostrum verbum ἄλφω, cum cognatis ἀλφάω, ἀλφαίω, ἀλφάνω, ἀλφέω &c. exposuisse per εὑρίσκειν invenire, notio illa inveniendi non omni carere auctoritate videri queat. Quidni ergo potius statuemus, ἄλφειν in origine pp. idem esse quod ἀλύειν (ut pro ἀλύω litera υ in consonam mutata, dixerint ἄλϝω, ἄλφω) pp. ultro citroque vagari, quærere hic illic, adeoque etiam deprehendere, invenire? Favent loca veterum apud Suidam, in ἀλφάνει, favent et alia quædam indicia: uti v. gr. comparatio vocis ἄλφιτον farina, ab ἀλφίω molo, pp. in gyrum verto, converto, ductæ: sed in primis etymon hoc suadet cognatum verbum ἀλίσκω, de quo supra p. 83. E. S.]

Ἄλφιτον. Nisi sit originis peregrinæ, quod tamen vix putem, nomen ἄλφι (unde hoc nostrum ἄλφιτον) videri potest descendere a verbo ἄλφω, quod, ut ἀλδέω et ἄλθω, vel ἀλδήσκω, significare potuit nutriendo augere, vel nutrire: unde itaque ἄλφι, vel ἄλφιτον nutrimentum, sive, (ut in Lexicis redditur) victus, ad vitam necessarius, est, et speciatim farina hordeacea. [Origo traditur a Grammaticis haud inepta, ἀπὸ τοῦ ἄλφειν, sive ἀλφίειν, quod idem olim atque εὑρίσκειν invenire: quia primum alimentorum repertum, paratumque, crudas fruges comedere dedocuit. Poterant etiam satis concinne ducere ab ἄλφειν, quod notat ὠφελεῖν, prodesse, monente Etymologo col. 72. quippe farina, hominibus utilissima, valde prodest. Verum probabilius nomen hoc a colore petetur. Ἄλφος enim, vetustis Græcis, est λευκὸς, unde Lat. albus. Etenim epitheton vulgare est λευκὰ ἄλφιτα. Conf. Aristophanes, in Pluto vs. 807. Erethriam vocat λευκ' ἄλφιτον Sopater apud Athenæum l. 4. p. 160. quoniam αἱ ἐξ Ἐρετρίας μᾶζαι erant laudatissimæ &c. T. H.] Quid proprie notaverit vox nostra, doceat Etymologus, in voce, col. 73. Ἄλφιτον, sive ἄλφιτα κυρίως τὰ ἀπὸ τῶν πεφρυγμένων κριθῶν ἈΛΕΣΘΕΙΣΩ͂Ν θραύσματα, "farina hordeacea (vel ex hordeo excusso) commolita." Quod ipsum nobis indicare videtur, verum etymon esse ἀλφίειν, h. e. in gyrum volvere, atque ita molere, commolere: ut ἄλφιτον pp. sit commolitum, et λευκὰ ἄλφιτα adeoque alba commolita. Conf. supra in voce ἄλφα. Ceterum ἄλφος, albus, pp. etiam videtur esse commolitus, unde facillima translatione, (quia farina commolita album colorem præbet) Græci ἄλφος, pro λευκῷ, dixerint. E. S.]

Ἀλφὸς, albæ vitiliginis genus. Est et hoc forte a verbo ἄλφω ductum. [Conf. in voce ἄλφιτον.]

[Ἄλω. Ipsa hæc stirps est, unde multæ verborum formæ, supra jam passim commemoratæ, propagantur. Originem, in ἀλέω, clare indicavit Etymol. col. 71. 7. Ἀλῶ· τὸ συστρέφω. Etiam, cum spiritu aspero, elatum ἅλω sive ἅλωμι, quod tempora obliqua præbuit, in verbo cognato ἁλίσκω. Ceterum vide in ἀλέα, aliisque supra positis. Media forma ἄλεται, i. q. ἅλλεται, exstat Il. Λ. 192. 207. Unde et ἆλτο, pro ἥλετο Il. Λ. 211. &c. E. S.]

Ἀλώπηξ Vulpes. Vox videtur composita ex α et λώπηξ, et hoc quasi a verbo λωπήσσω, quod a nomine λῶπος, significante corticem, et, translate magis, vestimentum. Λῶπος autem, idem quod λόπος, ortum est a λέπω, Lat. decortico, quod etiam λεπίζω significat: a qua forma proprie λωπήσσω vix, nisi pronuntiatione, differt. A λωπήσσω jam nomen λώπηξ, et ἀλώπηξ, eum significare potest, qui callide cibum decorticare novit, quod vulpi accommodatum. Quidquid est, a vulpe denuo translatum nomen est ad hominem astutum. [Firmare videtur hanc etymologiam, quod vulpes etiam κερδὼ Græcis dicatur, a κέρδω, quod a κείρω, pp. tondeo, detondeo. E. S.]

Ἅλως. Est pro ἅλοος, quod ab ἀλόω: et notat vel aliquid in orbem quasi rediens, a notione volvendi, vel planitiem, in qua huc illuc libere vagari possis. Prior notio transiisse videtur ad circulum siderum, vel, qui est circa solem et lunam, vel qui in oculo cernitur, vel etiam circumferentiam clypei. Posterior notio eam peperit, qua ἅλως dicitur area, et speciatim, in qua teritur, et trituratur frumentum. Latius autem sumta vox, quamcumque planitiem notat: unde quoque campus frumentarius, sata, et similia nomen habent ἀλωά.

Ἅμα Latine simul, simul atque. Vox haud dubie a Græca stirpe profecta: ut non potuerit non oriri ab antiquo ἄμω, quod sedem è Græca, unde profectum est, in Latinam linguam transtulit; ubi notissimum verbum amo. Quantum autem, probabili conjectura, assequi licet, verbum ἄμω propriam notionem, et primam, habuit trahendo, attrahendo, similive ratione admoveo, adduco, adjungo: ut ex multis derivatis, suis locis commemorandis, clarius apparebit. Ex ista notione adjungendi, facile ea nasci potuit, qua ἅμα, adverbialiter positum, iis rebus adjicitur, quæ pariter, una, seu eodem tempore, fieri quasi significentur. Adhibetur quoque eandem ob causam, ad celeritatem duarum actionum, subito, et eodem veluti temporis momento, semet subsequentium. Ut in illo ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. Est autem proprie ἅμα adjectivum plurale, neutrum, ab ἅμος unus: de quo suo loco. Ἅμα itaque ex omni parte respondet fere Latino una. [Stirps ἄμω dedit formam productiorem ἀμάω, ἀμῶ, quod pro-

proprie esse Lat. amo, (ex amao contractum, et dein correptum) persuadere videntur reliquæ formæ amas amabam, amavi &c. Verissime autem conjecisse Lennepium, verbum hoc pp. esse attrahendo adducere, admovere, patet ex glossa Hesychiana, ἀμᾶσθαι· ἐφέλκεσθαι. Est igitur Latinum amare pp. idem, quod ἀσπάζεσθαι. Quo sensu Plautus posuit, in Pœn. Act. 2. Sine, amem, h. e. patere, ut complectar amicam meam, ne obturba. Ceterum ab ἅμω est ἅμος obsoletum, servatum tamen in Latino hamus, et fœm. ἅμα pp. comprehensio, adductio: cujus dativus sive ablativus antiquis scribebatur ἅμαι, dein ἅμα. Quod ipsum ἅμα pp. comprehensione, sive complexu, est nostrum ἅμα brevius enunciatum. Pari ratione παρὰ dixerunt Græci, pro παραὶ, (quod contractum in πραὶ dedit Lat. præ) κατὰ, pro καταὶ &c. Ceterum vox hama, (quæ etiam, leni cum spiritu, ama scribitur) à Paullo et Ulpiano JCtis, Plinio item et Juvenale, servata est. Vide Gesner. in Thes. L. L. et viros doct. ibi laudatos. E. S.]

[Ἄμαθος, ου, Arena, pulvis. Vide, hac de voce, laudatos viros doctos ab Albert. in not. ad Hesych. T. 1. c. 257, ubi differentia ejusdem à ψάμαθος, ex Grammaticis, notata. Stirps videtur esse ἄμω, unde, ἀμάω, ἀμάθω &c. ut ἄμαθος pp. sit pulvis tenuior, facillime adhærescens corporibus. Ejusdem originis est ἄμμος, quod vide suo loco. E. S.]

Ἀμαιμάκετος. ex antiqua dialecto Ionica repetenda vox est. Nempe ἀμαμάχετος primo produxit ἀμαιμάχετος, quemadmodum καταβάτης, καταιβάτης, et similia. Porro κ, pro χ, est: ut in Ionico δέκομαι, pro δέχομαι, et similibus. Patet ergo jam, vocem esse conflatam ex ἅμα, et μάχετος, quod posterius à μάχομαι pugno, de quo suo loco. Ἀμαιμάχετος ergo proprie, vi sua, is est, qui quasi prœlium arcessat, qui se præliis usque adjungat, qui animo in prælium prono sit, qui omnia pugnando rapiat, et ita inexpugnabilis sit, et quæ sunt hujus generis notiones aliæ. Mihi quidem simplicior videtur derivatio Etymologi, col. 67. Ἀμαιμάκετον· Ὅμηρος (Odyss. Ξ. 311.) Ἱστὸν ἀμαιμάκετον. Παρὰ τὸ μῆκος, μάκετος. διπλασιασμῷ, μαμάκετος, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ι, μετὰ τοῦ α, ἀμαιμάκετος, ὁ μακρὸς, καὶ ὑπερφυής. Conf. loca Il. Ζ. 179. Π. 329. Hesiod. Asp. vs. 207. E. S.

Ἀμάλθεια. Vox composita ex ἅμος, vel ἅμα, de quo dictum modo est, et nomine ἄλθεια, quod à verbo supra memorato ἄλθω repetendum est. Vidimus autem, ἄλθειν, vicinum verbi ἀλδέω et ἀλδήσκω, pp. significare potuisse valde augeo. Est ergo ἀμάλθεια, quasi dicas, una pariter vel simul, eodem tempore, nutriendo augens, adeoque nutriens, alens. Atque hinc factum, ut nomen adsignatum fuerit capræ, quæ, inter signa cœlestia, Jovem infantem lactasse fertur. Cujus κέρας propterea in consuetudinem proverbii hujus venit, Ἀμαλθείας κέρας αἰγός. Latini cornu copiæ vocare solent.

Ἄμαλλα Manipulus repetendum arbitror ab obsoleto ἀμάλλω, quod ab ἀμάω, quo de postea suo loco. A colligendi notione, quæ verbo ἀμάω adsignata est, nostrum ἄμαλλα eximie notat manipulum vel fasciculum manipulorum.

Ἀμαλὸς Mollis, tener. Aiunt vulgo, esse pro ἀπαλὸς, nec diffiteor, aliquando literas labiales, μ et π, inter se commutari. Docent tamen quam clarissime quædam notiones, quæ derivatis hujus vocis subjectæ sunt, ut illa corrumpendi, perdendi, similesque, falsam esse istam opinionem: quum repugnent istæ notiones vocis ἀπαλὸς naturæ. Est sine dubio nostrum ἀμαλὸς idem quod μαλὸς, α præfixo, ut sæpe fieri am vidimus. De voce autem μαλὸς suo loco dicetur. Verbo suffecerit observasse, ortum illud esse ab antiquo μάλω, cui vicinum μόλω, superstes in lingua Latina, quod, ut produxit verbum mollio, sic Græcum μάλω, ejusdem notionis verbum, μαλάσσω peperit. Inde jam μαλὸς, et ἀμαλὸς, idem valet quod mollis, et porro, molliendo quasi imbecillis, debilis, factus. Inde igitur natæ significationes, quæ in derivatis cernuntur, abolendi, corrumpendi, perdendi, similesve.

Ἀμάμυξ [sive ἀμάμυξις, vel ἀμάμαξυς vitis, aut] uvæ quoddam genus. Stirps autem dubia.

Ἀμανίται. Sic fungi quidam dicuntur. Et hujus stirps dubia.

Ἅμαξα [vel ἄμαξα] Plaustrum. Videtur vox copulata esse ex ἅμα, et ἄξα, quod ab ἄγω duco, vel veho: de quo dictum supra. Ἅμαξα itaque, natura sua, videtur significare currum, vel plaustrum, quo cuncta simul vehantur: quod in notionem vocis apte quadrat. Tales nempe ἅμαξαι olim Scythis fuere, qui inde ἁμαξόβιοι. [Ab ἄμω, sive ἄμω, ἀμάω, ἀμάσω, fieri potuit ἀμάσσω, vel ἀμάζω: unde in Perfecto ἤμαξα &c. Inde forte ductum nostrum ἄμαξα, vel ἅμαξα. Notio currus à conjungendo, vel compingendo repeti commode potest, ut in רֶכֶב currus, à רָכַב coagmentavit, ex variis partibus conjunxit plaustrum. Ejusdem indolis est ἅρμα, ἅρματος. E. S.]

Ἀμάρα. Nisi repetendum sit ab ἀμάω, colligo, fateor me stirpem ignorare. Potuit autem inde sic dici sulcus, in quem aqua colligitur, et per quem ducitur ad terram irrigandam: vel etiam cloaca, meatus subterraneus. [Vide Iliad. Φ. 259. ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων, ubi ab Apollonio et Eustathio exponitur ὑδρορρόη. Videri possit esse vox orientalis: est enim אָמַר Hebr. (Arab. amara) pp. fluxit. Sed malim cum cel. Lennepio e Græco fonte repetere, et conferre cum Belgico nostro *trekfloot*, i. e. quæ aquam veluti trahat, attrahat, uti ἀμάω pp. est traho, attraho. Favet etiam verbum ἀμαρεῖν apud Hesychium ἀκολουθεῖν et ἀμάραν, ibidem αὔλακα. Vide etiam A. Schultens. infra in voce Ἁμαρτάνω. E. S.]

Ἀμάρακος [sive ἀμάρακον] Herbæ genus est, quod haud scio, an a verbo μαραίνω nomen acceperit. [Virgilio mollis amaracus dicitur; unde videri queat, efferri potuisse ἀμάρακον, pro ἀμάλακον. Sed hæc sunt valde incerta. E. S.]

Ἁμαρτάνω oritur à simpliciori ἁμάρτω, cujus varia tempora supersunt, quæ verbo ἁμαρτάνω adsignantur. Ἁμάρτω autem, nisi me omnia fallunt, repetendum est ab antiquo μάρω, quod inter alia produxit verbum μάρπτω, Lat. capio, prehendo; ut alibi dicetur. Præfixo jam ἀ privativo, quod vocant, ἁμάρτω est non prehendo, non capio; adeoque aberro, veluti à scopo, à meta, à via: unde postea varie transfertur, quemadmodum fere Lat. erro, et modo de errore mentis ponitur, modo de eo, quo quis a scopo legis et justitiæ aberrat, quando idem notat quod peccare, peccatum admittere. [" Nescio quo consensu, concentuque, conspiratum à doctis, indoctisque, juxta, ἁμαρτάνειν istud, et ἁμαρτεῖν, ducta esse ex a privativo, et μάρπτειν capere, prehendere, corripere. Speciosum, sed parum solidum. Repugnat analogia: nam et ἁμαρεῖν apud Hesychium est ἁμαρτάνειν, πείθεσθαι, ἀκολουθεῖν. Suspicor, sed tantum suspicio est, originem sitam in lubrico motu, lapsu, fluxu; quem exserit ἀμάρη, quæ est ὑδρορρόη, apud eundem; cum aliis, quibus non immorabor. Inde ἁμάρτειν· ἁμαρτεῖν· ἁμαρτάνειν, lubrico motu labi, fluere: quod est partim à scopo aberrare, partim peccare, atque excidere officio; lapsare, ἀτυχεῖν, ὀλισθεῖν." A Schultens. Comment. ad Prov. Salom. c. 21. 4. p. 248. Magni Schultensii conjecturam (præter spiritus asperi hoc in verbo usum perpetuum) magno opere firmare videtur compositum ἀφαμαρτάνειν, quod apud Homerum similiter est aberrare a scopo Il. Θ. 119. 302. Λ. 350. Ν. 160. &c. Repugnaret enim vehementer linguarum analogiæ, constructionisque sanioris rationibus, si statueremus, verbum ἁμάρτειν (secundum plerosque, compositum ex ἀ privativo et μάρπτειν) denuo componi cum ἀπὸ ab: esset quippe ἁμάρτειν hoc pacto pp. non ferire, et ἀφαμαρτάνειν pp. non ferire ab, quod est nihili: quum contra compositionis ratio planissima sit, si cum Schultensio dicamus, ἁμαρτάνειν pp. esse lubrico motu excidere, dein vero ἀφαμαρτάνειν significare lubrico motu excidere à scopo. E. S.]

Ἀμαρύσσω splendeo, fulgeo. Etsi origo non valde aperta est, eadem tamen esse videtur, quæ verbi μαρμαίρω splendeo. Hoc autem reduplicatione factum est à verbo μαίρω, et hoc à μάρω, diverso ab altero μάρω, cujus modo memini. Μάρω autem à μάω, et hoc tandem, præfixa litera μ (ut non raro fit) ab ἄω repetendum videtur; cujus notionem propriam alibi jam vidimus. Idem tamen translatum ad ardorem, splendorem, similiave, discimus ex proximo ejus derivato ἄρω, de quo suo loco. Verbum itaque ἀμαρύσσω ab ἄω sic profectum: Ἄω, ἄρω, μαρύω, μαρύσω, μαρύσσω, ἀμαρύσσω. [Salva summi præceptoris mei reverentia, hic aliquantum dissentire mihi liceat. Verbum μαρμαίρω, cum ἀμαρύσσω nostro collatum, facit quidem, ut ipse quoque pro certo habeam, stirpem esse μάρω: sed μάρω repetendum esse ab ἄρω, id vero haud videtur verisimile. Primitivum verbum μάω, cum cognatis μέω, μόω aliisque, Lennepio observante, pp. est moveo huc illuc. Jam autem, quid magis in promtu est, quam à motu tremulo ortam esse notionem splendoris rutilantis, quæ in μαρύσσω, μάρμαρος, μαρμαρύζω &c. abunde nota. Etiam motus tremuli notio, in verbo cognato μαρίειν, clarissime cernitur apud Hesychium, ubi Μαρίειν exponitur πυρέττειν, ὀχλεῖσθαι febricitare, turbari. E. S.]

[Ἁμὰς, ἁδος. Navicula. Fortasse a trahendo, ducendo, quæ notio propria est in ἄμω, ἀμάω. Belgice sic dicunt *een trekschuit*. E. S.]

Ἀμαυρὸς non aliam, quam modo memoratum ἀμαρύσσω, stirpem videtur habere; verbum nempe ἄω et inde ortum αὔω. Unde nomen αὖρος, cujus fœm. aura, in lingua Latina aliquando obscuriorem splendorem notat. Ipsum neutrum αὖρον, à splendore, in Latina lingua ad denotandum metallum pretiosissimum transiit. Ab isto jam αὖρος ortum μαῦρος, quemadmodum Græci pro ὄσχος pronuntiarunt μόσχος. Μαῦρος jam, quasi dicas, obscure splendens, producere potuit ἀμαυρὸς, id est non splendens, adeoque obscurus: quæ propria potestas censenda est; unde reliquæ notiones sponte provenerunt. [Conf. supra in ἀμαρύσσω. Μαύρειν videtur pp. idem esse quod μαίρειν splendere, radiare. Unde de oculi vitio acceptum, quod suffusionem Latini dicunt: de quo plura vide in Adnotatt. ad Gen. 4. p. 71. 72. Inde notio obscuritatis in μαυρεῖν apud Hesiod. Ἔργ. vs. 325. aliisque locis a Cl. Albert, laud. ad Hesych. v. μαῦρον, item in ἀμαυροῦν, cum α intensivo. Compone Foëf. in Œcon. p. 23. E. S.]

Ἀμάω est a supra jam memorato ἄμω. Inde autem proprie maxime ἀμάω significat colligo, quasi dicas attrahendo, adducendo in unum acervum accumulo. Ex generali hac notione porro idem valet ac Lat. meto, demeto, atque inde porro abscindo. [Nempe ἀμᾶν est metere; pecul. falce manuali, ut manipulum, manu comprehensum, seces. Vide omnino Hesiod. Ἔργ. vs. 480. collata descriptione Homeri, Il. Λ. 67-69. Favent huic expositioni interpretationes verbi ἀμᾶν apud Eustath. Etym. &c. ὑφ' ἓν πολλὰ ἕλκειν, ἅμα σπᾶν: apparetque adeo, Latinum amare pp. esse ἀσπάζεσθαι. Conf. supra in Ἅμα E. S.]

Ἄμβη. Qui contulerit vocem ἅμα, ejusque propriam significandi vim, quam supra exposui, præterea voces ἀμφὶ circa, ἀμφὶς utrimque, ἄμφω ambo, de quibus postea agendum, ac tandem Latinum am, in multis compositis superstes, non dubitabit, quin ad eandem, ad quam illæ voces, stirpem hæc nostra quoque pertineat: atque ita, natura sua, eximie significet partem petræ imminentem, et instar supercilii eam ambientem. [Plura de hac voce dabit Foës. in Œcon. Hipp. p. 24. Ab ἄμω est ἀμβω &c. pp. traho, attraho, adjungo, conjungo, hinc ἄμβος, η, ον conjunctus: Unde in Duali numero Doribus ἄμβω Lat. ambo, quod ceteri Græci dixerunt ἄμφω pp. duo simul conjuncti: vide infra suo loco. Ergo ἄμβη pp. fuerit adducta pars petræ &c. E. S.]

Ἄμβιξ Olla, cadus. Nescio, an et hoc ad eandem, quam præcedens nomen, originem pertineat: ut sit, quasi, qui ambiat, amplectatur res conditas, vel in se injectas. [Nempe a verbo ἀμβίω, (Latinis servato in ambio) præter. perf. est ἤμβικα, pro ἐάμβικα: hinc vero ἄμβικος, unde apud Etymol. c. 80. 18. Ἄμβικον, χύτραν, κάδον, nisi legendum sit ἄμβικα, uti est apud Hesychium. Ex ἄμβικος potuit formari ἄμβιξ, aut ἄμβιξ erit ab ἤμβιξαι. E. S.]

Ἀμβλὺς est ex ἀ et antiquo βλὺς, quod a βλύω vel βλῦμι: unde superest βλύζω, largiter scaturio, vel etiam effundo, scaturire facio. Est autem βλύω, vel βλύζω, unum ex iis verbis, quæ ὀνοματοπεποιημένα vocantur, factum, nempe, a sono fontis scaturientis. Inde ἀβλὺς et, inserta μ, ἀμβλὺς, duplici modo olim sumtum videtur: vel pro eo, qui scaturiginem non habet, qui non scaturit, vel qui valde scaturit, sive qui male, et nimia copia scaturit. Inde porro nomen, in consuetudine loquendi, ad varias res translatum fuit. Ponitur, nempe, ἀμβλὺς, modo de oculis obtusis, vel cœcutientibus quorum nempe acies instar scaturiginis non projicitur, vel de ferro hebete, quod, quasi, acumine suo eminendo non scaturiat. Porro ad cursum transfertur, diciturque ἀμβλὺς, qui remissus ad cursum est, nec acer veluti in cursum effunditur. A posteriore, quam dixi, notione propria, porro ἀμβλὺς, in derivatis multis, significationem habet male quasi scaturiendo emittere. Verbum enim ἀμβλῶσαι, ἀμβλίσκειν et similia eximie inde, ab Atticis scriptoribus, ponuntur pro abortum facere, et habentur tanquam propria mulieris abortientis. [Si contuleris voces ἀμβολὴ, rejectio, agger, ex ἀναβολὴ haud dubie contractam, et ἀμβολάδην, in loco Homer. Il. Φ. 361-364. certissime positam pro ἀναβολάδην, maxime verosimile fiet, verbum ἀμβλύω esse contractum ex ἀναβλύω: sive jam placeat, verbum βλύειν esse primigenium, idque a sono fontis scaturientis dictum, sive idem verbum contractum esse censeas ex βαλύειν, a stirpe βάλω, unde βάλλω jacio &c. Apparebit igitur, verbum ἀμβλύειν, ex ἀναβλύειν, pp. esse projicere, *opgeven*, *opwerpen*, atque ita ejicere, *uitwerpen*: unde facillima notio abortus. Hesychius in voce ἀμβλύσκει pp. dici ait de vite. Porro, a notione hac projiciendi, (Belgice *opwerpen*) est significatio tumoris, et hinc hebetudinis, delassationis &c. in nostro ἀμβλύς. E. S.]

[Ἄμβων Umbo clypei, pp. acclivitas, sive rotunditas, adducendo, sive attrahendo rem, facta. Stirps ἄμω, unde ἄμβω &c. Vide supra in ἀμάω, et adi H. Stephani Thes. in Append. c. 377. 378. E. S.]

Ἀμείβω. Est procul dubio ab ἄμω, unde primum fluxisse verbum ἀμάω, vidimus suo loco. Et vicina sunt ἀμέω, ἀμείω, ἀμεύω, de quo inferius, et nostrum ἀμείβω, quod ab ea notione, quæ cernitur in ἅμα, pp. duabus rebus competit, quæ certa quadam ratione junctæ, inter se vicissim quasi fiant: atque hinc verbo nostro attribuuntur commutandi, alternandi, prætereundi, et inde transeundi, porro invicem fulciendi, per successionem excipiendi, remunerandi, par pari referendi, respondendi, similesque notiones.

Ἀμέλγω Mulgeo. Dubium non est, quin ita fuerit pronunciatum pro μέλγω, quod a simpliciori voce μέλω: quod idem proprie esse ac μέλω, suo loco videbimus. Convenit quoque Latinum mollio, a quo forma proprie tantum differt Latinum mulceo. Μέλγω itaque et ἀμέλγω eximie significant proprie ubera valde tractando et molliendo lac educere vel exprimere, neque alia ratio est verbi Latini mulgeo. [Ceterum dubitari nequit, quin ejusdem quoque originis sit Belgicum *melken*. E. S.]

Ἀμέργω, Latine exsugo, vel potius exprimo, etsi primam stirpem communem habet cum verbo ἀμέλγω, simplicissimum nempe μέω, ut suo loco dicendum, malim tamen nostrum ἀμέργω proxime repetere à verbo μέργω, præfixo α. Superstes autem μέργω est in lingua Latina,

et proprie maxime valet premo, deprimo: hoc autem a simpliciori verbo μέρω est, cujus, nisi me omnia fallunt, stirps prima μέω, significans proprie premendo moveo, inde usu factum est, ut Græci μέργειν et ἀμέργειν dixerint eximie pro oleas exprimere.

Ἀμεύω, Muto, permuto. Vidimus jam hoc ad verbum ἀμείβω. Quemadmodum autem ἀμείβω accepit notionem transeundi, sic quoque nostrum ἀμεύω, cui ista notio peculiaris adhæsit.

[Ἄμη Falx. Ab ἄμω pp. traho, attraho. Vide supra in Ἄμα. E. S.]

Ἄμης, Latine placentæ genus lacteæ. Videtur repetendum ab ἄμω. Forte nomen accepit a natura sua compacta.

Ἀμία, Latine piscis genus. Etsi stirps videtur esse sæpe memoratum ἄμω, ejus tamen rationem rerum naturalium studiosis explicandam relinquo.

Ἄμιλλα. Non melius, ut opinor, vis vocis exprimi poterit, quam Latino contentio: est enim quasi ab ἀμίλλω, et hoc ab ἀμίλω, quod, intercedente ἀμίω, stirpem habet ἄμω, unde, ut supra vidimus, ἅμα. Jam autem, quod jam aliquoties dixi, ἄμω proprie significare simul attrahendo admoveo, quid aliud est, quam quod proprie Latino contendo exprimitur. Transfertur autem nostrum ἄμιλλα cum derivatis suis, modo ad certamen, quod corpore instituitur, modo ad certamen, quod animi viribus perficitur, modo ad designandam æmulationem vel studium, similiave.

Ἀμὶς, Latine matula. Fortasse et hoc stirpem habet ἄμω, ut similis quædam hujus nominis translatio sit, quæ vocis ἄμβιξ, de qua supra.

Ἄμμι est nomen seminis cujusdam: de quo videantur Botanici.

Ἄμμιον, Latine minium. De hoc videant rerum naturalium studiosi.

Ἄμνιον videtur esse diminutivum ab ἀμνὶς, et hoc idem quod ἀμνός. Proprie autem ἀμνὸς significasse videtur eum, qui amplectatur et comprehendat, ut mox clarius apparebit, atque hinc forte factum, ut ἄμνιον eximie a Medicis Græcis fuerit sumtum pro membrana, fœtui in utero materno proxima, et ipsum totum complectente.

Ἀμνὸς, Latine agnus. Qui similia nomina, ut sunt κρημνὸς, ὕμνος, aliaque, contulerit, non dubitabit, quin ejusdem formæ sit hoc nostrum, ut adeo non potuerit non esse contractum pro ἄμενος, ut κρημνὸς pro κρήμενος, ὕμνος pro ὕμενος. Est autem ἄμενος, ut reliqua hujus generis, proprie participium, quod non potuit oriri, nisi ab ἄμω. Ἄμενος itaque et ἀμνὸς is proprie dicitur, sensu Medio, qui complectitur et amplectitur, vel sensu Passivo, quem amplectitur alius, sive qui amatur, quod tenerrimo agno non incongruum nomen.

Ἀμόρα, Latine similago cocta cum melle. Stirps obscura.

Ἀμορβός. In hac voce explicanda aut fallor, aut valde errant Grammatici. Putem esse pro ἄμορος: nam β, non tantum ab initio, jungitur multis vocabulis, sed in medio etiam non raro interponitur, quemadmodum in Homerico ἤμβροτες, pro ἤμροτες, quod est idem ac ἥμαρτες e verbo ἀμάρτω. Similiter Θάβακος à Græcis pronuntiatur pro θάακος, quod contractum etiam θᾶκος à Græcis dicitur. Jam autem ἄμορος, priore significatione, qua valet obscurus vel tenebricosus, convenire videtur cum ἀμαυρὸς, et ἀμαρύσσω, de quibus supra: ut adeo repetendum sit à verbo antiquo ὄρω, cujus significatio, quæ hic spectanda est, clare cernitur in nomine ὄρθρος, diluculum, atque hac significatione conveniunt ὄρω et ἄρω, verba natura sua quoque vicina. De ἄρω autem, quantum quidem huc spectat, dictum jam ad ἀμαρύσσω. Quod ad alteram notionem, quæ huic nomini subjicitur, attinet, ἀμορβὸς quidem etiam est pro ἄμορος, sed hoc compositum ex ἅμος vel ἅμα, Latine una, simul, et ὀρὸς, quod ab eodem verbo ὄρω, sed diversissima significatione, oritur: nempe ὄρω, Latine concito, moveo, produxit derivatum ὄρος, quod in multis compositis superest, et notionem habet gradiendi citato gressu. Est itaque ἄμορος, et inde ortum ἀμορβὸς, qui una vel simul citato gressu fertur, atque hinc in usu sic dicitur comes, assecla.

Ἀμὸς proprie est quasi in unum adductus, à verbo ἄμω, atque hinc eximie sic dicitur unus, aliquis. Hujus fœm. proprie est supra commemoratum ἅμα.

Ἄμπελος, Latine vitis. Videtur composita vox ex particula ἀμ pro ἅμα et nomine πέλος à verbo πέλω, Latine verso, unde πέλομαι versor vel sum, de quo suo loco. Eximie autem vitis sic dici videtur ab amplectendo variis flexibus arbores.

Ἄμπρον [funis, quo boves onera trahunt, helcium. H.] Sine dubio ortum est ex ἀμ, pro ἅμα, quod modo vidimus, et nomine obsoleto πρὸν, quod proprie neutrum, ab usitato masculino πρὼν, quocum convenit Ionicum πρηὼν, eximie notans jugum montis prominens. Stirpem autem eandem habet, quam præpositio πρὸ, contractum nempe verbum πρῶ ex πέρω, de quo suo loco. Ἄμπρον, vi originis, itaque significat utrimque prominens, atque hinc in usu eximie sic dicitur vel jugum vel funis per juga tentus, ad quem jugatis bobus magna onera curribus imposita trahantur.

Ἄμπυξ. Est etiam hoc ab ἀμ et nomine πὺξ, quod oritur à πύκω, significante denso, condenso. Hinc ἄμπυξ significatione non multum abest à nomine ἀναδέσμη: et quidem eximie sic dicitur ornamentum, quo fluxi mulierum crines constringuntur, teguntur que.

Ἀμυγδαλέα, Latine amygdalus, proprie fœm. est à masc. ἀμυγδαλέος, quod forma convenit cum nominibus ἀργαλέος, θαρσαλέος et similibus, quæ redundantiam aliquam significant earum rerum, quæ primitivo exprimuntur. Ut autem ἀργαλέος oritur ab ἀργὸς, θαρσαλέος à θάρσος, sic ἀμυγδαλέος non potuit non oriri ab obsoleto ἀμύγδος, quod sine dubio repetendum à verbo ἀμύσσω, vel vicina forma ἀμύγω, de qua infra. Significat autem, ut postea videbimus, ἀμύσσω scarificando in partes secare, et inde in superficie vellicare: unde ἀμυχὴ vellicationem notat in superficie. Apparet itaque, ἀμυγδαλέα proprie dici, quæ quasi multas habeat ἀμυχὰς, id est vellicationes in superficie: id quod cernimus in cortice hujus arboris, qui instar cutis carptæ et unguibus vellicatæ est.

Ἀμυδρὸς, Obscurus. Stirpem eandem habet, quam vox μύδρος. Est nempe inde ortum nostrum, præfixo tantum α. Μύδρος autem (de quo suo loco plura) proxime oritur à verbo μυδάω, proprie significante madere incipio, vel madeo. Inde jam μύδρος proprie significat, id quod incipiat madere, quod liquescat, à qua significatione, acceptâ substantivi natura, transiit vox, ad notandam eximie massam metallicam candefactam et liquescere incipientem. Ab adjectivo autem μύδρος, ejusque propria notione, nostrum ἀμυδρὸς ortum, proprie quidem notat valde liquescentem: inde autem in usu translate id omne dicitur ἀμυδρὸν, cujus vestigia evanescunt, quodque quasi liquescendo formam suam pristinam amittit; adeoque, quod obscurum est, nec dignosci facile potest.

Ἀμύσσω. Verba vicina sunt μύω et μύω, quibus inter alia subjecta notio fuit, quasi secando minuendi, comminuendi, ut alibi dicetur. Inde orta nomina μύρος et μισθός. Utrumque, natura sua, valet comminutum, quæ virtus conspicua in verbo Homerico, quod ab altero oritur, μιστύλλω, notante in minutas partes seco: porro ab altero μύστος est μυστίλη, significans eximie frustum panis abscissum et resectum, quo, in cœna Hecatæ, jus sorbere olim pauperes solebant. Non valde dissimili ratione verbum nostrum ἀμύσσω translatum ad partes, quæ scarificando, radendo, similive ratione, comminuuntur: atque ita nostrum ἀμύσσω, præfixo α verbo μύσσω, originem ducere potuit à memorato μύω, et modo significat scarificare, modo radere unguibus, modo vellicare, dilaniare, vel similia; modo, ad animum translatum, valet excruciare animum suum, vel simile.

Ἀμφὶ circa. De usu hujus præpositionis videantur Lexica: nos tantum causas indagabimus. Est autem vicina vocis ἀμφὶς, quæ adverbialiter solet poni, pro utrimque; nec dubium est, quin utraque ab ἅμα sit repetenda; et propria quidem notio petenda sit in voce utrimque, ut ita ab amplectendo dicantur, de qua notione dictum jam supra. Terminatio autem φὶ, cujus naturæ sit, ex pronomine superstite σφὲ apparet. Est enim hoc pro φὲ, et fuerunt in antiqua lingua Græca φὲ, φὰ, φὶ, φὶν et similia, quæ omnia supersunt, et, variis de causis, quas hic inquirendi locus non est, variis vocibus adjiciuntur, ut in μέσφα, ὄχεσφι, ὄχεσφιν, et similibus. Est ergo ἀμφὶ, quasi compositum ex ἅμαφι, vel ἅμαφις; unde usu factum, ut ἀμφὶ præpositionis naturam acceperit, et proprie maxime significaverit circa; ex qua notione reliquæ facile repetuntur: ἀμφὶς vero eam adverbii tenuerit, notantis proprie utrimque. [Liceat hic nobis nonnihil dissentire. Ἀμφὶ, pro quo et ἀμφὲ videntur dixisse, (ut navi et nave) unde ἀμφήκης pro ἀμφιάκης, &c. pp. est Dativus singularis, per ellipsin præpositionis ἐν adverbialiter positus: ut ἀμφὶ pp. sit pro ἐν ἀμφὶ, in circuitu, ut ἀντὶ, pro ἐν ἀντί. Conf. Iliad. Β. 333. Δ. 328. Ε. 194. Ζ. 117. E. S.]

Ἀμφισβητέω, Latine, controversor, compositum est ex ἀμφὶ vel ἀμφὶς, et βητέω, quod à βάω nitor: unde usitatissimum βαίνω. A βάω primum oritur βάτος, unde βατέω, et Ionice pronunciatum βητέω, significans vi originis nitor, tendo, contendo; ἀμφισβητέω, vi naturæ suæ, valet niti in utramque partem: unde in usu est, controversor, discepto, ambigo, contendo, et porro contendendo vindico.

Ἄμφω, Latine, ambo. Similis hujus, quam præpositionis ἀμφὶ, ratio. Est enim φω terminatio dualis, quemadmodum λόγω &c. Pertinet autem ad obsoletum φὸς, quod non differt à φὶς, φὲ, φὰ, φὶν, nisi forma et casu, μὸς, μὲ, σὸς, σέ. [Rectius fortasse dixeris, ab ἄμω esse ἄμβω, pp. attraho, adjungo &c. Hinc ἄμβος et ἄμφος, pp. junctus, et Dual. ἄμβω, pp. juncti. Conf. supra in ἄμβη, et Theocr. 13. 38. E. S.] Vidimus autem ἅμα in primis respicere duo, quæ uno et eodem quasi tempore simul fiunt, atque hinc intelligitur, cur ἄμφω eximie ponatur de duobus, quæ pariter et eodem quasi tempore sunt vel fiunt: quum δύω simpliciter ratione numeri dicatur. Quæ, Græcorum ἄμφω et δύω, differentia eadem observatur in Latinorum ambo et duo, apud accuratiores scriptores.

Ἄμωμον, Lat. amomum. Quemadmodum res, sic nomen fortasse ex Oriente.

Ἄν. Sine dubio oritur à verbo ἄνω, quod superest eo sensu, quo ἀνύω, inde derivatum, poni solet. Proprie autem ἄνω videtur sumtum fuisse de motu, quo versus superiora nitaris, vel verseris in superiore parte, vel superficie quasi, atque hinc perficiendi notionem, quæ verbo ἀνύω subjicitur, profectam esse, alibi dicemus. Hinc jam ἂν, quasi ab ἀνὰ vel obsoleto ἀνὸς, vim accepit particulæ expletivæ et potentialis, de cujus latissimo usu consulenda Lexica, et inprimis Devarius de particulis Linguæ Græcæ, [et Hogevenius p. 87. seqq.]

Ἀνά. Proprie ab ἄνω (ut sit quasi neutrum plurale, proxime derivati, ab hoc verbo, ἀνὸς) notionem accepit à nitendo versus superiora, vel versando in superficie; atque hinc proprie respondet Latino supra, quod nihil aliud est, nisi neutrum plurale, contractum à masculino superus. Mirum itaque non est, ἀνὰ sæpe poni pro super. Ex ea autem notione vicina fluxit, qua notat per, quemadmodum ἀνὰ ὄρη per montes, cujus locutionis vim accuratius nos exprimimus *over de bergen*. Porro ἀνὰ cum valet, ita ut intelligatur id, quo aliquid perficias, quæ notio perficiendi cernitur in ἀνύω. Præterea valet ad, versus, cujus notionis ratio ab eo repetenda, quod in linguis frequenter altitudinis idea cum illa temporis antecedentis commutatur. Sic promiscue tempora antecedentia, et tempora superiora vel altiora commutantur. Similiter οἱ ἄνω ἄνθρωποι, ad verbum homines superi, sunt homines antecedentium temporum. Hac ratione itaque ἀνὰ, respectu temporis, primum significavit ante, retro: quæ significatio conspicua est in multis compositis. Dein à tempore, ut sæpe fieri solet, transiit ad locum; ubi rursus hominum antiquissimorum simplicitas consideranda, quum ex ista notione nostra demum fluxerit. Qui, nempe, ante aliquem quasi stat, ei oppositus est, et quasi adversus; atque ita ἀνὰ transiisse videtur ad notandum quoque adversus.

Ἀναγαλλὶς herbæ nomen est, de quo videant Botanici. Forte ortum ab ἀγάλλω, de quo dictum supra.

Ἀνάγκη, Latine necessitas, haud dubie oritur ab ἄγκω, de quo supra variis locis. Vidimus autem, ἄγκειν proprie esse constringendo cogere, vel simile, inde ἄαγκος et ἄναγκος, cujus fœm. ἀνάγκη proprie valet id, quo constringimur et cogimur, necessitatem adeo sive fatalem, sive generatim quamvis aliam. Inde nomen transfertur ad tormenta et quæstiones, quibus aliquis cogitur ad confitendum id, quod non vult; porro in derivatis idem ad necessitudinis vinculum sæpe transfertur.

Ἀνάγυρις est fruticis nomen, de quo videant botanici. Repetendum forte est ab ἀγύρω, de quo supra dictum.

Ἀναίνομαι. Recte repetunt quidam verbum hoc à nomine αἶνος, et α privativo, ut sit quasi οὐκ αἴνομαι, sive abnuo, respuo, quasi dicas nutu vel obscure significo, me nolle. Vide quæ dicta sunt ad vocem αἰνός.

Ἄναξ oritur à verbo ἄνω, de quo jam dictum supra ad ἂν et ἀνά. Oritur autem proxime ab hoc verbo obsoleta forma ἄνας, cujus vestigia reperias in vocativo ἄνα rex. Est autem proprie ἄνας, qui in summitate est, qui superior aliis est. Inde verbum ἀνάσσω ei convenit, qui superior est, adeoque, qui imperat aliis, qui regnat. Ab hujus verbi secunda præteriti perfecti Pass. ἤναξαι tandem est nostrum ἄναξ, in usu significans regem, dominum.

Ἀναρίτης, Latine animal ex cochlearum genere. Ortum videri potest à verbo ἀρίω vel ἄρω, de quo videant rerum Naturalium investigatores.

[Ἀνδάνω placeo. Ex ἅδω, vel ἄδω, et dein per η, ἥδω. Ab ἄδω est ἄνδω, ἀνδάω, ἀνδάνω. De origine significationis vide supra in ἅζω. E. S.]

Ἄνδηρον forte est pro ἄδηρον, quod à masculino ἄδηρος, et hoc ab ἄδος quasi, de quo dictum supra ad verbum ἄδω, et vocem ἄδην. Τὸ ἄνδηρον itaque, substantive positum, proprie notat quasi copiam congestam vel aggestam, unde inter alia significare potuit aggeres fluviorum, ut Grammatici interpretantur.

Ἀνέδην haud dubie ortum est ab obsoleto ἄνεμι, cujus loco alia forma invaluit ἀνίημι, ut adeo compositum sit ab ἀνὰ et verbo ἕω, ἕμι Latine mitto. Additur autem in ἀνέδην particula δην, quam jam vidimus supra in voce ἄδην. Inde adverbialiter positum notat: remisse, effuse, largiter, promiscue, aperte.

Ἄνεμος, Latine, ventus. Repetunt quidam ab ἄω, spiro, flo. Re tamen diligentius considerata, ortum mihi videtur ab obsoleta forma ἀνέω, atque adeo ab ἄνω: qua stirpe posita, ἄνεμος is est, qui quasi versus superiora tendit, quod mirifice confirmatur iis, quæ de vocis hujus propria notione tradit Aristoteles, quum dicit: "ex vapore sursum tendente oriri ἄνεμον."

Ἄνευ. Vidimus supra, à verbo ἄνω oriri ἀνὰ, quasi intercedente nomine ἀνός. Huic autem vicinum est ἄνις, quod superest et eodem sensu positum, quo ἄνευ. Ab ἄνις vix nisi forma differt ἄνευς, cujus neutrum ἄνευ adverbialiter positum, quemadmodum, ab ἐῢς vel εὐς, particula εὖ. Ex his patet, ἄνευ proprie significare supra vel sursum: ex quo vocabulo Latino clare apparet, quemadmodum ἄνευ inde significare potuerit sine: est enim sursum nihil aliud quam contractum ex seorsum, ubi privationis (cujus notio in Latino sine) sunt clara vestigia.

Ἀνεψιός. Existimaverim compositum esse, ex ἀνὰ et verbo ἕπομαι, Latine sequor, comitor, ut proprie ἀνεψιὸς

sit ὁ ἄνωθεν ἑπόμενος, sive qui desuper, quasi, à latere comitatur, et sequitur: atque hinc aptum nomen, ad significandum consobrinum, amitinum, patruelem, fratris vel sororis filium.

Ἄνηθον, Latine anethum, genus herbæ est: de quo videant Botanici.

Ἀνὴρ, Vir. Propria notio quærenda est in eo, quod maritum valet, ut aliquando etiam Latinum vir. Derivatur enim proxime ab ἄνω, ut sit ἀνὴρ, qui superior vel supra est, unde, respectu uxoris sic eximie dictus Maritus videtur. Latius porro sumtum varias notiones habet, ut Latinum vir. [Conf. A. Schultens. Comm. in Job. 1. 1.]

Ἀνθέρικος dicitur Asphodeli fructus, vel potius, caulis. Videtur autem oriri ab ἄνθος flos; ut sit derivatum ab ἀνθηρὸς, Latine, floridus.

Ἄνθος, Latine, flos. Origo est ἄνω, unde descendit ἄνθω. Vidimus autem, ἄνω proprie valere versus altiora niti, vel versari in summitate. Inde ἄνθος proprie dici potest, qui est in summitate, vel superficie, et substantive alicujus rei pars summa: unde eximie sic dictus videtur flos, à qua notione varie deinde transfertur, ut Lat. flos.

Ἄνθραξ carbo, est quasi ab ἀνθεράσσω, quod ab ἀνθεράω, et hoc ab ἄνθερον, similive forma, cujus vestigia supersunt in nomine, inde orto, ἀνθέρυσκα, vel, ut verius dici putem, ἀνθέρισκα, Latine, flores. Est autem ἄνθερον contractum neutrum à masculino ἄνθερος, floridus, quod ab ἄνθος, de quo modo dictum. Quum itaque ἄνθερον significatione non differat ab ἄνθος: nomen nostrum ἄνθραξ eum proprie indicat, qui valde floret, vel flore lucido quasi conspicuus est. Fuit itaque aptum nomen, quo notaretur carbo valde ignitus, vel colore viridissimo et quasi florido illustris.

Ἀνθρήνη crabro. Vidimus jam vocis ἄνθερον, de flore positæ, vestigia. Inde deductum adjectivum ἀνθερῆνος de eo poni potuit, qui versatur in floribus, vel florum quasi incola est. Hinc fœmininum ἀνθερήνη eximie fuit adscriptum generi animalculorum, quæ circa flores versari solent, pabuli quærendi causa; crabronibus nempe.

Ἄνθρωπος, homo. De hujus vocis origine multa veteres et recentiores. Sed, quicquid commentati fuerunt, à linguæ natura plane alienum est. Vocem diligentius intuenti visum mihi fuit, componi eam ex supra memorato ἄνθερον, et nomine ὠπὸς, quod ab ὢψ, adspectus, facies, orto ab ὄπτομαι video, de quo suo loco. Sic itaque ἄνθρωπος communem linguæ Græcæ analogiam sequitur, et compositum est, ut alia similia quamplurima, quemadmodum ἀγριωπὸς, ἀῤῥενωπὸς, ὑδρωπὸς, ἀστερωπὸς, καλωπὸς, κοιλωπὸς, μελανωπός. Quæ omnia si cum nostro ἄνθρωπος componuntur, facile apparet, proprie ἄνθρωπον [floridum adspectu] eum dici, cujus facies, quasi, ἄνθει, sive decore suo insignis est. Sic enim sæpe ἄνθος metaphorice sumitur; quod sive de barba intelligere velis, sive de formæ præstantia præ belluis, aptissimum certe homini nomen fuit. [Veteres ab ἄνω θρῶν, ἤγουν βλέπων, solus enim homo, qui sursum spectet. Vide Etymol. col. 109. 16. ubi plura, et confer notissimum illud Ovidii, Pronaque quum spectent animantia &c. Verum, quia hæc derivatio analogiæ legibus, à cel. Lennepio prolatis, vehementer repugnare videbatur, aliam longe commodiorem indagavit præceptor noster eruditissimus. Dubito tamen, an et ipse verum etymon perviderit. Non dicam, accentum differre, quum alia ista nomina ἀγριωπὸς, ἀῤῥενωπὸς &c. accentum gravem, in ultima, habeant, nostrum vero ἄνθρωπος sit acutum in antepenultima: sed ipsa hæc derivatio hominem non satis à bestiis videbatur distinguere. —— Ergo conjiciamus potius, veteres illos recte quidem statuisse, quantum ad sensum; male vero, quantum ad compositionem: et ἄνθρωπον dictum quasi ἀνθέρωπον, h. e. superiora videntem. Nimirum ἄνθος et ipsum est contractum ex ἄνοθος, à verbo ἀνόθω, quod ab ἀνόω, è stirpe ἄνω. Ἄνοθος igitur pp. est quasi superiora tenens, sive superior; unde eximie sic dictus flos. Sed ab ἄνθος, ἄνθερος, superior, accedente terminatione ὀπὸς sive ωπὸς, è verbo ὄπτω video, specto, ἄνθρωπος quoque videtur significare potuisse superiora spectantem. Adscribamus verba Lactantii, in Divinar. Instit. Epitome, cap. 25. p. 15. Idcirco enim ἄνθρωπος, quia sursum spectat, nominatur, sursum autem spectat, qui Deum verum et vivum, qui est in cœlo, suspicit, qui artificem, qui parentem animæ suæ, non modo sensu ac mente, verum etiam vultu et oculis sublimibus quærit" &c. E. S.]

Ἀνία mœror, tristitia, nisi oritur à maso. ἄνιος et hoc repetendum est ab ἄνω; ut ἀνία proprie sit, qua quis curis suspensus teneatur: mihi quidem stirps obscura est.

Ἄνισον, Anisum, seminis genus. De origine videant Botanici.

Ἀνόπαια [vel ἀνοπαῖα, Anopæa, avis quædam.] De hac voce tot discrepantes sunt sententiæ, ut, quod statuas, vix habeas. Accedit, quod ipsa vox valde suspecta est, qua de re hic agendi locus non est.

Ἀντί. Proprie casus tertius est nominis antiqui ἂς, cujus casus obliqui supersunt ἀντὶ et ἄντα, quorum hoc adverbialiter, illud pro præpositione, invaluit. Vidimus supra, in voce ἀνὰ, quemadmodum à notione altitudinis ἀνὰ transierit ad illam temporis antecedentis, et inde ad locum, aliaque, quæ sunt ante. Inde jam facile apparet, quemadmodum præpositio ἀντὶ, à verbo ἄνω orta, notionem acceperit, quæ est præpositionis Latinæ pro: à qua demum significatione varie transfertur, ut Latinum pro; atque modo notat æqualitatem, modo aliter, modo comparationem et oppositionem veluti; unde porro fluxit notio adversus, contra, quæ in primis cernitur in ἄντα et multis derivatis. Est autem memoratum ἂς quasi ex ἀνὸς, et hoc ab ἄνω. Conf. dicta ad vocem ἀνά. [Ἀντὶ, per ellipsin, dictum videtur pro ἐν ἀντὶ, unde in usu adhuc ἔναντι. Etiam ἀντὸ (unde Lat. ante) dixerunt. Hinc ἀντήρης, quasi ἀντείρης &c. E. S.]

Ἄντλος, non dubito, quin sit compositum ex ἀνὰ et antiquo τλὸς, ut nempe τλὸς ab antiqua forma τλῆμι sit; à quo verbo ortum quoque, præfixo ε, ὄτλος ærumna, quod reperitur in Lexicis, sub themate ταλάω, quocum eandem originem habet, verbum nempe τάλω, unde ταλόω, et contracte τλόω, vel τλῆμι; de quo suo loco. Significat itaque τλῆμι idem quod ταλάω, Latine suffero, perfero. Ἄντλος igitur est qui usque perfert vel suffert, vel sustentat onus impositum, quæ notio etiam valde conspicua est in verbo composito ἀντλάω vel ἀνατλάω: tum etiam in verbo ἀντλέω, metaphorice posito. Ab hac notione generali vocis ἄντλος nata ea est, qua speciatim sic dicitur Sentina, quæ undique confluentes sordes et eluviem sustentat quasi, et perfert, quæ eadem fere ratio est, ob quam mare aliquando ἄντλος dicatur. [Rectius fortasse dixeris, ἄντλον pp. notasse, sensu passivo, qui sursum tollitur, atque adeo effertur, sive exhauritur, unde, per ellipsin vocis substantivæ, notaverit aquam impuram, sordesque, in imam navigii partem undique confluentes, et inde exhauriendas. Conf. Odyss. M. 411. O. 478. Instrumentum, sive machina, ejusmodi eluviem attollens, ejiciensque, ἀντλία antlia vocabatur. E. S.]

Ἄντρον antrum. Considerata terminationis natura, patebit, vocem derivatam esse, ut omnia nomina in τρον cadentia, à tertia Præter. perfecti Passivi, adeoque ab ἦνται, quod, retrocedendo per varia tempora, non potest non oriri à verbo ἄνω. Potuit itaque ἄντρον significare instrumentum quo, vel locum in quo aliquid perficias et transigas, similiter ut θέατρον locus est, in quo spectacula eduntur. Vidimus enim jam alibi, verbum ἄνω, inter alia, significare ad summum perducere vel perficere. Ἄντρον ergo generatim locus est, ubi aliquis transigat res. Jam autem notum est, antra, ut ferarum, sic hominum olim habitacula fuisse, ubi nempe degebant et res suas omnes transigebant quasi, et perficiebant. [Secundum hanc derivationem ἄντρον pp. esset instrumentum perficiendi, quod tamen nonnihil ab antri notione videtur abhorrere. Quid si dicamus, ἄντρον esse instrumentum abscondendi, quasi absconditorium et hinc *eene verbergplaats?* Hesychius: Ἀνθρεῖ· κρύπτει. Unde jam repetiit hanc vocem Isaacus Vossius. E. S.]

Ἄντυξ ambitus, circumferentia. Proprie videtur dictum pro ἀνάτυξ, et id compositum ex ἀνὰ et τὺξ, quod non multum differt à τύκος vel τύκτος, oriturque à τύκω, cujus loco in usu est forma verbi vicina τεύχω, fabricor, exstruo, facio. Hinc ἄντυξ, vi præpositionis ἀνὰ, significasse primum videtur in summitate vel superiore parte vel supra factum, exstructumve, unde speciatim modo cœli ambitus, modo superior circumferentia currus, modo planum convexum clypei, modo simile quid ἄντυξ dicitur. [Conf. Hemst. ad Lucian. Dial. deor. p. 279.]

Ἀνύω. Productior forma est verbi ἄνω, quod ipsum superest, et, præpostero ordine, in Lexicis ad thema ἀνύω refertur. Vidimus jam sæpius, ἄνω notare niti versus superiora, et inde, perducere ad summum: unde, sponte sua, notæ notiones perficiendi, expediendi, conferendi, implendi, consumendi, destruendi, consequendi, festinandi, &c. in quibus omnibus semper spectari debet summum, ad quod actio, istis verbis expressa, perduci potest.

Ἄνω supra, sursum, etsi adverbialiter ponitur, proprie tamen neutrum Plurale est, quemadmodum μείζω, pro μείζονα à singulari μείζων &c. Simili modo ἄνω est ob obsoleto singulari ἄνων, quasi dicas Latine superus. Ἄνω itaque est supera, et contracte supra. Originem habet sæpe memoratum verbum ἄνω: ponitur tam de loco, quam tempore; quam in rem vide jam supra notata, ad vocem ἀνά.

Ἀνώγω instigo, suadeo. Vidimus, verbum ἀνύω notionem habere perficiendi, festinandi et similes. Huic vicina forma est ἀνόω, cujus Fut. ἀνώσω: inde verbum ἀνώσσω, à quo forma tantum differt et pronunciatione ἀνώγω, significans quasi valde festinare facio, adeoque hortor, instigo, et similia.

Ἀξίνη ascia, securis. Stirps paullo incertior videtur. Dubito tamen, an sit ἄξινος, cujus fœmin. ἀξίνη est, ab obsoleto ξίνος, præfixo α, quod à ξίω repetendum. Est autem ξίω ejusdem naturæ, quæ est verborum ξέω, ξάω, ξύω, et vestigia reliquit in voce ξίφος. Significat rado, scalpo, et est factum à sono, qui editur scalpendo aliquid. Hinc jam ἀξίνη dici potest, quæ valde radit vel scalpit, atque inde eximie dolabra, ascia. [Ut vox Latina Securis fluxit, sic Græc. ἀξίνη à Futuro ἄξω verbi ἄγω, præter cetera significantis seco, frango. L. C. V.]

Ἄξιος est ab ἄγω. Inde proxime ἆξος, quasi dicas Actus, vel ductus; unde ἄξιος qui agi vel duci potest, et eximie quidem, qui duci potest lancibus et æstimari. Ut adeo proprie sit æstimabilis, atque inde idem valeat, quod dignus, atque hinc in usu æque aliquando de rebus vilibus ac pretiosis ponitur, et, ut verba æstimandi, genitivo jungitur.

Ἄξων est à verbo ἄξω, vel ἄγω, duco, veho, de quo supra. Inde Latinum axis valet Græcum ἄξων, quasi dicas, proprie, qui multa vehit, vel valde agit; unde sic eximie axis rotæ, et inde quoque axis cœli dicitur.

Ἀολλὴς Confertus. Vidimus supra, variis in locis, verba ἄλω, ὄλω, similiaque, notionem in primis propriam habere volvendo versandove congerendi, condensandi, augendi, similiumque. Inde ὄλλω, unde usitatum ὄλλυμι, (de quo suo loco) præfixo α nomen produxit ἀολλής; ut adeo ἀολλέες proprie dicantur quasi in unum convoluti, conglobati, conferti, densi: quæ propria vocis potestas in usu est. [Vide Iliad. E. 498. M. 78. &c.]

Ἄορ sive ἆορ ensis. Dubia valde et obscura stirps est. Videri tamen potest orta vox ab ὄρω vel, præfixo α, ἀόρω, Latine emitto, excito: unde transfertur aliquando ad caulem, qui post florem emittitur. Ἄορ itaque dici potuit, quasi caulis, et inde forte ad significandum ensem transferri. [Etymologus repetit ab ἀείρω attollo, cui verbo quum vicinum sit censendum alterum ἀόρω, eadem significatione præditum, vox ἄορ dici sane potuit ab attollendo. Sed malim ducere ab ἄω, verbo simplici et primigenio, quod ab Eustathio p. 80. 1. et. 727. 56. etiam exponitur λάμπω fulgeo: ut ensis à fulgore dictus sit ἄορ. Conf. Hebraicum חרשה, 2 Sam. 21. 16. et, quæ notavimus ad eum locum, in Specim. Obss. ad V. T. p. 33. 34. E. S.]

Ἀορτὴ aorta. Dubium non est, quin sit ab antiquo masculino ἀορτὸς, et hoc à verbo ἀόρω, quod non differt potestate à simpliciori forma ὄρω, excito, concito in unum, unde quoque ἑορτὴ, Latine festum, proprie valet multitudinem in unum concitatam et congregatam, de quo suo loco. Potest autem ἀορτὴ active et passive significare; et quidem active valet qui excitatam vel concitatam copiam recipit et quasi cogit in unum: unde vasi aptum nomen, in quo res plures conduntur. In primis autem quadrat in arteriam magnam, quæ sanguinem excitatum ex corde partim recipit, partim veluti excitat, et ad reliquas corporis partes defert; quæ causa est, cur Medici Græci istam arteriam eximie ἀορτὴν vocarint.

Ἀορτήρ. Eandem stirpem habet, quam præcedens nomen ἀορτὴ, sed, vi terminationis, non nisi active significat, vel eum qui quid excitat vel excitatum recipit et continet, atque inde eximie sic dicitur lorum, vel quodvis aliud, quo continetur vel appenditur ensis, vel pera, vel simile.

Ἁπαλός. Diligentius consideranti non ab ἅπτω, ut volunt, sed à πάλω, originem suam ducere visa hæc vox fuit. Πάλω nempe (ut suo loco dicetur) notat varie premendo, flectendo, concutiendo movere. Unde superstes nomen πάλος (quod ad stirpem πάλλω vulgo referri solet) in usu agitationem notat, inde ἀπαλὸς et, mutato spiritu, ἁπαλὸς, proprie valet valde agitatum premendo, flectendo, similibusve modis, atque inde agitando mollitum, subactum, tenerum factum; quæ ratio, cur ἁπαλὸς rebus mollibus et teneris tribui solet. Qui autem ab ἅπτω repetunt, à simplicitate naturæ aberrare videntur.

Ἅπαξ. Est ejusdem originis, cujus nomen ἅπας, quod à πᾶς omnis, de quo suo loco. Terminatio autem αξ adverbialis est, vim habens collectivam, vel significans aliquid fieri uno veluti impetu. Hinc ἅπαξ proprie notat omnino, in universum; atque inde porro semel, quasi dicas simul, uno impetu. [Reperitur etiam εἰς ἅπαξ semel duntaxat, unde videri queat, hanc plenam esse locutionem, adeoque, uti ὀλίγον, pro εἰς ὀλίγον, dicitur, ita ἅπαξ dici pro εἰς ἅπαξ. E. S.]

Ἀπαργία herbæ nomen est, ut etiam, quod sequitur.

Ἀπαρίνη. De utroque videant Botanici.

Ἀπατάω fallo, seduco, decipio &c. Speciosum videri potest, quod multi repetunt verbum hoc à πάτος via calcata, vel trita pedibus, ut ita ἀπατάω valeret propriè, quasi, à via abduco, seduco, et ita decipio. Verius tamen puto, repeti posse ab ἀπάω, quod idem, ac Latinum antiquum apio, unde ortum aptus, proprie nihil aliud notans quam nexus, ligatus, implicatus. Est autem hoc à Græco ἄπω, unde superest ἅπτω, Latine necto, ligo. Porro à nectendo circumligandoque nata videtur irretiendi notio. Unde derivatum ἀπάτη doli notionem accepit; quæ quoque ad verbum, inde ortum, ἀπατάω propagata est; ut adeo proprie significet dolo circumvenire.

Ἀπάφω. Idem plane significat, quod præcedens, quocum eandem quoque originem habet ἅπω, cujus Præt. Perf. ἧφα, et reduplicatum ἥπαφα. Inde, ablato augmento, est nostrum ἀπάφω: ut pateat adeo, non, nisi forma, differre à præcedenti verbo.

Ἀπειλέω. Verba vicina sunt εἴλω, εἰλέω, ἴλλω, ἴλλω, similesque formæ: quæ omnes oriuntur ab ἴλω vel ἴλω, de quibus suo loco. Est autem ἴλλειν, atque adeo etiam εἴλειν, inter alia oculis contortis vel volubilibus instar strabonis intueri, de quo verbo suo loco. Inde ἀπειλέω proprie est oculos contortos ad aliquem convertere: unde eximie, sensu minitandi, verbum hoc positum fuit. Idem translatum ad fastum et superbiam, quam quis supercilio

quasi ostendit. Est autem compositum ex ἀπὸ et memorata forma εἰλέω.

Ἀπελλαί. Vox Laconica est, orta, ut videtur, à modo memorato ἴλλω, vicino verbi ἴλλω, quod inter alia significat claudo: quemadmodum ejus compositum ἀπίλλειν secludo, quasi dicas secludere veluti septo, atque hinc ἀπελλαὶ dicta fana, vel sacraria, vel etiam concio, ecclesia, cœtus; inde ortum ἀπελλάζειν, vel, pronuntiatione Laconica, ἀπελλάδδειν idem est, quod vulgo ἐκκλησιάζειν.

Ἄπελος, ulcus, vel vulnus, nescio an sit à nomine πελὸς, niger, lividus: ut ἄπελος sit proprie valde lividus, unde facilis translatio ad ulcera.

Ἀπήνη. Videtur esse à masculino ἄπηνος, quod forte à verbo ἄπω vel ἅπτω; ut ἀπήνη, scil. ἅμαξα, proprie sit plaustrum jumentis junctum. Ponitur autem in usu maxime de curru mulis juncto.

Ἀπηνὴς immitis, sævus, quasi dicas, qui frena non patitur. Est nempe ex ἀπὸ et ἠνὴς, quod cognatum voci ἡνία frenum, de quo suo loco.

Ἄπιος. Videtur proprie esse, quasi valde frugifera, vel uber, ut sit ex α et nomine πῖος, quod in Lexicis refertur ad thema πίω, Latine uber, de quo suo loco. Sic itaque ἄπιος dici potuit commode pirus sativa, opposite ad pirum agrestem, quæ ἀχρὰς dicitur, quasi dicas sine fructu.

Ἁπλόος, est ex α et πλόος, quod à πλέω, cui vicinum πλέκω. Ab altero Græcum πλέκω, ab altero Latinum plico est. Ἁπλόος itaque est quasi sine plicis, simplex, atque inde planus, apertus, vel simile. Potest etiam repeti à stirpe ἄπω: ut ἁπλόος vicinum sit alteri ἁπαλὸς tener, de quo supra.

Ἀπὸ A, ab. Origo est verbum ἄπω, proprie significans quasi premendo nitendove admoveo, adapto: unde superest ἅπτω, Latine apto, id est necto. Inde ἀπὸ proprie in primis ponitur, quando res aliqua proxime ab aliquo abesse, et ad id quasi pertinere significatur: quæ notio quodammodo conspicitur in locutionibus, qualis est, ὁ ἀπὸ στοᾶς, Latine Stoicus. Varios porro usus habet, in Lexicis notatos, et ab hac propria notione ortos. Proprie autem est genitivus antiquus, quasi a nomine ἀπός. [Nisi placeat esse Dativum vel Ablativum, quod suadere videtur alterum ἀπαὶ, apud Homerum occurrens Il. Α. 475 et 663. Est enim ἀπαὶ pp. Dativus vel Ablat. antiquus primæ declinationis, à Nominat. ἀπὰ, vel ἀπὴ, uti τιμῇ et Μούσῃ pp. dicta sunt pro τιμαὶ et Μούσαι. E. S.]

Ἄπος. Vox rarissima, et dubiæ auctoritatis est, neque adeo hujus loci. [Vide L. C. Valckenaer. ad Euripid. Phœn. vs. 858. p. 321. 322.]

Ἅπτω necto, apto. Vidimus jam hoc in præpositione ἀπὸ, quemadmodum etiam rationem, quam habet, significandi.

[Ἀπύω vociferor, loquor, dico. Vicinum est alteri ἕπω. Stirps ἅπτω necto: nisi formatum verbum sit à sono. Conf. Odyss. 1. 399. Κ. 83. Ρ. 271. Hesiod. Asp. 316. E. S.]

Ἀπφὺς, ut ἀππὰ, πάππα, πάππας, ἀββᾶ, similiaque, nomina sunt imitantia corruptam pronunciationem infantium vel puerulorum, nondum articulate loquentium, sed titubante lingua patribus abblandientium, sic hoc quoque ἀπφύς.

Ἄρα. Particula syllogistica est, conclusioni inserviens. Proprie idem est, quasi dicas per connexionem: nectit enim inter se quasi sententias antecedentis et consequentis. Proprie autem haberi debet neutrum plurale, quasi ab ἄρος, quod ab ἄρω, apto, adapto. [Plura dabit Clar. Hogeveen Doctr. Partic. cap. 5. p. 107. 143. E. S.]

Ἀρά. Stirpem habet verbum ἄρω, cui cognata sunt ἔρω, ὄρω, et similia; quorum notio prima quærenda in eo est, quod magna contentione magnoque impetu fit; unde proxime excitandi, firmandi, aptandi, adaptandique notiones profectæ. Ab aptandi, nectendique notione ea dicendi, quasi apta nectendi verba, in primis conspicua est in verbo ἔρω [Lat. sero, unde sermo &c.] nec non in verbo Latino oro, quod Græcum ὄρω est; unde quoque Latinum os. Eadem itaque notio servata in derivato proximo verbi cognati ἄρω, atque adeo ἀρὰ proprie nihil aliud est, quam oratio, sive apta verborum comprehensio et conclusio. Inde porro nomine ἀρὰ eximie preces designantur; quemadmodum Latino oro eximie actio precandi designari solet. Cumque bonæ et malæ esse preces possint, rarius quidem de bonis ἀρὰ fuit positum, sæpissime vero de malis, seu imprecatione, dirisve; unde dein altius translatum etiam noxam, damnumve notavit.

Ἄραβος. Vidimus, verbum ἄρω proprie significare cum contentione vel impetu nectere vel aptare; inde ἀράω, ἀράσω, ἀράσσω; quod proprie est illidere, vel cum impetu adaptare, compingere: ita ut inde strepitus oriatur. Ab ἀράω nomen ἄραος, et inde ἄραβος ob eam caussam eximie illum strepitum notat, qui fit rebus collisis vel illisis, ut strepitus dentium præ frigore aliarumque rerum collisarum.

Ἄραδος. Et hoc proxime est ab ἀράω, vel ἀράσσω, Latine illido, collido, unde eximie notat collisionem, seu pulsum vehementiorem cordis post aliquod grave exercitium.

Ἀραιός. Dubium videri potest, utrum ἄρω à vaga notione, qua cum contentione aliquid fieri intelligitur, transierit ad ignem ejusque effecta significanda, an sit à simpliciori ἄω, de quo speciatim dicendum in verbo αὔω. Quicquid est, ἄρω de effectis ignis positum fuisse, certum est, et vidimus jam supra ad verba ἀμαρύσσω, ἀμαυρὸς et alibi: itaque idem docet verbum cognatum Latinum uro. Ab ἄρω itaque formatum ἀραιὸς proprie notasse videtur, quicquid rarefactum, igne relaxatum, dilatumque est; unde porro notat rarum, spongiosum, tenuem, imbecillem, et similia.

Ἀρακόν. Species leguminis est, de quo videndi Botanici.

Ἀρακτόν. Species est atramenti sutorii. Stirps incerta videtur.

Ἀράσσω. Vide dicta ad vocem ἄραβος. Id tantum notetur, ab illidendi notione natam illam esse tundendi, inde istam abscindendi, quam ut primam notant Lexicographi.

Ἀράχιδνα. Plantæ genus est, et quidem proprie fœm. ab ἀράχιδνος, idem ac ἀράκιδνος, contractum ex ἀρακίδινος, quod à Genitivo ἀρακίδος, nominis ἀρακὶς, quod idem atque ἄρακος, de quo ante.

Ἀράχνης araneus, vel aranea. Inter alia ἄχνα vel ἄχνη significat lanuginem tenuissimam et quasi florem lanæ, in superficie pellis animalis, ut suo loco videbitur. Vidimus autem, ἄρω significare adapto et similia. Ἀράχνης itaque, ex utroque compositum, eum notat, qui adaptat fila instar lanuginis tenuia, quod aptissimum araneis nomen.

Ἄρβηλος scalprum sutorium. Hujus et sequentis nominis

Ἀρβύλη, calceamenti genus, stirps obscurior videtur, quare eam mitto. [Vide animadv. ad Analog. Lennep. p. 274.]

Ἀργᾶς genus serpentis est, de quo videndi rerum naturalium investigatores.

Ἄργιλος forte est ab ἀργὸς, albus, de quo mox dicendum. Ἄργιλος ergo eximie est albicans, seu alba terra vel arena.

Ἀργὸς albus, ab ἄρω, Latine uro, splendeo, candeo. Nomen ἀργὸς proprie respondet Latino candidus. Tribuitur autem vox vicina ἀργὴς fulmini, cum impetu ruenti, et splendore suo aciem oculorum præstringenti: unde factum quoque, ut nomen nostrum ad velocitatem translatum sit, qua nempe quis fulminis instar ruens, quasi, oculorum aciem præstringit. Sic ergo ἀργὸς vulgo redditur vel albus, vel velox, celer.

Ἄργυρος. Derivatum est ab ἀργὸς, candidus, splendidus, vel albedine splendens, atque inde ἄργυρος eximie metallum dicitur candidum, atque adeo argentum.

Ἄρδις. Dubium videri potest, utrum proxime oriatur ab ἄρω, apto, adapto, an vero ab ἀράδω, cognato verbo ἀράσσω, de quo supra; ut dictum sit quasi ἄραδις, contracte ἄρδις, id, nempe, quo aliquid tunditur, impetitur: unde eximie significare potuit cuspidem teli vel sagittæ.

Ἄρδω irrigo. A verbo ἄρω sine dubio ortum est, ut proprie significare debuerit aptum facio et utile, atque inde quasi potu redapto, reficio, id est adaquo, aquatum duco. Eo enim sensu in primis ponitur verbum de pecudibus et jumentis, quæ potu reficiuntur et defatigata confirmantur.

[Ἀρέω. Obsoletum, unde ἀρέομαι pp. Adapto, adnecto mihi, vel adipiscor, consequor. Conf. Dawes Miscell. Critica, p. 55. 56.]

Ἀρέσκω. Proxime oritur ab ἀρέω, quod ab ἄρω, sæpe jam memorato. Ἀρέσκω itaque proprie notat vel incipio aptum et utilem facere; vel, sensu neutro, esse aptus et utilis, atque inde eximie modo significat placare, sensu activo; modo, sensu neutro, placere. [Conf. supra, in ἄζω, ἄδω.]

Ἀρετὴ virtus. Proprie est fœm. à masc. ἀρετὸς, aptus vel aptatus, utilis, quod ab ἀρέω. Est igitur ἀρετὴ apta et ad usum accommodata et utilis conditio; unde bonitas cujuscunque rei ἀρετὴ dicitur. Generatim dein sumtum æque late patet, ac Latinum virtus, quod à viribus, vel antiquo Latino viro, unde vireo, oritur. [Id ipsum Latin. viro, unde vireo, stirpem suam agnoscit ἴρω, unde, cum digammate Æolico, ϝίρω, viro. Est autem ἴρω cognatum alteri ἄρω, unde ἀρέω: ut facile appareat, quomodo voces ἀρετὴ et virtus in originem eandem consentiant. E. S.]

Ἀρήγω. Ab ἀρέω, jam memorato, proxime formatur ἀρέγω. Quod, si propriam ejus naturam spectemus, vix differt ab usitato ὀρέγω. Ab ἀρέγω est nostrum ἀρήγω, quasi dicas, aptum et utilem se præbere, unde eximie valet auxiliari; à qua notione denuo videtur fluxisse ea propulsandi.

Ἄρης Mars, Deus belli. Ab ἄρω, apto, adapto, atque inde instruo, munio, Ἄρης proprie is dictus videtur, qui instruit, munit, armis nempe; unde eximie ad significandum Deum belli translatum videtur. Variis autem translationibus inservit porro; perinde atque Latinum Mars. [Si vera est observatio Cel. Lennepii, literam Μ ab initio interdum vocalibus præmitti, uti in μόσχος, et μόχλος, ab ὄσχος et ὄχλος deducendis, (Analog. p. 208.) quidni, cum Nunnesio, statuamus, nomen Mars ab Ἄρης nostro esse ductum? Nimirum pro Ἄρης, sive potius pro Ἄρης, dici potuit Ἄρς et inde Mars, uti μαραίνω, μάργαρον, μαρύσσω &c. similiter, cum Μ præmissa, à stirpe ἄρω facta esse, infra docebit vir summus. E. S.]

Ἄρθρον articulus, quasi dicas naturalem ossium compagem. Dicitur enim ab adaptando, compingendo, et est proprie quasi ἄρθερον, quod a verbo ἄρθω, cujus stirps sæpe memoratum ἄρω.

Ἀρί. Ab impetu et contentione, (cujus significatio propria sit verbo ἄρω, ut jam supra vidimus) particula ἀρι, quæ proprie est tertius casus antiquæ vocis ἄρ [vel ἄρις] in compositis vim habet intendendi.

[Ἀρία, sive ἀγρία, arbor quædam perpetuæ frondis, inter robur et ilicem media. Vide Botanicos. E. S.]

Ἀριθμὸς proprie ordinem notat, in quem res rediguntur computando, et in unam summam compingendo, adeoque numerum. Dicitur autem pro ἀρισμὸς, quemadmodum similia, in quibus σ transiit in θ. Oritur autem ab ἀρίω, et hoc ab ἄρω, adapto, compingo.

Ἀριοβαρζάνιος est nomen emplastri, de quo videndi Medici.

Ἀρὶς, instrumentum fabrile. Est forte ortum ab ἄρω, adapto.

Ἀριστερὸς sinister. Nugantur, qui ab ἄριστος, Latine optimus, κατ᾽ ἀντίφρασιν nempe, dictum putant. Est nempe quasi ab ἀριστὴρ, quod forma tantum diversum ab ἀρητὴρ, et, quemadmodum ab ἀράω ἀρητὴρ est, sic alterum ab ἀρίω. Utrumque autem ab ἀρὰ preces bonæ vel malæ. Hinc ἀρητὴρ et ἀριστὴρ is est, qui precatur vel imprecatur et devovet. Inde ἀριστερὸς dicitur proprie, quod est imprecatoris vel devoventis aliquid, atque inde, facili translatione, vox transiit ad significandum sinistrum, et inde porro noxium, cujus notionis ratio ex veterum superstitione facile cognoscitur. [Videri tamen queat ἀριστερὸς esse formæ Comparativæ ab adjectivo obsoleto ἄρις, pp. vehemens, unde superest ἄρι pp. vehementer. Nempe quemadmodum a λάλις (quod poëtæ servarunt) comparativus est λαλίστερος, a λάγνις, λαγνίστερος, sic ab ἄρις, ἀριστερὸς pp. vehementior, atque adeo pejor, magis infaustus &c. Vide etiam mox infra in Ἄριστον. E. S.]

Ἄριστον est ortum a tertia præt. perf. Passivi ἤρισται, verbi ἀρίω vel ἀρίζω, quod ab ἄρω. Significat ergo ἄριστος proprie adaptatus, præparatus, unde ἄριστον substantive positum eximie notat quasi paratum et instructum prandium. [Ἄριστος, ίστη, ιστον pp. vehementissimus. Inde maxime idoneus, præstantissimus, sive etiam apparatissimus. Videtur esse formæ superlativæ, ab adjectivo obsoleto ἄρις (unde modo aderat ἀριστερὸς) non aliter, atque a λάλις, loquax, est λαλίστερος, λαλίστατος. Est autem eadem contractio in ἄριστος, quæ in βέλτιστος pro βελτίστατος, αἴσχιστος pro αἰσχίστατος, ἔχθιστος pro ἐχθίστατος, κάλλιστος pro καλλίστατος &c. ab obsoletis βέλτις, αἶσχις, ἔχθις, κάλλις. E. S.]

Ἄρκευθος. A verbo ἀρκέω, de quo mox dicetur, Latine arceo, propulso, productior verbi forma est ἀρκεύω, et inde ἀρκεύθω; quemadmodum ab ἐλέω, ἐλεύω, ἐλεύθω. Inde ἄρκευθος vim habens arcendi: unde, sive a virtute medica, sive a spinis, quibus tangi se negat, eximie sic dicitur juniperus.

Ἀρκέω, Lat. arceo. Ab ἄρω, adapto, compingo, est ἄρκος, quod vicinum nominibus ἕρκος et ὅρκος: quibus omnibus quoddam quasi septum adaptatum et compactum, suisque partibus cohærens, significatur. Inde ἀρκέω ortum proprie notat vel aliis septo et munimento sum, vel mihi. Unde duplex notio fluxit, altera, qua est opitulor, altera, qua notat sufficio: ex quibus dein aliæ notiones profectæ sunt.

Ἄρκτος. Proprie est compactus, seu idem plane, quod Latinum arctus; ortum nempe ab ἄρκω, quod ab ἄρω. Inde substantive, ob firmam membrorum compagem, ursus eximie ἄρκτος dictus. Neque alia ratio est nominis Latini ursus, quod ab antiquo urgo, unde urgeo, quod proprie idem ac Græcum ἄρω, [tanquam a cognata ejus forma ὔρω ortum. E. S.]

Ἄρκυς terminatione tantum differt ab ἄρκος, de quo dictum ad verbum ἀρκέω: adeoque significat septum, munimentum, quo aliquis circumdatur; unde eximie ejusmodi septum, quo inclusæ feræ capiuntur, quod est rete, Lat. arcus eadem vox est, pp. curvatum notans. E. S.]

Ἅρμα proprie rem compactam notat, vel præparatam: a verbo, nempe, ἄρω. Quare sic currus dicitur [ex variis partibus quasi compactus. Etymologiam hanc valde commendat phrasis illa notissima poëtæ, ἐν ἅρμασι κολλητοῖσι, pp. in curribus compactis. Vide Iliad. Δ. 366. Λ. 198. &c. Ex cujus quidem phraseos collatione Guietus tamen frustra rescribi jubebat, apud Hesiodum, Ἀσπ. vs. 63. πηκτοῖσιν ὑφ᾽ ἅρμασι, pro eo, quod vulgo edi solet, πλεκτοῖσιν ὑφ᾽ ἅρμασι, quum rectissime etiam dici potuerint πλεκτὰ ἅρματα, uti apud eundem reperitur, vs. 306. εὐπλεκέων ἐπὶ δίφρων. Conf. Grævii Lect. Hesiod. cap. 19. Hebraice quoque currum מרכב vocari a רכב compingere, alibi jam dictum. E. S.]

Ἀρνέομαι. Quemadmodum ab ἄρω, adapto, verbum αἴρω notionem accepit capiendi, tollendique, simili ratione inde profectum verbum ἄρνω, unde ἄρνος pp. is est, qui tollit: compositum autem ἄπαρνος, proprie, qui aufert, et ἔξαρνος, qui tollendo excipit, atque sic, qui, quod ponitur, aufert negando, adeoque, qui inficiatur, vel etiam, qui excipiendo negat, et sic inficiatur. Ab ἄρνος duplex jam porro verbum est ἀρνέω et ἀρνύω. Utrumque, ut vidimus, ex origine notat tollo; usus autem voluit, ut ἀρνέομαι sig-

nificaret, quasi in sua causa aliquid tollendo negare, atque adeo recusare, inficiari.

Ἄρνυμαι proprie Medium est, factum a verbo Activo ἄρνυμι, vel ἀρνύω, de quo modo dictum. Inde igitur ἄρνυμαι, virtute Media, notat quasi mihi tollo, mihi capio, recipio, adipiscor, et similia.

Ἄρον est genus herbæ, de quo Botanici.

Ἀρόω profectum est ab ἄρω, quod in Latina lingua idem ac Græcum ἀρόω, et proprie quidem, notat aptum et utilem facio, unde arandi notio. [Nisi potius ἀρόω (ut cognatum ἀράω, unde ἀράσσω, ἀράσσω, ἀράττω &c.) pp. significaverit tundere, et tundendo frangere, contundere, confringere solum, atque ita arare. Vide supra in voce ἄραβος, et confer locum Iliad. Ψ. 673.

Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.

Penitusque corpus disrumpam, ossaque confringam.

Conf. porro Il. Μ. 384. Ν. 577. Π. 324. Odyss. Ι. 498. Μ. 412, ad quæ loca applicanda est glossa Apollonii Ἄραξε. συνέτριψε, κατέβαλεν. E. S.]

Ἁρπάζω rapio. Ab ἄρω est verbum ἅρπω, quod, ut αἴρω simpliciter notionem habet tollendi, sic eximie illam vi quadam subito tollendi possidet; unde ortum est nomen ἅρπη, instrumentum notans, quo vi, seu uno impetu, veluti res tollas, unde eximie falx sic dicitur. Ab isto nomine verbum nostrum ἁρπάζω proprie est, quasi, falce tollo, aufero: inde profecta rapiendi notio.

Ἀῤῥαβὼν. ex oriente nomen est, Hebr. ערבון.

Ἄῤῥην mas. Antiquior forma est ἄρσην, quam secuti, sponte delabimur ad originem ἄρω. Ut autem ἀροτὸς παίδων dicitur, in negotio generandi, proles, quasi dicas adaptationem [pp. arationem] liberorum, sive παιδοποιΐαν, sic eadem de causa ἄρσην eximie mas dictus videtur.

Ἀῤῥιχᾶσθαι redditur in altum scandere manibus pedibusque. Fuit autem, antiqua pronunciandi ratione, haud dubie ἀρσιχᾶσθαι, quod a nomine ἄρσιχος repetendum, et hoc ab obsoleto ἀρσίζω; quemadmodum πύῤῥιχος a πυῤῥίζω. Ἀρσίζω autem, ortum ab ἄρσις, similive forma, stirpem habet ἄρω, adapto, compingo, compingendo innecto. Inde jam ἀρσίζω notat compingo. Porro ἄρσιχος est id, in quod res compinguntur et compactæ servantur; a qua notione dein ἄρσιχος, et, mutata pronunciatione, ἄῤῥιχος eximie idem notavit in usu, quod arca, cista, vel simile. Præterea, a generali vocis ἄρσιχος notione verbum inde ortum ἀρσιχᾶσθαι, vel ejus loco ἀῤῥιχᾶσθαι, significatione Media, proprie significat semet compingere in aliquam rem, vel innectere, gestire; unde compositum ἀναῤῥιχᾶσθαι recte reddi potest in altum scandere manibus pedibusque. [Reperitur etiam ἀναριχᾶσθαι apud Hesych. t. 1. p. 339. Plura dabit Cl. Alberti hoc loco, et p. 552. —— Stirps mihi videtur esse ῥίγω, cognata alteri ῥιγέω, et inde, præposita α intensiva, atque γ versa in χ, ἀῤῥιχᾶσθαι &c. E. S.]

Ἄῤῥιχος Cophinus, vas vimineum. Vide dicta in ἀῤῥιχᾶσθαι.

Ἄρς, ἀρνὸς, agnus. Sine dubio oritur ab ἄρω; unde duplex forma orta ἀρὸς, et ἄρην. Prius contractum est in ἂρς, posterius, demto α ab initio, superstes est in compositis. Idem cernitur in casibus obliquis, qui voci ἂρς tribuuntur, nempe ἀρενὸς, contracte ἀρνὸς &c. Ratio autem significationis, pro diversa verbi ἄρω notione, varia et nimis vaga est, quam ut commode definiri possit. [Ab ἄρω necto, adnecto, videtur ducta vox ἀρὸς, pp. nexus, a, um, vel adnectens se alteri, eique jugiter adhærescens. Unde nomen hoc datum eximie agno, matri suæ, indivulso quasi nexu, adhærenti. Casus obliqui ἀρνὸς, ἀρνὶ &c. (uti observavit clar. Lennepius) sunt à vicina forma ἀρὴν, ἀρενὸς, ἀρενὶ, contracte ἀρνὸς &c. Porro ab eodem ἀρὸς, et contracto ἂρς, est Lat. ars, artis, quasi dixeris connexionem, scite connectendi rationem. Conf. omnino locum Ciceronis, de Orator. l. 1. c. 23. E. S.]

Ἀρτάβη, mensuræ Persicæ genus, unde forte origo quoque repetenda.

Ἄρταμος. A nomine ἄρτος (de quo suo loco dicendum) verba sunt ἀρτάω et ἀρτέω, quæ significare adeoque possunt apparo, et quidem cibos apparo. Inde ἄρταμος eximie coquus et lanius dicitur: quæ posterior notio aliam peperit, qua notat interfectorem.

Ἀρτάω. Ab ἄρτος, quod, ab ἄρω ortum, notat adaptatus, annexus. Verbum ἀρτάω proprie est facio aliquid annexum, atque inde eximie appendo, suspendo.

Ἀρτεμὴς est à verbo ἀρτέω, quasi dicas compactus sum, sive sum ἄρτος, id est, perfectus; ut adeo ἀρτεμὴς significet integrum, ac porro incolumem.

Ἀρτεμισία, Artemisia herba. De hoc videant Botanici.

Ἀρτέμων. Et hoc quoque est ab ἀρτέω, paro, instruo. Forte autem sic eximie dicitur velum majus, quoniam quasi præcipua arma sunt navis, quibus ea instrui solet, et à quibus navigantium incolumitas pendet. Dicitur quoque ἀρτέμων trochlea, quod ea adaptantur gravia pondera.

Ἀρτέομαι. Medium est ab ἀρτέω, et significat paro, oriturque à sæpe memorato jam ἄρτος, quod ab ἄρω.

[Ἀρτὴρ, ῆρος, instrumentum bajulorum, vectis. Ab ἤρται, pro ἔαρται, tertia præt. Perf. Pass. verbi ἄρω, sive αἴρω. Est nomen formæ πατὴρ, et pp. idem notat, quod Belg. *heffer*, *hefboom*. E. S.]

Ἀρτηρία. Proprie est à masc. ἀρτήριος, quod quasi ab ἀρτὴρ, hoc autem ab ἄρω. Inde ἀρτηρία eximie locus dicitur, vel canalis, quo quasi adaptantur [vel allevantur, et tolluntur] vox vel spiritus. Asperam arteriam vulgo Medici vocant. [Plura dabit hac de voce Foësius in Œcon. Hippocr.]

Ἄρτι modo, nuper. Est quasi à masc. ἄρτις, quod idem atque ἄρτος, perfectus. Hinc ἄρτι, ad tempus relatum, quasi perfectum tempus, et absolutum notat, et adverbialiter positum modo valet nuper, modo jam vel simile. [Quid si Dativus sit, vel Ablativus obsoletus vocis ἂρς, ἀρτὸς, (pro quo Genitivo recentiores, forma ab ἀρὴν petita, dixerunt ἀρνὸς) Lat. ars, artis. Ut ἄρτι pp. sit nexu, vel connexione, et ἀρτὶ, pro ἐν ἀρτὶ, ut ἐν ἀντὶ, pp. nexu temporis, modo. Conf. Odyss. Υ. 166. et ἀρτιεπὴς pp. nexu vel apta ratione dicens, Iliad. Χ. 281. Hesiod. Θεογ. vs. 29. E. S.]

Ἄρτιος productior forma est ab ἄρτος, perfectus, adaptatus, seu partibus suis apte cohærens; inde modo integrum, modo consentaneum, notat: modo ad numerum translatum significat parem; quasi partibus suis apte cohærentem, secus atque est numerus impar.

Ἄρτος panis, proprie intellectum habet σῖτος, vel simile, quasi dicas apparatum cibum. Est enim ab ἄρω adapto, præparo, apparo. [Nisi, ut לֶחֶם panis, cibus, est a לָחַם seruit, conseruit, inseruit ori, ita ἄρτος sit a conserendo, vel ori inserendo. E. S.]

Ἀρτύω ab ἄρω ortum. Ἄρτος peperit ἀρτύω, significans instruo, apparo, adorno: unde ad condiendi artem porro transfertur.

Ἀρύω proximum derivatum est verbi ἄρω. Ab adaptandi autem notione eximie eam accepit adaptandi hauriendo, vel hauriendo attrahendi, quare redditur haurire. [Quodsi Latinum haurio accuratius consideres, facile apparebit, hoc verbum ab eadem stirpe esse propagatum. Ab ἄρω, nempe, est αὔρω, cognatum alteri ἀρύω: porro ab αὔρω ortum αὐρέω, et, mutato spiritu, haurio. Notio trahendi, attrahendi, in verbis ἀρύω et haurio, propria est, uti satis apparet, non tantum ex collata altera forma ἐρύω, et diserta glossa Hesychii Ἄρυον. εἷλκον, sed etiam ex usu linguæ Græcæ, uti apud Apollon. Rhod. l. 2. legitur φάσγανα ἀρυσσάμενοι gladios attrahentes, &c. quemadmodum etiam apud Latinos piscis dicitur hamum haurire, i. e. attrahere atque deglutire, et fluvio hauriri apud Livium est aquis abstrahi, atque demergi &c. E. S.]

Ἀρχὴ proxime oritur ab ἄρκω, quod idem atque ἀρκέω; significat adeoque proprie quasi septum, sive quamvis quasi regulam, quodvis punctum à quo incipias, unde initium, vel principium cujusvis rei sic dicitur. Inde autem varie transfertur, ratione satis perspicua. [Ab ἄρω necto, adnecto, ortum præteritum perf. ἔαρκα dedit verbum ἄρκω. Inde ἄρχω, et hinc iterum ἄρχος, η, ον pp. qui, quæ, quod adnectitur, vel adnectit, atque adeo quod incipitur, vel ansam sui præbet, vel quod incipit, sive præest, &c. De ἀρχὸς anus, podex vide Foës. E. S.]

Ἄρω. Propria verbi ἄρειν notio posita est in vi et impetu, quo aliquid aliorsum moveatur, et admoveatur alteri; unde notiones omnes, quæ huic verbo adsignantur, ejusque derivatis, repetendæ sunt. Est autem vicinum verbis ἔρω, ἴρω, ὄρω et ὕρω, de quibus suis locis. [Difficile esse fateor, à notione nectendi (quam huic verbo primariam esse non semel posuimus) repetere eam tundendi, et tundendo confringendi, quæ tamen notio certo satis constare videbatur ex loco Iliad. Ψ. 673. ceterisque supra laudatis. Itaque alterutrum fortasse verum erit, aut verbum ἄρω primum significasse nectere, nectendo aptare; notionem vero arandi, hoc est sulcos ducendi, esse secundariam, ab ἀρὰ, voce substantiva, ductam: quæ vox substantiva pp. significaverit nexum sive sulcum serie quadam et ordine ductum, Hebr. חכור, ut arare pp. sit sulcos ejusmodi ducere; aut verba ἀράω, ἀρόω &c. quatenus tundere, tundendo frangere &c. significent, ab initio habere α adscititium, non originarium, stirpemque adeo veram eorum esse ῥάω, ῥέω &c. unde etiam ῥήσσω, ῥήγνυμι frango, confringo. E. S.]

Ἄρωμα Aroma. Quicquid dicant Grammatici, non puto aliud esse, atque derivatum ab ἀρόω, proprie notante adapto, apparo. Ἄρωμα igitur proprie est res apparata, quasi dicas, apta compositione et permistione rerum odoriferarum præparatam: unde eximie odoramentum est. [Nisi ἄρωμα, pro ἀράομα, pp. sit fractum, contusum. Unde apud Columellam l. 12. 20. aromata contusa &c. E. S.] Ab arandi autem notione, quæ verbo ἀρόω vulgo tribuitur, ἄρωμα, proprie id est, quod è terra aratro conscissa producitur: unde à Grammaticis aliquando redditur ἀρωτρίωμα.

Ἀρωνία, mespilus arbor. De hoc videant Botanici.

Ἀσάμινθος, si quid conjicio, forma productior est ab ἀσαμὶς. Ἀσαμὶς autem vox composita, ut σκαφαμὶς; nimirum ex nomine ἄσις vel ἄση, et ἀμὶς quod vide suo loco. Ἄσις autem, et ἄση, quum valeat limum, seu colluviem, ἀσαμὶς proprie est vas, quo sordes eluantur, atque idem proprie ἀσάμινθος. Inde translatum videtur ad designandum solum balneatorium, seu pelvim.

Ἄσαρον herbæ genus est, de quo videndi Botanici.

Ἀσβόλη, fuligo. Forte oritur à σβέω, Latine extinguo, de quo in verbo σβέννυμι dicendum.

Ἀσελγὴς petulans. Est ex ἀ et σελγής; hoc autem à σέλω, quod, ut σάλω, proprie de motu inconstanti, et undulante quasi, maris ponitur. Inde autem translatum videtur ad levitatem, et petulantiam, qua quis insultet in alios; unde porro insolentem et protervum notat; in primis autem sedem habet in voluptatibus. [Conferatur Lat. salax, quod à σάλω salo, unde salio &c. ut edax ab edo, fallax à fallo, et similia. Respondet igitur τὸ ἀσελγὴς (tanquam composit. ex α intensivo, et σελγὴς) pp. Lat. salax, unde apud Lucianum: ἀσελγέστεροι τῶν ὄνων Salaciores asinis. E. S.]

Ἄσθμα, flatus, anhelatio. Proxime oritur à præt. perf. pass. verbi ἀάσθω, contracte ἄσθω. Est autem hoc ab ἀάσω, quod Futurum verbi ἀάζω, de quo dictum supra.

Ἀσίνη herbæ genus est, et forte oritur ab ἄση, quod ab ἄδω, ut supra dictum est. Inde ἄσινος et fœm. ἀσίνη, quod significatione non multum differt ab ἀλινὸς, de quo supra.

Ἀσίρακος forte idem est, quod ἀσείρακος, et hoc ex ἀ et nomine σειρὰ, de quo suo loco. Dicitur autem ἀσίρακος eximie genus locustæ, pinnis carens.

Ἄσις limus, cœnum. Est ab ἄδω, Latine congero, de quo supra. Inde ἄσις limus est congestus.

Ἀσκάλαβος genus animalculi est, parietes perreptans. Nomen habet à fodiendo; est enim ex α et σκάλαβος, quod à σκάλω, unde superest σκάλλω, fodio, de quo suo loco.

Ἀσκάλαφος nomen avis est, et eandem habet originem, quam vox antecedens. Proxime oritur quasi à σκαλάπτω, cui proprie cognatum est καλάπτω: σ enim hic originale non est. Σκαλάπτω autem est pro σκαλάπω, quod à σκαλάω, et hoc à σκάλω.

Ἀσκαλώπαξ Gallinago. Nec hujus quoque alia ac priorum origo videtur.

Ἀσκάντης grabbatus vel vilis lectulus. Græcum σκάζω claudico, et Latinum scando proprie cognata verba sunt, et forma tantum diversa: ut ad verbum σκάζω dicetur. A tertia Præteriti perfecti passivi verbi antiqui σκάνδω, ortum σκάντης notat qui scandit, vel qui ab altera parte instar claudicantis altius eminet. Inde jam ἀσκάντης, lectulus, eximie est ab altera parte inclinatus.

Ἀσκαρὶς genus vermis est, haud dubie ortum à σκάρις, quod à σκάρω, de quo dicendum ad σκαίρω.

Ἀσκέω, exerceo. Haud scio, an proprie sit ab ἀσκὸς, et hoc ab ἄσκω, vel præterito ἧσκα, ut pertineat ad ἄδω, congero, de quo supra. Sic ἀσκὸς proprie erit id, in quod res congeruntur, atque inde eximie uter. Ἀσκέω autem erit quasi res congero magno cum studio, unde nasci potuit exercendi generalis notio. Potest tamen etiam ἀσκέω repeti à σκέω, de quo dicendum ad vocem σκεῦος.

Ἀσκὸς, uter. Vide quod dixi ad ἀσκέω.

Ἄσκυρον est herbæ genus, de quo Botanici.

Ἄσμενος, gaudens. Participium est pro ἥσμενος, à verbo ἥδομαι, lætor.

Ἀσπάζομαι amplector. Est pro σπάζομαι, quasi dicas, ad me traho: hoc autem à σπάζω, quod à σπάω, traho, de quo suo loco.

Ἀσπάλαθος, fruticis genus. Nescio, an communem originen habeat cum voce παλάθη, quam vide suo loco.

Ἀσπάραγος, asparagus. Est proprie primum oleris germen, orta vox ex α privativo, et verbo σπαράσσω, dilacero, de quo suo loco.

Ἀσπὶς clypeus. Nescio an sit ab ἀπὶς, σ interposito, ut idem fere sit proprie quod ἀψὶς, quod vide in themate ἅπτω, unde tum etiam ἀπίς.

Ἆσσον prope, propius, neutrum est ab ἄσσων, quod ab ἄσσω, et hoc ab ἄσω, quod futurum verbi ἄδω, congero, [constipo] de quo supra.

Ἀστακος, Astacus. Videant Historiæ Naturalis studiosi.

Ἀστάνδης nuntius. Origo obscura et forte peregrina.

Ἀστὴρ, Stella. Oritur ab ἄω, significante splendeo, luceo. Est ergo ἀστὴρ, proprie, qui splendet, lucet. Est ergo ἀστὴρ proprie, qui splendet, lucet. Inde Diminutivum apud Latinos asterulus, asterula, astella, unde, omisso a, vulgatum stella est.

Ἀστράβη lignea sella est, quam manu tenent sessores. Oritur haud dubie à verbo στράβω, quod non differt à στρέφω, verto, de quo alias dicendum.

Ἀστράγαλος spondylus, vertebra. Dictum est pro στράγαλος, quod proprie non multum differt à nominibus στρόγγυλος, tortuosus, et τράχηλος, de quo suo loco. Est autem nostrum à στραγὸς, de quo dicetur ad vocem στραγγὸς, tortuosus. Ἀστράγαλος autem à volubilitate, qua vertitur et torquetur, nomen accepisse videtur.

Ἀστράπτω proprie est instar stellæ mico, splendeo, atque inde fulgeo. Est, nempe, ab ἀστὴρ duplex forma ἀστεράω et ἀστερόω. A priori est ἀστράπτω, à posteriori nomen ἀστεροπή.

Ἄστυ, urbs. Verisimile est, ἄστυας proprie dictos esse,

quasi confertos vel frequentes homines; ἄστυ vero, quod neutrum masculini ἄστυς, proprie significasse densum, confertum: à verbo, nempe, ἄδω, de quo supra. Sic ἄστυ proprie erit oppidum, ædificiis contiguis refertum; quod vocabulo συχνὸς aliquando Græci exprimunt. Ἀστοὶ porro oppidani sunt.

Ἄσφαλτος, bitumen. Oritur à σφάλλω, quod respondet Latino fallo. Rationem nominis apte reddunt Grammatici.

Ἀσφοδελὸς, asphodelus, plantæ genus, dictum est pro σφόδελος, quod non videtur differre à σφόδυλος, et σφόνδυλος, de quibus in voce σφονδύλη.

Ἀσχάλλω, mœreo, doleo, est ab ἀσχάλω, et simpliciori ἀσχάω, quod ab ἀχάω, hoc ab ἄχος, dolor, de quo suo loco.

Ἀταλὸς videtur esse à ταλὸς, quod à τάλω, unde ταλάω, suffero. Inde ἀταλὸς, qui non suffert, tener, delicatus, in primis autem pueri, delicatius enutriti, est; unde etiam notat pueros delicatiores, similesque. Inde verbum ἀτάλλω valet vel puerorum more ludo, vel etiam puerum delicate instituo, et nutrio. [Idem etiam, reduplicata forma, effertur ἀτιτάλλω: ut Il. Ε. 271. Π. 191. &c. E. S.]

Ἀτὰρ idem proprie est, quod αὐτάρ. Alterum ex ἄτε et ἄρ, de quo supra; alterum ex αὖτε et ἄρ. Usus optime cognoscitur ex exemplis.

Ἀτάρμυκτος. A τάρω est ταράω, ταράσσω, turbo, unde quoque τάρβος, terror. Ab eodem quoque τάρμος, unde ταρμοσύνη, itidem terror, produxit ταρμύω, ἀταρμύω, ἀταρμύζω, et inde ἀτάρμυκτος, quod adeoque forma tantum differt ab ἀταρβὴς, imperterritus.

Ἀτάσθαλος perniciosus. Ab ἀτάω, damnum infero, (de quo mox) ortum ἀτάσθω nostrum ἀτάσθαλος peperisse videtur.

Ἀτάω (à simpliciori ἄτω, de quo jam supra alibi dictum) proximum est verbis ἄδω et ἄτω, et quidem ex notione verbi ἄδω facile patet, quomodo ἄτω et ἀτάω notionem acceperit damnum inferendi. Est enim quasi nimia copia congesta vel mole rerum obruo, atque ita lædo, damnum infero.

Ἄτε est ex ἃ, quod ab ὃς, et particula τε. De utroque suo loco.

Ἀτέμβω contristo. Videtur productior forma esse ab ἀτέω, quod vicinum verbo ἀτάω, de quo supra: ex cujus notione facile illa hujus verbi deducitur. [Uti ἀθαμβὴς, qui stupore non percellitur, compos. ex ἀ et θαμβὴς, ita nostrum quoque ἀτέμβω compos. videtur ex α et τέμβω, quod à τέμω seco: ut ἀτέμβειν pp. sit portione sua aliquem privare. Conf. Iliad. Α. 704. Ψ. 445. 834. Odyss. Β. 90. Ι. 42. &c. E. S.]

Ἄτερ absque, citra, nisi ab ἄτω quadam ratione sit ortum, stirps mihi quidem obscura est.

Ἄτμενος et ἀτμὴν servus, videtur ortum ab ἄδω, de quo suo loco. Unde ἄτμενος participialis forma proprie est, quasi belli laboribus subactus. Litera τ in hoc, ut multis aliis, loco σ est.

Ἀτμὸς vapor, est ab ἄω, flo, spiro. Sic autem et hic loco σ est.

Ἄτρακτος fusus. Ab antiquo τράκω (quod idem ac τρέχω, τρόχω, &c. in orbem verto, curro) nostrum τράκτος et ἄτρακτος ortum videtur. Conveniunt autem memorata verba in origine τέρω, unde τράω, τρέω, τρέω, de quibus alio loco.

Ἀτράφαξις atriplex, oleris genus, de quo Botanici.

Ἀτρεκὴς verus, certus, et magis proprie perspicuus, planus, apertus, est à τρέκω, quod à τρέω, vicino verbo τράω (de quo ad verbum τιτράω dicetur.) Significat perforo.

Ἄττα. Atticum est pro ἄσσα, et hoc pro ἄσα, quod idem atque ἄτινα.

Ἀττάγας avis genus, nisi sit ab ἄττω, origo obscura est.

Ἀττάραγοι, pustulæ, seu frustulæ, quæ pani nimium decocto decidunt, et hoc videtur ortum ab ἄττω.

Ἀτταταὶ, et Ἀτταταιὰξ, Interjectiones, factæ à sono.

Ἀττέλαβος locustæ genus. Dubito, an sit et hoc ab ἄττω.

Ἄττω. De hoc vide in verbo ἀΐσσω.

Ἀτύζω, terreo. Videtur ortum ab ἄτω, et quidem vicinum esse verbo ἀτάω.

Αὖ est quasi neutrum ab αὖς, ut εὖ est ab ἐΰς. Dicitur autem adverbialiter variis modis aliquid αὖ fieri. Origo videtur verbum ἄω.

Αὐγὴ splendor. Vidimus supra, verbum ἄγω et ἄζω inter alia notare splendeo. Inde ἀγὴ, et usitatum αὐγὴ, splendor est.

Αὐδὴ vox. Ἄδω vicinum verbo ἀείδω et ἄυω, quibuscum communem stirpem habet ἄω, dico, loquor, produxit nomen ἀδὴ et usitatum αὐδή.

Αὐθέντης, vox composita ex αὐτὸς, et nomine ἕνθης, cujus origo ἕνω. Hujus autem vestigia perpauca supersunt, quapropter ejus vis cognosci debet ex vicino ἄνω vel ἀνύω, ex quo patet ἕνθης posse significare vel qui perdat, vel qui perficiat. Prior potestas vocis in composito αὐθέντης viguit apud veteres. Est enim qui ipse vel se vel alium perdit, interficit; posterior notio cognita fuit in primis recentiori Græciæ, ubi αὐθέντης dicitur, qui ipse suas res perficit, eximie Dominus.

Αὖλαξ. Ab ἄλω, cui volvendi, versandique notio est, nomen ἄλος peperit αὖλος, eximie notans tubum, quasi volvendo in longum productum; inde eximie tibia, hinc αὐλὴ proprie est, quod tibiæ instar vento perflatur. Inde eximie atrium. Ab eodem verbo porro ἄλοξ ut et αὖλαξ sulcus, quasi meatum dicas in longum productum in morem tibiæ, per quem aqua perducitur.

Αὐλή. De hoc et sequenti vide in αὖλαξ.

Αὐλὸς vide in αὖλαξ.

Αὖρα, ventus, lenior in primis, qualis mane flat, est ab ἄρω vel forte αὔω: tametsi utrumque est ab ἄω, de quo in αὔω.

Αὔριον cras, proprie neutrum est ab αὔριος, quod ab αὖρα; de quo modo dictum.

Αὐστηρὸς, austerus. Ab αὔω, sicco vel uro, est αὐστὴρ, quod superest etiam apud Latinos in voce auster. Inde αὐστηρὸς ad saporem translatum.

Ἀϋτμὴ halitus, vapor, est pro ἀϋσμὴ, quod ab ἄυω, de quo suo loco.

Αὐτόματος spontaneus, proprie quasi à se ipso vel sponte excitatus, motus. Est nempe ex αὐτὸς et μάτος, quod à verbo μάομαι; de quo suo loco.

Αὐτὸς est ex αὖτε, vel αὖ, τε, et ὅς. De singulis suo loco.

Αὐχέω. Ab ἄγω, duco, educo in altum, est αὔγω, et Latinum augeo. Ei vicinum ἄχω produxit αὔχω, et nomen αὔχης, quasi dicas qui se effert in altum, vel magnum facit erecto collo; quod hinc eximie αὐχὴν dicitur. Inde αὐχέω valet effero me, glorior.

Αὐχὴν collum. Vide in αὐχέω.

Αὐχμός. Ab αὔω, sicco, uro, calefaciendo nempe, oriri potuit αὔχω, unde ηὐχμαι. Inde nomen αὐχμὸς, proprie siccitas e magno æstu.

Αὔω à simpliciori ἄω est. Unde notat spiro, spiritum calidum emitto: inde porro notio siccandi, arefaciendi, accendendi, urendi, splendendi, similesque, huic verbo adsignatæ. Præterea à spiritu oris, cum sonitu emisso, modo significat resonare, modo alte dormire.

Ἀφάκη genus leguminis est. Forte autem repetendum nomen est à φακὴ, Latine Lens; de quo suo loco.

Ἄφαρ statim, continuo. Videtur esse ab ἄφω, quod idem atque ἄπω, et ἅπτω, necto. De quibus supra.

Ἀφάρκη arboris genus semper virentis est. Origo dubia videtur; de qua videant Botanici.

Ἀφαυρὸς imbecillis. Quemadmodum à φέρω ortum φέρτος, à φόρω, φόρτος, (unde Latinum fortis, ratione virium et roboris, proprie ponitur) sic à vicino verbo φάρω, ortum φάρος, et inde φαῦρος, validum denotare potuit, et rebus gerendis aptum. Inde adeoque ἀφαυρὸς imbecillis, debilis, dici potuit.

Ἀφελὴς simplex. Videtur esse à nomine ἀφὴ, quod à verbo ἅπτω, ut sit, qui tangi possit, atque inde simplex.

Ἄφενος. Non melius intelligitur vocis natura, quam ex Latino nomine Fenus (seu Fœnus) et est pro φένος dictum, quod à φέω, cujus verbi eadem ratio, ac vicinorum φίω et φύω, produco, fœcundus sum.

Ἄφθαι sunt ulcera maligna serpentia, ignea caliditate prædita: unde facile apparet, oriri nomen à verbo ἅπτεσθαι, quod inter alia notat accendi.

Ἀφία planta quædam; de qua videant Botanici.

Ἀφροδίτη. Sic dicitur Venus à spuma: et quidem rationem nominis à seminis natura spumosa non male forte repetunt quidam. Est, nempe, proprie fœmininum ab ἀφρόδιτος, id est, proprie, qui spumam movet vel excitat; nomine composito ab ἀφρὸς, spuma, et δίτος, quod à verbo δίω, Latine moveo: de quo suo loco.

Ἀφρὸς proprie dicitur spuma, quasi quæ tactu facillime adhæret. Est enim proprie pro ἀφερὸς, quod ab ἀφὴ tactus, id autem ab ἅπτω tango.

Ἀφύω notat promendo haurio, ut etiam productior forma ἀφύσσω. Mihi quidem videtur factum verbum à sono sorbentium.

Ἀχάνη genus mensuræ, forte ortum à χάνω vel χαίνω, hisco, pateo.

Ἀχάτης scilicet λίθος. Sic nempe dicitur lapis de genere pretiosorum, quasi dicas, qui nullius coloris indigens est. Videtur, nempe, nomen ortum ex α privativo, et nomine χάτης: unde ortum verbum χατέω, indigeo, de quo suo loco. Nominis χάτης autem origo est χάω, Latine hisco.

Ἄχερδος spina quædam. Forte ortum nomen ab ἄχος, quod, ut postea dicetur, idem proprie atque Latinum acus; atque inde spina.

Ἀχερωῒς Latine populus alba. Oritur à simpliciori ἄχερος, quod ab ἄχος.

Ἄχθος onus. Ab ἄγω ortum ἄχθω peperit nomen ἄχθος, Latine onus, quod fertur; atque inde translate quoque molestia.

Ἀχλὺς videtur proprie esse pro ἀχελὸς, quod ab ἄχος, Latine mœror. Inde ἀχλὺς mœrorem quasi adferens, atque inde eximie nebulosa quædam obscuritas.

Ἄχνα proprie fœm. est ab ἄχνος, quod pro ἄχινος: hoc ab ἄχος, quod idem atque ἄκος. Unde ἄχνα eximie acus dicitur vel gluma, vel tenue spicæ involucrum, palea, atque porro quicquid tenuissimum in acumen exsurgit. Unde porro varie transfertur et de omni fere re ponitur, quæ tenuissima levissimaque in superficie rerum quasi efflorescit.

Ἄχος proprie idem est, quod ἄκος. Vidimus autem supra, vicina esse ἄγω, ἄκω, et ἄχω. Inde ἄχω, æque atque ἄκω, notare potuit acu pungo: unde translatum ἄχος dolorem notat, qui instar acus pungit.

Ἀχρὰς, ἄδος, pirus sylvestris. Nescio an sit quoque ab ἄχω. Videant Botanici.

Ἄχυρον palea, acus, est ab ἄχος. Vide ad vocem ἄχνα: ubi similis translatio.

Ἀχὼρ manans capitis vulnus. Videtur proprie non multum distare à nomine ἰχὼρ, de quo suo loco. Forte ab ἄχω et ἴχω, quæ vicina verbo ἔχω sunt, nomina hæc orta significationem acceperunt à viscositate, quæ est ἰχῶρος, sive saniei, similiumque fluidorum.

Ἄψ retro, est ab ἅπτω, de quo supra. [Nihil aliud est, quam ἀπὸς contractum: ex quo itidem ἀπὸ præpositionis loco usurpatur. T. H.] [Vide supra ἀπό. Videtur igitur ἀπὸς, contracte ἂψ, proprie esse casus Accusativus absolute positus, uti ἀπὸ et ἀπαὶ pp. sunt casus Dativi vel Ablativi. Simili fere ratione contracta sunt ἶψ, ὂψ, ὢψ, de quibus infra. E. S.]

Ἀψίνθιον herbæ genus est, quod originem forte habet à verbo ψίω. Videant Botanici.

Ἄω flo, spiro. De hoc vide ad verbum ἀάζω, et aliis in locis.

Ἄωτον proxime oritur ab ἀόω, quod ab ἄω, flo, [exspiro, exhalo.] Ut autem à Latino flo nomen flos, sic ab ἀόω, simili translatione, ἄωτον de flore posuerunt Græci.

B.

B media litera est inter tenuem Π et adspiratam Φ, quibuscum ad literas labiales pertinet, et, pro diversis dialectis, non raro commutatur: quare etiam origines et stirpes, his literis tantum discrepantes, si non eædem, saltem cognatæ haberi possunt et debent. [Conferatur Analogiæ cap. 16. p. 206-208.]

Βα interjectio est, sonum ridentis, vel aliquando inclamantis, imitans: à quo adeoque repetenda vox est.

Βαάρας est genus quoddam radicis; de quo videant Botanici.

Βαβαὶ papæ. Vox facta à sono.

Βάζω, Latine loquor. Proprie verbum factum est à sono incondite clamantis et geminantis βά; unde porro loquendi notio à Poëtis in primis huic verbo generatim adsignata est.

Βάθος. Proprie idem fere est, quod βυθὸς, notatque fundum, seu potius imum alicujus rei: unde aliquando ponitur de loco penitissimo, intimo, et quasi imo alicujus rei. Vulgo tamen, latius sumtum, quamvis profunditatem generatim designat, variasque inde factas metaphoras patitur, Oritur à βάθω, quod à simpliciori βάω, vel βαμὶ, Latine nitor. Βάθος itaque proprie est, quo tanquam fundo et imo res innititur, [vel quo res sidit, desidit. Confer., si tanti est, Dissertat. nostra in Cantic. Hiskiæ, p. 25, 26. E. S.]

Βαίνω ortum à stirpe βάω, cujus vis propria sita est in motu, qui fit nitendo in aliquid: unde variæ notiones propagatæ sunt. Usitata maxime virtus est huic verbo adsignata gradiendi, incedendi, eundive.

Βαιὸς proxime ortum est à βαίω, vel βάω memorato. Inde βαιὸς proprie non aliud videtur esse, ac gradatim incedens, vel paullatim incedens: et generatim idem valet, quod paucus, unde porro valet aliquando unum, vel frequentius etiam parvum. [Nisi à βάω, βαίω, premo, βαιὸς pp. sit compressus, hinc parvus &c. uti etiam ipsum parvus est à πάω, quod idem ac βάω premo. E. S.]

Βάϊς ramus palmæ arboris est. Vox autem peregrina. [Etiam βαΐον dicitur, unde plurale βαΐα Evangel. Joann. 12. 13. Vide Albert. ad Hesych. t. 1. p. 678. E. S.]

Βαίτα nescio, an sit à verbo βαίω, et nomen acceperit à condensato et pedibus calcato corio. Quicquid est, βαίτα notat lænam, ex corio seu pellibus consutam.

Βαιὼν piscis genus est. De stirpe videant Histor. Naturalis investigatores.

Βακανὸν raphani vel brassicæ semen: de quo videant Botanici.

Βάκηλος. A verbo κάω, uro, ardeo, nomen est κηλὸς, quemadmodum à δάω, δῆλος, à πάω, πηλὸς, et similia. Inde κήλων, inter alia, eum notat, qui ardet in venerem, qui mulierosus est. A κηλὸς, præfixo α, ἄκηλος itidem is est, qui ardet in venerem, mulierosus. Præfixo autem denuo β (ut sæpe, in primis in dialecto Laconica, fit) ejus loco pronunciatum est βάκηλος. Quum autem eunuchi et id genus homines in venerem proniores putentur, licet non possint, factum est, ut etiam illi βάκηλοι aliquando sint dicti. [Vide etiam infra in Βασκαίνω.]

Βάκκαρις Baccaris herba odorata est, de qua videant Botanici.

Βακτηρία baculus fœmininum est à βακτήριος, quod proxime à βάκτηρ, et hoc proprie à βάκω, similive forma, cujus stirps βάω, Latine nitor. Ab eodem verbo est Latinum bacus, ejusque diminutivum baculus. Baculus ergo et βακτηρία, cum vicinis nominibus βάκτρον et βακτήριον à nitendo denominata sunt.

Βάκχος. A verbo βάζω, quo proprie notatur sonum in-

conditum ϐὰ edere, oritur nomen ϐάχος, et, inserto κ, ϐάκχος. Eximie autem ϐάκχοι dicti sunt bacchantes, eorumque Deus præses Bacchus.

Βαλανεῖον balneum. A nomine ϐάλανος vere quidem repetendum nostrum ϐαλανεῖον, sed non ista notione, qua glandem notat. A verbo ϐάλλω nempe, seu ϐάλω, jacio, ϐάλανος eximie olim significavit pessulum, obicem [qui valvis quasi objiciatur, sive τῷ μοχλῷ injiciatur]. Inde jam ϐαλανεὺς is est, qui, pessulo quasi obdito, includit; quemadmodum à ϐάλανος, ϐαλανοῦσθαι sensu includendi [sive pessulis occludendi] ab Aristophane, [in Avib. vs. 1159. et Eccles. vs. 361.] fuit positum. Jam vero à ϐαλανεὺς productior vox ϐαλανεῖον, vi terminationis suæ, locum notat, in quem alios, quasi obditis pessulis, includat ὁ ϐαλανεύς: atque inde factum est, ut locus seclusus, quo veteres lavari solebant, ministrante balneatore, dictus fuerit ϐαλανεῖον; quum rudioribus temporibus ἀσαμίνθῳ se lavarent tantum homines; de qua voce supra diximus suo loco.

Βάλανος ortum à ϐάλω, cujus loco usitatum ϐάλλω, eximie notat pessulum, seu ferrum, quod init τὸν μοχλὸν, eique quasi injicitur. Inde translatione facta fructus oblongi, durioresque, formam pessuli habentes, ϐάλανοι dicuntur: et in primis quidem glandes quercuum; unde porro ad alia transfertur. [Nisi forte simpliciter ϐάλανοι glandes dicantur, tanquam dejiculi, quippe à quercu excuti dejicique soliti: quod in ea arbore eximium est. E. S.]

Βαλάντιον, marsupium, et crumena, ortum est à verbo ϐάλω; et notionem accepit ab injiciendo.

Βαλαύστιον dicitur flos Punici sylvestris. De stirpe videant Botanici.

Βαλβίς. A verbo ϐάλω, quod proprie ortum à ϐάω, nostrum ϐαλϐίς proprie idem fere est, quod ϐηλὸς, limen, seu generatim ἔρεισμα id, quo nitimur, nempe, vel unde nitimur. Usu autem factum, ut ϐαλϐὶς notaverit regulam in stadio, unde cursores incipiant currere.

Βάλλω proxime ortum est à ϐάλω, et hoc à ϐάω, de quo dictum ad verbum ϐαίνω. A notione movendi nitendique ϐάλλω eam accepit jaciendi, projiciendi, jaculandi, emittendi, similesque.

Βαλλωτὴ [Marrubium nigrum. H.] genus plantæ est, de qua videant Botanici.

Βάλσαμον, balsamum. Et de hoc videant Botanici.

Βαμϐαίνω idem est, quod ϐαμϐάλλω. Est autem hoc pro ϐαϐάλλω, μ ante labialem literam inserto. Verbum factum est à sono balbutientium.

Βάναυσος. Videtur proxime oriri à ϐάνασος, et hoc à ϐάνος, unde factum nomen ϐαῦνος, Latine caminus; de quo suo loco. Inde ϐάνασος et ϐάναυσος de eo dici potest, quod ad caminum pertinet: atque inde opifex, qui igne ad opus suum utitur, ϐάναυσος eximie dicitur; ut ipsa ejusmodi opera ϐάναυσα. Porro latius sumta vox artificem quemcunque operis sordidioris notat.

Βάπτω mergo. A verbo ϐάω ortum ϐάπω, et ϐάπτω proprie notat nitendo deorsum moveo, mergo; adeoque inde porro notio tingendi, inficiendi colore aliisve rebus nec non lavandi aliæque enatæ sunt.

Βάραθρον proprie videtur locus esse, ubi res deprimuntur, gravitate sua, quasi. Ortum à verbo antiquo ϐαράθω, quod idem ac ϐαρύθω, gravor, premor. Oriuntur autem hæc à nomine ϐάρος, de quo mox. Hinc porro fossa terræ profundior et eximie quoque locus, in quem capitis damnati dejici solebant, Athenis sic dicebatur: à qua tandem notione profecta est generalis illa, qua exitium, perniciem notat.

Βάρβαρος sine dubio à sono facta vox est, qualis edi videbatur Græcis ab iis, quorum linguam non intelligebant. Dicti autem antiquis temporibus ii omnes ϐάρϐαροι, qui lingua Græca non loquebantur. Postea autem varie translatum non tantum ratione sermonis, sed etiam morum ruditatis et sævitiæ, fuit positum.

Βάρβιλος, arboris genus est; de quo videant Botanici.

Βάρβιτος barbitus. Stirps obscura et forte peregrina.

Βάρις navigium. Stirps peregrina. [Vide ad Hesych. t. 1. col. 695.]

Βάρος pondus vel onus, à verbo ϐάρω, et hoc à ϐάω, nitor, ortum est.

Βάσανος sic dicitur lapis Heracleus, vel etiam quæstio, tormentum. Stirps obscurior est, etsi ortum videri potest à voce βάσις, atque ita pertinere ad ϐάω, nitor.

Βασιλεὺς ejusdem formæ compositum est, cujus Ἀχιλλεὺς, quod tanquam nomen proprium superest. Sine dubio oritur à ϐάσις et antiquo λεὺς, quod idem ac λεὼς, vel Atticum λεὼς, vel λαὸς, populus. [Valde dubito. Βασιλεὺς à ϐάω, unde ϐαίνω &c. gradior, incedo, pp. notasse videtur gradientem, atque adeo in primis Ducem, qui ante agmen gradiatur, dein regem. E. S.]

Βασκαίνω in usu valet eximie oculis vel lingua nocere, atque sæpe interficere. Ortum autem videtur à verbo καίνω, proprie notante pungo vel simile; de quo suo loco. Syllaba autem ϐὰ præmissa repetenda videtur et explicanda è dialecto Cretensi, ubi ϐὰ idem significasse arbitror, quod in aliis vocabulis ϐοὺ, ortum ex ϐὸ, et significationem intendisse. Sic Cretensibus proprium verbum tribuitur, à Grammaticis, ϐασκαρίσαι pro σκαρίσαι, ϐαστραχηλίσαι pro τραχηλίσαι, similiaque; atque ita forte explicandum quoque, quod supra vidimus ϐάκηλος, ut simpliciter sit compositum ex ϐὰ, et κηλός. Σ autem in nostro verbo, ut multis aliis, interposita est.

Βασσάρα. Origo obscura est: notiones diversæ ex Lexicis peti possunt.

Βαστάζω porto, vel portando pondus exploro, vel etiam bajulo. Oritur à ϐάω: unde proxime ϐάστος is est, qui nititur vel in quem aliqui dnititur. Inde ϐαστάζω memoratas notiones accepit.

Βάταλος effœminatus, eximie idem, qui καταπύγων à Græcis dicitur. A verbo ϐάω, nitor, nomen ϐάτος verbum produxit ϐατέω, quod eximie [ut Belgarum *treeden*] de coitu animantium ponitur. Ab hoc autem non, nisi forma, differens ϐατάω peperit nostrum ϐάταλος.

Βάτος rubus. Ratio nominis obscura; etsi ortum videtur à ϐάω, [premo, in primis pede, conculco: ut ϐάτος rubus à conculcando dicatur. E. S.]

Βάτραχος. Fortasse dictum à τραχὸς, vel τραχὺς, præmissa syllaba ϐὰ, de qua dictum ad verbum ϐασκαίνω. Videtur autem sic dicta rana à sono aspero et rauco, quem edit.

Βάττος. Nomen proprium regis Cyrenæorum; unde postea de iis positum fuit, qui sunt blæsi et balbutiunt.

Βαΰζω. Verbum factum est à sono canum latrantium, vel baubantium: ut etiam Latini loquuntur.

Βαυκὸς delicatus. Incerta origo, nisi fortasse sit pro ϐακὸς, et id ortum à ϐάω: ut significatione quodammodo conveniat cum voce ϐάταλος; de qua supra.

Βαῦνος. Idem videtur proprie esse, quod ϐοῦνος acervus, in modum aræ exstructus, unde fornax, caminus eximie dici potuit ϐαῦνος. Ut autem ϐοῦνος pro ϐόνος, sic ϐαῦνος pro ϐάνος dictum; oriturque proxime à ϐάνω, quod à ϐάω. Eadem autem translationis ratio est, quæ vocis ϐωμὸς, Latine ara, similiumque, quæ à ϐάω oriuntur.

Βδάλλω, quod et ϐδέλλω effertur, obscuræ stirpis est: nisi forte, mutata pronuntiatione, sit pro ἀμέλγω vel μέλγω; de quo verbo dictum supra. Solent, nempe, literæ labiales, β et μ, sic aliquando commutari. Δ autem, post β, sæpius interposita vocibus reperitur. Quidquid sit, significatione convenit cum verbo ἀμέλγω. [Analogiæ magis conveniunt ea, quæ vir cel. postea dedit ad Luc. xvi. 15. "Verbum ϐδέω" inquit "inter alia notat timeo, vel terreo: unde formata verba ϐδέλω, ϐδέλλω, ϐδάλλω. Hoc enim à vicina forma ϐδάω proficiscitur, atque, inter alia, redditur tremo: quæ notio itidem adsignata fuit verbo derivato ϐδελύσσω. Unde nata altera illa significatio, quæ verbo ϐδελύσσεσθαι solet tribui. Sumitur enim vulgo, pro abominari, vel detestari. Eandem notionem sequitur inde factum nomen ϐδέλυγμα, nec non ϐδελυρός." Hactenus ille. Quæ si vera sit clariss. auctoris observatio, inde sequi videtur, literam β, in verbo ϐδέω, ab initio esse adscitam, augmenti cujusdam instar, neque adeo ad ipsam pertinere stirpem; quæ hoc pacto fuerit δέω, vel δάω. Conf. iterum Analogiæ Lennepianæ Cap. 16, p. 206-208. Porro à notione tremendi repeti fortasse poterit illa lactis copiose adfluentis, cum tremore quodam: qualis notio ab A. Schultensio, Origg. Hebr. t. 1. p. 300. demonstrata fuit in רגע, הרגיע, מרגעה &c. E. S.]

Βδέω, nisi originis peregrinæ verbum sit, quod tamen vix crediderim, nostrum ϐδέω cognatum est verbis ζέω, ζόω, vel ὄζω, similibusque formis, de quibus suo loco. Potest certe commode repeti à verbo ζέω, Latine ferveo. Litera, nempe, ζ in ϐδ mutata aliquando reperitur; quemadmodum in ῥοίϐδω pro ῥοίζω, idque in primis repetendum est ex dialecto Laconica, ubi, loco ζ passim δ, et in primis δδ, sive geminata δ, reperitur. Præterea litera β vel præfigi vocabulis solet, vel etiam in medio eorum poni. [Mihi verisimilius videtur, verbum ϐδέω, ut Lat. pedo, à sono factum esse, quem edimus fœtorem detestantes. E. S.] Ut ut est, proprium in primis verbum nostrum videtur iis qui odorem gravem emittunt, et fœtent. Inde eximie iis tribuitur, qui flatum ventris emittunt, peduntque: unde porro transfertur ad timorem et metum.

Βέϐαιος, stabilis, firmus. Ortum est à verbo reduplicato ϐεϐάω, quod à ϐάω nitor.

Βεβρὰς piscium genus est [etiam alibi ϐεμϐρὰς et μεμϐρὰς dictum.] Videant Historiæ Naturalis studiosi.

Βέλος telum. Proxime oritur a verbo ϐέλω, quod vicinum alteri ϐάλω, unde ϐάλλω jaculor: de quo supra. Metaphorice autem ϐέλος dolor dicitur, instar jaculi immissi, inhærens, et excrucians.

Βέλτερος oritur a ϐέλτος, quemadmodum φέρτερος a φέρτος. Ut autem φέρτος est a φέρω, sic ϐέλτος a ϐέλω, quod idem ac ϐάλω, de quo supra. Βέλτερος ergo proprie est, qui recte jaculatur, vel, ut etiam ponitur, significatione comparandi, qui rectius melius jaculatur, et scopum ferit: unde passim, metaphorice positum, prudentiam et judicium respicit; generali autem notione valet idem, quod melior, præstantior, similiaque. [In Lexico Hedericiano repetitur ab antiquo ϐελὸς, ὁ, ὄν, hoc autem à verbo ϐέλω (unde fit ϐούλομαι et Lat. volo) ut ϐέλτερος pp. sit id quod appetitur, quod voluntas sequatur." Conferantur Rudimenta Struchmeyeriana redacta ad Systema Analogiæ Hemsterhusianæ, cap. 9. p. 155, 156. E. S.]

Βέμβηξ turbo et ϐέμϐιξ. Sic dicitur pro ϐέϐηξ, quod proxime ortum à ϐεϐήσσω, et hoc à ϐιϐάω, cujus stirps ϐάω: de quo supra. Βέμϐηξ autem dicitur à nitendo in orbem vel gyrum.

Βέρβερι concha. Vox peregrina.

Βέτιον herbæ genus, de quo Botanici.

Βεῦδος vestimenti genus est apud Parios. Originem habet verbum ἕω, mitto, unde simili ratione ad significandum vestimentum translatum est, quemadmodum Græcum εἷμα, et in re vestiaria utuntur ἀμφιέννυσθαι et similibus. A verbo nempe ἕω ortum verbum ἕδω nomen peperit ἕδος, et, præfixo β, more Laconum, ϐέδος: inde autem nostrum ϐεῦδος. [Conferantur omnino viri docti, laudati ab Albert. ad Hesych. t. 1. p. 722.]

Βῆ vox imitans ovis balatum.

Βηλὸς limen domus. Ortum est à ϐάω, ut à δάω δῆλος, similiaque. Confer dicta supra ad vocem ϐαλϐίς.

Βὴξ tussis. Oritur à verbo ϐήσσω, vel ϐήττω, Latine tussio. Hoc autem factum à sono tussientis.

Βήρυλλος lapidis pretiosi genus est. Videant Historiæ Naturalis studiosi.

Βῆσσαι, ortum nomen a ϐάω: unde ϐαίνω. Dicuntur autem ϐῆσσαι eximie loca, in montibus pervia, à vadendo.

Βία. Verbo ϐάω vicinum est ϐίω, quod est Latinum vio; unde vis, viro, vir, virtus. A Græco sunt cum alia, de quibus suis locis, tum nostrum ϐία, vis, sic dicta à motu vehementer nitentis vel violenter urgentis.

βίβλος liber idem proprie est ac ϐύϐλος, papyrus: de quo suo loco.

Βίκος vas, in primis [urna ansata] vinarium. Stirps peregrina. [Plura dabunt viri docti ad Hesych. t. 1. p. 727.]

Βινέω coëo, a ϐίνω, quod idem ac ϐαίνω et vicinum ϐαίνω, [pp. premo vestigia, hinc gradior, porro coëo, ut Belg. *treeden*.] Sunt enim vicinæ stirpes ϐάω, ϐέω, ϐίω, ϐεέω, et similia.

Βίος in usu vitam notat, et, translate, res ad vitam necessarias, victum, bona, facultates: præterea ϐιὸς [cum accentu in ultima] arcum designat. Utraque significatio repetenda est à motu nitentis; cujus notio subjecta Stirpi ϐίω; de qua supra, ad vocem ϐία.

Βλαισὸς valgus, distorta habens crura, nisi sit à ϐλάω, unde verbum ϐλάπτω, noceo; ut ϐλασὸς (et inde factum ϐλαισὸς) significet atterendo nocens: stirps et significationis ratio mihi quidem obscura est.

Βλὰξ repetenda vox videtur à ϐάλω, quod idem ac ϐάλλω; inde ϐαλάω, contracte ϐλάω, ϐλάκω, peperit ϐλὰξ, quasi dicas dejectus, abjectus, supinus, hebes, socors, stultus, et similia.

Βλάπτω, lædo, noceo, est à ϐλάω, quod à ϐάλω. A ϐλάω primo ϐλάπω, dein ϐλάπτω, proprie est ictu lædo.

Βλαστάνω germino. A verbo ϐλάω est nomen ϐλαστὸς, germen; unde ϐλαστάνω. Videtur autem hoc ϐλάω vicinum verbo ϐλύω, de quo suo loco. Non tamen diffiteor, posse repeti quoque à ϐάλω, ut sit à projiciendo dictum.

Βλάττιον os anterius narium purpuræ et concha Indica. De hoc videant rerum naturalium studiosi.

Βλαῦται genus calceamenti est. Nomen forte repetendum à ϐάλω, ea notione, qua hoc convenit cum stirpe ϐάω, incedo.

Βλέννα Mucus. Nisi ϐλένος (unde hoc nostrum) oriatur à ϐλένω, et hoc à ϐλέω, quod ut ϐλύω notat scaturio, stirps mihi obscura est. Dicitur autem ϐλέννα in usu mucus, et quidem, ut videtur, à scaturiendo: inde porro ad stultum transfertur.

Βλέπω adspicio, intueor. Oritur à ϐλέω et hoc vicinum verbo ϐλύω, quod sive ipsam stirpem ponas, sive à ϐάλω repetas, patet tamen, ϐλέπειν ab emittendo ad visum translatum esse.

Βλέφαρον palpebra. Proprie adjectivum est, à ϐλέφαρος, quasi dicas ad oculum pertinens: hoc autem à ϐλέφος similive forma; quod à ϐλέπω.

Βληχάομαι, balo, factum à sono ovium.

Βληχρὸς adjectivum est quasi à ϐλῆχος, quod à ϐλάχω vel ϐλάκω, de quo dictum ad vocem ϐλάξ. Βληχρὸς itaque est vim habens debilitandi, adeoque validus, vel, Passive, debilitatus, adeoque debilis. [Conf. hic omnino Valckenaer. Digress. ad Theocr. p. 218, 219. E. S.]

Βλίτον genus oleris est; de quo Botanici.

Βλίττω aufero exprimendo mel, aut similia. Observandum, terminationes verborum in ίϐω, ίπω, ίπτω, ίψω, ίσσω, et ίττω, non, nisi pro variis dialectis, differre. Βλίττω igitur et ϐλίϐω eadem sunt. Porro β pro φ poni in diversis dialectis, supra notatum. Βλίττω ergo et φλίϐω eadem verba sunt: hoc autem Doricum est pro θλίϐω, Latine premo, de quo suo loco.

Βλύζω etsi à ϐάλω repeti potest, ut significet quasi ejiciendo scaturio; puto tamen, verba ϐλάω, ϐλέω, ϐλύω rectius repeti à sono aquæ leniter scaturientis; atque sic nostrum ϐλύζω, inde factum, proprie esse scaturio: quæ notio quoque propria est in Latinis fleo, fluo, flo. Ab ista notione transfertur, in quibusdam derivatis, ad prima germina, instar aquæ leniter scaturientis, protuberantia: ut est in nomine ϐλαστὸς, de quo ad verbum ϐλαστάνω.

Βλωμὸς ortum est à ϐλόω, quod, ut ϐλύω, significare po-

tuit protubero; unde βλωμὸς, in usu, eximie notat buccellam, quæ os quasi protuberans efficiat.

Βλώσκω et hoc repetendum à βλόω, protubero: unde porro notat protuberando in altum cresco; quæ notio in primis viget in derivato βλωθρὸς altus. Inde porro βλώσκω (ut verba pleraque in σκω) notat proprie crescere incipio. Quoniam autem eminus accedentes sensim magis ac magis surgere in altum, et veluti crescere, videntur, factum est ut βλώσκω significaverit quoque advenio.

Βοάω, βοῶ, Latine boo, clamo; verbum factum à sono est.

Βοηθέω auxilio venio, est à Βοηθὸς, auxiliator: et hoc quasi à βοήθω, quod à simpliciori βοή; hoc autem pro auxilio superest in quibusdam compositis, et proxime oritur à βόω, quod idem ac βάω, et est quasi accurro, succurro, auxilior; [proprie cum clamore. Vide Valcken. ad Euripid. Hippol. p. 246. B.]

Βόθρος proprie est à βόθος, unde derivatum βόθυνος, quod ut βόθρος foveam notat. Oritur autem à βόω: ut supra vidimus, à βάω, vicino verbo, oriri nomen βάθος, profunditas. Nostri nominis ratio repetenda quoque à nitendo deorsum.

Βολβὸς bulbus. Vix dici certo potest, sitne repetendum à βόλος, ut pertineat ad verbum βόλω, quod, ut vicina βάλω et βέλω, notat jacio, projicio, an vero (β præfixo) stirpem habeat ὄλω, unde ὄλλυμι et Latinum volvo. Quidquid sit, ratio nominis à rotunditate petenda est; ea autem sive à volvendo, sive etiam à projiciendo profecta statui potest. Est autem in usu βολβὸς quicquid fere rotundum est, et eximie quidem radix rotunda.

Βόμβος factum est à sono, quem quoque notat, apum.

Βόνασος animal sylvaticum. Ortum videtur à βονὸς, cujus loco in usu βουνὸς Latine collis; de quo suo loco.

Βορὰ eximie notat pabulum brutorum. Proxime descendit à Βόρω, quod est Latinum voro, et oritur à βόω, Latine pasco; quod à condensando, ut postea dicetur, dictum est.

Βόρβορος, limus, proprie dictum videtur de cœno putrescente et ebulliente; et quidem ab ejus factum sono.

Βορβορύζω notat strepitum edo, et sine dubio à Βόρβορος est: quod factum à sono Βόρβορ, ut κορκορύζω ejusdem significationis verbum (unde nomen κορκορυγὴ) à sono κόρκορ, Βάρβαρος à sono Βάρβαρ, quæque his similia sunt. Tribuitur inde nostrum Βορβορύζω eximie intestinis murmurantibus; quod ipsum Latinum murmurare (factum à murmur) valde nostro verbo vicinum est.

Βορέας, boreas, aquilo, oritur à simpliciori βόρω, de quo ad nomen βορὰ dictum. Dicitur βορέας quasi edax vel vorax, à natura venti istius.

Βόστρυχος, cincinnus, proprie dicitur pro Βότρυχος, quasi dicas pertinens ad βότρυν, unde βότρυχος eximie dicitur pedunculus in extremitate inflexus, proveniens ex palmite, à cujus similitudine Βόστρυχος eximie capillis plexis et inflexis tribuitur.

Βότρυς botrus sine dubio ortum est à βόω, et nomen videtur habere à pascendo.

Βουβὼν, inguen, tumor circa inguina, ortum videtur à nomine βοῦς. Ratio tamen significationis incertior. Utut est, ex eo genere nominum est, quæ collectiva vocantur, ut δενδρὼν, et similia.

Βουλὴ, consilium, haud dubie est à βούλω: unde Medium βούλομαι, volo.

Βούλομαι, est à βούλω, quod dictum pro βόλω, more Ionum. Superest autem illud βόλω in Latino volo, et proprie idem valet, quòd βάλω, βέλω, jacio. Medium itaque βούλομαι proprie est memet jacio, vel animum meum adjicio, atque sic animum meum adjicio ad aliquam rem, adeoque volo. [Si conferas verbum θέλω, itidem Latine volo, verisimile admodum accidet, verba θέλω, et βόλω, (unde βούλω, βούλομαι) convenire, et stirpem eorum primigeniam esse ἕλω, cum cognato suo ὄλω. Plura vide infra in θέλω suo loco. E. S.]

Βουνὸς, collis, clivus, dictum pro βονὸς, et hoc à βόω, quod convenit cum βάω. Est autem βουνὸς inde proprie quidvis in altum exstructum, in quod adscendimus vel nitimur; unde generatim est cumulus, acervus vel ara, atque eximie collis. Confer dicta ad vocem βαῦνος.

Βούρασσος fructus genus, de quo videndi Botanici.

Βοῦς, bos, contractum est ex βόος, quod à βόω, pasco: unde βοῦς is, qui pascit, vel pascitur.

Βόω, pasco, convenit cum βάω, βίω etc. de quibus jam supra. Præterea vicinum est verbis πάω, πίω, πίω cet. quibus generatim eadem notio, quæ verbo βάω, vicinisque hujus formis, propria. Inde nata alia premendi, et inde condensandi, farciendi: quæ quoque nostro βόω notionem peperit pascendi; cujus verbi Latini ratio explicanda est ex Græco πάω.

Βραβεὺς judex certaminis. Qui consideraverit, vocem βάρος sæpius ad dignitatem transferri, videbit, commode etiam inde repeti posse nostrum βραβεὺς, ut sit contractum pro βαραβεὺς et hoc à βαράω, quod à βάρος.

Βράβυλα, pruna Damascena. Videant Botanici.

Βράγχος raucedo faucium, proprie idem est, quod Βρόγχος, et βρόχος, Latine fauces: unde nostrum eximie ad morbum faucium translatum. Oriuntur autem nomina hæc, ut videtur, à verbo βράζω, et vicino βρόζω, quæ proprie sonum imitantur, qui adductis faucibus editur, vel etiam faucibus adductis una cum rebus erumpentibus fit; atque hæc quoque ratio videtur, cur βράχος et, interposito γ, βράγχος fauces dicantur. Βρόχος vero et inde factum βρόγχος guttur, seu aspera arteria, à qua notione porro βρόχος translatum videtur ad significandum laquem vel restim.

Βραδὺς tardus est contractum ex βαραδὺς, quod etiam effertur βαρδὺς, unde facile apparet, ortum esse à βαράω, similive forma; hoc autem à nomine βάρος gravitas: unde commode translatum ad tarditatem.

Βράζω, vel βράσσω, factum est à sono rerum vi erumpentium, unde varias admittit notiones.

Βράθυ herba est, quæ Sabina vocatur; quæ etiam βάρον dicitur, ut et βαρυτον: ex quo facile apparet, à βάρος repetendum esse. Rationem significationis Botanicis expediendam relinquo.

Βραχίων brachium. Dubitari nequit, quin ejusdem generis nomen sit, cujus sunt comparativi ταχίων, à ταχὺς, βραδίων à βραδύς. Βραχίων ergo à βραχὺς valet breviorem, sc. partem, vel membrum corporis; unde eximie brachium.

Βραχὺς brevis. Videtur proprium esse ei, quod subito et breviter fiat, quasi dicas in una eruptione, sive Græce ἐν βραχεῖ: qua formula notatur subito, brevi. Videtur, nempe, ortum à verbo βράσσω, de quo supra dictum. Generatim autem porro notat brevem. Substantive autem positum, βραχὸς vel plurale βραχέα, Latine brevia, dici videtur ob breviores undas, quæ cernuntur in brevibus.

Βράχω sonitum edo vicinum est verbo βράζω, et quoque à sono factum.

Βρέμω fremo. Et hoc à sono factum. Dein à fremendo quoque translatum est ad minas.

Βρένθος. Quicquid de hac voce, et verbo βρενθύεσθαι, quod huc refertur, disputant Grammatici, nullus dubito, quin factum sit à sono, quem frequentius homines arrogantes, vel etiam irati, edere solent, cum quadam ostentatione. Inde autem translatum ad fastum et arrogantiam. [Aliter paullo Hemsterh. ad Lucian. t. 1. p. 368. B.]

Βρέτας, Latine simulacrum humanum, vix videtur differre, nisi pronuntiatione, à nomine βροτός: quo eximie veteres Poëtæ hominem vocarunt, ut Latini mortalem.

Βρέφος fœtus recens editus. Ejusdem videtur originis, cujus est βρύον, unde ἔμβρυον Latine infans, qui in utero gestatur: quod repetendum à βρύω, quod, ut suo loco dicetur, oritur à βάρος, adeoque proprie notat gravem vel gravidum esse. A βάρος autem æque oriri potuit βρέω ac βρύω, et illinc quidem βρέπω, unde nostrum βρέφος.

Βρέχω idem quod βρύχω proprie est, unde βρύχιος, submersus. A premendo deorsum ea immergendi, et inde porro madefaciendi (quæ verbo βρέχω tribuitur) notio profecta videtur. Ortum autem verbum à βάρος, unde βαρέω, βρέω, βρέχω; quemadmodum à βαρύω, βρύω, βρύχω.

Βρῖ est quasi à βρῖς: et βρῖ quidem, idem quod βριθὺ, quemadmodum εὖ et εὐθὺ conveniunt. Contractum autem ex βάρις est, quod idem proprie ac βαρὺς gravis, vehemens.

Βριάω convenit origine cum memorato βρῖ, et, à pondere ad robur translatum, notat robustum reddo, vel robustus sum: inde porro ad potentiam transfertur.

Βρίζω post cibum somno gravatus dormito. Oritur à βαρὺς vel vicino βάρις gravis. Inde βαρίζω, et, contracte, βρίζω proprie est gravis sum, vel res graves imitor; atque inde eximie somno gravatus deorsum nuto.

Βρίθω convenit stirpe sua cum præcedente verbo, et notat quoque proprie gravis sum, deorsum vergo; inde inclinor vel inclino me, atque sic porro ingruo. Præterea est onustus sum; inde plenus sum, ac porro abundo. Præterea translatum, similiter fere ut βριάω, et ita notat polleo.

Βριμόομαι, fremo ira, à sono factum est, et proprie vix differt à verbo βρέμω, de quo supra. Transfertur autem simili quoque ratione ad minas.

Βρίσσος genus echini marini est, de quo Historiæ Naturalis investigatores.

Βρόγχος guttur. De hoc dictum supra ad βράγχος.

Βροντὴ tonitru. Est quasi à verbo βρόνω, quod à βρόω, et hoc factum à sono tonitru erumpentis.

Βροτὸς, mortalis, est à βρόω, unde βρώσκω, Latine edo, de quo suo loco. Βροτὸς itaque proprie est, qui, sive putrescendo, sive alia ratione exeditur et consumitur, atque inde est, quod βρότος dicatur sanies in vulnere. Eximie autem βροτὸς pro homine ponitur, ob mortalem naturam; ut à Latinis poëtis et Historicis mortalis.

Βροῦκος vox Ionica est, notans genus quoddam locustarum. Et quidem oriri videtur à βρύκω, Latine mando, mordeo.

Βρόχος laqueus. Vide dicta ad βράγχος.

Βρύκω mordeo, ortum opinor à βορύκω, hoc à βορύω, et sic à βόρω, Latine voro, sive edo, quod vide ad vocem βορά.

Βρῦν, et βρύλλω, verba sunt infantum, seu puerulorum bibentium, ac sorbendo sonum similem efficientium.

Βρύον muscus vel algæ genus. Est à βρύω, de quo suo loco, et notat quasi abundanter pullulans, subintellecto nempe nomine φυτὸν vel simili.

Βρύτον, et βρύτος, genus potus est ex hordeo. Nescio an sit à βρύω, ut, nempe id, quemadmodum βρύλλω, sonum bibentium imitetur: atque ita in Βρύτον, à sono bibentis, ad ipsam potionem transierit verbum.

Βρύχω frendeo, strideo, eximie aliquando tribuitur iis, qui præ frigore collisis dentibus fremitum edunt; quemadmodum fit in febri: à quo sono quoque factum verbum est.

Βρύω scateo. Quemadmodum Βρίθω, à Βάρος, notat gravis sum, atque inde onustus et plenus sum; et sic tandem abundo; sic quoque Βρύω, ab eadem stirpe profectum, generatim significat abundo præ plenitudine. Unde varias et elegantes habet translationes, quæ in Lexicis reperiri possunt.

Βρῶμος, graveolentia, fœtor, et quidem proprie is, qui oritur à cibo in ventriculo corrupto; unde porro latius patet. Oritur autem à Βρώσκω, comedo.

Βρώσκω, comedo, factum est à Βρόω, quod à Βορόω et hoc à Βόρω, de quo ad vocem Βορά.

Βύας bubo; avis nocturna. Nomen accepit à sono, quem edit, quem verbo βύζειν Græci, bubulare Latini, exprimunt.

Βύβλος papyrus Ægyptia, ex qua chartam conficiebant. Proprie non differt à βίβλος, nisi scribendi ratione. Origo autem vocis peregrina videtur, et forte Ægyptia.

Βυθὸς fundus. Vide supra ad βάθος, quod ut à βάω nitor, sic hoc à βύω, vicino verbo, de quo suo loco.

Βυκάνη oritur sine dubio à simpliciori βύκος, unde est Latinum bucca; et βύκος quidem à βύω ortum videtur esse; ut adeo βύκος sit eximie os impletum et clausum, adeoque bucca. Inde βυκάνη proprie est ad buccam pertinens, atque ita eximie buccina.

Βύνη. De hoc videant Botanici. Forte est à βύω.

Βύσσος byssus. Origo forte peregrina.

Βύω proprie convenit fere cum vicino βάω. A generali autem notione nitendi βύω eam accepit inferciendi, implendi, implendove obstruendi, claudendique: unde reliquæ notiones facile explicantur.

Βῶλος contractum ex βάολος, quod à βάω. Significationem autem habere videtur à condensando, quam vim vide in vicino βόω. Inde eximie glebam notat.

Βωμὸς basis vel ara. Oritur à βόω, et notionem habet à nitendo, quam verbi vim vidimus in vicino βάω et βαίνω.

Γ.

Γαγάτης lapidis nomen est, qui sic dicitur à fluvio, Gage, Lyciæ.

Γαγγάμη sagina sive rete piscatorium, forte oritur à γάω, Latine explico, et explicatum capio; de quo verbo alibi: inde, nempe, ortum nomen γάμη producere potuit reduplicatum γαγάμη, et, inserto ν, γαγγάμη. Res tamen dubia est.

Γαγγίτης gemmæ nomen est, à fluvio Gange, unde quoque composita voce ἔγγαγγις dicitur.

Γαγγλίον nervi contorsio [sive tuberculum, circa nervos sub cute nasci solitum] sine dubio est pro γαγλίον, et hoc forte, reduplicatum, pro γλίον. Incertius tamen videtur, quæ sit nominis origo. Fieri potest, ut repetendum sit ab antiquo γλίω, cui vicina sunt γλόω, γλάφω, γλύφω, de quibus postea.

Γάγγραινα gangræna. Origo est verbum γράω, edo, exedo, corrumpo; de quo suo loco. Inde nomen γράος, et productius γράϊνος, cujus fœmininum γράϊνα contracte γραῖνα. Idem autem, reduplicatum, est γάγραινα, et, inserto ν, γάγγραινα. Proprie ergo notat malum, quod partes corporis sanas exedat et corrumpat.

Γάζα Gaza, vox Persica est.

Γαία terra proprie fœmininum est à masculino γάϊος; unde nomen Proprium apud Latinos, Caius. Est autem hoc à simpliciori γάος, cui vicinum γέος, unde γεῖος et Atticum γέως, in compositis, superest. Præterea inde fœminina γέα et γάα. Utrumque contractum producere potuit γᾶ, quod est in Dorica dialecto, et, ejus loco, Ionicum γῆ, quod inde transiit ad Atticos, et vulgo apud scriptores solutæ orationis reperitur; cum alterum γαία Poëtis familiare sit. Oriuntur autem γάος et γέος à verbis vicinis γάω et γέω, quæ, vicina verbo χάω, propriam virtutem habent in motu, qui fit extendendo, expandendo, explicando: unde porro notio hiscendi, patendi, capiendi, et similes. Inde γῆ et γαία proprie eximie notat terram late patentem.

Γαισὸς genus armaturæ. Stirps forte peregrina est.

Γαίω glorior, superbio, à simpliciori γάω ortum: de quo dictum ad γαία. Videtur autem γάω ab explicandi notione translatum ad eam nitendi, splendendive: inde ad lætitiam, atque porro præ lætitia insolentius, exsultantis et superbientis, esse: quæ notio postrema in primis nostro γαίω adjuncta est.

Γάλα lac nomen videtur habere ab albedine nitente, et quidem ortum esse à γάω, cujus notionem nitendi modo vidimus ad verbum γαίω.

Γαλέη feles, catus. Etsi originis Græcæ videtur esse nomen, id tamen explicandum relinquo rerum naturalium investigatoribus.

Γαλήνη serenitas, tranquillitas. Quemadmodum à σέλας, σεληνὸς et σελήνη, sic à γάλας, similive forma est γαληνὸς, γαλήνη, quasi dicas nitorem habens sive explicatum nitens:

ut adeo γαλήνη, subintellecto θάλασσα, similive nomine, proprie sit mare quietum et sic explicatum ac nitens: ut esse solet tempore sereno et tranquillo; à qua notione porro latius sumtum transiit ad significandam tranquillitatem, serenitatemque. [Conferantur huc observata celeberrimi Lennepii ad Phalar. Epist. p. 308.]

Γαλίοψις frutex urticæ similis. De hoc videant Botanici.

Γάλλοι. Sic dicti sacris Cybelæ initiati. Vox autem peregrina videtur.

Γάλως glos, vel soror mariti. Vox quidem Græcæ originis; ratio tamen ejus obscura et incerta.

Γαμβρὸς gener, est pro γαμρὸς, β interposito: hoc autem pro γαμερὸς, quasi dicas ad nuptias pertinens. Est autem factum à nomine γάμος, nuptiæ: de quo mox. Inde autem eximie gener [q. *aangetrouwd*] sic dicitur,

Γαμέω uxorem duco. Oritur à nomine γάμος nuptiæ; quo proprie designantur festivitas nuptialis, epulum, nomine orto a verbo γάω, quod supra vidimus lætandi notionem, inter alias, habere. Inde vox nostra eximie translata est ad festivitatem nuptialem et epulas, ac porro ad ipsas nuptias, ipsumque matrimonium, quin etiam concubitum.

Γάμμα est nomen literæ tertiæ. Origo, ut reliquarum literarum, ex oriente repetenda.

Γάνος lætitia. Oritur à γάω, et proprie quidem notat nitorem, vel splendorem: quæ notio, ut supra jam vidimus, verbo γάω adjuncta fuit. Inde transfertur ad lætitiam, et porro oblectamentum, cujus generis translatio quoque cernitur in derivato γηθέω, de quo postea.

Γὰρ enim. Videtur compositum ex γε et ἄρ, quod vide suo loco. [Conf. Cl. Hogevenii Doctr. Partic. cap. 12.]

Γαργαίρω. Male verbum hoc reddidit noster Scapula per splendere, deceptus corrupto Hesychii loco, ubi legendum pro γαργαίρω, μαρμαίρω, quod est splendeo, et à nostro plane diversum. Hoc autem in usu vulgo notat repletum esse, et quidem proprie videtur factum à sono, vicinumque esse verbo καρκαίρω. Præterea origine non valde differre putem à verbo γαρύω, quod Ionice pronunciatur γηρύω, quemadmodum nomen, unde deducitur proxime, γῆρυς, vox. Factum, nempe, opinor γῆρυς et verbum γηρύω, præterea nomen γάργαρος ejusdem formæ, cujus βάρβαρος est, ac tandem γαργαίρω, similitudine quadam observata soni γαρ, gutture expressi. Inde certe manifesto oritur nomen γαργαρεὼν, de quo suo loco. A similitudine autem istius soni et soli crepitantis, motu pedum, à multitudine congregata facto, ad ipsam multitudinem translatum videtur, nomen γάργαρα. Γαργαίρειν autem, ut et καρκαίρειν, positum inde est de loco hominum strepentium multitudine repleto; unde postea generalius plenum esse significavit.

Γαργαλίζω, titillo. Etsi dubia quodammodo videri potest verbi hujus origo, et hoc tamen ortum quoque arbitror à sono, quem titillatio, una cum risu, hominibus exprimit. Proprie enim, ut Latinum titillo, sic nostrum γαργαλίζω notat fricando sive sub alis, sive ilia, sive alio loco corporis titillare, et ita ad risum aliquem cogere. A titillandi autem notione ad quamvis jucunditatem et voluptatem porro verbum transfertur. Præterea verbum γαργαλίζεσθαι de pruritu aliquando accipitur.

Γαργαρεὼν gurgulio, guttur. Manifesto est formatum à sono repetito γαρ, γαρ, gutture expresso; quemadmodum verbum γαργαρίζειν inde quoque ponitur pro gargarizare.

Γάρον garum. Ratio nominis mihi quidem parum expedita.

Γαστὴρ venter oritur à γέγασται, tertia Præt. perf. Pass. verbi γάζω vel γάω, quod inter alia idem notat quod χωρέω, capio, vel excavatum, expansum recipio. Dicitur autem eximie sic venter, quod cibi receptaculum est. [Γαστὴρ receptaculum cibi notat à γέγασται, verbi γάω, significantis, capio. In Lexicis vulgatis hoc verbum non invenietur, sed tamen adnotatum est ab auctore Lexici Etymologici magni, pag. 244. 221. 523. L. C. V.]

Γαυλὸς mulctra. Et hoc videtur à γάω repetendum, unde γάλω, γαλὸς, γαυλός. A notione nempe capiendi generatim γαυλὸς vas est recipiendis rebus aptum, atque inde eximie mulctra sic dicitur. Præterea hoc nomine aliquando designatur navigii genus, ut et sentina.

Γαῦρος superbus. Vidimus supra, verbum γαίω, Latine superbio, à simpliciori γάω ortum. Est autem illi vicinum γάυω, unde nostrum γαῦρος, atque inde verba γαυρόω et γαυριάω, quæ similiter, ut γαίω, ad gloriandi et superbiendi, exsultandive notionem translata sunt.

Γαυσὸν curvum, intortum. Forte et hoc repetendum à γάω, quod, ut vicinum κάω, à notione expandendi eam curvandi accepisse videtur, eamque communicasse, cum derivato suo, nostro γαυσόν.

Γε est à γέω, quod, ut vicinum, ita communem cum verbo γάω notionem habet explicandi: unde nostrum γε, particula usitatissima Græcis, vim accepit expletivam, ut vocant.

Γέγωνα. Quicquid de hujus verbi origine præcipiunt Grammatici, à ratione linguæ Græcæ alienissimum est. Certum videtur, verbum γεγωνεῖν factum esse à sono inconditе clamantium; unde vulgo redditur clare vociferari.

Γέεννα vox Hebraica est, scriptoribus sacris usitata.

Γείνομαι, gignor, nascor. Verba vicina sunt γέω, et γάω, quæ, ut γάω, inter alias, notionem habent explicandi. Inde γένω et γείνω proxime orta. A priore est Medium γένομαι, et, ejus loco, γείνομαι, proprie explicor, vel memet explico; atque adeo nascor, gignor. A posteriore est reduplicatum γιγένω et Medium γιγένομαι, et idem contractum γίγνομαι, quod antiquioribus Græcis usitatum, ut γίνομαι recentioribus. A prima autem nascendi, gignendique notione facile reliquæ deducuntur. [Vid. et Valck. ad Eurip. Phœn. p. 470. E. S.]

Γεῖσον suggrunda, projectura tecti. Videtur esse à γέω explico, extendo.

Γείτων vicinus. A nomine antiquo γαῖς, quod cum γέα et γῆ, de quibus dictum in γαία, convenit, proxime oritur γεῖτος, unde γείτων (contracte γείτων) proprie is est, qui in eadem terræ parte habitat; unde eximie sic dictus vicinus, ac porro latius etiam patet de quovis simili. [Ut apud Latinos vicinus deducitur à vico, iique vicini vocantur, qui in eodem vico propinquas habent habitationes, sic etiam γείτων à γέα vel γεία, (pro quo dicitur γῆ), quæ vox in genere quidem notat terram, sed in primis terram cultam. Ponitur ergo γῆ etiam pro vico, atque inde γείτων, (ut origine, sic etiam significatione) voci Lat. vicinus respondet. T. H.]

Γελάω est à simpliciori γέω, quod, ut γάω, notat explico, atque inde ad splendorem vel nitorem rei explicatæ transfertur. [Conf. γέλασμα, mari quieto tributum ab Æschylo, in Prometh. vs. 90. E. S.] Inde γέλω, et nomen γέλως, ut et nostrum verbum γελάω, proprie dicuntur de re nitente et splendente; unde postea transferuntur ad risum, quod risu veluti nitet facies et vultus serenus redditur. [Vide porro Cel. Lennep. ad Phalar. Epist. p. 308. 2.]

Γέλγη. Sic dicuntur omnis generis merces. Ratio nominis obscura.

Γέλγις allii caput. De hoc videant Botanici.

Γέμω plenus sum. Ortum videtur à γέω, quemadmodum δέμω à δέω· γέω autem ut γάω, inter alia, notat capax sum, capio, seu idem quod χωρέω: inde variæ res, seu vasa aliqua re repleta, γέμειν dicuntur, et sic notat plenum et onustum esse; unde porro proficiscitur usus, qui est apud Latinos verbi gemere.

Γέντα carnes, viscera. Opinor oriri à γέω, ea significatione capiendi, qua modo vidimus. Inde enim γένω, seu Medium γένομαι, apud Homerum idem est, quod Græcum χωρέω. Sic certe tertiam γέντο, apud Homerum, interpretantur ἔλαβεν. Ab isto γένω itaque γέντον peperit Plurale γέντα, et id eximie dicitur viscera, quoniam à ventre tanquam receptaculo continentur.

Γεντιανὴ gentiana. Videant Botanici.

Γένυς mentum, haud dubie quidem oritur à γένω vel γένομαι: ratio tamen significationis mihi quidem obscura est. [Forte ducta notio est ab hiscendo sive hiando, unde et Lat. genua dicta sunt. E. S.]

Γέρανος grus videtur origine convenire cum vocibus γέρας, γέρων, similibusque, nec tamen nominis ratio mihi satis expedita.

Γέρας præmium, honorarium, est a γέρω: quod superstes apud Latinos, et ortum a simpliciori γέω, capio, atque inde porto, præterea gero; unde porro idem notat quod Græcum πράττω, atque sic transfertur ad actiones quasvis honorarias, quas gesta vocant Latini. Inde γέρας eximie notat honorarium, munus, præmium, et quidvis fere honoris significationem habens.

Γέῤῥον scutum Persicum. Origo peregrina.

Γέρων senex, proprie Participium est verbi γέρω de quo ad vocem γέρας dictum. Inde γέρων, nempe ἀνὴρ proprie est, qui honores [aut baculum sive scipionem, vel et qui annos E. S.] gerit; unde ad senectutem translatum vocabulum, quod istius ætatis in primis hoc est. [Vide Hesiod. Ἐργ. vs. 331. Aristoph. Plut. 258. coll. 272. Lucian. Νεκρ. 6. 1. E. S.]

Γεύω est a simpliciori γέω, Active significante capere facio; quod est quoque vicinum γύω, unde Latinum Gusto, quod convenit cum verbo Medio γεύεσθαι, quod cum generatim proprie significet quasi capio mihi, vel in usus meos, eximie notat gustare. Antiquitus tamen generalius experiendi notione obvium fuit.

Γέφυρα pons. Productius nomen videtur quasi a γέφος, quod idem ac γόφος, unde γόμφος: hoc autem ortum quasi a γέπω vel γέφω. Videtur autem id a simpliciori γέω hiscere facio; inde γόμφος eximie notat cuneum, et porro clavum. Videtur itaque γέφυρα proprie esse quasi clavis compacta et protensa res.

Γηθέω. Vidimus jam supra, derivata a γάω ab explicando ad lætandi vim pervenisse. Similiter a γάω verbum γήθω, et inde γηθέω in usu lætor est.

Γήθυον genus plantæ est, de qua videant Botanici.

Γῆρας senectus. Quemadmodum γέρων a γέρω translatum in senem; similiter ab eodem verbo ortum γῆρας ad senectutem transiit.

Γῆρυς vox. Sine dubio a soni, gutture expressi similitudine facta vox est, atque sic voci adsignata. Vide supra ad verbum γαργαίρω.

Γίγαρτον acini vinacei lignum, seu nucleus. Origo obscura.

Γίγας volunt esse quasi γηγίνη, contra omnem rationem. Forte reduplicatum est pro γὰς et hoc a γάω explico, capio. Nihil tamen pro certo definio.

Γιγγίδιον herbæ genus est, de qua videant Botanici.

Γιγγλυμὸς cardo, nisi vox facta est a sono cardinis, qui fit versis foribus, originem forte repetas a verbo γλύω (quod idem ac γλύφω, de quo suo loco) polio. Inde γλυμὸς et reduplicatum γιγλυμὸς, atque inserto ν, γιγγλυμὸς, commode certe repeti potest.

Γίγγρας tibiæ genus. Stirps peregrina.

Γινώσκω. A verbo νόω cogito (de quo suo loco dicetur) est γνόω, inde γνώσκω et reduplicatum γιγνώσκω, ut antiqui pronunciabant, et omisso γ, ut recentiores, γινώσκω. Eximie notat judico, censeo, existimo, seu idem quod Latinum nosco, ab eadem stirpe ortum, ac porro cognosco.

Γλανὶς piscis genus, de quo videant Historiæ Naturalis curiosi.

Γλαυκὸς glaucus, cæsius, ortum puto a γάλα vel γάλαξ, quod contracte est γλὰξ, unde porro γλαύξ. Porro a γάλα, γάλακτος et contracte γλακτὸς lactis notionem retinuit. A γλὺξ vero nostrum γλαυκὸς proprie quidem lacteum notat, seu colorem lacteum referens; inde autem, quod lac omni caret pelluciditate, γλαυκὸς eximie notat colorem albicantem obscuriorem sine pelluciditate, qui dicitur cæsius, in primis autem tribuitur colori maris; unde aliis porro rebus adjungitur, atque noctua ob colorem eximie γλαὺξ dicitur.

Γλάφω sculpo. Nescio an γλάω et γλύω, unde γλάφω et γλύφω, stirpem habeant γάω et inde ortum γάλω, unde supra vidimus oriri γαλήνη. A γάλω autem γαλάω et γαλύω, verba contracta γλάω et γλύω, poliendi atque scalpendi sculpendique notionem habere potuerunt e nitore (quam vim derivatis a γάω variis inesse vidimus supra) glabricitatis significatione repetita, et inde ea sculpendi.

Γλήνη, sive pupillam, sive pupillæ splendorem proprie notare velis, certum videtur, rationem nominis a nitore et splendore esse repetendam. Nempe a γάλενος, quod ad γάλω et stirpem γάω pertinet, contractum est γλῆνος, fœmin. γλήνη.

Γλήχων pulegium. De hoc videant Botanici.

Γλῖνος genus aceris campestre. De hoc quoque videndi Botanici.

Γλίσχρος lentus, viscosus, est pro γλίχρος, et hoc a γλίχω, de quo mox. Nostrum autem a notione poliendi, et politura nitendi, translatum videtur ad lubricitatem; unde proprie lubricum notat. Inde transfertur ad res viscositate lubricas, quales sunt, oleo, similibusque rebus unctæ, inde porro notat viscosum, glutinosum, tenax, parcum, sordidum, jejunum &c.

Γλίχομαι, cupio, appeto, est a γλίχω, quod modo vidimus, quodque repetendum a simpliciori γλίω, cui vicina sunt γλάω et γλύω, quæ, ut supra ad γλάφω vidimus, notionem sculpendi et glabricitatis acceperunt a poliendo. Inde ad lubricitatem translatum notionem eam in primis servavit, quæ est in derivato ejus γλίσχρος glutinosus, tenax; unde metaphorice is dicitur γλίχεσθαι, qui se veluti agglutinat, vel glutine quasi junctus adhæret; unde idem est, quod vehementer cupere, appetere.

Γλοιὸς ortum est a γλόω, quod vicinum verbi γλύω et γλίω, a lubricitate, de qua notione ad vocem γλίσχρος dictum, ad olei sordes eximie translatum est: inde porro, latius sumtum, modo significat sordidum, modo qui est ingenio lubrico et mutabili, vel qui malis moribus est, quæque similes sunt notiones.

Γλουτὸς nates sine dubio est pro γλοτὸς et hoc derivatum a verbo γλόω quod vidimus cum nitendi, tum poliendi, aliasque significationes admittere; ex quibus rationem nominis explicent, qui volent.

Γλυκὺς dulcis oritur sine dubio a γλύω, et videtur nomen habere a viscositate, quæ notio, ut vidimus, inest verbo vicino γλίω.

Γλῶσσα ortum est a γλόω, polio, sculpo. Est enim hoc vicinum verbis γλάω &c. ut inde γλῶσσα proprie sit in modum cuspidis quasi politum et sculptum; unde eximie lingua sic dicitur. Inde denuo ad sermonem transfertur.

Γλωχίς. Et hoc a γλόω est, vel inde derivato γλώχω, notatque proprie cuspidem politam: inde porro spica, arista, præterea angulus sic dicitur.

Γνάθος nisi sit a γνάω, vicino verbi κνάω scindo, de quo suo loco, stirps mihi quidem latet. Notat autem, a memorata scindendi notione, ut videtur, malam, maxillam.

Γνόφος tenebræ sine dubio est pro νέφος, quod oritur a νέφω, tego, de quo ad vocem νέφος dicetur. Ratio nominis manifesta.

Γοάω, gemo, verbum factum a sono est.

Γόγγρος piscis genus, de quo rerum naturalium curiosi.

Γογγύζω murmuro factum est a sono.

Γόης præstigiator videtur ortum a γόω, cui vicina sunt γάω et γέω, alibi abunde explicata. Latet tamen mihi, quæ in hoc nomine est translationis ratio.

Γόμφος cuneus, clavus. De hoc vide ad vocem γέφυρα.

Γόνυ genu, etsi eandem originem habet, quæ est vocum γόνος, genus, γένος, similiumque (verbum nempe γένω vel γένομαι) nondum tamen significationis rationem satis perspicio.

Γοργὸς nescio, an vicinitatem habeat cum verbo γέρω, de

quo supra ad γέρας, atque adeo idem sit quod promtus ad gerendum; unde porro significare potuit acer, vividus, velox, mobilis, et similia.

Γράβιον. De notione vocis vide Lexicon: origo autem est obscura.

Γραῖα anus, vetula. Dubium videri potest, sitne contractum ex γέραια, ut oriatur a γέρων, senex, an vero a γράω oriatur, Latine scalpo, rado vel scalpendo sulcos duco, ut sic a cute rugosa dicatur. Dicitur saltem eximie γραῖα rugosa circa umbilicum.

Γράσος sordes in ovium lanis vel etiam alarum fœtor. Origo obscurior est.

Γράφω est a γράω, rado, et hoc, ut videtur, a sono, qui fit radendo: inde γράφω eximie est insculpo, vel sculpo literas, ut olim in corticibus arborum, aliave materia, fiebat. Hinc generatim porro notat scribere, describere, pingere, quæque similes sunt notiones.

Γράω comedo. Proprie idem fere est ac rado, factum, ut opinor, à sono rei rasæ. A radendo autem ad comedendi notionem translatum est.

Γρίπος rete. Forte originem vicinam habet verbo γράω rado: nisi, præfixo γ, repetendum sit à ῥίπτω projicio.

Γρόνθων primum rudimentum tibicinum. Forte a sono est factum.

Γρόσφος teli genus. Stirps autem incerta.

Γρῦ. Vox facta est à sono, quemadmodum γρύζειν factum a sono porcorum, quibus proprium est. Inde eximie οὐδὲ γρῦ, ratione sermonis, dicitur, notatque ne tantillum, tantulum.

Γρὺψ Avis genus. Videtur oriri à γρύπτω, quasi quod vicinum verbo γράφω, et, a simpliciori γρύω ortum, notionem habere videtur radendi.

Γρώνη Caverna, saxum exesum. Proprie est a Masculino γρῶνος cavus. Hoc autem contractum, pro γράωνος, quod repetendum a verbo γράω sculpo, rado; unde γρώνη, subintellecto πέτρα, eximie caverna.

Γύα proprie est à γύω, quod, ut γάω, de quo supra, notat hisco, explico; unde nostrum eximie notat fossam, jugerum, arvum et similia.

Γύαλον. A notione hiscendi, quam verbo γύω, ejusque proximo derivato γύα inesse vidimus, γύαλον derivatum eximie notat volam, vel etiam vallem, et similia.

Γυῖον Membrum. Et hoc est à verbo γύω hisco, expando. Inde eximie membra majora, manus pedesque γυῖα dicuntur; quòd explicari, et extendi possunt.

Γυλιὸς vasculum militare, ad reponenda necessaria. Est à γύω, ut videtur, quod inter alia, ut vicinum γάω, significare potuit idem quod χωρέω capio.

Γυμνὸς nomen participiale est, ortum à participio γεγυμένος, quasi dicas explicatus; unde notat apertum, nudum, inermem, et similia.

Γυνὴ forte est à γύω, vel derivato γύνω, vicino verbi γάω et γέω, significantis χωρῶ capio, quod nempe virum vel semen recipiat.

Γύργαθος canistrum. Videtur esse à nomine γυρὸς incurvus, ut sit quasi contractum pro γυράγαθος.

Γῦρις pollen. Origo incerta.

Γὺψ vultur. Forte à capiendi notione, quæ verbo γύω inest, repetendum; ut sit quasi à derivato γύπτω.

Γύψος gypsum. Ratio nominis obscurior.

Γωλεὰ speluncæ, lustra ferarum. Videtur esse pro γεωλεὰ et hoc à singulari γεωλεὸς, quod derivatum à γέως, quod cum γῆ convenit.

Γωνία. Forte est à γόω, vicino verbi γέω explico, et explicatum complector, capio. Inde forte proprie notat locum angustum inter duo latera extensa, vel in cavitate; unde porro locum abditum, atque etiam angulum notat.

Γωριάω subsanno. Verbum Laconicum est, factum, ut videtur, à sono subsannantis.

Δ.

Δαίδαλος dædalus, quod nomen proprium antiqui Cretensium artificis stirpem primam haud dubie habet verbum δάω, de quo suo loco. Notat autem δάω inter alia findo, unde δάλω, δάλος, δάδαλος (reduplicata δα) porro δαίδαλος, et verbum δαιδάλλω; et quidem δαίδαλος, ratione originis, proprie est fissor, scil. lignorum, quod recte in artificem illum quadrat, qui rudibus suis temporibus artificiosius è ligno statuas fecisse dicitur, pedibus nempe divaricatis, quum ante id tempus ruditer fierent, pedibus junctis. Inde jam δαιδάλλω porro notat artificiose facio.

Δαίμων. Est hujus stirps quoque δάω, seu productior forma δαίω. Videtur in primis in nostro derivato spectanda notio dividendi, distribuendi, quæ est verbi δάω vel δαίω: ut adeo δαίμων proprie sit distributor, quod in Deum et Genios recte quadrat. Sæpe enim Deos δαίμονας vocant scriptores. In primis tamen genus quoddam medium Deos inter et homines, qui ἡμίθεοι vocantur, hoc nomine insigniuntur. Habebantur autem hi quasi distributores bonorum et malorum, quæ hominibus obtingerent: inde porro nata notio, qua δαίμων idem fere est ac τύχη fortuna.

Δαίω. Oritur à simpliciori δάω, quod formas habet vicinas δέω, δίω, δόω, δύω. Horum notio communis est vehementer movendi, et movendo separandi, vel penetrando findendi: inde porro comburendi virtus profecta. Præterea a notione penetrandi translatum est ad peritiam, quam quis alicujus rei acquirat, atque inde eximie valet quoque discere, doceri. Imo à dividendo profecta quoque notio epulum præbendi, quod antiquissimis temporibus cibi inter convivas distribui solebant, et singulis in partes divisi apponi.

Δάκνω. Oritur à simpliciori δάκω, unde proxime δάκος et δῆξις, quibus nominibus animalia morsu lædentia notantur. Est autem δάκω à verbo δάω, cujus notio findendi jam supra notata. Inde illa mordendi; unde dein translatum quoque ad res, quæ acri sapore mordeant.

Δάκρυ. Vidimus ad verbum δάκνω, nomen δάκος ex origine significare eum, qui morsu lædat. Inde δάκερος derivatum notat propr. vim mordendi habens. Idem contractum est δάκρος, et, mutata terminatione, δάκρυς, cujus neutrum δάκρυ Substantive notat lacrymam, quod nempe acrimoniam mordentem habeat.

Δάκτυλος proprie forma diminutiva est à simpliciori δάκτος, quod derivatur è tertia pers. Præteriti perf. Passivi δέδακται verbi δάκω findo, mordeo. Inde rodendi radendique notionem habet. Hinc porro δάκτος Passive valet morsus, rasus; Active vero qui radit unguibus, nempe. Inde autem transiisse notio videtur ad digitos, qui forma diminutiva eximie δάκτυλοι dicti: ab articulis vero digitorum uno longiore et duobus brevioribus, pes deinde metricus δάκτυλος quoque dictus fuit; quod una syllaba longa, duabus vero brevibus constat. Reliquarum autem translationum, quas passa vox nostra est, ratio facilis.

Δαμάω. Oritur etiam hoc à supra memorato verbo δάω divido, findo; unde δαὶς nomen, pugna, et δάϊος hostilis. Inde autem δάμω idem proprie, quod Latinum inde ortum domo, seu efficio, in partes concidendo, vel conficiendo concidendoque subigo; unde porro notat occidere, vel, alia translatione, imperio suo subjicere, et generatim idem quod domo, subigo.

Δάνος donum, vel munus. Oritur à δάω [sive δάνω] quod superstes in lingua Latina, in verbo contracto do [et dano apud Plautum, Captiv. act. 4. scen. 2. vs. 39. et alibi. E. S.] notionem accepit ab illa dividendi, in partes distribuendi, et distributum præbendi; unde generatim significationem dandi accepit.

Δαπανάω consumo, impendo. Proxime oritur à nomine δαπάνη sumtus. Est autem hoc fœmininum à δάπανος Latine consumendi vim habens, profusus: hoc vero Adjectivum derivatum à nomine δὰψ, quod, superstes in antiqua lingua Latina, eximie epulum notat sive opiparos apparatus epuli, aut in deteriorem sumptum partem, cibos nefandos. Δὰψ vero descendit à verbo δάπω, (pro quo in usu est δάπτω voro, dilanio) quod denotat cibos discerpendo dividendoque vorare, dilaniare. Stirps enim est memoratum jam verbum δάω divido.

Δάπεδον pavimentum. Sine dubio est à simpliciori δάπος, ejusdem significationis nomine, superstite in compositis bene multis. Videtur huic vicinum esse nomen δάπις, quod in usu idem notat quod τάπης. Stirps autem vocis mihi non satis expedita.

Δάπτω. De hoc, quantum sufficit, dictum ad verbum δαπανάω.

Δαρθάνω. Est à simpliciori verbo δαρθάω, aut vicinum δαρθέω, quod idem est ac δαραθέω, cujus loco pronuntiatum quoque contracte δράθω. Videtur autem verbum compositum ex δὰρ vel δάρα, quod idem notat ac δέρας pellis. Inde δάρθω et δράθω proprie significasse videntur sternere pellem, unde dein, per figuram consequentis pro antecedente, significasse videtur in pelle strata dormire, atque sic simpliciter dormire. Est autem nostrum δαρθάνω à forma vicina δαρθάω.

Δασπλῆς. Est à particula δὰ (quod ut ζα significationem in composito intendit) et πλῆς, quod contractum ex πλέης, hoc vero à πλέω plenum facio, de quo suo loco. Inde δασπλῆς proprie valet qui valde replet, nimis quasi urgendo, atque ita gravis est; unde atrox dicitur: σ autem, ut in similibus, interponitur.

Δασὺς densus. Ortum est à δάω divido: inde δασὺς proprie opponitur glabro, quasi dicas, quod multos habet apices, in quos sit divisum. Hinc in usu notat pilosum, hirsutum, asperum, densum arboribus, et similia. [Respondet huic etymologiæ linguæ usus. Sic enim δασὺ hirsutum notat, Odyss. Ξ. 51. ad quem locum referenda est glossa Hesychiana, qua per τραχὺ explicatur. Vide et Hesiod. Ἐργ. vs. 514. Porro vox Latina densus eandem habet originem à δέω, quod cognatum est alteri δάω. Densus certe idem valere ac δασὺς probat illud poëtæ apud Ciceron. de Nat. deor. l. 1. 42.

Sylvestribus sepibus densa.

et Ovid. 3. Amor. 1. 32. E. S.]

Δατισμὸς figura dictionis est, qua eadem res pluribus verbis repetitur. Factum est à Δατίζω, significante imitor Datin, quod hominis Persæ proprium nomen, à quo ortum Δάτιδος μέλος, [Conf. viri docti ad Hesych. in voce Δάτις. E. S.]

Δαῦκος herbæ nomen. Dicitur forte pro δάκος, de quo dictum ad verbum Δάκνω, nempe ab acrimonia saporis. [Vide Kusterum ad Hesych. t. 1. p. 834. E. S.]

Δαφνὴ laurus. Dicitur sic forte à verbo δάπτω voro, comedo, et quidem ab illius Præterito perfecto δέδαφα. Ratio nominis autem repetenda forte à consuetudine vatum, qui oracula redditurі laurum comedebant; unde etiam Pythia, sacerdos Apollinis, à poëtis δαφνηφάγος dicta.

Δαψιλὴς largus, abundans. Proprium est epulo et opiparis conviviis, ortum à nomine δὰψ, de quo dictum ad verbum δαπανάω.

Δὲ autem, vero. Notiones habere videtur à dividendo, sejungendo, quæ significationes sunt verbi δέω, ex quo oritur. [Rectius mea quidem ex sententia, clar. Hoogeveen, Doctr. Part. Ling. Gr. pr. 242. primariam potestatem quæsivit in ligando, seu connectendo, quæ perquam manifesta est in verbo δέω. Conferantur etiam quæ dedit L. Bos, in Exercit. ad Luc. 12. 1. 2. Conjecturam vero Burgessii ad Dawes. Miscell. Crit. p. 517. minus verisimilem arbitror. E. S.]

Δείδω timeo. Ortum est à simpliciori δείω, quod à δέω, ex quo nomen δέος metus. Vidimus jam supra, verba δάω, δέω, δίω notionem primam communem habere, eamque esse positam in movendo, penetrando. Hinc transiit ad fugam vel periculum, et ortum inde metum, quæ notio in multis derivatis cernitur.

Δείκνυμι ostendo. Oritur à simpliciori δείκω, quod idem est ac δίκω: hoc autem superstes in verbo Latino dico. Propriam notionem habet jaciendi, feriendi scopum, ut ad vocem δίκη dicetur: atque inde notat proprie, quasi, feriendo scopo, sivè digito, sive alia re monstro, ostendo.

Δείλη tempus pomeridianum, quando sol vergit ad occasum. Proprie femininum est à masc. δειλὸς, de quo mox dicendum. Est autem δείλη, scil. ὥρα, eximie tempus illud, quando lux debilis fit, et se veluti inclinat.

Δειλὸς timidus, ignavus. Proprie notat eum, qui se inclinat, vel in fugam conjicit præ metu; unde eximie notat timidum, ignavum, significatione orta à nomine δέος, vel verbo δέω; cujus notio, quæ hic in primis spectari debet, plane convenit nostro Belgico *doorgan*. Porro δειλὸς inde notat debilem, miserum, quin et malum.

Δεινός. Ut δειλὸς, Passive, is dicitur, cui metus incutitur: sic δεινὸς, Active, qui metum affert. Unde porro notat terribilem, gravem; præterea sollertem, prudentem, peritum, et generatim qui magnam vim et efficaciam habet. Originem eandem agnoscit hæc vox, quam præcedens δειλός.

Δεῖπνον. Monui supra, δάω esse vicinum verbo δέω: atque ita vicina sunt quoque inde derivata δάω, δάπω et δέπω, atque inde ortum δάπτω, quibus omnibus notio cupide edendi inest. Inde δέπος, cui vicinum δέπας (de quo infra) peperit nomen δέπινος, et neutrum δέπινον, unde δέπνον, et δεῖπνον eximie, in usu, de cœna positum. [Vide tamen infra ad vocem Δεσπόζω. E. S.]

Δεῖσα, vel δεῖσσα, humor, stercus. Recte derivatur à δείω, quod convenit cum δεύω humecto, de quo suo loco.

Δέκα decem. Ortum quidem est à δέκω, unde δέκομαι, de quo dicendum ad δέχομαι: ratio tamen significationis mihi quidem non expedita satis. [A notione ligandi sive compingendi, quæ est in δέω, repetiit D. Mestingh, in Diss. de Authent. quorundam Cethibim, p. 19. nempe ut δέκα, eadem ratione sit translatum ac Hebr. עשר et Belgic. *tien*, quibus significatio orta " ex illa constringendi atque compingendi: quod denario numero minores unam in summam, et quasi unum in fascem colligentur et compingantur." Plura vide ibidem et infra in Ἑκατόν. E. S.]

Δέλεαρ Esca. Quemadmodum à δάλω, δαλὸς, à δόλω, δόλος, sic à δέλω est δέλος, et inde δέλεαρ. Δάω autem et δέω, et inde δάλω et δέλω, inter alia notionem cupide edendi et vorandi habuisse vidimus supra. Proprie itaque δέλος et δέλεαρ cibus est, quem cupide comedas. Inde in usu δέλεαρ eximie esca, qua animalia capiantur. Nomen autem δόλος latius translatum quidquid fallaciter struitur ad capiendum aliquem.

Δέλετρον fax. Est proprie ab obsoleto verbo δελέω, quod à δέλος: hoc autem convenit cum δαλὸς, quod in usu, notat titionem, facem, ortumque est à δάω uro. Δέλος autem à δέω itidem significare potuit facem, atque inde δελέω face collustro. Unde δέλετρον proprie instrumentum est, quo quis facem lucentem gestet, atque adeo laterna.

Δέλτα est nomen literæ elementaris. Stirps autem ex oriente.

Δέλφαξ porcellus. Ortum est à δέλφος, vel δελφὺς uterus. Inde δέλφαξ, vi terminationis, proprie notat, qui magnum uterum habet.

Δελφὶν videtur ita vocari, quod piscis figura sua utero similis est. Vix enim, nisi forma, differt à δελφύς.

Δελφὺς uterus, vulva. Ortum quidem videtur à δέω, vel inde orto δέλω, quod jam supra vidimus, ratio tamen significationis mihi quidem obscurior. [Verbum δέλειν, cupide edere, pp. videtur esse i. q. ἕλω volvere, convolvere, complecti, capacitate sua avide comprehendere: unde fortasse notio vulvæ sive volvæ, quæ ipsa vox Latinis quoque ab ἕλω volvo dicta fuerit. E. S.]

Δέλω inesco. [Proprie volvo, involvo. Vide in voce superiori et conf. Analog. p. 209. E. S.]

Δέμας. Stirps δέω est, quod idem ac δάω divido. Inde autem notat divisum, et seorsim in fasciculum quasi colligo: unde porro vinciendi et ligandi notionem habet. Δέμας itaque, inde ortum, proprie quasi compages corporis colligata est, atque ita potissimum apud poëtas accipienda vox. [Hinc porro δέμας instar, Iliad. Α. 595. Ν. 673. &c. uti Hebr. עצם, pro בעצם. E. S.]

Δέμνιον stratum, lectus. Est à δέω ligo, alligo; à cujus Participio δεδεμένος nomen ortum est δέμνος, et derivatum δέμνιος, cujus neutrum δέμνιον pp. notat ex variis partibus junctis et colligatis extructum: et hinc eximie stratum, lectusve dicitur. [Nempe, uti et ipsum Lat. Lectus est à lego, quod idem ac ligo, colligo. Vide plura in Schediasm. nostris de שבל. E. S.]

Δέμω. Et hoc stirpem habet δέω ligo, vincio. Inde δέμω vinciendo, ligando exstruo, compono; atque sic ædifico.

Δένδρον. Nescio, an originem communem habeat cum voce δρῦς, de qua suo loco: ut sit reduplicatum δίδρον, pro δρόν. Quod nisi verum sit, stirps mihi quidem est obscura. [Stirps fortasse est δέρω decortico: unde δεδέρω, δέδρω, δένδρον. E. S.]

Δέννος probrum. Vox Ionica est, quæ proprie non differt à communi δεινός: significationem autem accepit ab atrocitate verborum.

Δεξιὰ scil. χείρ. A masculino δεξιὸς acceptus, bene ominatus. Oritur à δέχεσθαι accipere, de quo suo loco. Ponitur autem hoc eximie de bono omine, ut Latinis accipere. Inde ad manum dexteram, et dexteras partes, tanquam boni ominis et acceptas, transfertur. [Nisi forte simpliciter dextra manus, δεξιὰ, dicatur ab accipiendo, quia in congressu duorum hominum, se invicem salutantium, manus hæc capi soleat. Unde phrases dextram capere, dextram prehendere &c. A notione autem dextræ manus, sive dextræ partis, ea fausti ominis videtur duci: non contra. E. S.]

Δέπας poculum, et patera. Ortum forte à δέπω, de quo jam dictum alibi. [Verba δέκω, unde δέχω, δέχομαι, et δέπω, vicina videntur. Itaque recte apud Hesych. ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τὸ πόμα repetitur. E. S.]

Δέρας oritur à δέρω, et hoc à δέω divido, separo. Inde δέρω videtur excoriandi notionem accepisse: unde δέρας postea pellis dicta, et quidem eximie pellis ovina.

Δέρη cervix, collum. Proprie convenit fere cum δέρας pellis. Inde cervix fortasse sic dicitur, quod pellis in plerisque animalibus eo loco laxior, et quasi separata à carnibus videtur. [Vel quod eo fere loco excoriationem animalium ordiri soleant. Etiam cervix, similiter à κέρω, quod idem ac κείρω, dicta. E. S.]

Δέρκω video. Dubium non est, quin oriatur à δέρω, atque proprie significet oculis veluti cædere et perstringere. Est enim δέρω, ut vicinum δαίρω, aliquando idem quod cædere, verberare, quasi dicas verberibus excoriare, atque ita nudare pelle. Unde in nostro verbo transiisse significatio videtur ad eos, qui, acumine oculorum et visus, facillime aliquid penetrant, atque ita veluti pelle denudant. [Malim equidem simpliciter à findendo sive acie penetrando, (quæ prima notio est verborum δάω, δέω &c.) ad acumen visus transitum factum esse, quemadmodum in Hebr. חזה. Quid quod et ipsum Lat. video, sive vido, unde Præter. perf. vidi, eandem acuminis penetrantis vim propriam habet? uti apparere potest vel ex solo collato verbo altero findo, fidi &c. Itaque δέρκεσθαι Poëtis pp. idem sit atque acie oculorum sese penetrare in rem, quod alio ex etymo, per διέρχεσθαι, explicuit Etymologus. E. S.]

Δέσιος mensis Junius, apud Macedonas. Nomen ortum videtur à δέσις, quod à δέω ligo.

Δεσπόζω [dominor, et dominio alicujus pareo.] Opponitur verbo δουλεύειν, et est forte repetendum à δέω Vincio, ut sit qui vincti dominus est. [Nempe δεσπόζω verbum est factum e futuro verbi δεσπόω, unde quoque δεσπότης, ex 3. Præt. Perf. Passivi. Δεσπόω porro à δέσπος, quod à δέσπω, pro δέψω, Lat. Depso, ex δέπω, cognato alteri δάπω. Proprietas verbi Depso et productioris formæ δεψέω (Odyss. Μ 84.) est in premendo, et cum pressione subigendo, unde notio potestatis superioris, cuncta subigentis, et quasi imperio suo prementis. Eandem translationem, in voce Hebr. מלך, observavit A. Schultens, in not. ad Exc. Hamas. p. 491. E. S.]

Δεῦκος dulcedo. Videtur esse à δεύω irrigo, irrigando mollio: unde forte ad dulcedinem translatum. [Etymologus magnus reddit nomen δεῦκος per τὸ γλυκὺ, verbum autem δεύκω per βλέπω: quod idem fere notat ac λεύσσω. Ex quibus perquam verisimile fit, verba δεύκω et λεύκω origine sua convenire: ut alibi literas λ et δ in pronuntiatione permutatas esse constat. [Vide Salmas. Plin. Exerc. p. 903. F. Quo pacto vera stirps fuerit λέω, unde λεύω, et δεύω, λεύκω, δεύκω: atque adeo notio dulcedinis à leni titillatione et mulsione fuerit repetenda. Simul observetur et ipsum Lat. Dulcis, ex eadem Stirpe, unde nostrum δεῦκος, esse repetendum: alteram autem vocem γλυκὺς, quam adhibuerunt Græci, eandem quoque etymologiam admittere, modo abjiciatur litera γ ab initio adscita. Conf. Analog. Gr. p. 213. E. S.]

Δεῦρο huc, in hunc locum. Ortum est à δεύω, quod idem pp. ac δέω, δίω moveo, adjungo, accedo. Inde Imperativus Δεῦε, et contracte Δεῦ, pp. idem quod accede. Ejus Pluralis Δεῦτε superest, sensu hortandi, quasi dicas accedite! Videtur autem Δεῦρο proprie esse factum ex memorata Δεῦ, et Particulis ῥα, et ὃ per contractionem.

Δεύτερος proprie est qui accedit secundus. Quod ipsum Latinorum Secundus, ortum à Græco ἕκω, vel ἥκω, proprie non aliam significationem habet. Est autem Δεύτερος forma productior à Δεῦτερ, quod à verbo Δεύω accedo: de quo modo dictum. [Quia etiam dicitur Δεύτατος pro ultimo, videntur proprie Δεύτερος et Δεύτατος esse Comparativus et Superlativus, ducti ab obsoleto δεύος, sive contracto δεύς. Hoc autem à verbo δεύω, quod Etymologus col. 259: 16. exponit λείπω relinquo. Hac lege δεύτερος et δεύτατος forent magis vel maxime relinquens, vel relictus, pro secundo et ultimo vel postremo. E. S.]

Δεύω a notione penetrandi significationem accepisse videtur imbuendi, tingendi, rigandi, subigendi. Ortum, nempe, à δέω, quod vicinum verbo δύω, ut jam alibi diximus.

Δέφω ortum est à simpliciori δέω, et à notione dividendi, vehementerque movendi, eam accepisse videtur comminuendi et conficiendi; atque inde porro illam molliendi. Partim inde proprium est coriariis, qui pelles molliendo præparant, partim sensu obscœno à scriptoribus ponitur. [Proxime pertinet ad δέπω, unde Depso, Δεψέω. Δέπω autem cum adspiratione δέφω. Vide in Δεσπόζω. E. S.]

Δέχομαι accipio. Vidimus jam supra, quemadmodum verba δάω et δέω dandi, tribuendique notionem acceperint. Non alia ratio est verbi δέκω, et δέχω à δέω orti. Horum itaque formæ Mediæ δέκομαι et δέχομαι, (quarum altera Ionica est, altera communis dialecti) vi reciproca proprie notant sibi tribuere atque adeo accipere, sustinere, exspectare, &c.

Δέω ligo, vincio. Vidimus jam supra, à dividendo, separando, seligendo, notionem ortam esse ligandi. Inde porro ea est in vincula conjiciendi: unde denuo nata illa est, qua quamque necessitatem respicit, qua quis constrictus veluti teneatur: ac modo vertitur absum, abest, modo opus est, modo indigeo, pro variis loquendi generibus diversimode. [Stirpes δάω, δέω, δίω &c. divido, separo, eandem originem habuisse ac δέω ligo, jungo, vincio, vix credibile videtur. Itaque dispiciendum, an forte δέω ligo cum derivatis suis, pro adfinitate literarum δ et λ, idem sit, ex origine sua, quod λέω, ac λίω, unde lego, ligo &c. Ceterum à δέω factum est, per reduplicationem, διδέω, δίδημι, unde δίδη ligavit Il. Λ. 105. Etiam δεῖμαι ὁδὸν construo viam, id est munio, pp. jungo mihi, sive conjungo viam eleganter dicitur. Vide Wessel. ad Herod. 7. 446. p. 599. Conf. porro eundem dè Δόμοι compages, ad l. 1. 72. p. 84. et alibi.—Ceterum Δέω et Δέομαι precor, pp. idem est ac adnecto vel adnecto, adjungo, mihi, Hebr. ארש. Vide de illo Toup. in Suid. 3. p. 306. E. S.]

Δὴ sane, profecto. Stirpem quidem habet Δέω, vel Δάω: ratio tamen significationis valde vaga est. [Nimirum, uti μὴ ne dicitur pro μέε, sive μεὲ, pp. remove, apage, sic Δὴ sane videtur esse pro Δέε, vel Δεὲ, pp. junge, adjunge, propera. Quæ vis particulæ Δὲ sentiri quodammodo potest in phrasibus ἄγε δὴ, φέρε δὴ &c. E. S.]

Δήκοκτα decocta. Est vox Latina medicis usitata. [Vide omnino Foësium, Œcon. Hippocr. p. 91. E. S.]

Δηλέω lædo. Videtur ortum esse à Δῆλος, quod proprie notat urens, urendo lucens, lucidus. Ortum est à Δάω, quod (ut supra vidimus) inter alia notat uro: unde Δήϊος, et Δηϊόω; quod posterius proprie est igne vastare. Similiter jam Δηλέω proprie significare potuit urendo, vel incendendo lædo, noceo. Unde profecta notio generalis lædendi, quæ porro eam deludendi peperit. [Conjecerat Isaacus Vossius, Lat. Deleo idem esse ac nostrum hoc Græcum δηλέω: cui favet quodammodo, quod et prima in Deleo sit longa. Sed multo rectius Lat. Deleo pro composito verbo habetur ex de, et leo, unde in Præter. perf. delevi, uti à lino (quod à lio, vicino alteri leo) est in Præterito levi. Consulantur Priscianus, et J. M. Gesnerus, in voce. E. S.]

Δῆλος pp. contractum est ex δάελος, quod ortum a δάω uro; notatque lucidum: unde generatim est δῆλος manifestus, perspicuus.

Δῆμος est à δέω vel δάω ligo. Inde δῆμος proprie populus dicitur, sive hominum multitudo, societatis vinculo colligata, et in civitatis formam redacta. Idem autem, mutato accentu, (δημὸς) redditur pinguedo, adeps, quæ notio profecta quoque à ligando vinciendove, quod, nempe, carnes et ossa in corpore animali constricta veluti tenentur tunica illa, quam cellulosam vocant, quæ sedes pinguedinis.

Δὴν diu, dudum. Sine dubio est à particula δὴ, addito ν. Ratio tamen notionis valde vaga et incerta. [Proprie videtur esse Accusativus Singul. pro δέαν, à Nominativo obs. δέα, δῆ: uti à γέα, γῆ, in Accus. est γῆν, ejusdemque casus adverbia sunt ἀρπάγδην, συλλήβδην, μὴν, πλὴν &c. Notavit autem obsoletum δέα, δῆ, pp. junctionem, adjunctionem, unde notio contiguitatis, continuationis: ut δὴν pp. idem sit ac continuo, sive continuatione. Conf. omnino Iliad. Α. 416. 512. Ζ. 131. et alibi. E. S.]

Δηνάριον. Vox Latina est. [Latini enim non tantum denarius dixerunt, sed etiam denarium, in neutro genere: unde apud Plautum est, centum denaria Philippea. Vide Gronov. de Pecun. Vet. p. 136. E. S.]

Δῆνος Consilium. Videtur proprie esse consilium, quod ineatur ad inveniendum aliquid, ortum, nempe, à δέω invenio, quod à δάω vel δίω moveo, permeo, penetro.

Διὰ proprie notat per, et dicitur à permeando, quæ notio verbo δίω, perinde atque δάω et δέω, adest. [Nempe διὰ, pro διᾷ, pp. est Dativ. Singul. obsoletæ vocis διὰ, sive διή. Plura vide in Rudimentis nostris Struchtmeyerianis, cap. 16. p. 242-247. E. S.]

Διάδεσμα Herbæ genus, malva hortensis. Ex διὰ, et δέσμα vinculum, à δέω ligo. Proprie idem est, quod διάδημα: quomodo olim dicebatur vinculum, vel fascia capitis, quod regum insigne.

Διάζομαι telam perficio. Est a δίω divido, discerno. Inde διάω, διάζω, διάζομαι.

Διαίνω ortum est à διαίω, quod à διάω, et hoc à δίω. Videtur autem, non dissimili ratione ac δεύω, eam humectandi notionem accepisse, atque inde porro illam irrigandi.

Δίαιτα. Et hoc est à δίω, proxime ortum à διαίω, vel διαίνω. Ab humectando forte primum translatum est ad victum consuetum. Vel à tribuendo proprie δίαιτα dicitur, qui, vel quæ victus rationem veluti præbet et præscribit: unde generatim porro notat vitæ institutum. Altius autem inde translatum notat quoque arbitrium et alia.

Διαμπάξ. Compositum est ex διὰ, et ἅπαξ, de quo supra, suo loco, dictum. Inde διαπὰξ, et interposito ν, eoque ob sequentem labialem in μ mutato, διαμπὰξ, proprie idem valet quod in universum, adeoque in totum.

Διαττάω percribro. Proprie notat persilire facio. Est, nempe, compositum ex διὰ, et ἀττάω, quod ab ἄττω, de quo supra dictum.

Διδάσκω doceo. Est à δάω, unde δάσω, δάσκω, διδάσκω facio discere. Vide quæ dicta sunt ad verbum δάω. [Vicinæ formæ sunt δάω, δίω, δόω. Jam vero, uti à δίω, Futur. δίσω, est δίσκω disco, sic à δάω, Futur. δάσω, δάσκω, et, reduplicatione facta, διδάσκω. Porro à δόω, est δόκω, hinc δοκέω, Lat. doceo. Unde apparet, cognata verba esse disco, doceo, et διδάσκω. E. S.]

Δίδυμος geminus, duplex. Compositum ex Δὶς, et δύμος, quod à δύω subeo, de quo alias dicetur.

Δίδωμι do. Oritur à δόω. Vide supra dicta ad vocem δάνος.

Δίζω quæro. Est à verbo δίω persequor, de quo suo loco. Inde autem quærendi notio profecta.

Δίκελλα ligo bifidus. Composita vox est ex δὶς et κέλλω, quod à κέλλω pello, illido. [Ex stirpe κέω, cognata alteri κάω, unde καίω, καίδω Lat. cædo. E. S.] Ratio significationis satis manifesta.

Δίκη ortum est à δίω, unde δίκω pp. jacio, ferio. Hinc δίκη, quasi dicas, quæ jaciat, feriatve, vel quæ feriatur. Atque inde translatum ad judicium, causam, actionemque, quæ alicui impingitur, vel etiam ad jus, justitiam, pœnam et similia.

Δίκταμον vel δίκταμνον, forte ortum à δίκτος monstratus, quod à δίκω, inter alia idem significante, quod δείκνυμι monstro. Inde δίκταμος et δίκταμον vel δίκταμνον, eximie dicta videtur herba, cujus usum in extrahendis sagittis, post vulnus acceptum, cervi hominibus, ut volunt, monstravere.

Δίκτυον. A verbo δίκω, Latine jacio, sive tertia ejusdem Præter. perf. Passivi δέδικται, factum δίκτος, quasi dicas jactus: more vero Æolum, loco δίκτος, pronunciatum δίκτυς neutrum peperit δίκτυ, hoc vero tandem nostrum δίκτυον. Ut adeo respondeat Lat. rete jaculum, qua denominatione usus est Plautus. Usu tamen factum, ut generatim fere quævis retia δίκτυα dicerentur. Itaque simili ratione ad rete translatum est, ac βόλος à verbo βόλω vel βάλω, quod idem ac βάλλω jacio. Unde βόλος itidem rete.

Δίκω jacio, ferio. Vidimus jam supra, oriri hoc à verbo δίω, cujus potestas quoque abunde explicata. Etsi autem verbum Δίκω, in significatione ea, quam diximus, feriendi rarius reperiatur, adhibuit tamen ea in notione Pindarus, profundi valde spiritus poëta, Olymp. Od. 10. vs. 86. μᾶκος ἔδικε πέτρῳ lapidem in longum projecit, ad verbum, longitudinem feriit lapide: atque ita δίκειν in Hesychio redditur βαλλειν, ῥίπτειν. [Quo loco plura dabunt viri doct. laudat. Albert. t. 1. col. 995. E. S.]

Δίνη vortex. [Adjectivum fœmininum est, absolute positum, à masculino δῖνος, quod ex eadem ellipsi nominis Substantivi itidem Substantive adhibetur. Stirps δίω, unde δίνω, cujus productiores formæ sunt δινέω, δινεύω, δινάζω &c. volvendique, et in gyrum circumagendi notionem habent: unde δίνη vortex dictus; quemadmodum apud Latinos vortex à vortendo, sive vertendo. Conf. Valck. Diatrib. in Eurip. Dram. p. 39. C. et Adnot. in Adon. Theocr. p. 376. A. E. S.]

Διόνυσος Bacchus. Vox composita est ex Διὸς, Genitivo vocis Ζεὺς [vel potius antiquæ vocis Δὶς, de qua Sal.

mas. Exercit. Plin. p. 423. b. F.] et νύσος, quod ortum à νύσσω, vel νύω compungo, pungendo lædo, dolore afficio. Inde Διόνυσος, Qui Jovem lædendo dolore afficit. Videtur eximie sic dictus Bacchus, quod matris Semelæ, fulmine percussæ, alvo eductus, Jovis femori insertus fuerit, ibique ad maturitatem perductus, atque sic tandem in lucem editus. [Apparet, hanc etymologiam longe verisimiliorem esse ea, quam dederant S. Bochart. Geogr. Sacr. cap. 18. col. 440. 441. et P. Moll. ad Longi Pastor. p. 78. E. S.]

Διπλόος duplex. Compositum est ex δὶς bis, et πλόος, de quo supra dictum in Ἁπλόος.

Δὶς bis. Est à δίω divido, separo: unde δίχα seorsim. Inde δὶς proprie est, quasi seorsum duo dicas. [Nimirum vocula δὶς videtur esse pro δίσι, Dativo obsoleto vocis δίσις, ortæ à δίδισαι, id est secunda perf. Præter. Pass. verbi δίω. Δίχα vero proprie est à δίχος, quod à δίδιχος, verbi δίκω, de quo supra. Ceterum de δὶς et δὶ, in compositione, adi Palmer. Exercitat. l. 1. p. 6. 7. E. S.]

Δίσκος discus. Est pro δίκος à verbo δίκω jacio. [A δίκω est δίκσω, et, per metathesin, δίσκω, ut sæpissime alias, ab ἔπω dico, ἔσπω, pro ἔπσω, à λάκω, λάσκω &c. Vide de δίσκοι Kuhnium in Indic. Perizoniano ad Ælian. V. H. et laudatos à Leisnero ad L. Bos Antiq. Græc. p. 85. E. S.]

Διστάζω, dubito, compos. ex δὶς, et στάω vel στάζω, proprie est, quasi, dupliciter insisto, et inde est anceps, dubius sum, dubito.

Διφάω proprie repetendum est à δίπτω, quod idem ac δίζω, ortum quoque à δίω. Verbi autem δίπτω Præteritum δίδιφα peperit nostrum verbum διφάω, notans studiose quæro.

Διφθέρα pellis, exuvium. Proprie fæmin. est à δίφθερος, et hoc pp. notat bis corruptus, putrefactus. Inde διφθέρα pp. pellis præparata; et quidem eximie διφθέραι membranæ dictæ, in quibus scribitur. Oritur autem à δὶς, et φθείρω vel φθέρω.

Δίφρος est ex δὶς et φρὸς, quod pro φέρος; vel φόρος. Ortum est à φέρω, de quo suo loco. Hinc δίφρος pp. dicitur qui duo fert. De significatione videantur Lexica [de origine vocis autem Eustath. ad Iliad P. p. 1154. E. S.]

Δίψα sitis. Est à Δίφω vel Δίπτω, de quo dictum ad διφάω. Videtur sic dici ab ardore et cupiditate, qua quis potum quærat et desideret.

Δίω. Quidquid vehementer movet, aut movetur, ex uno in alium locum penetrando, dicitur proprie δίειν, ut jam notatum supra, in vicina stirpe δάω. Inde eximie δίω notat celeriter curro, porro fugio, hinc timeo, quin etiam cursu persequor, et inde denuo expello, abigo.

Διώκω ortum est à δίω, διόω, δέδιωκα, διώκω, cursu persequor: quæ notio jam explicata, ad δίω. [Videatur L. Bos, Exercit. ad Rom. ix. 30. p. 114. et D'Arnaud Animadv. Crit. p. 37. 38.] Inde quoque notat expello, abigo, in exilium mitto: dein, alia ratione translatum, idem est, quod persequor judicio, reum ago. Quin dicitur quoque persequi oratione, et, ad animum translatum, sectari, expetere, adfectare.

Διωλύγιος magnus, arduus. Sine dubio compositum est ex διὰ, et verbo antiquo ὀλύω, quod ab ὅλος totus, vel solidus: de quo suo loco.

Δνοπαλίζω manibus agito et excutio. Est ex δῖνος, et παλίζειν. Horum prius convenit cum δίνη, de quo supra. Posterius est à πάλω, unde πάλλω quatiendo vibro, atque inde luctor. Δνοπαλίζειν itaque proprie notat huc illuc quasi in gyros movendo agitare.

Δνόφος tenebræ. Videtur esse pro νόφος, quod idem ac νέφος. Δ autem præfigitur, quemadmodum, in eadem hac voce, præmittitur γ, ut sit γνόφος, quod vide supra suo loco.

Δόδρα genus potionis. Vox ipsa Latina.

Δοίδυξ pistillum. Ortum est à δύω, unde δύσσω, δοδύσσω. Inde δόδυξ et δοίδυξ. instrumentum, quo res tundendo dividas, et comminuas. Est enim ea notio verbi δύω, ut alibi dicetur.

Δοκάζω observo, exspecto. A verbo δέκω, δέκομαι, (quod jam vidimus ad δέχομαι) nomen est δοκὸς, et inde verbum δοκάζω, quod, à notione accipiendi excipiendique, ad eam exspectandi, observandique transiit. Præterea, ad animum, et quidem ad intellectum, translatum, notat quoque putare, arbitrari.

Δοκέω. Et hoc ejusdem originis est, cujus antecedens, ac proprie est puto, existimo, censeo, vel, sensu neutro, videor: id quod quoque δοκάζομαι notat. Unde, verbo ad existimationem nominis translato, aliquando οἱ δοκοῦντες dicuntur, qui in opinione sunt, sive ἔνδοξοι. Hac enim loquendi formula Græci utuntur de iis, qui præ aliis eminentes sive dignitate, sive honore, sive aliis rebus, in honore habentur. [Conf. Gatakeri Advers. 1. 3. p. 189, 190. et viros doctos, à Wolfio laudatos ad Galat. ii, 6. E. S.]

Δοκὸς trabs, tignum. A δέκομαι etiam nomen hoc esse, jam dictum est ad verbum δοκάζω. Proprie itaque valet qui excipit, scilicet, pondus ædificii, trabs, adeoque tignum. Idem metaphorice animo tribuitur, notatque exspectationem, speculationemque.

Δολιχὸς longus, prolixus. Haud dubie ducitur à δόλος, quod idem esse ac δέλος, si formationem species, observavi supra ad vocem Δέλεαρ. Ubi itidem prima stirps exposita est. Inde forte δολιχὸς primum fuit dictum de spatio longo, quod, decursu suo molestum, præ longitudine cursorem fallere et decipere potest. Ea certe notio valere videtur, quando δόλιχος, Substantive positum, certum curriculi spatium designat. Inde autem postea longum significare potuit. [Favere nonnihil videtur, quod δολιχαὶ ἐλπίδες dicantur, quasi spes fallaces. Dubito tamen. E. S.]

Δόλος dolus. De hoc dictum ad Δέλεαρ.

Δόναξ arundo. Haud dubie est à δόνος, quod agitationem notat in composito πολύδονος. Inde δόναξ à motu undulante arundinum, vento impulsarum, dicta ipsa arundo videtur. Inde porro calamum scriptorium et alia significat.

Δονέω agito. Oritur à memorato modo δόνος, et habet originem verbum δόω, quod vicinum verbo δίω, unde δίνη vortex; et δινέω in orbem vel gyrum moveo. Cum his itaque significatione sua fere conveniunt δόνος, et δονέω, ac δονεύω, notantque huc illuc gyrando, movere, agitare. [Adde δονάω, unde apud Theocritum, Idyll. 13. 65. δεδόνατο. E. S.]

Δὸρξ dama. Stirpem habet δόρκω, vel δέρκω. de quo dictum supra.

Δόρπον videtur esse pro δέρεπον, quod à δερέπω, unde δρέπω decerpo, carpo, colligo, de quo suo loco. Inde δόρπον pp. est quasi collectio cibi sive frugum collectarum, decerptarumve.

Δόρυ. Est quoque hoc à δόρω, vel δέρω, retrahendo pellem denudo, vel decerpendo nudo. Inde δόρυ eximie est ramus decerptus; unde porro hastam notat. [Quin et unguem animalium rapacium, ex quo usu proprietas vocis magis elucet. Vid. D'Arnaud Animadv. ad Æschyl. p. 223. Esse autem δόρατα hastas, non vero pila, probavit Schelius ad Hygin. p. 310-312. E. S.]

Δοῦλος. A δέω ligo, vincio, ortum δέολος, et contractum δοῦλος, pp. quasi vinctum dicas: unde servum denotat. [Nimirum ut ipsum quoque Lat. servus à sero, (id est εἴρω, vel ἔρω, pp. necto, innecto), prima origine nexum, vinctumve notat, quomodo etiam Persis servus *bend* dicitur, à *benden* sive *binden*. E. S.]

Δοῦπος sonitus rei allisæ. Vox est haud dubie facta à sono. [Vid. Iliad. Δ. 455. et ibidem uti et Κ. 375. Clarkium. E. S.]

Δοχμὸς obliquus. Forte dictum est ab angulis, quo quis in cursu veluti excipitur. Ut ut est, certum esse videtur, oriri à δέχεσθαι excipere. [Tali, nempe, translatione, ut δοχμὸς pp. sit exceptus, vel excipiendus, ut modo huc modo illuc feratur obliquus. Vide omnino loca Homeri, Il. Μ. 148. Ψ. 116. et viros doctos ad Hesych. t. 1. col. 1028. E. S.]

Δράκων pp. Participium est verbi δράκω, quod contractum ex δεράκω, unde ortum δέρκω acute cerno: de quo dictum supra. Dicitur autem draco ab acumine visus. [Vid. Jos. Laurent. Var. Sacr. Gentil. Thes. Gronov. vol. 8. p. 169. B. Observetur autem ab eodem δέρκω, aut à vicina forma δόρκω, etiam capream Græcis δόρκαδα dici, quia animal est ὀξυδερκές. Vide Bochart. Hieroz. p. 1. col. 925. E. S.]

Δράσσω manu prehendo. Componendum est cum δρέπω decerpo, colligo, quod à δέρω, ut nostrum à δράω: de quo suo loco. Accepit autem δράσσω à decerpendo, carpendoque notionem prehendendi, arripiendique manu.

Δραχμὴ proprie non multum differt à nomine δράγμα manipulus, habetque originem eandem, verbum nempe δράσσω. [Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 188. B. et ad Vopisc. p. 416. Porro Suell. de re Numar. in Thesaur. Gron. vol. 9. p. 1579. et P. Moll. ad Longi Past. p. 88. E. S.]

Δράω facio. Proprie oritur à δέρω, notatque pellem detraho, denudo. De quo verbo supra. Inde δερέω et δεράω, contracte δρέω, δράω: quorum hoc à speciali notione ad generalem tractandi, faciendi, agendi, perpetrandique transiit. Præterea ad illam famulandi, ministrandique notionem propagatur. Idem tamen, quum notat fugio, componendum est cum verbo δέω fugio: de quo dictum supra. Inde, nempe, derivatum nostrum verbum, ejusdem δέω significationem per varios derivationum flexus retinuit.

Δρέπω carpo, decerpo, colligo. Est à δερέπω, quod à δερέω, et hoc à δέρω pellem detrahendo nudo, de quo supra dictum. Inde autem verbum nostrum illam decerpendi, similesque notiones accepit. [Conf. Salmas. de modo Usur. p. 881. E. S.]

Δριμὺς. A verbo δέρω ortum δερίω, et inde δρίω, peperit nomen δριμὺς, quod eximie ad eas res omnes translatum est, quæ acumine suo vim habent secantem et decerpentem. Unde valet idem fere quod acris, vehemens, et in primis quidem ponitur de gustu acri. Idem, ad animum translatum, significat astutum, prudentem, acutum.

Δρόσος ros. Videtur litera δ, hac in voce, ut in quibusdam aliis, aliunde adscita esse; tum autem ῥόσος derivatum est verbi ῥόω fluo. Inde speciatim quidquid guttatim fluit δρόσος dicitur, atque sic aliquando lacryma, speciatim autem ros vocatur. [Vide Valck. ad Eurip. Hippol. p. 180. E. S.]

Δρύπτω. Quemadmodum vidimus, à verbo δέρω esse δρέπω, sic ab eodem verbo δέρω quoque δρύπω est, et, inserto τ, δρύπτω. Facilis autem translatio fuit ab illa notione excoriandi ad hanc lacerandi, laniandi, quæ subjecta verbo δρύπτω est. [Vide Schrader. ad Musæum, p. 113. 114.]

Δρῦς. Proprie omne genus arborum hoc nomine comprehenditur, perinde atque nomine δένδρον, quocum etiam communem originem habet; ut jam supra observatum. Haud dubie autem, hac in voce, litera δ præfixa est, et ῥῦς adeoque contractum ex ῥύος, orto à verbo ῥύω, ut ῥὸς à vicino ῥόω, unde ortam esse vocem δένδρον supra dixi. Verba autem ῥόω et ῥύω, præter alias notiones, eam quoque habent rigendi, qua, nempe, aliquid rigidum et robustum esse dicitur. Itaque hac ratione vox δρῦς, vi originis suæ, idem plane valet, quod Latinum (ab eadem stirpe ortum) robur: quo nomine Latine quoque majores arbores et speciatim quercus aliquando designantur.

Δρώπαξ medicamenti genus, à verbo δρόω, quod, ut δρύω et δρέω, à verbo δέρω oritur. A δρόω autem ortum δρώπω produxit nomen δρὼψ, cujus Genitivus δρώπος peperit nomen δρώπαξ, quod à notione carpendi, decerpendi, quam supra vidimus in vicino verbo δρέπω, eximie translatum est ad significandum medicamentum, quod vim habeat decerpendi ac vellicandi pilos. [Vide omnino Toupii Emend. in Suid. 1. 109-111. E. S.]

Δύη. A verbo δύω subeo, mergo (de quo suo loco dicetur) δύη proprie dicitur id, quod nos mergat et immergat quasi in ærumnas: unde ærumnæ vel infortunium similiaque hoc nomine designantur. [Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 61. A.]

Δύναμαι pp. verbum est à δύνω, [sive Medium à forma productiori δύναμι] pp. subeo, ingredior. Hinc δύναμαι, quasi dicas ingressus sum, immisi memet, translatum porro est ad notionem potentiæ, atque sic notat posse: unde reliquæ verbi hujus significationes provenerunt.

Δύνω, vel δύω subeo. Proprie convenit verbum δύω cum reliquis formis vicinis, quæ jam supra variis locis explicatæ sunt, δάω, δίω &c. habetque notionem primam positam in motu, qui fit in locum penetrando. Inde sponte nata est notio subeundi, ingrediendique, verbo nostro specialiter adsignata.

Δύο duo. Est à verbo δύω, ut in δὶς numerum dualem ortum esse vidimus à notione separandi, dividendique: quam inter alias habet δίω. Sic nempe δύο, à vicino ejus verbo δύω ortum, eandem quoque notionis rationem habet, notatque eximie duo.

Δυς in compositis varie notat, ut Lexica indicant. Est autem à δύω vel δῦμι, estque fere eadem significationis ratio in hoc vocabulo, quæ est in nomine δύη, de quo supra.

Δῶρον. A verbo δάω, contracte δῶ, est δάορος, δάορον, contracte δῶρον, donum: cujus significationis caussa manifesta.

E.

Ἒ He! Exclamatio dolentis. Factum est à sono, qui hac litera repetita editur. Ubi vero ἓ pronomen reciprocum se notat, proprie est Accusativus casus ejusdem formæ, cujus sunt pronomina μὲ, σὲ, et eandem rationem habet cum nomine ὃς, et casibus ejus obliquis, quam μὲ cum μὸς, σὲ cum σός. Et proprie quidem est à forma obsoleta εἷς, vel ἕς, cujus neutrum ἕν. Originem autem habet verbum antiquum ἐμὶ, vel ἔω sum. [Plura dedimus in Animadversionibus ad Analogiam Lennep. p. 299. seqq. E. S.]

Ἔα. Utuntur hac voce pro Interjectione. Est autem proprie Imperativus contractus, pro ἔαε, à verbo ἐάω, Latine sino, permitto. [Quod ipsum sino cognatæ quoque originis verbum est, ortum ab ἕω.] In usu autem voculæ ἔα eadem ratio est, quæ Imperativorum ἄγε, ἔχε, φέρε, ἰδοὺ, et similium: quæ omnia naturam sæpe induunt Particularum.

[Ἐὰν si. Compositum ex ἐ, sive εἰ et ἂν, "ut ἐπεὰν, quod Iones dicunt pro ἐπεὶ ἄν." Cl. Hoogeveen, Doctr. Particul. cap. 9. p. 370. seqq.]

Ἔαρ, Latine ver, ortum est ab ἕω, vel ἔω, quod, ut suo loco dicetur, convenit cum vicino verbo ἄω (de quo supra) notatque emittere, mittere. Eximie autem inde dicitur ver, quod isto tempore terra, veluti aperta, omnia rursus è fœcundo suo gremio emittat. [Ἔαρ etiam notat ventum et sanguinem. Vide Etymol. col. 511. 19. et 380. 7. Eustath. p. 1851. 42. et viros doctos ad Hesych. c. 1058. et 1097. Quare verisimilius mihi est, voce ἔαρ, ab ἐάω emitto, exspiro halitum, adeoque halo, exhalo, tam sanguinem spirantem, ac ventum, quam exhalationem terræ vernam, ipsumque ver vocari. Pro ἔαρ autem Attici dixerunt quoque ἦρ, Æoles Ϝῆρ, cum digammate præmisso, quod Iones protulerant Βῆρ, teste Varrone apud Vossium, in Etymologico. Est adeoque eadem hæc vox Latinorum ver. E. S.]

Ἐάω forma productior est, orta ab ἕω, Lat. mitto. Unde ἐάω eximie notat permitto, sino: porro prætermitto et similia.

Ἐγγύη sponsio. Est à mascul. ἔγγυος Lat. sponsor, fidejussor. Et hoc videtur ortum ab ἐγγὺς Lat. prope. Ἔγγυος itaque est qui prope una adest, quasi præs: unde eximie

transierit significatio in sponsorem. [Malim equidem retinere vulgarem etymologiam, qua repetitur ab ἐν, et γύον, sive γύης, manus aperta. E. S.]

'Εγγὺς prope. Ut supra vidimus, à verbo ἄγω, inserta litera ν ante γ, varia esse derivata, ἄγχω &c. sic quoque, à verbo vicino ἔγω derivatum, ἔγγω peperit nomen ἐγγὺς, quod à notione adducendi, quæ verbo ἔγω æque ac ἄγω inest, eximie significavit prope: quemadmodum fere ἄγχι, et similia, de quibus dictum supra. [Conf. omnino in ἄγχι.]

'Εγείρω, Lat. excito, convenit fere cum ἀγείρω, et uti hoc ab ἄγω formatum, ita ab ἔγω, ἐγείρω est. Eximie autem, à notione agendi, ea sursum agendi in nostro derivato conspicua est. Verbum autem ἐγείρω ita pronuntiatum pro ἐγέρω (quemadmodum in multis factum est) peperit etiam contractum ἔγρω, unde superest Medium ἔγρομαι, quod ejusdem significationis est apud poëtas atque ἐγείρομαι, ab ἐγείρω. Produxit præterea verbum ἔγρω aliud ἐγράω, cujus Futurum ἐγρήσω novam verbi formam peperit ἐγρήσσω, quo utuntur poëtæ pro vigilare, quod vulgo Græci verbo, ab eadem stirpe orto, ἐγρηγορέω, significare solent. Nostrum ἐγείρω sensu excitandi cernitur in phrasi ἐγείρειν πόλεμον excitare bellum, quod poëtæ sæpe dicunt ἐγείρειν Ἄρηα, id est concitare, vel excitare Martem. Speciatim autem verbum nostrum tribuitur iis, qui aliquem è somno excitant &c. [Etiam verbum hoc ἀγείρειν, secundum vim propriam, eleganter notat excitare, sive sursum exigere, ædificium. Conf. Elsner. et Palairet ad Joh. 2. 12. E. S.]

Ἔγκατα intestina. Proprie est Plurale, ab obsoleta forma ἔγκας, quæ vix differt ab ἄγκη, de quo supra dictum: [quod ipsum ἔγκας etiamnum fortasse superest in Adverbio ἐγκὰς profunde. Sed τὰ ἔγκατα intestina tutius dixeris esse neutrum plurale ab usitato ἔγκατος.] Ut autem ἔγκω et ἄγκω originem habent ἄγω vel ἄκω: sic nostrum ἔγω, vel ἔκω, ea notione, qua in derivatis res curvas et vasa respicit. Inde ἔγκατα eximie viscera incurva notare videtur.

'Εγκισσάω, Latine coitum appeto, compositum est ex ἐν et κισσάω, quod à κίσσω, hoc à κίω, cui vicinum κύω turgeo: de quo suo loco. Inde ἐγκύω pp. est gravida sum et ἐγκισσάω gravida esse cupio. [Vox κίσσα notat appetitum vehementiorem et picam. Hujus stirps est κίω cio, moveo; unde ad motum alacriorem picæ, appetitumque, facilis est translatio. Porro κισσάω appeto fortius, et compos. ἐγκισσάω, in primis dictum est de fœmina jam gravida, et res quasdam vehementius appetente. E. S.]

'Εγκρίς. Sic dicitur opus pistorium, variis ex rebus mistum. Videri potest compositum ex ἐν, et κρὶς, quod posterius conferri debet cum verbo κράω, vel κεράννυμι Lat. misceo. Ejus vicina forma producere potuit nostrum κρίς.

'Εγκώμιον. A nomine κῶμος vel κώμη, Lat. vicus, vox κώμιος peperit compositum ἐγκώμιος, cujus neutrum ἐγκώμιον eximie notat laudationem, quæ publice in vicis fit. Unde postea generatim significavit orationem laudatoriam.

'Εγρηγορέω vox composita est ex antiquo ἐγρὸς, et ἀγορέω. Habet autem ἐγρὸς, ut verbum ἔγρομαι, inter alia vim excitandi, similiter ut ἄγρομαι, quod ortum ab ἀγείρω, ut ἔγρομαι ab ἐγείρω: et utrumque est ab ἄγω, et ἔγω. Posterior autem pars ἀγορέω (ut ex multis vocabulis, jam supra ad literam α annotatis, apparet) descendit quoque ab ἄγω. [Proprie itaque, ex stirpibus istis, nomen ἐγρήγορος significat quasi qui excitatum colligit, vel agit: unde ἐγρηγορέω quasi excitatum se colligere atque vigilare. Conf. supra in 'Εγείρω.]

Ἔγχελυς anguilla. Est proprie ab ἔχελυς, inserta ν, et hoc ab ἔχος, quod ab ἔχω, cujus Medium ἔχεσθαι notat adhærere: de quo suo loco. Hinc ἔγχελυς pp. est tenaciter adhærens: unde eximie ad naturam anguillæ translatum est. [A curvaturis, quibus glomeratæ volvantur, dictas potius putem anguillas. Conf. supra in ἔγκατα. Latinum anguilla esse ab anguis, viderant dudum veteres. Jam vero anguis itidem est ab ἄγγω: ut Anguis et ἔγχελυς easdem origines agnoscant, ab ἄγω et ἔγω. Vide Salm. Exc. Plin. p. 60. E. S.]

Ἔγχος hasta. Interposito ν dictum est pro ἔχος, quod ab ἔχω teneo. [An potius ab impellendo, ut stirps censenda sit ἔγω, vicina alteri ἄγω? E. S.]

'Εγὼ sine dubio oritur à verbo ἔγω, quod vicinum alteri ἄγω. Est itaque ἀγὼ, et ejus loco pronuntiatum ἐγὼ, pp. qui agit: unde eximie transiit ad primam personam agentem denotandam. [Hoc pacto ἐγὼ foret dictum pro integro ἐγὼν, in forma participiali; quod ipsum ἔγων servant Æoles (qua de re videatur Kœn. ad Corinth. p. 114:) sed syllaba γὼ vel γὼν in pronomine ἐγὼ, ad pronominis hujus naturam non videtur pertinere. Confer sis Animadvers. ad Analog. p. 285-288. E. S.]

Ἔδνα dona sponsalia. Videtur contractum esse ex ἔδανα, quod ortum ab ἔδος, et hoc à verbo ἔδω, cui vicinum ἄδω, unde ἀδέω placeo. Ἔδανα itaque, vel ἔδνα, scilicet δῶρα, pp. dona sunt, quibus benevolentiam alterius captare studeamus. Inde autem dona sponsalia. [Ἔδνον adjectivum contractum est, quasi dixeris δῶρον ἔδανον donum gratum. Antiquissima hæc vox vetustum scribendi morem servavit per ε. Postea etiam scripserunt per η, ἥδω, ἡδανὸς, ἡδύς. T. H.]

Ἔδω vicinum est verbo ἄδω, cujus etiam propriam significationem communem habet, ut jam ad verbum ἄδω, hujusque derivata, dictum est. Eximie autem nostrum ἔδω, à notione premendi, condensandi, atque ita comminuendi, ad eam manducandi translatum fuit, et quidem proprium est ipsis animalibus, quæ dentibus molaribus cibos premendo et comminuendo comedunt. Est autem idem Latinum edo.

Ἕζομαι. A verbo ἕω mitto verbum ἕδω, unde Latinum sedeo et Græcum ἕζω, ἕζομαι: quod posterius, vi Media, pp. valet memet mitto deorsum, adeoque sedeo.

Ἔθειρα cæsaries, proprie Adjectivum est, intellecto nomine θρίξ. Oritur ab ἔθος mos. Itaque ἔθειρα est, quasi, coma ad morem comta. [Verbum ἔθω idem pp. videtur significasse ac θέω &c. pono, compono. An hinc ἔθειρα coma composita, comtave? E. S.]

'Εθέλω pp. oritur ab ἔθος consuetudo. Inde ad voluntatem translatum. [Rectus vir celeberr. Analog. cap. 16. p. 205. ad synonymum θέλω reduxit. Vide infra in Θέλω. E. S.]

Ἔθνος gens, natio. Proprie contracta vox est ex ἔθινος, quod ab ἔθος mos. Hinc ἔθνος dicitur populus, qui iisdem moribus vivit. [Ut. Hebr. לאם à לאם conglutinavit pp. notat nationem conglutinatam, et hinc fœderatam (qua de voce vid. Schult. ad Prov. p. 141. et alibi) sic nostrum ἔθνος forte est ab ἔθω, pp. compono, sive i. q. ἔδω, condenso, compingo: unde plenius ἔθνος ἀνθρώπων Act. Apost. 17. 26. ubi conf. Palairet, p. 316. et Lenn. ad Col. p. 101. E. S.]

Ἔθος mos. Ortum est ab antiquo ἔθω, quod idem fere videtur significasse ac vicinum ἄδω, ἄθω, quasi dicas frequenter, et sic ex more facio. [An ab ἔθω compono, compingo: ut Latini dicunt componere mores? E. S.]

Εἰ si. Ortum est ex verbo ἕω mitto, vel sum. Inde εἰ idem valet, quod sit, esto! Unde, tanquam Particula conditionalis, invaluit. [Ab eodem hoc εἰ, præmisso s, factum esse Lat. sei, si, viri docti dudum monuerunt. Vide Vossii Etymol. in voce. E. S.]

Εἶα Eja. Particula hortandi. Proprie idem valet, quod ἔα: de quo dictum supra. Inde autem, inserto ι, εἶα. [Nempe uti ἔα, pro ἔαε ab ἐάω, sic εἶα, pro εἶαε ab εἰάω: de quo in voce sequenti. E. S.] [Poëtis Latinis dicitur eja, ut Horatio Serm. l. 1. Sat. 1. 18. Eja, quid statis? L. C. V.]

Εἰαμενὴ locus humectus, pratum. Participium proprie est verbi εἰάω, quod fere convenit cum ἰαίνω irrigo, humecto. Est autem ortum ab ἐάω, quod ab ἕω, cui cognata sunt ἵω et ὕω: quorum posterius quoque sensu humectandi ponitur, ut suo loco dicetur.

Εἴδω video. Est idem quod ἴδω, et ἴδω pp. sedere facio, vel demittendo figo. Inde eximie εἴδω valet oculos figere atque sic videre. Ad animum translatum inde porro valet intelligere, scire. [Verbum εἴδω pp. videtur, esse Æolicum Ϝίδω, unde Lat. findo, in præter. perf. fidi. A findente autem ferri acie translatio facta ad aciem oculorum, cuncta quasi pervadentem. Hinc notio videndi, ut apud Hebræos in חזה, &c. E. S.]

Εἶθαρ statim. Compositum est ex εἶθε et ἄρ. Posterius vidimus jam supra. Prius vero convenit cum εἶτα deinde, quod compositum est ex εἰ, et Particula τα. Vide infra suo loco.

Εἰκῆ temere. Proprie est, quasi dicas, facile cedendo: et quidem fœmininum est, in casu tertio positum, à masculino εἰκὸς, quod ortum ab εἴκω cedo, scil. è loco. [Nisi potius sit pp. Accusat. pluralis contractus pro εἰκέα à Nomin. obsol. εἰκὸς, εἰκέος, quod idem significare potuit atque εἰκὼν et εἰκὼ similitudo, species: ut εἰκῆ, pro εἰς εἰκῆ, pp. sit ad similitudines, vel ad speciem: quo sensu adhibetur εἰκῆ in Epist. ad Rom. 13. 4. Gal. 4. 2. Coloss. 1. 18. E. S.]

Εἴκοσι Viginti. Haud dubie oritur ab εἶκος, et hoc ab εἴκω. Ratio tamen significationis mihi quidem obscura est. [Quid enim obscurius in linguis, quam significationes pleræque nominum numeralium! Quod si in re adeo difficili conjectare quidquam, secundum analogiam, liceat, expendant harum minutiarum arbitri, an terminatio κόσι in εἴκοσι, pp. sit terminatio Dativi pluralis, ut κόντα in τριάκοντα, τεσσαράκοντα terminatio est casus Accusativi. Videant porro, an κόσι hoc et κόντα, per aphæresin primæ syllabæ, dici potuerint pro δέκοσι, et δέκοντα, ab antiquo Nominativo δέκος, δέκοντος, cognato alteri δέκις, quod apud Latinos superest in accus. Singulari decem, sive δέκιν, decim, in tredecim, quatuordecim &c. His adeoque vicina fuerit forma neutrius generis, in secunda Declinatione δέκον, unde in neutro Plurali Græcis δέκα. Denique dispiciendum ulterius est, an forte ει, in εἴκοσι, conferri possit cum Æolico Βεὶ, unde Latinis beini, vel bini, bi item in biceps, biduum &c. His admissis, nostrum εἴκοσι contractum habendum erit ex εἰδέκοσι, pp. bis decem, τριάκοντα autem ex τριαδέκοντα pp. ter decem, vel tres decades. Tandem hoc pacto Lat. viginti fuerit pro bi ginti, et triginta pro tria ginta: ginti autem et ginta ex δέκοντα, formisque huic cognatis, desumta. E. S.]

Εἴκω similis sum. Ortum est ab ἵκω, vel ἴκω venio, accedo. Inde significat cedo, vel non repugno: vel etiam alio flexu, ad convenientiam relatum, notat similis sum.

Εἰλαπίνη pp. fœmininum est à mascul. εἰλάπινος, quod proprie notat, quasi, pertinens ad εἴλην sive gregem, turbam, hominum congregatorum. Est autem εἴλη idem fere, quod ἴλος, ortum ab εἴλω, quod idem atque ἴλω, ἴλω versor, ut alibi dicetur. Inde eximie εἰλαπίνη, scil. δαὶς, convivium notat opiparum, in quo complures sollenniter adsunt. [Eustathius vocem nostram compositam esse conjiciebat ex εἴλη, et πίνειν. Apud Etymologum exstat ejusdem derivatio quædam ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι εἰς τὸ σύνδειπνον ὁμοῦ πλείονας. Adi etiam viros doctos ad Hesychium, in voce, et Clark. ad Od. Α. 226. E. S.]

Εἰλείθυια Lucina, dea parturientium. Proprie forma Participialis est, pro εἰλευθυῖα, quod fœmininum est à masculino εἰλευθὼς, et hoc à verbo ἐλεύθω venio, cujus tempora quædam supersunt, et à Grammaticis verbo ἔρχομαι tribuuntur. Est itaque Εἰλείθυια, scil. θεὰ, dea, quæ adest vel advenit, auxilii, nempe, ferendi caussa. [Plura dabit Etymologus, col. 298. A quo etiam ἀνειλείθυια adfertur, redditurque ἡ ἄτοκος, quæ nondum peperit; nimirum, quasi Lucinam nondum passa vel adepta. Quia tamen non εἰλεύθυια per ευ, sed εἰλείθυια, per ει, dea hæc dicitur, rectius fortasse vocem hanc derivaveris ab ἐλείθω, ex ἐλέω, unde ἔλεος misericordia, et ἐλεέω misereor, quod contracte efferri potuit ἐλείω, et hinc productior forma existere ἐλείθω. Qua lege Εἰλείθυια pp. esset quæ misereatur, nempe, parturientium &c. E. S.]

Εἰλέω est ab εἴλω, vel ἴλω, Latine volvo, verso, unde εἰλέω involvo, et, mutato accentu, εἰλέω circumvolvendo, quasi, aut involvendo in arctum cogo, unde coarcto.

Εἵλως. Apud Lacedæmonios Εἵλωτες dicebantur servi, quasi dicas capti, à verbo ἕλω, Latine coarcto, cogo in arctum, vel capio. Inde etiam cognatum ἁλίσκω capio notat: de quo suo loco. [Conf. de hac voce Eustath. ad Homer. p. 295. 23. 297. 34. 1834. 28. Salmas. de Modo Usurar. p. 874. Perizon. ad Æliani V. H. L. 3. c. 20. Valckenar. Digress. ad Theocr. p. 268. eundemque ad Herodot. l. 9. 512. 513. p. 695. 696. E. S.]

Εἰνάτηρ fratria. Puto dici ab ἔνος: de quo suo loco. Quod vocabulum quum denotet veterem, εἰνάτερας dictas esse arbitror filias, vel fratrias, natu grandiores.

Εἴργω. A verbo ἔρω necto, apto, est εἴργω, quasi septo posito vel excludo, vel includo. Atque inde modo notat includo, modo excludo, vel arceo: quæ notiones spiritu distingui solent.

Εἰρήνη pax, à nectendo. Est autem pp. fœmininum, à masculino, εἰρηνος, quod ab εἶρος, cujus vicinum ἔρος, Lat. amor, sive vinculum amabile societatis. Oritur autem ab εἴρω necto, de quo statim. [Conf. cel. Lennep. ad Phalar. Ep. p. 308. et Reiners, in Bibl. Brem. Cl. 3. p. 967. 968. E. S.]

Εἶρος ortum ab ἔρος pp. nexus. Inde eximie lana, quæ neudo neotitur, εἶρος vocatur.

Εἴρω necto. Ortum est ab ἔρω, quod vicinum verbo ἄρω, de quo dictum supra. Accepit autem verbum nostrum, à notione arcte jungendi, aptandique, illam nectendi, unde porro profecta ea exserendi, extrahendi. Præterea inde valet dicere, quasi dicas serere verba, vel disserere: unde dein profecta notio interrogandi. (Ab εἴρω, sero, sunt Lat. sermo, series et alia. Vide Voss. in Etymologico. E. S.]

Εἴρων pp. sic dicitur is, qui multos sermones serit, vel nectit. Unde eximie εἴρων is, qui multa dissimulate loquitur, vel qui aliud sentit, aliud loquitur.

Εἰς ortum est à verbo ἕω, vel ἵω mitto, vel eo. Habet autem notionem suam præpositio hæc à movendo in locum: unde porro varie transfertur. [Videtur εἰς contractum fuisse ex εἴσω, quod in usu remansit, tam apud prosaicos scriptores, quam apud poëtas: et pp. est casus Dativus, à Nominativo obsoleto εἶσος. Pro εἰς Attice ἐς adhibetur, uti, pro integro εἴσω, dixerunt ἔσω. Conf. de εἴσω et ἔσω Valcken. ad Euripid. Phœn. p. 166. 530. E. S.]

Εἷς Latine unus. Sine dubio oritur ab ἕω mitto: unde ad unitatem eximie translatum est. [Εἷς contractum est ex ἕεις, quod servavit Hesiodus, Theogon. vs. 145. Ἕεις autem, ex origine sua, proprie est Participium masc. gener. verbi ἕεμι, contracte εἶμι, pro quo, mutato spiritu, dein adhibitum εἰμὶ sum; sive existo. Ab εἰμὶ certe, in Participio, pro vulgari ὢν, Æoles dixere εἰς. Existens autem dicitur eximie unus. E. S.]

Εἶτα Postea, dein. Proprie compositum ex εἰ et τά. Quorum prius est ab ἕω, ut jam supra vidimus. Ratio translationis in hac, et similibus, melius sentiri, quam verbis exprimi potest. [Quid si εἶτα pp. sit Accusat. pluralis neutr. generis à sing. εἶτος, quod, mutato tantum accentu, duci potuit ab εἶται, id est, tertia Præter. perf. Pass. verbi ἵημι mitto, vel etiam pono: ut εἶτα proprie sit missa, præmissa, posita, et dein adverbialiter adhibitum, quasi dicas, præmissis vel positis his, id est tum vel postea. Hoc pacto interlucebit etiam convenientia quædam nostri εἶτα cum Latino ita, et itaque, quasi εἶτά κε. Conf. Clar. Hoogeveen. Doctr. Particul. cap. 16. sect. 11. H. Stephanum, et Albertium, ac Raphelium ad Hebr. 12. 9. E. S.]

Ἐκ vel ἐξ, Lat. ex. Oritur ab ἴκω: hoc autem ab ἴω eo, venio, vel simile. Inde præpositio hæc locum habet, quando aliquid veluti ex aliquo venire, et proficisci intelligitur. [Si ad accuratissimam analogiæ normam exigere velimus voculas ἐκ et ἐξ, facile apparebit, eas eadem ratione differre, ac Latin. ab et abs, quæ haud dubie ducta sunt à Græcis ἀπὸ, et ἀψ, pro ἀπός. Ἐξ, nempe, sive ἐκς, dixere per contractionem pro ἐκός, ἐκ vero pro ἐκί: ut prius sit Accusativus, posterius vero Dativus Singularis, absolute positus. Non aliter Græci ἐν dixerunt pro ἐνὶ, ἐπ pro ἐπὶ, Latini autem per pro περὶ &c. Conf. Valck. ad Euripid. Phœn. p. 133. 134. E. S.]

Ἑκάς. Oritur et hoc ab ἴκω venio. Inde nostrum ἑκὰς, Adverbialiter sumtum, opponitur ad id, quod præsens adest. Eximie notat procul. [Verisimilius mihi videtur, id quod ipse cel. Lennepius jam admonuit, Analogiæ cap. 16. p. 203, magnam olim fuisse cognationem inter verba ἴκω et κίω: adeo quidem, ut utriusque verbi primitiva forma fuerit κῶ, unde κάω, κίω &c. ἴκω item, ἴκα &c. Itaque à notione movendi, quæ est in κίω et κίω, orta mihi videtur illa removendi in κίω, cedo &c. unde ἑκὰς simpliciter pp. notet remotione, ἀνεκὰς vero remotione versus superiora, id est sursum. Unde apud Aristophanem in Vespis, vs. 18. φέρειν ἐπίχαλκον ἀνεκὰς εἰς τὸν οὐρανόν. E. S.]

Ἕκαστος proxime oritur ab ἑκὰς, atque inde ἕκαστοι dicuntur qui procul sunt, qui inter se absunt, vel sejunguntur, atque ita singuli. [Ἕκαστος, cum spiritu aspero, pro ἔκαστος, forte pp. notat separatum; et divisum ab aliis. Stirps κάω, vel χάω, unde χάζω pp. findendo separo: in prima Præter. pass. ἔχασμαι, in tertia ἔχασται, unde ἔχαστος, ἕκαστος. Ex qua origine vocis etiam explicandæ sunt phrases εἷς ἕκαστος, ἕκαστός τις, aliaque, prolata ab H. Stephano, et J. Scapula. E. S.]

Ἑκάτερος alteruter. Vox composita est ex ἑκὰ, quod ab ἑκὰς, et ἄτερος vel ἕτερος. Hinc proprie valet, quasi dicas, seorsum alterum, vel alterutrum: ac præterea etiam utrumque, utrumvis. De posteriore vero voce ἕτερος suo loco dicendum. [Ἑκάτερος videri queat forma Comparativa, ab Adjectivo Positivo ἕκας, plane ut ab ἐγγὺς est ἐγγύτερος, ab εὐρὺς, εὐρύτερος &c. Hoc pacto ἑκάτερος pp. esset remotior; unde de nonnihil à se invicem separatis, duasque partes, sibi oppositas, constituentibus, dicitur. Vis vocabuli sentiri poterit ex illo Luciani Somn. §. 6. Duæ mulieres prehensis manibus me ad se trahebant, ἑκατέρα μάλα βιαίως. Quin ex Odyss. Η. vs. 321. (modo lectio sana sit) eadem hæc proprietas multo etiam clarius percipietur. E. S.]

Ἑκατὸν centum. Derivatur ab ἑκὰς Lat. procul. inde ἑκατὸς, et neutrum ἑκατὸν, quasi dicas remotissimum calculum in numerando et inde eximie centum. [A stirpe κάω descendit κατὸς, et præmisso ε, ἑκατός. Conf. in ἕκατος. A cognata ejus forma κίω videtur factum κετὸς, et, inserto ν, κεντὸς, cujus neutrum est Lat. centum. Conf. porro Vossii Etymol. in voce cento. E. S.]

Ἐκεῖνος Lat. ille. Proprie derivata vox est ab obsoleto ἐκὸς, quod non multum differt ab ἑκάς. Ejus Dativus est ἐκεῖ, valetque, in usu, illic, quasi dicas, in remotiore loco. [Nimirum ab ἴκω venio, sive cedo, est ἐκὸς, cessio: unde Dativus ἐκεὶ, ἐκεῖ, quasi dicas cessione, hinc illic et illuc, Matth. iii. 22. xxiv. 48. ubi confer. Elsner. et Albert. Obss. E. S.] Inde adjectivum ἐκεῖνος Latine dicitur ille, quasi dicas eum qui illic est, vel qui remotior est. Refertur, nempe, hoc pronomen, ut Lat. ille, ad remotius subjectum.

Ἔκηλος eum notat, qui quietus est, et nihil turbarum movet. Proprie est, quasi sponte veniens, morigerus, mitis &c. Ortum ab ἴκω venio.

Ἑκυρὸς socer, mariti pater. Ortum est ab obsoleto ἕκυς, cujus loco ἕκυρ, vel, forma vicina, ἕκερ, peperit Lat. socer. Est autem ἕκυς, cum terminatione Laconica, pro ἕκος, quod haud dubie ab ἴκω. Ratio autem translati nominis ambigua. An ab auxilio, quorsum mariti pater venire genero suo dicatur? Hebræi certe socerum dixere חתן ab amore, et officiis, quæ genero suo præstat. Conf. vocem sequentem ἑκών. E. S.]

Ἑκὼν voluntarius vel volens. Proprie Participium est verbi ἕκω Lat. venio. Est enim idem quod ἥκω, ἴκω &c. quæ à verbis ἴω et ἵω oriuntur.

Ἐλαία Lat. olea, oliva. Videtur adjectivum, ortum à nomine ἕλος, vel ἔλος, quo eximie designatur palus: ut adeo ἐλαίας dici potuerit palustris. Quæ tamen nostri vocabuli translati ratio sit, Botanici videant. [Græcum ἔλαιον Lat. olea, oleum &c. eadem ex origine derivanda esse facile apparet. Uti autem יצהר oleum Hebræis dicitur à צהר splendere, ita Græci etiam et Latini splendendi notionem in his vocibus unice videntur attendisse. Conf. ἕλος, σέλας &c. infra in Ἑλένη. E. S.]

Ἐλάτη abies. Proprie dicitur quasi ducta in longum. Est enim ab ἔλατος, quod à tertia Præteriti perf. Passivi verbi ἐλάω, quod à simpliciori ἔλω, notante huc illuc agitando volvendove moveo, vel vehementer agitando in longum produco. Inde eximie ἐλάτη dicitur ramus, vel arbor procera, et speciatim quidem abies, germen palmæ, hasta ex abiete facta, similiaque. Conf. Iliad. Ε. 560. et quæ prolata sunt in Animadv. ad Anal. Lennep. p. 269. E. S.]

Ἐλαύνω oritur ab ἐλάω, quod ab ἔλω, de quo modo dictum. Inde autem ἐλαύνω modo notat agito, modo incito vel stimulo, vel equito, vel exagito; præterea fatigo, vexo, verbero, expello, et similia: ac tandem etiam duco, seu malleis agitando ductile opus facio.

Ἔλαφος cervus. Proprie notat agilis: ortum, nempe, ab ἐλάφω, vel ἐλάπω, quod ab ἐλάω, Latine agito; de quo modo dictum. Inde eximie ἔλαφος ob agilitatem et velocitatem cervus appellatus. [Conf. Bochart. Hier. i. 3. 17. col. 883. E. S.]

Ἐλαφρὸς, levis, derivatum est ab ἔλαφος agilis, velox. Inde ad levitatem transfertur, et, ut Lat. levis, varia significat.

Ἐλαχὺς parvus. Proxime descendit ab ἐλάσσω, quod non, nisi forma, differt ab ἐλαύνω, Lat. duco malleis, vel malleis ducendo attenuo, minuo. Inde ἐλαχὺς pp. quasi attenuatus, atque hinc parvus.

Ἔλδομαι cupio, appeto. Proprie oritur ab ἔλω, significante inter alia capio: de quo ad verbum εἰλίσκω dicetur. Inde eximie ἔλδομαι cupio vel appeto, quod ipsum Lat. cupio proprie forma tantum differt à capio. [Ἔλδομαι vi Media pp. notat traho me, vel ad me, id est promoveo ad me vel tribuere mihi cupio, appeto. Vide infra in Ἐλπὶς, et conf. Iliad. Ψ. 122. Ε. 481. &c. E. S.]

[Ἐλεᾶς, sive Ἐλέας, nomen avis, quæ et Ἐλεῖας dicitur. Videant historiæ Naturalis studiosi.]

Ἔλεγος lamentatio. Videtur vox facta à sono ejulantium. Dicitur autem eximie carmen elegiacum, quod etiam ἐλεγεῖον vocatur. [De ἐλεγεῖον consule Bentlej. in Resp. ad C. Boyl. subnexa Phalar. Epist. p. 277. 278. Porro verbum ἐλέγω duci potuit ab ἐλέω, vehementer commoveo, unde miseratio, commiseratio. Quo pacto ἔλεγος nostrum pp. fuerit carmen miserabile, quemadmodum Horatius, hac ipsa voce usus, Odar. i. 33. 2. " miserabiles decantare elegos " dixit. Vide in voce sequenti Ἐλέγχω, ubi hæc plenius exponenda sunt. E. S.]

Ἐλέγχω videtur esse pro ἐλέγω, inserta ν, quod ab ἐλάσσω proxime oriri debuit: hoc autem, forma tantum, diversum est ab ἐλάσσω, et quidem ortum ab ἐλέω, cujus vicinum ἐλάω et ἐλαύνω. Videtur autem nostrum ἐλέγχω à notione attenuandi, translatum esse ad ratiocinia, quibus, subtiliter atque tenuiter argumentando, in aliquid inquiratur. Inde modo significat demonstrare, arguere, coarguere; modo reprehendere, convincere; modo coërcere, aspernari; modo sciscitari accurate et similia. [Ex mente Cel. Lennepii origo eadem hoc pacto foret, quæ est in Hebr. חקר, observante Schultensio an Prov. xviii. 17. xxiii. 30. xxv. 27. Nescio tamen, an eadem proprietas verbi hic tenenda, quæ in ipsa stirpe ἔλω, sive ἕλω, traho, protraho. Inde enim prono alveo fluunt ἐλέω, ἐλέγω, ἐλέγχω: ut ἐλέγχειν pp. sit protrahere in lucem, atque ita arguere. Conf. Elsner. ad Ephes. v. 13. Abresch. ad Æschyl. p. 493. et Callimachi Hymn. in Del. vs. 88. ubi tanta est proprie hujus notionis evidentia, ut magnus Bentleius ibidem, pro ἐλέγχεις, legi jusserit ἐφέλκεις. Vide Ernest. ad h. l. Ceterum idem hoc ἐλέγχω, alia quadam metaphora, convenit cum Latino raptare, id est contumeliose tractare, et conviciari. E. S.]

Ἐλελεῦ Eleleu! pp. exclamatio est hominis commiserantis, vel ejulantis, facta à sono. [Τετρασυλλαβῶς Toupius ad Suidam p. 1. 125. legendum monet Ἐλελελεῦ. Conf. Aristophan. Aves, vs. 363. E. S.]

Ἑλένη Helena. Proprie adjectivum est, et significat splendidam, neque differt, nisi forma, à voce σελήνη, qua eximie luna designatur. Oritur autem masculinum ἕλενος splendidus à nomine ἕλος, cujus fœmininum ἕλη superest et splendorem significat: eique vicinum ἕλας peperit Græcum σέλας, quod itidem splendorem notat. Est autem omnium origo verbum ἕλω, de quo ad vocem ἕλη.

Ἔλεος misericordia. Sine dubio dicitur à motu, vel commotione animi ex misericordia profecta: ut dubium nullum sit, quin oriatur à verbo ἐλέω, vehementer commoveo, quod ab ἔλω, ut jam supra abunde dictum.

Ἐλεὸς mensa coquinaria. Eandem originem habet, quam vox antecedens; à qua accentu tantum distinguitur. Videtur autem significationem suam habere à motu versatili, quæ vis, ut vidimus, verbo ἐλέω inest. [Conf. T. H. ad Lucian. t. 1. p. 370. et Toup. ad Anthippi Comici elegantissimos versiculos, Epist. Criticæ, p. 126. E. S.]

Ἐλεύθερος liber. Proprie adjectivum est à nomine obsoleto ἐλεύθης, quod proximum derivatum est à verbo ἐλεύθω, cujus tempora quædam adjunguntur verbo ἔρχομαι. Ipsum autem formatur ab ἐλεύω, quod ab ἐλέω, cujus stirps ἔλω. [Vide Menagii Amœn. Jur. Civ. p. 297. E. S.] Inde autem ἐλεύθω idem quod versor, huc illuc me moveo: unde ἐλεύθερος, opposite ad δοῦλον, seu vinctum, eximie liberum hominem notat.

Ἐλεφαίρω decipio; oritur à simpliciori ἐλεφάρω, quod ab ἔλεφος, cui vicina forma est ἔλαχος, unde ortum ἐλαφερὸς, et contracte, ἐλαφρὸς, Lat. levis, de quo supra. Eandem notionem sequitur nostrum ἐλεφαίρω, et proprie idem notat, quasi dicas tollendo vel sublevando dolose aufero, vel potius, quod nos dicimus, *jemand opligten.*

Ἐλέφας Elephas. Videtur nomen, una cum ipso animali, ex Oriente in Græciam translatum.

Ἕλη, calor è sole prodiens, idem est atque ἕλος, quod ab ἕλω, vehementer moveo vel duco in longum agitando. Inde eximie ἕλη dictus videtur tractus, seu potius columna lucis radiorum solarium; unde porro propagata notio splendoris.

Ἐλινύω otior. Oritur ab ἐλίνω, quod ab ἐλίω, Lat. versor. Hoc enim non, nisi forma, differt ab ἐλάω, ἐλέω &c. Inde ἐλινύειν eximie notat versari otiose, morari, cunctari, otiari, et similia.

Ἔλινος ramus. Videtur ortum esse ab ἐλίω, quod idem significare potuit ac vicinum ἐλάω, unde vidimus ortum esse nomen ἐλάτη, inter alias significans ramum oblongum. Eadem igitur translationis ratio forte est in nostro ἔλινος.

Ἕλκος ulcus. Quamquam oritur ab ἕλκω, traho, dubia tamen videri potest translationis ratio. Cum enim ἕλκω eximie transferatur ad pondera, vel lances, quæ gravitate sua deorsum vergunt; non incommode quidem ad ulcera translatum videri potest nomen nostrum, quod dolores sensum gravitatis vel gravedinis afferunt. Mihi tamen verisimilior ratio videtur, ἕλκος dici, quasi sulcum, in carne latentem, ut notionem suam habeat à trahendo in longum. Inde certe apud Græcos ὁλκὸς dicitur Sulcus, à quo proprie non differt, nisi forma et pronuntiatione Lat. Ulcus, et præfixa litera s loco spiritus, ut fieri solet, nomen Sulcus. [Tentemus paullo aliter. Ἕλκειν trahere dixerunt Græci pro distrahere, distrahendo lacerare. Vide Theocr. Eidyll. 1. 135. et Salmasii Exercit. Plin. p. 355. b. F. An inde ἕλκος distractio, atque adeo laceratio cutis? Conf. omnino H. Δ. 190. cum vs. 139. 140. 217. porro Λ. 267. 847. &c. E. S.]

Ἕλκω traho. Est à stirpe ἕλω Lat. moveo, agito, duco in longum, unde trahendi notio, quæ porro eam peperit, qua significat gravitate deorsum inclinari, et similia.

Ἕλλην Hellen, nomen filii Deucalionis: unde Græcos Ἕλληνας dictos volunt: quod tamen falsum. Nempe Ἕλλην derivatum est à nomine Ἕλλος, quod fuit proprium antiquo populo Græciæ, qui, post diluvium Deucalionæum, sedes collocaverant in Thessalia. Iidem autem, præfixâ litera σ, Σέλλοι dicebantur: atque inde deductum nomen Ἕλλην eidem populo proprium fuit; idque postea Græcis, in universum omnibus, est adsignatum. Nomen autem Ἕλλος, etsi valde incerta sit ejus ratio, verisimile tamen mihi videtur originem suam debere voci ἕλος, Latine palus, ut ita ἕλλοι sint, quasi, in paludibus degentes, quales alio nomine dicuntur ἕλειοι: neque ea ratio aliena à natura loci, quem antiquissimi Selli, unde partim prognati sunt isti Græci, olim incoluerunt.

Ἐλλὸς hinnulus. Quanquam ab ἕλος esse videatur, rationem tamen significationis mihi obscuram esse fateor; nisi forte eadem sit, quæ vocis ἔλαφος, de qua supra. Utrumque certe primam stirpem habet ἕλω agito. Multo minus pro certo scio, unde idem ἐλλὸς mutum significaverit, quanquam non sine specie veri est, quod quidam volunt, esse idem atque ἔλλοψ, quod repetunt à stirpe λῶ, quæ vicina verbo λάω, Lat. loquor. Inde enim compositum, præfixa præpositione ἐκ, et litera κ, ut fieri solet, in λ mutata, ἐλλός. [Ab ἕλω agito, moveo, in primis motu versatili (de quo vide in Ἐλεὸς) analogice descendere potuit ἕλλω, et hinc ἐλλὸς pp. qui movet se, vel qui agiliter et in gyrum movetur, in primis hinnulus: quæ ipsa vox Latinis diminutiva est ab Hinnus, hoc autem à Græco ἴννος, (quod exstat apud Hesych. t. 2. col. 49. et hinc allatum est in Etymol. Vossiano): ἴννος vero, pro quo et ὕννος legitur, est ab ἴνω à stirpe ἴω. quæ cognata fuit alteri ἵω, unde ἕλω, ἕλλω, ἐλλός. Quod autem ἐλλὸς etiam mutum denotat, videant philologi, an à motu manuum sit, quo muti sæpius signa dare et quasi loqui soleant: ut ex Lucæ Evang. cap. 1. 22. de Zacharia, et ex communi vita, satis constat. Apud Hesiodum, in Scuto Herculis vs. 212. ἔλλοπας ἰχθῦς male reddi videtur mutos pisces. Conf. ibidem Guietum. E. S.]

Ἕλμινς, lumbricus, oritur ab ἕλω volvo, agito, et dici videtur ab agilitate, non dissimili ratione ac Lat. lubricus à lubricitate.

Ἕλος palus. Ortum quidem est ab ἕλω: mihi tamen non satis certa videtur ratio significationis. [Fortasse ea ducta est ab exhalando. Verbum ἕλω haud dubie cognatum fuit alteri ἄλω. Vide ad vocem Ἁλέα, et Voss. in Etymol., qui suspicatur, Latinum quoque Palus præfixum P habere, ex digammate Æolico ortum, quo pacto ab eadem stirpe orta vox foret. Cetera conf. Salmas. Exc. Plin. p. 224. a. F. et Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 55. 56. E. S.]

Ἐλπὶς spes. Proxime oritur ab ἔλπω, quod est sperare facio: hoc autem ortum ab ἔλω, unde supra vidimus ἔλδομαι cupiendi sensu, non valde dissimili ratione, translatum. Videtur autem nostrum transferri ad spem rei futuræ, quam cupias, et ad te movere ac capere desideres. [Nisi forte ἔλπω pp. idem sit quod ἕλκω traho, permutatis literis κ ex π, ut alibi sæpe literas has, inter pronunciandum, permutari sentimus. Hoc pacto ἐλπὶς pp. fuerit protractio lenta spei, quod ipsum nomen Lat. Spes quoque est à σπέω, cognato alteri σπάω traho. Eleganter

Odyss. N. 380. πάντας μέν ῥ' ἔλπει omnibus quidem procis spem dat Penelope (pp. omnes quidem protrahit), mens autem ei versat alia. Cf. de hoc loco Jensii Lection. Lucian. p. 108. Hinc etiam ἔλπομαι pp. duco mihi rem, id est meditando subigo, autumo. Conf. Iliad. H. 353. O. 701. Hesiod. Ἐργ. vs. 273. Porro hinc apparet, qua ansa etiam ἐλπὶς pro metu et ἐλπίζειν pro metuere, quin et pro simplici opinatione, ut Lat. spes et sperare, poni potuerint. Protractio enim animi, et protrahere, hoc pacto æque de lenta meditatione et metu, quam de lenta exspectatione, usurpaverunt. Vide exempla apud Euripid. in Orest. vs. 857. Suppl. vs. 790. Ion. vs. 348. Helen. vs. 1539. Aristoph. Av. vs. 957. Salmas. Exc. Plin. p. 826. b. E. S.]

['Ελύω vel ἰλύω involvo. Est ab ἔλω traho, protraho, contraho. Unde ἐλυσθεὶς pp. contractus Belgice *in een getrokken* atque ita provolutus, convolutus. Conf. omnino Iliad. Ω. 510. Odyss. I. 433. E. S.]

[Ἕλω sive ἔλω, cognata stirps est alteri ἄλω, sive ἅλω: de qua vide supra, suo loco. Grammatici formas, de verbo hoc nostro residuas, subjunxerunt alteri verbo αἱρέω, orto è stirpe ἄρω, atque eatenus adfini nostræ stirpi ἔλω, quatenus, nimirum, literæ λ et ρ sæpissime inter se permutari solent. Ab ἔλω igitur est Aoristus secundus, sive potius Præteritum Imperfectum, εἷλον pro ἔελον, &c. Notio occidendi, huic verbo tributa, videtur esse ab ea volvendi, provolvendi atque è medio removendi. Conf. Iliad. Θ. 273. Λ. 489. &c. Porro ἐελμένος conclusus Il. N. 524. pp. est convolutus, atque adeo contractus sive attractus, quod ibidem sequenti versu 525. ἐεργόμενος dicitur, à stirpe ἔρω (unde ἔργω, εἴργω) cognata nostro ἔλω. De origine autem verborum ἔλω, ἴλω, ὄλω ceterisque vide in primis T. H. apud cel. Ruhnken. ad Timæi Lexic. p. 52. 53. et Valck. in Adnotat. ad Theocr. Adoniaz. p. 247. 248. Adde etiam Burgess. in Indice, ad Dawesii Miscell. voce Ἕλσαι. E. S.]

Ἕλωρ captura. Ortum est ab ἕλω capio, [pp. attraho. "Sæpe reperitur," inquit Scapula, "ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι." Conf. omnino Hebr. סחב trahere, attrahere, de canibus, interfectorum cadavera raptantibus Jer. xv. 3. E. S.]

Ἐμέω vomo. Proxime oritur ab ἔμω, quod vicinum et cognatum est verbo ἄμω, de quo dictum supra sub litera A [in Ἄμα.] Superest autem Græcum Ἔμω, in lingua Latina, quemadmodum etiam Græcum [ἀμῶ pro ἀμάω ex] ἄμω. Ab emo autem compositum est eximo. Et proprie quidem ἔμω significat attrahendo, atque sic ducendo, congero in unum, ut facile patet ex iis, quæ de verbo ἄμω sunt dicta. Inde translatum nostrum ἐμέω ad notionem vomendi. [Hoc ipsum Latinorum vomo quum sit repetendum ex Æolico Ϝόμω, cum præmisso digammate, ut alibi sæpissime: manifestum satis est, stirpem ejus esse ὄμω, adeoque cognatum esse alteri ἔμω, unde ἐμέω. Ceterum ex sono vomentium verba hæc ἔμω et ὄμω ficta putem. Latinorum autem emo, emere (cognatum alteri amo) pp. videtur esse complecti sive comprehendi manu, et hinc per metonymiam pretio sibi rem comparare: cui conjecturæ favet, quod apud Festum habetur, Lat. emere olim denotasse accipere. E. S.]

Ἐμπάζομαι curo. Oritur à simpliciori ἐμπάω, quod idem atque ἐπάω, cui vicinum ὀπάω, quod significatione sua non multum differt à stirpe verbi nostri ἕπω, unde Medium ἕπομαι. Uti autem verbum ἕπειν, in composito διέπειν, transiit ad significandum administrare vel curare: sic nostrum ἐμπάζομαι curandi notionem accepit.

Ἔμπας sive ἔμπης, tamen. Sine dubio est pro ἔπας, inserto ν. Videtur esse idem fere quod ἅπας, de quo alibi dictum. Ratio autem significationis non valde perspicua. [Nisi forte ἔμπας sit dictum pro ἔμπασι, hoc autem pro ἐν πᾶσι, pp. in omnibus, ut Belgæ dicimus *over het geheel*. Hæc certe significatio aptissima videtur locis Iliad. A. 562. B. 297. H. 196. &c. Hesiod. Ἐργ. vs. 143. Vide etiam Clark. ad Iliad. Ξ. 174. Od. E. 205. E. S.]

Ἐμπὶς culex. Est quidem forte pro ἐπίς: ratio tamen significationis mihi obscura. [Notat hæc vox pp. culices palustres, qui ab ἕπεσθαι, i. e. sequendo, nomen videntur habere, quod navigia sequi soleant. Vide plura in Bochart. Hieroz. par. 2. p. 565. 566. et Appendice Thes. H. Stephani; collatis iis, quæ observavit cel. auctor ad vocem Ἔμπουσα. E. S.]

Ἔμπουσα Empusa, spectri genus. Proprie fœm. participium est, inserto ν, pro ἕπουσα, quod à verbo ἕπω, unde ἕπομαι sequor. Ἔμπουσα itaque est spectrum ejusmodi, quod usque insequi aliquem videatur. [Conf. tamen Hesychius in voce, et ibidem notæ. E. S.]

Ἐν in. Videtur pp. nihil aliud esse, quam neutrum masculini εἷς, quod Participium [Æolicum est] antiqui verbi sum, cujus loco εἰμὶ et ἔω magis nota sunt. [Pro ἐν poëtæ frequentant pleniorem formam ἐνὶ, quod pp. videtur esse Dativus vel Ablativus Singularis, à Nominativo ἐνὶς, ut ἀντὶ, ab ἀντὶς, περὶ à περὶς, &c. Ἐνὶς autem ab ἕνω, è stirpe ἕω mitto, immitto: ut ἐνὶ, et hujus loco contractius, ἐν, pp. valeant immissione, insertione. Ceterum pro ἐνὶ poëtæ etiam pinguius nonnihil pronuntiarunt εἰνὶ et εἰν. E. S.

Ἐναίρω occido, interficio. Haud dubie compositum est ex ἐν et αἴρω tollo: de quo dictum est suo loco. [Itaque ἐναίρω proxime respondebit Belgico nostro *aanrijgen, aan de spies of degen rijgen*. Vide Iliad. N. 338. Υ. 97. Φ. 480. E. S.]

Ἐναργὴς clarus. Compositum est ex ἐν et ἀργὴς, quod ab ἀργὸς splendidus: de quo suo loco. [Quemadmodum ἐνακμὴς, ἐναυδὴς, ἐναρὴς, ἐναγὴς composita sunt ex præpos. ἐν, et vocibus ἀκμὴ, αὐδὴ, ἀρὴ (pro quo in usu est ἀρὰ) et ἀγὴ, sic ἐναργὴς, eadem analogia, conflatum ex præpos. ἐν, et obsoleto ἀργὴ splendor: ut proprie notet eum, qui in splendore suo est, vel conspicitur, adeoque lucidum, splendidum, clarum, evidentem. Vide loca Iliad. Υ. 131. Od. Γ. 420. Δ. 841. H. 201. Π. 161. E. S.]

Ἔνδιος meridianus. Vox composita ex ἐν et δῖος, quorum hoc eximie notat cœlum splendidum lucidumque. Est enim proximum derivatum à δίω, quod, æque ac vicinum δάω, significare potuit uro, luceo. Inde autem ortum non tantum nostrum δῖος, sed Latinorum quoque vocabula dius et dies, quorum prius notum est in formula sub dio versari, et similibus. Quando autem ἔνδιον notat generatim i. q. διατριβὴν, sive diversorium, oritur quidem etiam à δίω, sed alia notione; ea nempe, quæ verbo vicino δύω, Lat. subeo, in primis adhæsit. [Nempe, uti à μέσον, medium, est ἔμμεσος; à μέτρον, metrum, ἔμμετρος; à πέδον, solum, ἔμπεδος; à δῆλος, manifestus, ἔνδηλος; à δῆμος, populus, ἔνδημος: sic à δῖον, vel δῖος, est ἔνδιος, ια, ιον. Δῖος autem (pro Δίϊος, ut observat Vossius in Etymologico, voce dius) pp. notat à Jove oriundus, sive ad Jovem pertinens. Porro, quum à Jove lux omnis repeteretur (unde Hesychius laudavit Διὸς αὐγὰς, id est ἡμέρας) hinc ἔνδιος dixerunt pro in luce, vel sub cœlo, agens, et in primis meridianus. Ceterum, quod ἔνδιον, neutro genere, dicatur diversorium, id non universe videtur accipiendum de quovis diversorio "quod aliquis subeat," sed de mansione subdiali. Vide omnino Eustath. p. 1165: 34. 1505: 13. 15. Per ellipsin igitur in voce ἔνδιον subaudiendum videtur nomen substantivum οἴκημα, vel simile. E. S.]

Ἔνδον intus. Est quasi à masculino ἔνδος, quod ortum est ab ἐν, de quo suo loco dictum. Est autem ἔνδον adverbialiter positum, ut ἐν naturam Præpositionis habeat, significantis in. Ipsum endo Latinum [pro ἐνδοῖ, antiquo casu Dativo] idem plane est, quod nostrum ἔνδον, [pp. cas. Accusativus] et, in antiqua lingua Latina, in compositis idem quoque valuit, quod postea in: ut in endoperator, [endopediri, endogredi, endovolans, endocœptus] quod postea imperator, [impediri, ingredi, involans, incœptus.] Simplex autem endo superest quoque apud veteres in phrasibus endo cœlo, endo foro, endo statu, &c. Pronunciatum etiam indu, quod idem plane est. Integrum vero indu remansit in vocibus Latinis industria, et induciæ: quin et pro indu dixerunt indi, in voce indigena. Vide omnino Vossium in Etymol. et Forcellinum in Lexico. E. S.]

Ἐνδυκέως redditur promte. Videtur proprie esse, quasi dicas penitus: ab antiquo ἐνδυκὴς, quod ab ἐνδύω, induo, penetro, ineo.

Ἔνδυο celeriter. Videtur esse compositum ex Præpositione ἐν, et δύο Lat. duo [ut pp. idem sit ac nostrum *tusschen beide in, ter loops*. E. S.]

Ἕνεκα videtur proprie esse nomen Plurale, à Singul. obsoleto ἔνεκος, quod ortum ab ἐνέκω, forma vicina verborum ἐνείκω et ἐνέγκω, cujus tempora quædam tribuuntur verbo φέρω. Significant autem hæc proprie gesto, et, latius, fero. Quando igitur dicitur ἕνεκά τινος, alicujus rei caussa, vel gratia (ut usurpari vox solet) pp. idem fere valet, quasi dicas, latione, vel relatione alicujus rei. [Vide Eustath. col. 1040. 43. E. S.]

Ἔνθα hic. Compositum est ex ἐν, de quo supra, et particula θα, cujus natura alibi explicabitur.

Ἐνιαυτὸς annus. Proprie videtur esse, quasi dicas χρόνος ἐνιαυτὸς tempus anniversarium. Id autem compositum forte ab ἔνος Lat. annus, de quo mox: nisi malis à Præpositione ἐν primam hanc partem repetere. Posteriorem autem partem ἰαυτὸς male repetunt plerique ab αὐτός: est enim haud dubie à verbo ἰαύω commoror, versor; de quo suo loco. Inde facile apparet, quemadmodum ἐνιαυτὸς eximie significare potuerit anniversarium tempus. [Nescio tamen, an verior sit Platonis sententia, in Cratylo, p. 410. ἐνιαυτὸν compositam vocem esse censentis ex ἐνὶ, pro ἐν, et pronomine αὐτὸς, quod, nimirum, in se quasi redeat: ut Latini annum vertentem dixerunt. E. S.]

Ἔνιοι aliqui. Oritur ab ἕν: unde ἔνιοι dicuntur, quasi dicas, uni plures, [ut Belgice *eenigen*. E. S.]

Ἐννέα novem, est quasi à Singulari ἐννέος: hoc autem idem quod ἐνέος, et, forma diversum, ἔνατον. Oriuntur autem ab ἔνος: quo nomine designatur eximie ultimus terminus in aliqua periodo: de qua voce mox dicetur. Inde ἐνέος pertinens ad ultimum istum terminum, atque inde eximie ad numerum novenarium transfertur, qui proximus est ab ultimo termino, ad quem perveniatur in numerando, id est, decem. [Conf. de ἐννέα Bochart. Hieroz. P. 2. p. 637. 10. et in Indice. E. S.]

Ἔνος. Vicina haud dubie sunt ἔνος, ἔννος, anus, et annus: et quidem orta ab ἄνω, et ἕνω; quorum prius jam supra expositum. Vide in primis ad voces Ἀνὰ et Ἄνω. Conveniunt autem, ratione significationis, fere nostra vocabula cum ea notione vocis, qua refertur ad id, quod retro est, sive sit tempus, sive ratione loci dicatur. Et quidem, ratione loci, Latinum anus, ani, dicitur, qui alio nomine podex vocatur; ratione temporis, autem anus, anus, et Græcum ἔνος, nec non ἔννος, quasi, dicit, quod ratione temporis retro est, tempus præteritum, vetus: atque inde eximie anus, anûs, dicitur mulier annosa, quæ à nomine vetus etiam diminutive vetula audit. Inde porro ad certam temporis periodum relatæ sunt hæ voces. Qui, nempe, præteriit, annus dicitur, tempus exactum annuum, quod etiam Græco ἔνος aliquando designatur. Eximie tamen ἔνος, sive ejus fœmininum ἔνα vel ἔνη (Latine vetus, vel præterita, seu quæ retro est) dicitur ultima mensis, vel lunæ decrescentis dies: quæ sic, quasi, vetus dicitur, quod eam sequitur νέα nova, quomodo eximie dicitur prima dies novilunii. [Vide in Ἔνω, infra et conf. Valcken. in Animadvers. ad Ammonium, p. 196. 197. E. S.]

Ἔντεα pp. nomen Plurale est, et quidem, ut videtur, à Singulari obsoleto ἔντος, quod ortum à verbo ἔνω, cujus simplissima stirps ἕω. Videntur autem ἔντεα dici, quasi, quibus inditur corpus, atque ita tegitur: unde eximie hoc nomine dicuntur arma. Cognationem vox nostra habet cum Particula ἐν, et similibus. [Non quævis arma, sed clypeum, galeam, loricam, ocreas, ἐντῆ, sive ἔντεα, dici, Suidas et Athenæus (à cl. Kustero laudatus) docent. Vide quoque D'Arnaud Animadv. Crit. p. 90. 91. et infra in stirpe Ἔνω, unde verisimile videri possit, ἔντεα pp. notare rotunda, sive orbicularia arma. E. S.]

Ἐντὸς intus. Et hoc quoque est ab ἕνω, quod cognationem habet cum ἕω, unde ortum ἐν, et similia.

Ἐνυὼ Bellona, haud dubie oritur ab ἐνύω, quod forma tantum differt ab ἀνύω (cui verbo inter alias destruendi notio tribuitur) orto à verbo ἄνω: ut supra jam observatum. Ab ejus vicino ἕνω est nostrum Ἐνύω. Inde igitur Ἐνυὼ aptum nomen deæ belli, quæ omnia destruat et vastet, Latinisque Bellona dicitur.

[Ἔνω stirps deperdita; propagata forsan ab ἕω. Proprie videtur notasse idem quod ἄνω, ἴνω, &c. hoc est niti versus superiora, adeoque vim exserere. A notione autem nitendi versus superiora est alia notio agilitatis, et celeritatis, quæ in derivatis horum verborum est conspicua: et in Latinorum quoque venio (cum Digammate Æolico) pro enio clare deprehenditur. Porro à nitendo versus superiora est etiam significatio rotunditatis et circuli, in diminutivo Lat. annulus ab annus, quæ vox pp. circum orbemve videtur notasse: ut Latinis annus Græcisque ἔνος &c. quasi orbis dierum (Hebræis item שָׁנָה, et שְׁנָה, pp. vertens, convertens, à שנה vertit, convertit, rediit in se) dicti videantur. Quod autem anus (in Genitivo anus pro anuis) Latine vetulum notat, senemque in masc. gen. vocant, idem hoc fortasse est repetendum à notione rotunditatis vel incurvati dorsi, uti et nos vulgo ætate, vel annis, incurvos dicimus: podicem vero item anum à rotunditate vocari satis manifestum est. Confer. cum his, quæ dedit Guijetus ad Hesych. Albert. voce Ἧνις, id est, ἐνιαυσίας τῇ ἡλικίᾳ, tom. 1. col. 1639. E. S.]

Ἕξ sex. Haud dubie oritur ab ἔχω: caussa tamen significationis nondum mihi aperta. [Ab ἕξ sex est ἕκτος sextus, uti ab ἐκ, sive ἐξ ex, est ἐκτὸς extra. Jam vero, quum dixerunt ἐξ pro ἐκς, contracto ex ἔκος, verisimile est, pariter ἕξ dictum fuisse pro ἕκς, ex ἕκος, ab ἕκω cedo, accedo: unde porro conjicere aliquis possit, numerum sexenarium nomen sortitum fuisse ab accessione ad τὸ quinque. Eo enim numero absolvitur digitorum numerus in manu humana (quibus quinque digitis in computando primi mortales videntur usi) ut ἕξ fortasse dictus fuerit, quasi numerus accedens ad quinarium. Sed talia, omnibus in linguis, adeo incerta sunt, ut vix sperare certi aliquid ex tenebris his liceat. E. S.]

Ἑξῆς Deinde, vel ordine. Proprie genitivus est fœminini generis à masculino ἑξὸς, quod oritur à verbo ἔχεσθαι adhærere, vel ordine sequi. Hoc autem Medium est verbi ἔχω, de quo suo loco.—Alio loco cel. Lennepius: "Ab ἔχω habeo, contineo, Medium ἔχεσθαι speciatim in usu valet adhærere, et quasi contiguum esse. Ita cum Genitivo construit Plato, in Theage, ἐχόμενος σοῦ καὶ ἁπτόμενος adhærens tibi, et quasi, nexu quodam conjunctus. Ab ἔχεσθαι fit ἑξὸς, cujus fœmin. ἑξὴ, unde Genitivus ἑξῆς, per ellipsim Præpositionis κατὰ, pp. est continua serie, cohærenter. [Conf. omnino L. Bos, Ellips. Græc. p. 440. 441. E. S.]

Ἑορτὴ fœmininum est ab ἑορτὸς, quod oritur ab ὄρω excito, concito: unde ἑορτὴ scilic. ἡμέρα, dies dicitur magna frequentia hominum in unum concitatorum celebratus, vel celebrandus, adeoque dies festus: unde ipsum festum quoque dicitur, ac præterea ferias notat. [Confer. Analog. Græc. p. 152.]

[Ἑπάμονες ordinis honestioris famuli (de qua voce Valcken. in Animadv. ad Ammon. p. 100.) Haud dubie à sequendo, ἕπεσθαι, nomen acceperunt. E. S.]

Ἐπεὶ postquam. Parum differt à Præpositione ἐπὶ, et communem stirpem habet verbum ἕπω, vel ἕπεσθαι sequi. Inde ἐπεὶ vel Particula est temporis consequentis, et notat ex quo, postquam, vel caussæ consequentis et notat quoniam. [Clar. Hoogeveen, Doctr. Partic. cap. 16. sect. 12.

p. 396. conflatam esse voculam censet ex ἐπὶ et εἰ. At, quod pace viri Græce eruditissimi dixerim, ἐπὶ et ἐπεὶ, ex origine sua, haud magis videntur diversa fuisse, quam ὄφι et ὄφει, atque adeo unum vocis casum (Dativum, videlicet, aut Ablativum) olim constituisse. Rectissime igitur Hoogevenius, p. 400. "id agere" se dicit, "ut probet τὸ ἐπεὶ consequentiam notare." Inspice jam loca Iliad. Α. 57. 153. 274. &c. et vide, num dubitare possis nostrum ἐπεὶ, ab ἐπὶς, pp. consecutio, vel consequentia, descendisse? Vide etiam in Ἐπὶ, ubi plura. E. S.]

Ἐπείγω urgeo, impello. Videtur compositum esse ex ἐπὶ, et εἴγω, quod ab ἔγω, quocum convenit ἄγω, de quo verbo abunde dictum est supra. Notionem inde propriam habet persequendi, et urguendi fugientem, unde nata ea impellendi, et, significatione neutra, festinandi.

Ἐπηρεάζω incommodo afficio. Haud dubie compositum est ex ἐπὶ, et ἠρεάζω, quod haud scio, an pertineat ad ἐρέω, unde oritur ἐρείδω, et similia: de quibus postea dicetur. Tum autem ἐπηρεάζω pp. valet graviter incumbere, urguere, agitare: unde ad quamcumque molestiam et injuriam, quæ tam verbis, quam re fiat, verbum videtur translatum. [Vide H. Stephani Thes. Appendic. in voce nostra, et altera Ἐπήρεια. Et Elsner. ad Matth. 5. 44. E. S.]

Ἐπὶ notionem primam habet à versando, et sequendo: de qua videndum ad verbum ἕπω, unde oritur. Inde autem varios usus habet hæc Præpositio: quorum plerique è Lexicis cognosci possunt. [Ἐπὶ, et ἐπεὶ, de quo supra, proprie sunt casus Dativi à Nominativo obsoleto ἐπὶς pp. nexus, ordo: ut ab ὄφις in Dativo est ὄφι et ὄφει. Itaque nostrum Ἐπὶ pp. notat nexu, vel additione, adjunctione, vel sequela, inductione &c. Sentiri propria vis poterit ex illis Hesiodi Ἐργ. vs. 644. κέρδος ἐπὶ κέρδεϊ. et Homeri Iliad. Θ. 260-265. Odyss. Μ. 209, ubi hærent interpretes. Vide Clark. Conf. et Lucæ Evang. 5. 36. Matt. 9. 16. et Valcken. Diatr. in Eurip. Dram. p. 289. Denique ἐπὶ pp. additione pro insuper absolute poni potuit, ut idem sit, atque ἐπεί. Vid. Euripid. Orest. vs. 206. Stirps est ἕπω necto: unde ἕπομαι pp. necto, adnecto, vel adjungo me, id est sequor. E. S.]

Ἐπίβδα forte natum est ab ἐπιδὰς, cujus Vocativus ἐπιδὰ (ut in similibus fieri solet) Nominativi naturam acceperit. Β autem interposita videtur, ut in multis vocabulis fit. Porro illud ἐπιδὰς, à simpliciori forma ἐπὶς, vel simili ortum, originem habet verbum ἕπω, vel ἕπομαι sequor: atque inde eximie dies, qui sequitur festum aliquod, ἐπίβδα dicitur, ut abunde docet Meursius, in Græcia Feriata, ubi de festo agit, quod dicitur Ἀπατουρία.

Ἐπίκουρος auxiliator. Compositum est ex ἐπὶ, et κοῦρος, quod pp. Ionicum est pro κόρος, de quo nomine suo loco dicitur. Hic autem in primis spectanda est curandi notio, quæ verbo κορέω, inter alias, tribuitur. Imo ipsum Latinum cura nihil aliud est, quam Græcum κοῦρα, fœmininum masculini κοῦρος: unde ἐπίκουρος is est, qui alteri opera sua et cura adest, adeoque auxiliator.

Ἐπιπολῆς. Adverbialiter ponitur pro in summitate, in superficie. Proprie voces duæ sunt, nempe ἐπὶ πολῆς, quod posterius Genitivus est nominis πολὴ, superficies, in qua quis versatur. Ortum, nempe, est à πέλομαι versor, ab Activo πέλω, de quo suo loco. [Vide T. Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 478. E. S.]

Ἐπιτηδὴς idoneus, aptus. Vox composita est ex ἐπὶ, et τήδης, quod pro τάδης: hoc autem à τάζω, cujus verbi potestas eadem est quæ vicini τείνω tendo. Utriusque, nempe, stirps communis est τάω, vel τέω. Inde ἐπιτηδὴς pp. valet, qui attendi vel intendi in aliquid potest, atque inde idem fere valet quod Latinum aptus.

Ἑπτὰ septem. Haud dubie Pluralis est à Singul. ἑπτὸς, quasi dicas aptus. Est enim ἑπτὸς ab ἕπω cognato verbi ἄπω, unde Latinum aptus. Quare autem sic numerum septenarium vocaverint, non satis perspicio: nisi in caussa fuerat notio perfectionis, quam isti numero attribuerunt veteres.

Ἕπω cognatum verbum est stirpis ἄπω, et Latini antiqui apio. De verbo ἄπω dictum supra. Eadem propria potestas verbo nostro tribuenda est. A notione autem aptandi, quæ in primis verbo nostro convenit, sive apte jungendi, verbum ἕπω notionem quoque accepit dicendi: Medium vero ἕπεσθαι, pp. notans memet adjungo vel memet secundum aliquem agito, exinde sequendi virtutem accepit.

Ἔρα terra. Ortum est ab ἔρω, quod vicinum verbi ἄρω (de quo jam supra dictum) notionem habet movendo adaptandi, agglutinandi, attrahendi; et similes. Inde autem nostrum ἔρα videtur tribui terræ, quasi dicas molem firmiter compactam et nexam. Ita certe differre videtur à γῆ (de quo supra in voce Γαία) terram late patentem designante. [Ἔρα, teste Hesychio, est γῆ καλὴ, γῆ ποθεινὴ terra bona, terra amœna. Videtur proprie notare terram sativam, sive consitam: stirps autem esse ἔρω, Latine sero, sevi, satum, serere. Vide omnino loca Homeri Η. Σ. 550-557. et Hesiodi Ἐργ. 420. 421. E. S.]

Ἔρανος collectitia cœna. Vox derivata est ab ἔρος, quod idem atque ἔρως amor. Inde ἐρανὸς pp. notat ad amicitiam pertinens: atque hinc eximie cœna collectitia sic dicitur. [Conf. Plato de Legg. l. 11. 915. Gatakeri Advers. Posth. col. 855. 856. Salmas. de Usur. p. 50-59. et Barnes. ad Euripid. Helen. vs. 391. E. S.]

Ἐράω amo. Oritur ab ἔρος amor, qui sic dicitur à nectendo, attrahendo, agglutinandove. Stirps ἔρη, de qua postea dicetur. [Ceterum confer huc omnino T. Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 217. 218. E. S.]

Ἔργον opus. Haud dubie oritur ab ἔρω, cujus notiones diversæ huic nostro verbo significationem præbere potuerunt. In primis autem videtur ea repetenda à nectendo, aptando, similive. Inde etiam facile patet, quemadmodum opus terræ colendæ et arandæ nomine ἔργον antiquitus fuerit designatum. Nempe ἄρω, unde Græcum ἀρόω et Latin. aro [pro ἀράω] pp. nihil aliud sunt, quam nostrum ἔρω unde ἔργον, [forte pro ἔαργον, uti ἕδνον pro ἔδανον.] Ut autem Lat. arare, et Græc. ἀροῦν propria sunt in agricultura, simili ratione ἔργον ibidem sedem collocavit. Ita, apud Homerum, ἔργα βοῶν boum labores de agricultura dicuntur. [Vide in primis Od. Ξ. 222. Σ. 365.] Ab eodem nomine compositum αὐτουργὸς, ex αὐτὸς et ἔργον, eum speciatim designavit, qui ipse terram coleret: ut antiquissimi homines solebant. [Conf. Lenn. ad Phal. Ep. 22. Salmas. Exerc. Plinian. p. 262. b. c. 416. a. de Usur. p. 299. de Fœn. Trapezit. p. 488. Elsner. ad 2 Tim. 2. 15. E. S.] Patet tamen vox ἔργον in usu latissime, et quodcumque opus denotat: quemadmodum ἐργάζεσθαι τὴν γῆν pp. notat terram colere; unde, translato verbo, etiam ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν, pro navigare dicitur [uti et Belgæ dicunt *de zee plægen, de zee bouwen*. Vide viros doctos laud. Wolfio ad Apoc. 18. 17. E. S.]

Ἐρέβινθος Cicer, leguminis genus. [De hoc videant Botanici.]

Ἔρεβος Erebus, orcus. Haud dubie oritur ab ἐρέω, quod ab ἔρω. Inde ἐράω et ἐρέω notionem trahendi primum acceperunt, ac porro eam extrahendi, evacuandi, inaniendi, et similes. [Vide Salmas. Exc. Plin. p. 306. b. F. ad Jus Atticum et Romanum cap. 2. Gatakeri Opp. Posth. col. 855. 856. E. S.] Inde ἔρεβος, scilicet τόπος, vel simile, dicitur proprie vorago immensa, inanis et vacua: et quidem eximie vacua luce, unde sic orcus, vel etiam tenebræ infernales dicuntur. [Hac ex etymologia eluceret, vocem ἔρεβος origine sua fere convenire cum altera ἔρημος, sive, uti olim scribebatur, ἔρεμος; literis labialibus μ et β, ut sæpe alias, in pronuntiatione, permutatis. Sed verisimilior est Bocharti sententia de hac voce Geograph. Sacr. l. 2. cap. 2. col. 705. 706. quocum confer. quæ Salmas. Hellenist. p. 372. habet de Ἐρεμβοῖς. E. S.]

Ἐρέθω proxime oritur ab ἐρέω, et hoc ab ἔρω. Habet autem nostrum ἐρέθω in primis notionem suam à vehementi motu, quo quid agitetur, sive trahendo sive attingendo, sive alia ratione: atque inde in usu significat irritare, lacessere.

Ἐρείδω. Et hoc stirpem habet ἐρέω et ἔρω. Recte autem Grammatici propriam hujus verbi potestatem ponunt in contentione vehementi, qua aliquid fiat. [Conf. omnino Aristophan. in Pace, vs. 31. Eccles. vs. 612. Thesmoph. vs. 495. E. S.] Inde, nempe, notiones huic verbo adsignatæ figendi, firmandi, nitendi, et similes.

Ἐρείκω frango. Proprie videtur esse, quasi, trahendo, distrahendove frango. Oritur certe ab ἐρέω, et hoc ab ἔρω, de quibus jam dictum aliquoties. Habet autem ἐρείκω quandam cognationem cum verbis ῥάκω, ῥήγνυμι, et similibus. [Conf. Pierson. ad Mœrid. Atticist. p. 194. in Ἐρείπω. E. S.]

Ἐρείπω everto. Et hoc quoque ortum ab ἐρέω, quod ab ἔρω: quorum verborum notionem, quæ hic in primis spectanda est, vidimus ad verbum ἐρείδω. Inde nostrum ἐρείπω eximie notat uno quasi impetu corruere facio, et labi, vel etiam, neutro sensu, corruo, labor. [Vide ad Phalar. Epist. p. 18. 19.] Componi autem hoc verbum debet cum vicino ῥίπτω, vel ῥίπω, unde nomen ῥιπὴ impetus. Nimirum verba, quæ non nisi vocali, ab initio, aut addita, aut omissa, differunt, proprie sunt ejusdem, aut saltem cognatæ, originis. Sic autem ἐρείπω et ῥίπτω in origine conveniunt, quemadmodum supra vidimus ἐρείκω, et ῥάκω, et alia similia.

Ἐρέπτω comedo, est ab ἐρέπω, quod ab ἐρέω, de quo abunde dictum. Notionem habere videtur à contentione et nisu comedentium aliquid.

Ἐρέσσω remigo. Et hoc est ab ἐρέω. Notionem autem habet à continuo contentoque motu remigum, quo remos impellunt. Hinc ἐρέτης, remex, et ὑπηρέτης qui sub alio remigat, vel generatim qui cum contentione, et studiose opus facit sub alius auspicio, minister.

Ἐρεσχελέω cavillor. Haud dubie convenientiam habet cum verbo ἐρίζω, de quo infra dicendum. Stirps est ἔρω, cui inest significatio contentionis vehementis: atque inde primum ἐρέχω, ἐρέσχω, et tandem ἐρεσχελέω, quasi dicas proprie, contendo verbis atque ita cavillor. [Si comparaveris verbum ἰσοχειλέω, labrum pari libramento demitto, quod haud dubie compositum est ex ἴσος par, æqualis, et χειλέω, à χεῖλος labrum; (pro quo veteres etiam dixerunt χέλος, unde χελώνη) admodum verisimile fiet, etiam nostrum ἐρεσχελέω compositum esse ex ἔρις, vel simili quadam forma, et χελέω, quod idem ac χειλέω, ut pp. sit inimicitiam labiis exerceo; hinc scommate illudo. E. S.]

Ἐρεύγω ructo, propriam notionem habet movendi vel extrahendi, evacuandique cum contentione: quam virtutem verbis ἐρέω et ἐράω adsignatam fuisse vidimus, ad vocem Ἔρημος. Est autem ea vis in primis conspicua in verbo ἀρύω, quod, illis vicinum, suo loco explicatum est. Origo est ἔρω, de quo dictum abunde.

Ἔρευθος rubor, proprie nihil aliud est, quam tractus seu fluxus sanguinis, nempe, in ore, atque inde sanguis veluti suffusus: unde porro rubor. Oritur, nempe, ab ἐρεύω, quod à stirpe ἔρω. Hic autem rursus omnino observandum est, proprie stirpes vicinas esse eas, quæ non, nisi vocali in initio, differant; quemadmodum ἔρω, ἐρέω, ἐρεύω, ῥέω, ῥεύω, et similia, quibus omnibus notio generalis motus contenti continuique subjicitur, unde ῥέω fluo notat. De quo verbo suo loco dicendum.

Ἐρευνάω investigo. Dicitur à contentione et continuo motu, quo aliquid assequi studeas. Nempe ab ἐρέω, vel ἐρεύω, nomen ἔρευνα dicitur indagatio: hinc autem ἐρευνάω indago, investigo.

Ἐρέφω obtego, proprie est, quasi attrahendo in unum farcio, atque ita tego. Oritur à sæpe memorato ἐρέω, quod, ex observatione, superius jam facta, convenientiam habet cum verbo ῥάω, à quo ῥάπτω in unum attraho; unde eximie notat suo, insuendo obtego. Inde jam porro de tectis ædium ponitur.

Ἔρημος desertus. Oritur ab ἐράω, de quo jam dictum alibi. A notione autem, isti verbo subjecta, evacuandi nostrum ἔρημος, subintellecta voce τόπος, pp. est vacuus locus, adeoque desertus. Ad hominem postea translatum est, similiter ac Lat. desertus. [Ἔρημος Adjectivum est, formatum ab ἔρη, sive ἔρα, terra inculta. Inde ἔρη et γῆ inter se opponuntur: γῆ namque terram notat fœcundam et cultam. Ἔρημος etiam de hominibus usurpatur: uti solus et solitarius homo dicitur, qui aliorum fugit consortia. Significat etiam hominem desertum et destitutum aliorum auxilio. Unde ἔρημος φίλων. Vide Wesseling. ad Anton. p. 151. T. H.]

Ἐρητύω inhibeo. Est ab ἔρητος, quasi dicas inhibitus, attractus: hoc enim oritur ab ἐράω traho, vel attraho, de quo supra.

Ἔρι est ab ἔρω. A contentione autem, (cujus notio subjecta verbo ἔρω, ejusque derivatis multis) nostrum ἔρι, in compositis tantum usitatum, eorum vim intendit. [Vide permulta exempla apud Hesychium, t. 1. col. 1427. et seqq. E. S.]

Ἐρινεὸς caprificus. Proprie vox composita est ex ἔρι et νέος, diciturque, quasi, valde juvenescens, virens, vigens, vel luxurianter crescens: quæ proprietas est istius arboris. [Origo forte alia est. Etenim, ἐρινάδα etiam vocari ficum silvestrem, auctor est Scholiastes Nicandri: quod huic etymologiæ parum favet. E. S.]

Ἐριννὺς Erinnys, furia, nomen accepit à stimulando, quæ notio supra notata est ad verbum Ἐρέθω, quocum originem communem habet. Oritur, nempe, proxime ab ἔρις, vel vicina forma: et hoc ab ἔρω. [Ἐριννὺς pp. indignans furor. Ἐριννύειν significabat, apud Arcadas et Peloponnesios, præ ira furere. Hoc tribuebatur iis, quæ à Latinis furiæ dicuntur. Hæ enim putabantur persequi scelera, et pœnas exigere severissimas. T. H.]

Ἔρις contentionem, et quasi stimulum ad certandum notat, ortum ab ἔρω. [Ex collatione verbi Lat. sero (quod haud dubie factum est ab ἔρω, sive potius ipsum nostrum est ἔρω) propria notio hujus verbi apparet esse nectere, connectere, componere: ut adeo ἔριν ἤριсε apud Theocritum, Eidyll. 5. 23. pp. sit conseruit consertionem, id est, certamen commisit, sive litem contulit, qua phrasi usus Horatius Serm. 1. 5. 54. Itaque et ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι Iliad. Α. 8. eleganter dictum pro contentione commisit, ut pugnarent. E. S.]

Ἔριφος hœdus. Haud dubie derivatum est à verbo ἐρίπτω, quod vicinum est alteri ῥίπτω, et ei, quod supra vidimus, ἐρείπω: unde ἔριπος pp. est quasi jactus, atque inde partus recens, et eximie hœdus. [Nescio, an rectius dixeris, ἔριφον hœdum vocatum à commissione certaminum, vel ab impetu sive congressu frequenti. Unde apud poëtas hœdus petulcus, tenero lascivior hirco, et sexcenta talia. Stirps ἔρω, unde ἐρίπω, ἐρίζω &c. E. S.]

Ἕρμα fulcrum, vel quidquid firmandi gratia subjicitur. Oritur ab ἔρω, cujus derivatum ἐρείδω peperit nomen vicinæ significationis nostro ἕρμα, nempe ἔρεισμα. [A nectendo, connectendo, videtur esse notio firmandi. E. S.]

Ἑρμηνεὺς interpres. Proxime oritur ab Ἑρμῆν vel Ἑρμῆς: de quo mox dicendum.

Ἑρμῆς quamvis ab ἔρω dico repeti possit, dubito tamen an non alia sit ratio hujus vocis. Est certe ea contracta ex ἑρμέας, quod non potest non derivatum esse à nomine ἕρμα, similive forma, de qua superius. Ἕρμα autem notat quodcumque stabilimentum et fundamentum, quo aliquid innitatur. Igitur ἑρμῆς videtur dictus Mercurius, quod præses habitus sit orationis, quæ unicum stabilimentum societatis est: quin imo inde dictus quoque interpres, cujus fide veluti innituntur diversi populi, inter se transigentes. Reliquæ notiones, huic voci assignatæ, ex antiquitate Græca in primis illustrandæ sunt. [Ab ἔρω necto, consero, committo, fortasse ἑρμῆς pp. est quasi commissor,

consertor, sive verborum et orationis, sive partium adversarum, quas conciliet et conjungat. A dicendo nomen habere, miro consensu statuunt Pharnutus, Porphyrius, alii. Vide eos apud Wolfium, in Cur. ad Acta Apostol. 14. 12. E. S.]

Ἔρνος ramus. Proprie dicitur quasi vigens et firmus: haud dubie ortum ab ἔρω, de quo dictum supra.

Ἕρπω serpo, vel repo, [quod posterius, per metathesin literarum, ipsum quoque Græcum est ἕρπω.] Proprie est pro ἐρύπω, quod ab ἐρύω. Observandum autem rursus, vicina esse his ῥέπω et ῥέω: ut facile appareat, notionem propriam repetendam esse à trahendo et quasi profluendo. [Itaque ἕρπω est protraho me atque adeo serpo, quod de anguiculo, dracone, cochlea &c. proprie dicitur: unde et serpens à Latinis in forma Partic. eximie dictus est anguis, vel draco, qui et plene serpens draco apud Suetonium in Tiber. c. 72. A notione porro serpendi est illa leniter procedendi, leniterve accedendi, et quasi adrependi quod etiam dixerunt in contemptu. Vide Iliad. Ρ. 447. Od. Ρ. 158. Σ. 130. Theocr. i. 105. iv. 56. v. 44. 45. vii. 2. 21. &c. Valck. adnot. in Theocr. 400. et Eurip. Hippol. p. 227. 268. Horat. Serm. i. 5. 25. Virgil. Culic. vs. 104. Origo trahendi, vel attrahendi clare elucet ex Lucretii l. 6. 118. E. S.]

[Ἕῤῥος Jupiter. Haud dubie pro ἔρος, id est herus: ut Juno ἥρα, pro ἔρα hera, eximie dicta fuit. De quo infra. Vid. ad Hesych. t. 1. col. 1445. E. S.]

Ἔῤῥω, varias habens notiones, in Lexicis notatas, proprie similis fere naturæ est, cujus sunt ῥέω, ῥέπω, ἕρπω, εἴρω: de quibus dictum supra. Est autem nostrum ἔῤῥω, ab ἔρω, geminata litera ρ, ad emphasin quandam huic verbo addendam: qua, nempe, exprimatur verbi hujus potestas, diversa ab illa verbi ἕρπειν. Habet enim hujus notionem in deterius conversam, sive ita, ut semper cum pernicie conjuncta esse intelligatur: [ut in illo ἔῤῥε pereas! Iliad. Θ. 164. Conf. omnino Od. Κ. 72. 75. Porro Græc. ἔῤῥω superest quoque in Lat. verro &c. Vide infra in stirpe Ἔρω, et Ernest. ad Od. Κ. 72. In compositis quoque περιέῤῥω est pererro, perrepto, et metonymice perreptans quæro. De quo verbo Valck. Adnott. in Euripid. Hippol. p. 268. et confer apud Hesychium t. 1. p. 1446. ἔῤῥων, quod exponitur μόλις παραγινόμενος, quasi dicas ægre adreptans. E. S.]

Ἔρση [vel ἕρση] ros. Oritur ab ἔρω, cui ex antedictis apparet vicinum esse verbum ῥέω fluo, unde descendit Lat. ros, eadem translatione, qua, ab ἔρω, ἔρση dicitur.

Ἐρύκω inhibeo, contineo. Oritur ab ἐρύω traho, quod, ut vicina ἐράω, ἐρέω &c. oritur ab ἔρω.

Ἐρύω traho oritur ab ἔρω: ut dictum. A notione autem trahendi, extrahendi, eripiendique eam habet servandi, custodiendi, similesque. [Ut Hebr. הִצִּיל pp. est extraxit, dein servavit, à נָצַל. Porro, in Medio, est ἐρύομαι traho ad me, Il. Ξ. 422. Σ. 152. &c. E. S.]

Ἔρχομαι venio, eo. Est quoque ab ἔρω, cujus verbi similes notiones jam vidimus. [Ab ἔρω, ἕρκω, cum adspiratione ἔρχω, est Medium ἔρχομαι, pp. traho me, in primis lente, atque adeo lente procedo, incedo. Hesiod. Theogon. vs. 272. Unde generalior notio procedendi, veniendi. Observandum autem est, verba ἔρω et ἔλω, uti ejusdem fere sunt soni, (pro varia, nempe, pronuntiatione literæ ρ) ita cognatæ olim fuisse significationis. Ab ἔλω facta sunt ἐλέω, ἐλεύω, ἐλεύθω, ἐλύθω, quæ postrema verba tempora obliqua dederunt nostro ἔρχομαι. E. S.]

[Ἔρω stirps est obsoleta; cognata fuit non modo aliis formis ἄρω, ὄρω &c. sed etiam verbo alteri ἔλω, de quo modo diximus, in Ἔρχομαι. In origine remotiori pp. notavit nectere, adnectere, connectere: unde porro orta est metonymica notio nexum trahendi, producendi &c. Latini servarunt nostrum ἔρω in suo sero, seri et serui, sertum, serere: Græci autem in εἴρω, ἔῤῥω, quæ vide supra; uti et in ἀποέῤῥω pp. abstraho; unde ἀποέρσε Iliad. Ζ. 348. Simplex forte notio reperitur in illo Hesychii Ἐρεῖ· ἀπολλύει, quod viri docti perperam sollicitarunt. Etiam ab ἔρω esse Lat. quæro docet Menag. Amœn. Jur. Civ. p. 338. E. S.]

Ἐρωέω proxime descendit ab ἐρωὴ, quod redditur impetus. Hoc autem proxime ab ἐρέω, quod ab ἔρω. Habet verbum ἐρωέω varias notiones, ut copiose fluendi, retrocedendi, inhibendi, aliasque: quæ omnes, ex comparatione formarum vicinarum, quas supra jam vidimus, facile possunt intelligi.

Ἐρωτάω proxime oritur à nomine ἐρώτης, vel ἐρώτας, quod derivatum est verbi ἐρόω. Hoc autem componendum cum forma vicina ἐρέω, quod verbum, inter alia, notat interrogo. Inde ἐρώτης is, qui interrogat, et hinc ἐρωτάω est, quasi, qui quæstionem proponit, interrogare. [Originem ab ἔρω, necto, propius demonstret phrasis ἐρωτᾶν λόγους, pp. captiosas interrogationes nectere, ex quibus concessis conclusiunculæ deducantur. Vide Hemsterh. ad Luciani Νεκ. i. 2. p. 233. E. S.]

Ἐσθλὸς bonus. Haud dubie est pro ἐθλὸς, quod repetendum ab ἔθω vel ἕω: et, ratione significationis ac formationis, componendum videtur cum nomine ἄθλος, ubi vide notata [voce Ἄθλος.] Ut adeo ἐσθλὸς proprie sit, qui labores vel certamina sustineat, strenuus adeoque: quæ propria olim vocis potestas fuit. Inde autem generatim porro bonus, probus, vel qui frugi est. [Nescio an ἐθλὸς hocce (unde vir clarissimus repetit τὸ ἐσθλὸς) contractum sit ex ἐθελος, ab ἐθέλω volo: haud fere diversa metaphora, ac Belgis *Willig* de viro, labores in se facile suscipiente ac tolerante, dicitur. E. S.]

Ἔσθω edo. Est proxime ab ἔσω, futuro verbi ἕω, quod convenit cum ἔδω, edo, de quo dictum suo loco. [An ab ἔδω, ἔδσω, ἔσδω, ἔσθω, proniori quadam derivatione? Vide Analog. p. 187. 188. E. S.]

Ἕσπερος vesper. Forma producta est ab Ἕσπερ, unde Lat. vesper superest. Illud autem oritur ab ἕσπομαι, quod est pro ἕπομαι sequor; cujus Activum ἕπω vidimus supra. Inde jam ἕσπερος vesper proprie dicitur is qui sequitur; atque inde eximie stella, quæ solem occidentem sequitur.

Ἑστία pp. Fœmininum est, à Masc. ἔστιος, quasi dicas qui pertineat ad familiarem victum. Videtur enim ortum esse ab ἔδω. Inde certe dicitur convivium familiare, quo quis excipiatur apud larem domesticum: unde porro notat larem, domum, et similia. [Ab ἕστω vel ἵστω, (quod à στάω, στέω, στίω non differt) manavit ἑστία et ἱστίη, Ionibus usitata forma, sedes stabilis et certa: quæ causa est, cur domum habitationemque idem vocabulum designet. Dissentit Plato in Cratylo, p. 276. Sed nihil est, quod illi, in rimandis Etymologiis non nimis exacto, auscultemus. T. H.]

Ἐσχάρα focus, vel craticula. Dicitur ab ἴσχω, quod ab ἔχω contineo. Inde eximie focum notat, quo ignis continetur; unde deinceps cum ad alia translatum est, tum etiam ad designandum pudendum muliebre. [Conf. Valck. ad Ammon. Anim. cap. 11. p. 47-49. et omnino Salmas. ad Solin. Exercit. Plin. t. 1. p. 126. B. ex cujus observatione proprius intelligetur, cur hac voce dictum sit τὸ αἰδοῖον muliebre. E. S.]

Ἔσχατος ultimus. Dicitur ab ἔχομαι, adhæreo, in fine sequor. Inde ἔσχατος, quasi, qui in fine adhæret.

Ἐτάζω exploro. Ortum videtur ab ἔτος, similive forma, qua designatur qui est, vel verus. Inde ἐτάζω notat verum exploro, vel in rerum naturam inquiro. [Nimirum et ipsum Latinum verus ab ἔρω ortum est: ἔρω autem ab ἕω. Unde apparet eandem esse utriusque formæ stirpem remotiorem. E. S.]

Ἑταῖρος socius. Origine non multum videtur differre ab ἕτερος, orto ab ἔτης, de quo postea dicendum. Dicitur forte sic, quasi, qui comes alteri adest. Origo ἕω. [Possis et à veritate amicitiæ repetere: uti ἔτης amicus verus dicitur. Nisi simplicius adhuc sit vocis veri etymon ab ἔρω adnecto, conjungo, ut adeo etiam ἔτης et ἑταῖρος à conjunctione vel nexu amicitiæ, nomen habeant. E. S.]

Ἕτερος alter. Forma producta est ab ἔτηρ, quod non, nisi forma, differt ab ἔτης, cujus origo ἕω. Dicitur forte et ἕτερος alter, quasi dicas, qui adsit alicui: eximie autem alterum notat. In usu probe distinguendum est ab ἑταῖρος. Observetur autem hic obiter, voces ἀτὰρ et αὐτὰρ (quas supra, suo loco, aliunde derivatas videri dixeram) cum hoc verbo potius esse componendas.

Ἔτης socius, amicus. De hoc dictum ad vocem ἑταῖρος. [Adde Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 407. E. S.]

Ἔτι adhuc. Haud dubie oritur ab ἕω, sum, notione perspicua. [Ut περὶ dedit Lat. per, sic ἐτὶ videtur dedisse Lat. et. Est autem ἐτὶ pp. casus Dativus vel Ablativus absolute positus, repetendus fortasse à Nom. obsoleto ἐτὶς, quod analogice duci potuit à 3. pers. præter. Perf. Pass. inusitata ἔται, pro ἔσται, verbi ἕω. E. S.]

Ἔτνος Puls e leguminibus elixis. Nescio, an ab ἕω oriatur, ut sit ab edendo dictum, quæ notio in derivato verbo ἔδω est.

Ἕτοιμος paratus, promtus. Sine dubio oritur ex ἕω, quasi dicas qui adsit, vel qui in manu est.

Ἔτος annus. Et hoc est ab ἕω: ratio tamen significationis est ambigua. [An à procedendo, quatenus verbum EO, is, ire Latinis superest hac notione? Certe alteram ἐτὸς, idem quod μάτην, tali ab origine videtur esse repetendum. E. S.]

Ἔτυμος, verus, forma tantum differt ab ἐτεὸς, et haud dubie habet originem ἕω sum. [Ut à πληθὺς est πληθυμὸς et similia, ita ab ἐτὺς, ἔτυμος. Ἐτὺς autem est ab ἐτὸς, Ionice ἐτεὸς, verus.—Hinc etiam fluit potestas, qua ἔτυμος ponatur de Etymologia, sive de vera vocum origine. T. H.]

Εὐδία serenitas. Composita vox est ex εὖ et δία, quod à Δὶς, de quo alibi dictum. Inde εὐδία, scil. ὥρα, eximie notat serenitatem cœli, vel cœlum serenum.

Εὕδω dormio. Cognatione junctum est cum ἕδω et ἕζω sedere facio, deorsum mitto. Inde ad quietem et somnum eximie transfertur.

Εὐθὺς rectus. Oritur ab εὔθω, quod ab ἕω, et hoc ab ἵω mitto, vel promitto in longum; unde ad longitudinem designandam vox transiit.

Εὐλαὶ vermes. Ortum est à Singulari εὐλὴ, et videtur dictum à versando, volvendo: quæ notio inest ejus origini ἕλω.

Εὐλάκα vomer. Videtur ortum à nomine εὔλαξ, quod non differt ab ἄλοξ, vel αὖλαξ, de quo, suo loco, supra dictum. [Stirps nempe est ἕλω necto, dein traho: de quo vide in Ἔρω. E. S.]

[Εὔληρα, lora, habenæ. Stirps eadem est ἕλω necto, dein traho. Unde εὔληρα habenæ, quasi Belgice *trekkers*, dixeris. E. S.]

Εὐνὴ cubile. Ortum est ab εὔω, unde supra vidimus oriri εὕδω dormio. Ratio significationis eadem fere est, quam supra vidimus, ad verbum εὕδω: et stirpem communem habet ἵω mitto.

Εὐοῖ Evoë. Vox facta est à sono, quem edebant Bacchantes, deo suo Baccho acclamantes. [Conf. de hac vocula Bochart. Geogr. Sacr. l. 1. c. 18. p. 441. et Hierozoic. P. 1. lib. 2. c. 36. p. 369. E. S.]

Εὔριπος Euripus, vel fretum reciprocum maris. Haud dubie dicitur pro ἔῤῥιπος, quæ vox derivata est ab ἐρίπω. Hoc autem forma tantum differt ab ἐρείπω similibusque verbis, de quibus dictum supra, ad Ἐρείπω. Dicitur autem sic à fluxu crebro, cum impetu accedente et recedente.

Εὑρίσκω invenio. Proxime oritur ab εὑρίω, quod idem, atque εὑρέω. Utrumque à simpliciori εὕρω est, cujus Imperfectum superest εὗρον. Hoc autem est à simpliciori ἔρω. Ratio significationis, nostro verbo subjectæ, repetenda est ab ea investigandi, quam notionem explicavi ad ejusdem originis verbum Ἐρευνάω. [Differentiam inter εὑρεῖν et εὑρέσθαι, in forma Media, eleganter explicuerunt Dawes Miscell. Crit. p. 255. 256. Valck. ad Herod. l. 9. p. 693. n. 73. E. S.]

Εὐρὺς latus. Videtur dictum quasi tractus, à trahendo, similive notione, quæ verbo ἔρω, unde oritur, inest.

Εὐρυκλῆς, Nomen proprium. Compositum est ex εὐρὺς, et κλῆς, quod contractum ex κλέος. Hoc autem est à verbo κλέω [pro καλέω] cui vicina sunt κλείω celebro, et κλύω, unde κλυτὸς, et Latinum inclytus. Εὐρυκλῆς itaque proprie notat, qui late clarus est sive celebris ubique factus.

Εὐρὼς, situs, mucor. Oritur à simpliciori ἐρὼς, quod ortum ab ἔρω traho, attraho, unde εἴριον et ἔριον eximie lanam notat. Inde jam εὐρὼς pp. est situs, qui rebus adhæret, et, veluti lanugo, ab iis contrahitur.

Εὐρώτας. Componendum est cum ἐρωέω, fluo: de quo dictum supra. Inde facile apparet, nomen εὐρώτας pro ἐρώτας esse, et hoc pro ἐρώτης, quod à verbo ἐράω. Hoc autem eandem, quam ἐρωέω, originem habet. Εὐρώτας igitur is est, qui fluit: eximie fluvius. Unde sic nominatus fluvius Laconicæ in Græcia. [Etiam veretrum notare in Epigr. apud Suidam ait Hedericus: sed de re muliebri sermonem ibi esse, probavit Toup. Epist. Critic. p. 149. 150. E. S.]

Ἐὺς bonus. Significationis ratio eadem in hoc nomine est, quæ vocis εὐθὺς, et originem communem habet cum ἵω mitto.

Εὖτε quando, quum. Parum differre videtur ab εἶτε, et cum εἰ, similibusque particulis, componendum est. Haud dubie originem communem habet ἕω. [Vide tamen Hederici Lexicon, in voce. E. S.]

Εὔχομαι precor. Ortum est ab ἔχομαι quod ab ἔχω. Translatum autem est ad preces et vota, quasi dicas adhæreo precibus vel votis alicui: pendeo ab aliquo. [Verbum antiquum εὔχω pp. notat peto, postulo: à quo fonte verbi Medii potestates prono cursu derivantur. Apud Homerum εὔχεσθαι sæpe ponitur, pro καυχᾶσθαι, αὐχεῖν (ut Hesychius exponit) gloriari: quod nihil aliud est, quam sibi postulare, adeoque arrogare et adsumere. Præterea à Poëtis, præeunte Homero, non raro ponitur pro φάναι, λέγειν, hac tamen peculiari virtute, qua notet sic dico, ut dictis fidem haberi postulem. Sed usus voluit, ut de votis ac precibus (quibus Deorum pacem et favorem homines sibi exposcunt) imprimis usurparetur. T. H.] [Ab ἔχω teneo, ἔχομαι, εὔχομαι, pp. denotare potest teneo mihi, vindico mihi, vel adsero mihi: quæ forte ratio proxime est translationis. Conf. omnino Iliad. Α. 91. Ε. 173. &c. E. S.]

Εὐωχία convivium. Haud dubie est pro εὐοχία, quemadmodum εὐώνυμος pro εὐόνυμος. Itaque apparebit facile, nomen εὐωχία, et verbum εὐωχέω ortum esse ab εὔοχος, quasi dicas eum, qui bene vel jucunde se habeat: voce nempe, composita ex εὖ bene, et ἔχω habeo.

Ἔχθος oritur proprie à verbo ἔχθω. Utrumque autem dicitur de odio inhærente, et ortum est à verbo ἔχω, quod componendum cum ἄχω, et iis quæ supra dixi, cum de verbo ἄχω [in ἄχος] tum de nomine ἄχθος similibusque. [Componatur ἔχθιστον ἕλκος maxime inhærens, adeoque pessimum, vulnus. Theocr. 11. 15. E. S.]

Ἐχῖνος Echinus, animal spinis horrens. Derivatum est à nomine ἔχις vipera: idem proprie valente, quod ἀκὶς, acus, cuspis.

Ἔχις vipera. Ut jam dixi, idem proprie valet, quod ἀκὶς acus. Dicitur adeoque ab acumine: ortum quippe ab ἔχω, quod vicinum verbis ἄχω et ἄκω, de quibus dictum supra. Similiter itaque, ut illa, vim quoque habet pungendi acumine. Hinc ἔχις vipera eximie dicta à lingua venenata et acuta, qua feriat.

Ἐχυρὸς munitus. Vox productior est ab ἔχυρ vel ἔχυς, quod ab ἔχω contineo. Ratione significationis componen-

dum in primis est cum verbis vicinis ἴχω, et usitatiori ἴσχω: unde ἰσχὺς, robur, ἰσχυρὸς robustus, et similia, de quibus infra dicendum. [Ἐχυρὸς et ὀχυρὸς ambo quidem sunt ab ἔχω: usu tamen differunt. Ὀχυρὸς ponitur de locis munitis. Hinc ὀχυροῦν τεῖχος, πόλιν &c. et ὀχύρωμα munimentum: Ἐχυρὸς autem, per ε, notat firmitatem, ad faciendam fidem. T. H.]

Ἔχω. Vicina verba sunt usitata ἴχω, σχέω, ἴσχω, ἔσχω, eaque cognata verbis ἄχω, ἄγω, χέω, &c. Propriam eorum vim jam patefecimus ad verbum ἄγω, positam quippe in agendo. Unde orta potestas habendi, similesque, quæ ἔχω tribuuntur. [Notio agendi propria in verbo ἔχω clare perspicitur ex illo poëtæ Iliad. Ψ. 516. ὡς Μενέλαος ἜΧ' ἐγγύθεν ὠκέας ἵππους. Ceterum Ἔχεσθαί τινος sensu Medio est firmiter tenere, apprehensum tenere. Vid. Elsner. ad Hebr. 6. 9. p. 346. 347. Salmas. de Modo Usur. p. 488. 489. Ab ἔχω autem, præposita σ (loco spiritus) videntur fluxisse σέχω, σεχέω, σχέω, σχίω, σχῶ, ἴσχω &c. Conf. etiam Valck. ad Eurip. Phœn. p. 268. 269. E. S.]

Ἕψω coquo, proprie Futurum est à verbo ἕπω, agito, vel agitando subigo, et, eximie, coquendo subigo, et emollio. De verbo ἕπω dictum est supra suo loco.

Ἕω. Vicina verba sunt ἄω, ἴω, ἵω &c. Propria notio posita est in flatu, vel aëre moto cum sono levi, qualis fere litera ε pronuntianda editur. Inde varie in usu significat: et, pro diverso spiritu, in derivatis suis notat vel mittere, vel ire, vel esse. [Ab ἔω hocce vel ἐμὶ, et cum addita vocali ε, est ἔεμι, contracte εἰμί: ut à vicina ὕω, vel ὑμὶ, factum est sumi, et (ultima vocali resorpta) Latinorum sum; ab ἴω porro, vel ἰμὶ, est simi, dein sim, sis, sit, licet hæc forma ἴω vel ἰμὶ, potissimum consederit in verbo altero hinc propagato εἶμι eo, cujus Plurale est ἴμεν, ἴτε, ἴσι. Ab ὄω porro factum est, cum digammate Æolico Fόω, unde ducta sunt fore, forem &c. ut ab ὕω, Fύω, φύω, fuo. Ab eodem porro ἔω factum est ἔσω, ἐσέω, vel ἔσεμι, unde ἔσετι, ἔστι, est, quod etiam adhibetur pro licet, quasi dixeris, est facultas, est occasio, vel simile, quod per ellipsin reticetur. E. S.]

Ἕωλος hesternus. Oritur ab ἕως, (quod idem atque ἄως, vel ἠὼς) eximie tempus matutinum vel aurora. Oritur autem ab ἔω, vicinamque habet formam ἓς hes, unde superstes Latinorum antiquum hesi, cujus loco postea pronuntiarunt heri. Ab hesi derivatum remansit hesiternus, quod contractum est hesternus, idque in usu idem, ac nostrum ἕωλος, à forma vicina ἕως. [Ex comparatione Latini verbi hæreo, hæsi, hærere, (quod nemo dubitaverit quin sit nostrum ἔρω) admodum verisimile fit, voculam obsoletam ἓς et Latinam item obsoletam hesis, unde in Ablativo hesi (heri), dictas esse à nexu indivulso, quo cum die antecedenti quasi nectantur et cohæreant: Similis origo est quoque vocabulorum ἐχθὲς, et χθές. E. S.]

Z.

Ζά. Haud dubie particula hæc cognata est præpositioni Διά: et quidem ejus ratio videtur repetenda ex dialecto Æolica, ubi, pro διὰ, ζὰ pronuntiarunt. Transiit autem ex ista dialecto, in paucis quibusdam compositis, ad alios quoque Græciæ populos: et quidem in compositis (ut aliquando præpositio διὰ, huicque respondens Latinorum per) verbi significationem auget, et idem fere valet, quod ἄγαν valde. [De literæ Z vera potestate vide clar. Burgess. ad Dawes Miscell. Critic. p. 385. et Villoison. in Indice ad Anecdota Græca. E. S.]

[Ζαβρὸς admodum edax, vorax. Contracta vox videtur ex ζαβόρος. Hæc autem composita ex ζὰ valide, et βόρος edax, quod à βόρω, Lat. voro. Ejusdem formæ est, ac ζαβότος admodum abundans pascuis, quod item compositum ex ζὰ, et βότος, à βόω pasco. E. S.]

Ζάγκλη et ζάγκλον falx. Proprie vox Sicula est, atque adeo Dorica, cui dialecto, tanquam generi subjecta erat Æolica. Mirum itaque non est, si hic quoque syllaba ζα orta sit ex compositione cum præpositione διά. Oritur, nempe, vox ex particula ζὰ, et nomine obsoleto κλὴ, inserta ante κ litera ν, ut in multis fieri solet. Illud autem κλὴ proprie convenit cum nominibus κλὸς, κλὸν, et usitato κλὼν, quo designatur truncus, vel ramus arboris abscissus: oriturque à κλόω, unde quoque superstes κλοιὸς, quod vinculi genus erat ex ligno. Vicinum quoque κλάδον dicunt ramum. Propria autem horum verborum potestas in frangendo posita est. Inde jam ζάγκλη proprie dici potuit ramus vel baculus validus, vel etiam ramus lignumve quo eximie scindatur frangaturque seges, atque adeo sic eximie falx dicta fuit à Siculis, et à figura falcis (quam insula Sicilia referebat) ipsa Sicilia antiquitus quoque Ζάγκλη fuit dicta.

[Ζαγρὸς discalceatus. Fortasse dictum pro ζαάγορος, quasi valde compulsus, valde agitatus. Conf. dicta in voce Ἀγορά. Nisi malis suspicari, ζαγρὸν pp. esse valde compunctum pedesque læsum: ut ἀγρὸς hac in compositione idem sit, quod ἀκρὸς, ab ἄκω pungo. E. S.]

[Ζαὴς valde spirans. Compositum ex ζὰ, de quo supra, et ἂς, quod pro ἄες, ex ἄω spiro. In Accusativo habet ζαέα, non autem ζαήν. Vide omnino Toupii Emend. in Suid. p. 2. p. 1—3. E. S.]

[Ζακελτίδες rapæ, vel cucurbitæ; ab obsoleto Singulari ζακέλτις. Stirps forte κέλω, unde κέλλω, Lat. cello, moveo citius, depropero: ut ζακελτίδες pp. sint quasi cito crescentes. Videant Botanici. E. S.]

[Ζάλη æstus, agitatio maris, turbo vehemens &c. Haud dubie est fœm. ab Adjectivo mascul. ζάλος, quo per ellipsin Substantivi, aqua vehementius agitata, æstuansque, designatur. Ceterum componenda hæc vox est cum aliis cognatis ζῆλος, ζηλαῖος, &c. oriundis à primitivis ζάω, ζέω &c. Cognata quoque est alteri σάλος: à quo nomine, præmissa δ, prona admodum analogia, fieri potuit δσάλος, quod scripserint postea ζάλος. E. S.]

Ζαφελὴς simplex, vel rudis, rusticus. Compositum est ex ζὰ, et nomine ἀφέλης, quod ortum ex ἀφέλω, cujus loco usitatum est ἀφειλέω aufero. Inde ἀφέλης eximie notat, quasi, nudum, simplicem, ζαφελὴς autem valde nudum et simplicem: unde postea ad mores transfertur.

Ζάω vivo. Verba vicina sunt ζάω, ζέω &c. eaque facta proprie à sono liquoris ferventis, velut aquæ, in laminam candentem metallicam infusæ. Inde translata sunt ad fervorem rei cujusvis designandum. Verbum ζάω porro adsignatum fuit vitæ animali depingendæ, quæ sanguine ejusque calore contineri credebatur olim. Atque sic factum est, ut verbum ζῆν in usu æque late fere patuerit, ac Latinum vivere.

[Ζέα zea, far, hordei genus: de quo multa habet H. Stephanus in Appendice ad Thesaurum suum. Utrum sit à ζέω ferveo, an potius vox peregrina, videant Botanici. E. S.]

Ζειρὰ sagulum. Erat genus vestimenti laxum simul et crassum; haud dubie dictum à calore, quem adferat corpori. Originem habet verbum ζέω, cujus notionem propriam vidimus in Ζάω. [Nisi verior sit conjectura veterum nonnullorum, apud Suidam, ζειρὰν esse pro σειρὰν, hoc est, formatam vocem cum δ præposita, ut δρόσος pro ῥόσος ros, et similia. Ea vero lege ζειρὰ (sive δσειρὰ) dictum fuerit ejusmodi pallium à nectendo, sive connectendo: quæ proprietas est stirpis ἔρω, unde εἴρω, σείρω &c. E. S.]

Ζευγνύω verbum productius est à ζεύγνω, quod à ζεύγω, cujus derivatum proximum est ζεῦγος jugum. Est autem huic vicinum ζύγω, unde nomen ζυγὸν, itidem jugum notans. Et propria quidem potestas nominis ζυγὸν ea est, qua vocatur lignum, quo jumentorum colla junguntur et premuntur in aranda terra. Quum igitur haud dubie verbum ζύγω originem habeat ζύω (quemadmodum ζεύγω est à ζεύω, vel ζέω) ratio significationis, in nomine ζυγὸν, repetenda videtur à calore vel fervore, qui ex aranda terra, similive labore difficiliore, oritur. A notione autem jugi, multiplicibus modis, vox nostra transfertur, haud aliter, atque in voce Lat. jugum accidit. Porro Græcorum ζεύγω peperit verbum antiquum Latinum jugo: ubi eadem ratio est literæ Z, in Latinorum Jod mutatæ, quæ est in nomine Jupiter, ex Græco Ζεὺς repetendo. Porro Latinum vetus jugo peperit nomen jugum, et verbum jungo. [A verbo ζεύγω vel ζύγω hoc pacto fieri potuisse Lat. jugo, jungo, haud improbabile est. Potuit tamen utriusque verbi eadem fere esse origo, sed multo remotior. Stirps nempe ἕω mitto: unde, præfixa σ, ut in bene multis aliis, factum σέω, hinc σεύω, σεύγω, δσεύγω, ζεύγω. Illi vero stirpi ἕω alia cognata fuit ἴω, ex qua fieri potuerunt ἰύω, ἰύγω, jugo, jungo. E. S.]

Ζεὺς Jupiter. Variæ sunt formæ nominum, quibus olim Jupiter, deorum summus, appellabatur; ut Ζεὺς, Ζὴν, Ζὰν, Δὶς, Διὸς, et forte alia: quæ omnia mihi quidem videntur unum idemque nomen fuisse, dialectis diversorum Græciæ populorum distinctum. Apparet certe, Ionibus fuisse vocatum Ζῆνα, qui ab aliis Græcis diceretur Ζεὺς, Doribus autem Ζᾶν erat. Porro nomen Ζεὺς Æolibus, antiquissimis temporibus, in primis proprium videtur fuisse, nec aliud fuisse quam Δῖος, si rationem dialecti habeamus. Vidimus, nempe, jam supra, ζ apud Æoles loco δ fuisse positum. Præterea communis terminatio fuit Æolibus υς, loco ος: neque commutatio literarum ε et ι rara est, in diversis dialectis. Sic, quem Athenienses Θεὸν dicebant, is à Lacedæmoniis σιὸρ dicebatur. Erat autem Laconica dialectus, æque ac Æolica, subjecta Doricæ, tanquam generi suo, ut supra jam diximus. Ex his simul apparet quodammodo, inter ipsa hæc nomina et notissimum Θεὸς, magnam cognationem intercedere, imo omnia hæc proprie unum idemque vocabulum esse, dialectis tantum distinctum. Inter hæc, nomen Θεὸς, Atticis proprium, communi usu postea tritum fuit, tanquam appellativum nomen Dei cujusvis: reliqua autem, ceremoniis religiosis primum constitutis, ut proprium nomen Jovis, deorum summi, videntur invaluisse. [De vocabulis Ζεὺς et Θεὸς omnino consulendus est Henr. Stephanus in Thes. L. Gr. t. 1. col. 1023. 1517-1519. Salmas. Exerc. Plin. p. 70. 423. aliique, quos laudavit J. Alberti, ad Hesych. t. 1. col. 1577. voce Ζᾶν. Pharnutus cap. 2. et Heraclides p. 441. nomen Ζεὺς repetunt à verbo ζέω ferveo, ob fervorem igneum, quem Græci ζέσιν dicunt. Valde mihi placet observatio doctissimi Burgessii, ad Dawes Miscell. Crit. p. 386. antiquissimam pronuntiationem fuisse δεὺς, unde cum σ præmisso σδεὺς, et tandem ζεύς. Comparatio Genitivi Græci Διὸς ceterorumque casuum obliquorum maxime hoc suadet: respondebuntque, hoc pacto, longe rectius Latina deus, et dis, et Græc. Θεὸς, de qua voce inferius. E. S.]

Ζέφυρος Zephyrus. Proprie sic dicitur à calore, quem affert ventus, cui Zephyri nomen est. Proxime autem est ab obsoleto nomine ζέφος, cujus origo ζέω, de quo mox infra dicendum.

Ζέω ferveo, bullio. Est hæc ipsa propria verbi potestas, quam supra ad vicinum verbum ζάω explanavi. Transiit autem præterea hoc nostrum à fervendi ebulliendive notione ad eam scatendi.

Ζῆλος æmulatio. Proprie sic dicitur ardor, seu studium vehemens, in aliquam rem; nomine orto à ζάω vel ζέω ferveo: de quibus dictum supra. Inde porro ζῆλος ponitur pro studio vehementi, quo similis alteri evadere coneris; atque adeo æmulationem notat. [Vide L. Bos Diss. de Etymol. Græc. p. 24. 25. et A. Schultens, Comment. ad Proverb. Salomonis, cap. 3. 31. ubi simile verbum Hebr. קנא illustratur. E. S.] Variis modis præterea transfertur, quorum omnium rationes facile à propria notione ardoris vel studii repetuntur. [A ζῆλος est ζηλότυπος, quasi dicas æmulatione percussus, et contactus. T. H.] [Porro, ζηλοτυπία proprie ictus, pulsusque vehementior talis fervoris. A. Schultens in Comm. l. 1. Ceterum apud accuratiores Græcos ζῆλος et φθόνος distinguuntur. Laudi ducebatur ζῆλος, ut honesta æmulatio: φθόνος autem semper erat adfectus vitiosus invidiæ. Recentiores tamen Græci etiam de invidia adhibuerunt vocem ζῆλος, et verbum ζηλοῦν ipsis significavit invidere. L. C. V.] [Conf. idem vir maximus ad Adoniazusas Theocrit. p. 415. et Lennep. ad Phalar. p. 46. B. E. S.]

Ζημία damnum. Videtur proprie esse à ζάω, quod, in derivatis non paucis, translatum est ad notiones quærendi, inquirendi, desiderandi. Inde ortum ζημία proprie fœmininum est à ζήμιος, et proxime quidem factum ab obsoleto nomine ζῆμος, vel ζῆμα, ac Substantive positum rem notat desideratam, in quam inquiras, quam desideres, veluti ea privatus: atque sic eximie translata vox videtur, ad significandam jacturam, vel damnum, et hinc porro mulctam, vel etiam pœnam.

Ζητέω quæro. A verbo ζάω ferveo factum nomen est obsoletum ζητὸς, [cujus vicinum ζήτης superest] quod peperit verbum nostrum ζητέω. Hoc autem translatum ad studium ardoremque inquirendæ rei alicujus eximie accepit notionem quærendi, inquirendi, requirendi, quæstionem habendi. Generalius etiam (et quidem valde proprie) valet in usu, idem quod studere, conari. [Vide L. Bos Obss. ad Aristoph. p. 6. E. S.]

Ζόφος caligo. Volunt Grammatici, hoc nomen dici pro δνόφος, quod suo loco vidimus, quoque caliginem significare, et cognationem quandam habere cum vocabulo νέφος, similibusque formis. Verum quidem est, literam ζ poni pro δ, ut supra quoque vidimus, in nonnullis vocibus: sed obstat huic sententiæ (quantum ad vocem δνόφος) litera ν, quæ in nomine νέφος quidem adest, non vero in ζόφος. Verisimilius itaque videtur, nostrum ζόφος idem fere esse proprie, quod ζέφος, (unde proxime descendit nomen ζέφυρος) atque adeo oriri à verbo ζόω, vicino alteri ζέω. Sic ζόφος proprie dici potuit vapor calidus, qualis in aëre sæpe existit; inde autem transferri ad aërem tenebricosum designandum. De quacumque caligine postea positum videtur fuisse.

[Ζύγαστρον arca: de qua voce vide Zonaram apud Valcken. Adnott. in Adoniazus. Theocr. p. 335. C. et viros doctos ad Hesych. t. 1. p. 1588. Videtur autem repetendum ab obsoleto ζυγάω jungo, adjungo. E. S.]

Ζύθος Zythus. Sic dicitur genus potus ex hordeo. Haud dubie vox orta est à verbo ζύω, quod cum vicinis ζάω, ζέω, &c. convenit, in notione fervendi. Dictum autem ζύθος eximie genus istud potus, à fervore vel fermentatione.

Ζύμη fermentum. Proximum derivatum est verbi ζύω ferveo: ut adeo proprie idem sit, quod Latinum fermentum, sive id quod ferveat. Inde autem (quemadmodum hoc ipsum fermentum) ζύμη dicitur farina subacta, quæ acorem contraxit.

Ζωμὸς jus. Proprie dici videtur, id quod fiat ex decoctione. Ortum, nempe, est à ζόω, quod vicinum verbis ζάω, ζέω &c. adeoque notionem accepit à fervendo, ebulliendo, coquendo: quæ potestas verbi ζέω manifesta est, in formula proverbiali, ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, id est, Si olla fervet, vivit amicitia. Inde autem ζωμὸς eximie videtur significasse liquorem eorum, quæ cocta sunt, qui liquor Latinis jus dicitur. [Hinc ζωμὸς μέλας jus nigrum Lacedæmoniis: de quo vide Toup Cur. Noviss. in Suidam, p. 51. E. S.] Inde porro ζωμὸς ad frusta panis, aliave, quæ jusculo miscentur, translatum est, atque sic ponitur quoque pro buccella. [Simplicissimum fortasse erit, ζωμὸς derivasse à prima Præter. Pass. verbi ζόω pp. tumeo, quasi dicas tumere factum, vel ita coqui solitum, ut præ fervore tumeat. E. S.]

Ζωννύω cingo. Certum est, verbum hoc oriri à Ζώνη cingulum, vel, ut ab aliis etiam vocatur, zona fasciave. Ζώνη autem, sine dubio, ortum est à verbo ζόω, quod manifeste apparet ex ejus derivato ζῶμα [et ζῶσμα] signifi-

cante quoque cingulum. [Vide hic Schrader. Animadv. ad Musæum cap. 20. p. 347. E. S.] Jam autem vidimus, verbum ζόω significare fervere. Hinc igitur ζῶμα et ζώνη significare potuerunt res, quibus aliquid calefiat, quæ calorem adferant: atque sic videntur translata ad designandam fasciam, cingulumve, quod corpori circumligetur, ut frigus arceatur. Denique inde translata est, ad designandum id omne, quod, figura sua, fasciæ simile est. Porro, à nomine ζώνη, verbum nostrum ζωννύω cingendi notionem habet.

Ζωρὸς, ortum à verbo ζόω ferveo, proprie idem valet, quod fervens, fervidus: atque inde eximie, ob fervorem, sic dicitur merum, sive meracum.

[Ζώω vivo. Pro ζόω, idem proprie valet ac vicina ζάω, ζέω &c. ferveo. Est verbum frequentatum poëtis. Vide Odyss. Γ. 354. &c. Hinc porro factum ζωὸς vivus, quod etiam contracte dicitur ζὼς, Iliad. Ε. 887. et inde iterum ζωόω vivifico. E. S.]

H.

Η, pro varia significatione, huic literæ seu particulæ subjecta, variam habet naturam. Itaque, stirpe sua, modo convenit cum εἰ, modo cum articulo ὃς, cujus casus obliquus est, modo factum est à sono; et quidem, in antiqua lingua Græca (ubi litera η nondum erat recepta) modo scriptum fuit per ε, modo per ε, modo per αι: unde etiam est, ut in particula ᾗ iota subscriptum appareat. [Eruditissime, de particula Ἡ, egit vir clarissimus H. Hoogeveen, Doctr. Particul. Ling. Gr. cap. 21. 22. p. 441—507. E. S.]

Ἥβη proprie notat pubem, sive primam lanuginem circa pudenda, pubertatis indicium: unde porro ad ipsam pubertatem transfertur, juventutemque pubescentem significat. Haud dubie oritur ab antiquo verbo ἥβω, seu potius ἄβω, quod vicinum videtur fuisse verbo βάω progredior. Ratio autem translationis, nisi à pullulando, quasi, profecta sit, mihi quidem non valde est expedita. [Præiverat Etymologus M. col. 417. post alia, ἀπὸ τοῦ βεβηκέναι, inquit ἄβη καὶ ἥβη. Ἀπὸ τοῦ βῶ, τὸ πορεύομαι, βῆ καὶ ἥβη. Quam derivationem ridiculam vocans H. Stephanus ab ἥδω (per δ) deducere hoc nomen maluit, Thes. Ling. Gr. t. 1. col. 1444. idque tanta cum fiducia, ut "aut nullam, aut hanc esse vocis ἥβη etymologiam" sanciret. Quid si verbum ἄβω, prisca in lingua Græca, formatum fuerit ex ἄω spiro, spiritum calidum emitto: unde ἄβω, αὔω, αὔρα &c. A calore autem notio juventutis, ut fere apud Arabas in nomine *sjabbaab*. Videri etiam possit, verbum ἄβω sive ἀβάω idem olim fuisse, quod postea ἄμω, sive ἀμάω: ut fortasse, apud Latinos, amare etiam abare pronuntiatum. Sic Ἥβη ab ardore amoris dici potuit. E. S.]

Ἡγέομαι duco. Oritur ab ἡγέω; quod pro ἀγέω: hoc autem ab ἀγὸς dux. Hujus stirps est ἄγω, de quo supra. Inde ἡγέομαι modo significat ducere, quasi dicas, ducem se præbere, modo præesse, modo antecedere, modo, ad animum translatum, significat idem quod ducere, existimare.

Ἠδὲ, apud Poëtas idem valens quod καὶ, est à particula δὲ, præfixo ἠ. [Vide Clar. Hoogeveen, Doctr. Partic. cap. 20. sect. 5. p. 463-467. E. S.]

Ἤδη jam. Est à particula δὴ, præfixo ἠ. [Conf. Clar. Hoogeveen, Doctr. Partic. cap. 22. p. 508-512. E. S.]

Ἡδὺς dulcis. Haud dubie oritur à verbo ἅδω, unde ἁδέω placeo. De utroque verbo dictum supra. Inde ἡδὺς proprie videtur significasse id, quod copia sua placeat, atque sic dulcis. [Conf. etiam dicta in ἅζω. E. S.]

Ἦθος, origine sua, convenit cum ἔθος, de quo dictum supra. Quum autem ἔθος, significatione sua, referretur ad consuetudinem, et mores receptos externos, inde factum videtur, ut ἦθος, seu potius ejus Plurale ἤθεα, positum fuerit pro sedibus consuetis, in quibus esse vel versari aliquis soleat. Est enim stirps ejus ἔω sum, versor. Idem autem ἦθος quoque ad mores translatum est: ita tamen, usu suo, diversum ab ἔθος, ut, quum ἔθος respiciat mores externos et consuetudines, ἦθος nostrum speciatim comprehendat mores internos, quibus alicujus indoles et ingenium, et veluti tota anima natura ac vis, describitur.

Ἤθω colo, percolo. Haud dubie idem est, atque ἄθω: quod verbum jam supra, ad nomen ἄεθλος et alibi, explicui. Proprie autem ἄθω acervandi notionem videtur habuisse: atque sic ἤθω eximie significasse putem percolando acervare, atque sic simpliciter colare. [Stirps ἔω mitto: hinc forte percolandi notio, quasi dicas transmittere. E. S.]

Ἠΐθεος. Proprie sic vocant Græci juvenem intactum, seu qui adhuc virginitate gaudet. Videtur autem sic dici, pro αἴθεος, quod ab αἴθω uro, ob ardorem juventutis suæ. [Conf. dicta superius in voce Ἥβη. E. S.]

Ἠιὼν litus. Sic dicitur pro ἀΐης vel ἀΐος, quæ oriuntur ab ἄω flo. Hinc ἀὴς ventus: et dein ἀϊὼν (et Ionice pronuntiatum ἠϊὼν) locus ventis expositus, vel in quem venti sæviunt, quod aptum litori nomen.

Ἦκα leniter. Proprie videtur esse, quasi eminus tangendo. Non valde enim dissimile est voci ἕκας procul, quod à verbo ἕκω, cui vicinum ἥκω venio. Inde Adjectivum ἧκος, cujus neutrum plurale est nostrum ἧκα. Hoc igitur proprie valet quasi eminus adveniens, vel accedens: atque inde in primis notat parum, vel leniter, ita ut sensus fere effugiat. [In Codd. Mss. diverso spiritu notari solet, quum alii habeant ἦκα, alii ἧκα, quod rectius. Stirps mihi est ἕω (i. q. ἵημι) mitto: unde in Perfecto εἷκα, Dorice ἧκα: quod ex se videtur propagasse verbum ἥκω pp. submitto me, atque ita sensim lenteque advenio. Unde porro ἧκα et ἦκα submisse, sensim. Vide loca Iliad. Γ. 155. Σ. 596. Υ. 440. Odyss. Μ. 442. Ρ. 254. Υ. 301. E. S.]

Ἥκω idem valet quod ἵκω, ἴκω et similia: quæ omnia stirpem communem habent verbum ἕω, ἴω et vicina. [Conf. quæ diximus ad Ἧκα. E. S.]

Ἠλακάτη colus. Dicitur à circumeundo et versando: quasi à masculino ἠλάκατος. Hoc autem ortum est à tertia Præter. Perf. Pass. ἠλάκαται verbi ἠλακάζω, vel ἠλακάω, quod ab ἠλάω, cujus loco usitatum ἠλάσκω, et inde deductum ἠλακάζω, sensu vagandi, circumeundique. Oriuntur autem ab ἐλάω, vel ἀλάω, unde deductum ἀλήτης erro, vagus: de quo suo loco.

Ἠλάσκω vagor. De hoc modo dictum in ἠλακάτη.

Ἠλεὸς stultus. Videtur dici ab errando vel vagando. Proxime autem oritur ab ἠλὸς, quod derivatum est à verbo ἄλω, dictumque pro ἀλός. Verbum ἄλω, cum vagandi errandique notione, vidimus jam supra in ἀλάομαι et ἀλέω. Hinc igitur derivata ἠλὸς, et ἠλεὸς, metaphorice eum significant, qui animo et mente vagetur, atque adeo stolidum.

Ἠλίθιος stultus. Non nisi forma differt hoc ab ἠλεὸς, de quo dictum supra. Vicinum, nempe, modo memoratis ἀλέω et ἀλάω verbum est ἀλίω, et, hujus loco pronuntiatum, ἠλίω, unde ἠλίθω, quod proximum derivatum peperit ἤλιθος, cujus Plurale ἤλιθα Adverbialiter positum fuit pro frustra. Inde igitur ἠλίθιος eximie quoque stultum significat.

Ἡλικία statura. Oritur ab ἡλίκος quantus: vel ab hujus derivato ἡλίκιος. Inde autem (ut ipsum ἡλίκος, de quo post dicendum) eximie transfertur ad quantitatem veluti ætatis: et quidem speciatim ἡλικία aliquando ætas adulta dicitur. Idem tamen, latius sumtum, in quamcumque ætatem hominis quadrat. Præterea à notione quantitatis ad staturam quoque humanam transfertur; in primis à scriptoribus sacris.

Ἡλίκος proxime oritur ab ἧλιξ, quod ortum à verbo ἁλίω vel ἁλίσσω: et pro ἅλιξ ab Ionibus proprie ἧλιξ pronuntiatur. Est autem inter alia ἁλίω (unde ἁλίσκω usitatum) idem quod capio: atque inde ἧλιξ transfertur ad quantitatem mensuræ proprie; quemadmodum Latinum capere de mensuris dicitur. Inde porro ἧλιξ, quasi æqualis mensuræ dicas, eximie notat socium ejusdem ætatis seu æqualem: atque sic ἡλίκος itidem relate ad quantitatem, significat quantum; ita ut semper referatur ad aliud similis quantitatis, quocum componi possit et associari. Atque ita inter se respondent ἡλίκος, πηλίκος, et τηλίκος. Ut autem ἡλικία atque ipsum ἧλιξ, sic quoque ἡλίκος, eximie ad diversas hominum ætates referuntur.

Ἥλιος sol. Sic dicitur pro ἅλιος: hoc autem ab ἅλος, quod non differre ab ἕλος docet analogia, quam supra vidimus ad varia vocabula sub litera A. Ἕλος vero, ut suo loco dictum est, splendorem notat, et quasi tractum lucis seu radiorum lucis. Inde ἥλιος splendidus: unde eximie hac voce sol, tanquam substantive, dicitur.

Ἧλιψ calceus. Sic dicitur pro ἅλιψ: et hoc forte ortum est à verbo λίπτω, quod idem ac λίσσω, unde λίσσος lævigatus; quorum origo est λίω lævigo, de quo suo loco. Inde ἅλιψ dicitur id, quod valde lævigatur atterendo, et hinc calcei genus.

Ἧλος clavus. Oritur ab ἄλω vel ἔλω quasi agitando duco, adduco: unde ἧλος eximie notat clavum, quo res in unum adducantur et compingantur.

Ἧμαι sedeo. Proprie contractum est ex ἕαμαι, cujus tertia ἕαται in dialecto Ionica cernitur. Est autem ἕαμαι ab Activo ἕαμι, vel ἑάω, quod ab ἕω mitto. Unde ἧμαι pp. est memet mitto deorsum, atque adeo sedeo.

Ἡμεκτέω indignor. Verbum Ionicum est, idem notans quod ἀγανακτέω, oriturque ab ἐκτέω, quod idem atque ἀκτέω, de quo dictum, ad Ἀγανακτέω. Videtur autem primo, pro ἐκτέω, pronuntiatum fuisse μεκτέω, præfixo μ: ut in multis fieri solet vocabulis. Dein ex eo factum est ἀμεκτέω, præfixo α, et, pronuntiatione Ionica, ἡμεκτέω. Ubi litera α eandem fere vim intendendi habet, quam ἄγαν in ἀγανακτέω.

Ἠμέν. Conjunctio composita ex ἠ, et μὲν, cui respondet ἠδὲ, simili modo, ut μὲν et δέ. [De ἦ μὲν, ἢ μὴν &c. vide Cl. Hoogeveen, Doctrinæ Particularum cap. 21. sect. 3. p. 494-498. E. S.]

Ἡμέρα dies. Fœmininum est τοῦ ἥμερος, de quo mox. Hoc autem ab antiquo ἧμερ, à quo leviter differt usitatum poëticum ἦμαρ dies. Oriuntur autem ab ἧμαι sedeo. Inde ἥμερος placidus, ἡμέρα autem, quasi, tempus placidum, et eximie dies. [Sunt in omnibus linguis multa nomina, quæ, tanquam Substantiva, solent usurpari, quum sint maneantque Adjectiva, quorum Substantiva omissa sunt. —— Pertinet ad hanc classem et nomen ἡμέρα. Olim dicebant ἡμέρα ὥρα, vel ἡμέρα φάσις, blandum lumen, amabile tempus, opposite ad noctem, emblema luctus. Tempus igitur, in viginti quatuor horis, amabile, jucundum, per ellipsin dicere solebant Ἡμέραν. Adjectivum est ἥμερος, α, ον, blandus, lenis, amabilis. In Hesychii Lexico reperitur: Ἡμέρα· Ἀρτέμιδος ἐπίθετον, Dianæ cognomen. Sic namque dicebatur Diana dea amabilis, blanda, lenis, puellis utero laborantibus. Apud Horatium, in Carmine Sæculari, lenis Ilythia tuere matres. L. C. V.]

Ἥμισυς est pro ἄμισυς: hoc autem, haud dubie, pro μίσυς, cui vicinum μέσος. Origo est verbum μίω et μέω transeo. Vide ad vocem Μέσος.

Ἦμος quando. Est porro ἆμος, quod pro μὸς, hoc autem componendum cum μὶν, et pronomine primæ personæ; de quo suo loco. [Nescio, an rectius repetieris à prima Perf. Pass. ἧμαι, pro ἕμαι, verbi ἕω, sive ἵω mitto, remitto. Quo pacto eadem fere translatio erit, in hac vocula, quæ est in Brittannico *Still*. E. S.]

Ἠμύω inclino, cado. Oritur à μύω claudo vel, proprie magis, minuo, inclino, atque inde claudo. [Malim ducere à stirpe ἕω mitto, remitto: Unde ἦμος repetivimus. Ab ἦμος autem ἠμύω, quasi dicas remissum facio. Conf. Iliad. Β. 148. Θ. 308. Τ. 405. E. S.]

Ἢν si. Vicinum videtur voci εἰ, et haud dubie ejusdem stirpis est. [Nimirum ἢν contracte dictum est pro ἐὰν, quod ab obsoleta verbi forma ἔαμι, unde, in tertia Plurali Præsentis, Ionice superest ἔασι, (pro vulgari εἰσὶ) et, in Imperfecto Medio, ἔατο, quod vulgo contracte effertur ἧτο. Quemadmodum igitur ab ἵστημι, sive ἵσταμι, in Participio Præsenti, dictum est ἱστὰς, ἱστᾶσα, ἱστὰν: sic ab ἔαμι, factum ἐὰς, ἐᾶσα, ἐὰν; quod ipsum ἐὰν dedit ἢν, contracta forma. E. S.]

Ἠνεκὴς porrectus, protentus in longitudinem. Dicitur (cum præfixo α intensivo) pro ἀνεκὴς, et hoc pro νέκης, quod à νέκω: hoc autem à νέω, cui respondet Latinum necto, et nectendo in longum porrigo, protendo. Inde proprie valde ἠνεκὴς notat [valde porrectum] porrectum in longum, et idem, ad tempus translatum, perpetuum.

Ἠνὶ ecce. Est pro ἢν, addito ι, majoris emphaseos caussa: ut fieri quoque solet apud Atticos, in pronominibus demonstrativis. Est autem ἢν ortum à verbo ἕω, vel ἄω: nisi mavis à similitudine soni, ut alia, dici. [Quemadmodum Græci dicunt ἢν, pro ἠνὶ, (quod poëtæ servarunt) Latini autem, pro ἠνὶ sive ἢν hocce Græco, dicunt in: ita nullus equidem dubito, quin Græcorum ἠνὶ sit Latinorum en, i. q. ecce. Porro ut ἠνὶ pp. est immissione, haud aliter ἠνὶ, pro ἐνὶ, ab eadem stirpe ἕω mitto, immitto, peculiariter oculos, vel visum, in rem, videtur esse repetendum. E. S.]

Ἡνία habena. Proprie fœmininum est ab ἥνιος, quod ab ἄνιος, et hoc ab ἄνω, verbo antiquo, repetendum: unde ἄναξ et similia oriri supra vidimus. Facile itaque apparet, ἡνίαν proprie significare lorum freni, quo equi regantur.

Ἡνίκα quum, quando. Vidimus supra, vocem ἔνος et Latinum annus, similiaque ad tempus referri. Jam autem ἄνος, quod est Latinum anus, et ejus loco pronuntiatum Ionicum ἦνις, eadem sunt. Ab isto autem ἦνις productum ἠνίκος peperit neutrum Plurale ἠνίκα, et, spiritu mutato, ἡνίκα, quod, de tempore adverbialiter positum, pro quando invaluit.

Ἧπαρ hepar. Fortasse repetendum est ab ἅπω, vel ἅπτω, Caussam significationis explicent Medici. [Conf. Etymol. Magn. in voce. E. S.]

Ἤπειρος continens terra. Proprie sic dicitur pro ἄπειρος, quasi dicas, quod non habeat πέρατα, id est, fines, sive terminos. Est, nempe, πέρας terminus ultimus, ad quem progredi et transire possis, nomine orto à πέρω transadigo, transeo; de quo suo loco. Hinc ἤπειρος proprie opponuntur insulæ, et quamcumque terram continentem notat. In primis autem pars Græciæ, olim Ἤπειρος (Epirus) eximie dicta.

Ἠπήσασθαι est Aoristus primus Infinitivi Medii verbi ἠπάω, quod videtur ortum ab ἀπάω, lectione Ionica, vel potius ab ἀφάω. Hoc autem ortum ab ἄπω, ἅπτω, jungo, necto.

Ἠπίαλος genus febris levioris. Non dubito, quin ortum sit ab ἤπιος clemens, placidus, et intellectum habeat πυρετὸς febris. [Quæ vox etiam subaudienda est in τριταῖος, τεταρταῖος. Vide Schoetgen. ad L. Bos Ellips. Græc. p. 241. E. S.]

[Ἠπύω sono. Idem verbum est, lectione Ionica, quod ἀπύω, aut inde factum, præmisso ε, quæ vocalis sæpe ab initio ponitur. Vide Analog. p. 206. et p. 204. E. S.]

Ἥρα Juno. Videtur stirpe sua convenire cum nomine Ἄρης et similibus, à verbo ἄρω ortis: de quibus supra dictum est, suis locis. In primis autem hic spectari debent vocabula ἀρείων, et ἄριστος, ab eadem stirpe nata. Simili enim fere ratione, ut ea, translata fuerunt, ad præstantiam quandam designandam. Nostrum ἥρα translate eminentiam quandam respicit, et præstantiam, ut manifeste apparet ex lingua Latina, ubi vox appellativa remansit hera, et masculinum herus, quibus designantur domina et dominus. Est autem herus ipsum masculinum ἧρος, cujus loco (introducto in consuetudinem ω) pronuntiatum fuit ἥρως, [heros] similiter ut, pro ἔρος, ἔρως. Ab isto nomine ἥρως, (quo eximie, ob præstantiam, designatur genus hominum illustrius, seu medium quoddam deos inter et homines) ab isto, inquam, ἥρως, unde fœmininum ἡρωΐνη (si naturam nominis spectemus) non nisi pronuntiatione et

forma diversum est nostrum ἥρα, quod ab ea notione, qua notat heram vel mulierem præstantiorem eminentioremque, eximie transiit ad deorum reginam, Junonem, denotandam. [Pro ἧρος, cum spiritu leni prolato, etiam dixerunt ἔῤῥος: quo nomine eximie appellatus fuit Jupiter, ἥρας heræ, id est Junonis, maritus. Vide supra suo loco. E. S.]

[Ἡρακλέης, contracte Ἡρακλῆς, Hercules. Videtur integra vox olim fuisse Ἡρακυλέης, eliso υ, ut in Ἀσκλήπιος, pro Ἀσκυλήπιος, Latine Æsculapius. Superest illud υ, in Latino Hercules. Pro Ἡρακλῆς autem, eliso etiam α, Latini dixerunt Hercles: unde, in solo Ablativo, superest Hercle. E. S.]

Ἤρεμος placidus, mitis, quietus. Dictum est pro ἄρεμος, quod ab ἀρέω, unde ἀρέσκω placeo, ut nostrum ἤρεμος placidus. Rationem significationis vide, ad verbum ἀρέσκω.

Ἠρίον sepulchrum. Videtur convenire cum voce ῥίον cacumen montis, præfixo α vel η. Similis autem fere translatio est in hoc nomine, atque in Latino tumulus, pro sepulchro. De ratione significationis plura dicentur, in voce ῥίον. [Vide omnino Valcken. ad Theocr. Eidyll. 1. 125. p. 33. 34. edit. Anni 1773. E. S.]

Ἠρύγγιον genus herbæ, et, ut videtur, proprie magis villus dependens à mento hircorum. Forte convenit cum voce ῥύγχος rostrum acuminatum eximie: de qua suo loco.

Ἥρως heros. Vide dicta ad vocem [Ἔῤῥος, et] Ἥρα.

Ἥσσων minor, inferior. Etsi Comparative adhibetur, proprie tamen forma Participialis est verbi ἥσσω, quod notat deorsum sedeo, ortumque est ab ἥσω, quod ab ἕω, vel ἕζω sedeo: de quo dictum suo loco.

Ἥσυχος quietus, et proprie magis, sedatus: unde porro placidus, tranquillus. Ortum nempe est à verbo ἧμαι sedeo, quod ab ἕω. [Ut ἧμαι, ab ἵω mitto, in forma Media pp. sit mitto me, demitto me, Gallice, *je me mets*. E. S.]

Ἦτορ cor. Recte derivatur à verbo ἄω, vel potius ἄϑω, de quo verbo dictum supra. Inde etiam orta vocabula, quæ in Lexico J. Scapulæ sequuntur.

Ἥτριον et ἦτρον, quorum prius redditur stamen, posterius umbilicus. Rationem significationis haud satis perspicio. [De priori voce vide cel. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 98. et Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 576. Stamen autem videtur dictum ἥτριον, à promittendo, sive demittendo, quia recta demittitur, atque adeo protenditur: ἦτρον vero umbilicus, quasi pars sive instrumentum, quo demittatur infans. Nomina enim in τρον, ut notissimum est, instrumentum designant. E. S.]

Ἥφαιστος, Latine Vulcanus. Proprie videtur hoc nomine significatus fuisse faber ærarius, sive qui metalla contrectaret, vel tundendo tractaret, et emolliret. Ortum, nempe, nomen est ab ἀφάω contrecto, contrectando mollio. Inde eximie deus fabrorum ærariorum sic dicitur.

Ἦχος sonus. Proprie sic dicitur sonus repercussus et quasi refractus. Est, nempe, ab ἄχω frango. Idem vir celeberr. alibi: "Nomen ἦχος, et ei vicinum ἠχὼ, pp. sonum notant reciprocum, seu repercussum, qualis verbi caussa edi solet in vallibus montium. Latius tamen sumtum ἦχος, in usu sonum designat quemcumque, qui alicunde ad alicujus aures defertur: non secus atque alterum ἠχὼ, quod propriam notionem servavit. Ita de sono reciproco et fistulæ cantu adhibuit Hesiodus, in Scuto Hercul. vs. 279. περὶ δέ σφισιν ἄχνυτο ἠχώ. Ubi verbum ἄχνυτο, Latine frangebatur, proprietate sua, exprimit naturam soni illius reciproci. Hinc porro nominis proprii vicem obit, in Fabulis, &c.

[Ἠχὼ, όος, contracte οῦς, "Echo, sonus reciprocus, vox repercussa." Videtur à sono factum vocabulum. Possis et à frangendo repetere, quemadmodum præcedens ἦχος: ut sit quasi vox refracta. Vide cel. Lennep. in voce præcedenti. E. S.]

Ἠὼς aurora. Est pro ἀὼς, quod idem atque Atticum ἕως. Oriuntur autem ab ἄω, et ἕω: quibus verbis inter alia notio splendendi inest, ut supra dictum. Idem itaque sunt proprie Latina aura et aurora, et Græca ἠὼς, ἀὼς, et ἕως.

Θ.

Θαιρὸς cardo. Quo melius vocabulorum, à Θ incipientium, pateat ratio, notandum est, verba originalia ϑάω, ϑέω, ϑίω, ϑόω, ϑύω notionem propriam communem habere, positam in motu, qui fiat aliquo cum impetu, magna copia, et quasi tumultuose. Possunt autem alia derivata, cum vicinis verbis, à Τ incipientibus, componi, alia cum aliis, à litera quadam vicina incipientibus, quædam denique etiam cum verbis, à Φ et Σ incipientibus; cum quibus literis (pro diversis dialectis) litera Θ aliquando fuit commutata. Nostrum ϑαιρὸς (ortum à ϑαρὸς, et hoc à ϑάρω,) originem haud dubie habet ϑάω. Videtur autem significatio ejus profecta à motu vehementi eoque versatili: et fortasse componendum est cum ϑράω ϑρέω, &c. quibus sonitus tumultuarius designatur.

Θάλαμος thalamus. Proprie sic dici videtur locus, in quo versantur, vel quasi florent, sponsus et sponsa, recenti matrimonio juncto: nomine orto à ϑαλὸς, qua voce eximie dicuntur homines florenti ætate, per translationem, nempe, à virendo et germinando; quæ notio est verbi ϑάλλω, unde proprie ϑαλὸς germen.

Θάλασσα mare. Ortum videtur à ϑαλάω, quod contractum peperit verbum ϑλάω, significans quasso, concutio. Unde mare dici videtur eximie Θάλασσα, ob motum undarum, magna copia conquassatarum, quemadmodum, ob eandem caussam, mare eximie πολύφλοισβος dicitur ab Homero. Est autem memoratum ϑαλάω ortum à ϑάλω, et hoc à ϑάω: et significationem videtur accepisse ab impetu ruentis, erumpentis, rumpentisque magna copia. [Nescio, an verior sit sententia clarissimi L. Bos, repetentis ab ἅλασσα, pro quo, spiritu aspero mutato in ϑ, dixerint ϑάλασσα. Vide ejus Dissertat. de Etymol. Græca p. 25. E. S.]

Θαλλω vireo, pullulo. Manifesto apparet dici ab erumpendo, quæ vis inest verbo, unde oritur, ϑάω et ϑάλω.

Θάλπω foveo, calefacio. Proprie ortum est à θάλω, et quidem primum videtur significasse virere vel pullulare facio: unde eximie fuerit positum, de fomentis calidis, vel calore, quo plantæ virescunt. Inde autem translatum, generatim significavit postea calefacere vel fovere.

Θαμὰ crebro, frequenter. Haud dubie ortum est à ϑάω cum impetu moveo, feror, emergo, curro, accurro, magna frequentia accurro. [Vide tamen cel. L. Bos Diss. de Etymol. Græc. p. 25. in voce Θάλασσα. E. S.]

Θάμβος stupor præ admiratione. Dicitur pro θάβος, quod à ϑάβω vel ϑάω accurro spectandi caussa, et inde spectaculum contemplor, admiror: unde notio stuporis præ admiratione. Idem vir celeberr. alio loco. "Θάμβος, dicitur pro Θάβος, ut τύμπανον pro τύπανον, κομπὸς pro κοπὸς, κύμβη pro κύβη &c. Θάβος porro factum ab antiquo θάβω, cui vicinum ϑάπω, unde verbum ϑάπτω sepelio. Proprie autem ϑάπω significat obruo: quod ipsum verbum in Præterito τέθηπα ad stuporem et metum transfertur. Ita enim Homerus, et alii poëtæ, τέϑηπα dixerunt pro stupore obrutus sum. Vide Hesychium in voce τέθηπεν."

Θάμνος densus, ut ϑαμὰ, nomen accipit à frequentia. Proprie contractum est ex ϑάμενος, et ortum à θάω cum impetu et magna copia emergo: unde quoque vidimus verbum ϑάλλω pullulo, vireo, proficisci. Ut mirum non sit, ϑάμνος, simili translatione, significare eximie densum fruticibus.

Θάπτω sepelio. Ortum est à ϑάπω, quod à θάω. Notio repetenda à copia terræ tumultuose aggesta: ut docet significatio verbi ϑάω. Quando autem idem verbum designat stupeo, ejus ratio repetenda est à notione stupendi cum admiratione: quam verbi θάω esse vidimus ad nomen θάμβος. Ut adeo pateat, verba ϑάω, ϑάπω, et ϑάπτω, natura sua, eadem esse, et proprie, non nisi forma, differre.

Θαργήλια Thargelia: nomen festi apud Græcos, unde mensis Θαργηλιὼν Thargelion dicitur. Oritur autem à verbo θάρω, quod alii vicino θέρω respondet, significatque calefacio, uro. Inde obsoletum ϑαργὸς, quod, compositum cum nomine ἥλιος, peperit ϑαργήλιος, proprie dictum de tempore, quo sol segetes urit. Unde eximie ϑαργήλια nomen festi.

Θάρσος fiducia, animi præsentia. Dicitur ab ardore animi, et ortum est à θάρω: de quo modo dictum.

Θαυμάζω miror, admiror. Ortum est à ϑαῦμα, quod à θαύω vel θάω. Θάω autem, ut etiam θέω, (quod peperit θεάομαι) inter alia eximie tribuitur iis, qui frequentes accurrunt, spectandi contemplandive caussa. Hinc θαῦμα res dicitur, quam cum admiratione spectes, et inde verbum θαυμάζειν aliquid admirationi habere, et inde admirari. Alió loco cel. Lennepius: Origo remotior est verbum ϑάω, cui vicinum θέω. Propria hujus potestas posita est in currendo: quare etiam, à Grammaticis Græcis, Hesychio aliisque, redditur per τρέχειν. Ab hoc θέω Ionicum fluxit θείω et ϑείω, nec non θεάω, cujus Medium θεάομαι, una cum nomine derivato ϑέα, aliisque similibus, quæ in Lexicis exstant, translatum fuit ad spectacula, ad quæ spectanda concurrat multitudo. Eadem ratio est verbi θάω, et quæ inde formantur, ϑαέω, θαύω, et Dorici ϑαάω; unde nomina remanserunt ϑαῦμα, et Doricum θάαμα. His autem proprie significatur res, ad quam spectandam accurras, adeoque spectaculum: id quod, alia nominis forma, speciatim θέαμα dici solet; quum θαῦμα usurpatum sit de eo, quod aliquid miraculi habeat: unde etiam rem miram, et interdum portentum notat.—Inde porro θαυμάζω miror, rem miram dico, vel facio, quæ vis est terminationis ζω, in verbis, à nominibus factis.

Θεάομαι specto, contemplor. Est à modo memorato θέω.

Θείνω percutio. Videtur proprie esse ad currendum, vel ad motum incito: verbo orto à ϑέω, de quo jam dictum, quodque inter alia eximie notat curro.

Θέλγω mulceo, delinio. Haud dubie ortum est à ϑέλω, et hoc à ϑέω, quod, cum, inter alia, etiam notet pono, colloco, forte inde produxit deliniendi notionem. [Verbum ϑέλγω etiam est debilito, Il. Ο. 322. 594. &c. Origo quidem videtur esse ϑέλω; sed hoc ipsum θέλω manifesto factum est ex ἕλω, unde, cum digammate Æolico Fέλω, quod dedit Lat. velle (pro velere) velim &c. tempora tributa verbo volo, vis, velle. Quum autem ἕλω pp. sit volvo (quod ipsum volvo stirpem habet ὄλω, cognatam nostro ἕλω) notio vero volvendi, hoc in verbo, ducta videatur à primitiva trahendi, attrahendi aliquid, ut volvatur, uti, verbi gratia lapis rotundus, globus &c. hinc conjicere ausim, verbum ϑέλγω, ex remotiori ista origine, trahendi, attrahendique esse repetendum. Unde notiones mulcendi, molliendi, debilitandi. Quin, si vera sit Lennepii observatio (in Analog. p. 208.) literam μ plurimis verbis esse præfixam; nihil impedire videtur, quo minus statuamus, ipsa Lat. mulceo et mollio è stirpe ὄλω orta, adfinitatem quandam habere cum nostro ϑέλγω. E. S.]

[Θελεμὸς et θελημὸς volens, voluntarius. Haud dubie est à θέλω, vel productiori hujus forma θελέω. Vide omnino Toupii Emendat. in Suid. P. 2. p. 49. 50. E. S.]

Θέναρ vola vel cavitas manus. Etsi haud dubie oriatur à ϑένω, et hoc à θέω, de significationis ratione tamen minus liquet. [An θέναρ pp. est manus pars extenta, vel porrecta? Vide Il. Ε. 339. A notione hac extendendi manum videtur ea esse percutiendi, in verbo θένω. Unde Hesychius Θένει· Κόπτει, τύπτει. E. S.]

Θεὸς deus. Ortum est à ϑέω. Sive autem à currendi notione, sive ab ea collocandi dici velis, non admodum differt. Prius tamen malim. Alio loco cel. Lennepius: "In primis eorum placet sententia, qui vocem hanc pro proximo derivato habent verbi θέω curro, nec non pono, dispono, condo: ut adeo facile inde nomen formare potuerint antiquissimi Græci, ad designandum deum: sive sic eum vocaverint à disponendo, sive à currendo ad similitudinem solis, lunæ, stellarumque, quos deos opinantes, in continuo motu vel cursu videbant esse. [Comparatio vocis Latinæ deus, cum Græco δέος timor, pro quo δέος (cum adspiratione literæ δ) dicere potuerunt ϑέος, suadet, ut credamus, ΘΕΟΝ Græcis dictum fuisse à timore et metu, quem tonitrua et fulmina, ex æthere missa, mortalibus incutiant. Eadem fortasse ratio est vocis אלהים Elohim, apud Hebræos. E. S.] "Herodotus l. 2. cap. 52. ἀπὸ τοῦ ϑεῖν, vel τιθέναι κόσμῳ, concinno ordine collocare et disponere, θεοὺς à Pelasgis dictos esse tradit: in qua quidem origine nihil est, quod quemquam merito possit offendere. Τὸ παῦσαι θεῖναι πρὸς τῶν Ἀρχαίων ἐλέγετο, ut observat Athenæus, lib. 11. p. 503. Hoc pacto θεὸς erit conditor et creator universi. Non desunt tamen inter veteres, qui potius à ϑέω, ϑεάω (cujus Medium θεάομαι, curiose et cum admiratione specto, tantum usurpatur) θεὸν deducant, quod omnia sidera, divina religione culta, mirificum quidquam hominibus præbeant spectaculum. Eandem originem Philosophi paullo subtilius expoliunt. Quum enim θεᾶσθαι et θεωρεῖν de mentis contemplatione frequenter, à Pythagoreis et Platone, ponantur, θεὸν dici voluere, quod sola cogitatione cognosceretur, nullisque, nisi mentis oculis, pateret. Pythagoræorum hæc est egregia sententia: Ὁ μὲν Θεὸς αὐτὸς οὔτε ὁρατὸς, οὔτε αἰσϑητὸς, ἀλλὰ λόγῳ, καὶ νόῳ ϑεορατὸς, apud Stobæum in Eclogis Physicis, p. 4. —— Censent alii viri docti, ex voce θεὺς Ægyptia, Græcos suum ϑεὸς efformasse: quod verumne sit, nec ne, in his rerum antiquarum tenebris, discernere non licet. Id certum multis videtur, à ϑεὸς Latinorum deus emanasse: quanquam dubitari possit, an non potius à δεὸς, pro quo postea dictum fuit ζεὺς, descendat. Quemadmodum vero Christiani patres, in diversa vocis ϑεὸς, quam veteres tradiderunt, origine luserint, egregie docet Petavius, Dogm. Theolog. t. 1. lib. 8. cap. 8." T. H.]

Θεράπων minister. A verbo ϑέρω calefacio orta sunt ϑεράω et ϑεράπω, cujus Participium Activum est ϑεράπων, pp. calefaciens, adeoque qui fovet atque fomentis calefacit. Unde partim ad medicos, partim ad ministros sedulos, transfertur, à fovendo nempe et curando. Alio loco: Ministri fideles in primis dicti sunt ϑεράποντες, qui domino suo, non tanquam servi, sed ut amici fideles, aderant, eumque omnibus modis colebant et veluti fovebant. Aliud igitur est ϑεράπων, quam δοῦλος, eoque multo honorificentius: unde ipsi reges ab Homero, aliisque, dicti ϑεράποντες Διὸς, quasi Jovis administri. Similiter Cupido Veneris comes et filius dicitur τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουϑος καὶ ϑεράπων. Confer Platonem in Convivio, p. 203. Pertinet huc etiam interpretatio Ammonii, qua ϑεράποντα dici notat τὸν ὑποτεταγμένον φίλον, id est, amicum, qui aliquem omni obsequii genere colat, omniaque ad nutum ejus faciat.

Θέρος æstas. Ortum à ϑέρω calefacio: dictum à calore. [Stirps mihi videtur esse ϑέω tendo, intendo. Vide mox. E. S.]

Θέρω calefacio, Ortum à Θέω, et quidem dici videtur à motu, quem supra jam diximus significari verbo Θέω. Inde translatum est ad calorem, et porro ad notionem medendi: similiter ac Θεράπων. [Vide inferius in Θέω. E. S.]

Θεσμὸς lex. Ortum est à Θέω pono: unde quoque ortum ϑέμος fas. [Conf. Germanicum *Gezets*. E. S.]

Θέσπις vaticinus. Ortum est ex Θὶς, et verbo σπῶ, quod cum ἔπω dico convenit, eodem modo ut ἔχω et σχῶ [pro σέχω, præfixa σ ante ἔχω: ut σπῶ similiter sit pro σέπω, ex ἔπω. A σπῶ ortum est σπὶς et compositum Θέσπις: notat adeoque, qui divina loquitur, id est, vaticinator, vaticinus. Θὶς enim formâ tantum differt à ϑεὸς, ortumque est à ϑέω. Apparet hoc manifeste ex composito ϑέσφατος à Deo dictus, et similibus. [Uti ϑέσκελος deo similis factum est ex ϑὶς pro ϑεὸς, et κέλος pro εἴκελος, haud aliter ϑέσπις videri possit contractum esse ex ϑὶς,

pro ϑεὸς, et πὶς pro ἴπις: ut litera ς non adeo ad posteriorem compositi partem, quam ad priorem, pertineat. E. S.]

Θέω curro. Propriam verbi hujus notionem supra explicui. [Vide in Θαιρός.] Inde eximie notat cursu feror, vel curro. [Distinguunt Lexicographi inter ϑέω curro, quod in Futuro habeat ϑεύσω, et alterum inusitatum ϑέω pono, quod Futurum faciat ϑήσω. Addit Etymologus tertium ϑέω, intueor, quod alias ϑεῶ pro ϑεάω. Omnia hæc videntur repetenda à simpliciori verbo τέω pp. tendo, intendo: unde, dein, varia translatione, ortæ sunt notiones currendi, quasi intendendi cursum sive contendendi, ut Belgæ dicunt *rekken*, h. e. intensius currere; porro intuendi, acie contenta, ἀτενίζειν; ponendi, quasi manu extenta defigendi &c. Pro τέω enim, cum adspiratione prolatum est ϑέω: ut solet τ adspiratum ϑ scribi. E. S.]

Θεωρὸς spectator. Compositum ex ϑεὸς et ὀρὸς, quod ortum ob ὄρω, unde ὁράω video, observo: de quibus post. Inde nostrum proprie est observator, vel spectator divinorum. Unde variæ notiones. [Malim à ϑεάω, cognato alteri ϑεάω, pp. intendo visum. E. S.]

Θήγω acuo. Proprie non nisi forma differt à ϑίγω, et ab incitando habet notionem acuendi. Propria autem potestas quærenda in motu vehementi, [sive tendendo ad coticulam] quam notionem propriam esse vidimus stirpi ϑάω, unde ortum ϑάγω et inde ϑήγω.

Θηλὴ papilla. Componenda vox est cum ϑάλω, unde supra vidimus oriri ϑάλλω vireo, propulso. Haud dubie nostrum dicitur à protuberando [vel protendendo, demittendo. E. S.]

Θῆλυς fœmineus. Ratione originis convenit cum ϑηλή: ortum nempe à ϑάλλω vireo. Unde quoque significationem habet. [An ϑηλύτεραι γυναῖκες idem forte, quod Belgarum *blœijende maagden?* Vide Il. Θ. 520. Od. Λ. 385. 433. Ο. 421. Υ. 166. et Ω. 201. Hesiod. Asp. vs. 4. 10. &c. E. S.] Θηλὴν Græci proprie vocabant papillam τῶν μαστῶν, ut Hesychius ait. Τὸ ἄκρον, quasi τὴν ϑηλὴν, τοῦ μαστοῦ Galenus dixit tom. 6. p. 51. Sed et ipsas mammas ita dicunt. Origo vocis ab antiquo ϑάω alendo foveo, et florere facio. Unde gignuntur non solum ϑάλλω, ϑαλερὸς, ϑαλεία, ϑάλαμος, in quibus omnibus est gratæ cujusdam et florentis lætitiæ potestas, sed et ϑῆλυς, vegetandi vim habens: quo pacto apud Homerum Odyss. Ε. 467. et Hesiodum in Clypeo Herc. vs. 395. (ubi videatur Grævius) ϑῆλυς ἐέρση ros fœcundans, vel, sicut Hesychius exponit, ἡ ϑάλλειν ποιοῦσα τὰ φυτὰ δρόσος, καὶ ϑρεπτική. Hinc facile colligitur, quam ad fœminei sexus significationem hoc Adjectivum transierit. Hinc etiam oritur pari virtute præditum ϑηλὸς, cujus fœmininum ϑηλή, in Substantivi formam, ea, qua diximus, potestate migrans, produxit verbum ϑηλάζειν. In ejus usu Attici à communibus Græcis dissentiunt. Illi solam matrem dicunt ϑηλάζειν τὰ παιδία infantes lactare, mammam iis præbere; unde ϑηλάστρια Sophocli et Eupolidi eadem, quæ τίτθη, vel τροφὸς, testibus Polluce lib. 3. Segm. 510. et Hesychio: hi contra non minus de infantibus, catulis, aut pullis usurpant, qui lactant aut ubera sugunt, ut Romulus et Remus ϑηλάζοντες τὸ ϑήριον lupæ ubera sugentes. Vid. Græv. ad Luciani Solœc. p. 734. &c. T. H.]

Θὴρ fera. A ϑέω curro ortum est, et à celeritate dicitur. [Æolice efferebatur ϑὴρ, unde Latinis fera, ut pro ϑλᾶν efferebant φλᾶν; pro ϑλίβω, φλίβω. Vide Vossii Etymol. in voce fera, et eundem de Litter. Permutatione: porro Maittaire Alphabet. Dialect. p. 397. Originem utriusque vocis repetimus ab impetu fervidiori, quo ruit: quam notionem propriam, in Latina voce fera, jam vidit Isiodorus apud Vossium, l. 1. E. S.]

Θὴς operarius, seu, qui mercede conductus operam facit. Ortum haud dubie à ϑέω; notionemque accepit à collocando vel locando, quasi dicas, qui opus locatum facit. [Itaque ϑὴς pp. idem est quod ϑείς. E. S.]

Θησαυρὸς thesaurus. Videtur dici pro ϑησαρὸς, idque oriri à verbo ϑέω, ut proprie sit, vel quod reconditum est, vel locus ubi reconditur aliquid; atque inde eximie thesaurus, sive copia rerum pretiosarum, à multo tempore reconditarum. [De propria notione vocis vide in primis L. Bos. Exercitationes in Matth. 2. 11. In origine autem, ex oriente repetenda, humani quid passus est idem vir clarissimus. Conf. ejus Dissert. de Etymol. Gr. p. 26. E. S.]

Θίασος proxime ortum est à ϑιάω, quod (à simpliciori ϑέω factum) proprie non differt à ϑειάω, vel ϑειάζω, quæ oriuntur à ϑέω, unde nomina ϑεὸς et ϑεῖος. Θίασος itaque proprie significare putem multitudinem hominum concurrentium, vel congregatorum, ad res divinas celebrandas, et eximie inde ad choros Bacchicos celebrandos. Quumque frequens usus, in sacris deorum, esset saltationum et conviviorum; inde porro notavit cœtum tripudiantium, vel convivium celebrantium: quin et ipsum convivium.

Θίγω tango. Dicitur ab incitando, quod fit tactu, et satis accurate respondet ejusdem stirpis verbo Latino tango vel tago. Unde facile patet, non differre à verbo ϑήγω, quod supra vidimus. Stirpem autem vicinam habet ϑέω, cujus notio jam alibi patefacta est.

Θὶν acervus, cumulus. Haud dubie dicitur à concitando in unum et stirpem habet modo memoratum ϑέω. [Possis etiam repetere à reponendo et adservando. E. S.]

Θλάω, contundo. Oritur à ϑαλάω, quod à ϑάλω, et hoc à ϑάω. Notionem habet à motu vehementi, uti facile patebit ex iis, quæ notavi ad vocem ϑάλασσα.

Θλίβω fremo. Ortum est à ϑλίω, quod fere convenit cum ϑλάω: unde quoque significatio videtur repetenda.

Θνήσκω morior. Ortum est à ϑανάω, quod à ϑάνω et hoc à ϑάω: de quo alibi dictum. Videtur autem moriendi notio repetenda esse ab illa extendendi: quæ significatio manifesta est in verbo τείνω. [Conf. ἐκταθῆναι pp. extendere se, vel extendere pedes, mori, et Iliad. Ν. 654, 655. ὥστε σκώληξ ἐπὶ γαίῃ κεῖτο ταθείς. Porro Iliad. Η. 409. Κ. 343. Hemsterh. ad Lucian. t. i. p. 357. Valcken. ad Euripid. Phœn. p. 566. Eandem esse indolem verbi מות apud Hebræos, ex comparatione vicinarum stirpium מתה, מתת &c. attendenti satis apparebit. E. S.]

Θοίνη epulum. Proprie ortum est à θόω, quod eximie notat celeriter accurro ad sedendum. Unde proxime ϑοίνη consessum notat: hinc autem epulum.

Θόλος sordes turbidæ. Ortum est à θόλω, quod, natum è verbo θόω, à motu vehementi et celeri videtur accepisse significationem motu frequenti agitandi in orbem. Unde ϑόλος translatum, cum ad alias res, tum in primis ad sordes turbidas notandas.

Θοὸς celer. Ortum à θόω celeriter ruo, vel feror, vel erumpo et exsilio. [Notio celeritatis, ut in Hebr. מָהִיד, orta videtur ab illa acuminis sive aciei cuncta obstacula pervadentis. Itaque Hesychius: θοόν· ὀξὺ, ἰσχυρὸν, ταχινόν. H. Stephanus ex Apollon. Rhodio laudat θοοὺς γόμφους, acutos clavos: et ϑοαὶ νῆσοι "inquit" Homero [Iliad. Β. 619. Κ. 309. 396. Λ. 665. Π. 168.] id est, ὀξεῖαι acutæ: ob promontoria, quæ habent, in cuspidis morem acuminata. E. S.]

Θόρυβος tumultus. Ortum à simpliciori θόρος, cujus loco Ionicum ϑοῦρος superest, et notat tumultuose insilio. Stirps autem ϑόω, de quo modo dictum.

Θόρω, sive θορέω salio. Vide, quæ modo dicta sunt, ad vocem Θόρυβος.

Θρὰξ Thrax. Nomen proprium est: ortum autem videtur, quasi à verbo ϑράσσω, quod à simpliciori θράω; quod, quemadmodum θρέω, notat sonitum obscurum et tumultuantem edo: de quo ad verbum θρέω dicetur. Inde eximie notat obscurum murmur edo, et quidem convenit iis, qui in templis quotidie assidentes tacito murmure deos superstitiose colant. Inde porro ortum nomen θρῆσκος notat religiosum, vel potius superstitiosum. Similis jam ratio nominis nostri proprii Θρὰξ videtur esse. Græci, nempe, eo nomine usi videntur fuisse ad istum populum designandum: caussa ejus repetita à cultu mystico deorum, ab Orpheo Thracio ad Græcos propagato. [Vide infra T. H. ad Θρησκεύω.]

Θραύω frango. Dictum videtur ab impetu, quo res rumpatur et comminuatur. Forte à sono, ut similia, factum est.

Θράω. Ortum a simpliciori ϑαράω vel ϑεράω: significatione autem proprie non differt à vicino θόρω, quod est cum impetu salio, vel insilio: unde porro ad sedendi notionem transiit. [Haud aliter, atque in Hebr. ישב et Arab. وثب eadem notio saliendi ad sedendum translata fuit. E. S.]

Θρέω haud dubie factum est à sono obscuro hominum, in unum congregatorum, et murmur edentium. Inde autem eximie notat murmur edere instar tumultuantis multitudinis: unde porro ad inconditum clamorem transfertur, vel potius ad quemcumque susurrum vel etiam sonum plorantium. Ex hac origine nomen θρόος contracte θροῦς eximie rumorem notat hominum tumultuantium. [Iliad. Δ. 467. ubi vide Schol. et Hesychium in voce.] Atque inde ἀθρόοι homines dicuntur, qui tumultuarie in unum locum confluxerunt, conferti.

Θρῆνος luctus, lamentatio. Proxime ortum est à verbo ϑρέω, vel θράω, quod de sono vel voculis plorantium eximie poni, modo vidimus. Hinc etiam ϑρῆνος, tanquam Substantiva vox, pro θρηνῳδῷ ponitur: ut probavit Toup. Emend. in Suidam P. 2. p. 57. E. S.]

Θρησκεύω superstitiose deum colo. Ortum est à θρῆσκος, quomodo proprie dicitur is, qui in templis obscuro murmure deum colit: nomine orto à ϑράω, quod convenit cum ϑρέω, de quo dictum suo loco; et ad vocem Θράω. Inde porro notat superstitiosum, peperitque verbum ϑρησκεύω. [Grammatici repetunt originem verbi θρησκεύειν, et vocis ϑρησκείας, ἀπὸ τῶν Θρακῶν, vel Θρηκῶν: ut Suidas, in voce, et Etymologus, Gregorius Nazianzenus Orat. 39. p. 665. et Orat. 1. in Julianum, et Nonnus, sive Maximus, ad eum locum, p. 150. Plutarchus autem in Alexandro, p. 665. proprie docet usurpari τὸ ϑρησκεύειν de κατακόροις, καὶ περιέργοις ἱερουργίαις: nec negari potest, Græcos hoc verbum plerumque posuisse de immodico, et superstitioso cultu. Sic matris deorum Bacchique domestica sacra, quæ leges ipsæ prohibebant, ϑρησκεύστις nominat Phynthis Pythagorea, apud Stobæum, p. 445. Princeps itaque vocabuli potestas est, cerimoniis quibusdam sacrisque adhibitis, numina colere. Multum tamen abest, ut Etymon, à Grammaticis probatum, certo nitatur pede: quippe quod Analogiæ legibus minime congruit. Ad quam propius accedunt hæc Hesychii, vetusto more per ε scribentis. Θρεσκός· περιττὸς, δεισιδαίμων. Item Θρεσκά· ἁγνή. πάντα εὐλαβουμένη. Quæ, etsi rarissimi sunt usus, originem tamen manifesto ducunt à verbo ϑρέειν, quod usurpavit Æschylus, Septem contra Thebas, vs. 78. et Hesychius quoque habet Θρέειν· θροεῖν obscura voce murmurare. Inde et θρηνεῖν lamentari, lugere, et ϑρόος vocis fractæ murmur; unde verbum θροεῖσθαι in Evangelio Matth. 24. 6. Hinc igitur Θρεσκὸς, et, ε in η mutato, ϑρησκεύω. Notum vero est, in superstitiosis sacris, etiam ululatibus et mysticis arcanisque carminibus, submissa voce admurmuratis, fuisse locum. Hinc lucem accipit Jacobus, Epist. cap. 1. vs. 26. 27. nam primo ϑρῆσκον vocat hominem, qui vera caritate vacuus, superstitiosis nugis religionem metitur, cujus μάταιον esse θρησκείαν pronuntiat; quemadmodum Dius apud Stobæum p. 408. θρησκεύειν οὐ καλὰν θρησκείαν. Mox Apostolus, eodem servato vocabulo, sed, adjectis epithetis, correcto, docet, quæ sit θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος. Alioquin scriptores sacri, de cultu veræ religionis, hac voce uti non solent: nam θρησκεία Act. Apost. 26. 5. et ad Colossenses 2. 18. multoque magis ἐθελοθρησκεία ibidem vs. 23. vitio vertuntur. Hinc ὁμόθρησκοι, vocabulum Lexicis ignotum, qui eandem hæresin sectantur, apud Socratem, Hist. Eccles. l. 5. p. 315. T. H.]

Θριαὶ calculi sortilegorum. Nomina haud dubie vicina sunt ϑριὰ, ϑρίον et ϑρύον, significatione tamen inter se distincta. Repetenda autem forte à verbo ϑρίω et θρύω, quæ, ut ϑράω, θρέω et ϑρόω, saliendi, exsiliendi, insiliendique notionem habere possunt. Quænam tamen in nostris vocabulis translationis ratio sit, non satis perspicio. [Θριὰς calculos dici potuisse ab exsiliendo, vel resiliendo, quatenus in solum durius delapsi resiliant, nemo dubitet. Porro θρίον folium ficulneum vocari videtur itidem ab exsiliendo cum crepitu quodam, ubi igni imponitur: unde apud Comicum, in Vespis [vs. 434.] πολλῶν ϑρίων τὸν ψόφον: de quo vide H. Stephanum in voce. Θρύον denique juncum vel ulvam videtur significare, quia vento, vel alia vi illata, proclinatus juncus mox resurgat et quasi resiliat. Sed vide hanc vocem inferius suo loco. E. S.]

Θρίαμβος triumphus. Vocabulum hoc à posterioribus scriptoribus Græcis haud dubie usurpatum fuit ad exprimendum Latinorum triumphus: neque tamen minus Græcæ originis esse videtur eadem vox triumphus, et quidem orta à θρίαμβος. Hoc autem, dictum pro ϑρίαβος, et hoc denique, pro ϑρίαος, repetendum videtur à ϑρίω; ut ita θρίαμβος pp. dicatur multitudo hominum tumultuarie congregatorum. Confer, quæ de formis vicinis verbi ϑρίω dicta jam sunt superius. [De ϑριάμβῳ, versu Iambico, vide Toup. Cur. Nov. ad Suid. p. 15. E. S.]

Θριγκὸς pinna murorum. Proxime dicitur pro θρικὸς, et hoc à θρῶ, ut ϑριγκὸς dicatur à saliendo in altum: Similem quandam significationem vidimus verbi vicini θράω. Vide quoque ad verbum Θρώσκω.

Θρίδαξ lactuca. Videtur ortum à ϑρίω salio in altum. Forte sic dicitur à celeritate, qua exsurgit.

Θρὶξ pilus. Proxime ortum est à ϑρίγω, et hoc à θρίω. A saliendo in altum videtur dici. [Conf. etiam Θριγκός. E. S.]

Θρόμβος grumus. Dicitur pro θρέβος, quod à θρέω ortum. Nomen autem habet à saliendo vel surgendo in altum. [Adi H. Stephanum, de hac voce, Thes. Ling. Gr. t. 3. col. 1651. "Θρόμβος pp. rei in unam massam concretæ frustum. Derivatur enim à θρέψαι, significante πῆξαι, teste Eustathio. Unde θρομβοῦσιν in lacte dicunt, quoties à puerperio fœminis lac fluere desinens in mammis densatur, et in exigua frusta excrescit" &c. Nimirum à θρέω repeti potuerant θρέβω, θρέμβω: unde θρόμβος. E. S.]

Θρόνον flos vel venenum. Quanquam ortum videtur à verbo ϑρόω (unde quoque nomen ϑρόνος thronus) ratio tamen significationis valde dubia et incerta est. [Quidni et θρόνον flos ab assurgendo? à floris notione autem illa veneni? Vide cel. auctorem, in quatuor vocibus, proxime prægressis. E. S.]

Θρόνος Thronus. Vicina olim fuerunt verba ϑράω et ϑρόω. Utrumque significatione sedendi adhibitum. Inde nomina ϑράνος et ϑρόνος: quibus generatim sedes significatur. Usus autem voluit, ut hæ voces distinguerentur. Et quidem ϑρόνος significavit sedem sublimiorem, qualis est solium regis, ϑράνος autem quodvis sedile; [in primis tamen sedes honoratior. T. H.] quemadmodum occurrit apud Aristophanem: ubi etiam reperiuntur Diminutiva ϑράνιον et θρανίδιον, inde orta, pro sella vel sellula. Idem θράνος, pronuntiatione Ionica, effertur θρῆνος, apud Homerum, Il. Ξ. 240. et alibi. Speciatim etiam θράνος dicebatur locus in nave, ubi sedebant remiges, propterea dicti a Græcis θρανῖται. [Vide hic Salmasii Obss. ad Jus Attic. p. 681. E. S.] Hujus quidem vocis duplex innotuit forma ϑρόνος et θράνος. —— Verbi quoque forma fuit duplex ϑράω et θρόω. Verbum Medium θρήσασθαι sedere forte fortuna repererunt Grammatici, in unico loco Philetæ Coi. Hinc illud nobis

custodivit Athenæus L. V. p. 192. et ex hoc Eustath. ad Odyss. p. 148. —— Est autem θράω contractum ex θαράω, hoc à θάρω, quod à simpliciori θάω. A τέθακα, Præterito Perfecto verbi hujus θάω, (pp. pono, depono corpus, atque adeo sedeo, me colloco) est θάκος sedile: uti à productiori forma θαάω superest θάακος, et cum ϝ inserto θάϝακος, θάβακος. A θάω, sedendi virtute, apud Homerum supersunt quoque θάσσω et θάζω, &c. L. C. V.]

Θρυαλλὶς ellychnium. Ortum haud dubie est à verbo θρύω, quod idem ac θρόω, quod idem ac θρέω &c. salio. Forte dicitur à radiante vel saliente luce. [Vide et in Θρύλλος.]

Θρυγανάω scalpo. Haud dubie oritur à θρύγω, et hoc à θρύω. Significationis autem rationem similem habere videtur, quæ est verborum θρύπτω, et θρίβω, de quibus suo loco.

Θρύλλος susurrus. Ortum est à verbo θρύω, quod vicinum verbis θρόω et θρέω et, æque atque illa, factum à sono, obscurum murmur significavit. Itaque nostrum θρύλλος, proprie admodum, susurrus redditur. [Verbum Θρύω, affine aliis θρέω, θρόω, pp. notat frango. Hinc θρύλος et θρύλλος pp. rumor fractus et sæpe repetitus. Dicitur aliquis θρύειν τι quod sæpe in ore habet, unde τὰ θρυόμενα quæ frequenti sermone hominum teruntur. T. H.] [An hinc etiam θρυαλλὶς verbasci genus instar lini, à frangendo, et dein ellychnium, ex eo factum. Vide apud Hesych. t. 1. col. 1736. E. S.]

Θρύον juncus. A θρύω. Porro parum videtur differre à θρέω: dictum forte ab assiliendo in altum. [Nisi malis à frangendo. E. S.]

Θρύπτω frango. Facile accedo iis, qui dici volunt à sono rerum, quæ cum vi quadam comminuuntur: ut ita proprie non multum differant θράω, θραύω, θρίβω, θρύπτω, et similia. Porro à verbo θρύπτω comminuo, in minutissimas partes contundo, nomen τρυφὴ in usu passim translate sumitur, pro luxu, quo homines veluti comminuuntur et franguntur: quo posteriori verbo specistim, in eo negotio, utantur Latini, ut frangi deliciis, voluptate, quod respondet etiam verbo translato θρύπτεσθαι. Dicuntur nimirum sæpe à Græcis θρύπτεσθαι, cum ii, qui voluptatibus franguntur, tum etiam qui delicatius vivunt, et continuo luxu fruuntur. Inde autem apta translatio verbi in eos fuit, qui præ luxu et nimia rerum adfluentia insolentius se gerunt et efferunt: quod hominibus fastuosis convenit. [Vide et T. H. apud Ruhnken. in not. ad Timæi Lexic. p. 33. et cel. Verschuir Obss. Philol. p. 5. E. S.]

Θρώσκω salio, assilio. Proxime est à θρώσω, et hoc à θρόω, quod à θορύω, orto à θόρω insilio, de quo dictum supra.

Θυγάτηρ filia, gnata. Eandem formam habet, quæ est nominum μήτηρ, πατὴρ similiumque. Ut adeo videri possit ortum ab antiquo verbo θυγάω. Jam vero ex multis exemplis patet, antiquissimos Græcos literas ζ, δ, θ, τ, σ, quadam ratione vicinas omnes, varie nonnunquam, pro variis dialectis, commutasse. Verisimile itaque mihi est, verbum nostrum θυγάω componendum esse cum usitato verbo ζυγάω, quod vicinum verbo ζεύγνυμι. Ut ita θυγάτηρ dicatur veluti à jugo sive jungendo.

Θύελλα procella. Ortum à θύω, simili ratione, ac supra vidimus à verbo ἄω oriri ἄελλα. Inter alia autem θύω tribuitur fumo vel aëri tenebricoso, subito erumpenti, et cum impetu lato. Inde sponte fluit notio tempestatis et procellæ nostro verbo adsignata. [Vide L. Bos Diss. Etymol. p. 27.]

Θύλακος saccus. Ortum est à θύω. Quæ tamen causa sit significationis, non admodum planum est. Videri possit dici ab inflando et tumendo: nisi mavis, proprie θύλακον dici, ut nomen θυηλὴ, de vase, nempe, quo res ad sacrificium pertinens, suffimentum, contineatur. Hoc pacto ductum fuerit à sacrificando, vel suffiendo, quæ notio quoque est verbi θύειν. [De formis hujus vocis θύλα, θυλὶς sive θυλλὶς, et θυλὰς vide cel. Ruhnkenium ad Callim. laudatum Toupio, Emend. in Suid. p. 3. p. 93. 94. Erat autem θύλακος pp. saccus scorteus, in quem farina vel panes condebantur. Vide T. H. ad Aristoph. Plut. p. 256. Unde apparet, a tumendo perquam commode dici potuisse. E. S.]

Θύμβρον herbæ odoratæ genus. Dictum est pro θύβρον, et hoc à θύω suffio, odores succendo. [Vide omnino Salmas. Exercit. Plinian., locis in Indice allatis, voce Θύλος, et infra in Θυμός. E. S.]

Θυμιάω suffio. Stirps θύω. Eximie positum est de fumo, vel vapore denso, sursum exsiliente. Antiquissimis nempe temporibus proprium hoc verbum fuit sacrificiis, quæ ex frondibus arborum, similibusque rebus constabant, et fumum densissimum excitabant. Postea, sensim re mutata, verbum remansit, et de suffitu fuit positum. Quo modo tempore Homeri adhuc usurpatum fuit. Tandem vero, magis magisque more victimas immolandi increbescente, de omni genere sacrificiorum verbum θύειν posuerunt. Tum autem, inde derivatum, θυμιάω eximie adhibuerunt pro suffire: ortum, nempe, proxime à nomine θῦμα, quo suffimen denotatur, seu idem, quod θύος Lat. thus: quæ proxime oriuntur à θύω suffio. [Æolice pro θύμος scribebatur φύμος, unde Latin. fumus. Vide Salmas. Exerc. Plinian. p. 355. a. E. E. S.]

Θυμὸς animus. Ortum est à θύω cum impetu feror. Hinc Græci θυμὸν proprie dixerunt rationem adfectuum in animo: quemadmodum Latini eo sensu in primis usurparunt vocem animus. [Origo θύω, quod vide. Est autem θυμὸς i. q. φύμος Æolicum, Lat. fumus. Unde θυμὸς pp. exhalatio gravior, dein θυμὸς spiritus, πνεῦμα. Conf. Salmas. de Trapez. fœn. p. 669. et Exerc. Plin. p. 355. a. E. Valck. Diatr. ad Fragm. Dram. Euripid. p. 231. cum Platon. in Cratyl. p. 419. E. S.]

[Θύμος Thymus. Hæc vox accentu distinguitur à θυμὸς animus. Erat autem θύμος thymus frutex, in Attica regione frequens. Multi exponunt cæpas sive allium: sed male. Nam thymus ab utroque genere, alliorum nempe et cæparum, differt. Ab Atticis præcipue colebatur: in aliis tamen regionibus nasci quoque solebat. Unde apud Plinium, Columellam, aliosque Rei Rusticæ scriptores, thymi sæpe fit mentio. Sed tamen præstantissimum hoc erat olus, sive frutex, quod in Attica nascebatur. Proferebat quoque thymus florem, dulce olentem, quem apes decerpebant, quare sæpe videmus, mentionem fieri thymi Hymettii, quæ nascebatur in monte Hymetto, &c. Sæpe interpretes, quum θύμον thymum intelligere debebant, intellexerunt θυμὸν animum; non attendentes ad accentus differentiam. Sic in Luciano ab interpretibus, plus una vice, fuit peccatum. A θύμος est Adjectivum θύμερος, contracte θύμρος, et, β interposita, θύμβρος, quod in Fœminino habet θύμβρα, quæ Thymo quidem proxima erat, sed tamen nonnihil diversa. Sæpe pro Thymo ponitur. Vide Salmas. l. l. T. H.]

Θύρα janua. Videtur ortum a θύω, et dici a ruendo: quasi dicas per quam feraris. [A θύρα est nomen θυρεὸς scutum designans, quia oblonga forma januam imitabatur, totumque fere corpus obtegebat. Hoc clypeorum genere Macedones potissimum sunt usi. Vocem Chaldæi adoptarunt. Nam, quod in Chaldæo interprete sæpius occurrit, תְּרִים ex Græco fonte manat: quod Buxtorfius, in Lexico Thalmudico, præteriit: [notavit autem Edm. Castellus.] Arabes idem vocabulum adoptarunt in تُرس. Homeri ætate θυρεὸς significabat magnum lapidem, qui ad claudendum admovebatur. Odyss. 1. 240. 313. Eo respicit Hesychius, in voce. Vide et Thom. Magistrum. T. H.]

Θύω. Propria notio jam exposita est superius. [Θύειν, nempe, ex origine ferendi cum impetu (de qua vide in θυμὸς) pp. est idem ac Lat. fumare, ut vel ex derivato θύμος, Æol. φύμος, Lat. fumus apparet. Hinc explicandus Homeri Il. Δ. vs. 419. pavimentum totum αἵματι θῦεν sanguine fumabat, ut Belgæ dicimus, *rookte van bloed*. Pro Æol. φύμος dixerunt Latini quoque fimus, à fumando notione formata; quod magis placebit credo derivatione Isidori apud Vossium. Dein θύειν transitive quoque notavit fumare facere sive fumum excitare. E. S.] " Θύειν pp. significabat suffire, unde θύος, thus: id est suffimentum. Ab eodem forte est Adjectivum θυηλὸς, et Fœm. θυηλὴ, quod, Substantive positum, pro suffimento, libamento. Θύω autem formavit Latinorum fio, suffio, fimentum, suffimentum: nam θ ab Æolibus mutatur in φ. Proprius usus igitur verbi θύειν apud Græcos fuit in suffimentis. Vetustissimi homines Græci non utebantur cruentis sacrificiis, sed flores, aliaque id genus diis offerebantur. Hoc dicebant θύειν. Quum hæc postea commutabantur et bestiæ offerebantur, verbum θύειν tamen mansit in faciendis sacris et significavit mactare. Sæpe factum est, ut verba, quæ in antiqua ratione usurpabantur, retinerentur postea. —Ceterum antiqua verbi θύειν significandi virtus remansit, in composito ἐπιθύειν prioribus digitis tribus (ut liquet ex Aristophanis Ranis vs. 915.) apprehensum thus vel suffimen aræ, aut thuribulo, imponere. Hoc enim apud Romanos etiam proprium huic ritui verbum, ut ἐπιτιθέναι Græcis. Conf. Porphyr. Abstin. Anim. l. 2. 59. Sic autem τῷ ἐπιθύειν usus est Aristophanes in Pluto, vs. 417. In Martyrologiis sæpe traduntur Gentiles coëgisse Christianos ἐπιθύειν, thus diis adolere, ut hoc facto demonstrarent, se Christo renuntiasse. Smyrnens. Epistol. de Martyrio Polycarpi, Art. 4. 8.—Passim in hoc verbo interpretando erratum est.—Porro ex θύος et verbo κοᾶν vel κοεῖν (quod in veteri Græcorum lingua erat sentire, intelligere) dicti sunt θυοσκόοι flammæ vigorem spectantes, qui alias πυρκόοι ignispices. Utramque vocem in Hesychio reperire licet. T. H.] [Conf. et cel. Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 105. Vide quoque ad verbum Θυμιάω. E. S.]

Θῶ inusitatum thema: contractum vel ex θέω, vel ex θάω. Notat ponere, idem quod τίθημι. Aliquando notat ruere cum impetu, currere. [Confer dicta de Θέω, et Θύω.] Modo significat nutrire: quo pacto stirps est verborum θάλλω, θηλὴ, θῆλυς, quæ vide singula suis locis.

Θωὴ mulcta. Ortum a θῶ pono, impono, quasi dicas impositam mulctam. Potest etiam à mulgendo; quæ quoque notio est verbi θόω. [Eadem certe metaphora est in Ἀμέλγειν, μελγὸς, &c. de quibus diximus in Notatis nostris ad Genes. 4. 7. p. 88. 89. Sed magis placet prior derivatio cel. auctoris nostri, quam præmonstrare videtur ipse poëta, Od. Β. 192. in verbis Σοὶ δὲ, γέρον, θωὴν ἘΠΙΘΉΣΟΜΕΝ: Tibi vero, senex, θωὴν Imponemus. Vide et Eustathium p. 953. 41. 1441. 1. qui simul observat, θωὴν esse à θῶ, ut ζωὴν à ζῶ. E. S.]

Θωμίζω funiculis ligo. Etiam verbero. Et hujus verbi, et sequentis.

Θώπτω assentior, ut et nominis

Θώραξ Thorax, origo haud dubie est memoratum θῶ. Quæ tamen significationis cujusque ratio sit, mihi quidem non patet. [Θώραξ omnino videtur esse à θόρω, sive θόρω, id est, sursum moveo, cum impetu adsulto, quia pectus in ἀναπνοῇ sive respiratione, identidem sursum movetur. Notissimum est, formas nominum in αξ, ακος, hanc vim frequentis et repetitæ actionis habere. Talia sunt βῶμαξ, κώμαξ, λώταξ &c. E. S.]

Θωύσσω clamo. Factum est à sono, qualem fere canes edunt.

[Θὼψ blandus assentator. De hac voce legatur Wesselingius ad Herodot. p. 238. n. 36. Haud dubie est à θώπτω, quod à θόω, quod, si componamus cum θύω, impetum quendam et concitationem videtur notasse: eximie autem alacritatem et fervorem, quo alicui, ad nutum ipsius, obsequaris. E. S.]

I.

Ἰαίνω calefacio. Oritur ab ἰάω remitto, mitto: quod ab ἴω, vel vicino ἄω, præfixo ι, ut sæpe sit. Itaque, à remittendo, verbum ἰαίνω nostrum pp. notat dissolvere liquefaciendo; unde calefacio vel lætitia perfundo. [Vide in sequenti Ἰάομαι et Foësii Œcon. Hippocr. in voce. E. S.]

Ἰάλεμος lamentum lugubre. Dici videtur à sono flebili lamentantium. [Vide et Foësium in voce Ἰάλεμοι ἰατροί. E. S.]

Ἰάλλω mitto, peto, appeto. Ortum haud dubie est ab ἰάω, quod peperit ἵημι mitto. A mittendo autem translatum fuit ad petendi notionem, quemadmodum factum quoque in Βάλλω jacio. [Hesychius: Ἰάλλει· ἐκτείνει, ἐπιβάλλει, nempe, τὴν χεῖρα. E. S.]

Ἴαμβος Iambus, pes metricus. Sic dictus haud dubie est, pro ἴαβος, quod ab ἰάω. Notionis ratio forte repetenda est à dicteriis, quibus aliquem petas et lædas. Quo sensu componi potest cum verbo ἰάλλω, et ἰάπτω. Jam autem constat, antiquissimis temporibus, Iambici versus naturam fuisse mordacem. [Aliam derivationem vide in Lexico Hedericiano. E. S.]

Ἰάομαι medeor, sano. Ortum ab ἰάω, quod componendum cum ἰάλλω, et remittendi, calefaciendique notionem habet. Inde translatum est ad medendi notionem, simili ratione ac derivata à verbo θέρω. [Verbum ἰάω, in veteri lingua Græca, significabat calore liquido, sive vapore, foveo [Belg. *stooven*.] Hinc verbum ἰαίνω, quod verbum frequenter apud Græcos, præsertim apud poëtas, occurrit, significatque liquefacio et liquefaciendo faveo. Sic dicitur ἰαίνειν τὰ σώματα corpora liquido tepore fovere, quia veteres medici adhibebant liquorem calidum ad sanandum. Unde sanandi notionem accepit, idemque est ac θεραπεύειν. T. H.]

Ἰάπτω mitto. Forma fere tantum differt ab ἰάλλω, et eandem stirpem agnoscit: verbum nempe ἴω vel ἰάω, præter potendi mittendique significationem, etiam eam habet nocendi: quæ notio proxime arcessenda est ab illa petendi. [Nescio tamen an cognationem habeat cum verbis ἴπω, ἴπτω premo; et alibi cum ἔπω necto: unde ἰάπτειν ὀρχησιν ab Eustathio (p. 16. 46. et 17. 12.) exponitur per εἰπεῖν καὶ διδάξαι. E. S.]

Ἰάπυξ Iapyx. Nomen venti flantis ex Apulia: quæ regio inde Iapygia dicta fuit. Videtur autem Iapyx dici ab ἰάπω vel ἰάπτω noceo.

Ἰατταταὶ Heu! Factum est à sono repetito ἀτὰτ, præfixo ι.

Ἰαῦ Interjectio indignantis. Factum à sono.

Ἰαύω commoror. Ortum ab ἰάω: nisi mavis, præfixo ι, proxime convenire cum αὔω, de quo verbo dictum supra. Forte à calefaciendo (quæ notio verbi αὔειν est) transiit ad notionem diversandi, quasi in stabulo. Inde forte derivanda quoque significatio dormiendi, quemadmodum idem verbum αὔειν, hac ratione quoque, dormiendi notionem accepit. Id enim simplicitati linguæ magis convenit eo, quod supra diximus in Αὔειν.

Ἰάχω vociferor, clamo. Proprie notat clamorem inconditum edo, et haud dubie ortum est à sono, nec multum differt natura sua ab Ἠχῶ.

Ἴζδης clavus in fundo navis, quo educto effluat aqua. Nescio, an sit repetenda vox à verbo ἰδέω vel δάω, præfixo ι: ut sit dictum quasi à sugendo. Vide supra ad vicinum verbum, Ἰάλλω.

Ἴδιος peculiaris, specialis. Verba ἴδω et εἴδω eadem proprie sunt, ac speciatim notant videre. Inde εἶδος et nomen ἰδέα species. Pro εἶδος etiam dictum ἴδος, unde nostrum ἴδιος et ἰδικὸς, cujus loco quoque εἰδικὸς dicitur. Proprie adeoque notant specialem. Inde porro ἴδιος designavit privum, proprium, privatum: unde reliquæ notiones oriuntur.

Ἰδνόω incurvo, inflecto. Dicitur pro ἰνόω, inserto δ, ut aliquando fit, ante ν. Verbum autem ἰνόω, superstes apud

Grammaticos, ortum est à nomine ἶνος, unde Latinum ina. [Plur. inæ, inarum. Vide Salmasii Exercit. Plin. p. 278. a. D. E. S.] Ἶνος autem ab ἶς est. Græce nempe ἶνες dicuntur eximie fibrillæ corporis animalis et inde nervi corporis, quibus vires et robur contineri credebantur. Origo autem verbum est ἴω moveo. Sic igitur à nomine ἶνος formatum ἰνόω, et, ejus loco pronuntiatum, ἰδνόω proprie significat nervis contractis vel motis corpus incurvare: quemadmodum fieri solet in variis morbis, vel quando quis, lethali vulnere percussus, animam efflat. Hoc autem sensu verbum ἰδνοῦσθαι, ab interpretibus non intellectum, accipiendum esse apud veteres poëtas, ipsa vocis natura et locorum, ubi occurrit, sententia abunde declarat.

Ἶδος sudor. Ortum est proxime ab ἴδω, quod idem atque ὕδω, id est fluo vel pluo, stillas vel guttas emitto. Oriuntur autem hæc ab ἴω et ὕω, de quibus postea dicetur. Inde autem nostrum ἶδος, et Lat. sudor (quod à Græco ὕδος) nomen acceperunt.

Ἱδρύω sedere facio. A verbo ἵω, mitto, ortum ἵδω, et ἵζω, ut ab ἕω, ἕδω et ἕζω, unde ἕδος sedes. Similiter ab ἵδω, ἵδος, et inde ἵδρος, ut ab ἕδος, ἕδρος, unde usitatum ἕδρα sedes. Ab isto ἵδρος autem est ἱδρύω, quasi in sede colloco adeoque sedere facio. [Constituo in re sacra, pro colloco, et dedico statuam. T. H.]

Ἱέραξ accipiter. Haud dubie ortum est à nomine ἱερὸς sacer. Causa nominis forte repetenda est ab auspiciis, in quibus harum avium ratio habebatur. [Etymologus παρὰ τὸ ἵεσθαι, ἤγουν φέρεσθαι &c. repetit. Terminatio in αξ videtur esse servilis, ut in Græcis bene multis, et Latinis quoque rapax, sternax &c. E. S.]

Ἱερὸς sacer. Nescio, an ortum sit ab ἵω, vel ἵεω mitto: ut ita proprie dicta fuerint, cum alia animalia, tum in primis diis dicata; similiter ut eadem dicta fuerunt ἄφετα et ἄνετα à verbis ἀφίημι et ἀνίημι, quasi Latine dicas in libertatem missa vel remissa Ita certe ἱερὸς βοῦς dicitur, qui alias ἀφετὸς sacer. Sic itaque ἱερὸς nomen à mittendo vel remittendo accepit. [Vox ἱερὸς, ut analogiæ lex ostendit, oritur ex ἵω, ἱέω mitto. Quod enim, profanis usibus segregatum, sacratur, recte dixeris ἵεσθαι τῷ Θεῷ deo mitti, eique velut proprium addici. Quæ ratio liquidius etiam firmatur à verbo composito ἀνίεναι, ἀνίεσθαι, nonnunquam et ἀφίεναι. Unde greges ἀφετοὶ qui diis consecrati libero pastu vagantur: eadem potestas non raro cernitur in verbo πέμπειν. T. H.]

Ἰοῦ Hui. Vox facta à sono subsannantis.

Ἵζω sedere facio. Convenit cum ἕζω, estque ortum ab ἵω. Vide ad verbum ἱδρύω. Alio loco vir clarissimus: "Varia apud Græcos sunt verba, origine vicina, quibus sedendi notio adest: ut ἕζομαι, καθέζομαι, ἵζομαι, καθίζω, ἧμαι et κάθημαι, quibus omnibus stirps et origo communis est. Verba, nempe, ἕω et ἵω, quæ forma tantum diversa, communem notionem habent mittendi. Inde verbum ἕω habet perfectum pass. ἧμαι, cum adjuncta significatione demissus sum: unde porro idem valuit, quod sedeo. Eadem ratio est compositi κάθημαι. Præpositio enim κατὰ, in multis compositis, motum notat, qui fiat deorsum. Præterea ab ἕω est ἕζω, pp. notans mitto aliquem ad sedendum, vel sedere facio. Medium itaque ἕζομαι notat memet ipse sedere facio, adeoque sedeo. Similis ratio compositi καθίζομαι. Quum enim ἵω cum verbo ἕω conveniat, facile apparet, ἵζω quoque et ἵζομαι convenire cum verbis ἕζω et ἕζομαι. Porro ab ἵζω compositum καθίζω pp. quidem Activam vim habet collocandi, ut in consuetudine loquendi Atticorum quoque cernitur. Idem tamen, significatione neutra sedendi, proprium est communis dialecti scriptoribus. Utroque sensu posuerunt interpretes Vet. Test. Alexandrini &c. [Vide et A. Schultens Comm. in Prov. Salomonis, p. 130.]

Ἰὴ Io. Vox facta à sono acclamantis.

Ἴθυμβοι saltatores ridicularii vel genus saltationis ridiculæ. Nescio, an repetendum sit à verbo θύω cum impetu feror. [Uti κόρυμβος dixere pro κόρυβος, ducto à voce κόρυς (de quo vide infra suo loco) sic nostrum Ἴθυμβος magis analogice repeti posse videtur ab ἰθὺς rectus, directus. Quam derivationem magis adhuc commendabit locus Eustathii, laudatus ab Alberti, ad Hesychium, in hac voce. E. S.]

Ἰθὺς rectus. Ejusdem generis sunt nomina ἰθὺς, εὐθὺς et ἰὺς: pp. autem notant quasi in longum porrectum, promissum; et oriuntur ab ἕω et ἵω mitto. Inde notionem acceperunt rectitudinis: atque hinc ad alia transierunt.

Ἱκανὸς idoneus, aptus. Ortum ab ἵκω venio: de quo suo loco. Ἱκανὸς ergo dicitur, quasi, qui convenit, sufficit, aptus est. [Ita v. gr. in Luciani Νέκρ. 10. 9. ὁ πέλεκυς ἱκανὸς, quasi Belgice dixeris *die bijl kan wel gaan, is geschikt genoeg*. E. S.]

Ἱκέτης supplex. Proxime oritur ab ἱκέω, quod ab ἵκω venio, advenio, accedo. Inde ἱκέτης pp. qui accedit supplicandi gratia.

Ἰκμὰς vapor. Ab ἵκω venio. Forte nomen habet à motu vaporis ruentis. [Belgice: *waassem, die sich opgeeft*. Vide locum Iliad. Ρ. 392. E. S.]

Ἱκνέομαι venio. Ortum est ab ἵκνω, quod ab ἵκω venio. Transfertur quoque ad supplicandi notionem, perinde atque ἱκέτης.

Ἰκρίον tabulatum. Haud dubie hoc quoque est ab ἵκω venio, tendo. [Etymologus: Ἰκρία πάντα τὰ ἁπλῶς μετέωρα ἰκρία λέγεται, διὰ τὸ εἰς ὕψος ἥκειν. Nempe ab ἵκω tendo factum ἶκος pp. notat quod recta tendit, sive surgit. Unde ἶκρος, ἴκριος: et apud Hesychium Ἰκρία. τὰ ὀρθὰ ξύλα. Conf. Salmas. de Modo Usur. p. 660. et Valck. ad Herod. l. 4. p. 320. E. S.]

Ἴκτερος morbus regius. Ortum est ab ἵκω venio, obvenio. Inde ἴκταρ Adverbialiter solet poni pro prope vel subito. Huic vicinum ἴκτηρ peperit ἴκτερος, quasi dicas subito adveniens, vel occupans scilicet morbus. [Unde Hippocrati vocatur ἴκτερος ὁ ὀξὺς acutus et cito interimens. Vide Foësium in Œconomia. E. S.]

Ἰκτὶν milvus. Hæc et sequens vox ἰκτὶς (notans mustelam silvestrem) oriuntur haud dubie ab ἵκω. [Ab impetu, nempe, quo fertur. Conf. in ἴκτερος. Est nomen formæ ἀκτὶν, ῖνος, adeoque ductum à tertia persona Præteriti Perfecti Passivi verbi ἵκω. E. S.]

Ἵκω venio. Ortum à simpliciori ἵω eo, vel mitto, vel jacio.

Ἱλάω propitius sum. Non multum videtur differre à verbo ἐλεέω, quod, ut supra vidimus, de misericordia positum, ortum est ab ἔλω volvo, volvendo moveo. Cum ἔλω autem convenit ἵλω, unde ἱλάω. Videtur itaque proprie notare commotus sum atque inde propitius sum. [Ἱλᾶν et ἱλᾶσθαι antiquitus notabat hilarem reddere, id est propitium, unde porro ἱλλάσσειν propitiare pp. lætos reddere et propitios. T. H.] [Inde et ἱλάσκω pp. hilaritate perfundo, hilarem reddo. In Medio ἱλάσκομαι propitium, pp. hilarem, mihi reddo Deum &c. E. S.]

Ἰλιὰς Ilias. Dicitur ab Ἴλιον Ilium, nomine proprio urbis. Inde autem Homeri Ilias dicitur. A calamitatibus vero, quæ in Homeri Iliade commemorantur, proverbiali formula dicitur Ἰλιὰς κακῶν, pro calamitatum magna copia.

[Ἴλιγγος vertigo oculorum, sive capitis, ex prospectu ab alto ad inferna, nimia rotatione &c. orta. Stirps haud dubie est ἴλω, cognata aliis ἔλω, ὄλω, ἄλω: de quibus ad vocem sequentem ἴλλος. Hinc εἴλω, εἰλέω, sive ἴλω, ἰλέω &c. Unde promiscue εἴλιγγος et ἴλιγγος, gyrus, vortex, εἰλιγγιᾷν et ἰλιγγιᾷν id est στροβεῖσθαι, περιφέρεσθαι. Vide A. Schultens, Comment. ad Proverb. Salom. p. 236. Mœridem Attic. p. 196. et ibi Piersonum, ac cel. Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 35. 36. E. S.]

Ἴλλος oculus. Ortum est à verbo ἴλλω, quod idem atque ἴλω, et hoc convenit cum verbo εἰλεῖν, quod ab ἔλω repetendum est, et notionem habet volvendi, convolvendi, torquendi. Eximie autem oculus sic dicitur à volubilitate, vel etiam à torquendo oculos: ἰλλὸς eximie strabonem notat. [Vide omnino de verbis Ἴλω, ἴλλω, εἴλω &c. quæ habent T. Hemst. apud Ruhnk. in Tim. Lex. p. 52. 53. Valcken. Adnot. ad Theocr. Adon. p. 247. 248. E. S.]

Ἰλὺς limus. Est ab ἴλω, de quo modo dictum. Videtur dici à volvendo. [Conferatur et ἰλυσπᾶσθαι provolvi, quod eleganter de sue, in cœno se volvente, in Cratetis Adagio, laud. Bocharto, Hieroz. P. I. p. 705. E. S.]

Ἷμα vestimentum. Triplex olim Substantivum videtur fuisse εἷμα, ἷμα, et ἧμα, pronuntiatione tantum, leviter diversum. Oriuntur hæc tria à verbis cognatis ἕω et ἵω mitto. Differt autem in usu εἷμα et ἧμα: quum ἧμα eximie significet jaculum, εἷμα vero et ἷμα vestimentum. Utrumque à mittendo. Nempe ἕω, à generali notione mittendi, eximie eam accepit vestimenta immittendi, adeoque induendi.

Ἱμὰς lorum, funiculus. Ortum est ab ἵω mitto, emitto. Unde derivata transferuntur eximie ad vestimenta, aliaque, quæ corpori injiciuntur, sive tegendi sive obstringendi obligandique causa. Inde igitur ἱμὰς lorum, quod corpori injicitur, vel vinculum, quo idem constringitur: unde varios usus habet. [Ab ἵω mitto, emitto, demitto, ἱμὰς forte simpliciter vocatur instrumentum, quo quid emittatur, vel demittatur: unde pp. lorum notat, porro habenam equi, funem nauticum &c. Vide H. Stephani Thes. t. 1. c. 1695. 1696. Ab ἱμὰς est Dativus ἱμάντι, et inde Diminutivum ἱμάντιον, ut ab ἷμα vestimentum (quod et εἷμα) derivandum est ἱμάτιον, quod etiam εἱμάτιον. E. S.]

Ἱμείρω desidero. Oritur ab ἱμὰς (quo proprie denotatur id quod injectum ligat) nomen ἵμερος, eximie designans desiderium, quo quis trahatur tanquam vinculo amabili. Hinc porro est verbum nostrum ἱμείρω desidero. De nomine ἱμὰς dictum est superius. [Ἵμερος cupiditas est ab ἷμος, quod à Præterito Perf. Pass. verbi ἵημι, vel ἱέω: unde Futurum ἱήσω, Perfect. εἷκα, Perf. Pass. εἷμαι. Sed quæ deducuntur ab isto præterito perfecto, habent ι. Est autem ἵεσθαι pp. mittere se, sive ἐφίεσθαι mittere se ad aliquam rem, id est, concupiscere. T. H.]

Ἓν mensuræ nomen. Proprie idem est, quod ἶς, [in Genitivo ἰνὸς, Latine] vis, quod ortum ab ἵω mitto. Inde ἶς fibram, atque hinc porro vim, quæ fibris continetur, designat. Idem autem nomen componendum forte est cum εἷς, vel ἓν unum: atque sic forte ab unitate ad mensuram translatum fuit: quemadmodum factum videmus in Latinorum as, assis. [Vocem ἓν memorat Eustathius, ad Il. 10. p. 1282. 5. et Od. Ξ. p. 1753. 7. tanquam μέτρον τι, οὕτω καλούμενον, ὅθεν ἡ μίνα τὸ ἥμισυ τοῦ ἵν. Sed videtur vox esse originis orientalis, nempe Hebr. הִין. Est autem εἷς unus manifesto contractum ex ἕις, Participio verbi ἕημι, contracte εἰμὶ, sum, existo. E. S.]

Ἵνα pp. Adverbium loci est, notans quo. Unde reliquæ notiones, huic voci adsignatæ, repetendæ sunt. Origo haud dubie est ἵω mitto, vel eo.

[Ἴνδαλμα simulacrum. Ducta vox est à prima Perf. Pass. ἴνδαλμαι. verbi ἰνδάλλω, quod auctum est ex ἰνδάω, ἰνδάλω. Veteres enim non duplicabant literas. Sic ψάλω prius dictum est, quam ψάλλω, et ἄλος prius, quam ἄλλος. Ἰνδάω autem est ab antiquo ἴνδω, quod ab ἴδω. Ab ἴδω, præposito digammate Æolico, est Latin. vido, video. Dixerunt non tantum ἴδω, sed etiam εἴδω, ἰδέω, εἰδέω, quod plane convenit cum Lat. specio. A specio est species. Ergo ἴνδαλμα nihil aliud est, quam species, ut Latine dicitur species Apollinis, id est, simulacrum Apollinis, et Græce ἰνδάλματα τοῦ νοῦ ideæ mentis i. e. species cogitandi. Est quoque ἰδέα pari modo ab ἴδω, ἰδέω. T. H.]

Ἰνέω ortum est ab ἶς vel ἶν, de quo dictum supra. Ab inarum autem vel fibrillarum motu vel evacuatione, eximie. Medici hanc vocem transtulerunt ad notionem purgandi, vel purgatione evacuandi, corpus. Aliam notionem, huic verbo adsignatam, vide supra ad verbum Ἰδνόω.

Ἶννος Græce equuleus, qui alias ὕννος. [Vide infra suo loco, et Bochart. Hieroz. P. 1. p. 232. 233. E. S.]

Ἴξ vermiculus vites adedens. Ortum videtur ab ἴχω, quod idem atque ἔχω. [Vide vocem sequentem.]

Ἰξὸς viscum. Oritur ab ἴχω, quod vicinum verbo ἔχω. Haud dubie notionem accepit à continendo, hærendo, quæ est verbi ἔχεσθαι notio.

Ἰξὺς lumbus. Eadem hujus, quæ antecedentis, vocis origo est, et à continendo haud dubie dicitur. [Plenissime de hac voce egit Bochartus, Hieroz. P. 1. p. 507. 508. E. S.]

Ἴονθος lanugo. Origine vicina videntur ἴονθος, ὄνθος et ἄνθος. De postremo (ἄνθος flos) dictum supra: quocum forte, ratione significationis, etiam componi nostrum debet.

Ἰὸς missile. Ductum ab ἵω mitto. [Ab ἵω sive ἵημι, verbo veteri, pro quo postea usurparunt ἵω, ἱέω, ἵημι mitto. Olim usus adspirationis promiscuus erat. T. H.]

Ἰοὺ heu. Factum à sono dolentis.

Ἰπνὸς Latrina. [De hac voce legendi T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 816. p. 278. et Toupius, Emend. in Suid. p. 2. p. 36. 37. cujus sententia si omnino vera sit, significationem latrinæ ab ἴπω premo commodissime repetas: ut ἰπνὸς pp. sit locus, ubi alvus premendo deponatur. E. S.]

Ἵππος equus. Dici videtur à celeritate cursus, ortumque ab ἵπω, unde sequens ἵπταμαι volo.

Ἵπταμαι volo. Origo est ἵπω, quod componendum cum formis vicinis πίω, πίνω, premo, premendo moveo. A πίω ortum πέτω, et Medium πέτομαι, eximie volandi notionem accepit. Ab ἵπω est ἵπτω, [ἱπτάω, ἵπταμαι,] et hujus Medium ἵπταμαι, quod similiter translatum est ad volandi notionem. [Verbo ἵπταμαι tribuitur Futurum πτήσομαι: id quod magnam suspicionem præbet, ipsum quoque ἵπταμαι, præfixo ι cum spiritu aspero, dictum esse pro πτάμαι ex πέταμαι, forma vicina alteri πέτομαι. Quum autem πετάω pp. sit pando, explico, πέταμαι, sive plenius πετάομαι, vi formæ Mediæ, fuerit expando me, vel alas meas, ad volandum, atque adeo volo. E. S.] [A πτάω, πτέω, sunt πτῆμι, ἵπτημι. T. H.]

Ἴπτω noceo. Stirpem eandem habet ac præcedens verbum, et forte à premendo accepit notionem nocendi. [Ἴπτεσθαι opponitur alteri verbo τιμᾷν Il. Α. 454. &c. Est autem ἴπτω, ex ἴπω vel ἰέπω, premo, comprimo: unde ἶπος vel εἶπος muscipula, qua mures capti premuntur, et ἴπτεσθαι premendo lædere. Pro ἴπτω etiam legitur ἴσσω, quemadmodum pro πέπτω, πέσσω; pro ὄπτω, ὄσσω. Ex dialecto Æolica ἴσσειν τινὰ, lædere aliquem re vel dictis. T. H.] [Conferantur quæ dedit vir summus ad Aristoph. Plut. Schol. p. 278-280. E. S.]

Ἶρις arcus cœlestis. Videtur dici à nectendo. Ortum certe est ab ἔρω, quod idem atque ἴρω vel εἴρω necto.

Ἶρος Irus. Nomen proprium mendici apud Homerum. Forte ortum est ab ἴρω, quod, ut vicinum ἐρέω, significare potuit rogare. Ut adeo Ἶρος idem fere sit, quod προσαίτης, vel ἐπαίτης, mendicus. [Aramæi mendicum vocant סוֹחֵר, quasi circuitorem à סָחַר, circumivit. An eadem ratione Ἶρος pp. is est, qui in orbem est, stipem colligens? Forma vocis Passiva, vel Media, in ος, hanc significationis causam nonnihil commendat. Conf. vocem εἶρος, et quæ dedit auctor in Ἶρις. E. S.]

Ἶς fibra. De hoc jam dictum ad Ἶν. Proxime autem huic voci respondet Latinorum ina: unde porro fibram notat, dein nervum. Hinc (etiam ἶς, Lat.) vis, sive robur, eo designatur. Ortum est ab ἵω. [Conf. D'Arnaud Animadv. ad Callim. p. 82. 83. et ἶνας στρέφειν apud Aristoph. in Pace vs. 85. cum prolatis superius ad vocem Ἶν. E. S.]

Ἴσημι scio. Componendum est cum εἴδω vel ἴδω video, quæ, etsi ratione originis componi possunt cum verbo ἕδω sedeo, ratione tamen significationis, rectius fortasse

componentur cum verbo vicinæ originis ἀΐω. Hoc enim ortum est ab ἄω. Ut nostrum primam stirpem habeat ἴω. Quemadmodum autem ἀΐω à notione sentiendi transiit ad eam intelligendi, ita derivata ab ἴω (ut nostrum ἴσημι) à sentiendo translata videntur ad notionem sciendi.

Ἰσθμὸς Isthmus. A verbo ἴω vado, eo, est verbum ἴσθω, quemadmodum ad ἴω, ἴσθω. Ab ἴσθω igitur nostrum ἰσθμὸς pp. notat transitum: atque inde eximie ἰσθμὸς dicitur terra angusta, utrimque mari inclusa, per quam ex una regione transeas in aliam. [Ἰσθμὸν Græci vocant quodvis angustum et arctatum iter, per quod aliquid trajicitur: unde et guttur cibum transmittens ἰσθμὸς νέατος Nicandro in Alexiph. vs. 80. et Schol. vs. 505. partesque vicinæ παρίσθμια Poll. l. 2. Segm. 98. et Hesych. in voce. Homerus etiam monile collo circumdatum ἴσθμιον appellat, Od. Σ. 299. ubi vide scholia. Strabo sæpius breviter contractas terræ partes, quibus duo maria dividuntur, ἰσθμοὺς vocat. Vide Schol. Apollon. Rhod. ad l. 1. 938. Sed usus evicit, ut de Corinthiacis faucibus angustis proprie poneretur. T. H.]

Ἶσος similis, æqualis. Vidimus supra, quemadmodum, in nomine εἰκὸς et verbo εἴκω, à veniendo, accedendoque, significatio transierit ad similitudinem et convenientiam denotandam. Non dissimilis ratio est nostri ἴσος, quod proxime ortum ab ἴω et in origine convenientiam habet cum εἴκω, et verbo ἐΐσκω. [Conf. Salmas. de Trapez. Fœn. p. 282-284. Valken. ad Eurip. Phœn. vs. 541. et Lennep. ad Phalar. Epist. p. 294. E. S.]

Ἵστημι statuo. Non male quidem refertur ad verbum στάω, quod est Latinum sto [pro stao, Gr. στάω, στῶ.] Illud autem στάω repetendum est à τάω, quod proprie idem ac τέω, unde τείνω tendo. Sic ἵστημι pp. est, quasi, tendendo in altum statuo vel erigo: quæ maxime huic verbo propria potestas est. Inde porro profectæ notiones collocandi, sistendi, inhibendi, nec non ponderandi et aliæ. [Itaque ἵσταμαι, in Medio, pp. est colloco me. Qua in voce litera iota ab initio præfixa est, ut in ἵπταμαι: de quo vide dicta superius. E. S.] Quæ in primo sunt robore ac vigore, et nondum ad senectutem aut finem vergunt à Græcis dicuntur ἵστασθαι. Hinc σταθερὸς firmus, florens, et χρόνος ἱστάμενος. Contra φθίνειν et ἀπιέναι ad ea pertinent, quæ statu deflorescente, superatoque jam medio clivo, intereunt atque emoriuntur. T. H.] [Vide cel. Ruhnkenium ad Timæi Lex. p. 168. 169. Cæterum de verbo ἱστᾷν pp. constituere lances, sive æquato examine lances, sustinere (ut nos dicimus *de schaal, of de balans, stellen*) adi Valcken. Diatr. ad Fragm. Dramat. veterum p. 288. E. S.]

Ἱστὸς malum navis. Repetunt vulgo à στῆσαι, quod ab ἵστημι, vel στάω oritur: vera tamen ratio hæc est. A verbo ἵω moveo, uti alia derivata, quædam oriuntur, cum adjecta notione movendi vel promovendi in longum et quasi rectitudinem, ita nostrum ἱστὸς pp. nihil aliud est, quam missus, atque adeo protensus in longum vel rectus, erectus. Est enim haud dubie derivatum à tertia persona Præteriti Perf. Passivi ἵσται, quod non potest oriri nisi ab ἵω, unde quoque repetendum est Adjectivum ἰθὺς, quod idem valet ac vicinum εὐθὺς rectus. Jam autem, ut verba ἴω, ἵω, et similia, proprie inter se conveniunt, sic quoque, in origine, ab ipso verbo ἵστημι non multum differt ἵω. Nempe conveniunt fere inter se tanquam formæ vicinæ verborum ἴω, ἴθω, ἴσθω, ἱστάω, στάω, et similes: ut mirum non sit, in derivatis horum verborum tantam sæpe convenientiam conspici. Cæterum, ut ab erigendo eximie nostrum ἱστὸς pro malo navis ponitur, ita, à motu translatum ad artem textoriam, colum quoque notat. [Simplicius forte dixeris, ἱστὸς, vi formæ suæ, esse tensus, protensus, recta collocatus. Inde autem, per ellipsin nominis Substantivi, eximie ita vocari malum navis erectum, colum erectum &c. Conf. Valck. Adnot. ad Theocr. Adon. p. 334. 335. E. S.]

Ἵστωρ sciens. Et hoc est proxime ab ἵσται, tertia sing. Præteriti Perfecti Pass. verbi ἴω: cujus significatio componenda est cum ea verbi derivati ἴσημι scio, cognosco: de quo dictum jam supra. Ἵστωρ itaque est pp. cognitor, quasi, vel qui sciat. Inde modo sic dicitur judex vel arbiter, qui caussam cognoscat, modo testis, qui eam sciat.

Ἰσχὰς carica, ficus arida. [Sic dicta est, quod firmissime adhæreat arbori. Ἴσχειν enim notat adhærere. Hinc ἰσχὰς firmissime adhærens. Hæc ratio est, cur ἰσχὰς, à Doribus, etiam fuerit positum pro anchora, quæ, ad fundum demissa, hæreat valde firmiter. Comparentur, quæ dedit Salmasius, Exercit. Plin. p. 658. 659. E. S.]

Ἰσχὶς lumbus. Componendum est cum ἰξὺς, de quo supra. Oritur autem à vicino ἴσχω contineo. Sunt forma tantum diversa ἴσχω, ἴχω, ἔχω, ἴσχω, σχέω, σχημὶ, et similia.

Ἰσχνὸς macer, gracilis. Ortum est ab ἴσχω contineo. Nempe res exsiccatæ atque ita condensatæ, ut vehementius cohærent, ita quoque attenuantur: ex quo facile intelligitur, quemadmodum ἰσχνὸς à continendo vel cohærendo transierit ad designandas res graciles, tenues, siccasque. De oratione autem positum idem est, quod apud Latinos sicca vel tenuis oratio, quæ à Cicerone in laude ponitur.

Ἰσχὺς robur, vires. Similis fere ratio translationis in hoc nomine est, quæ in antecedente. Ortum, nempe, e verbo ἴσχω, à continendo, hærendoque transiit ad siccitatem et soliditatem, adeoque sanitatem carnis. Inde ad vires corporis translatum est: unde porro varie transfertur.

Ἴτης temerarius. Est haud dubie ab ἴω mitto, vel eo, feror: unde translatum videtur ad eum, qui temere rem aggrediatur.

Ἴτυς ora dicitur in extremo ambitu rotæ. Nomen haud dubie accepit ab eundo, circumeundoque. Ortum, nempe, à verbo ἴω. [Ἴτυς hinc eximie dicitur ambitus clypei: non umbo clypei, uti observavit cel. Wesseling. ad Herodot. l. 7. p. 546. n. 51. E. S.]

[Ἴυγξ, Illecebræ, desiderium: motacilla sive mottacilla avis. Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 622. Fortasse est ab ἰύω jugo, jungo, E. S.]

Ἶφι valde. Proprie videtur esse neutrum à Masc. ἶφις, quod, idem ac derivatum ἴφιος, haud dubie repetendum est à verbo ἴπω vel ἵπτω premo: de quo dictum supra. Unde nostrum ἶφι, Adverbialiter positum, non male redditur valde. Solet enim in primis, in compositis, significationem intendere. [Antiqua vox Græca erat ἶφις, unde in Dativo casu ἶφι, quod Adverbialiter adhibetur, notatque vel fortiter, vel vi. Sic ἶφί τινα δαμάσσειν vi aliquem domare. Hinc ἴφιμος, et, ex Æolica Dialecto, interserto θ, ἴφθιμος, quod ad formæ præstantiam refertur, et exponitur formosus, forma et pulchritudine præstans, egregius &c. T. H.]

Ἰχθὺς piscis. Proxime oritur ab ἴχθω, quod ortum ab ἴχω contineo: de quo dictum supra. Eximie sic dici piscis videtur à continendo, ob viscosam ejus naturam.

Ἴχνος vestigium. Ab ἴχω contineo. Unde ad vestigium significandum translatum est, simili fere ratione, ut Latini dicunt vestigia vel gressus firmare.

Ἰχὼρ sanies, vel sanguis nondum præparatus, sive crudus: qualis quoque, sanguinis loco, diis tribuebatur ab Homero. Dicitur autem hoc quoque à viscositate; ortum, nempe, ab ἴχω.

Ἰὼ, Io, factum à sono dolentis.

Ἰωγὴ tegmen. Forte est ab ἰώγω vel ἰώκω, et hoc ab ἴω: ut διώκω, à δίω. Convenit cum ἰαυθμὸς, quod ab ἰαύω. Et hoc ad ἴω referendum. Significatione autem fere idem est, quod dictum ἰαυθμὸς et verbum ἰαύω. Eximie inde ἰωγὴ locus est, in quo diverseris, tectus à vento frigido: à qua notione reliqui usus repetendi sunt.

Ἰωὴ vox. Ortum haud dubie est à sono, variis modis edito; unde modo flatum notat, quando componendum proxime est cum verbis ἴω, ἵω, ἄω: de quibus suis locis. Proprie magis clamorem inconditum vociferantis notat. A verbis autem, supra memoratis, repetitum idem significare potuit quoque fumum aut splendorem.

Ἴων Ion. Est nomen proprium. Præterquam enim quod Xythi filius, in antiquissima historia, hoc nomine dicitur, Iones quoque dicti fuerunt Græci: in primis ii, qui in Asiam minorem et Atticam, duce Neleo, fuere deducti. Ipsa vox tamen ex Oriente videtur repetenda, Hebr. יָוָן. [Javanem (יָוָן) filium Japhethi, Genes. X. 2. memoratum, antiquissimum Ionem esse unde et originem et nomen primi duxerint Iones Asiatici, multo verisimillimum apparet. Si יָוָן, Javan, vel veteri more, vel lenita per dialectum pronuntiatione legas, ipsum est Ἴων &c. T. H. in Antiquit. Græcis MSS. P. 1. cap. 1. p. m. 92 –101. Conf. et Gatakeri Advers. Post. cap. 35. E. S.]

K.

Καβάλλης equus clitellarius. Proprie vox scribenda est, per duplex β, καββάλης vel καββάλλης. Est enim haud dubie pro καταβάλλης, vel καταβάλης, à verbo καββάλλω, quod Doricum pro καταβάλλω. Dicitur autem equus clitellarius sic, haud dubie, à dejiciendo, simili fere ratione, ut, apud Latinos, clitellæ et clitellarius dicuntur à verbo clino, cui fere respondet Græc. καταβάλλεσθαι.

Κάβος mensuræ genus. Haud dubie ortum est à κάω, quod superstes est apud Latinos in verbo cavo, cavare: hoc enim ortum ex Æolico κάϝω, quod vulgato κάω respondet. A Latino cavo est cavus, quod est nostrum κάβος. Est enim literæ Ϛ eadem fere inter vocales natura, quæ Digammatis Æolici: ut in multis vocabulis Laconicis cernitur. Dicitur autem κάβος (unde multa vasa nomen acceperunt) vel à capiendi notione, quæ ipsa tamen profecta est ab ea cavandi. Verbum enim Latinum capio, et Græcum κάπτω, orta à simpliciori κάπω, referenda sunt ad nostrum κάω. [Vide infra in κάδος et Salmas. de καβάτορες cavatores. Exerc. Plin. p. 33. 138. 736. 775. E. S.]

Καγχάζω, cachinnor. Factum est à sono effuse ridentium.

Καγχαίνω calefacio, arefacio. Factum est per reduplicationem, inserta simul litera ν, à verbo χαίνω, quod idem ac Ionicum καίνω. Oriuntur, nempe, hæc à χάνω, quod à χάω, cui vicinum κάω· unde usitatum καίω uro, incendo; de quo suo loco dictum est. Inde, prona translatione, verbum nostrum translatum est ad calefaciendi, arefaciendique notionem. [Nescio an proprior derivatio fuerit à χαίνω hisco, ut καγχαίνω pp. sit hiscere facio præ ariditate nimia, Belgice *doen splijten of bersten wegens al te groote droogte*. Hæc certe metaphora notissima est in Hebr. קִיץ. E. S.]

Κάδος cadus, vas vinarium. Ortum à κάω eandem significationis rationem habet quam vox κάβος, de qua dictum supra.

Κάζω orno, exorno. Ortum est à verbo κάω, quod æque ac κέω, κόω, et reliqua vicina, eximie notat motum pono, vel dispono. A disponendo nostrum κάζω transiit ad significandum ornatum quemcumque exquisitiorem, similiter ut, à vicino verbo κόω ortum, κόμη eximie usurpatum fuit de crinibus concinno ordine dispositis et comtis. Latior autem potestas manifesta est in Latino comis. Inde verbum κάζω generatim ornandi exornandique notionem habet.

Καθαίρω purgo, mundo. Composita vox est ex κατὰ et αἴρω tollo: de quo verbo supra dictum. Inde καθαίρω notat plane tollo, nempe sordes, adeoque purgo, mundo.

Καὶ proprie convenit cum Particulis κε et κεν, vel Dorico κα similibusque. Haud dubie orta sunt à verbis simplicissimis κάω, κέω &c. Antiquissimis temporibus non aliter fuerunt inflexæ et declinatæ ac Pronomina simplicissima με, σε, orta à Nominativis μὶς vel μὲς vel vicinis formis. De ratione significationis philosophentur, qui volent. [Nihil abstrusius in linguis est, quam sunt origines particularum orationis: id quod unusquisque, in vernaculo sermone suo, facile poterit experiri. Vel sic tamen audemus conjicere, Græca καὶ et κὲ, unde Latinorum que, proprie esse casus Dativos vel Ablativos, vocis obsoletæ κὰ, quæ orta fuerit à κάω, vel κέω. Κάω autem et κέω idem fuisse putem, quod cognatum ejus ἄκω &c. pp. pungo, compungo: unde ducta notio pungendo consuendi, atque adeo jungendi, conjungendi. Inde porro καὶ et κὲ, (Latin. que) uti alterum Lat. ac et ec (in ecquis) ab ἄκω, ἔκω: quin etiam et, at, atque. Hæc omnia vi originis suæ notaverunt conjunctionem, copulationem. Hinc orta significatio particulæ copulativæ: ut manifestum admodum est in Hebr. וְ, ex וו copula, nemine contradicente, orta. E. S.]

Καιάδας dicebatur fovea apud Lacedæmonios, in quam sontes dejici solebant: qualis quoque Athenis fuit, βάραθρον dicta. Nostrum haud dubie ortum à nomine simpliciori καίας similive forma. Et hoc repetendum à κάω, significante cavo, ut supra vidimus.

Καικίας Cæcias. Ventus ab ortu æstivo flans. Oritur à καίω uro.

Καινὸς novus. Nescio an componendum sit cum iis, quæ dicta sunt ad verbum κάζω: ut καινὸν dicatur quod recens dispositum sit. Rectius tamen forte significationem repetas ab adveniendo, quæ notio quoque est verborum κάω, κίω, similiumque. [Καινὸς pp. videtur esse fissus, effissus, vel efformatus noviter: unde notio novi, ut in Hebr. חדשׁ pp. fissus, vel politus, et in ברא, quod pp. est effindere et hinc noviter efformare, producere. Stirps igitur est κάω i. q. ἄκω cognatum alteri κέω pungo, findo &c. E. S.]

Καίνω perimo, occido. Ortum est haud dubie à verbo κάω et κέω: quibus à motu, qui fit stimulando pungendove, notio adsignata est stimulandi, pungendi: ut manifestum est in verbo κέντω. Inde profecta notio trucidandi, occidendi; quasi dicas compungendo perimere. [A notione findendi in κάω, κέω, est illa perforandi, trucidandi &c. Vide et in καινός. E. S.]

Καιρὸς occasio, tempus opportunum. A verbo κάω repetendum nomen κὰρ, quomodo eximie punctum supremum alicujus rei vocarunt veteres. Cujus significationis ratio facile apparebit, si componatur verbum vicinum originale ἄκω, et inde ortum nomen ἄκρος. A memorato autem κὰρ nomen καρὸς, et inde καιρὸς, pp. notat, quasi ad extremum punctum pertinens vel in summo versans. Inde autem sic dicitur eximie summum tempus, sive tempus opportunum. Unde reliquæ notiones maxime repetendæ. [Ita v. gr. καιρὸς καρπῶν Matth. xxi. 34. est tempus colligendis fructibus opportunum; καιρὸς σύκων tempus ficuum colligendarum, Marc. xi. 13. de quo loco adeantur Hoogeveen. Doctr. Partic. et Toup. Emend. in Suid. P. 2. p. 86. De καιρὸς autem universe Grævii Lect. Hesiod. p. 79. 137. E. S.] Quando autem inde ortum καίριος, de vulnere positum, redditur lethalis, ad propriam notionem, qua κὰρ quidquid summum et præcipuum est notat, recurrendum est.

Καῖρος licium. Proprie vox eadem est, quæ antecedens: significatione translata tantum distincta. Forte sic dicuntur licia: quod veluti summa sunt, unde genus texturæ dependeat.

Καίω uro. Ortum est à simpliciori κάω, cujus notio propria quærenda est in motu rei impulsæ et stimulatæ. Unde ad urendi significationem translatum est. Porro à notione urendi vel ardendi verbum hoc cum aliis quibusdam similibus transfertur ad animum ejusque ardorem seu

æstum, ex vehementiori commotione ortum, et in amore frequens est: quo sensu construitur cum Genitivo personæ. Ita καίεσθαί τινος est ardere amore alicujus. De aliis item animi commotionibus, sive ex admiratione, sive gaudio, sive aliunde ortis, veteribus quoque tritum fuit.

Κακκάβα perdix. Videtur sic dici à sono, à perdicibus edi solito.

Κακκάβη olla testacea. Dicitur pro κακάβη, per reduplicationem, pro κάβη: quod proxime convenit cum κάδος, de quo dictum supra, et à cavitate vel capacitate nomen habet.

Κακκᾶν Caccare. Formatum est ad imitationem puerulorum, vocem κάκκη efferentium. Hoc autem, merdam notans, antique pronunciatum est pro κακὴ, quod nihil aliud videtur, quam fœmininum vocis κακὸς malus.

[Κακκείω. Exponitur vulgo decumbere cupio. Ita Κακκείοντες Il. A, 606. &c. apud Scholiast. κατακοιμηθησόμενοι, id est, dormitum ituri. Notandus est Grammaticorum error, qui, in terminatione verbi κακκείω, significationem esse voluerunt desiderandi. Verum quidem est, terminationem quorundam verborum in σείω eam virtutem habere: sed tum derivantur semper à Futuro primo. Sic ab ὄψω est ὀψείω, videndi desiderio teneor; à γελάω, γελάσω, γελασείω &c. Observandum autem est, Præsens, in illo κακκείοντες, poni pro Futuro, quod patet ex sequenti ἔβαν. Apud veteres multo familiarius fuit, quam apud recentiores, ut Præsens vim haberet Futuri: ut in ἔπειμι, εἴσειμι &c. ceterisque compositis ab εἶμι, quæ Futuri significationem fere habent in Præsenti. T. H.]

Κακὸς malus. Opponitur proprie voci ἀγαθός. Ut autem hoc pp. in primis fortem et strenuum notat, sic contra κακὸς pp. ignavum videtur significasse: ortum nempe à κάω, quod vicinum verbis κίω, κέω, significavit, inter alia, vel secedere vel jacere; unde facile ad hominis ignavi vel fugitivi in bello significationem transferri nomen κακὸς potuit. A memorata autem notione varie translatum eximie pro quavis animi vitiositate vox posita fuit, quam inde Græci κακίαν vocant.

Κάκτος cactus, sive spinosa planta. Proxime ortum est, quasi, à verbo κάσσω, cujus origo κάω. Quod si componamus cum vicino verbo κίω, et inde orto κέντω, facile apparebit translationis ratio. A stimulando enim et pungendo sic eximie dicta est planta spinosa.

Κάλαθος calathus. Quamquam proxime repetendum est à nomine καλὸς, vel verbo καλάω, ratione significationis, tamen in primis spectanda origo est: verbum nempe κάω, à cujus notione cavendi, quam supra notavimus, nostrum κάλαθος significationem accepit.

Κάλαμος calamus, arundo. Haud dubie ortum est à καλάω, et forte dicitur à cavitate: ita ut κάω stirps ejus prima sit habenda.

Καλέω voco. Ortum est et hoc ab origine κάω stimulando vel pungendo moveo. Inde est κάλω, ut à vicino κίω est κέλω, unde κέλλω et Lat. cello. Καλέω igitur pp. non, nisi forma, differt à κέλλω, vel etiam à simplicioribus verbis κίω et κέω, seu Latinis cio et ceo; unde Latinum cesso, cujus compositum arcesso, quod accurate propriam notionem verbi nostri καλέω exprimit. Ab isto autem ciendi vel arcessendi, vel citandi (quod proprie eodem redit) notione, porro latius translatum, vocandi notionem quoque accepit. [Duplex olim fuit verbi forma κάλω et κέλω, sono tantum diversa: sicuti βάλω et βέλω, jacio, χάω et χέω hisco, γάλω et γέλω revelo. A κάλω productum nomen καλὸς peperit verbum καλέω: nam plurima verba trisyllaba in έω, per constantem analogiam, formantur à nominibus bisyllabis in ος, qualia sunt v. c. παθέω, μιμέω, πονέω, ἐλεέω &c. à πάθος, μῖμος, πόνος &c. in quibus et similibus H. Stephanus, et Scapula, perversa ratione, nomina verbis suis subjecerunt. —— Porro verbum καλέω, vulgari sermone, etiam contractum fuit in κλέω, unde formæ κλήσω, κέκληκα, &c. quæ à Grammaticis male relatæ sunt ad καλέω. A κλέω est Medium κλέομαι, Odyss. N. 299. —— Neque tamen existimandum est, plenas formas, ex καλέω, derivatas, κεκάληκα et similia tempora penitus obliteratas fuisse. Reperitur certe à κεκάληται productum καλήτωρ, tanquam nomen hominis ad concionem vocantis, Il. Ω. 577. et nomen itidem proprium filii Clytii, quem Ajax vulneraverat, Il. O. 419. licet contracta forma κλήτωρ sæpius obvia sit, Barbare vocator. L. C. V.] [Conf. Cl. Segaar, ad Luc. V. 32. E. S.]

Κᾶλον lignum. Proprie in primis significare videtur baculum ligneum, ortum nempe à κάω, adjuncta significatione celeriter movendi. A materia autem, ex qua missilia fiebant, porro quodvis lignum κᾶλον videtur dictum. [A voce hac κᾶλον, sive forma ei vicina, videtur esse altera καλὶς, pp. Adjectivum, quod tamen et Substantive adhibetur, tam in masc. genere (καλὶς) quam in neutro (καλὶν) de quibus lege T. H. ad Aristoph. Plut. Schol. p. 134. 135. De voce καλιαὶ autem et καλιαὶ Græv. Lect. Hesiod. p. 64. E. S.]

Καλὸς pulcher. Et hoc ortum à κάω, ratione significationis, proxime componendum est cum verbo κάζω orno, de quo supra. [Alia vide apud Platon. in Cratylo, p. 416. E. S.]

Κάλπη urna. Proprie notat vas, instar calycis aliquid ambiens et veluti obtegens. Ratione enim originis proxime componenda vox est cum verbis καλύπτω, καλύπτω, similive forma. Dictum autem est à cavitate, et stirpem habet κάω, de quo alibi.

Καλύπτω tego, obtego. Proprie notat ambiendo, quasi vase cavo, obtego. [Hinc in καλύπτειν notio orta est obscurandi: quam loco Libanii erudite reddidit Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 116. Est autem à simpliciori καλύπω vel καλύω: unde oriuntur nomina κάλπη, καλύπη, et similia, quibus vicinum quoque κέλυφος: quæ omnia originem habent communem verbum κίω et κάω, de quo jam supra dictum. E. S.]

Κάλως rudens. Ortum est à simpliciori καλός: et forte ratio significationis è veteri re nautica repetenda est.

Κάμαξ palus. Videtur ortum a κάω: obscurum tamen, quæ sit ratio significationis.

[Καμάρα pp. tectum arcuatum, fornix, testudo. Legatur de hac voce T. H. ad Aristoph. Plut. p. 369. Stirps est κάω, cujus 3. Præt. Perf. Pass. κέκαμαι, et hinc κάμαρος &c. Recte igitur Festus, "camara et camari boves à curvatione." Vid. Grævii Lect. Hesiod. p. 57. E. S.]

[Καμασῖνες, vel Καμασῆνες pisces quidam marini. E. S.]

[Κάμηλος camelus. Vox ex oriente in Græciam, una cum ipso animali, translata. Est Hebr. גָּמָל. Vide Bochart. Hieroz. p. 1. l. 2. cap. 1. E. S.]

Κάμινος fornax. Recte Grammatici vocem hanc repetunt à κάω uro.

Κάμνω fatigo. Haud dubie ortum est à κάω, quod supra vidimus proprium esse motui vehementi, qui fiat impellendo, agitando. Inde porro notat fatigari, cujus verbi apud Latinos non valde dissimilis est ratio. Est enim proprie fatigor, nihil aliud, quam fatim agor, id est affatim moveor, vel nimium moveor. [Possis et notionem fatigandi repetere ab illa incurvandi: ut καμόντες pp. sint gravi labore oppressi et quasi incurvati. Conf. sequens κάμπτω. E. S.]

Κάμπτω flecto. Proprie non multum videtur differre à modo memorato κάμνω, ortum quippe à κάω. A movendo autem significationem videtur accepisse. Inde nempe translatum ad notionem ambiendi, ac porro illam flectendi, incurvandi: quæ denuo varias peperit metaphoras, è Lexicis facile cognoscendas.

Κάναβος lignum tenue, cui ceram, gypsum, aliaque circumligant fictores. Haud dubie repetendum est à simpliciori κάνος, quod forte vicinum alteri κενός, et Latinorum voci canna. Sic autem κάνος repetendum à κάω, ut κενὸς à κίω: de quo suo loco.

[Κάναθρον crates ex salignis viminibus contexta, quæ currui imponitur. Pertinet ad eandem stirpem, quo κάνη, κάννα canna, &c. Conf. Bacch. in Indice Xenoph. Œcon. E. S.]

Κάνης canistrum. Haud dubie à cavitate dicitur, ortum à verbo κάω: cujus generis similia nomina vasorum jam supra aliquoties vidimus. [Sed vide Salmas. de voce Canna, inferius. E. S.]

Κάνθαρος scarabæus. Nescio an recte componant cum voce κάνθων asinus. Videant alii.

[Κανθὸς oculi angulus, hirquus. An à cavitate, quæ notio est τοῦ κάω, unde κάζω cavo. E. S.]

[Κάννα vel κάνη canna, storea. Cel. Lennepio à cavitate dicta videbatur. Sed Salmas. Exc. Plin. p. 919. originem ex oriente repetit. E. S.]

Κανὼν norma. Ortum haud dubie est à κάνω, quod idem ac κένω stimulo. Κανὼν itaque proprie est stimulus, et dicitur quasi à trudendo vel stimulando: non valde dissimili ratione, quam vox Latina trutina, à verbo trudo. Proprie autem κανὼν in usu est stimulus iste, qui supra trutinam æquilibrium facit: unde porro sic dicitur index, norma, vel regula, à quibus dein ad alia quoque transfertur.

[Κάπη præsepe. Vide mox in Κάπηλος.]

Κάπηλος institor. Proxime ortum est à voce κάπη, qua proprie notatur in usu præsepe, unde animalia edunt. Inde transiit ad locum designandum, ubi pascuntur animalia, tum etiam ubi esculenta prostant venalia. Quo sensu apud Latinos voces vicinæ copa, cupa, et caupona vigent. Inde autem ortum quoque Latinorum caupo, quod in usu plane respondet nostro κάπηλος, cujus vocis translationes reliquæ facile è Lexicis cognosci poterunt. Memoratum autem κάπη descendit à verbo κάπω, cujus loco in usu est κάπτω, de quo infra. [Κάπηλος pp. notat venditorem mercis per partes, Belgice *een winkelier*; cui opponitur ἔμπορος *een grossier*. Itaque κάπηλος, in genere, de iis dicitur, qui qualescumque merces vendunt per partes; unde βιβλιοκάπηλος, ἱματιοκάπηλος, σιτοκάπηλος, ὀρνιθοκάπηλος &c. Dein, per se sumtum, universe cauponem notat, uti καπηλὶς cauponam. Jam vero illi caupones sæpe solent merces adulterare: unde κάπηλοι etiam vocantur, qui, ad alios decipiendos, merces, sive alias res corrumpunt, et καπηλεύειν τὴν ὄψιν mulier dicitur, quæ, illito fuco, faciem corrumpit et alienum colorem vultui induit. T. H.] [Conf. Toup. ad Suid. p. 2. p. 67. 68. et eundem in Cur. Noviss. p. 140. E. S.]

Καπνὸς fumus. Haud dubie repetendum est à κάπω, cujus proximum derivatum κάπος significasse videtur spiritum, ore hiante emissum, ut solent canes, ore inhiantes avide alicui rei: voce facta à sono, qualis tum editur. A spiritu autem, ea ratione emisso, translatum videtur ad fumum designandum. Inde derivatum nostrum Καπνός.

Κάπρος aper. Videtur ortum esse à verbo κάπω, vel κάπτω: de quo mox dicendum.

Κάπτω comedo avide ingurgitando. Ortum est à verbo κάω, vel potius à κάπω, quod proprium videtur sono animalium, alicui rei inhiantium, atque simul cum impetu quodam spiritum emittentium. Hinc κάπτω modo significat spirare, modo avide comedere, vorare: quo sensu in primis tribuitur animalibus brutis. [" Κάπτειν pp. notat repetitis identidem interpellatisque morsibus adpetere et vellicatim carpta demittere." T. H. ad Schol. Aristophan. Plut. p. 314–316. ubi plura; et Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 146. E. S.]

Κάπω pp. idem quod πνέω spiro: unde κᾶπος, à Scholiaste ad Euripidis Phœn. vs. 859. redditur τὸ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἄσθμα γινόμενον, " ex itinere contracta lassitudo." Sed vide Valck. ibid. p. 321. 322. et superius Ἄπος, p. 153. E. S.]

Κάραβος Carabus, animal marinum è cancrorum genere. Si vox origine Græca est, orta videri potest à κάρω in superficie versor: de quo verbo postea.

Καρδία cor. Ortum est à simpliciori κὰς, cui formæ vicinæ sunt κέαρ, κῆρ, κὰρ, et Latinum cor. Descendunt autem à verbis κάω, κίω, &c. quæ componenda sunt cum vicinis ἄκω, similibusque. Unde ἄκρος extremus, summus. Proprie enim κὰς idem fere valet quod ἄκρον, punctum nempe summum cujusvis rei. Dicitur inde cor, quod veluti summum vitæ contineat, ejusque quasi fons sit.

Κάρδοπος mactra. Forte dicitur à κὰρ et voce δέπας, quæ repetenda est à verbo δέπω mollio: de quo dictum supra. Κὰς autem in hoc composito idem fere videtur esse, quod præcipuum frugum, vel καρπῶν.

Κάρηνον cacumen. Proprie, ex pronuntiatione Ionica, dicitur pro κάρανον, cujus masculinum κάρανος olim, in Asia minore, significavit principem, vel idem quod κύριος dominus. Ortum autem est à κάρα, quod à simpliciori κάς. Generatim autem notat summam alicujus rei partem, vel id quod eo pertineat, atque sic speciatim caput.

Καρκαίρω resono. Proprium videtur esse sono aspero, qui editur terra pedibus attrita. Unde ab Homero terræ tribuitur. [Stirps alioquin posset esse κάρω; unde per reduplicationem factum: ut à μάρω esse μαρμαίρω auctor noster infra observabit. E. S.]

Καρκῖνος cancer. Stirpem fortasse eandem habet, quam nomen κὰρ: et repetendum est à verbo κάρω, cui vicinum alterum κέρω. Id autem notat in summitate versor, vel depasco, decerpo. Hinc nostrum eximie translatum ad cancrum in superficie scopulorum adhærentem et velut pascentem. [Ab asperitate testæ, cum Salmasio, potius dictum putem. Stirps κάω, de quo inferius. Hinc etiam κάρχαρος et κάρχαρος, quod idem notat ac τραχὺς asper. Vide infra. E. S.]

Κάρος sopor, cum gravedine capitis. Manifestum est, dici à κὰς caput: de quo supra. [Nescio an sit petita notio ab aspero sono, quem edunt altum dormientes. Conf. in καρκῖνος. E. S.]

Κάρπαι vermium genus sic dici putatur. Quod si verum, ortum videri potest à κάρπω, cui respondet Latinum carpo. Id autem descendit à κάρω in superficie depasco: de quo jam dictum. [Sed vide de hac voce Indicem H. Stephani, col. 1141. E. S.]

Καρπαῖα Saltationis genus. Si Græcæ originis est, repeti potest à κάρπω: de quo modo dictum.

[Καρπάλιμος celer. Auctum est à κάρπαλος, quod à καρπάω, ex barytono κάρπω, Lat. carpo. Itaque κάρπαλος pp. notavit celerem, quasi dicas qui carpit: referturque ad opus, quod aliquis facit. Ejusdem potestatis est nostrum κάρπάλιμος. T. H.]

Καρπὸς fructus. Dicitur à carpendo vel depascendo: quam notionem vidimus verbi κάρπω esse, unde oritur. Dicitur autem καρπὸς de omni genere frugum et fructuum.

[Κάῤῥων fortior, melior, præstantior. Vox Dorica est. Adfinitatem videtur habere cum voce κράτος robur, et similibus: ortumque adeo à κάρω, unde κράω, κραίνω &c. Vide de hac voce Valckenarii Adnotat. in Adoniaz. Theocriti, p. 303. 304. et Toupium, ibidem laudatum. E. S.]

Κάρσιος obliquus. Ortum videtur à κάρω in superficie versor, depasco. Hinc significare potuit depascendo cursum identidem flecto in obliquum: unde nostrum tandem κάρσιος ad significandum obliquum translatum videtur. [Nempe à κάρω pp. tondeo notio obliqui duci potest, quatenus qui tondet, manum in obliquum flectit. E. S.]

[Κάρσις tonsura. A κάρω, quod vicinum alteri κέρω, κείρω tondeo. E. S.]

Καρύα nux vel juglans. Videtur esse à κάρω, et eandem fere sequi rationem significationis, quam vox καρπὸς, de qua supra.

Καρύκη intritum, seu conditura. Vix dubium videtur, quin ortum sit à κάρυον, quod, idem fere ac memoratum καρύα, in Lexicis quæri potest. Inde autem, significatione accepta, ad condituram certam designandam transiit. [Vide H. Steph. in Thes. t. 2. col. 75.]

Κάρφω sicco, arefacio. Proprie sic dici videtur de herbis, similibusque rebus, quæ decerptæ arefiant, et siccentur: ut adeo facile pateat, repetendum esse à sæpe memorata κάρπω, quod est Lat. carpo. Inde autem, ut arefacere, sic quoque deflorescere facere notat. [Horatius olim reddebat per attenuare. Vide Grævii Lect. Hesiod. p. 2. E. S.]

[Κάρχαρος asper; pro κάρκαρος, quod Hesychius habet. Haud dubie reduplicata vox est, pro κάρος, de quo supra. Stirps adeoque est κάρω, vicinum alteri κέρω &c. Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 422. 423. E. S.]

Κασάλβη meretrix, scortum. Ortum videtur à simpliciori nomine κάσα, quod plerumque, per duplex σ, κάσσα scribitur: de qua voce mox.

Κάσις. Sic dicitur frater, vel soror. Quamquam esse videtur à κάω, rationem tamen notionis non expedio. [Stirps κάω pp. videtur notasse findo. An hinc κάσις pp. fissio, dein fissum? Unde notio æqualitatis, quatenus res fissæ, sive diffissæ æqualem utrimque formam habere solent. Itaque hinc κάσις pp. fuerit æqualis ut Hesychius exposuit: à significatione autem æqualis ea fratris, sororisve. Hoc certum est, eadem translatione usos esse Arabes, in suo شقيق fissus bifariam, et metaph. frater uterinus, soror item, in forma vocis fœminina. E. S.]

Κάσσα meretrix. Idem est quod κάσα, ut docent varia derivata. Proprie autem κάσα idem videtur fuisse, quod Lat. casa, vile nempe tugurium, quodque, ortum e κάω, dicitur à cavando. Quam notionem supra jam satis explicui. A notione autem vilis tugurii, seu à loco, quem habitant abjectiores meretrices, ipsa meretrix κάσσα aliquando dicta videtur. [Ab ardore venereo repetit Lexicographus antiquus apud Stephanum in Append. col. 1145. Κάω enim et καίω notionem urendi habent. Latinorum vero casa à cavando duxit Festus: quod ipsum cavo haud dubie est à Græco κάω pp. findo, findendo cavo. Hunc ducem secutus ipsum Græcorum quoque κάσσαν à verbo κάω dictum putem. Quæ honeste explicari nequeunt. E. S.]

Κασσίτερος stannum. Videtur ortum à verbo κασσίω, quod idem ac κασσύω, significans proprie, in primis, juxta admoveo: ut mox clarius patebit suo loco. Inde translatum nostrum nomen eo, ut significet id, quo liquefacto metallo alia duriora jungantur, atque sic eximie stannum.

Κασσύω consuo. Sic pronuntiatur pro κατασύω, ablato alpha finali Præpositionis κατὰ, et litera τ in sequentis vocis literam primam mutata. Quod in primis sollenne est in dialecto Dorica. Est autem κατασύω factum ex κατὰ et σύω, quod significat moveo, et vicinum est verbis σέω, σίω, &c. quatio, vibro. Hinc, copulatum cum Præpositione κατὰ, pp. notat juxta admoveo; id est plane admoveo, adjungo. Ut autem Lat. suo eximie notat filamentis res jungere, et conjungere, sic κατασύω, vel κασσύω, et, ejus loco Attice pronunciatum, καττύω idem est quod consuo, et speciatim dicitur de iis, qui detrita calceamenta reficiunt. [Nempe καττύω, quod mentitur verbum simplex, revera est compositum ex κατὰ et τύω, pro quo Æoles dicebant σύω, hoc est Lat. suo. Jam illud τύω plures formavit voces Latinas, et significavit pp. suere ut quid tumeat. Hinc à Præter. Perf. Pass. τύμος est Lat. tumus, cujus Diminutivum est tumulus, et inde quoque tumidus: ut à κύω, κέκυμαι est κῦμος, Lat. cumus, cumulus. Porro à Græco τῦμος, interposito β, factum τύμβος, id est tumulus sepulchralis. Καττύειν igitur est consuere, et παρακαττύειν pp. circa se consuere, id est sibi circumfulcire: utque Latini dicunt fulcire pulvinar, ita Græci quoque παρακαττύειν τὸ προσκεφάλαιον. T. H.]

Κάστωρ Castor. Oritur à κάζω orno. Inde κάστωρ animalis genus eximie dicitur, quasi dicas ornatorem, vel qui cum ordine et quodam ornatu sollerter exstruit sibi domicilium: quod isti animali proprium esse docent rerum naturalium investigatores.

Κατὰ Præpositio est, varia significans. Haud dubie originem habet verbum κάω, quod vicinum verbo κέω et, inde orto, κεῖμαι. Inde κατὰ eximie notat fere idem, quod juxta vel secundum vel deorsum: et, in primis quidem, generatim quamcumque rationem et relationem notat, quæ diversas res, quasi, juxta se positas, intercedit. [Κατὰ pp. videtur esse Dativus Singularis antiquus, pro καταὶ, quod ipsum καταὶ servatum est in καταιβάτης descensor, pro quo alioquin dicitur καταβάτης. Jam vero κατὰ Nominativus, unde (καταὶ et κατὰ Dativus) pp. fit à κέκαται, tertia Præter. Pass. verbo κάω findo deorsum, unde notio actionis, quæ deorsum vel versus inferiora instituatur. A fœm. κατὰ (quod idem ac κατὴ) est Dat. καταὶ, et à κατὸς forma masculina, vel neutra est κατῷ, unde Adverbium κάτω. Eleganter ad proprietatem utraque forma usus est Aristophan. in Pluto, vs. 228.

> Ἐυθὺς ΚΑΤΩ'ρυξέν με ΚΑΤΑ` τῆς γῆς ΚΑ'ΤΩ.
> Continuo me defodit in ima terra deorsum.

Vide etiam Valcken. ad Theocr. Idyll. A. 118. p. 32. et confer. Lennep. ad vocem sequentem καταῖτυξ. E. S.]

Καταῖτυξ genus galeæ depressum. Compositum est ex κατὰ, et τὺξ, inserto ι, ut in καταιβάτης pro καταβάτης similibusque fit. Τὺξ autem ortum à verbo τύκω fabricor, conjungo; quod idem atque τίκτω, τεύκω, et similia, de quibus suo loco dicendum. Καταῖτυξ igitur, vi præpositionis κατὰ, qua sæpe depressionem notat, galeam innuit depressam, sine crista, nempe. [De priori καταὶ vide modo dicta, in Κατά. E. S.]

Κατῆλιψ trabs, tectum sustinens, vel etiam tabulatum. Haud dubie composita vox est ex κατὰ et ἧλιψ, de cujus vocis stirpe suspicionem meam supra aperui, tametsi ea valde incerta videtur. [Apud Hesychium quoque est κατάλιψ, ex dialecto, ut aiunt. Nescio an κατῆλιψ composita vox sit, ex κατὰ et altera ἄλιψ sive ἔλιψ, è stirpe ἔλω traho, ut ea voce trabs designetur, quæ pondere trabium minorum deorsum trahatur. E. S.]

Κάτω infra. Non multum differt à supra memorato κατά: illud autem naturam accepit Præpositionis, hoc vero nostrum naturam Adverbii. [Vide in κατά. E. S.]

[Καυάζω diffringo inprimis rem cavam, uti navim. Vide Hesiod. Ἐργ. vs. 667. et infra in καῦνος. E. S.]

Καύαξ larus, seu avis rapax. Haud dubie facta vox est à verbo καυάζω, quo expressus sonus videtur, quem larus edit: ut adeo à sono factum sit. [Vide T. H. ad Aristophan. Plut. Schol. p. 312. 313.]

Καυκαλὶς caucalis, herbæ genus: et

Καυκὶς calceamenti genus: et

Καυλὸς caulis: et

Καῦνος sors. Quamquam à simplicioribus καυκαλὶς, καυκὶς, καλὸς, et κανὸς, orta videntur, originis tamen obscuræ sunt. Forte autem καλὸς seu καυλὸς componendum est cum κᾶλον, lignum, seu truncus? κανὸς autem cum κάνης canistrum, de quibus supra. [Nescio an vox καυλὸς, caulem, et ostium uteri muliebris aliaque significans, à cavitate nomen habeat: quo pacto λος erit terminatio Adjectivi, stirps autem κάω, unde καύω cavo. Etiam καυνὸς ab Hesychio exponitur κακὸς malus, sive pravus; an a cavitate, qua facillime frangatur? E. S.]

[Καῦρος vel καυρὸς malus. Confer vocem καῦνος. Guietus itidem à κάω, καύω, repetit. Alii ab αὔρα, aura, καῦρον exponunt ventosum, levem; literam κ ab initio præfixam esse existimantes. Mihi quidem hæc formandi ratio valde incerta videtur, etiamsi haud nesciam, ipsum Platonem, in Cratylo, verbum κίω ab ἴω, hoc modo repetiisse. Sed Philosophi summi auctoritas, ea in re, valde levis est. E. S.]

Καυχάομαι glorior, præfixo κ, ortum est ab αὐχάω, quod vicinum verbo αὐχέω. Ejus autem maxime significationem sequitur. [Καυχάομαι, si repetatur ex stirpe κάω, καύω, καύχω, pp. significare poterit cavum, adeoque ventosum et levem me facio. Quod nescio an veri similius est, quam formatio ejusdem ab αὐχάω, cum κ præposita. E. S.]

Κάχληξ, lapillus. A verba κλάω vel κλάζω, quod, ut suo loco videbimus, pp. notat sonum edere, qualis oriri solet, re dura allisa vel subito fracta. Ab isto verbo est reduplicatum καχλάζω, quod in primis tribuitur undis maris, cum strepitu in litore, vel aliter etiam ad duros cautes fractis. Inde porro nostrum κάχληξ calculus speciatim est, qualis in litore maris, à cautibus abscissus et undis maris identidem volutus, et rasus reperitur.

Κάχρυς hordeum in furno tostum. Haud dubie est et hoc reduplicatum; ortum, nempe, à χρύω, quod idem atque χράω, χρέω &c. tractando comminuere. Inde jam duplex forma nominis reduplicati videtur orta, κάχρυς et κάχρος, quod pronunciatur κέγχρος, suo loco in Lexico reperiundum: usus autem significationes horum nominum videtur distinxisse.

[Κάψα capsa, cista, arca. A cavitate, qua quid recipi possit, fortasse nomen habet. Stirps hoc pacto fuerit κάω, unde κάπω, et καπίω à Latinis servatum, in suo capio. Κάψα igitur à capacitate dici potuit. Vide etiam infra, in κάω. E. S.]

Κάω propriam potestatem habet cavandi, quod ipsum verbum Lat. cavo non aliud est, nisi Græc. κάω, ad modum Æolum pronuntiatum. Æoles enim, ad hiatum vocalium effugiendum, interponere solebant literam F, sive digamma Æolicum, quæ litera ejusdem potestatis est ac Lat. γ vel Græc. β, mollius pronuntiata. A Κάω porro derivata sunt κάβω, κάπω, κάπτω, et σκάπτω pp. cavando fodio, effodio. [Quodsi jam paullo altius adscendas, conferasque nostrum κάω cum cognatis aliis κέω, κίω, facile apparebit, originem remotiorem verbi quærendam esse in motu, quo quid penetret in rem aliam, eamque pervadat ac findat. Id quod naturæ ignis, ejusque quasi cuspidi, cuncta pervadenti, esse admodum conveniens, quis non videat? Hebræi haud incommode igni tribuunt לשון linguam, cuncta lambentem et mucrone suo secantem. E. S.]

Κε, ante consonantem, et κεν ante vocalem, particula est, Poëtis in primis usitata et idem fere valet, quod vicinum γε. Maxime ponitur sensu, quem dicunt, expletivo, quemadmodum, in soluta oratione, adhibetur ἄν. Grammatice haud dubie convenit cum pronominibus μὲ, σὲ, et similibus: originemque communem habet cum Conjunctione Καί: [ubi vide dicta. E. S.]

Κέαρ cor, animus. Conferendum est cum supra memoratis, et expositis nominibus, Κὰρ, Κῆρ, et similibus: unde tantum productior forma est. [Vide et in Καρδία.]

Κέδματα. Vox Hippocratica est, morbi genus denotans. [Vide de ea Fœsii Œconomiam.] Orta est à κέδω, unde productius verbum κεδάω, et inde κεδάζω, κεδάννω, κεδαννύω, κεδάννυμι, quæ, præfixo σ, pronuntiari solent σκεδάζω, σκεδάννυμι, dissipo: ut suo loco dicetur latius. Est autem ista dissipandi notio, in nostro κέδμα, in primis spectanda. [Si verbum κέω, unde certissime descendere debuit nostrum κέδματα, contuleris cum cognata ejus forma κύω, unde κύδος, videri possit, κέδματα pp. notasse tumores, unde eximie designaverit tumores inguinum. Vide Tilleri Obs. Crit. apud cel. Albertium, ad Hesych. t. 2. col. 215. E. S.]

Κέδρος Cedrus, arbor odoratissima. [Plura dabit Stephanus in Append. col. 1186-1188. E. S.]

Κέδρωστις Cedrostis. Ortum est à simpliciori κέδρος cedrus, ut ἄγρωστις ab ἀγρός. Origo latet.

Κεῖμαι jaceo. Est à κέω, quod idem ac Lat. [vetus ceo, unde cesso &c. aliudque] cio, vel cieo à vicino κίω ortum, idemque notans ac moveo. Inde porro κείω, quod redditur jacere cupio, quasi dicas moveo me ad jacendum vel cubitum eo. [Sed vide supra in κακκείω.] Hujus verbi κείω Præteritum Pass. est κέκειμαι, et sine augmento κεῖμαι. Inde igitur notat jacere. [Futurum κείσομαι certissime demonstrat Præsens κείω, quod à κέω ortum. Sed pro κείω, ex perpetua lege verborum in ω et μι, dixerunt etiam κειμί. Itaque, uti τίθημι sive τίθεμι, in Passivo, vel Medio est τίθεμαι, et ab ἵημι, vel ἵεμι, ἵεμαι, sic à κειμὶ, κεῖμαι. Potuit etiam κεῖμαι, ex antiqua scriptione, esse pro κῆμαι, hoc autem pro κέαμαι: unde Ionicæ formæ κέαται, κέατο &c. E. S.]

Κείρω tondeo. Verbum κέρω (unde nostrum fluxit κείρω) componendum est cum vocibus κὴρ, sive κῆρ &c. de quibus supra, in primis autem cum Lat. carpo, unde nostrum tondendi notionem accepit: quod ipsum Lat. tondere, cum notione carpendi, sæpe ponitur.

Κέλαδος strepitus. A κέω moveo ortum κέλω peperit verbum κέλλω, quod est Lat. cello; unde percello: quam etiam notionem verbum κέλω habet. Hinc κέλαδος eximie est sonus, qualis editur, quando res aliqua percellitur et percutitur. [Vide cel. Lennep. Animadv. ad Coluth. cap. 5. p. 22. 23. E. S.]

Κελαρύζω murmuro. Est eadem hujus, quæ antecedentis vocabuli κέλαδος, origo. A percellendo, nempe, illidendove, quæ notio verbi κέλλειν est, eximie transfertur ad strepitum aquarum, in litus allisarum, vel cum murmure fluentium: et quidem proxime descendit à voce κέλαρος, quæ forma potissimum diversa est à κέλαδος. [De ipso verbo lege Toup. Emend. in Suid. p. 2. p. 90. 91. E. S.]

Κελεὸς avis pernicissima. A verbo κέλω celeriter moveo, vel impello ad motum, de quo suo loco. [Nisi malis à productiori κελέω, unde porro κελεύω &c. E. S.]

Κέλευθος via. Proxime oritur à κελεύθω, quod à simpliciori κέλω, sicuti ἐλεύθω ab ἔλω. Est autem κέλω impello, impellendo ago. Unde κέλευθος eximie via dicitur, per quam quis impellatur et agatur. Usu autem patet latissime.

Κέλης, celes, vel equus desultorius. Est hoc quoque à κέλω impello, diciturque à celeritate, qua veluti impulsus movetur. Ipsi autem Latino celer ortum dedit. [Plura dabit Tollius ad Palæph. p. 141. ss. et Ruhnken. apud Kœnium, ad Corinth. p. 140. 141. E. S.]

Κέλλω appello. Est à simpliciori κέλω, et ab illidendo impellendove notionem accepit appellendi.

Κέλω jubeo, hortor. Notionem hanc habet ab impellendo, quam propriam hujus verbi vim esse, jam supra dictum est. Ortum, nempe, à motu, qui originali ejus verbo κέω designatur. [A κέλω est κέλομαι, quod idem ac κελεύω. Vide Kœn. ad Corinth. p. 166. E. S.]

Κενὸς vacuus. Oritur à κέω, et significationem videtur accepisse à motu, quo aliquid impellendo, vel percellendo vacuefacimus. Inde, nempe, vacuandi inaniendive notio oriri facile potuit. [Compone verbum κάω, quod vicinum alteri κέω. A κάω est κάϝω, cavo. Notio autem cavitatis præbet sponte illam vacui. E. S.]

Κεντέω pungo, stimulo. Est à κένω, quod, ut jam diximus, impellendi, percellendive notionem habet. Unde sponte oritur ea pungendi et stimulandi. A κέω ortum κένω, quod peperit κέντος, et hinc verbum κεντέω.

Κέπφος et Κέμφος species avis marinæ levissimæ, quæ facile à quovis vento circumagitur: unde pro levi stolidoque homine adhiberi vox solet. [Vide T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 913. p. 311. ss.]

Κέραμος, terra figularis. Haud dubie oritur à κεράω, quod propriam subigendi notionem videtur habuisse: ut mox docebitur. Inde eximie terra, quæ subigatur et præparetur ad vasa fictilia facienda, sic dici potuit. [Stirps κέρω notionem scindendi et secandi habet. Vide in verbo sequenti. E. S.]

Κεράννυμι misceo. Propriam videtur habuisse notionem subigendi, domandique. Ortum nempe à κέρω: unde cum alia oriuntur, tum κεράω, κερέω, et contracta κράω, κρέω, et

nomen κράτος, quibus omnibus roboris quædam vis inest, quæque in primis de iis ponuntur, qui viribus superiores alios subigunt, et viribus suis privant. Inde igitur nata notio subigendi, vires adimendi: unde porro eximie translatum videtur nostrum κεράω, cum suis derivatis, ad temperationem vini: quando, aqua admista, ejus vires minuuntur et veluti subiguntur. Ab ea autem notione miscendi et temperandi ad alia quoque transfertur. [Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin horum omnium stirps κέρω proprie idem significaverit, quod κείρω, id est seco, à qua origine, in derivato κείρειν, fluxit alia significatio resecando tondendi. In primis autem proprie vinum dicebatur κεράσθαι, vel κεράννυσθαι, quum, aqua infusa, quasi incideretur, atque adeo temperaretur; quo fere miscendi sensu Germani suum *schneiden* de vino adhibent. E. S.]

Κέρας cornu. Vidimus jam alibi, κὴρ dici quodvis summum vel extremum in acutum desinens. Hinc κέρας eximie cornu notat: unde porro varie transfertur.

Κέρασος cerasus. Nescio an sit à κέρω carpo.

Κεραυνὸς fulmen. Videtur dici à carpendo subigendove: quia quidquid offendit in via, in id illisum, carpat, quasi, et destruat, et incendat.

Κέρδος lucrum. A Κέρω tondeo, carpo ortum, primo transfertur ad fructum, qui veluti decerpitur: hinc ad lucrum. Inde porro ad versutiam, quo quis lucrum faciat. [Conf. A. Schult. Comm. ad Prov. 1. 19. p. 7. E. S.]

Κερκὶς radius textorius. Dicitur à radendo, quæ notio est verbi κέρω, unde originem habet. Est autem κερκὶς proprie pecten telam percurrens, et quasi radens.

Κέρκος cauda. Proprie non multum differt à κερκὶς, et ejusdem originis est. Notionem habere videtur à radendo.

Κέρνος vel κέρνον vas fictile, crater. Haud dubie eandem originem habet, quam vox κρατὴρ, cujus stirps κέρω, κεράω &c. E. S.]

Κέρχω exaspero. Ortum est à κέρω carpo: unde radendi exasperandique notio facile profluxit. [A κέρω analogice facta κέρκω, κέρχω. E. S.]

[Κέρω verbum obsoletum, pro quo in usu est κείρω. Hinc superstes Aoristus Infinitivi κέρσαι, quod ab Hesychio exponitur κόψαι, τεμεῖν, κεῖραι &c. Proprie igitur significavit tundere, unde notio scindendi, secandi et aliæ. E. S.]

Κέστρα mallei ferrei genus est. Dicitur haud dubie à verbo κέω, quod habet inter alia findendi notionem.

Κέστρον cestrum. Herbæ genus. Eadem origo est vocis hujus, quæ antecedentis.

Κεύθω occulto. Ortum est à κέω findo. Unde verbum κεύθειν pp. significavit, quasi in fissuris cavernisque occultare.

Κεφαλὴ pp. dici videtur superior alicujus rei pars, qua illa tegatur, instar operculi. Quo sensu etiam κεφαλὴ, pro operculo vasis, nonnunquam usurpatur. Inde latius sumtum quodvis significat, quod, alicui rei impositum, ejus summum et caput est. Oritur autem à verbo κέπω, unde usitatum σκέπω tego: de quo suo loco. Illud autem κέπω, sive κέφω, componi potest cum κάπω, κύπω et similibus, de quibus jam dictum alibi.

Κέω findo. Vidimus jam supra, propriam hujus verbi notionem positam esse in motu, qui fit impellendo allidendove. Inde autem nata ea significatio, qua quid, percussum allisumque, findi intelligatur: unde porro variæ notiones, in derivatis conspicuæ.

Κῆδος cura. Nescio an sit à κάω uro. Tum autem κῆδος pp. significaverit ardorem animi, qui ex magna sollicitudine oritur. Hoc adspectu modo reddi potest cura, modo sollicitudo, modo molestia, ex qua sollicitudo, et similia.

Κήθιον vasculum, in quod calculi conjiciuntur ad sortiendum. Forte, origine sua, non multum differt a voce κεῦθος, ut sit dictum à cavitate, quæ est istius vasculi. Vide similes translationes à cavitate ad vasa, variis locis, supra.

Κηλάστραι. Sic quoque vasa quædam dicuntur, et haud dubie eadem hujus, quæ antecedentis, similiumque vocabulorum, ratio est. Vox nempe κηλὸς unde hoc nostrum oritur, mihi quidem, forma tantum, videtur differre ab usitata voce κοῖλος cavus.

Κηλέω mulceo. Dici videtur proxime hoc verbum à κῆλη, vel vicina quadam forma. Hoc autem tumorem in partibus corporis significat, eumque, ut videtur, proprie ortum ex inflatione vel inflammatione partium. Stirps κάω, ea notione, qua hoc significat uro, incendo. Inde jam κηλέω significat quasi inflammare, et cupiditate replere. Eximie vero inde ponitur de iis, qui oratione animum alicujus deliniunt et demulcent.

Κήλη tumor in parte corporis. De hoc modo dictum ad verbum κηλέω.

Κηλὶς macula. Modo vidimus, vocem κήλη proprie significare tumorem ex inflammatione, similive vitio ortum. Hujus autem vicinum sine dubio est κηλὶς, denotans eximie maculam, quæ in cute, sive ex vulnere, sive alio malo orta, cutem deformat.

Κημὸς camus vel fiscella. Sive hoc à cavitate dictum sit, sive aliunde, certum est dici pro χαμὸς, et oriri à verbo κάω.

Κὴξ larus. Forma tantum differt à voce καύαξ, de qua dictum supra. Utrumque formatum est ad imitationem soni, quem avis ista edit.

Κῆπος hortus. Videtur dici à κάπος, quod, ut supra vidimus, significat flatum, spiritum. Inde autem nostrum κῆπος eximie dicitur locus, arboribus consitus, quem ventus refrigerat. [Si contuleris Hebr. גן hortus à גנן texit, protexit, in primis sepiendo, verisimile videri possit, κῆπος hortus itidem esse à κέπω, cui cognatum σκέπω protego.

Κὴρ sors, fatum. Idem proprie est, quod κὰρ, κὶρ, et similia, de quibus supra dictum. Inde autem ad fati necessitatem summam, ipsumque fatum designandum transfertur. [An à κέρω seco, reseco? E. S.]

Κηρὸς cura. Forte est a κέρω, vel κάρω carpo carpendo fruor.

Κῆρυξ præco. Vox derivata est à κηρύσσω, hoc autem ortum videtur à nomine κηρὸς, cui vicinum γῆρυς, de qua voce dictum supra. Κ enim et Γ literas vicinas esse; atque adeo voces, iis literis tantum differentes, origine quoque cognatas esse, supra jam dictum est aliquoties.

Κῆτος cetus. Oriri videtur à κάω, et quidem sic dici à capacitate quasi.

Κίβδηλος adulterinus: quod proprie dicitur de re vili, metallis admixta. Ortum videri potest à κίω moveo; et quidem nomen habere à levitate et vanitate, materiæ metallis admixtæ.

[Κίβισις et κίβυσις pera, sacculus. Vox Cypria est. Ejusdem, ut videtur, originis ac sequens κιβωτὸς, non sane, quod in illam feratur βόσις, id est τροφὴ, ut Etymologus auctor est, laudatus Grævio ad Hesiod. Asp. vs. 224. Hæc enim etymologia à simplicitate linguæ abhorret. E. S.]

Κιβωτὸς arca, cista. Quanquam derivari potest à κίω, quod vicinum verbi κάω, κύω &c. atque ita dictum existimari à cavitate, ut alia nomina vasorum, nihil tamen definio.

Κίγκλος cinclus. Genus avis est. Nomen accepisse videtur à κίω, unde κινέω moveo. Dicitur autem à motu pennarum in cauda: [à quo motu Latini similiter motacillam dixerunt. E. S.]

Κίκιννος cincinnus. Reduplicatum videtur ex κίννος, et hoc forte ortum à κίνω, quod à κίω moveo, in gyrum intorqueo. Quidquid est, κίκιννον dici crinem intortum, certum est.

Κικκαβαῦ est vox noctuarum, à sono facta.

Κίκυς vis. Haud dubie ortum est à κίω moveo: unde ad vires et robur transfertur.

[Κινάβρα fœtor, quem alæ caprarum reddunt, i. q. κινάυρα. Ex κινέω et αὔρα. E. S.]

Κίναδος vulpes. A κίνω, moveo, dici videtur hoc animal, ob versutiam.

Κίνδυνος periculum. Forte à κίνω moveo, quasi dicatur à pereundo: unde quoque periculum.

Κινέω moveo. Est à simpliciori κίνω, quod à κίω, conveniente cum κάω, κίω, &c. Græcorum κίω superstes est, in Latino cio: unde facile de ipsius significatione judicari potest. [De κινεῖν pp. excitare prædam è cubili conf. Schult. ad Proverb. 12. 27. p. 119. E. S.]

Κινύρομαι lamentor. Oritur à nomine κινυρὸς querulus, voce facta à sono, qui editur lamentantium. Est autem ejusdem formæ nomen, cujus alia sunt, sonum denotantia, λιγυρὸς, μινυρὸς, καπυρὸς, et similia. [De ipso verbo vide D'Arnaud, Animadv. Crit. p. 191. E. S.]

Κίρκος circus. Ortum est à κίρω, quod vicinum verbo κείρω. Communis autem origo est κέω, κίω. Et κίρω quidem vicinum videtur verbo γύρω, cujus origo γύω. Eadem autem ratione, ut à γύρω ortum γῦρος significat motum rei in se redeuntis, sic nostrum κίρκος circum significare videtur. [Pro κίρκος, per trajectionem literarum, dixerunt etiam κρίκος. Vide omnino Kœn. ad Corinth. p. 165. 166. E. S.]

Κὶς vermis, in frumento nascens. Dici videtur à κίω, ea nempe notione, quæ conspicua est in κείρω carpo, abrado.

Κίσσα pica. Haud dubie nomen accepit à verbo κίω. Nescio tamen, quæ fit ratio significationis, nisi repetere velis à cupiditate, qua quævis appetat. [" A κίω est κίσω moveo. Ab eodem est κίσσα pica, κίχλη turdus, et κίγκλος motacilla: propter motum frequentem caudæ et totius corporis earum avium." Menagius, Jur. Civ. Amœn. p. 339. E. S.]

Κισσὸς hedera. Et hoc ortum haud dubie à κίω, forte ab ambiendo dictum. [" Est et κισσὸς hedera à κίω, ut ἕρπυλλος, serpyllum ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, à serpendo. Sunt enim hederæ sequaces, ut loquitur Persius, et ut Catullus et Virgilius, errantes." Menag. Amœn. p. 339. E. S.]

Κίστη cista. Dicitur à cavitate, qua veluti turget, nomine orto à κίω moveo in ambitum. Vide quæ alibi, de similibus vasorum nominibus, dicta sunt.

Κιχέω assequor, invenio. Verbum reduplicatum est à χέω capio, accipio. Χέω autem, vicinum verbo χάω, unde ortum χανδάνω, itidem notans capio. Sunt autem hæc, ipsa vicinitate literarum κ et χ, verbis κέω, κίω, similibusque cognata. [Verbum κίω pp. significat venio, vel veniendo abeundove, me moveo. A κίω est κίχω, κιχέω; ut in κιχεῖν φεύγοντα assequi fugientem. A κίχω etiam κιχάω, κιχάνω. Apud Apollonium Rhodium Nemesis dicitur κιχάνειν hominem, qui scelera commisit, adeoque nocentem. T. H.]

Κίχλη turdus. Forte ortum est à verbo κίχω, unde κιχέω, de quo modo dictum.

Κίω vado, eo. Verbum originale ipsum est, quod notione sua convenit cum vicinis κάω, κέω &c. ut et cum χάω, χέω &c. præterea cum verbis ἄκω, ἴκω, ἵκω, et similibus. [Lege sis Platonem de hoc verbo, in Cratylo, p. 426. et confer supra in κιχέω: porro, quæ cel. Lennepius dedit, Proœm. ad Anal. p. 10. E. S.]

Κίων columna. Proprie participium est verbi κίω, significantis inter alia tendo in altum: quæ notio manifesta in verbo vicino κηκίω, quod est in altum exsilio. Inde κίων eximie columna in altum exsurgens.

[Κλάγγω clango. Grammatici dicunt, verbum hoc esse factum à sono. Verum productum est ex καλάγγω, oriturque à καλέω, καλάω &c. Notat autem vocem sonitumque edere. Hæc enim frequens est verborum productiorum ratio, ut verbi primitivi vim virtutemque cumulent. T. H.]

Κλάδος ramus. Ortum est à κλάω infringo. Videtur sic dici à flectendo. De verbo autem κλάω postea dicetur.

Κλάζω clango. Factum à sono videtur, ut alia similia. [Sed vide T. H. ad κλάγγω. Proprie dicitur de aquilis. Conf. Valck. Animadv. ad Ammon. l. 3. p. 238. E. S.]

Κλαίω lacrymor, ploro. A simpliciori κλάω, quod, à sono factum, non multum differt à verbo καλέω, vel καλάω, et forte hinc per contractionem formatum est.

Κλαμβὸς redditur mutilatum. Forte oritur à κλάω frango, infringo. Inde nempe factum κλαβὸς producere κλαμβὸς potuit.

[Κλὰξ, κλακὸς clavis. Vox Dorica, respondens communi κλεὶς, legitimo more ducta est à κλαξῶ. Hesychius habet κλᾶξαι, κλεῖσαι. Vide plura ad Valcken. Adnotat. ad Adon. Theocr. vs. 33. p. 334. 335. E. S.]

[Κλαυσιᾶν stridere. Hoc verbo pp. indicatur januæ gementis strepitus λεῖος καὶ ἄρροιζος. T. H. ad Aristoph. Plut. p. 415.]

Κλάω frango. Ortum est ex κελάω, quod à κέλω, unde κέλλω allido. Inde ad duritiem siccitatemque transfertur: à qua notione dein illa frangendi nata videtur. [A Græcorum Κλάω, contracto ex Καλάω, haud dubie sunt Latina calamus, calamitas, clades pp. de ramis arborum fractis, quin et clamo, pp. de voce fracta et interrupta. &c. E. S.]

Κλείω claudo. Vidimus supra, verbum καλύπτω, ejusque originem κάω, vel κάλω, à motu transiisse ad ambiendi obtegendique notionem. Similiter nostrum κλείω, per varias formas inde ortum, ab ea ambiendi notione videtur accepisse eam claudendi, obserandi. Idem autem verbum κλείω, quando significat dico, prædico, celebro, convenire fere videtur proprie cum verbo, supra memorato, κλάω, quod factum vidimus ex καλάω, cui vicinum καλέω, significans voco. Hinc, uti κλάω, peperit κλητὸς vocatus, sic à nostro κλείω est κλειτὸς, pp. quidem etiam vocatum notans; inde tamen, ut ipsum κλείω, ad celebritatem nominis transfertur, notatque celebrem, clarum.

Κλέπτω furor. Videtur dici à tegendo, quod clam fit et tecte, verbo orto à κλέω, de quo modo dictum ad κλείω. Inde nempe κλέπω peperit κλέπτω. [Κλέπτω contractum est ex καλέπτω, quod idem ac καλύπτω. Vide Aristophanem in Pluto, vs. 17. ibique Berglerum, et conf. omnino Periz. ad Ælian. V. H. l. 3. p. 47. E. S.]

Κλεωνία herbæ genus est. Proprie autem nomen est fœmininum à masc. κλεώνιος, quod à nomine κλέων: hoc autem, forma tantum, diversum ab usitato κλὼν, quod notat ramulum: ut suo loco dicetur.

Κλῆμα palmes. Derivatum est à verbo κλάω infringo. Dicitur autem à flexilitate [sive fragilitate.]

Κλῆρος sors. Ortum à verbo κλάω, κλῆρος, ut à χάω, χῆρος. Ceterum pp. significat fragile, atque inde durum: quæ notio viget in derivato σκληρὸς durus. Inde κλῆρος calculum eximie durum notat. Unde porro transfertur ad sortes, in quibus calculorum usus. Hinc autem denuo ad hæreditatem, quod, in ea ercisunda, sorte utebantur veteres. [Conf. Græv. ad Hesiod. Ἔργ. vs. 339. E. S.]

Κλίβανος clibanus: et quidem eximie, in quo hordeum coquitur. Antiqua forma hujus vocis, Atticis usitata, κρίβανος est. Lambda nempe, in quibusdam vocabulis, loco Rho adhibita fuit ad imitationem blæsorum. Κρίβανος autem compositum videtur ex antiquo κρὶς, cujus loco usitatum κριθὴ hordeum et nomine βάνος, quod peperit vocem βαῦνος, nec non βάναυσος, caminus, de quibus supra dictum.

Κλίμαξ scala. Proxime derivatum videtur quasi à verbo Κλιμάσσω, significante per declive tendo vel descendo. Ortum nempe est à κλίμα, quomodo dicitur quidquid declinatum est et declive. Unde porro generatim notat inclinationem, declivitatem. Hoc autem à verbo κλίνω est, cui respondet Lat. clino. [Vide mox in ipso hoc verbo.] Ejus simplicior stirps spectanda cernitur in supra memorato verbo κλείω, quod quasi inclinando claudo est.

Κλίνω, clino. Generatim significat inclinare, deflectere. Speciatim autem cœlo, vel potius soli et sideribus tribui potest: unde κλίματα certæ regiones cœli vocantur. De sole usurpatum plene dici solet: v. gr. τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ἑσπέραν κλίνοντος sole ad occasum inclinante. Confer modo

dicta in κλίμαξ. [Ceterum dubitari vix potest, quin κλίνω sit à κλίω, contracto verbo ex κελίω, à stirpe κέλω impello. E. S.]

Κλόνος motus hominum tumultuantium, et quidem, proprie, in varias vias se flectentium et inclinantium. Proxime enim hoc descendit à κλόνω, sive mavis κλίνω, cui vicinum κλίνω inclino. [Ceterum à κλόνος est κλονέω, quod perquam eleganter adhibuit Hesiodus, in Asp. vs. 317. de piscibus lascivientibus. Vide ibidem Guyetum. E. S.]

Κλύζω abluo. Proprie dicitur de vasis, quæ aqua immersa abluuntur; et factum est à sono, qui editur vasis, in aquam injectis. [De κλύζεσθαι vide Auctorem, in Animadv. ad Coluth. vs. 205. p. 110. 111. et A Schultens de Def. Ling. Hebr. p. 189. collatis, quæ habet Valck. ad Theocr. Idyll. 1. 140. p. 37. E. S.]

Κλύω audio. Videtur notionem hanc accepisse ab inclinatione capitis, quod est auscultantium: ut ita sit vicinum verbo κλίω, unde κλίνω clino ortum.

Κλώζω factum est à sono graculorum, quorum voci proprium est.

Κλώθω neo, glomero. Ortum est à verbo κλόω, quod, vicinum verbo κλίω et κλίνω, notionem habet ab inclinando, inflectendove.

Κλὼν ramulus, surculus. Proprie vox Participialis est à verbo κλῶ, quod vicinum verbo κλέω et κλάω, de quo dictum supra ad vocem κλάδος. Dicitur, nempe, à flexilitate vel ab infringendo.

Κνάπτω vellicando expolio, carmino. Ortum est à simpliciori κνάω: quod vide suo loco. Illud autem notat rado: unde nostrum κνάπτω eximie tribuitur fullonibus, qui pannum radendo expoliunt. [Conf. omnino Stephan. Append. col. 1239. et mox infra in κνάω. E. S.]

Κνάω rado. Oritur à κινάω, quod à κίνω. Hoc autem ortum vidimus à κίω. A movendi, impellendi, pungendive notione ea radendi potestas verbo nostro adjuncta est. Inde autem ad pruritum quoque transfertur. Idem vir celeberrimus alio loco. A verbo κίνω, unde κινέω moveo, vel à vicino κένω, significante pungo (unde κέντρον stimulus) verbum est contractum κνάω, et inde κναίω, aliaque forma κνήθω. Notat autem κνάω pp. rado, scalpo: unde ejus derivata ad fullones translata fuerunt. A derivato, nimirum, κνάπτω nomen κναφεὺς fullonem notat, peperitque alia derivata, in ea arte propria. Porro à radendi notione verbum κνάω, vel κναίω, non raro transfertur ad prurientes præ amore, quemadmodum etiam compositum προσκνᾶσθαι. Alia ratione res aliqua dicitur κναίειν, vel ἀποκναίειν, eodem modo, ut apud Latinos pungere, quando intelligitur aliquem, quocumque modo, excruciare, eique dolorem adferre.

Κνέφας caligo, tenebræ. Origine sua convenit cum νέφος, quod Latinorum est nubes. A verbo nempe νέφω, vel νέπω, obtego, (ut alibi dicetur) duplex nomen est νέφας et νέφος. Prius peperit κνέφας, præfixo κ, ut in multis fieri solet. [Vide Analog.]

Κνῆκος cnecus, seminis cujusdam genus. Ortum videtur à κνάω rado: de quo verbo dictum est supra.

Κνήμη tibia, crus. Oritur à verbo κνάω rado: de quo dictum supra. Inde Κνήμη pp. dici potest quicquid radendo politum est: unde eximie os cruris sive tibia sic vocatur; ob glabritiem, nempe. Inde, propter similitudinem quandam, translatum quoque fuit ad radios rotarum designandos. [Κνῆμος pp. significat durum et rasile, à verbo κνάω rado. Hinc κνήμη pp. dicitur durum os tibiæ. Porro nomina ossium corporis humani ad alia quævis artificia transferuntur. Itaque et nostrum κνήμη pro tibicine sive fulcro quovis positum. Etiam columna, tectum sustinens, vocatur κνήμη: κνῆμαι vero rotundi illi pali, qui ad rotam in axe sustentandam extenduntur. A κνήμη est κνημὶς, quæ vox notat integumentum tibiæ: quare ocreæ, quibus, vel crus integrum, vel anteriorem partem, id est, tibiam tegebant, vel velabant, κνημίδες appellantur. T. H.]

[Κνίζω pp. vellico. Vide Schult. Orig. Hebr. t. 2. p. 27. et confer mox infra in κνίσσα. E. S.]

Κνίσσα nidor. Verba vicina sunt κνάω, κνέω, κνίω, κνύω, κνήθω, κνίζω, κνύζω, et similia. A verbo κνίζω, vel vicina forma κνίσσω, derivatum nomen nostrum κνίσσα, id pp. dicit, quod, quasi radendo, nares faciat prurire, adeoque id etiam, quod nares odore perstringat, et pruritum veluti excitet; unde eximie nostrum κνίσσα de nidore ponitur. [Κνίσσαι apud Hesychium, inter alia glossemata, est λυπῆσαι molestiam creare; ut κνίζει idem quod λυπεῖ, et κνίζων, λυπῶν qui molestia afficit, vel molestia afficiens. [An inde κνίσσα nidor, quasi molestiam creans, molestia et sensu doloris oculos in primis afficiens? E. S.] Verba κνάω, κνέω, κνίω contracta sunt ex κενάω, κενέω, κενίω: nam, inter κ et ν, sæpe eliditur vocalis brevis ε. Jam vero primitivum κένω, in tertia Præteriti perfecti passivi, habet κέκενται: hinc κεντὸς, et inde verbum κεντέω pungo. Ergo κνάω, κνέω, κνίω, notant pungendo rado: estque in tribus his verbis talis radendi significatio sita, ut aliquis simul pungat. Inde adeo κνίζειν pungere, pungendo radere. Ponitur duplici modo. Primum dicitur κνίζειν ἐρῶντα vel ἐραστὴν, qui amatorem pungit, id est, levibus offensiunculis et rixis ad majorem amorem incitat: dein κνίζεσθαι pro amore compungi, et captum esse, ut ait Plautus. T. H.]

Κνώδαλον bestia, animans. Nescio an sit repetendum ab ὀδὸς, cujus loco in usu est ὀδοὺς dens: de quo vocabulo infra dicetur. Inde nempe est ὠδὸς, et præfixo ν, νωδὸς, significans vel dentibus privatum (quo sensu senum epitheton est) vel notans dentatum, sive dentibus multis instructum. Litera ν, vocabulis ita præfixa, habet vim vel privandi, vel intendit significationem. Hac ratione à νωδὸς derivatum νώδαλος, scilicet θὴρ, feram notaret, dentibus multis instructam, vel validissimis præditam dentibus. Jam vero præfixa κ, neutrum κνώδαλον, scil. θηρίον, substantive positum, eximie videtur usurpatum fuisse de bestia quavis, præsertim marina, rapaci, et voraci, à multitudine dentium validissimorum. [Magis placent, quæ de hoc vocabulo dederat Bochartus, Hierozoici p. 1. lib. 3. p. 979. et in Indice subjuncto (laudata etiam à summo Schrœdero in Obss. ad Orig. Hebr. p. 216.) breviter hic à nobis excerpenda. "Hebræo [illegible], inquit, respondet Gr. κνώδαλον, etiam à motu factum, pro κινώδαλον—ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι. Nec de terminatione laborandum, quum ad formam nominis pertineat, quod vox desinit in δάλον. Ita enim à δαίειν fit δαίδαλος—à σκάζειν, σκάνδαλον" &c. Plura vide apud ipsum Bochartum, l. l. E. S.]

Κοάλεμος stolidus. Est ejusdem formæ nomen, atque ἰάλεμος, et Græcæ quoque originis videtur esse: caussam tamen ejus non satis perspicio. [Conf. infra in κόβαλος.]

Κοὰξ coax. Vox ficta ad similitudinem soni ranarum.

[Κοάω intelligo. A celeritate arripiendi, atque adeo percipiendi dici potuit: ut stirps sit κόω. De quo mox, in voce sequenti. E. S.]

[Κόβαλος vafer, maleficus. Videtur vox esse ejusdem originis ac præcedens κοάλεμος, inserto nempe β, factum à κόαλος, unde productius κοάλεμος. Stirps κόω, quod verbum cel. Lennep. infra in κόπτω, et alibi, notionem movendi celerius &c. habuisse, suspicatur. A motu isto celeri notio versutiæ, et stoliditatis facile desumi potuit. E. S.]

Κόγχη concha. Dici videtur ab adhærendo in scopulis, voce derivata à verbo ἔχεσθαι adhærere. Inde, nempe, ὄχη, et inserto ν, ut sæpe fieri solet, ante literas palatinas, ὄγχη: hinc autem, præfixo κ, κόγχη, quasi dicas, quæ adhæreat. [Κόγχη est fœm. forma à masc. κόγχος, quod pp. videtur notasse cavus, vel cavatus. Stirps κόω, cognata alteri κάω, unde κάϝω, cavo. Hoc certum est, κόγχους dictas fuisse cavitates illas, in quibus oculi latent: etiam hemicranium seu calvam capitis, et umbonem clypei, κόγχον appellari, in quibus omnibus notio cavitatis satis conspicua. E. S.]

Κοΐ. Vox ficta ad imitationem soni porcellorum: unde quoque verbum κοΐζειν vocem porcorum imitari, grunnire.

Κοιλία venter. Dicitur à cavitate, quod nempe cibi et intestinorum receptaculum est. Ortum est à κοῖλος cavus, quod vide.

Κοῖλος cavus. Proxime oritur à κοίω, vel κόω, quod à motu (quemadmodum alia vicina) ad notionem ambiendi, obtegendi, tumendi, cavandique transiit. Inde nostrum κοῖλος eximie cavum significat, quod veluti turget et septo ambitur: atque sic generatim cavum est. [Κοῖλος pp. notat eam cavitatem, quæ in rotunda quacumque re invenitur. Contrahiturque illud ex κόϊλος, quod à primitivo κόος. Nec tantum antiquitus dicebatur κόος, sed et κάος, de cavitate profunda. A κάος, interposito digammate Æolico, fit κάϝος, cavus. Veteres Latini itidem dixerunt cœlus: unde cœlum etiam à cavitate nomen habet. Est autem κοῖλος frequens navium epitheton. T. H.]

Κοιμάω dormire facio. Proxime est à κοῖμα, quod non, nisi forma proprie, differt ab usitata voce κῶμα, qua somnus profundus notatur. Utriusque origo est κόω, quod convenit cum κέω, unde oriri vidimus verbum κεῖμαι. Inde κοιμάω est somnum facio, ad somnum compono, dormire facio. [Tanquam diversæ originis vocabula in Lexicis prostant κῶμα sopor altus, κώμη pagus, κῶμος comessatio. Formari debuerunt hæc omnia à κέκωμαι, prima Præteriti perf. pass. verbi κόω, quod nusquam invenitur; nomen autem κόος formari debuit à κέκοα, Præterito medio verbi veteris κέω: unde κέομαι jaceo superest apud Homerum, Il. X. 510. Odyss. Λ. 340. Jam vero in κέομαι filum reperitur, cujus ope se quis expediat, ex Grammaticorum labyrintho. Κέομαι est jaceo. Activum itaque κέω; in veteri lingua, significare debuit jacere vel cubare facio, reclino alterum: quin imo, à κέω ductum, κείω reperitur apud Homerum. Hinc κεῖμι ortum et κεῖμαι, quod, reliquis obsoletis, in usu remansit. Porro à κείω Præteritum Medium fluxit κέκοια, et contractum κέκῳα. Hinc descendit vox κῷος, superstes in voce Homerica ὀρεσκῷος, qua fera dicitur, in monte cubans. Il. Α. 268. Od. Ι. 155. Pari ratione, vinculum collare, sive quo collum captivorum includebatur, Græcis dicitur κλῳὸς à κέκλῳα, vel κέκλοια, verbi κλείω claudo. A forma κοίω, vel κοΐω, in Præter. pass. κέκοιμαι, vel κεκοῖμαι, in tertia pers. κέκοιται, orta est vox usitatissima κοίτη cubile. A prima Præteriti hujus pass. formatum κοίμη, quod peperit tamen verbum usitatissimum κοιμάομαι dormio, pp. jaceo, vel recubo, somni capiendi gratia. Activum κοιμᾷν significat alterum consopire sive reclinare. Denique à κεκόϊμαι contracta forma fluxit κέκῳμαι: hinc nomina orta sunt κῶμα, κώμη, κῶμος, quibus, quum iota non amplius subscriberetur, origo fuit obscurata. Κῶμα est sopor altus: quam vocem adfirmavit Georg. Arnaldus, in Miscell. Obss. vol. 5. p. 391.—Κῶμος comessatio proprie sopor est altus, sive is status, quo quis, vino gravatus, somno prostratus jacet: κώμη vero est in usu vicus vel pagus. In antiqua Græcia, quum omnes essent agricolæ, vel pastores, sic locus dicebatur, quo pastores sub noctem cubitum se recipiebant, postquam diem in agris cum armentis contrivissent. L. C. V.]

Κοινὸς communis. Nescio an sit repetendum à jacendo, et quasi omnibus expositum esse. Ut ut est, certum videtur, oriri à κόω, quod vicinum verbo κέω, et similibus.

Κοίρανος princeps. Haud dubie est pro κόρανος: hoc autem à κὸρ, ut κάρανος, à κὰρ, quæ vox posterior, in dialecta Ionica, olim idem significavit, quod κοίρανος princeps. De voce autem κὸρ et κὰρ alibi dictum.

Κοίτη cubile. Eandem stirpem habet, quam κοῖμα, de qua dictum supra ad κοιμάω: et quidem proxime descendit à verbo κοιμὶ, quod repetendum à κόω, cui vicinum κέω, unde κεῖμαι.

[Κοίτη cubile, à κοίω. Stirps κόω. Vide in κοιμάω. E. S.]

Κόκκος granum. Olim generatim significabat granum rotundum; eximie vero tale, quo utebantur ad lanam pulcro colore inficiendam. [Originem forte habet à verbo κόω, quod cognatum κάω, unde κάϝω cavo. Vide supra in κόγχη &c. Itaque primum, per unum κ, dictum fuisse putem κόκος, ab ἔκοκα, prima Præteriti Act. verbi κόω, dein κόκκος, litera geminata, ut in κόλλα pro κόλα, λάκκος pro λάκος lacus, et similibus. De ipso autem κόκκος vide Salmas. Exc. Plin. p. 194. 195. E. S.]

Κόκκυξ coccyx, cuculus. Proxime formatum est à κοκκύζω, quo verbo vox istius avis significatur.

Κολάζω, punio. A verbo κόλω (quod idem ac κέλω vel κέλλω tundendo percutio) ortum κολάω peperit κολάζω, cum puniendi castigandique notione.

Κόλαξ. Origo haud dubie est verbum κόλω. De notione minus conveniunt Grammatici. Videtur autem ea repetenda à notione castigandi, vel vehementius tractandi, quæ, ab ista percellendi nata, tum in verbo κολάζω cernitur quodammodo, tum in primis superstes est in Latino verbo colo. Id enim proprie notat cum cura tractare, et quidem ita, ut ex eo, quod tractes, fructum percipias et utilitatem. Inde jam κόλαξ pp. dici potuit is, qui diligenter aliquem colat. Usus autem voluit, ut, in deteriorem acceptum partem, significaret adulatorem, assentatorem. Alio loco cel. Lennep. "Videtur vox κόλαξ orta à κολάπτω, vel forma vicina κολάσσω, significante allido, allidendo adhæreo. Cernitur, nimirum, notio ista adhærendi in simpliciori κόλω; unde, geminato λ, nomen κόλλα gluten, et inde formatum verbum κολλᾶσθαι, id est, tanquam glutine adfixum adhærere."

Κολάπτω tundo, excavo, incido. Ortum est à κόλω, ratione significationis manifesta, quæ est à percellendo, percutiendove. [Hinc porro κόλαφος colaphus, alapa, quæ infligitur. E. S.]

Κόλαρις genus animalis. Nomen videtur ortum à κόλω, de quo jam dictum.

Κολεὸς vagina. Componi vox potest cum nomine κοῖλος cavus. Notionem enim habet ab excavando: quæ significatio quoque conspicua est in κολάπτω, et aliis in locis jam est explicita. Origo κόλω, vicina forma alteri κέλω, similibusque. [Etiam, Hesychio teste, κολεὸς, idem notat, quod λάρναξ, ὑδρία s. loculum, hydriam: in quibus notio cavitatis clare deprehenditur. E. S.]

Κολεραὶ, sc. ὄϊες, glabræ oves. Est à masc. κολερὸς, hoc autem à κολὸς decurtatus, mutilatus: quod à κόλω percello, percutio; unde ortum verbum κολούω, de quo vide suo loco. Hinc igitur κολεραὶ oves eximie dicuntur, quæ brevem habent lanam, et quasi decurtatam.

Κολετράω proculco. Proxime descendit ab antiqua voce κολετρὸν, qua significari debuit instrumentum tundendo mutilandove aptum. Hinc igitur verbi nostri explicanda notio, de qua dissentiunt Grammatici. Origo est κόλω, unde oriuntur κολέω, κολύω, κολάπτω, κολάζω, et similia.

Κολίας genus piscis. Forte à cavitate nomen habet.

Κόλλα gluten. Oritur à κόλω, vel κόλλω, quod idem ac κέλλω, cello, allido: unde glutinandi notio. Itaque κόλλα pp. significaverit rem, qua quid allidendo alteri adjungas, unde in usu idem sonat, quod gluten. Porro à κόλλα factum est κολλάω adglutino, et hujus Medium κολλᾶσθαι pp. adglutinare vel adglutinando se adjungere. Usus hujus verbi Medii frequens est de hominibus, quocumque modo ad alios se adjungentibus, eosque studiose sectantibus. Ita v. gr. discipuli, studiose præceptorem sectantes, ei dicuntur προσκολλᾶσθαι &c.

Κόλλοψ. Proprie sic dicitur clavicula, qua impacta res continetur, voce orta à κολόπτω. Utrumque enim dicitur, κόλοψ et κόλλοψ. Verbum κολόπτω autem, forma tantum, diversum est à κολάπτω, et communem habet originem κόλω. Ratio significationis manifesta est; à tundendo, nempe, repetenda. Latius autem patet vox κόλλοψ, quumque notet id quo res contineantur, eximie quoque sumtum videtur pro glutine, et inde pro corio duriore, quod est in cervicibus bovum, unde gluten sit.

Κόλλυβος species numismatis est. Origo haud dubie eadem quæ vocis κόλλοψ, unde forte non multum differt

proprie. [Plura de hac voce et aliquot vicinis dedit Salmas. in libro de Usuris p. 494. ss. E. S.]

Κολλόρα panis genus. Dici quoque id videtur à conglutinando; ut adeo eandem habeat originem, quam vox κόλλα similesve.

Κολλύριον, sive κολλούριον, Collyrium. Medicamenti genus est. Vox composita est ex κόλλα et οὔριον, quod à nomine οὐρὰ cauda, et proprie dicitur sic medicamentum in longum, caudæ instar, ex rebus glutinosis productum. [Vide plura in Stephani Append. col. 1257. 1258. Nescio tamen an vox κολλύριον, (sive paullo densius pronuntiatum κολλούριον) potius sit formæ diminutivæ, ductæ à simpliciori voce κόλλυς sive κόλλυρ, quemadmodum literæ finales ς et ρ permutari solebant. Vocem autem κόλλυς servavit nobis Etymologus, col. 120. 28. ubi comam dicitur notare quam relinquerent intonsam, diis consecrandam, hoc est, comam illam densiorem et quasi conglutinatam. Itaque ex hoc fonte κολλύριος videtur denotare potuisse densulum, compactulum, et neutro genere, subintellecta voce substantiva, φάρμακον, sive alia quadam, medicamentum (ut Henr. Stephani descriptione utar) oblongum et teres, ex liquoribus, succis, seminibus et metallicis, ad varios usus compositum, compactum cohærensque. &c. E. S.]

[Κολλυρίων collyrion, Avis quædam. Videtur vox esse ejusdem originis ac præcedens. Fortasse nomen habet à plumarum copia densa et compacta. E. S.]

Κολοιὸς graculus. Dicitur à tundendo, similive notione. Stirps κόλω, de quo verbo superius diximus. [Nisi vox ducta sit à sono harum avium. Conf. Eustath. p. 205. 6. E. S.]

Κόλον cibus. Proprie dici videtur frustum panis contusum; nomine orto à κόλω; vel vicino κέλω. [Nempe pp. est adjectivum neutr. generis, substantive positum, à masc. κόλος pp. impulsus, percussus, hinc fractus, mutilatus. Vide Iliad. Π. 117. coll. 115. 116. ubi Schol. κόλον exponit per κολοβὸν, quæ forma illi vicina est ac repetenda à productiori κολόω, unde κολοὸς et, inserto β, κολοβός. E. S.]

Κολοσσὸς Colossus, statua magnitudinis ingentis. Sic dici videtur à verbo κολόσσω, similive forma, quod idem fere ac κολάπτω tundo: de quo dictum supra.

Κολουτέα Colutea, arboris genus. Proprie fœm. est à masc. κολούτεος, hoc autem nomen verbale, à κολούω. Itaque à notione mutilandi, decurtandique, quæ in hoc verbo est, significat amputandam [sive amputatu facilem] arborem. Conf. infra κολυτία.]

Κολούω amputo, trunco, decurto. Forma præsertim differt à κολάπτω, et truncandi notionem habet ab illa incidendi, tundendive. [Vide de hoc verbo D'Arnaud Animadv. Crit. p. 60. 61. E. S.]

Κολοφὼν Colophon. Nomen proprium civitatis, cujus equitatus, fortitudinis nomine celebris, occasionem præbuit proverbio κολοφῶνα ἐπιτιθέναι Colophonem imponere. [Ita Strabo. l. 14. p. 643. Quandoquidem vero Hesychius nostrum κολοφῶνα simpliciter interpretatur per ὑψηλὸν, ἀκρωτήριον apicem, sive fastigium, longe verisimilius videri queat, κολοφῶνα ἐπιτιθέναι ad literam esse, apicem, sive fastigium imponere, ut fieri solet in ædificiis, turribus &c. E. S.] Nomen ipsum videtur natum à glutine picis, qua celeberrima fuit ista civitas: et quidem ortum est à κόλω, unde κόλλοψ. Vide supra in hac voce.

Κόλπος sinus. Dicitur à cavitate, nec pp. multum differt à κάλπη, similibusque vocabulis. Proxime ortum est à κόλος, unde κοῖλος cavus.

Κολυμβάω nato. Videtur nomen habere à motu aquæ impulsæ. Dicitur, nempe, pro κολυβάω, quod à κολύβω, similive forma. Stirps est κόλω.

Κολυτία Colytea arbor. Vide in κολουτέα.

[Κόλω Stirps ipsa est, unde tot derivata jam commemoravit cel. Lennepius: quem vide in κολάζω, κόλαξ &c. Verbum hoc integrum fere nobis servavit lingua Latina in suo colo, colui, cultum, colere: ubi unum tantum hoc observandum est, Præteritum perf. colui, pro colevi, esse à forma propagata coleo; ut monui est pro monevi à moneo, dolui à doleo &c. Jam vero si conferas κέλω, κέλλω (quod, nostro quidem judicio, ex cognatione literarum κ et π, respondet Latinorum pello) facile apparebit, verbum obsol. κόλειν pp. idem fuisse, quod κέλλειν, id est, pellere, impellere, impellendo agere. (Vide supra in κέλευθος, et κέλλω.) Hæc proprietas impellendi, vel impellendo agendi aliquatenus deprehenditur, in phrasi Lucretiana (l. 5. 1144.) colere ævum, et Plautina (Rud. 1. 5. 24.) colere vitam, id est agere ævum, agere vitam: sed multo fortius sentitur vis illa primigenia pellendi, dicam, an cellendi, in Præterito et Supino verbi compositi percello, perculi, perculsum: ubi jam manifeste illud culi et culsum desumtum est à culo sive colo nostro, quæ, etsi vocalibus o et u diversa, tamen eadem verba fuisse oportet, ut in tolo (tollo) tuli &c. Quorsum egregie quoque faciunt, quæ cel. Lennepius alio loco observabat, "vocem Βουκόλος compositam esse ex βοῦς bos, et κόλος, quod à verbo κέλω, vel κέλλω, Lat. pello, impello. Itaque βουκόλον esse dictum, quasi agitatorem boum &c." Porro à κέλω vidimus supra esse κελεύω, quod proprie est impello, atque adeo jubeo aliquem. Atqui hoc ipsum colo fortasse idem quoque est, quod κελεύω jubeo vel volo, in loco vexatissimo Plauti (Amph. 1. 1. 51.) Hem! nunc jam ergo: sic colo, ubi Lambinus, ex conjectura, restitui cupiebat, sic volo. Ceterum præcepit auctor noster, in verbis κολάζω, κόλαξ, κολάπτω &c., stirpem κόλω habuisse notionem vehementius tractandi, tundendique, quæ, ab ista percellendi nata, cernatur in primis in Lat. colo, colere," nempe, quando dicunt, colere agrum &c. Itaque ne nimii simus, hic puto desinendum. E. S.]

Κολωνὸς tumulus. Dicitur à κόλος, cujus origo κόλω est. Forte à tumore, quo terra veluti turgeat: ut sic nomen habeat à turgendo. [Etiam in forma fœm. κολώνη absolute dicitur, ut Il. Β. 811. Δ. 710. ubi αἰπεῖα κολώνη. Conf. Hesychius, in voce, et Eust. p. 351. 2. 4. 880. 28. E. S.]

Κόμαρος Arbuti genus. Ortum est à κόμα sive κόμη coma: quasi dicas semper comam habens, semper virens.

Κομέω curo. Ortum videtur à κόμω, quod à κόω: hoc autem à notione ornandi (de qua jam supra dictum alibi) idem significat, quod Lat. como, tum etiam, à notione curvandi, idem quod porto, gesto: quæ vis conspicua est in derivato κομίζω. Inde, ad curam translatum, est nostrum κομέω. [Ipsum Latin. curvo pp. est Gr. κύρϝω, hoc autem, Digammate Æolico inserto, factum à κύω et κύρω, cum pp. vi tumendi. Κύρω dein dedit κυράω, κυρῶ Lat. curo, curare. Κόω vero et κύω, quum stirpes cognatæ sint, facillime hinc elucet mira adfinitas inter Gr. κομέω et Latina curo, curvo. Vide omnino T. H. infra in κορωνίς. E. S.]

Κόμη coma, vel comta cæsaries. Stirpem vide ad verbum κομέω. [Κόμη, nempe à 1. Præter. pass. verbi κόω pp. tumeo, vel turgeo, pp. notat densos et turgentes capillos, ut Odyss. Ψ, 158. quare etiam de frondibus densis olivæ adhibetur ibid. vs. 195. E. S.]

Κόμμα segmen, fragmentum. Ductum est à κέκομμαι, prima Præt. perf. Pass. verbi κόπτω, sive potius, à simpliciori ejus forma κόπω, ut à τύπω pp. est τέτυμμαι, pro τέτυπμαι. E. S.]

Κομμὸς ornatus nimius, præsertim adscititius. Ortum haud dubie est à κόω, vel κόμω orno, [quo pacto κομμὸς hocce foret, per reduplicationem literæ μ, pro κομὸς, qualem reduplicationem Grammatici Hebræi dicerent *dagesch* forte emphaticum:] ubi autem κομμὸς planctum notat, recte repetitur à κόπτω tundo. [De κομμοῦν, et Lexicographis ignoto ἐπικομμοῦν, vide Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 398. E. S.]

Κόμπος crepitus. Dicitur pro κόπος, quod à κόπω, vel κόπτω: de quo suo loco. [Aprorum dentibus tribuitur ab Homero, Il. Λ. 417. Μ. 149. tum etiam hominibus saltantibus, humumque pede pulsantibus, Od. Θ. 380. ex quo posteriori usu proprietas et origo verbi magis elucent. Vide etiam Il. Μ. 151. E. S.]

Κομψὸς scitus, elegans. Ortum est à κόμπτω, quod à κόμω, Lat. como. [Itaque κομψὸς pp. erit Lat. comptus ἄκομψος autem incomptus. E. S.]

Κόναβος sonitus, et quidem proprie earum rerum, quæ allisæ cum fragore rumpuntur: à quo sono vox facta est. [Vide omnino Od. Κ. 121. 122. Itaque κοναβίζειν pp. notat sonum fractum, et identidem interruptum, edere, Od. Κ. 399. Etiam dicitur de ære resonante, ut Belg. *Kraaken*. Il. Φ. 255. E. S.]

Κόνδυλος tuber in articulis digitorum. Videtur dici à turgendo, et quidem proxime oriri à nomine obsoleto κόνδος, quod ortum à κόω, vel κόνω: unde quoque Lat. condo. [A κόνδυς isto obsoleto videtur superesse neutrum κόνδυ, poculum notans decem cotylarum. E. S.]

Κονέω festino, curro. Proxime est à κόνος. In compositis, ut διακονεῖν &c. dicitur is, qui festinat, sedulus est: nomine orto à κόνω, vel κένω, celeriter moveo, stimulo, ut alibi dictum. Alio loco vir celeberr. "Διάκονος Diaconus. Vox composita est ex διὰ et κόνος: quod repetendum ab obsoleto Præter. Medio κέκονα, verbi κένω. A verbo autem κένω supersunt nomen κέντρον, stimulus, et verbum κεντέω stimulo: quæ notio stimulandi in primitivo κένω etiam spectanda est. Inde jam διάκονος, vi præpositionis διὰ, pp. notat eum, qui usque se stimulet, sc. ad opus, unde eximie ministrum notat sedulum in opere; et latius quemcumque ministrum."

Κόνις pulvis. Forte sic dicitur à levitate, qua movetur, nomine orto à κόω moveo. [Notandus hac occasione error librariorum, in Proverbio, quod efferunt, Πάντα ἡμῖν μία κόνις "uno pulvere omnia perficimus:" pro quo legendum esse, Πάντα μία Μύκονος, probavit T. H. ad Luciani Νεκρ. 1. 3. p. 334. 335. E. S.] A κόνις hocce repetendum est compos. κονιορτὸς pulvis. "Vi suæ compositionis pulverem notat pedibus excitatum. Alludit Homerus ad Originem, in Iliad. Δ. 151. Ὑπὸ δέ σφισιν ὦρτο κονίη, Ἐκ πεδίου τὴν ὦρσαν ἐρίγδουποι πόδες ἵππων Sub ipsis autem excitatus est pulvis, E campo, quem excitabant grave-strepentes pedes equorum. Formata est vox ex κόνις et ὄρτος: hoc Latinum est ortus, ut Lat. orior à Græco est ὄρω. L. C. V.]

[Κόνος sive κῶνος. Proprie idem est, quod Lat. conus. "Significat autem quidquid fastigiatum sit, aut in acutum exeat. Hinc ornamentum muliebre, quod auribus appendebatur, à forma ita dictum, quia conum sive κῶνον referebat." Vide Toup. Emend. in Suid. P. 2. 106. et conf. mox in κοντὸς, et infra in κῶνος. E. S.]

Κοντὸς contus. Ortum haud dubie à κένω stimulo; [adeoque vicino alteri κένω, unde κέντρον &c. E. S.] Unde facile apparet significationis ratio.

Κόπρος stercus, fimus. Proprie dicitur à nomine κόπος, vel κοπή: quo vocabulo (ut alibi vidimus) designatur stabulum. κόπρος igitur [pro κόπερος] est, quasi, ad stabulum pertinens.

Κόπτω tundo, scindo. Oritur à κόπω, quod ortum à κόω, cui vicina sunt κέω, κάω, quibus, cum movendi, tum cellendi, percellendi, similesque significationes sunt. His autem vicina tundendi, scindendique notio.

Κοράλλιον corallium. Dicitur pro κοράλιον, et hoc à κόραλος, quod videtur compositum ex κόρος et ἁλὸς, significatque, quasi, surculum maris: ut est corallum. De vocibus autem κόρος, et ἅλς, ἁλὸς videndum suis locis.

Κόραξ corvus. Dicitur à sono rauco, quem edere solet ista avis. Formatum, nempe, vocabulum est à verbo κοράζω, quod non multum differt à κράζω, factum quoque à sono. Peperit autem nostra vox verbum κορακίζω, isti avi proprium. [Vide aliam etymologiam vocis corvus infra, in voce κορωνίς.]

Κόρδαξ cordax. Est genus saltationis. Haud dubie orta vox est ab obsoleto verbo κορδάζω, quod non nisi forma videtur differre à κραδαίνω vibro. Est, nempe, utrumque compositum: et quidem κορδάζω ex nomine κὸρ, quod supra jam aliquoties vidimus, et verbo δάζω: alterum vero κραδαίνω ex κρὰ, et δαίνω. Vidimus autem jam alibi, vocabula κὸρ et κρὰ vicina esse, et utrumque significare summum alicujus rei et quasi apicem. Δαίνω vero et δάζω communem habent stirpem δάω, cui vicina sunt verba δίω, δόνω, δονέω, et similia, motus vehementioris significationem habentia. Hinc κραδαίνω quasi apicem movendo vibrare notat: κόρδαξ autem eximie genus saltationis est, quod varias habet gesticulationes. [Displicet mihi quidem nonnihil resolutio ista vocis nostræ κόρδαξ in duas partes. Quid, si syllaba αξ terminationem meram nobis sistat, qualis Græcis æque familiaris est, ac Latinis in dicax, fugax, mordax et plurimis ejusdem formæ vocibus? Hoc pacto κόρδαξ nostrum fuerit à κόρδω verbo obsoleto; quod à κόρω, ut χορδὴ à χόρδω. Ad veram autem originem inveniendam, adjumento erit observatio Hemsterh. in voce κορωνίς. E. S.]

Κορδύλη involucrum capitis. A Cypriis sic vocatur, nomine deducto à voce κὸρ, de qua modo dictum, et verbo δύω, significante subeo. [Etiam pedum pastorale sic dicitur, quod alias κορύνα audit. An itidem compos. ex κὸρ et δύω? Vid. Lenn. de hac voce Anim. ad Coluth. p. 70. 71. Rectius tamen vocem nostram habueris pro voce simplici, atque adeo pp. adjectiva f. g. à masc. κορδύλος, quod à κορδὺς, ut μικκύλος à μικκὺς sive μικκὸς &c. Hesychius: κορδύλη· κορύνη κ. τ. λ. Quod quidem glossema satis verisimile efficit, voces κορύνην et κορδύλην unam eandemque stirpem agnoscere κόρω, et solis formis ac terminatione leviter differre. E. S.]

Κορέω verro, purgo. Dicitur à κόρος scopæ. Vocis autem κόρος variæ et discrepantes valde notiones repetendæ sunt à verborum, unde oritur, κέρω et κόρω significatione. Notat autem κέρω s. κόρω pp. in summitate versor vel emineo. Unde orta Latina verba creo, cresco. Inde jam κόρος eximie notat surculum: unde, commoda translatione, modo significat juvenculum, modo scopas, ex surculis fruticum factas: porro, à repletione, veluti ad summum, idem translatum videtur ad societatem designandam.

[Κόρη pp. pupa, puella, hinc imaguncula, qua puellæ ludunt, quin et pupilla sive pupula (forma diminutiva) id est, imaguncula in medio oculo apparens. Est forma fœm. à κόρος, quod à Præter. Medio verbi κέρω sive κείρω, et pp. notat germen novellum, Belg. *eene spruit*. De origine vide ad vocem superiorem. Conf. cel. Ruhnk. ad Tim. p. 120. et Albert. ad Hesych. V. κόρη. E. S.]

Κόρθυς acervus. Proxime quidem oritur à κόρθω: hoc autem à κόρω, quasi dicas ad summum compleo.

Κόρις cimex. Videtur dici à verbo κόρω, quasi dicas versari in summa cute vel pascere. [Stirps κόρω certissime cognata fuit alteri κέρω seco, unde κείρω, pp. tondeo, et meton. insatiabili cum voracitate edo. An hinc κόρις ab insatiabili cupiditate, qua cutim quasi secat, et sanguinem sugit? E. S.]

Κορύβας Sacerdos Rheæ. Varias hujus vocis origines tradunt veteres. Mihi videtur dici à furore, quo correpti ferebantur Corybantes: voce orta à κόρυς, et inde deducto verbo κόρυω, quasi dicas laboro capite: quod ab antiquo κὸρ repetendum.

Κόρυζα gravedo, capitis morbus. Oritur à κορύζω, quasi dicas, capite laboro: hoc autem à κόρυς, significante verticem, caput, summum alicujus rei, vel simile.

Κόρυκος sacculus, marsupium. Nescio an sit repetendum à κόρυς galea.

Κόρυμβος. In primis sic vocatur cacumen vel vertex montis. Dicitur autem pro κόρυβος, quod à κόρυς vertex, vel id quod in vertice tegat.

Κορύνη clava nodosa. Est quoque à κόρυς vertex, summum cujusque rei: unde κορύνη eximie clava, in qua multa veluti capita vel nodi sunt.

Κόρυς galea, cassis. Est à κὸς, caput, vertex: ut alibi dictum. Inde κόρυς eximie id dicitur, quo vertex tegitur, galea.

Κορυφὴ vertex. Proxime oritur à κορύπτω, quod notat verticem moveo, vertice, vel cornibus peto. [Atqui hæc significatio verticem movendi, si quidem vera sit, manifesto ducta est à κορυφὴ vertex. Itaque κορύπτω vel κορύφω (unde Adject. κορυφὸς, κορυφὴ) pp. videtur notasse idem, quod ejusdem verbi forma contracta, κρύπτω tego, obtego. Unde κορυφὴ pp. quæ, vel quod tegitur, vertex. A forma mascul. κορυφὸς est novum verbum κορυφόω in verticem attollo. E. S.]

Κοράνη cornix. Dicitur à κὸρ, vel vicino quodam vocabulo: et pp. notat quasi in summitate vel vertice versans, unde multiplices huic voci notiones tribuuntur, quæ ex Lexicis possunt cognosci. [Vide ad vocem seq.]

Κορωνὶς navis epitheton, "cujus Epitheti rationem veteres diversimode interpretati sunt. Scholiastes (Homeri ad Iliad. Α. 170.) dupliciter exponit. Primo ἐπικαμπεῖς τὰς ἄκρας ἐχούσας, ὅ ἐστι τὰς πρύμνας, quæ habent proras inflexas: altera est ἢ μελαίνας· κόρον γὰρ τὸ μέλαν, aut nigris, pice indutis navibus &c. Prior explicatio tenenda est, convenitque magis cum vocis origine. Apud veteres Græcos fuit verbum κέρω curvo, et in obliquum flecto. Ab ea potestate descendit vox κέρας cornu. Κέρω facit in Præt. Med. κέκορα, unde κόρος, κόραος, κόρανος, κοράονος, κόρνος. Hoc Adject. notavit curvum, inflexum: unde ab isto κόρος etiam oritur, ex dialecto Æol. κόρϝος, Lat. corvus, cujus inflexum oris cornu notum est. Pari modo atque cornix vocatur κοράνη ob eandem inflexionem τοῦ ῥάμφου s. rostri. Κοράνη in f. g. formabat coronam, à κόρανος. Etiam verbum est κορανάω, et κορωνιάω de equo, flexo collo superbiente.——Qua de caussa hoc ipsum κορωνιᾶν ab antiquis exponitur per γαυριᾶν. Ex his facile intelligitur, κορωνίδα navem dici, proram habentem inflexam, et curvam, quod etiam ex monumentis antiquis constat. Κορώνη præterea et κορωνὶς dicebatur circulus ille inferior teli, qui aptari solebat ad nervum, ne scil. aberraret. Hinc Græci veteres petiverunt proverbialem locutionem, qua κορώνη et κορωνὶς pro fine usurpatur. T. H.]

Κόσκινον cribrum. Haud dubie dicitur à movendo, quæ notio est verborum κίω, κάω, κόνω, et similium. Inde facta reduplicatione, et σ ante κ posito, fit κόσκινον. [Nescio an à κόω, κόσω, κόσκω sit κόσκινος? Quo pacto notio eadem movendi poterit pro primaria haberi: nisi præplaceat illa foraminum cavatorum, ut sane κόω cognatum est alteri κάω, et κάνης canistrum simili quadam gaudet origine. Vide supra in κάνης, κάω &c. E. S.]

Κοσκυλμάτια coriorum et pellium minuta præsegmina. Vox, nempe, σκύλον notat corium, à verbo σκύλω, pp. excorio. Ab eodem verbo est σκύλμα itidem corium notans, seu id quod excoriando detrahitur. Inde σκυλμάτιον diminutivum, quasi dicas, parvum corium, vel frustulum corii: facta autem reduplicatione fit κοσκυλμάτιον. Litera enim σ, quum originalis non sit, haud repetitur. De vocis autem σκύλω origine dicetur loco suo.

Κόσμος ordo. Oritur à κόω vel κόζω, quod vicinum verbo κάζω orno. Κόσμος autem ab ornatu translatum est ad ordinem. Ab utroque autem transfertur dein ad designandum cœlum vel mundum. Alio loco vir celeb. "Κόσμος pp. nihil aliud significat, quam ornatum: ortum, nempe, ab antiquo κόω orno (unde Lat. como, comtus et sim.) atque ita κόσμος tum de alio quocumque ornatu, tum eximie de ornatu muliebri à Græcis ponitur; quem Latini quoque mundum muliebrem vocant. Pythagoras autem, quum mundum et cœlum universum mirifice ornatum videret, partibusque suis omnibus apto cohærens ordine, primus hoc cœlum et totum universum (quod antea vocaverant τὸ ὅλον) κόσμον appellavit. Hoc deinceps imitati sunt reliqui Græci, ut et Latini mundum vocantes.——Eadem ex origine verbi etiam οἶκον σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον, in Evang. Lucæ 11. 25. convertas licet, ædes sordibus purgatas, et supellectili necessaria beneque ordinata instructas." [Vide omnino cel. Lennep. ad Phalar. Ep. p. 275. coll. ibid. p. 68. et Alb. et Hesych. V. κόσμος. Apud Homerum quoque, Il. Κ. 470. phrasin εὖ κατὰ κόσμον vertendam esse scite et composite, Clarkius observavit, non autem decore et decenter, quod rem non attingat." E. S.] Nempe "κόσμος pp. est ordo. Sic exercitus dicitur εἶναι ἐν κόσμῳ in ordine stare. Jam vero ordo est fundamentum ornatus; nihil enim ornatur, quod non recte ante est ordinatum. Hinc igitur κόσμος sumitur pro ornatu. Porro κόσμος τοῦ βίου ordo et elegantia vitæ; κόσμιος qui est ornatæ et elegantis vitæ. Sed propria quadam ratione cives dicuntur κόσμιοι, qui ordine vivunt in civitate, id est, cives boni. T. H.]

Κότος ira vetus et latens. Latini simultatem vocant. Videtur dici à κόω, unde nomen κῶμα somnus et sim. Hinc κότος est quasi sopitus, quod apprime convenit in notionem, huic voci subjectam.

Κότταβος dicebatur olim eximie, apud Siculos, genus lusus inter potandum. Videtur autem dici à verbo κόττω, quod dialecto tantum differt à κόπτω, tum etiam à vicinis simplicioribus κόω aliisque. Videtur autem proxime κότταβος oriri à Dorico κόττα, respondente voci Ionicæ κόττη, quod est caput, nec multum abit à voce κοτύλη, qua generatim notatur cavitas; unde patella sic dicitur. Hinc κότταβος dici potest lusus, qui patella vel lamina peragebatur: quemadmodum in isto genere lusus locum habebat. Ἀποκοτταβίζω defundo cum vi quadam, ut sonum edat. Dicitur à κότταβος, in quo genere lusus verbum proprium erat.

Κόττη caput. Oritur haud dubie à κόττω, de quo modo dictum. Hoc autem, ut modo dixi, idem quod κόπτω, quocum convenit κέπω, unde ortum κεφαλὴ caput.

Κοτύλη cavitas. Proxime oritur à κοτὺς, quod idem ac κοτὶς, et pp. diminutiva vox est, terminatione Dorica prædita. Haud dubie oritur à κόω cavo: à cavitate autem varias habet notiones, quæ in Lexicis quæri possunt. [Κοτύλη apud Græcos idem est, quod Latinis acetabulum, vel sextarius. E. S.]

Κουρὰ tonsura. Haud dubie est à κούρω pro κόρω, cognato alteri κέρω et κείρω tondeo. Hinc et Metaphorice Latinis cura dictum, censet A. Schultensius, Orig. Hebr. t. 1. p. 137. quod cor quasi attondeat, depascat, exedat; quorsum retulit illud Virgilii: Quando hæc te cura remordet. Quodsi tamen conferas observationem T. H. (in voce κορωνὶς) supr. p. 326. ex qua κόρω pp. sit curvo, cura Latinis dici quoque potuit ab onere gravi, dorsum incurvante. Ceterum vocem κούριμος, de coma, notare detonsam, non vero juvenilem, observavit Ez. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Dian. vs. 126. E. S.]

Κοῦφος levis. More Ionico sic pronuntiatur pro κόφος, et hoc repetendum à κόω, vel κόπω, pp. convenit cum Lat. cavus. Inde ad levitatem fuit translatum.

Κόφινος corbis. Oritur à κόφος cavus, de quo modo dictum est. [Vir celeb. L. Bos in Dissert. de Etymol. Græca, p. 37. repetebat ab Hebr. כף cavitas, vas concavum: sed ratio ista, nominum Græcorum origines ex Oriente repetendi, nostro quidem judicio, inimica est linguæ Græcæ. E. S.]

Κόχλαξ lapillus, qualis in litore solet inveniri. Proxime oritur à κοχλάζω, quod non nisi forma differt à καχλάζω: unde sunt κάχλαξ vel κάχληξ, de quo supra.

Κόχλω gyro instar conchæ. Est enim à κόχλος, quod forte dicitur pro ὄχλος ab ἔχεσθαι adhærere. Vide supra ad κόγχη: nisi utrumque sit à κόω cavo; [quemadmodum nos quoque, hujus observationis Lennepianæ immemores, supra jam notaveramus. E. S.]

Κόχος humor copiose fluens. Hinc deductum κοχύειν probabile facit, originem esse verbum χύω fundo: ut sic per reduplicationem dicatur. [A κοχύω propagatum κοχυέσκω, vel κοχυδέσχω, Belg. *gutzen*, de aqua copiosius erumpente. Conf. Theoc. Id. 2. 107. et ibid. p. 60. Valck. E. S.]

Κοχώνη commissura partium coxendicis. Vox reduplicata est ex χώνη, quod originem habet χάω vel χόω capio, ambio.

Κόψιμος genus arboris. Hoc nomen, et sequens κόψιχος, significans genus avis, ortum videtur à κόπτω.

Κράβατος, vel κράββατος, grabbatus. Vox composita est ex κρὰ, et βάτος. Βάτος autem ortum à βάω nitor. Κράβατος itaque est, quo nititur caput: quare grabbatum vel lectulum notat. [Vox κράβατος, vel κράββατος, etsi damnetur ab Atticistis (qui ejus loco σκίμποδα dixerunt, ut Aristoph. in Nubibus, vs. 253. &c.) est tamen antiquissima: quod patet ex Polluce, qui cap. 10. segm. 35. tradidit, eam à Rhintone Comico fuisse in Telepho usurpatam.—Est vox Dorica, in Dialecto Macedonica et Alexandrina conservata, et hinc ad Judæos Græcienses propagata. L. C. V.]

Κράδη ramus ficulnus. Videtur ortum à κρὰ, de quo dictum alibi. Ratio significationis obscurior est.

Κράζω clamo. Verbum fictum est à sono rauco, quem edunt corvi; inde autem translatum, et latius sumtum, hominibus etiam tribuitur, vehementius clamantibus: estque idem fere quod clamare Latinorum.

Κραίνω efficio. Origo est κέω: unde κέρω, κεράω, κερέω, hinc κράω, et κρέω, quod est Lat. creo. A κράω autem κραίω, et nostrum κραίνω, quod significatione convenit cum creo Latinorum. Unde valet efficere.

Κραιπάλη crapula. Vox composita est ex κρὰ et πάλη, quorum posterius luctam notat, vel vibrationem, palpitationemque; nomine orto à verbo πάλω, vel πάλλω, vibro, vel quatio. Hinc κραπάλη, vel, ejus loco pronuntiatum, κραιπάλη, proprie notat vibrationem, vel palpitationem capitis. Hinc morbi genus notat, quod oritur ex hesterna ebrietate. [Ratio additæ vocalis ι, in κραιπάλη, pro κραπάλη, ea mihi videtur esse, quod κραὶ pp. ortum sit, per contractionem, ex Dat. κάραι, à Nominat. κάρα, quod nomen olim æque fuerit primæ declinationis atque nunc est tertiæ; nisi statuere malis, κάραϊ esse pro κάρατι, ut κέραϊ, pro κέρατι. Porro ex ante dictis satis apparet, Latinum crapulam esse ejusdem originis vocem, variatis tantum leviter vocalibus α et υ; si quidem ipsum quoque πάλω et πύλω verba sunt, forma tantum, diversa. E. S.]

Κραιπνὸς celer, velox. Vox videtur composita ex κρὰ, et πνὸς, quod repetendum est à verbo ἴπω premo; unde ortum ἵπταμαι volo: de quo suo loco dictum est. Κρὰ autem [pro κάρα] extremitatem notat, atque ita κραιπνὸς, quasi suspensis vestigiis volans est. [Si compositio foret facta ex κρὰ, et ἴπω, unde vir cel. repetit verbum ἵπταμαι) nostro quidem judicio, dixissent Græci κραιπτὸς, vel κραιπτηνὸς, non vero κραιπνός. Itaque malim illud πνος pro mera terminatione accipere. Conf. etiam supra in Ἵπταμαι. E. S.]

Κραῖρα caput. Vox tantum productior est à nomine κρὰ, quod sæpe jam commemoratum.

Κράμβη crambe, brassica. Fœmininum est à Masc. κράμβος: de quo mox. Dicitur autem sic forte brassica à tactu arido, et quasi rigido.

Κράμβος aridus. Dicitur pro κράβος; hoc autem à κράω, quod, inter alia, videtur significasse induresco, vel arefacio. Unde κράμβος eximie de iis rebus ponitur, quæ in superficie, vel ad solem, vel ad ignem, indurescunt.

Κρανία cornus. Dicitur à κράνον, de quo alibi dictum. Habet autem nostrum eandem significationis rationem, quam Lat. cornus, haud dubie ortum à cornu, quod in origine convenit cum nostro κράνον, et κρανία. Sunt, nempe, vicina (ut alibi vidimus) κὸρ, κὰρ, κὲρ, κρὰ, κέρα, et similia: quibus omnibus summitas alicujus rei notatur.

Κράστις gramen, fœnum. Haud dubie ortum est a κράω. Nescio tamen, utrum dicatur à carpendo, an vero ab arefaciendo: quam notionem vidimus ad vocem Κράμβος.

Κράταιγος Cratægus, arboris genus. Est vox composita ex κράτος, et αἰγός. Prius est à nomine κρὰς caput; posterius à verbo ἀΐσσω, unde αἶξ, αἰγὸς, oritur. Significat itaque κράταιγος, eximie, quasi caput quatiens, vel in altum subito erigens, vel simile quid.

Κράτος robur. Vox orta est à κράω superior sum. Hinc κράτος ad robur translatum, quo quis altero plus valeat. Differt autem, in usu, leviter à κάρτος, quod ortum à κέκαρται, tertia Præter. perf. Pass. verbi κάρω, unde καράω, et inde κράω, quod peperit nostrum κράτος. Nempe, κράτος ponitur de viribus corporis et robore, quæ etiam maxime propria notio est vocis κάρτος: in usu tamen hoc in primis ad animi firmitatem et robur respicit.

Κραῦρος siccus, rigidus, aridus. Ejusdem est originis ac vox κράμβος, ortumque à κεράω. Nescio autem, an ad rigiditatem tactus translatum sit vocabulum nostrum, ratione habita significationis, quæ est vocis κρὰ, et similium: ut proprie κραῦρος dicatur id quod habeat plures summitates, atque inde ortum asperitatem, rigiditatemque? Ut ut est, opponitur certe voci γλίσχρος glaber.

Κράω. Fuerunt variæ verborum formæ, quibus notio miscendi subjecta, ortæ ab obsoletis verbis κέρω et κίρω; ut sunt κεράω, κερανύω, et inde κεραννύω, et κεράννυμι. Porro ex κεράω factum est κράω, unde nomen κρᾶμα, id ipsum notans, quod mixtum est, et κρατὴρ, pp. eum notans, qui misceat, et inde eximie vas, in quo vinum miscetur cum aqua: de qua re etiam κεράννυσθαι eximie ponitur. Præter hæc verba memorata, à κράω fluxit reduplicatum κικράω, et contractum κικρῶ. Porro memoratum κίρω peperit verbum κίρνω, et inde κιρνάω. Uti autem à βάω oritur βαίνω, sic itidem à κεράω fluxit κεραίνω, etiam miscendi notione positum. A κεράννυσθαι ortum συγκεράννυσθαι proprie poni solet de duabus rebus diversis, et in primis quidem liquoribus, quæ ita misceantur et intime permisceantur, ut ex ista commixtione unum aliquod fiat. Differt autem hoc συγκεράννυσθαι ab altero συγκρίνεσθαι, hoc modo, ut συγκρίνεσθαι de iis ponatur, quæ Latine dicuntur concreta, cui oppositum est διακρίνεσθαι, quod ponitur de rebus, quæ concretæ deinceps dissolvuntur: atque ita σύγκρισις et διάκρισις à Philosophis eximie tribui solent corporum concretioni et dissolutioni. Ex quibus facile jam patet quomodo à συγκρίνεσθαι differat συγκεράννυσθαι, quod à supra memorata notione transiit ad commixtionem cibi, qui, in succum conversus, corpori humano dici potest συγκεράννυσθαι vel admisceri.

Κρείσσων, vel κρείττων melior. Recte, si usum spectemus, Comparativis adnumeratur; sin vero vocis naturam consideres, proprie est Adjectivum Participiale, ortum à verbo κρείσσω, vel κρείττω: quod, à Futuro κρείσω, primitivum habet κρείω vel κρέω. Hoc autem, in antiqua lingua Græca (ut vicinum verbum κράω) significavit imperare, vel, proprie magis, validum esse, et superiorem esse viribus; unde ductum nomen κράτος, robur significans, et verbum inde deductum κρατεῖν viribus valere et superiorem esse. Ex dictis facile apparet, ut verbum κρατεῖν, et participium κρατῶν, sic quoque κρείσσων et κρείττων, natura sua, significationem comparandi habere: quapropter etiam promiscue construuntur verbum κρατεῖν, et κρείττονα εἶναι. Sic locutiones obviæ sunt κρατεῖν ἡδονῶν, et κρείττονα εἶναι ἡδονῶν: et κρατεῖν, vel κρείττονα εἶναι λύπης, γαστρὸς, Ἀφροδισίων &c. [Conferantur quæ dedit Valckenær. ad Euripid. Phœniss. vs. 896. p. 333. et Adnot. ad Eurip. Hippolyt. p. 294. 295. E. S.]

Κρέκω pectine pulso. Proprie poni videtur de sono, qui editur, primis hujus verbi literis in gutture pronuntiandis. Hinc transfertur ad sonum, qui editur pectine pulsando fides: unde ipsam porro actionem notat pulsandi pectine. [Literas Π et Κ, sæpius, inter pronuntiandum permutari, res est nota fatis, et à Vossio, in tractatu de Permutatione literarum, exemplis comprobata. Itaque verisimile videtur, Græcorum κρέκειν esse Lat. crepare. Quod verbum Latini, non tantum sensu intransitivo, adhibuerunt (quemadmodum Græcis quoque κρέκειν interdum esse "idem atque ἠχεῖν, et quidem edere sonum molestum, insuaviter creperum," observavit H. Steph. in Append.

col. 1290.) verum etiam sensu transitivo, sive activo; unde apud Statium Theb. 6. vs. 687. Æra crepant, id est, pulsant, et resonare faciunt. Vide plura apud Forcellinum, in Lexico totius Latin. voce crepo. Ex qua quidem convenientia verbi Græci κρέκειν, cum Lat. crepo, facile quoque resolvi posse autumem dubium, sitne crepo etiam tertiæ conjugationis apud Latinos, quod tradidit Eutychius Grammaticus, p. 2188. Putschii. E. S.]

Κρεμάω suspendo. Ortum est à verbo κρέω, quod est quasi in altum erigo, verbo, ut alibi vidimus, orto à κὰρ vel simili forma: unde translatum est ad suspendendi notionem. Idem vir cel. alibi: "Verba antiquissima sunt κρέω et κράω, quæ proprie significarunt princeps sum, primus sum, vel caput sum. Nomina, nimirum, antiqua (unde verba hæc oriuntur) κρὰς, κρὴς, conveniunt cum κέρας, κάρα, κὰρ, κὴρ, Lat. cor, similibusque: quæ, partim ipsa superstitia, partim in compositis servata, proprie significant rei cujusvis extremum vel summum: unde speciatim de capite, cacumine, aliave summitate ponuntur. Hinc facilis ratio, quare verbum, inde derivatum, κρεμάω significet suspendo, quasi dicas, in summum elevatum suspendo. Cernitur autem ista potestas, non tantum in hoc nostro verbo, sed etiam in derivato Participiali κρημνὸς, quod proprie contractum ex κρημένος, pro κεκρημένος. Hoc vero, analogice retrocedendo, apparet esse à verbo κράω, vel κρέω: ut κρημνὸς proprie sit, quasi, in summitate suspensus: à qua notione facilis transitus est in eam præcipitii, quæ voci huic adjungi solet. [Diversa nonnihil ratio est verbi Latini cremo, cremare: etsi in origine idem haud dubie sit, quod Græcum κρεμᾶν. Nempe à κέρω seco, est κέρμα, pp. segmen, sive frustum resecotum, notans, peculiariter, frustum monetæ minutulum. Huic voci κέρμα, per metathesin κρέμα, adfinis videtur fuisse alia obsoleta κρέμιον, unde superest Latinorum Plurale cremia, segmenta sive fragmenta ligni notans, quibus fornacem incendebant. Hesych. κέρματα. θραύσματα. Jam vero, ex hoc fonte ductum, Lat. cremare nihil aliud videtur fuisse, quam cremiis ejusmodi, sive κέρμασιν, succendere: ut cremare Lat. sit verbum denominativum. E. S.]

Κρέμβαλον crembalum. Dicitur pro κρέβαλον, quod formatum ad imitationem ejus soni, qui editur instrumento Musico, quale eximie nostro vocabulo designatur. [Ejusdem quoque originis vox est Latina crepitaculum. Conf. Ez. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 247. E. S.]

Κρήγυος jucundus, gratus. Vox videtur composita ex κρὴ, et γύος. Κρὴ autem, ut supra vidimus, vicinum est voci κὰρ, et cor Latinorum: γύος porro à verbo γύω insinuo, vel capio. Itaque κρήγυος pp. fuerit quod cor oblectat. [Vide interpretes ad Iliad. Α. 106. E. S.]

Κρήδεμνον capitis ligamentum. Compositum est ex κρὴ [pro κάρη caput] de quo supra, et δέμνον, quod contractum ex δέμενον, à verbo δέω ligo. [Vide cel. auctorem in Animadvers. ad Coluth. l. 1. cap. 2. p. 8. 9. E. S.]

Κρημνὸς præcipitium, vel locus pendens, Oritur à κρημένος, pro κεκρημένος, Participio verbi κράω, vel κρέω, quod cum κρεμάω pendo componendum. [Vide supra in κρεμάω.]

Κρήνη fons. Haud dubie in origine convenit cum verbis κράω, κεράω, et Lat. creo, vel cresco: ac fortasse dicitur à saliendo in altum; ut ita significationem acceperit à nomine κὰρ, vel vicinis. [Si contuleris Lat. crena, sive Plurale hujus crenæ, quod, in Onomastico veteri, exponitur γλυφίδες, id est, incisuræ, verisimilius videri queat, κρήνην pp. esse incisuram, atque adeo aperturam, foramen, unde aqua exsiliat. E. S.]

Κρηπὶς basis, fundamentum. Repetendum est à κράω, significante, inter alia, validum esse. [Etiam crepidam notat, id est calceamentum subæratum. Stirps κέρω seco. A qua notione secandi facillima denominatio calcei secti ad pedem; et duci quoque potest illa baseos, in qua columnæ, sive columnarum pedes, firmantur, nempe, ope incisuræ vel foraminis, ut κρηπὶς pp. sit basis, incisuram habens. E. S.]

Κρίζω strido, stridorem edo. Factum est à sono. [Tribuitur huic verbo Futurum secundum κριγῶ, unde repetunt illud κρίγε, quod est apud Eustathium, et in editione Clarkiana Homeri, Il. Π. 470. Sed videtur illud κρίγε sive κρίκε proprie esse Imperfectum verbi κρίγω, vel κρίκω, de quo mox in κρίκος. E. S.]

Κριθὴ hordeum. Videtur ortum à verbo κρίνω, vel κρίω, secerno. [Nisi malis ab aculeis, quibus κείρει, id est, pungat, vel secet. E. S.]

Κρίκος annulus, circulus. Per metathesin dicitur pro κίρκος, Lat. circus: quod à κέκορκα, Præterit. perf. Activo verbi κέρω, pp. seco, poc. manu in orbem conversa. Eadem origo est Hebr. סָבִיב a סָבַב, Arab. سَبَّ, Secuit in orbem. Aliud autem verbum est κρίκω crepo, à sono factum. Conf. de hoc Ernest. ad Il. Π. 470. et supra in κρίζω. E. S.]

Κρίνω cerno, secerno. Ortum videtur à κέρω, unde κείρω depasco: de quo verbo supra vidimus. Inde igitur est κερίω, κρίω, κρίνω. [Confer dicta superius in κράω, et quæ de verbo Latino cerno eruditissime disputata sunt inter L. Kusterum et Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam, p. 769-792. &c. Vide et Ernest. ad Odyss. Σ. 262. et Wesselingium, ad Diod. Sicul. 12. 534. ibidem laudatum.]—"Κρίνειν judicare. Prima potestas est cernere: quod ipsum Latinorum cerno est a κρίνω. Hoc enim pacto procedit Analogia: κρίνω, κρένω, et, literis transpositis, κέρνω, unde Lat. cerno. Jam vero cerno maxime usurpatur de cribro; quod nomen inde itidem derivatur. Hinc ergo κρίνειν est bonum à malo separare, unde ad judicium transfertur. Egregie ponitur [apud Aristophanem, in Pluto, vs. 48.] Τῷ τοῦτο κρίνεις; Usurpatur enim de explicandis oraculis: diciturque eodem modo κρίνειν χρησμὸν explicare, exponere, oraculum. Non alia ratione [Euripid. Hec. vs. 89. &c.] dicitur κρίνειν ὀνείρους interpretari, exponere, somnia: unde etiam somniorum interpres vocatur ὀνειροκρίτης. Apud Diodorum Siculum habemus τῶν χρησμῶν κρίτην judicem et interpretem oraculorum. Τῷ τοῦτο κρίνεις; ergo est: unde, ex qua re, hoc colligis?" T. H. "Est in eodem glossario veteri glossa hæc, notatu dignissima: Συνίασον, cerne. Ponitur ibi verbum cerno propria sua vi; ex qua reliquæ ejus virtutes manarunt. Cernere enim (ut Græcum κρίνειν) proprie notat cernere cribro: qua vi etiam verbum Latinum adhiberi, docuit L. Kusterus, in Diatribe de verbo cerno." [Sanctii Minervæ editioni, à Perizonio, Diatribe hæc est subjuncta. Si altius adscendamus, verbum κέρω pp. videtur positum fuisse de motu in obliquum dato. Unde in κείρειν orta est notio tondendi, sed ita ut manum in obliquum convertas. A κέρω porro productum est κερίω, κερίνω. Pro κερίω dixerunt κρίω: pro κερίνω autem, vel (priori vocali, per contractionem, ejecta) κρίνω, vel (neglecta vocali posteriori) κέρνω: unde Lat. cerno, Græca itidem κέρνος, κέρνα, κέρνεα, apud Hesychium aliosque obvia, profluxerunt. E. S.]

Κριὸς aries. Originem forte non aliam habet, ac nomen κὴρ, quod à κέρω. Componendum autem videtur cum κορύπτω, quasi, cornibus peto.

Κρόκη subtegmen. Videtur esse à κρόω, quod componendum cum κρίω, et κρίνω secerno: quibuscum ejusdem originis est. [Pro κρόκη dixerunt etiam κροκὶς, quin et κρὸξ, cujus Accusativus κρόκα (quod male creditur per syncopen factum esse ex κροκίδα) superest apud Hesiodum, Ἐργ. v. 538. Stirps videtur esse κέρω seco, reseco, tondeo. Unde κερόω, et, ex hujus Præter. perfecto κεκέροκα, κέκροκα, factum κρόκος, η, ον, pp. tonsus, vel qui, quæ, quod tondetur, aut tondendo resecatur. Hinc subtegmen villosum (cujus extrema itentidem resecantur et prætondentur) in forma fœminina, (usu Substantivo) vocatur κρόκη, subaudito per ellipsin nomine λάγχνη, vel simili. Latini etiam tomentum ex eadem origine dixerunt. Ceterum, et masculina forma, κρόκος similiter in usu est, et Latinis quoque usurpata, κρόκος, nempe, crocus, ut Iliad. Ξ. 343. &c. appellationis ratione haud dubie petita à similitudine, quam habet cum villis textoriis. Unde satis apparet, quam inepte ducatur hæc vox ex Hebr. כַּרְכֹּם (quod Codices nonnulli exhibent, Cant. Canticor. 4. 14. pro כַּרְכֹּם) quum contra Hebr. כַּרְכֹּם, si quidem ea lectio vera sit, quod parum verisimile, potius repetendum videretur à Græco κρόκος. Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 277. a. C. 748. b. C. &c. Bochart. Hieroz. P. 1. l. 2. col. 288. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. vs. 83. E. S.]

Κρόνος Saturnus, temporis deus. Idem antiquitus proprie fuit, quod χρόνος tempus: de quo suo loco. Originem habet κρόω. Ratio significationis obscurior. [Confer infra observationem cel. Lennepii ad vocem κρουνὸς scatebra, fons: unde verisimile videri queat, deum temporis κρόνον esse dictum, tanquam fontem et scatebram rerum omnium. E. S.]

Κροσσὸς fimbria. Qui composuerit vocem κράσπεδον, fimbriam notantem, non dubitabit, quin (ut hoc à κρὰς, sic nostrum) à vicino κρὸς sit repetendum: cujus utriusque originem supra vidimus esse κέρω et nomen κὴρ, vel κάρ. [Itaque ejusdem originis fuerit, ac supra explicitum κρόκη. Vide Salmas. ad Jul. Capitol. p. 128. laudatum à T. H. ad Aristoph. Plut. p. 251. E. S.]

Κρόταφος tempus, capitis pars. Videtur dici à pulsu in ea parte capitis, nempe à nomine κρότος.

Κρότος pulsus. Ortum est à κρόω, quod idem ac κρούω: de quo suo loco.

Κρουνὸς scatebra. Proprie non differt à nomine κρόνος, et originem habet verbum κέρω. Videtur autem eandem rationem sequi, quam vox κρήνη.

Κρούω pulso. Dicitur pro κρόω unde κρότος: nisi sit factum à sono, ut multis placet. [Conf. Valck. adnot. ad Adoniaz. Theocr. p. 357. 358.] Componi potest cum κορύπτω.

Κρύος rigor, frigus. Dubium videri potest, utrum Κ, hac in voce, litera sit originalis, necne. Videtur enim convenire, in origine, cum Latinis rigor, et frigus; et quidem repetendum esse à ῥύω, quod vicinum verbo ῥίω et ῥέω, unde porro rego, rigo, rictus, et similia. [Græcorum κρύος Æoles pronunciabant κρύος, quod haud dubie idem est ac Lat. cruor, sanguinem notans frigefactum. De litera κ, præfixa ab initio, vide Analog. p. 213. et infra in κρύπτω. E. S.]

Κρύπτω abscondo. Stirps dubia valde. Haud satis scio, an Κ hic sit litera originalis. [Fortasse, literis λ et ρ permutatis, ut alibi sæpissime, Græci κρύπτω dixerunt pro κλύπτω; hoc vero pro καλύπτω: nisi magis placeat, esse pro κορύπτω, de quo diximus in κορυφή. E. S.]

Κρώζω crocito. A sono factum verbum est. [Proprie notat rauca voce clamare, diciturque de animalibus, ac præsertim de avibus, rauca voce clamitantibus. Porro in genere de eo ponitur, qui alta, sed rauca et aspera, voce clamat. Hinc compositum ἐγκράζειν duplicem habet potestatem, apud Atticos: nam, vel notat alicui e longinquo acclamare, sive inclamare; nempe, ut magna voce illum revoces, vel significat adversus aliquem magna voce altercari, et convitiis ipsum impetere &c. T. H.]

Κρώμαξ acervus lapidum. Videtur ortum à καρόω, quod repetendum à κάρω vel κάρ: ut κρώμαξ proprie sit acervus rerum, multas eminentias habentium. [Pro κρώμαξ etiam dicebant κλώμαξ: notabatque hoc (Eustathio teste, ad Iliad. Β. 729. col. 330: 37.) pp. asperum, et confragosum, &c. Vide Steph. App. col. 1303. Unde verisimile, est, stirpem ejus esse κλάω, frango, ex quo κλῆρος, &c. E. S.]

Κρωσσὸς vas aquarium. Forte recte Etymologus repetit à verbo κρῶ effundo, quod à κερῶ repetendum. [Vide ipsum, col. 541. 30.]

Κτάομαι acquiro. Est ab Activo κτάω, cui vicinum κτίω, et inde ortum κτίζω. Forte, origine prima, convenit cum verbis κίω, ἵκω, ἔχω, de quibus dictum supra. [Κτάομαι, ex virtute verborum Mediorum, proprie significat mihi comparo, et dein mihi comparatum possideo; quare κέκτημαι, pp. comparavi mihi, ponitur pro possideo &c. T. H.]

Κτείνω interficio. Conveniunt inter se, ut varia docent tempora, κτένω, (unde nostrum κτείνω) κτάνω, κτάω et κτᾶμι. Quibuscum si quis composuerit verba κάω (unde κάνω, καίνω occido, cædo) et similia, vix dubitabit, quin ab eadem stirpe sit quoque ductum nostrum. [Potuit etiam, adscita, ab initio vocis, litera κ, κτείνω dici pro τείνω, pp. tendo, extendo: porrigo. Quod speciatim dixerunt de mortuo, extentis pedibus, manibusque, humi jacente: unde illud κεῖτο ταθεὶς, Il. Ν. 655. Φ. 119. Itaque κτείνειν, hoc ex fonte, idem fere fuerit, quod Belgarum *nederleggen, iemand neerleggen, eene neerlaag doen*. Stirps τέω, cui vicina τάω, τύω, quod posterius fortasse dedit quoque Gallicum *tuer*. E. S.]

Κτεὶς pecten. Origine convenit haud dubie cum κτείνω: ortum, nempe, à verbo simpliciori κτέμι; et dici videtur à cædendo, dividendoque. [Nisi malis à τέω, præfixa κ, repetere κτέω pp. extendo, porrigo. Vide in κτείνω. E. S.]

Κτέρεα justa, exsequiæ. Videtur ortum esse à κτέω, cui vicina sunt κτάω, et similia: quæ vide. [Solebant veteres, quando justa alicui solvebant, res pretiosissimas, et quidquid defuncto fuerat in deliciis, rogo tradere. Vide Plutarch. t. 2. p. 1104. Heroicis temporibus eum morem jam obtinuisse, ex Homero satis constat. Veteres appellabant κτέρεα, quæ recte Hesychius interpretatur πάντα τὰ εἰς τιμὴν τοῖς κατοιχομένοις ἐπιφερόμενα. Vide Il. Ω. 37. Od. Α. 291. &c. Vocabantur autem κτέρεα quia erant, quasi, possessiones mortuorum. Κτέρας enim, vel κτέρος, est à κτέω possideo. —— Κτέρεα, apud Iones, idem, quod κτήματα: sed usus voluit, ut illud proprie diceretur de iis rebus, quæ, velut possidendæ, in monumentum ponebantur. T. H.]

Κτῆνος jumentum, pecus. Haud dubie originem habet verbum κτάω, unde κτάομαι. [Simili ratione Hebræis מִקְנֶה pecus dicitur à קָנָה, id est, ab acquirendo. E. S.] Alio loco vir celeberr. "A verbo κτάομαι, vel vicino κτέομαι" inquit "nomen factum est κτέανος, notans possessionem: nam, à verbo κτᾶσθαι acquirere, Aoristus κτήσασθαι significat possidere. [Vide T. H. ad κτάομαι.] Istud autem κτέανος, à poëtis usurpatum, peperit contractum κτῆνος: quod recentioribus Græcis usurpare placuit pro jumento, et in primis pro equo. Cujus translationis ratio repetenda est a veterum possessionibus, quæ potissimum constabant in pecudibus et jumentis. Sequuntur autem hanc significationem maxime derivata à nomine κτῆνος, ut ἐπικτηνίτης jumentarius, et alia similia.

Κτίζω condo. De hoc dictum jam est ad verbum κτάομαι. [Comparationem verbi nostri κτίζω cum altero κτάομαι valde commendare videri possit Hesychius, vocem κτήτορες, hoc modo exponens: Κτήτορες· οἰκοδεσπόται· κτίσται. Sed audiamus Valckenarium, in lectionibus ad Act. Apost. 4. 34. "Κτήτορες, forma vocis rarissima" inquit "ex hoc Lucæ loco, in Hesychii Lexicon fuit recepta: ubi editur: Κτήτορες· οἰκοδεσπόται· κτίσται. Hic vero neutri, neque Scaligero, nec Guyeto, auscultandum est. Ultima vox κτίσται non pertinet ad κτήτορες, sed ad κτίτορες, quod, ante κτίσται, est restituendum. Κτίτωρ enim est conditor, à veteri verbo κτίω condo; cujus forma productior κτίζω tantum in Lexicis invenitur. Altera tamen antiquitus obtinuit: nam vicini, vel circa aliquem habitan-

tes, Homero dicuntur περικτίονες. Istius vocis occasione, Eustathius ad Iliad. T. 104. 109. p. 1175. 13. δοκεῖ, inquit, προϋπάρχειν αὐτοῦ ῥῆμα τὸ κτίω· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ κτίται, ὅπερ ἐστὶ κτίτορες. Sed et, in isto Eustathii loco, hodie mendose legitur κτήτορες, quod significat possessores.—— Id vero ab illis, qui scriptores Græcos legere cupiant, in primis observandum est, vocales η et ι eodem sono fuisse à librorum descriptoribus pronuntiatas. Hic fons multarum correctionum, in auctoribus detegendarum. Quod si quis exemplis confirmatum desideret, legat is Miscell. Obss. vol. 4. p. 285. 288. vol. 6. p. 348. vol. 10. p. 208. Bergier. ad Alciphr. p. 211. Wesseling. Probabil. p. 312. Heins. ad Theophr. p. 14. n. 4. Arnald. in Animadv. p. 68. et in Lect. Græc. p. 40. 57. 95. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 240. 372." L. C. V.]

Κτίλος aries. Nescio an sit à κίω, ut multi volunt. [Vide omnino Etymologum M. col. 542. 33. ubi plures hujus vocabuli derivationes habentur. Atqui, ut κτυπέω manifesto est à τυπέω, et κτείνω videtur esse à τείνω, (litera κ præmissa :) ita longe verisimilius est, κτίλον arietem esse item à κτίλω, hoc vero pp. idem esse quod τίλω, unde τίλλω vello, vellico. Vide infra in τίλλω, suo loco. E. S.]

[Κτυπέω sono, resono, Manifeste et hoc verbum ab initio habet κ servile. Formatum namque est à τυπέω, quod à τύπω, pulso, verbero. Itaque, uti Belgæ dicunt *donderslagen*, ita Græci videntur dixisse κτυπήματα: κτυπεῖν autem et κτυπέειν Jupiter dicitur, quando tonat. Il. Θ. 170. Η. 479. Ν. 140. Conf. infra in τύπτω. E. S.]

Κύαθος cyathus, genus poculi. Stirps est κύω turgeo.

Κύαμος faba. [Item testiculus, et papilla extumescens in pubescentibus. T. H.] Et hoc à κύω turgeo est.

Κύανος cæruleus. A κύω turgeo nomen est κῦμα fluctus, tumor maris, unda. Ab hujus autem colore nostrum κύανος dicitur. [Malim repetere ab obsol. κύα, cujus vicina forma κύος videtur reliquisse nomen κύος, quod Hesychius per κύημα, id est, tumorem, explicat. E. S.]

Κύαρ foramen acus. Ortum est à κύω, videturque dictum à turgedine. [A cavitate repetit Iz. Vossius, quem vide ad Hesych. Alb. t. 2. col. 303. E. S.]

Κυβερνάω guberno. Est vox compos. ex κύβος vel κύβη, et ἐρνάω, quod, pro ἐρνάω, repetendum est ab ἐρέω, de quo supra. Notat autem ἐρέω frequenter moveo : κύβος porro (de qua voce mox dicetur) caput est. Κυβερνάω igitur pp. est caput agito, quod est guberno. [Lat. guberno est ipsum hoc Græcum κυβερνάω, ῶ, literis k et g, ut sæpe alibi, permutatis. Ceterum Æoles, pro κυβερνήτης gubernator, dixerunt κυμερνήτης: quod magnam nobis suspicionem movet, vocem compositam esse ex κῦμα fluctus et ἐρέω moveo : ut κυμερνήτης proprie sit quasi qui fluctus moveat, motor fluctuum, quem deinceps vero, literis μ et β permutatis, vocaverint κυβερνήτην. Confer Etymol. M. col. 543. Aliam originem vocis suppeditare posse videri queat locus Homeri, Od. M. 217. 218. Sed Lennepiana illa, vel nostra, videtur esse vera. Inspice hic omnino Il. Ψ. 316. Od. I. 78. A. 10. &c. E. S.]

Κύβη caput. Dicitur à cavitate vel turgedine : quæ notio est verbi κύω, unde oritur.

Κύβηλις securis. Haud dubie est compositum ex κύβος, vel κύβη, et ἧλις, quod idem ac ἧλος clavus, de quo supra. Est itaque κύβηλος pp. instrumentum, cujus veluti caput clavum habeat. [A forma incurva dici, Guyetus conjiciebat. Vide ipsum ad Hesych. in voce. E. S.]

Κύβος tessera. Ejusdem est originis ac κύβη (à verbo, nempe, κύω turgeo) et illi quidem voci vicinum. Κύβος pp. est figura à sex partibus quadrata, quod Latini vocant quadrantal. Quia autem alea eam habet figuram, dicitur κύβος. Hinc quoque est κυβικὸς figura cubica præditus. Κύβος etiam ponitur pro statu firmo (aleæ enim, quocumque moventur, firmæ jacent) et homo constans dicitur κυβικός. T. H. [Plura vide apud Hesych. in voce, et ibidem apud viros doctos. E. S.]

Κύβιτον os cubiti, seu os in cubito eminens. Est à κύβος, de quo modo dictum.

Κυδοιμὸς tumultus, vel turba tumultuantium. Vox composita est ex κῦδος, et οἶμος: quorum hoc viam notat; ut suo loco dicetur. Κῦδος autem, dictum à κύω, vel turgedinem, vel motum excitatum, significare potest. Convenit, nempe, verbum κύω (unde oritur) cum κίω, similibusque. Κυδοιμὸς itaque pp. turbam et tumultum, in via excitatum, notat. [Veteres Grammatici vocem nostram simpliciter τάραχον, θόρυβον, i. e. conturbationem, tumultum, exponunt : cui interpretationi usus linguæ ad amussim respondet, Il. K. 533. A. 52. 164. 538. Σ. 218. Hesiod. Ἀσπ. vs. 156. &c. Itaque, uti tumultus Lat. est à tumo, vel, forma ejus productiori, tumeo, quidni etiam nostrum κυδοιμὸς, à forma Græca productiori κυδοίω, et quidem ab hujus prima præterit. perf. Pass. persona, κεκύδοιμαι, derives? Quod si displiceat, vide, num κυδοιμὸς sit à Dativo κύδῳ, veteribus κύδοι, eadem fere ratione, qua ἕτοιμος pp. est ab ἔτα, sive ἔτῳ, Dativo obsoletæ vocis ἔτος. E. S.]

Κῦδος gloria. Dicitur ab excitando et turgendo : quæ notio est verbi κύω, unde oritur. Ab eadem virtute transfertur etiam ad convitium, ex ira profectum. [Distinguunt, nempe, Grammatici inter κῦδος et κύδος: quorum illud, decus, gloriam, hoc vero maledicentiam, convitium notat. Vide Hesych. in voce, et ibidem viros doctos. "Κῦδος gloriam significat, ducto nomine à tumore : et plerumque sumitur in bonam partem. Κῦδος igitur est omne id, quo quis supra alios excellit. Sic βασιλεία vocatur κῦδος, i. e. dignitas, quo quis supra alios eminet. Hinc et pro victoria sumitur, in phrasi κῦδος αἱρέσθαι, victoriam reportare. Dii à poëtis dicuntur κῦδός τινι διδόναι victoriam alicui dare, et dein etiam regnum alicui tribuere. Hoc igitur modo intelligendus est Homerus, Il. A. 279. Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν Sceptriger rex, cui Jupiter hanc honoris prærogativam, gloriam, dedit." T. H.]

Κυκάω misceo. Ortum est à κύω, et conveniunt κυκάω, et κυκίω cum κάω, κίω, κίω: ut adeo parum referat, sive statuas reduplicatam esse verbi formam, sive formatam à κύκω et sic à κύω. Dicitur autem à motu, quo res turbantur, et proprium est liquoribus miscendis. [" Κύκος, apud veteres Græcos, significavit tumidus. Jam vero quodcumque miscetur, addito fermento, tumescit. Hinc κύκος quamcumque farinam subactam, et fermento tumescentem, significavit. Hinc κυκάω misceo, et miscendo subigo : quare, in re coquinaria, usurpatur pro multas partes inter sese mixtas subigere. Inde translatio fit egregia, et ponitur simpliciter pro inter se commiscere. Sic v. gr. apud Polybium, aliquis dicitur, κυκᾶν τὰ πράγματα, τὴν πολιτείαν, res, vel rempublicam, miscere. Ἀνακυκᾶν porro convertendo inter se sursum deorsum miscere, ut ἀνακυκᾶν τὰ φάρμακα venenum miscere. In significatione metaphorica, Philemon Comicus dixit, τὴν τύχην ἀνακυκᾶν, καὶ ἀναστρέφειν πάντα." T. H.]

Κύκλος cyclus, circus. Videri potest ortum à κύκυλος, vel κύκελος, quando, per reduplicationem, repetendum est à κυλίω, vel forma quadam vicina. Id autem est volvo. Ut ut est, originem habet κύω turgeo. [Formam κύκυλος diminutivam à κύκος servavit nobis lingua Latina, in cucullus. Vide omnino Vossii Etymol. in voce. E. S.] " Κύκλος in origine notat figuram tumentem. Est enim à verbo κύω, significante tumeo, turgeo. Firmat originem, à κέκυμαι ductum, κῦμα fluctus, pp. fluctus tumens. De Volsca bellatrice, Virgilius, in Æneid. 7. sub finem,

> Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
> Ferret iter.

Πόντιον οἶδμα, maris tumorem, vocavit Moschus, Idyll. 2. 150. Est et κῦμα, interprete Hesychio, τὸ ἔτι ὂν ἐν τῇ κοιλίᾳ fœtus latens in matris utero, atque illam tumefaciens." L. C. V.]

Κύλα cavitates oculorum. Dicitur à κύω, vel κύλω turgeo. Quod ipsum κύω, inter alia, respondet Latino cavo. [Est, nempe, neutrum Plurale à Sing. κύλος, η, ον. Masculina forma κύλος à Latinis servata est in suo culus : videturque vicinum hoc nomen fuisse alteri κουλεὸς [culeus,] de quo legatur Scaliger apud Vossium, in Etymol. E. S.]

Κυλίω volvo. Et hoc repetendum est à κύω. Proficiscitur, nempe, ista notio à rotunditate rei turgentis. Nam κύω apud Græcos idem est, quod turgeo : quæ notio in derivatis omnibus locum habet. [A κυλίω volvo descendit quoque vox κύλιξ, apud Græcos notans calicem, dictum haud dubie à forma, quam habet, rotunda. Vide omnino loca scriptorum, in Stephani Thes. t. 2. col. 496. Quin etiam Latinis culicem (in Nomin. culex) à rotunda potius forma dici, quam à Gr. κώνωψ, vel quod sit, quasi, cutilex (id est cutim laciens, cutim rodens) satis verisimile efficiat illud Adriani Imperatoris, apud Spartianum in ejus vita, cap. 16. " culices pati rotundos." E. S.]

Κυλλὸς claudus. Est pro κυλὸς, et dicitur à curvatura. Stirps κύω turgeo. [Vide omnino Hesych. in voce, nisi nomen habeat à gressibus ambiguis, quibus quasi volvitur : ut κυλλὸς pp. sit volubilis. E. S.]

Κῦμα fluctus, unda. Dicitur à verbo κύω, moveo, turgeo. [Vide cel. Valcken. ad vocem κύκλος.]

Κύμβος cavus recessus. Dicitur pro κύβος : et hoc à cavitate. Stirps κύω, de qua jam sæpe. [Forma hujus vocis fœm. est κύμβη, Lat. cymba, pp. cavatam, pecul. alnum ejusmodi, atque adeo navigium, notans: porro genus poculi rotundi, acetabulum femoris &c. E. S.]

Κύμινδις avis nocturna [de qua Homerus, Il. Ξ. 291. Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Ubi vide Clarkium.]

Κύμινον cuminum, herba, et semen ipsius.

Κυπάρισσος cupressus [Lat. pro cuparessus.]

Κύπαρος vas concavum, et valde capax.

Κυπὰς pallium, lecti stragulum [si sana lectio sit hujus vocabuli apud Lycophronem, unde affertur.]

Κυπασσὶς supparum, species tunicæ.

Κύπειρος cypeirus, juncus angulosus.

Κύπελλον genus poculi : partim originis incertæ sunt, partim sunt orta à verbo κύω, et κύπω: de quo jam vidimus. [Postremum hoc κύπελλον dubitare vix licet, quin sit Diminutivum nomen, ductum à primitivo κύπος, cujus fœmininum κύπη apud Hesychium superest et apud Latinos in cupa; unde et Diminutivum Latinum cupella. Recte vero videtur originem ejus tradidisse Eustathius, p. 158: 41. et seqq. ubi exponit ποτηρίου εἶδος ἐστὶ τὰ ἴσω κύπτον. Vid. Iliad. A. 596. Δ. 345. &c. E. S.]

Κύπτω pronus inclino vel incurvo me. Dicitur pro κύπω, quod convenit fere cum κάπω, unde Latinum capio. Stirpem autem habet κύω turgeo. Itaque κύπτω pp. significat curvo et curvando inclino : quod speciatim iis tribuitur, qui corpus inclinant et curvant. [" Ab hoc κύπτειν, sive κύπειν, etiam cupere et concupiscere, apud Latinos, dimanarunt : ut אָכָה voluit, apud Hebræos, pp. est inclinatus, propensus fuit." Conf. Schultens. Comment. ad Proverb. Salom. p. 300. E. S.]

Κῦρος auctoritas. Origo haud dubie est verbum κύρω, vel remotius κύω. Dubium autem videri potest, unde significaverit auctoritatem. Videntur mihi quidem vicina fuisse nomina κὰρ, κὴρ, κὸρ, κὺρ, uti probabile faciunt ejusdem significationis derivata κάρανος, κοίρανος, (pro κόρανος,) quibus omnibus designatur princeps, quasi caput populi. A κὺρ itaque caput, principium, nomen κῦρος videtur translatum ad auctoritatem.——Idem vir cel. alio loco": " A Græcis κύρειν dicitur proprie quidquid accidit, quasi, opportune, et veluti in summo articulo temporis. Quod enim ad originem attinet, verbum componendum est cum nomine καιρός. Inde nomen est κῦρος, significans in usu auctoritatem : quod peperit Adjectivum κύριος. Et hoc quidem pp. notat privum vel proprium, quasi dicas, ejus, qui habeat auctoritatem, vel id, in quod habeas auctoritatem, tanquam dominus. Ita, Adjective, πρᾶγμα dicitur κύριον εἶναί τινος. Non dissimili ratione Epicurus olim sua placita κυρίας δόξας vocavit, quasi privas sibi opiniones. Substantive κύριος dicitur is, qui dominium habet in alium, atque adeo dominus : unde reges sæpe etiam κύριοι dicuntur." &c. Hactenus Lennepius. [Auctoritas Græcis est κῦρος: hinc verbum κυρῶσαι pp. vim vel auctoritatem indere.—Ab eadem voce κῦρος ductum κύριος, dominus, erat dominus auctoritatis. Respectu vero possessionis, dominus, vel herus, audiebat δεσπότης. Dici nolebant se Græci subjectos δεσπόταις, sed reges in Oriente δεσπότας appellabant : quorum subditi essent servi. Nusquam etiam Græci deos suos dixisse deprehenduntur δεσπότας. Metuebant quidem deos suos, non tamen servili metu, qui dedecet ingenuos, sed metu, quo parentes veneramur. In foro Attico pater filii κύριος dicebatur : maritus uxoris erat κύριος. Demosthenes ista duo accurate discernit, populum Atheniensem aliquando fuisse scribens δεσπότην, καὶ κύριον ἁπάντων. L. C. V. Vide omnino Jo. Jac. Reiske, in Indice Græcitatis Demostheneæ, vocibus κύριος et κυρίως. Ceterum, ut Hebræi בַּעַל, pp. dominum, maritum &c. dixerunt à בָּעַל tursit, eadem fere ratione, apparet, Græcos appellasse κύριον, à κύω, turgeo. Usus tamen secundarii horum vocabulorum nonnihil differunt. Conf. huc Schultens. Comm. ad Prov. Salom. p. 475. ss. E. S.]

Κυρτὸς curvus. Ortum est à κέκυρται, tertia Præter. perf. Pass. verbi κύρω : cujus propria potestas cernitur in Latino derivato curvo. [Vide dicta ad vocem κουρὰ, et sequens κύρω. Origo est κύω tumeo. Itaque κυρτὸς ad proprietatem reddi potest tumidus, convexus, uti fecit Clarkius, ad Il. Δ. 426. Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται tumidus existens fluctus maris fastigiatur. Vide ejusdem observata in notis, loco Hom. ibidem subjectis, et confer omnino Il. N. 799. B. 218. Intelligetur ex his etiam nonnihil accuratius, quam vulgo, quid sint " dolia curta," apud Lucret. 4. 1022. " Tegula curta," Propert. 4. 7. 22. et alia similia, à Forcellino laudata. E. S.]

Κύρω incido, impingo. Videtur sic dici à κὺρ, [de quo in κῦρος dictum,] vel etiam à verbo κύω, quod est turgeo, sive inflectendo curvandoque facio, ut quid turgeat. Inde inflecto, atque sic incido, significare potuit. [Itaque nostrum κύρω pp. idem est, quod Lat. curvo : quæ verbi proprietas facile perspicietur ex illis Homeri, Il. Ω. 530. Ubi, quum præcessisset, Jovi duo dolia in limine jacere, ex quibus mortalibus dona proferat, addit poëta Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε ΚΥΡΕΤΑΙ, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ, quod vertunt, " Interdum quidem in malum dolium ille incidit, interdum et in bonum." Hæc tamen proprie, ex vi verbi Medii, sic sonant : Interdum quidem in malum dolium se incurvat, (nimirum, ut solemus, è dolio, humi jacente, aliquid depromturi, nosmet incurvare, pronoque corpore inde haurire :) interdum et in bonum. De leone Il. Γ. 23. ut leo gaudet, μεγάλῳ ἐπὶ σώματι ΚΥΡΣΑΣ, qui magnum in corpus inciderit, pp. qui se incurvaverit, quod Virgilius Æn. l. 10. 723. reddebat : Visceribus super accumbens, et Hebræi item dixerunt כָּרַע, incurvare, Gen. 49. 9. A notione autem incurvandi est illa secure recumbendi, et dein habitandi, in loco : quæ vis sentiri potest, ex illo Num. 24. 9. כָּרַע שָׁכַב incurvavit se, decubuit, instar leonis, quis jubebit eum assurgere? Hinc est, quod permutentur fere κύρειν et ναίειν. Vide Valcken. Adnot. ad Euripid. Hippol. p. 244. 2. Porro eadem indoles est verbi derivati κυρέω, κυρῶ. Conf. Theocr. Id. 3. vs. 51. et ibid. Valcken. p. 76. E. S.]

Κύστις vesica. Dicitur à κύω turgeo : à cavitate, nempe, et, cum ea conveniente, turgedine.

Κύτος cavitas. Et hoc est à κύω turgeo. [Conf. huc quoque observata Clarkii, ad Il. Δ. 426. de voce κυρτὸς tumidus, et Lat. convexus. E. S.]

[Κυφὸς curvus, gibbosus. " A κύβω, κύπω, κύφω, pro quo dicitur κύπτω. Triplex hæc forma apud veteres in usu est. A κύβω fit κύβος, à κύπω κυπὸς (unde κύπελλος, κύπελλον &c.) sed à κύφω est κυφός. Proprie autem hæc omnia sunt à primitivo κύω tumeo; eademque potestas etiam in derivatis est. Jam vero, quæ tument, curvantur: unde κυφὸς dicitur de senibus, qui præ senio curvatum habent corpus. Κύφων autem in carceribus dicebatur lignum, quod collo circumdabatur" &c. T. H.] [Conf. quæ vir summus dedit ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 134. E. S.]

Κύω gravida sum, in utero gesto. Propria potestas repetenda est à verbis vicinis κάω, κίω, κίω, κόω, κύω· γάω &c. χάω &c. ἵκω, ἴκω, et simil. quæ omnia cognata sunt, et vicina. Hinc proprie motum significat, qui conspicuus est in Græco κίω, ἵκω, et aliis. Dein significat ambio, capio, aut similia, quæ cernuntur in derivatis verborum χάω, κάω, &c. ut et in capio Latinorum, et Græco χαίνω. Porro ad cavitatem, et quasi capacitatem, transfertur: cujusmodi notiones cernuntur in verbis κάω (quod est Lat. cavo) κόω, unde κοῖλος cavus, similibusque; inde porro ad turgedinem rei capacis, atque sic ad graviditatem. [Aliud κύω, osculor, in Futuro κύσω vel κύσσω, videtur à sono factum, et origine idem plane esse ac Belgarum *Kussen*. Vide Il. Ζ. 474. Ω. 478. Od. Π. 15. Ω. 235. et alibi. Paullo aliter tamen cel. Lennep., quem vide in κύων. E. S.]

Κύων canis. Proprie nihil aliud est, quam Participium verbi κύω, Substantive usurpatum. Notat autem κύειν pp. turgere. Inde κύων turgens: quæ Participii vis præsertim cernitur in compositis, ut ἐγκύων: quod (uti aliud derivatum ἐγκύμων) mulieribus gravidis tribuitur. A turgedine autem κύων eximie significavit canem, quia facile in iram intumescit, [nisi à turgore in libidinem dictum malis. E. S.]——A turgedine præterea verbum κύω ad oscula amatoria transfertur: atque ita Infinitiv. κύσαι, pro osculari positum, invenitur apud Theocritum: ubi κύσαι στόμα τινὸς pp. est osculo lasciviore premere os alicujus. Porro ab osculandi notione, quæ verbo derivato κυνεῖν quoque tribuitur, profecta est notio adorandi, verbo composito προςκυνεῖν adjuncta: in quo præpositionis πρὸς eadem ratio est, quæ præpositionis ad, in Latino adorare. Significat nempe, προςκυνεῖν proprie, quasi, manu ori admota (quod proprie est adorare) propinare alicui oscula, in signum venerationis, &c.

Κωβιὸς Gobius sive Gobio piscis, κώδεια caput papaveris, κώδων tintinnabulum, κώθων genus poculi Laconici, ejusdemque capacioris, κωκαλία animalia carnem sub testa habentia, partim peregrina videntur, partim orta à κόω cavo.

[Κώδιον pellis. Proprie usurpatur de ovibus, earumve pelle. Ὄϊς enim est ovis, pro quo Attici dicunt οἶς. Hoc Æoles contrahunt in ὦς. Jam vero præponitur litera κ quibusdam vocibus. Hinc ergo κῶς pp. vellus ovinum. De his plura vide apud Isaac. Vossium &c. Observandum autem est, voci huic κώδιον non subscribi iota: quod tamen proprie fieri debebat. T. H.]

Κωκύω fleo, ploro. Verbum factum à sono incondite lugentium, et veluti gula fletus cientium.

Κῶλον membrum. In primis crura et lacerti sic dicuntur. Dici videtur pro κόλον, quod à κέλω, unde κέλλω cello, tundo: de quo supra. [In pecoribus pedes, aures, et interdum caput, κῶλα vocantur. A κῶλον ductum fuit olim Adjectivum κώλεος, cujus fœminina forma, κωλέη, vel κωλέα superest in nomine subst. κωλῆ, pp. pars extima corporis animalis cæsi, et hinc perna. Eadem contractio est in συκῆ, pro συκέη, vel συκέα. T. H.]

Κωλύω impedio. Haud dubie factum à κῶλον membrum. Itaque proprie significat, quasi, membrum, pedemve pono, vel figo: quod est ipsum fere Latinum impedio, ortum à nomine pes. [Conf. simile verbum Græcum Ἐμποδίζω. E. S.]

Κῶμα somnus. Ortum à κόω, unde κοιμάω, de quo suo loco.

Κώμη pagus. Ortum est à κόω, cui vicina κίω, κεῖμαι jaceo. [Κώμη apud Græcos significat vicum, nempe, vel συνοικίαν in urbibus, pluresque adeo domos, communi quadam societate junctas, quæ à Latinis dicuntur insulæ, vel pp. vicum, quem Latini vocant, in agris. Utraque potestas frequens est apud scriptores: posterior tamen crebrior. Hinc derivantur κωμήτης, et fœm. κωμῆτις. (Alterum vicarium, alterum vicariam significat.) Itidemque κωμῳδὸς, et κωμικός. Vox igitur κωμῳδὸς, si quidem est ex κώμη vicus, significabit eum, qui in vicis, vel per vicos canit. Sed alia ratio longeque diversa est eorum, qui vocem hanc compositam dicunt ex κῶμος, et ἀοιδὴ, vel ᾠδή. Κῶμος significat canticum hilare et protervius ad lætitiam compositum: qualia cantica olim, in festis diebus, cani solebant, tam in honorem deorum, quam lætitiæ excitandæ caussa. Hinc propagata est ejus vocis potestas, ad denotanda cantica liberiora et lasciva; unde etiam illa cantica, quæ juvenes ad puellas comessantes canere solebant, κῶμοι dicuntur; et κωμάζειν petulantius decantatis canticis per urbes peragrare et vagari, ut et canticis liberioribus et petulantioribus puellas adire: adeoque κωμῳδὸς significabit hilarioris cantici, quod κῶμος dicebatur, cantatorem. Ex his Etymologiis posterior magis rationi et genio linguæ Græcæ accommodata est: quamquam plures auctores prior habeat. Nam, si analogiam linguæ Græcæ exquiramus, videbimus, priorem compositionem ei repugnare. Κώμη, nempe, locum significaret. At apud Græcos nullum datur exemplum, ubi locus conjungitur cum ista voce. Ex. gr. qui in scena canit, nunquam vocatur à Græcis σκηνῳδός: qui in theatro canit, nunquam Græce dicitur θεατρῳδός. Itaque in κωμῳδὸς prior pars locum significare nequit: sed recta hæc vox in eam compositionem intrat, quæ cantationem notat. Sic Græci dicunt ὑμνῳδὸς, θρηνῳδὸς, χρησμῳδὸς &c. et non tantum hujusmodi voces conjunguntur cum ἀοιδὸς, sed etiam vocabula instrumentorum, ut λυρῳδὸς, κιθαρῳδὸς &c. Itaque κωμῳδὸς significat eum, qui cantica hilariora publice canit. Differunt vero κωμικοὶ, et κωμῳδοί. Priores notant poëtas comi, posteriores cantatores comi. A κωμῳδὸς est κωμῳδία, quam Latini comœdiam vocant &c. T. H.]

Κῶμος comissatio. Ortum à κόω, cui vicinum κίω cio, vado. Itaque κῶμος quasi conventus, concio, et in primis hominum ebriorum, noctu vagantium cum cantu. [Alia vide in κοιμάω. Alibi vir celeberrimus: " Κῶμος à Græcis dicebatur cœtus, vel multitudo hominum ebriosorum, nocturno tempore per vias vagantium, et postes amicarum obsidentium, easque cantilenis amatoriis oblectantium. Unde deinceps ejusmodi cantilenæ ipsæ κῶμοι fuerunt dictæ. Sequebantur plerumque istiusmodi κῶμοι cœnas veterum lautiores, postquam in multam noctem saltando, bibendo, et cantando, sese oblectassent. Quum autem, in iis plerumque, præ ebrietate, petulantius et lascivius se gererent homines; apte, tanquam vicina vitia, ab Apostolo, (ad Rom. 13. 13. et Gal. 5. 21.) junguntur μέθαι et κῶμοι [ut 1 Petr. 4. 3. κῶμοι et πότοι.] A nomine κῶμος verbum ortum κωμάζω respondet Lat. comissor, quod haud dubie sic dicitur, quasi formatum à Gr. κωμίζω. A Lat. comisso factum nomen comissatio respondet Gr. κῶμος: in cujus quidem nominis Latini scriptura, etymologia prava decepti, sæpe errant, qui hodie Latine scribunt. A Græco κωμάζω nomen κωμαστὴς est: quomodo dicitur is, qui comissationi interest, comissator adeoque. [Conf. omnino L. Bos Exerc. in Epist. ad Rom. l. 1. p. 117-120. E. S.]

Κώμυς fasciculus fœni. Et hoc est à κόω: notionis autem ratio forte repetenda à derivato κομίζω porto, gesto.

Κῶνος conus, corpus mathematicum e lato in acutum desinens. Ortum est à κόω, vel propius à κόνω, quod vicinum verbo κένω, unde κέντω, à quo nominis nostri ratio repetenda est. [Vide in κόνος.]

Κώνωψ culex. Vox composita ex κῶνος et ὤψ: quorum illud vidimus; hoc ab ὄπτομαι video (de quo suo loco dicetur) repetendum est. Κώνωψ itaque dicitur qui oculos conicos habet, ut sunt culices. [Κώνωψ dicitur ex eo, quia habet coni figuram vel faciem. T. H.]

Κώπη remus. Ortum est à κόπτω tundo, de quo supra. [" Κώπη proprie notat eam instrumenti cujuslibet partem, qua tenetur. Hoc pacto remus à Græcis vocatur κώπη. Proprie est manubrium remi: ut κώπη ὀβελίσκου manubrium, quo tenetur et versatur veru in igne, κώπη φύσης manubrium, quo follis extollitur, ξίφεος κώπη manubrium ensis" &c. T. H.] [Conferendum est Lat. capulus, quæ pp. diminutiva vox est obsoleti capus, à verbo κάπω capo, sive productiori capio, quod cognatum est Græco κόπτω. E. S.]

Κώρυκος sacculus. Dubium videri potest, utrum sit repetendum à κόρυς (de quo supra) an vero à κῶς pellis. [Adfuit eadem vox, scripta per ο, κόρυκος. E. S.]

Κῶς pellis. Ortum est à κόως, vel κόας, et hoc à κόω, unde κόμη coma. Nisi malis à dormiendi notione, quæ in derivato κοιμάω cernitur, nomen hoc repetere. [Vide T. H. supra in κώδιον. E. S.]

Κωτίλλω fabulor, garrio. Nescio, an repetendum sit à κῶς pellis: ut κωτίλλω pp. sit una in pelle jaceo otiosus et blande garriens. [Videtur hinc derivationi nonnihil repugnare locus, ex Athenæi l. 10. ab H. Stephano laudatus, Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν. Voce κωτίλλη Græcis dicitur hirundo. Itaque inde nostrum κωτίλλω repetebat Etymologus, in κωτίλλων. Sed rectius fortasse dixeris à κωτίλλω, garrio, hirundinem Græce appellatam esse. Origo est incertior. E. S.]

Κωφὸς surdus. Dicitur à κόπτω tundo. Est itaque κωφὸς quasi obtusus. [Antequam litera ω in usum esset recepta, scribebant κοφὸς, quod à κέκοφα, verbi κόπτω vel κόπω, significantis cædo sive cædendo et tundendo stringo. Est ex ista origine κωφὸς constrictus, obtusus, hebes. In sermone quotidiano κωφὸς illum significabat, cujus organa sensuum essent corrupta. Mutum et surdum eadem voce significatum fuisse, mirum non est: quum ii, qui surdi nati sunt, etiam semper esse soleant muti, quia sonos audire non potuerint, quos imitando exprimerent. A Grammaticis nostrum κωφὸς redditur ὁ μήτε φθεγγόμενος, μήτε ἀκούων, id est, qui sonum non edit, neque audit. Aurium surditatem, ὤτων κώφωσιν, dixit Pempelus Philosophus, in Stobæi Florilegio, p. 461. Cæcitatem κώφωσιν ὀφθαλμῶν dixisse Hippocratem, testis est Erotianus, in Lexico Hippocratico." L. C. V.] [Vide omnino virum summum, in Animadv. ad Ammon. l. 2. cap. 14. p. 133-138. et adde Schultens. ad Prov. Salom. 3. 30. p. 25. E. S.]

Λ

Λὰ Particula est, quæ in compositis significationem intendit. Proprie repetenda est ab obsoleto λὰ, quod idem esse ac λαὸς, et λεὸς, sive λεὼς, similiaque, manifesto docent composita: ut Ἀγησίλαος, et, ejus loco ab Ionibus pronuntiatum, Ἀγησιλὰς, Λεόκριτος, et, ejus loco, Λάκριτος &c. Sunt autem hæc à λάω et λέω: quæ, primam notionem motus vehementioris habentia, forte vicina sunt verbi νάω, νέω, ex vicinitate literarum λ et ν, quæ in aliis quoque vocabulis, pro varia dialecto, permisceri interdum solent. Ut ut est, à verbo λάω, (in quo vehementiæ quandam inesse significationem, inter alia, docet vicinum λίω, unde λίαν) à λάω, inquam, ortum λὰς et λὰ significationem nominis, cui præfigitur, intendit, et in deterius quodammodo vertit. Ita λάκριτος pp. est, qui facile nimis judicat, quasi temerarie judicans. Proxime autem notio videtur repetenda à capiendo, quasi temere suscipiendo. Est, nempe, verbo λάω capiendi notio in primis familiaris et propria. [Sed errorem Grammaticorum, in voculis λα et λι confingendis, pluribus refutavit vir summus D. Ruhnkenius, in Epist. Crit. 1. p. 86-89. E. S.]

Λᾶας lapis. Haud dubie repetendum est à λάω capio, et captum tracto, atque sic levigo, polio: quæ notiones manifestæ sunt in vicinis verbis λέω et λίω: unde λεῖος levis, et λίθος lapis. Ex his facile apparet, eandem quoque esse originem vocis Latinæ lapis. Vide omnino G. J. et Is. Voss. in Etymologico. E. S.]

Λάβρος vorax. Est quasi λάβερος, ortum à λάβω, cui vicinum λαύω fruor. Λάβω autem à simpliciori λάω capio, de quo infra dicetur, in verbo λαμβάνω. [Dari cognationem quandam inter Gr. λάβω, unde λάβερος, λάβρος, et Lat. labor, lapsus sum, labi, inter alia suadet λάβρον κῦμα, Il. Ο. 625. id est, in Hesych. προπετὲς, ταχὺ, μαινόμενον, " fluctus celerrimo cum impetu labens, furensque." ποταμὸς λάβρος, Il. Φ. 271. fluvius labens, id est, præceps, rapidus, vehemens &c. Itaque, hoc ex fonte, λάβρος fortasse pp. fuerit vehemens, pecul. in vorando, δεινὸς κατὰ κοιλίαν, Æliano V. H. l. 1. 1. ubi vid. Perizon. Eadem ex origine etiam λαβρεύεσθαι garrire pp. fuerit effundere verba, quasi fluxu labente et præcipiti. Vide omnino Iliad. Ψ. 474-479. Potuit tamen aliunde quoque duci, ut, nempe, à λάβω capio, accipio cibum, pp. sint labium, labrum &c., à labro vero notio garriendi, in λαβρεύεσθαι. E. S.]

Λαβύρινθος Labyrinthus. Locus viarum ambagibus ad capiendum aptus. Ortum est à λάβω, quod à λάω capio.

Λάγνης et λάγνος libidinosus. Forte non male derivatur à λάγονος, ut sit ex λὰ et γόνος, quasi dicas, semine abundans. Rectius tamen derivari videtur à verbo antiquo λάγω, de quo in nomine λαγὼν, cuique vicinum est verbum λήγω desino: quod dicitur à solvendo, dissolvendo, quæ notio manifesta est in λύω, vicino nostro λάω, unde ortum λάγω. Hac ratione λάγνης et λάγνος non multum differrent à λελυμένος, quod notat dissolutum, et ad mores transfertur.

Λαγχάνω sortior. Ortum est à simpliciori λάγω, unde nomen obsol. λάγος sors: hoc autem à λάω capio, fruor, aut simili. Est igitur λαχεῖν vel λαγχάνειν pp. sorte obtinere, et hinc generatim magis obtinere; spec. de magistratibus aliisque ministeriis, quæ quis sorte potissimum obtinet. Unde phrasis κυάμῳ λαχὼν per fabam electus, quod est in Aristophanis Avibus, vs. 1053. &c. [Vide H. Stephan. in λαγχάνω. " Verbum à Lexicographis ponitur λαγχάνειν. Vetus verbum fuit λάχω, cujus tempora quoque derivata quædam supersunt. Ex. gr. Præter. perf. Pass. λέλαγμαι, λέλαξαι, unde orta sunt λαχμὸς, λάξις actio sortiendi. Proximum verbi veteris derivatum adhibetur à Platone λάχος, et ab Æschylo in Comœd. Septem contra Thebas, vs. 920. A verbo λάχω, per varios casus, manavit λαγχάνω, sicut à λάβω fit λαμβάνω, à λάθω, λανθάνω, à δάκω, δαγκάνω, à μάθω, μανθάνω" &c. L. C. V.]

Λαγὼν lateris cavitas. Forte ortum est à λάω, quod componendum cum λίω, et λύω. Posterius hoc notat solvo. Dicitur autem in primis λαγὼν à laxitate: quæ vox Latina ejusdem originis est.

Λαγωὸς Lepus. Dicitur à simpliciori λαγὸς vel λαγὼς [apud Ionas Atticosque usitatis] nomenque habet à laxitate.

Λάζομαι capio. Est à λάω capio. [" Origo verbi Grammaticos latuit. Λᾴζεσθαι scribi debuisset cum Iota subscripto. Est enim ex λαΐζεσθαι. cujus loco Ionice pronuntiabatur ληΐζεσθαι. Præda bello capta ab Homero ληῒς dicitur. A ληΐζω, λελήϊσμαι, λελήϊσται, descendit nomen ληϊστὴς, et contractum λῃστὴς, latro: quæ vox Latina est ejusdem originis. Porro ληΐζω, Dorice λαΐζω, contracte λᾴζω, in tertia Præter. Perfect. Pass. dedit λέλασται, et λέλασται. Hinc nomen Gr. λάστης, illinc Latinum, latro, idem significans. Erant autem in Oriente latrones prædæ abactores, Latinis etiam simpliciter dicti abactores et abigei: quæ vocabula reperiuntur in Glossariis antiquis Græco-Latinis, primum editis ab H. Stephano, dein à Vulcanio, et C. Labbæo." L. C. V.]

Λαιδρὸς imprudens. Nescio an sit à λάω capio. Videri potest etiam esse ab ἀδρὸς, de quo suo loco. A enim non

paucis vocibus præfigitur: quod sæpe nomina, à Λ incipientia, obscuræ originis facit. [An ab obsol. λαβω, Lat. lædo? E. S.]

Λαῖλαψ turbo. Dicitur pro λάλαψ, quod per reduplicationem pro λὰψ, et hoc à λάβω vel λάπτω, similive forma. Dicitur autem à capiendo. [" Λαῖλαψ ἀνέμου, id est turbo, sive addatur vox ἀνέμου, sive omittatur, ventus significatur procellosus, etiam Homero Il. I. 747. Recte Hesychius: Λαῖλαψ ἀνέμου συστροφὴ μετὰ ὑετοῦ. Optime auctor Etymologici παρὰ τὸ λάπτω, λάψω, λὰψ, καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, λαῖλαψ. Quæ tum addit, non sunt unius assis. Quam vero putat ille syllabam ortam ex reduplicatione, ea sæpe præfigitur vocibus ad vim intendendam; æque ac λα, sic λαί: ut in λαίμαργος, significante valde gulosum. Ita et λαίγυος est valde hirsutus. Apud Leucadios grandis puer (Græcis βούπαις) vulgo λαίσπαις dicebatur: quod ex Hesychio constat. Gulosa et vorax λαίσιτος fuit dicta." L. C. V.] [Conf. iterum huc cel. Ruhnkenii Epist. Crit. 1. p. 87. E. S.]

Λαιμὸς guttur. Videtur dici à λάω, cui vicinum λαύω consumo, fruor. [Nisi malis à lævitate sic dici: Conf. in λαιός. E. S.]

Λαιὸς lævus, sinister:

Λαῖφος vestis attrita et lacera:

Λακάθη Lacatha, arbor campestris: et

Λάκαφθον species aromatis, quamquam repeti possunt à λάω, tamen incertioris sunt originis. [Priora illa λαιός et λαῖφος haud dubie sunt a λαίω, cognato alteri λείω: unde λαιὸς ipsum est Lat. lævus, quod inde, interposito digammate Æolico, formatum; λαῖφος vero, origine exinde nihil diversum, siquidem pro λαιϜὸς paullo fortius dixerunt λαιφός, sive λαῖφος. De duobus posterioribus vocabulis, videant Botanici. E. S.]

Λακέρυζα loquax, garrula. Dicitur a verbo λακέω, quod videtur factum a sono rerum fissarum. [Proprie videtur esse Particip. fœm. singul. verbi obsoleti λακέρω, quod Latini servarunt in suo lacero. Inde, nempe, est λακέρων, λακέρουσα: quod lenius enuntiatum λακέρυζα. Ab Hesychio vox nostra exponitur μεγάλα κράζουσα, id est, magnopere vociferans: pp. magna rumpens vel crepans. Adscribamus verba summi T. H. " Λάκειν, apud Græcos, pp. significat crepare, sive sonitum crepando edere, adeoque per consequens cum strepitu dissilire.—Porro λάκειν apud Poëtas, et præcipue Tragicos, ponitur pro magno sonitu vocem vaticinantem rumpere." Unde servus apud Aristophanem, in Plut. vs. 90. Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων; Quid ergo Phœbus profatus est (pp. crepuit) ex coronis? Plura vide infra sub λακέω. E. S.]

[Λακέω, sive λήκω sono, resono. " Antiquum verbum λάκω, et λήκω, significat rumpo cum sonitu. Proximum hujus verbi derivatum λάκος conservatum est ab Hesychio. Λάκος" inquit " ἦχος, ψόφος, sonitus, crepitus. Etiam λακὶς in libris veterum superest, rupturam significans, quæ fiat cum sonitu, vel scissuram. A λάκος verbum factum λακέω, a λακὶς vero λακίζω: quæ vel, neutra virtute, notant sonitum edere cum crepitu, vel, active, lacerare cum fragore. Quod verbo attigit Cl. Schultens., Comment. in Job. p. 353. Pannos vestis detritæ λακίδας dixit Aristophanes in Acharn. vs. 422. Antiquum verbum λάκω, in Homero, frequens est de sonitu armorum fractorum. Apud Theocritum, Id. 2. 24. laurus in igne λακεῖ, id est, crepat. Non male nostrum ἐλάκησε (Act. Apost. c. 1. 18.) ex Gloss. Philoxeni reddi posset dissiluit.—— Compositum διαλακέω, discrepo cum fragore, sensu fœdissimo adhibuit Aristophanes, in Nubib., vs. 409., ubi Scholiast. λακὶς, inquit, τὸ σχίσμα scissura. Quod vero in Lexicis fuit prætermissum, verbum διαληκᾶσθαι, id, ex Lexico Ælii Dionysii, protulit Eustathius, ad Iliad. B. p. 1208: 41. Sonitus scissuræ significabatur nomine λάκος. Inde ortum Adjectivum λακερὸς, quod, itidem in Lexicis prætermissum, Hesychius adservavit: estque ipsum Lat. lacer vel lacerus. Lacera vestis est λακερὸν ἱμάτιον. Hinc ratio petenda, cur Hesychius interpretetur εἰκαῖον vulgare. A lacer Latinis est lacero, lacerare." &c. L. C. V.] [Conf. supra in Λακέρυζα. E. S.]

Λάκκος fovea. Forte repetendum est a verbo λάω capio. [Malim a λάκω crepo, cum crepitu dissilio; diffindor. Hinc λάκος, et (media litera geminata) λάκκος, proprie fissura. Simplicem scriptionem servavit Hesychius, et Latini habent in suo lacus. Proprietatem vocis deprehendas in illo Lucilii, poëtæ veteris, apud Servium, ad Æneid. 1. 739. resultant ædesque lacusque, " id est, tignorum trabiumque." Vide Forcellin. in voce. E. S.]

Λαλέω loquor. Est à λάλω, hoc autem à λάω, quod a sono λά. Differt autem λαλεῖν significatione ab altero λέγειν, uti jam recte observavit Ammonius, de Adfinium vocabulorum Different. p. 87. Est, nempe, λαλεῖν, in consuetudine loquentium simpliciter, loquor, λέγειν vero semper respicit aliquid, quod dicatur, q. d. hoc illudve loqui. Proprie etiam λέγειν valet verba colligere, eaque collecta efferre; quæ notio colligendi superstes quoque est in Lat. verbo legere, apud poëtas obvio. Unde λόγος proprie est comprehensio verborum, adeoque sermo. [Λέγειν esse a λέω, adeoque, per adfinitatem cum λάω, verbum huic cognatum, infra suo loco docebitur. E. S.]

Λαμβάνω capio. Est a simpliciori λάβω, quod a λάω. Exstitisse autem istud verbum λάβω, in antiqua lingua Græca, cum analogia docet, tum derivata, quæ ab eo verbo proxime descendunt, ut λαβὴ ansa, λαβὶς idem &c. Stirps est λάω accipio: quod verbum ab antiquis Grammaticis servatum est. [Ex εὖ bene et λαβὴ ansa facta vox εὐλαβὴς pp. ponitur de illis, qui vasa vitrea, aut alia fragilia, prehendunt, et, dum metuunt, ne frangantur, magna id faciunt cum circumspectione. Tot vocibus Latinis indigemus, ad unius Græcæ vim exprimendam. Inde æstimetur linguæ præstantia. Is. Casaubonus veram vim nominis indicavit, occasione verbi εὐλαβεῖσθαι, occurrentis in Equitibus Aristophanis, vs. 253. Not. Casaub. p. 79. Εὐλαβὴς, ut alia adjectiva plurima, significatu viguit duplici, vel activo vel passivo. Active pp. significavit eum, qui ansam sollicite comprehendit, Passive denotat eum, qui facile capi potest et prehendi, atque adeo hominem meticulosum, vel animal meticulosum. Hoc sensu columba vocatur εὐλαβὴς ὄρνις, ab Eustathio, ad Odyss. M. p. 1712: 47. " avis quæ facile potest prehendi": contra anguilla, quia sua lubricitate facile elabitur manu, dicitur ζῶον ἀλαβὲς &c. L. C. V.]

Λάμπω luceo. Dicitur pro λάπω, quod cum vicino λέπω componendum. Utriusque origo est λάω et λέω solvo. Inde λέπω, inter alia, significavit detego, unde videtur translatum ad lumen et splendorem.

Λαμυρὸς loquax. Ejusdem formæ nomen est, cujus καθαρὸς, et similia. Ortum haud dubie à λάω loquor: de quo supra. [Vide in λαλέω.]

Λὰξ calx. Forte dicitur à verbo λάγω, unde et λήγω desino: de quo suo loco. [Videtur dictum à prehendendo. Stirps in λάω, unde Præter. perf. λέλακα, hinc vero nomen λακὸς, contracte λὰκς, sive λάξ. A λάκω ductum est λακίω, Latine lacio; decipio, pp. apprehendo: quæ vis primaria facile sentiri potest in illo Lucretii, l. 4. 1200. Quæ lacere in fraudem possint, victosque tenere. Hinc porro sunt composita allicere, pellicere. Cæterum à Græco λὰξ pro λὰκς vix videtur differre Lat. calx, pars posterior imi pedis; quippe quod, per metathesin literarum, dici potuit pro lacx: nisi mavis, diversa nonnihil ratione, dixisse veteres calx, pro κάλς, ex λάκς; uti Ajax dicitur pro Αἴας, et vicissim flos pro φλώξ. Longe aliud est. Lat. calx, calcis, pro lapide minuto excoctoque, quo in structuris utebantur; cujusque diminutivum calculus pro lapillo notissimum est. Monuit magnus Vossius, calx hoc esse pro χάλιξ, id quod, χ in c emollito, factaque contractione, facile fieri potuit. Sed propior fortasse commodiorque datur derivandi ratio. Pro κλάω frango (unde κλῆρος item pp. lapillus fractus) dixerunt fortasse λάκω. A κλάω, κέκλακα, est κλακὸς, quod dare potuit contractum κλὰξ, unde κὰλξ calx, et καλκὸς calcus, unde Diminut: calculus prona admodum analogia. E. S.]

Λαὸς turba. Haud dubie dicitur à λάω significatione tamen quodammodo dubia. A λάω, cui cognatum λέω, capio, colligo, videtur factum λαὸς, pp. qui capitur, sive colligitur, aut collectus, nempe, manipulus; ut à λέω est λεὸς, sive λεώς. In primis autem λαοὶ dicuntur copiæ militares, Iliad. A. 10. 382. B. 25. 86. &c. ut ipsum quoque Lat. copiæ est ab obsol. copio, cognato alteri capio. E. S.]

Λαπάζω inanio. Dicitur à λάπω, cui vicinum λέπω, et quidem ab attenuando dissolvendove: quæ notiones sunt verbi λάω et λέω. [Λαπάζειν pp. significat vacuum et inanem reddere. Propria hac virtute Medici verbum nostrum adhibent, quum dicunt λαπάζειν τὴν γαστέρα evacuare ventrem medicamento purgatorio. Vide Foësium, in Œconom. Hippocr. voce λαπάρα. T. H.]

Λαπίζω idem pp. est, quod cognatum λαπάζω.

Λάπτω lambo. Proprie canum est: verbum factum à sono lambentium. [Simplicior forma est λάπω, quod cum litera media β, loco tenuis π, pronuntiatum labo, et, inserta ν, lanbo, dedit Lat. lambo. A λάπω factum est λαπέω: ex qua forma apud Hesychium superest λαπῆναι. E. S.]

Λάρος larus, gavia. Vide pluribus, hac de voce disserentem, T. H. ad Aristophan. Plut p. 312. ss. E. S.]

Λάρυγξ caput asperæ arteriæ, guttur. Nescio, anne sit à stirpe λάω capio, fruor. [Fortasse vox est facta à sono, per guttur reciprocato. E. S.]

[Λάσιος. Vox hæc plane respondet Lat. densus. Dupliciter usurpatur, notatque vel densum et horrentem, vel condensatum et compactum. Priori ratione ex gr. λάσιος dicitur ager arboribus densus, vel multis arboribus consitus, et neutro genere, τὰ λάσια significant partes agrorum fructibus densas. Hinc etiam de crinium capillorumque densitate ponitur. Sic κάρα λάσιον caput crinibus densum. Eodem modo usurpant medici, quum ea corporis membra λάσια vocant, quæ pilos habent. Hæc prima potestas est. Altera potestate sumitur pro πυκινὸς, et contracto πυκνός. Ut v. gr. λάσιον σῶμα, corpus compactum, et per consequens, robustum, opponiturque corpori levi. &c. &c. T. H.] [Stirps videtur esse λάω capio: ut λάσιος pp. sit qui capi, apprehendi, manu possit, hirsutus. Conf. hoc sensu ὗς λάσιος, Il. Ω. 125. de barba item positum à Luciano, Νεκρ. 10. 9. E. S.]

Λάσκειν dicere. Origo à verbo λάω loquor.

Λάταξ dicitur strepitus liquoris delabentis, quasi ductum à λατάζειν, cujus loco usitatum λαταγεῖν. Videtur factum à sono. [Eadem vox Latinis dicitur latex, laticis. Si vera est doctissimorum Grammaticorum sententia, voces quasdam ab initio præmissam sibi habere voculam λὰ, (quæ intendat significationem, et frequentiam actionis denotet) valde verisimile videri queat, nomen hoc esse compositum ex λα, et τὰξ, sive τὶξ, quæ vox sonum exprimit liquoris delabentis. E. S.]

Λάτρις servus, vel serva. Dicitur haud dubie à λάω capio. Designabatur olim, voce λάτρις, homo ingenuus, sive bello captus, sive alia ratione in servitutem redactus. Quia tamen factum est, ut aliquando de quovis ministerio poneretur, hanc ob causam, ab Hesychio redditur μισθουργός: quomodo dicitur is, qui mercede opus facit, vel etiam λειτουργὸς, qui pp. vocatur minister publicus. Jam vero ab isto vocabulo ortæ sunt voces λατρεία et λατρεύειν: quæ, origine sua, in primis respiciunt ministerium aliquod honestius, et ea ratione differunt à vocibus δουλεία, et δουλεύειν. Consuli potest Valcken. in Animadv. ad Ammon. pp. 99. 100. E. S.]

Λαυκανία guttur. Ortum videtur à λαύω fruor. [Dicitur etiam, Ionice, λευκανίη. An igitur potius à λευκὸς et λευνὸς, pp. lævis? Stirps λέω cognatum λάω, unde λεῖος lævis &c. E. S.]

Λαῦρος copiosus. Idem proprie est, quod λάβρος: de quo supra.

Λαύω obsol. Unde compositum ἀπολαύω &c. Stirps verbi est λάω, capio, accipio. Inde duplex verbum: nempe λάβω, quod peperit usitatum λαμβάνω, sensu accipiendi, et λαύω, cujus compositum ἀπολαύω, sensu fruendi, vel fructum percipiendi usurpant, et cum Genitivo rei construunt, vel etiam cum ἀπὸ et Genitivo. Differt autem, ut ex dictis patet, verbum ἀπολαύειν ab altero ἀπολαμβάνειν. Hoc significat tantum recipere id, quod datum erat, hoc vero (ut diximus) frui sive abunde fructum percipere ex aliquo. [Notandum tamen est, hoc posterius sumi in utramque partem. Nam dicitur quoque aliquis ἀπολαύειν, quando malum percipit. Sic ex. gr. si quis oculorum vitio laborantem adspiciat, is dicitur ἀπολαύειν τῆς ὀφθαλμίας, id est, malum vel dolorem oculorum percipere ex alterius oculorum morbo. Sic quoque qui versatur cum improbis, dicitur ἀπολαύειν αὐτῶν capere malum ex eorum moribus. T. H.]

Λαφύσσω avide deglutio. Ortum videri potest ab ἀφύω haurio, de quo supra. [Conf. Il. Λ. 176. P. 64. Σ. 583. quibus locis de leone, viscera et sanguinem hauriente, adhibetur. Formatum videtur, præmissa litera λ, ab ἀφύω. Vide p. 179. E. S.]

Λαχαίνω fodio. Haud dubie est à λάχω sortior, divido in partes: quod cum λύω componendum. [Vide ad vocem sequentem.]

Λάχανον olus. [Proprie est Adjectivum à λάχανος, quod à λαχάω, pro quo dicitur λαχαίνω terram rastro effodio. Ergo λάχανος dicitur, quidquid oleris in terra fossa ponitur, et λάχανον olus, quod plantatur in terra effossa et versa. T. H.] [Origo est verbum χάω unde χαίνειν, et præfixa vocula λα, significationem intendente, λαχαίνειν. Proprie notat facere, ut quid valde hiscat, vel pateat. Hinc nata vis fodiendi, effodiendi. Olera quævis, in usus humanos e terra effossa, proprie dicta sunt λάχανα. Verbum λαχαίνειν adhibet Apollonius Rhodius, l. 4. 1532. L. C. V.] [Conf. porro Albert. ad Hes. t. 2, col. 432. voce λαχαίνειν. E. S.]

Λάχνη lanugo. Videtur dici pro ἄχνη: de quo supra. [Conf. Ἄχνα. Præmissa igitur fuerit litera λ, ut in λαφύσσω, &c. Quodsi vero propius consideres voces Lat. lana, lanugo, valde verisimile accidet, stirpem statuendam esse λάω capio, apprehendo; unde Gr. λάσιος hirsutus, pp. qui prehendi potest, quasi dicas prehensibilis: ut hoc pacto λάχνη dictum sit pro λάχινη, vel λάκινη, à λάω, λέλακα, vel λέλαχα: unde apud Hesych. λελάχασι, quod exponitur τετεύχασι. Etiam λελάχωσι sortiti fuerint, quod refertur ad λαγχάνω, hac ex origine pp. erit traxerint, ut et nos dicimus loten trekken, et absolute trekken, pro sortiri. E. S.]

Λάω video. Forte dicitur à capiendo. [Vetus verbum λάω occurrit apud Theocritum, Idyll. 1. 12. Hinc λαύω, ἀπολαύω: cujus verbi significatus hac ratione sunt ordinandi, ut primo significet volo, secundo desidero, tertio fruor re desiderata. Unde productum superest nomen λῆμα, primo voluntatem, dein desiderium, notans. Conf. L. Bos Anim. Crit, p. 48. et Animadv. nostræ ad Ammonium, p. 141. L. C. V.] [" Aristarchus olim censebat, Homerum usum fuisse simplici hoc verbo λάω, in Odyss. B. 126, 227." referente H. Stephano, in Thes. L. Gr. voce λαύω: ubi vide plura. Locus est in Odyss. T. in nostris edd. vs. 229. ubi plura dabunt Clark., Ernest., quibus adde Hesych. in vocibus λάε, λάετε, λάνται, λάων &c. Simplicissima notio videtur fuisse capere, et capiendo prehendere, apprehendere: hinc significatio volendi, quasi dicas attrahere ad se aliquid, ut ipsum Lat. velle, pro velere, est à velo, quod Gr. ἕλω. Vide supra in Θέλω. An vero illuc pertinet, quod sua quemque voluptas trahere

dicitur? Porro λάειν trahere metaphorice est i. q. βλέπειν videre, q. d. attrahere oculis ad se, uti et i. q. λάπτειν lambere (quod ipsum fortasse est à λάω traho) notans, attracta identidem lingua, ducere: denique i. q. φαγεῖν comedere, quatenus leo, verbi gratia, hinnulo inhians, hunc reluctantem ad se trahit, ut in loco Homeri laudato, Od. Τ. 229. 230. Reliqua jam facile poterunt expediri. E. S.]

Λεβηρὶς exuviæ, et λέβης lebes, nisi originis peregrinæ sint, videntur repetenda à λέω, cum notione attenuandi, forte. [Ab extrahendo notio exuviarum facillime repeti potest. Vide in λάω, cui vicinum λέω. De voce λέβηρις adi Salm. Exc. Plin. p. 28., de λέβης H. Stephanum, in λέβης et χέρνιψ. E. S.]

Λέγνον fimbria. Componendum forte cum λήγω desino. [Nisi malis repetere à λέω traho, ut שׁוּל fimbria, sive lacinia, Hebræis dicitur, " quod per terram trahatur," observante Cl. Simonis, qui opportune monuit, eadem ratione Gr. σύρμα dici à σύρω traho. Possis et referre ad λέγω colligo, ut λέγνον sit pro λέγινον. Conf. porro Spanh. ad Call. Del. vs. 566. E. S.]

Λέγω colligo, dico. Ortum à λέω capio. Alio loco vir celeberrimus: " verbum simplex λέγω pp. idem fere valet, quod Latinum compositum colligo. Unde ad orationem eximie transfertur, notatque dicere, quasi verba in sententiam aptam colligere." [Plura de originaria hac virtute, occasione vocis שׂכל, diximus in Schediasmatibus Philologicis, p. 62, 63. E. S.] " A λέγω factum est λόγος, quod inter alia specialim significat rationem, et in computatione, [q. d. conjunctione et additione] calculorum usurpatur. Inde factum λογίζεσθαι, quod pp. est rationes inire, calculos subducere. Hoc sensu cum alibi sæpe apud Græcos positum invenitur, tum in Aristophanis Vespis [vs. 654.] λογίσασθαι ψήφοις valet rationes calculis inire. Inde frequens verbi translatio fuit ad animum, quando significat secum reputare, censere, cogitare et similia. Neque alia ratio est nominis λογισμὸς, nec non compositi verbi διαλογισμὸς &c. [Ab eodem λέγω est διαλέγω, et hinc vox διάλεκτος: cujus vocis videamus significationem et usum. Vox διάλεκτος longe aliud significat apud Philosophos Græcos, quam apud Grammaticos. Διαλέγεσθαι vulgo notat confabulari, colloqui. Inde orta διάλεξις et διάλογος sermocinatio, aut familiare colloquium. Eodem sensu aliquoties usurpatur διάλεκτος à Platone et Aristotele. —— Apud Grammaticos autem hæc vox longe diversam induit virtutem. Nimirum διαλέγω significat eligo, dirimo, discerno. Hinc διάλεκτος diversus, discretus: γλῶσσαι διάλεκτοι linguæ discretæ et differentes. Postea vero, cum populi diversi, qui una utebantur lingua, loquendi modo, flexu vocis et pronuntiatione à se invicem dissonabant et discrepabant, factum est, ut lingua Græca eximie diceretur γλῶσσα Ἑλληνική; populi autem diversi, qui unam istam linguam, diversis modis singuli, inflectebant, dicerentur uti διαλέκτοις. Hoc sensu in lingua Gr. vulgo statui solent quatuor dialecti, nimirum majores: nam singulæ istæ, Attica, Ionica, Dorica, et Æolica, in suas dialectos iterum subdividebantur. Singulæ enim nationes Græcæ suam habebant διάλεκτον: quin imo singulæ civitates (ut hodiedum habent in nostris linguis, ita) olim habebant in lingua Gr. quædam sibi peculiaria. In uno Hesychii lexico Dialecti Græcæ, supra CL. enumerantur, sive, ut clarius dicam, in egregio isto dictionario voces recensentur, huic illive populo vel civitati Græciæ peculiares &c. L. C. V.]

Λεία præda. Oritur à λέω attenuo radendo, vel etiam capio. Itaque λεία proprie magis est captura. Verbo λέω vicinum est λάω, unde λαμβάνω, &c.

Λείβω libo. Ortum est à λέω, unde λείω, quasi dicas, diffundo attenuando humorem. [De Lat. libo, nostro λείβω respondenti, fuse egit Schultens. Orig. Hebr. t. 1. p. 154-160. E. S.]

Λειμὼν pratum. Proprie locus est, ubi diffunditur multa aqua: quale pratum irriguum est. Ortum est à λείω, unde λείβω. [Λειμὼν pp. est à λεῖμος, quod à λείβω libo sive liquorem fundo. Ponitur autem λείβεσθαι pp. de fontibus, quando leniter fluunt. Ita ὄρος dicitur λείβεσθαι ὕδατος effundere aquas leniter fluentes &c. Hinc λειμὰς, λειμὼν pp. pratum, quod secatur multis rivulis. T. H.] [Obsoletum Gr. λεῖμος videtur dedisse Lat. limus, id est, cœnum mollius et aquosum. Conf. in λεῖος. E. S.]

Λεῖος levis. Oritur à λέω, diciturque ab attenuando. [Notat molle, glabrum. Quando de viis et campis adhibetur, opponi solet saxosis, et scopulosis: atque inde talia quoque mollia interdum Latinis dicuntur. —— Oritur autem λεῖος à verbo λείω, cujus loco antiquiores dixerunt λέω et λίω. Λεῖος Æolice λεῖφος, Lat. lævis. A λίω, λείω lævigo. Pro triplici forma, antiqua triplex etiam forma productior fuit, λεαίνω, λειαίνω, et λιαίνω. Hoc postremum à λίω, unde λίστρον, significans instrumentum, quo lævigabant. A λίω fluxit Lat. lino, livi, litum, linere, id est, mollire. A livi est livisco, unde compositum oblivisco, obliviscor, pp. significans oblinere et delere, quod ceræ erat impressum. Oblitus hoc sensu frequentatur Ovidio. L. C. V.]

Λείπω linquo. Oritur à λέω solvo, attenuo, separo. [Lat. linquo pp. est ab eodem verbo λείπω, sive λίπω, unde Aoristus, sive potius Imperfectum, ἔλιπον &c. litera π in qu conversa: de qua sive mutatione, sive pronunciatione diversa literæ Π. vide Vossium et Maittaire. E. S.]

Λείχω lambo. Ortum est à λέω vel λίω, diciturque ab attenuando, quum quid radas. [Adfine est Lat. ligurio, quod à λίω, λίγω &c., quin et Lat. lambo, ortum à λάω, hac ratione cognatum esse potest eidem λείχω. E. S.]

Λεκάνη pelvis. Forte est à λέω, nomenque habet à poliendo, attenuandove.

Λέκιθος et λέμβος. Oriuntur fortasse hæc etiam à λέω. [Λέκιθος est à λέκος, quod à λέκω, idem significante proprie ac λέπω decortico, putamen detraho. Stirps λέω, idem quod λάω traho, detraho. Hinc λέκιθος lens, cui cortex detractus: vitellus ovi, fracto cortice eductus &c. Λέμβος autem Lat. lembus, pp. parvum navigium, sive scapha dicitur, item à trahendo. Nempe à λέω factum λέβω, ut à λάω, λάβω &c. Lembi olim trahebantur, ut hodienum scaphæ nostræ solent. Inde apud Plautum non semel est lembo advehi. E. S.]

Λεπρὸς scaber. Derivatur à λέπος cortex, vel squama. Stirps λέπω attenuo, vel attenuando separo. [A λεπρὸς est λέπρα lepra, quam fœdam esse scabiei speciem, cum cutis asperitate et squamis, docet Foësius, in Œconom. p. 321. Λέπος, unde vox oritur, squamam denotat. Verbum λέπειν significat squamam detrahere. Ex ista origine λεπρὸς tenuis pp. is, vel id cui squama detracta est, desquamatus, decorticatus. L. C. V.] [Vide eundem virum cel. ad Ammonium, p. 138. et Salmas. Exc. Plin. p. 568. 759. 768. E. S.]

Λέπω decortico. Dicitur ab attenuando, quod sit separando, radendo. [Λέπειν notat corticem detrahere vel abrumpere. Hinc λέπος cortex, ut v. gr. cortex ovi [qui et λέμμα, pro λέπμα, dicitur.] Vid. Ælian. V. H. 10. 2. Aristoph. E. S.] [Porro — Ἐκλέπειν et simplex λέπειν corticem, sive librum deradere. Æoles dicebant λέπος et λέπος, λίπος et λίπος, unde liber Latinorum. T. H.] [Conf. et Menagii Amœn. p. 279. Salmas. de Mod. Usur. p. 406. E. S.]

Λεσβιάζειν. Proprie notat imitari Lesbias mulieres &c. Ductum à nomine proprio λέσβιος vel λέσβια, quod à λέσβος Lesbus. [Vide Toup. in Suidam, p. 3. 134-135. E. S.]

Λέσχη pp. conciliabulum confabulantium. Dictum est pro λέχη. Σ enim, in similibus, interponi interdum solet, ut in ἴσχω, pro ἴχω. Λέχη autem quasi cubiculum est, à λέχω cubo; de quo vide infra. [Λέσχαι apud veteres vocabantur loca publica, in quæ, confabulandi causa, homines cujuscumque ordinis conveniebant: eaque potestate hoc vocabulum, in Homero et Hesiodo, invenitur. T. H.] [Vide omnino Hesych. in voce λέσχη, et ib. Albert. Porro Grævii Lect. Hesiod. p. 62. Perizon. ad Ælian. V. H. 2. 34. E. S.]

Λευκὸς albus. Haud dubie dicitur à poliendo, nitendove: ut oriatur à λέω vel λύω. [Plura dabunt Salmas. Exc. Plin. p. 181. et Spanh. ad Callimachi Hymn. in Jov. vs. 19. in Cerer. vs. 123. E. S.]

Λεύσσω video. Ortum à λεύω, seu λέω: quod idem ac λάω, de quo supra. Forte dicitur utrumque à capiendo: nisi malis à nitendo repetere. [Est, nempe, λεύσσω pp. factum verbum à Futuro λεύσω, verbi λεύω, e stirpe λέω pp. traho. Vide supra in λάω. E. S.]

[Λεύω lapido, lapidibus obruo. H. Stephanus dici existimat, quasi λαεύω, à λᾶς vel λᾶας lapis. Vid. D'Arnaud, Lect. Græc. p. 175. Stirps vocis λᾶας haud dubie est λάω, quorsum nostrum λεύω etiam referri potest, uti σεύω quatio pp. pertinent ad σέω: et ῥεύσω fluam, pp. Futurum est verbi ῥεύω, è stirpe ῥέω. Videtur autem λᾶας lapis, à lævitate sive lævi superficie, denominatum. E. S.]

Λέχριος obliquus. Proxime est à λέχος lectus, quod à λέχω cubo.

[Λέχω vel λέχομαι cubo. Stirps videtur esse λέω capio, comprehendo, colligo. A λέω est λέγω pp. colligo, in unum conjungo &c. Hinc lectus pp. colligatus torus. A notione lecti autem assumta est illa cubandi in λέγω et λέχω. E. S.]

Λέων leo. Videtur ortum à λέω, et dicitur vel à capiendo, vel à videndo. [Proprie Participium esse, ut κρέων, κρέοντος et alia, observavit L. Bos in Dissert. de Etymol. Gr. conjicitque simul, λέων, per metathesin, dici pro ἕλων rapiens, raptor. Gatakerus, Opp. p. 17. 28. malebat à visu dici, quia leo animal est ὀξυδερκέστατον, uti docuerat jam Etymologus magnus, in voce λεοντοκόμος. Cui junge Eustath. p. 857. 42. E. S.]

Λήγω cesso, et cessare facio. Dicitur pro λάγω, à laxando, et hoc à solvendo, attenuando: quæ notiones sunt in stirpe λάω, λέω, λύω. [Optime quadrat hæc observatio in Il. Ν. 424. Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα, ubi λῆγε satis apte verti potest laxabat, remittebat. Et sic intransitive λῆγ' ἔριδος, i. e. ἀπὸ ἔριδος, relaxa te à contentione. Il. Α. 210. Conf. ib. vs. 224. Γ. 394. Ι. 257. Κ. 164. E. S.]

Λῆδον ledon, sive ladon, cisti genus; et

Λῆδος vestis panni rari et detriti. Utrumque dici videtur à λάω attenuo. [Posteriori huic voci subscribi debet iota, h. m. λῇδος: quia orta est ex λάϊδος, Ionice λήϊδος, λῇδος. Theocritus, Idyll. 21. 10. neutro genere, φυκιόεντα λῇδα, pro retibus posuit. Patet ergo, vestem exteriorem et tanquam velamentum aliquod expansum significare. Λήδιον Hesychius habet, et Macho, apud Athenæum, l. 13. p. 590. Κορινθίου παρὰ πῆχυ καινὸν ληΐδιον. Contrahenda vox, versus gratia, in λήδιον. Ληϊδάριον est apud Aristophanem. in Avibus, vs. 716. ubi vide Schol. et vs. 916. T. H.]

Λήθω lateo. Dicitur, quasi, tenuitate oculos fugio. Ortum à λάω attenuo.

Λήϊον seges. Est pro λάϊον: quod componendum est cum λεία, de quo supra. Origo est verbum λάω capio, vel radendo attenuo, aufero.

Λῃκέω sono. Dicitur pro λακέω, de quo supra.

Λήκυθος lecythus, vel vas olearium. Videtur compositum esse ex λῆ, quod, pro ἔλη dictum, componendum est cum nomine ἐλαία oliva, s. olea: posterior autem pars κύθος orta à κύθω, cui vicinum κεύθω occulto. Originem habet κύω, de quo supra.

Λῆμα animi præsentia. Dicitur à λάω capio; volo. [Vide in λάω. De differentia autem inter λῆμμα, pro λῆβμα, pp. sumtum, sumtio, ac λῆμα animi impetus, sive raptus, vide Valck. in animadv. ad Ammonium, p. 141. E. S.]

Λήμη gramia, sordes oculorum. Ortum est à λάω solvo: unde eximie transfertur ad humorem et sordes oculorum; similiter ut, à vicino verbo λύω solvo, nomen λύμη sordes generatim notat.

Λημνίσκος lemniscus seu fascia. Vox diminutiva est (ut νεανίσκος, παιδίσκος et similia) à nomine λῆμνος obsoleto, quod ortum à Participio λημένος verbi λάω capio, colligo.

Ληνὸς lacus torcularis. Videtur dici à verbo λάω capio. [Verisimilior fortasse est derivatio Etymologi M. Παρὰ τὸ λεαίνω, τὸ λεπτύνω, λεανῶ, λεανὸς, καὶ κράσει ληνὸς κ. τ. λ. Aliud longe est λῆνος lana, à λάω traho. Conf. supra in λάχνη et infra in λοβός. E. S.]

Λῆρος nugæ. Ortum est à λάω loquor sive nugor, verbosus sum: quæ notio cernitur quoque in λαλεῖν, unde λάλος loquax. [Vocem Græcam λῆρος Plautus transsumsit in Comœdiam Latinam Pœnuli, Act. 1. 1. 8. Tuæ blanditiæ sunt gerræ germanæ, atque ædepol liræ, liræ. Inde formatum verbum Latinum lirare, in composito delirare servatum. Nonnunquam λῆρος rem fictam significabat: qua vi adhibetur apud Athenæum, p. 117. L. C. V. Λῆροι pp. penularum sive tunicarum ornamentum. Vide Toup. Cur. Noviss. p. 46. E. S.]

Λιάζω agito, jacto &c. Ortum est à simpliciori λίω movendo attero, attenuo. [In Medio λιάζομαι separo me, secedo. Certa est significatio hujus verbi magis ex usu, quam ex origine. Notat autem separare, seorsum ire. Ita Homerus sæpe usurpat pro abire. λιάζεσθαι νόσφι τινὰ separare se ab aliquo. T. H.] Vide Il. Α. 349. Λ. 80. &c. Hesychio indice, λιάζει idem significat ac ῥίπτει, ταράσσει, id est, jactat, commovet, et, sensu Medio, λιαζόμενοι exponitur σκιρτῶντες salientes. Quæ glossæ proprietatem verbi nostri satis videntur demonstrare, in motu agili et identidem repetito positum. Unde porro λιάζομαι pp. notat agili cum motu et jactatione me expedio, atque ita separo me, secedo. De fluctibus, à se invicem, cum motu quodam, recedentibus, adhibetur, Il. Ω. 96. De Polydoro, ad terram excusso, Il. Υ. 418. 420. &c. Stirps est λίω: de qua dicendum pluribus ad voc. seq. E.S.]

Λίαν valde. Ortum est à λίω: de quo dictum modo fuit ad λιάζω. [Ionice pro λίαν dicebatur λίην. Proprie videtur esse casus Accusativus, ut alia ejusdem generis, Adverbialiter positus; à Nomin. λία. Hoc ad Adject. λίος, λία vel λίη, λίον: λίος autem idem quod λεῖος. Sic devolvimur ad obsoletum λείω, unde λεῖος, λειόω, λειαίνω polio, lævigo, nempe manu identidem reciprocata commotaque. Verbum Græcum servavit nobis lingua Latina, in Tertulliani libro de Idololatr. cap. 8. p. 89. Sicut albarius, inquit, tector et tecta sarcire, et tectoria inducere, et cisternam liare, h. e. tectorio polire, ut Forcellinus, post alios, exponit. Male vir doctissimus, pro liare, apud Tertullianum reponebat ligaret. Λεῖος igitur et λίος pp. notant repetito motu levigatum: sed alio quoque flexu videntur significasse agiliter motum, et vehemens. Conf. λίκνον. Eo fortasse pertinet alia Hesychii glossa λείως· δεινῶς, σφόδρα. Ut λίαν pro κατὰ λίαν pp. sit per vehementiam, vehementer adeoque. Ceterum vocula λίαν, sive λίην, nullibi usus est Homerus, aut Hesiodus: sed ea recentioris est ævi. E. S.]

Λίβανος thus. Oritur proxime à verbo λίβω, seu nomine inde orto λίβας. Λίβω autem vicinum est verbo λείβω, et superstes in Lat. libo. Thure autem in libationibus et sacrificiis usos fuisse veteres, notum est. Hinc translationis ratio. [Ex Hebr. לְבוֹנָה repetebat Bochart. Geogr. Sacr. p. 1. l. 2. col. 104. et p. 2. l. 1. col. 678. E. S.]

Λίγγω strideo. Videtur sic dici à sono, qui fit aliquid radendo, atterendo, poliendo: atque sic attenuando; ut origo sit λίω. [Proprio usu pulchre adhibuit Homerus, Il. Δ. 125. λίγξε βιὸς striduit arcus: de quo loco videatur

Quinctilianus, l. 1. laudatus à Clarkio. Latin. lingo paullo diversam habet indolem, quippe à λείχω ductum, ut observavit jam Varro. E. S.]

Λίγδην strictim, quasi dicas superficiem radendo. Componendum est cum λείγω, de quo supra. Proxime autem oritur à λίγγω, quod superstes apud Latinos. Origo est λίω, de quo supra. [Vide Hesychium, hac in voce, et ibidem, ab Albertio laudatos, viros doctos. E. S.]

Λίγδος pila, mortarium,

Λιγνὺς fuligo, seu fumus,

Λιγνωτὸς pingui similis,

Λίγυς Ligur: videntur repetenda à λίω, unde λίγω, λίγγω et similia.

Λίθος lapis. Oritur à λίω polio, rado. Componendum autem λίθος est cum nomine vicinæ notionis λιτός: de quo infra.

Λικμὸς ventilabrum. Ortum est à λίχω, quod idem ac λείχω, de quo supra. Λικμὸς igitur instrumentum est, quo, veluti radendo et separando, frumentum purgatur à paleis. [Λικμᾶν pp. notat ventilabro purgare. Ventilator Homero est λικμητὴρ, Il. N. 590. Quo spectanti Hesychio λικμητὴρ redditur ἀποχωρίζων τοὺς καρποὺς καὶ τὰ ἄχυρα separans frumentum et paleas. Quo illud fiebat, instrumentum dicebatur etiam λικμητήριον. L. C. V.]

[Λίκνον vannus. Etiam cunæ, quibus recens natos infantes imponere solebant veteres. Vide cel. Lennep. Anim. ad Coluth. p. 67. Spanhem. ad Callim. Cerer. vs. 127. Jov. vs. 48. et Bocharti Hieroz. p. 1. col. 975. Etiam λεῖκνον per diphthongum scribi, monet Suidas, in voce. Stirps igitur λίω vel λείω. pp. moveo huc illuc: de quo verbo dictum ad λίαν. E. S.]

Λιλαίομαι desidero. Poëticum est, et quidem idem, quod γλίχομαι, quo fit, ut fere suspicer, verbum istud γλίχομαι (quod, supra, composui cum γλίω) rectius repeti à λίχομαι, ut hoc sit pro λείχομαι. Notum enim est, literam γ multis præfigi vocabulis. Λείχομαι autem, virtute Media, significat quasi memet lingo: unde translatum videtur ad appetitum et desiderium. Quod si ita est, λιλαίομαι similem rationem sequi videri potest. Est, nempe, haud dubie ortum à λάω, unde λαίω, et reduplicatum λιλαίω: cujus Medium λιλαίομαι. Jam autem vidimus, λείχω originem habere λίω. Huic vicinum λάω est: atque sic λιλαίομαι, et γλίχομαι convenire potuerunt. [Λιλαίομαι à λιλαίω, quod factum, per reduplicationem, ex λαίω. Hoc autem idem, quod λάω volo, gratum habeo; unde forma adjectiva est λαρὸς suavis. Ita Latini veteres volupis, volupe, dixere à volendo. A volupi vero est volupitas, et contracte voluptas. T. H.] [A λάω volo, cupio, cl. L. Bos, in Anim. p. 48. repetebat etiam λῆμα, quod vide superius. E. S.]

Λιμὴν portus. Ortum haud dubie est à λόω sive ligandi, sive solvendi notione. [Longiuscule petita est derivatio cel. L. Bos, in Diss. de Etymol. Gr. p. 31. sic existimantis, "ab ἀλιζόμενος, per aphæresin literæ primæ, factum esse λιζόμενος, inde vero, per syncopen, λίμενος, et hinc denique λιμήν; ut à ποιόμενος sit ποίμενος, ποιμὴν pastor. Recte autem (sic pergit) portum ἀπὸ τοῦ ἀλίζεσθαι nomen accepisse Græce: esse enim portum locum, quo congregantur naves" &c. Hactenus ille. Quanto simplicius Salmasius (in Obss. ad Jus Attic. p. 569.) de Latinorum voce limen agens, "limen," inquit, "est à verbo lio, quod est levigo; quia nulla pars domus limine tritior aut terendo levigatior." Cum Salmasio facit Menagius, in Amœnit. p. 330. 331. His vero Salmasii observatis addere liceat, Græcum λιμὴν, λιμένος haud dubie eandem esse vocem, quam Lat. limen, liminis: sed diversa nonnihil metaphora deflexum. Limen, nempe Latini dixerunt (auctore Salmasio) quia terendo lævigatur, adeoque plana levique superficie redditur. At ab eadem superficie plana Græcis λιμὴν portus audit, quia fluctus maritimi ibidem conquiescunt, et æqualiter sternuntur. Confer. omnino Homeri loca, Il. N. 69-98. Od. Z. 263. I. 136. &c. Adde et Valcken. in voce seq. λίμνη. E. S.]

Λίμνη lacus. Ortum ex λιμένη, ut similia multa à Participiis oriuntur: λιμένη autem à λίω. Ratio significationis minus plana videtur. Forte componendum est cum λύω solvo, unde λύμη sordes: ut λίμνη sit lacus seu stagnum, in quod aquæ confluunt et sordescunt. [Lacum, (quem vulgo Græci dicebant στατὸν ὕδωρ aquam velut stantem, sive stagnantem, atque adeo stagnum) veteres quoque vocabant λίμνην. Portus dicebatur λιμὴν, lacus λίμνη: ob eandem rationem, ab eadem origine, Verbum vetus fuit λίω, significans lævigo, mollio. Hinc Participium pass. erat. λελίμενος, unde λίμενος, λιμένη, λίμνη et λιμήν. Quid jam est λιμὴν portus? Statio fida carinis, ubi naves non agitantur fluctibus tumentibus, sed placide conquiescunt. Ob eandem rationem aqua stagnans dicta fuit λίμνη. Vel hinc cuivis apparebit, absurdam esse originem, qua vox repeti solet ex duabus, λίαν μένειν. Hoc genere, procul hinc amendando, nihil est magis nugax. L. C. V.] [Homerum imitatos Tragicos ipsum mare [tranquillum nempe, placidumque] quoque λίμνην vocasse, monuit idem vir summus, in Adnot. ad Euripid. Hippolyt. vs. 141. E. S.]

Λιμὸς fames. Haud dubie est à λίω. Ratione significationis forte componendum est cum verbo λιμαίομαι, quod à λάω oriri vidimus, cui vicinum λίω, ut ita à desiderio dicatur. [Auctor Etymologici magni, p. 566. veram, credo, dedit originem, à λείπω deficio repetendam. Ab hujus Præterito pass. λέλειμαι, primum λειμὸς factum, quod, pronunciatione emollita, transiit in λιμός. Latinissime dicimus corpus fame defectum. Præterea observandum est, sæpe à librariis confundi voces ejusdem originis λιμὸς et λοιμός: ut vix discernas, utrum scriptores dederint λοιμὸς, an λιμός. Fames enim et pestis sæpe simul regiones infestavere, et e fame pestis fuit nata. Hinc λιμὸς καὶ λοιμὸς junguntur, ut apud Lucam, Act. Apost. 21: 11. ita apud Apollodor. Bibl. l. 3. p. 205. in Schol. ad Sophocl. Œdip. p. 583. Comparari poterit Hemsterh. in Schol. ad Plut. Aristoph. p. 207. 208. Alberti in Not. ad Hesych. vol. 1. p. 632. L. C. V.]

Λίνον linum. Ortum videtur à λίω solvo, ligo. [Pluribus de significationibus vocis λίνον egit Salmas. Exerc. Plin. p. 538. b. D. 824. a. F. &c. idemque in Specim. Confut. Animadv. Herald. p. 111. 112. Etymologus M. col. 566. ἀπὸ τῆς λειότητος dictum conjicit. Fortasse vere. E. S.]

Λιπαρὴς assiduus, prolixus. Ortum est à λίπος pinguedo. Estque vicinum voci λιπαρὸς pinguis. [Πίων οἶκος opima domus et λιπαρὴς pinguis pro beata ac divite poni, observat A. Schultens., Orig. Hebr. t. 2. p. 63. De stirpe autem λίπω, λίω, vide infra in λίπος. E. S.]

[Λιπαρὸς, pinguis, unctus &c. "Græci, quidquid nitet et splendet, λιπαρὸν vocant, ab olei vel unguinis nitore. Hesychius λιπαρόν· στίλβον" &c. Salmas. Exerc. Plinian. p. 589. Adde cel. Lennepii Anim. ad Coluth. l. 1. c. 3. p. 11. [Λιπαρὸς est à λιπάω, unde et λιπαίνω. Raro autem usurpatur λιπάζω: licet apud poëtas aliquando occurrat. Est vero λιπάω à λίπος, et in fœm. λίπη, pinguedo. A pinguedine oleum dicitur λίπος, quia, scilicet, pingue est, et λιπαίνω notat oleo inungere, et λιπαρὸς est oleo nitidus in genere. Qui autem se palæstra exercebant, etiam oleo inunguebantur. Hinc sæpe λιπαρὰ παλαίστρα, et apud Latinos palæstra nitere, id est colore splendido et nitido &c. T. H.]—A λίπος ductum λιπέω videtur dedisse Latinorum liqueo, ut simplicius λίπω Latinis fuit liquo. Proprietatem sentias in illo Plauti, Pseud. 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius aut ambiguum fuit, Nunc liquet, nunc defæcatum est, et in illo Horatii, Carm. 1. 11. 6. Sapias, vina liques. Plura dabit Forcellinus, cui indicium horum locorum debeo. E. S.]

Λίπος pinguedo. Ortum est à λίπω, et hoc à λίω. Nescio autem, utrum ratio significationis repetenda sit à poliendo, glabrum faciendo (quod pinguedine fit) an vero cum nomine λέπας sit componendum: quod quidem λέπας à vicino λέπω et λέω oritur. Tum autem λίπος erit quasi extrema squama, seu cortex: quod etiam in pinguedinem quadrat.

Λίπτω cupio. Idem proprie est, quod λίσσω, unde λίσσομαι: de quo suo loco. Componi etiam debet cum λιλαίομαι, quod à λάω: nostrum autem λίπτω est à λίω.

Λῖς Dat. λῖτι, Accus. λῖτα Subtile linteum. Ortum est à λίω attenuo. [Aliud λῖς, in Accus. λῖν, est Leo: quam vocem Bochartus et Gatakerus repetunt ab Hebr. ליש. Sed nimis vicina videntur esse verba λέω et λίω, quam ut existimemus, à λέω factum esse λέων leo, à λίω vero, cujus Futurum λίσω, vocem λῖς, cum notione leonis, fieri non potuisse. E. S.]

[Λίσγος Lat. ligo. Productior forma est λισγάριον. Vide de his Salmasium, in Exc. Plin. p. 365. B. Græci etiam μάῤῥον vocarunt: cujus forma fœmin. marra à Latinis, eodem sensu, adhibetur. Sunt autem μάῤῥον et marra, repetenda à μάρω, cognata forma alteri μείρω, pp. divido, disseco. Ligonem Latinis dictum, Varro existimabat, quia eo quod sub terra [est] facilius legitur. Rectius fortasse ab acie attenuata arcescas. E. S.]

Λίσπη animalculum tenue. Haud dubie est à λίω, vel λίπω attenuo. [Rectius λίσπη, et forma mascul. λίσπος talus, dicitur in medio incisus et usu detritus: qua de voce plura dedit cel. Ruhnken. ad Timæum, p. 126. Unde simul apparebit, verissime thema ejus statui λίω sive λείω attero, detero, attenuo. E. S.]

Λίσσομαι precor. Oritur à λίω. Dubium autem videri potest, utrum significatione proxime conveniat cum vicinæ originis verbo λιλαίομαι, an vero componendum sit cum λιτὸς tenuis: ut λίσσομαι, ortum à λίω, proprie significaverit memet attenuo, inde autem precor. [Verbum λίσσομαι, vel λίττομαι, utrisque consonantibus duplicatis, etiam unica litera τ efferebatur λίτομαι, unde λιτὴ et λιταὶ precationes, vota.—Proprie quidem in eo verbo significatio est mollis. Hinc λίσσεσθαι dicitur is, qui se mollem facit et supplicando se submittit.—A λέλισται tertia Præter. Perf. Pass. est λιστὸς, unde πολύλιστος dicitur is, quem multis supplicationibus precibusque adeunt &c. T. H.]

Λισσὸς lævis. Ortum est à λίω attenuo, lævem facio. [Lat. lævis eandem originem habere, superius jam est observatum, in λεῖος. E. S.]

Λίστρον scaphula, seu instrumentum, quo res lævigantur. Ortum est à λίω rado, attenuo. [Vide L. C. V. ad λεῖος. E. S.]

Λιτὸς tenuis. Proxime oritur à λίω attenuo. [Adjectivum λιτὸς reliquit formam fœmininam λίτη, et neutram λιτὸν, quæ substantive usurpantur. Porro λιτὸς sive, cum reduplicata litera τ, λιττὸς, ὴ, ὸν, haud dubie origine idem est ac λισσὸς, ὴ, ὸν, pp. tenuis, sive attritus, lævis, glaber. Latini etiam servarunt vocem litus, litoris, quod Isidorus dici putabat, "quia fluctu eliditur." Scaliger, Cujacius, et alii, apud Vossium, repetere maluerunt à λιτὸς tenuis. Apud Hesychium reperitur λιτά· λευκὰ, καθαρὰ alba, pura. An igitur litus dictum ab albicantibus lapillis, puroque sabulo? Sed malim inde dictum, quod fluctibus atteratur. E. S.]

Λίτρα libra. Ortum est à λίω, videturque sequi notionem solvendi, quæ manifesta est in verbo λύω, unde λύτρον, pretium solutionis, seu id, proprie, quo solvas: atque eadem forte ratio nostri nominis libra, cujus usus in ponderibus. Pretia autem rerum pondere solebant æstimari et appendi. [Pluribus locis de hac voce egit Cl. Salmasius, quem vide, de Usuris, p. 577. seqq. de Modo Usurar. p. 241. seqq. Exercit. Plinian. p. 458. b. B. "Vocem libræ, τῆς λίτρας à Siculis acceptam, iidem Romani" inquit "posterioribus Græcis tradiderunt. Siculi obolum λίτρον vocabant; Romani, qui Aborigines suos Æolas sequebantur, τ in π mutantes, primo dixerunt lipram deinde libram" &c. Vide etiam Menagii Amœn. p. 386. et Voss. Etymol. voce libra. Ceterum λίτρον "pp. dictam fuisse de numo argenteo minuto, non de gravi et æreo," probavit idem Salmas. de Modo Usur. l. c. Quod ipsum nos ducit, ad originem vocis, e stirpe λίω pp. attero, dein minuo, imminuo, repetendam. E. S.]

Λιχανὸς digitus index. Ortum est haud dubie à verbo λίχω, quod idem ac λείχω: de quo supra. Λιχανὸς itaque eximie est digitus, quo radas, lambas rem. [Verisimilior mihi videtur H. Stephani derivatio, Thes. L. Gr. p. 2. col. 673. Λιχανὸς" inquit "index digitus dictus, quoniam eum in obsonia immissum lingimus, ad condimentum explorandum." Confirmat quodammodo hoc etymon, quod λίχνος (ex λιχανὸς fortasse contractum) "is dicatur, qui cupediis ita deditus est, ut lingat digitos, seu catinos, Catillo," quæ est interpretatio ejusdem H. Stephani. E. S.]

[Λίω ipsa stirps est, unde tot propagines, supra jam aliquatenus expositæ, origines suas repetunt. Fuit autem λίω pp. idem quod λείω, pp. tero, polio, manu identidem commota. Verbum ipsum λίω lio, à Græcis deperditum, servavit nobis lingua Latina. Vide supra in voce λίαν, et adi Salmas. Exercit. Plinian. p. 142. b. 868. b. porro eundem, ad Jus Attic. p 570. E. S.]

Λοβὸς ima auris pars, seu, proprie, pars ejus extrema, qua, nempe, eam prehendas. Oritur à λόω, cui vicinum λάω, unde λάβω, quod peperit nomen λαβὴ ansa: quod, ratione significationis et vicinæ originis, cum nostro λοβὸς componendum est. [Eandem derivationem tradidit S. Bochartus, Hieroz. p. 1. col. 494. Addit vir summus, Græcum λοβὸν, Latinis etiam lanam, lannam dici: cujus vocabuli ratio se lateat. Ea vero in promtu fuerit, dummodo concedas, verba λόω et λάω origine esse cognata. Itaque, uti λοβὸς à λόβω, λόω, sic lana s. lanna, à λάω capio, prehendo. Conf. quæ de lana, lanugo dedimus, sub λάχνη. E. S.]

Λόγχη lancea, quam vocem, Græcæ illi adfinem esse, Festus jam vidit. [Vox λόγχη propriam habet æreæ cuspidis significationem. Xenophon: λόγχαι, εὐπλατεῖς, καὶ ξυήλαι. Et ἀκόντια πλατυλόγχια, apud Pollucem, l. 7. §. 157. Hinc λογχοῦν, rarius, Lexicisque ignotum, verbum, et ἔγχεα λογχωτὰ hastæ cuspide armatæ, Bacchylides apud Stobæum, p. 369. Vide Hesych. in Ἄλογχον δόρυ. Hac de re notavit Yvo Villiomarus, vero nomine Jos. Scaliger, Animadv. in locos contr. Rob. Titi, l. 1. art. 11. T. H.] [Fortasse hoc ipsum λόγχη (Adject. f. g. à masc. λόγχος) nihil aliud est, quam Lat. longa, à longus. Sane ad longitudinem hastæ suæ videtur respicere Lysimachus, ubi dicit, se τῇ λόγχῃ ἅπτεσθαι τοῦ οὐρανοῦ. E. S.]

Λοιγὸς pernicies. Nescio, an componendum sit cum verbo λήγω: de quo supra. Videtur certe oriri à λόγω, cui vicinum λέγω, et hoc vicinum verbo λήγω. [Si quis ad analogiam attendat, facile videbit, voces λοιγὸς et λοιμὸς eandem habere originem. Λοιμὸς enim de pestilentia proprie usurpatur, λοιγὸς vero, in genere, significat quamcumque perniciem, à diis immissam. Oritur autem à primitivo λέω, λείω, λοίω, è significatione perdendi. T. H.]

Λοίσθιος ultimus. Haud dubie est à λοίω, et hoc à λόω. Ratio significationis minus aperta est. Conferri possunt dicta ad nomen λοβὸς et λοιγός. [Stirps λόω, unde λοίω, λοῖσθος et λοίσθιος, videtur cognationem habuisse cum altero λίω, unde λίπω, λείπω linquo: adeo quidem, ut λοῖσθος pp. sit relictus; unde notio ultimi. Conf. omnino Il. Ψ. 536. Λοῖσθος ἀνὴρ ὤριστος, cum vs. 529. 523. Vide etiam Etymolog. M. in voce. E. S.]

Λοξὸς obliquus. Proxime est à λόχω cubo: quod vide in Λόχος et sub verbo λέχω. [A λοξὸς est λοξίας, Apollinis Epitheton. "Λοξίας, frequentatum Apollinis cognomen, unde sit dictum, et, quam habeat rationem, veteres ipsi valde dissentiunt.——Analogiæ legi maxime congruit,

λοξίας repeti ab Adjectivo λοξός. Est enim hæc forma solennis et usitata. Simili modo à δίλυρος exstitit δελυρίας, à λειὸς λειίας, à κλεινὸς κλεινίας, à νικὴ νικίας, à ξανθὸς ξανθίας, à πυῤῥὸς πυῤῥίας, à σκότος σκοτίας, apud Hesychium: quæ pleraque etiam nominum propriorum vicem gerunt. Est autem λοξὸς idem fere, quod πλάγιος obliquus, transversus itidemque distortus: unde fluxit Lat. luxus, luxa membra, et luxata; ut monitum est Johanni Rhodio, in Lexico Scriboniano. Hinc λοξαὶ ἀκτῖνες radii, quos sol obliquos in terram mittit, λοξοὶ κύκλοι obliqui cœlorum orbes, ὀφθαλμὸς λοξὸς oculus obliquus et limus, qualis est invidorum; λοξοβάμων et λοξοβάτης qui obliquo gressu procedit, canori epitheton in Batrachom. vs. 286. et apud Hesychium. Nunc, quo sensu λοξίας ab hac voce derivetur, ambiguum est. Qui scientiæ naturalis et cœlestis elementa, fabulis involuta, putant, Apollinem, quippe Solem, λοξίαν fuisse dictum, idcircó arbitrantur, quia obliquo per Zodiacum, (cujus λόξωσιν primus deprehendisse fertur Pythagoras) cursu terras ambit. Hanc, Œnopidæ Chii, vetustissimi Astronomi, sententiam, proposuit Macrobius, Saturnal. 1. 17. eamque vulgo probant illius disciplinæ cultores: nec præteriit Cornutus de Natura Deor. cap. 32. p. 226. Momentum addit Zodiaci circuli nomen apud veteres λοξίας, teste Achille Tatio in Isagoge, p. 169. Alii rationem à radiis transversis, ad nos septentrionales, à meridiano sole, jactis, petunt. Hæc etsi probabiliter dicuntur, et ad normam Græcæ linguæ satis apte respondent, verior tamen eorum, et nostro judicio, probanda est opinio, qui Apollini, ut vati, et oraculorum (quorum ambage nexa Delphico mos est deo Arcana tegere, quemadmodum ait Seneca in Œdipo, vs. 214.) auctori hoc cognomentum obtigisse statuunt, ὅτι λοξὰ καὶ διπλῶς νοούμενα ἐμαντεύετο, Schol. Euripid. ad Orest. vs. 165. vel, ut Cornutus ait, l. 1. λοξῶν δὲ καὶ περισκελῶν ὄντων τῶν χρησμῶν, οὓς δίδωσι, λοξίας ὠνόμασται. Consentit Hieronymus ad Iesaiæ cap. 41. Ergo λοξίας nomen habuit ab implicitis, et obliquis, quæ fundebat, obscuris vera involvens oraculorum effatis. Est autem is quoque vocis illius, apud Græcos, intellectus, ut, quæ non apte ac dilucide, sed, per flexas ambages, oblique proferuntur, λοξὰ vocent &c. &c. T. H.]

Λορδὸς curvus, incurvus, cernuus. [Dubium ad quam stirpem sit referendum, utrum ad ὄρω (unde ὁράω video, cerno) quod dare potuit ὄρδω, et præposita λ, λόρδω; ut λορδὸς pp. respondeat Lat. cernuus: an vero verbum priscum statuendum sit λόρω, unde λόρδω, et λορδός. Verbum istud λόρω videtur reliquisse vocem Lat. lorum: porro idem cognatum fuisse oportet alteri λάρω, unde λαρὸς, larus, quod dedit laridus, lardus, lardum. Fuit et alterum illi adfine λύρω, unde λύρα, lyra, et Lat. luridus. Conjiciamus ergo, λόω fuisse idem, quod λύω solvo, dissolvo: ex λόω autem lorum Latinis dici, à forma soluta et laxa; λορδὸν vero Græcis esse curvum, incurvum, pp. luxum sive luxatum, spina dorsi, atque ita cernuum. Plura de hac voce dabunt Stephanus, in Thesauri Append. p. 390. et Foësius, in Œconom. Hippocratis. E. S.]

[Λουκᾶς Lucas. Quidquid est nominum propriorum in ας, id omne contractum est. Exemplorum vim, eam in rem, affatim dederunt Hugo Grotius, in initio commentar. in Lucam, et Rich. Bentleius, in Epistol. ad Joh. Millium, subjecta Malelæ Chronico, p. 82. et 83. Quando autem viri docti plenum Lucæ nomen fuisse suspicantur Lucinum, errant procul dubio. Ut Silæ verum nomen fuit Silvanus, sic Lucæ, Lucanus. Plenum quin imo Lucani nomen, Evangelio præfixum, in Codicibus aliquot, invenisse se testatur Mabillonius, in Musæo Italico. L. C. V.]

Λούω lavo. Ortum est à λόω, cui vicinum λάω, nec non λίω, quæ poliendi, fricandi, notionem habent. Inde orta ea lavandi corpus in balneis; quæ propria verbi λούεσθαι notio. [Observandum autem est, veteres, priusquam mensæ accumberent, solitos fuisse sese lavare: unde λούεσθαι sæpe ponitur pro delicate vivere, ut, contra, ἄλουτοι (pp. illi qui sese ante epulas non lavabant) ponuntur pro hominibus sordidis ac minus honestis. T. H.] [Vide Albert. ad Hesych. v. Ἀλουσία. E. S.]

Λόφος cervix. Est quasi asperitas eminens, instar squamæ obtegens. Ortum à λέπω decortico. [In voce λόφος altitudinis et fastigii propria est significatio. Hinc et colles et collum eodem nomine appellantur. T. H.] [Verisimillima est derivatio hujus vocis, apud Etymologum, col. 569: 57. Παρὰ τὸ λέπω, τὸ λεπίζω, λόπος καὶ λόφος. Ἀπὸ τούτου γὰρ τοῦ μέρους ἄρχονται ἐκδέρειν τὰ ζῶα. Hinc jam elucet, cervicem Latinis similiter dici potuisse à κέρω seco, incido, unde κερέω, κείρω. Vide supra in κεράννυμι. Id sane melius placiturum puto, quam derivationem Vossii, ab Hebræo עֹרֶף, Oreph, vocem nostram cervix repetentis: etsi ipsum illud Hebr. עֹרֶף fluxerit à verbo עָרַף, item pp. secuit, incidit, adeoque analogia linguarum in eo conveniat, quod λόφος, cervix, et עֹרֶף, cuncta ex eadem notione incidendi aut excoriandi sint ducta, quia ab ea parte (ut Etymologus modo docebat) excoriare incipiebant animalia. E. S.]

Λόχος cohors. Ortum est à λέχω cubo: de quo vide sub verbo λέχω. [Λόχος antiquissima vox, et ab iis usque temporibus transmissa, quum latrocinia magis quam bella gerebant. Pro insidiis Homerus usurpat. Unde λόχονδ' ἰέναι, Il. A. 227. locum insidiis aptum capere. Oritur ab antiquo verbo λέχω cubo, decumbo: unde λέχος, et Lat. lectus, lectica. Solebant enim in insidiis, ut melius laterent, stratis in terram corporibus subsidere. Hinc λοχᾶν, ἐλλοχᾶν, rariorque forma λοχεύειν, insidiari. Tetigit Salmasius, de re militari Roman. cap. 2. p. 122. Λόχος igitur pp. est hominum turma, ad ponendas insidias apta: deinde transiit ad significandum militarem ordinem, qui certo numero non fuit circumsriptus, &c. T. H.] [Confer. huc Salmas, ad Jus Attic. et Rom. p. 136. 137. De λοχὸς puerpera [itidem haud dubie à cubando dicta] lege eundem in Exerc. Plinian. p. 504. 505. Quid, quod Lat. locus eadem proprie vox est, ac Gr. λόχος: id quod jam suspicatus est Vossius. Unde locum sæpe dixerunt veteres pro sepulchro, in quo quis situs est, ac, veluti placide, recumbit. Vide porro, de λοχᾶν, cel. Lennep. ad Phalarid. p. 23. de λοχεύειν vero D'Arnaud, Animadv. Critic. p. 99. E. S.]

Λύγη Obscuritas. Oritur à verbo λύγω vincio, constringo: quod ortum est à λύω. [Verbum λύγω, cui cel. Lennep. significationem vinciendi tribuit, deperditum est: sed ex eo sunt λύγος vimen, λυγόω vincio, ligo &c. fuitque adeo verbum hoc λύγω vicina forma alteri ligo, ligare. Jam vero ut constrictæ densæque tenebræ vulgo dicuntur, ita vir cel. λύγην tenebras à constringendo vinciendove dictas fuisse, fortasse est suspicatus. Ceterum longe ab hoc themate diversum est Lat. lugeo, lugere, à sono lugentium, ut videtur, desumtum, cui respondet Gr. λύζειν singultire. E. S.]

Λὺγξ Lynx, fera. Videtur dici à flexibilitate membrorum; quasi à λύγγω, quod est pro λύγω vincio: unde λύγος vimen, quo res vinciuntur. Hinc ad flexibilitatem translatum est. [Nimirum λὺγξ scripsere pro λὺγκς vel λὺγγς, quod originem à λύγγω propius indicat. E. S.]

Λύγος vitex. Proprie est vimen, à vinciendo. Dicitur à λύγω, vincio: quod à λύω. [Vide Salmas. Exc. Plin. p. 174. a. D. Diversum autem est λυγὸς, quod, Hesychio indice, instrumentum notat, quo in torquendo utuntur. Stirps autem λύγω pp. flecto, et flectendo vincio vel torqueo. Eadem vis est in derivato verbo λυγίζω. E. S.] [Λυγίζειν pp. est molliter, et, viminis lenti modo, flectere: nam vimen Græcis est λύγος, Athenæi l. 15. p. 671. Unde λυγίζεσθαι Luciano in Lexiph. p. 959. et λυγισμοὶ &c. T. H.] [Conf. cel. Lennep. ad Phalar. p. 72. et ibi laudatum Spanhem. ad Aristoph. Ranas, vs. 787. E. S.]

Λυγρὸς gravis, tristis. Proprie dicitur, quasi, constringendi, angendi, vim habens; à nomine λύγος, quod à λύγω: unde quoque Lat. lectus. Stirps autem est λύω solvo. [Vide ad λύγη, et sequens λύζω. E. S.]

Λύζω singultio. Haud dubie factum est à sono singultientium. [Vide T. H. ad Luciani Somn. p. 7. E. S.]

Λύθρον cruor pulverulentus. Ortum est à λύω, unde λύγω, quod peperit Lat. lucta, Inde porro λύθω, atque hinc λύθρον, eximie, ut videtur, notans cruorem pulverulentum luctantium. [Etiam λύθρος, masc. forma, dicitur à M. Antonino, l. II. 2. II. 3. ubi vid. Gataker. p. 37. et laudatum ab hoc Eustath. ad Il. Ψ. p. 1309: 36. E. S.]

Λυκάβας annus. Vox composita ex λύκος, et βὰς, quorum hoc est à βάω vado, nitor. Λύκος autem antiquitus quoque notavit solem, ductum, ut videtur, à λύω solvo, aperio. Unde ad lucem translatum est. Nempe ipsum lux Latinum ejusdem originis est, cujus Gr. λύκος. Λυκάβας itaque annum solarem eximie notat. [Loca veterum, quibus λυκάβας, de sole, occurrit, vide indicata ab Albert. ad Hesych. in voce. A λύκῳ autem, id est sole, dici λυκάβαντα, Stephanus docuit, ex Macrobii Saturn. l. 1. c. 17. Unde vero λύκος epitheton solis sit, atque adeo pro ipso sole accipiatur, statim elucescet, ubi observaveris, vocem λύκος pp. idem notasse ac λευκὸς, id est, albus, candidus. Inde etiam λύκος, lupus, dictus videtur, sive a candore oculorum, quemadmodum auctor est Plinius l. 11. 37. oculos lupo splendere et lucem jaculari: sive à colore candido, unde πολιὸν λύκον dixit Theocrit. Idyll. 11. 24. E. S.]

Λῦμα sordes. Oritur à λύω solvo: unde porro ad sordes, quæ lavando auferuntur, translatum est. Conf. dicta ad verbum λούεσθαι. [Syllaba prior in λῦμα, et omnibus inde deductis, semper est longa. Itaque λύω, unde λῦμα, aliud est quam λύω, quod solvo notat. Λύειν lavando purgare: unde λῦμα purgamentum. Hoc quidem in genere de omnibus sordibus ponitur, quæ purgando deterguntur, specialiter autem de iis sordibus, quæ sanctitati rerum sacrarum sunt contrariæ. Quam ob caussam, ut satisfieret religioni, sordes impuras et inominatas solebant veteres lustratione adimere et eluere. Λυμαίνειν est à λέλυμαι, λῦμα, ut a κεκάθαρμαι, κάθαρμα &c. T. H.] [De quantitate syllabæ prioris, in voce λῦμα, adi Clark. ad Iliad. A. 314. Ceterum λύειν solvere, et λούειν lavare, etsi tam usu, quam quantitate, nonnihil sint diversa, nihilominus, in ipsa origine, eadem videntur fuisse verba. Quid enim, quæso, lavare aliud est, quam sordes corpori concretas et appactas solvere, solutasque abstergere? Repetebat quidem cel. Lennepius τὸ λούειν lavare à λόω, quod idem ac λίω polio: sed τὸ λόειν etiam fuisse idem, quod lavare, vel sola probat lingua Latina, quæ in verbo lavo adscivit Supinum lotum, unde lotio, lotus, lotura &c. ut contra, à cognata forma λύω, Latini retinuerunt abluo, colluo, diluo, eluo et alia. E. S.]

Λύμη lues. Proprie magis significat commaculationem, atque inde labem, noxam quamcumque. Oritur autem, ut antecedens λῦμα, à verbo λύω, eadem ratione translationis. [Labem notat, quæ alicui infertur, item damnum, quod alicui nocet: quo damno res solvitur, vel persona læditur. Hinc verbum λυμαίνειν damnum alicui offerre, et διαλυμαίνειν τινὰ plane, omnino, aliquem lædere, vel ei nocere. Διὰ, in compositis, significat idem, quod Belgar. *door en door*. T. H.]

Λύπη dolor. Oritur à λύω solvo, unde ad dolorem translatum est. [Λύπη pp. quidem dolorem significat, sed etiam molestiam, et tam de rebus inanimatis, quam animatis, usurpari solet. Hinc λυπέω dolore afficio. Sic τὸ ὑπόδημα λυπεῖ τὸν πόδα calceus urit (ut Latini in hac loquendi formula dicere solent) pedem. T. H.] [" Chrysippum apud Ciceronem (Tuscul. 3. 25.) λύπην ægritudinem, quasi solutionem (λύσιν) totius hominis appellatam putasse, quin et ipsum Socratem, apud Platonem, in Cratylo, (t. 1. p. 419.) vocem λύπην repetiisse ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος," admonuit jam Stephanus, in hac voce. Nescio, an à solutis capillis, quos in summo luctu disjectos habere mortales solent, statum tristitiæ molestiæque ac tædii dixerint λύπην. E. S.]

Λύσσα rabies. Est quasi à λύσσω, quod idem ac λύπτω, et hoc convenit cum λύπω: ut adeo a tristitia et angore animi dici videatur. [Etymon captatum in illo Theocriti, Idyll. 4. 11. τὼς λύκος αὐτίκα λύσσειν. Vide dicta ad λύπη, et, de voce ipsa, Valckenarii Animadv. ad Ammon. l. 2. c. 17. E. S.]

Λύχνος lucerna. Oritur à λύκω luceo, quæ notio supra ad λυκάβας explicita est. [Contractum est ex λύκινος à λύκω, quod idem ac Lat. luceo. Λύκω autem facit λύκος, λύκινος, λύχινος, contracte λύχνος: ut ab ἄκω est ἄκος, ἄκιμος, ἄχιμος, contracte ἄχμος, unde ἀχμὴ, et, addita ι, αἰχμὴ cuspis. Sic τέκω formavit τέκος, τέκινος, τέκνος, τέχνος, et Substantive τέχνη ars. E. S.]

Λύω solvo. Propriam vim habet separandi, quasi dicas corticem detrahendi: atque ita convenit cum λάω, λέω, λίω &c. Inde porro modo notat separando dissolvere, modo separatum ab alio constringere, et in unum collectum vincire. Idem vir celeb. alio loco: " à verbo λύω, ἐκλύειν pp. significat dissolvere id, quod antea erat ligatum. Inde modo ad corpus, mode ad animum, transfertur: non dissimili fere ratione ac Lat. dissolutus. Dicitur autem corpus ἐκλύεσθαι, quod quocumque modo dissolvitur veluti, atque sic debilitatur; Unde in Epist. ad Galat. c. 6. 9. accipiendum est de messoribus, labore defatigatis, atque sic negligentius opus suum perficientibus. Ad animum autem translatum, ἐκλελυμένως ζῆν de eo ponitur, qui vitam agit dissolutam." [Pluribus verbi hujus propriam vim exposuit H. Stephanus: quem vide. Etiam " λύεσθαι solvi, h. e. mori, Philosophorum Platonicorum verbum est, cujus ratio inde intelligi potest, quia dicebant, corpus esse animæ carcerem. Hinc λύσις, apud Platonicos, sæpe ponitur pro morte, quæ etiam plenius dicitur λύσις τῆς ψυχῆς." T. H.]

Λῶ, λῇς, λῇ volo, vis, vult. Male derivant à θέλω. Est enim à λάω contractum: quod est capio, ut supra vidimus. Inde ad animum et voluntatem transfertur. [Vide omnino supra in λάω, et conf. G. Kœn. ad Gregor. Corinth. de Diall. p. 115. Pierson. Verisim. p. 12. et, quos laudavit Albert. ad Hesych. in voce λῶμαι. E. S.]

Λώβη injuria, noxa. Proprie videtur significare truncationem aurium, vel partium extremarum corporis, et quidem ortum esse à nomine λοβὸς, quod, ut supra vidimus, eximie notat extremam partem auris. Inde autem translatum nomen est ad injuriam, contumeliam, noxam, similiaque. [Λώβη non tantum dicitur in fœm. genere, sed etiam in masc. est ὁ λῶβος, itidemque, licet rarius, τὸ λῶβος. Λώβη autem pp. significat noxam, quæ corpori infertur, vel illata est. Quare λωβᾶσθαί τινα notat mutilare aliquem, noxam corpori inferre &c. Hæc ratio est, cur λώβη et λῶβος de morbis gravissimis ponantur. Ita lepra, ab antiquis et recentioribus, vocatur λώβη, vel λῶβος. Verum præterea etiam notat noxam verbis, vel injuriam factis alicui illatam. Unde etiam λωβᾶσθαι est contumeliose alicui nocere. T. H.]

[Λωΐων, et contracte λῴων, in Gen. ονος, melior, H. Stephanus, Thes. L. Gr. t. 1. col. 1096. refert ad Θέλω volo: unde, per abjectionem, ut ait, syllabæ initialis, primum factum sit λῶ, item volo. Hinc vero λωΐων q. d. quem magis volumus, qui a voluntate nostra magis expetitur. Sed observavit jam supra cel. Lennepius, verbum λῶ volo, potius contractum esse ex λάω, contracte λῶ, à quo descendisse primo videtur forma Adjectiva λωΐς, unde primum Comparativus factus λωΐστερος, et dein, σ pro more

eliso, λωΐτερος. Superlativus item λώϊστος, contracte λῷστος. Ab eodem λωῒς, abjecto similiter σ, et, accedente terminatione ων, ortum λωΐων, ut, ab obsoleto βελτὶς, est βελτίων, à ταχὺς, sive ταχὶς, ταχίων &c. E. S.]

Λῶμα fimbria. Videtur ortum à λάω, ut sit quasi λάωμα: nisi mavis à vicino verbo λέω repetere. Notionem autem habet à prehendendo, capiendo.

[Λώπη pallium. " Λῶπος et λώπη utrumque à veteribus usurpatur; notatque non tantum exteriorem, sed etiam interiorem vestem. Quare tunica interior passim vocatur λώπη. Apud veteres in balneis deponebantur vestes, ut balneo uti possent. Unde sæpe homines maligni observabant, an aliquid depositarum vestium furari possent. Hi fures proprie dicebantur λωποδύται, Latine balnearii, et verbum λωποδυτεῖν proprie de iis adhiberi solet. T. H.] [Nimirum λωποδύται pp. dicti videntur, qui aliorum, balneis utentium, vestimentis sese induerent. Δύειν enim, unde ἐνδύω induo &c. et λῶπος vestimentum, secum composita, dederunt nostrum λωποδυτέω. Stirps autem vocis λῶπος, et fœm. formæ λώπη, non alia est, quam λέπω, unde λέπος &c. aut certe λώπω, forma, illi λέπω cognata: de qua Lennep. in λωφάω. Hoc igitur ex fonte λῶπος, sive λώπη, pp. est quod decorticatur, sive quod corticis, vel tegumenti, instar exuitur. Vide viros doctos, laudatos ab Albert. ad Hesych. in voce λωποδύται. E. S.]

[Λῶρον lorum. Vox Latina esse dicitur, à recentioribus Græcis usurpata. Potest etiam analogice ex ipsa lingua Græca (quæ Latinæ sive mater, sive dialectus est) derivari. Vide supra in λορδός. Apud Hesych. habetur λωρὸν, πικρόν. Sed ibi, pro λωρὸν, rescribendum esse ἄωρον, dudum monuit cel. Ruhnkenius. Est autem ἄωρον pp. intempestivum, adeoque, ubi de fructibus dicitur, acerbum. E. S.]

Λωφάω respiro, interquiesco. Videtur ortum esse à λωφὸς, et hoc à λώπω, quod componendum cum λέπω, λείπω relinquo. Unde notionem habere videtur interquiescendi. Vide Valcken. in Diatr. ad Euripid. reliq. p. 125. Alia datur hujus vocis derivatio, Grammaticorum veterum calculis approbata, quæ sancit, λωφᾷν pp. ductum esse à λόφος cervix: " adeoque aptissime dici posse à jumentis, (quæ, depositis e collo oneribus, quiescunt) translatum ad remissionem laborum, et quietem." Vide laudatos ab Albert. ad Hesych. in λωφεῖν, et λωφήσαι. E. S.]

M.

Μὰ, componendum cum μὴ, proprie ejusdem naturæ videtur esse, cujus pronomen μὲ &c. [Vir eruditissimus, H. Hoogeveen, Doctr. Particul. L. Gr. cap. 25. p. 630. docte suspicatus est, voculam hanc μὰ ortam esse ex ἄμα, quemadmodum ex ἄρα factum ῥά: stirpem vero ejus primitivam esse ἀμάω, unde μάω, quod vehemens desiderium significet &c. Hujus clarissimi Philologi vestigiis insistenti suspicari mihi liceat, μὰ, et μὴ, proprie contracta esse ex μάε et μέε, esseque pp. formas secundæ personæ Singul. Imperativi Activi verborum μάω vel μέω, pp. desidero, vel potius quæro et interrogo; ut μὰ et μὴ pp. significent quære vel interroga, et μὰ τὸν Ἀπόλλωνα pp. sit interroga Apollinem &c.; nempe, utrum res ita se habeat, an vero mentiar? &c. Conf. Rudimenta L. Gr. Struchtmeyer., p. 265. Μὰ Δία plerumque negat, raro adfirmat. In adfirmatione enim adhibetur νὴ Δία. Ex. gr. si quis roget, an tu hoc fecisti, respondetur νὴ Δία: sed, si quis neget, et dicat, non feci, tum dicitur Μὰ Δία. Vide Thom. Magistr. in voce Μὰ Δία (p. 590. 591.) T. H.] [Adde Valcken. ad Euripid. Phœniss. p. 366. E. S.]

Μάγγανον venenum, præstigiæ, à μάγανον, quod forte à μάγος: de quo suo loco. Hesych. μάγγανα φάρμακα: ubi vide viros doctos. " Μάγγανον proprie est μάγανον: nam oritur à μάγω, unde μάσσω. Ex origine satis patet, significari instrumentum, quod subigendæ farinæ, aliisque rebus miscendis usurpatur; unde quoque patet pertinere ad veneficas. Sed μάγγανον, in genere, significat etiam instrumentum, ad aliquid vel capiendum vel efficiendum aptum. Hinc μάγγανα retia, machinæ ad aliquem capiendum, et fallendum. Unde μαγγανεύειν, quod de præstigiis et artibus Magicis antiqui posuere, ut Aristoph. Plut. vs. 310. Pro Machinis bellicis, quarum usum Homerus ignorat, vide Hesych. in voce κρόσσαι. Vetustior certe vox μηχαναὶ et πολεμικὰ ὄργανα. Recentiores dein μάγγανα dixerunt, ad Latinos etiam vocabuli usu translato; quod satis explorate constat ex Du Cangii utrisque Glossariis, Lipsii Poliorcetic. l. i. 3. iii. 3. quibus sane quatuor libris accurate persecutus est, quæ ad Machinas, in urbibus oppugnandis usurpatas, pertinent. Nonnulla supplevere Rigaltius ad Onosandrum, et Stewechius ad Vegetium. T. H.]

Μάγειρος coquus. Videtur esse pro μάγερος, quod à μάγις, similive forma. Hoc à μάττω, vel μάζω, vel μάγω pinso, mollio. Cetera vide suo loco. [A μάγω, μαγέω, μαγείω, μαγείρω. Μάγω autem, pro quo dicitur μάσσω, vel μάττω, pp. notat subigo, subigendo aliquid ad rem coquinariam paro. Hinc μάγειρος coquus. T. H.]

Μάγνης magnes, lapis ferrum attrahens. Forte à μάω desidero, quæro, et, inde orto, μάγω. [A patria Magnesia lapidem hunc dictum fuisse, docet Salmas. Exerc. Plinian. p. 776., ubi vide plura. E. S.]

Μάγος Magus. Persicum nomen esse volunt. Vide viros doctos ad Hesych. in voce μάγον. [Si Græcum sit, repetendum est à μάγω, et hoc à μάω quæro: ut μάγος pp. sit exquisitor rerum divinarum et humanarum. Conf. et Guyet. ad Hesych. in voce. E. S.]

Μαδὸς lævis, glaber. Proprie idem, quod madidus, à μάδω, quod à μάω. Hoc forte componendum cum Lat. meo. A μάω est μάζω pinso: cui vicinum μάδω. [A μαδὸς est μαδάω, quod proprie significat fluxu capillorum glaber sive calvus fio. Hinc Participium μαδῶν, et Adjectiv. μαδαρὸς pp. cujus defluxerunt crines. Apud Hippocratem, homines senes, qui sunt ἀραιότριχες, sive raros habentes capillos, vocantur μαδαροὶ, i. e. quibus præ senio pili defluxere. A μαδὸς etiam formatur μαδίζειν pilos adurere, vel adustos demere. Sic μαδίζειν τοὺς χοίρους porcellos madentes pilis nudare. Hinc ἀπομαδίζειν χοῖρον porcum depilare. Aliud autem est μυδάω ex humore putresco. Quare de cadavere dicitur μυδᾷν madore et putrescendo eo pervenire, ut fiat σαπρὸν &c. T. H.]

Μάζα maza, offa. A μάζω, quod vicinum verbo μάσσω pinso. [Est à μάζω, vel μάσσω, in Futuro secundo μαγῶ. Unde patet, vetus verbum esse μάγω. Μάζω autem pp. significat subigo, et μάζα pp. est subacta farina. T. H.] [Vide porro Salmas. Exc. Plin. p. 537. b. de μάζα, pro quo et μάδδα Æolice, ibid. p. 903. b. F. et Grævii Lect. Hesiod. p. 73. E. S.]

Μαζὸς mamma. Haud dubie est idem proprie, quod μᾶζα (sive μάζα) à μάζω. [Potius à μάω. Est igitur pp. forma Adjectiva masculina, cujus fœminina est μάζα. Appellationis rationem præbebit cel. L. C. V. infra in μαστός. E. S.]

Μαῖα obstetrix. Oritur à μάω, inquiro: de quo suo loco. [Etiam nutrix, à cura sedula. Conf. infra in μάω. E. S.]

Μαίανδρος Mæander: nomen fluvii. Ortum videtur à μάω, quod respondet Lat. meo. [Conf. Salmas. Exc. Plin. p. 587,]

Μαίνομαι furo. Est à μάνω, quod forte repetendum est à μάω desidero. [Conf. infra in μῆνις, et locum Theocriti, Idyll. 2. 48. 49. ibique, Valckenario laudatum, Salmas. Exerc. Plinian. p. 659. E. S.]

Μάκαρ beatus. Proprie dii dicti videntur μάκαρες à longævitate. Μάκαρ componendum cum μῆκος longitudo, et μακρὸς longus. [Vox μάκαρ, à poëtis Græcis adhibita, Græcæ tamen non videtur originis, peregrinum quid sonans. Dii, alta pace beati, sæpe dicuntur Homero μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες. Illinc duplex orta fuit Adjectivi forma, μακάριος, et μακαρίτης: prior de vivis adhibetur, de mortuis altera. Μακάριος notabat quacumque re beatum vel fortunatum. Quoniam autem, in summa parte felicitatis, opes collocantur ab hominibus, divites et opulenti, ut à Latinis beati, sic à Græcis sæpissime dicuntur μακάριοι. Μακαρίτης autem, et μακαρῖτις fœminine, ponebantur de fato functis, quos et nos vulgo beatos vocamus. Hoc sensu accipi debet in Persii Satyr. 3. 103. Beatulus alto compositus lecto &c. L. C. V.] [A μάκαρ, quam maxime analogice, factum μακάρτερος, μακάρτατος, quod recte Eustath. p. 1540. 30. 32. inde ortum existimabat, i. q. μακαριώτατος. E. S.]

[Μάκελλον, Lat. macellum. A μᾶκος, " Dorice pro μῆκος, est Adjectivum μακερὸς, per syncopen μακρός. A μακερὸς autem, macer, macellum, μάκελλον" &c. L. Bos, Observ. Critic. cap. 42. p. 171. et Diss. de Etymol. Gr. p. 30. 31. Adde Salmas. de Usur. p. 349. et virum eruditiss. in nota voce μακέλη, in Lexico Hedericiano, subjecta. E. S.]

Μακκοᾶν desipere. Forte à sono inani hominum delirantium.

Μάλα valde. Forte ab obsoleto μάλας: unde Lat. malus. Notio autem repetenda à μαλάσσω mollio, quod non multum differt à μάσσω pinso, subigo. Origo videtur esse μάω moveo, movendo comminuo. [Hæc ita videntur accipienda, ut ex notione subigendi (quam vir celeberr. modo dixit) illam vehementiæ acceperit nostrum μάλα: quod quidem pp. videtur esse Accus. plural. Adverbialiter positus, à nom. adject. μαλὸς, de quo inferius. Jam vero, si contuleris formam verbi cognatam μόλω, (unde μόλος labor, et μόλις ægre, q. d, cum labore; Latini item molior, id est, " cum conatu et viribus ago," molimen, et alia) ratio significationis, in nostro μάλα, erit evidentior. Simul etiam apparebit, ex collata ista vocula μόλις, qua lege à μάλα dictum sit μάλιστα: nempe μάλιστα pp. à μάλις, unde μαλίω, μεμάλισται, μάλιστος. Denique quod Latinum malus eandem habeat indolem, quæ est in verbo μαλάσσω mollio, facile potest confirmari ex collatione usus Latini, in phrasi mala ætas, h. e. ætas imbecillior, senectus: tum vero etiam ex eo, quod malus (Gr. pp. μαλὸς) veniat pro κακῷ, id est, molli, ignavo homine. Confer infra in μαλακὸς, μαλλὸς &c. comparatis quoque, quæ dedit summus Vossius, in Etymologico, vocibus malus, et virtus. E. S.]

[Μαλακὸς mollis. " Talem mollitiem complectitur, qualis est lanæ: nam μαλὸς, sive μαλλὸς, lanam quoque notat. Hinc μαλακὸς, pp. notans id, quod instar lanæ molliter fluit, tam in bonam, quam in malam partem sumitur, et refertur ad mores. Itaque notat mollem et effeminatum. Sed in bonam quoque partem notat eum, qui alteri cedit, nec pertinax est: sed se præbet mollem. Hinc λόγοι μαλακοὶ sunt sermones supplices, et mollibus verbis aliquid petentes. Hac potestate in Euripide sæpe occurrit." &c. T. H.]

Μαλάσσω mollio. A μάλω. Vide ad vocem μάλα. [Μαλακὸς, et infra in μαλλὸς, μαλὸς &c. E. S.]

Μάλη axilla. Videtur à mollitie dictum. [Nempe pp. est fœm. à masc. μαλός. E. S.] Vide μάλα. [Nisi idem sit ac μασχάλη: quod vide. E. S.]

Μαλκὴ stupor ex frigore. Forte pro μαλακή: quod à μάλασσω. [Observavit jam Salmasius, Exerc. Plin. p. 637. Æoles dixisse μολκὸς, pro μαλκὸς, unde murcus et murcidus &c. Ut μαλκὸς pp. sit mollis, hinc imbecillis, ignavus, et μαλκὴ, Substantive, pro imbecillitate, stupore. Ejusdem formæ et indolis vox est ναρκή. Vide Stephan. Append. coll. 1411. 1412. E. S.]

Μαλλὸς quasi mollis à μάλω: de quo dictum. [Apud Hesychium μαλλὸς exponitur τὸ ἔριον, καὶ ἡ καθειμένη κόμη κ. τ. λ. lana et coma promissa. Plura dabit Stephan. in Append. col. 1412. Vide porro sequens μαλός. E. S.]

Μαλὸς tener. A μάλα, quod vide. [Per Aphæresin literæ primæ, pro ἀμαλὸς, dictum volunt Grammatici. Sed ratio ista parum tuta est. Potius ἀμαλὸς dictum fuisse pro μαλὸς auctor est cel. Lennep. quem vide in Ἀμαλός. E. S.]

[Μάλω obsoletum. Idem videtur notasse ac vicinum μόλω, quod, litera λ geminata, pronuntiarunt μόλλω; unde propagatum Lat. mollio. Vide, quæ habet auctor in Ἀμαλός. Ex μάλω hoc supersunt Adj. μαλὸς, ἡ, ὸν, Subst. μάλη, itemque Lat. malum, Dorice μᾶλον, i. q. μῆλον, pp. mite (hinc mite pomum) porro μαλὶς, μάλιον, aliaque apud Hesychium. Latinorum malo, malim, mallem, quippe contracta ex mavolo, mavelim, mavellem, pro mavelerem, huc non pertinent. E. S.]

Μάμμα, μάμμη, μαμμαία. Facta ex repetita syllaba prima vocis μάτηρ [quod vulgo μήτηρ, mater] nempe μά. [Vide Valcken. ad Herod. l. 4. 59. p. 307. E. S.]

Μαμμᾷν vox pueruli, panem flagitantis. Est à præcedenti μάμμα.

Μανδαλωτὸν osculi genus immodestum. Est à μάνδαλον, quod pro μάδαλον. Hoc vero à μάζω, cui vicinum μάσσω subigo, et Lat. mando, mandere. [Usus est hac voce, inter alios, Aristophanes in Acharn. vs. 1200. et Thesmoph. vs. 139. E. S.]

Μάνδρα stabulum, caula, et μανδραγόρας, " Mandragoras, planta, cui vis inest obstupefaciendi sensus et soporandi homines." Forte à μαδαρὸς repetenda sunt. Litera enim ν inserta est. Μαδαρὸς autem à μάδω: unde Lat. mando, Gr. μάσσομαι.

Μανθάνω disco. A μάθω, quod à μάω inquiro. [Ejusdem formæ verbum est, ac sunt θηγάνω, ἀνδάνω, λανθάνω &c. de quibus vide Etymolog. in Θιγγάνειν, col. 450. E. S.]

Μανὸς rarus, mollis. A μάνω, quod à μάω, cui vicinum Lat. meo, unde meatus. [Μανὸς, cum accentu in ultima, est ornamentum collare, quod alioquin μανιάκης, vox formæ ἀκινάκης. Plura de eo habet Stephan. in Append. col. 1415. Utrumque forte μάνος et μανὸς, à mobilitate nomen habet. Hinc et, ni fallor, Lat. manus, mannus, manes, qui à notione mobilitatis, et recursus levissimi, Hebr. etiam אוב dicti. Itaque stirps fuerit μάω, cui cognatum μέω, moveo &c. E. S.]

Μάντις vates. A μάνω furo, de quo in μαίνομαι. Alio loco vir celeberr. Vates à Græcis dicebatur μάντις, q. d. furibundus, vel furore percitus, à μαίνεσθαι furere. Inde autem in vatem apte translata vox μάντις, quia vates, oracula redditurі, furore, quem divinum vocabant, perciti id faciebant. Furor nimirum in iis instinctus divini indicium habebatur. Eo sæpe respiciunt scriptores veteres, quum vates, oracula edituros, inducunt.

Μάραγδος gemma. A μαράγω, quod nescio, an ab ἄρω, præfixa μ, sit repetendum. [Μαράγω vicinam formam habet μαράσσω luceo, splendeo: quod verbum, si porro contuleris cum alio μαρμαίρω, facile apparebit, stirpem utriusque esse μάρω, unde μαράω &c. At dubia res est, unde istud μάρω descenderit. Cel. Lennepius stirpem facit ἄρω. Mihi quidem vicinæ formæ μάρω, μέρω, μόρω videntur omnes vim primariam secandi et dividendi habuisse. Unde vero μάραγδος (pro quo, præfixa σ, etiam σμάραγδος dictum) significationem gemmæ rutilantis acceperit, haud satis liquet: nisi sit à divisis radiis. Conf. Bochart. Hier. 2. 690. 32. et Gron. ad Herod. §. 873. 106: 1. E. S.]

Μάραθρον herbæ genus. Forte à μαράω, unde sequens μαραίνω macero, flaccidum reddo.

Μαραίνω marcessere facio, flaccidum reddo. Forte ab ἄρω: de quo vide suo loco. [Dubitari omnino nequit, an μαραίνω, et marceo, marcesco &c. sint verba, ab eadem stirpe μάρω ducta. Vis earum propria maxime elucet ex Lat. marcere. Vide Salmas. Exc. Plin. p. 637. a. C. E. S.]

Μάργαρον unio. Forte ab ἀργὸς candidus, albus, quod

vide suo loco. [Peregrinam vocem esse βίρβερι vel μάργαρι (unde manaverit Gr. ὁ μαργαρίτης λίθος) docent Salmas. Exc. Plin. p. 790. b. coll. Boch. Hier. 2. 690. Addit ille, vocem Græciæ veteris esse μάργαρον pro lance. Quam quidem significationem à μάρω divido repetere, haud difficile foret. E. S.]

Μάργος, vel μαργὸς insanus, amens. "Proprie notat furore correptum, furibundum: unde à Grammaticis exponitur per μαινόμενος. Maxime ponitur de cupiditatibus et libidinibus furibundis, atque ad omnem immoderatam libidinem applicatur. Sic θυμὸς μάργος animus furens, ἔρως, στόμα &c. μάργον: γαστὴρ μάργος quia omnia, quæ apponuntur, quasi furore correptus comedit. Ex hac, apud Homerum, locutione composita est vox γαστρίμαργος homo edendi cupiditate flagrans." T. H. [Adde Valcken. ad Euripid. Phœn. vs. 1252. p. 422. 423. Stirps videtur esse μάω, unde μαίνω, μαίνομαι furor &c. E. S.]

Μάρη, Plur. μάραι manus. Forte à μάρω prehendo: unde μάρπτω.

Μάρις mensura liquidorum. Forte à μάρω capio vel divido, cui vicinum μείρω.

Μαρμαίρω rutilo. Ab ἄρω forte est μάρω, et reduplicatum μαρμαίρω. [Vide supra in μάραγδος, et conferatur Bocharti Hieroz. P. 2. p. 690. 31. ubi observatum, μαίρειν et μαρμαίρειν pp. esse splendere et μαρμαρυγὴ splendorem. Unde, ut μάρμαρον et μάραγδος, vel cum prosthesi σμάραγδος, ita etiam μαργαρίτης &c. E. S.]

Μάρναμαι pugno, prælio decerno. Videtur repetendum à μάρω capio, vel divido. [Est à μάρνημι: hoc vero à μάρνα, pp. furor, quo quis corripitur. Dicitur de furore bellico, atque adeo verbum hoc sæpe notat pugnare, et μαρνάμενοι de iis dicitur, qui verbis altercando inter se certant. T. H.]

Μάρπτω prehendo. A μάω sunt μάρω et μάπω. Hinc μαπέειν comprehendere: illinc μαρέω, μαρέπω, μάρπω, μάρπτω. [Comparentur, quæ vir cel. dedit in Ἁμαρτάνω, supra. E. S.]

Μάρσιπος et μάρσυπος Marsupium. Nescio, an sit compositum ex ἶπος, de quo supra, et μάρω, unde μάρη, cujus derivata compone.]

Μάρτυρ testis. Est à μάρω prehendo. [Originem esse repetendam à μέμαρται, sæpius diximus, atque adeo à verbo μείρω divido, discerno, dirimo. Hic observandum (quod, in studio linguarum, usus est multiplicis) vocabuli Græci, quod testem notat, præter alias, duplicem exstare formam, μάρτυς et μάρτυρ. Istarum formarum illa, in ς desinens, vetustior est altera, desinente in ρ. In lingua Græca et Latina veteri, in centenis vocabulis, σ primum pronuntiabatur, in quibus posteri, ejus literæ loco, adhibuerunt caninam ρ, quæ, utpote difficilior pronuntiatu, in istarum linguarum infantia, vix pronuntiabatur. Vulgo tradunt Grammatici, recentiores Atticos, in multis vocabulis, σ usurpasse pro litera ρ. Ista ratio erat invertenda. Veteres Græci masculum ex. gr. dixerunt ἄρσενα: recentiores Attici, σ in ρ mutata, ἄῤῥενα. Fortitudinem veteres dixerunt θάρσος, recentiores Attici θάῤῥος: et ad eandem normam alia pronuntiarunt. Hæc accepta refero Grammaticorum doctissimo Heraclidæ Alexandrino, ad Eustath. super talibus notanti, ad Iliad. Μ. p. 877. et ad Odyss. Ι. p. 352. Hujus observatis usus est Henr. Stephanus, de Dial. Attica p. 16. 55. et 191. Præ aliis autem Græcis, Spartani, in fine vocabulorum, in quibus reliqui Græci literam ς pronunciabant, posuerant ρ. Libri, Spartana dialecto conscripti, omnes perierunt: sed exstat tamen Senatusconsultum Laconicum, quod, conservatum à Boëthio, l. 1. c. 1. de Musico, emaculavit Jos. Scaliger, Comment. ad Manilium, p. 426. In eo reperiuntur Τιμόθεορ, ὁ Μιλήσιορ, Παραγινόμενορ, et paullo post, τὰρ ἀκοὰρ, pro τὰς ἀκοὰς, τὼρ νέωρ, pro τοὺς νέους. Similiter Eretrienses, pro σκληροτὴς, dicebant σκληροτὴρ, observante Platone, p. 297. Pro Πελασγὸς ab iisdem ductum fuisse Πελαργὸρ, Phrynichus monuit, p. 40. Qui vulgo Græce παῖς dicebatur, apud Lacedæmonios vocatus fuit πάϊρ, et πόϊρ: unde Lat. puer. Veteres Romani dixerunt por, quod remansit in Marcipor, [Publipor, Lucipor] pro servus Marci &c. similibusque. Ad eandem rationem, in infantia Latini sermonis, s pronunciarunt pro r. "S" inquit Festus "pro r sæpe antiqui posuerunt: ut majosibus, meliosibus" &c. Ex dictis patebit nonnullorum Adjectivorum, apud Latinos, ratio Analogica. Pro angor veteres dixerunt angos et angus: qualia in libris nostris supersunt honos, labos, arbos. Non ab angor, sed à veteri forma angus, natum angustus. Pro augur veteres dixerunt augus: hinc augustus. Adjectivum vetus antiquitus flectebatur vetesis, vetesi, et vetusis, vetusi: hinc vetusitus, contracte vetustus. Funus olim funesis, funesi: hinc funestus. Honos, honus: hinc honesis, honesi, honesitus, honestus. Arbos et arbus, arbusitus, arbustus. L. C. V.]

Μασάομαι mando, à μασάω, quod à μάσω, Futuro verbi μάω movendo minuo, mollio. Inde μάσσω, μάζω, μάδω: unde Lat. mando. [Huc etiam pertinet forma μασέω, unde μάσημα, vox rarior, quam Toupius, in Epist. Crit. p. 25. commemoravit. E. S.] [Μασᾶσθαι pp. dentibus subigere, id est, comedere, est à μάσσω, vel μάττω macerando subigo; respondetque plane Latino mandere. Μασᾶσθαι igitur notat cibos ita manducare, ut non deglutias, sed gustum bene sentias: dein significat ita manducare, ut succum deglutias, reliqua exspuas et rejicias. Sic refertur ad nutrices, quæ manducare solent cibos, ut manducatos ori pueri inserant. Hinc μασητὴς manducator, et μύεις μασητῆρες, apud Medicos, dicuntur musculi, qui, ut dentes moveantur, efficiunt. T. H.]

[Μασθαλὶς Poculum mammæ figuram habens. Vocem hanc Græciæ restituit cel. Valcken. in Digressione 4. à Theocriteis, p. 294. Facta est à μασθὸς, quod vide. E. S.]

Μάσθλη lorum emollitum, quasi à μάσθω, quod à μάσω vel μάσσω. [Pro eodem etiam, in tertia Declinatione, μάσθλητος adhibetur. Vide viros doctos ad Hesych. in voce Μάσθλη, ab Albert. laudatos, et in primis Berglerum, ad Aristophanis Nubes, vs. 448. et Equites, vs. 269. ubi ex Scholiaste observatur, improprie μάσθλητα dici τὸν μεμαλαγμένον ἐν πονηρίᾳ. E. S.]

[Μασθὸς mamma, mammilla. Est forma tantum diversum à μαζὸς, pro quo Dores scripsere μασδὸς, literis σδ, pro recentiori ζ, adhibitis. Stirps μάω. Vide in μαζός. E. S.]

Μάσσω pinso. Est à μάσω, quod à μάω, moveo tractando, comminuendo. Alio loco vir celeb. "Verbum μάω, à generali, qua pollet, notione tractandi, vel minuendi, eam accipit molliendi, quæ in variis derivatis cernitur, ut in μαλάσσω, &c. Itaque à μάσω, Futuro verbi μάω, factum μάσσω itidem tractandi, comminuendi et subigendi significationem habet: unde speciatim pistoribus tribuitur, et idem est, quod Lat. pinso. Idem autem, in compositis, ἀπομάσσειν, ἐκμάσσειν et similibus, abstergendi notione usurpatur. Unde ἐκμαγεῖον aliquando dicitur id, quo quis se abstergit." Μάσσω, pro quo veteres dixerunt μάγω, notat subigere et subigendo abstergere. Hinc μάσσειν χεῖρας abstergere manus. Ab hujus tertia Præter. perf. Pass. μέμακται est μάκτρα instrumentum ad subigendum: sed μάκτρον, in neutro genere, notat instrumentum, quo absterguntur manus. Sic mappa dicitur μάκτρον: adeoque multum differt à μάκτρα, quod v. gr. apud Aristophan. in Pluto, vs. 545. ponitur pro alveo, in quo panis, farina massa &c. subigitur." T. H. Idem vir summus alio loco: "Μάσσειν subigere. Proprie de farina dicitur. Eleganter etiam usurpatur de veneficiis: nam veneficæ dicuntur non tantum κυκᾶν, et ἀνακυκᾶν, sed etiam μάττειν: unde μακτρία veneficam significat, proprie, subactricem."

Μαστεύω quæro. Est à μαστὺς, quasi investigator: quod à μάω inquiro.

Μάστιξ flagellum. Quasi à μαστίζω, quod à μάστις, [servato apud Hesychium: unde in Dativo μάστι, Il. Ψ. 500. ex edit. Clarkii, et Accus. μάστιν, Odyss. Ο. 187. E. S.] Similive forma, e verbo μάσσω, de quo supra. Alia loco vir celeberr. "Nomen μάστιξ, significans flagrum, vel flagellum, proxime oritur à verbo μαστίζω: hoc vero ab obsoleto μάστις, quod à μάω, cui inter alia adest notio urendi. Sicut autem hoc ab urendo ad notionem cædendi flagris transfertur, ita ipsum Lat. flagrum et flagellum repetendum à verbo flagro, quod in origine convenit cum Græco φλέγω."

[Μαστὸς mamma. "Μαστοὶ ubera sive mammæ. Inter alias deteriores veram quoque notionem præbet auctor Etymologici magni, dum, hac voce proprie, scribit, significari τὸ τοῖς βρέφεσι ζητούμενον, id quod pueri infantes, duce natura, quærunt. Est enim ab origine, sæpius indicata, μάω ardenter quæro. Quam Grammatici statuunt differentiam inter μαζὸς, et μαστὸς, illa tantum pendet à dialecto. Quadruplex enim fuit, in diversis dialectis, vocis unius scriptio, μαστὸς, μασθὸς, μαζὸς, et μασδός: quarum ultima fuit proprie Doriensium, adhibita Theocrito, Carm. 3. 16. &c. L. C. V.]

Μαστρωπὸς lena. Videtur idem quod ματρωπός: et hoc componendum cum ματρύλλη lena; quod Diminutivum est à μάτηρ, de quo suo loco. [Vir doctissimus, in Lexico Hedericiano, repetit à μάστωρ indagator et index capturarum venerearum. Cui derivationi favet, quod Græci investigatorem dixerunt μαστῆρα et ματῆρα. Jam vero μαστρωπὸς, in Genitivo μαστρωποῦ, ejusdem formæ nomen videtur esse ac ἀγριωπὸς, ἀῤῥενωπὸς, αὐλωπὸς, βλοσυρωπὸς, κοιλωπὸς, μορμορωπὸς, οἰνωπὸς, παρθενωπὸς &c. Quæ quum manifesto composita sint cum voce ὢψ, ὠπὸς, oculus vel adspectus: dubitari vix potest, quin nostrum μαστρωπὸς sit ejusdem generis, et proprie eum vel eam significet, qui, vel quæ investigatoris investigatricisve speciem demonstret, lenonem adeoque vel lenam. E. S.]

Μασχάλη axilla. Est pro μαχάλη, à μάχομαι pugno. [Nescio, an sit potius repetendum à μάω moveo, unde ipsum quoque μάχεσθαι notionem invenit: ut μασχάλη, sive μαχάλη pp. sit quæ valde et crebro moveatur. Conf. Homericum illud χεῖρας ἀνίσχοντες, vel χεῖρας ἀνισχόμενοι, quod Stephanus laudat, in voce nostra, Append. col. 1422. E. S.]

Μάτην frustra, temere. A μάω, μέω, unde Lat. meatus. [A μάτη, quod à μάτος; hoc vero à μέμαται, tertia Præter. perf. Pass. verbi μάω quæro. Quærimus vero, quod non habemus, et sæpe operam perdimus. Hinc ματὸς frustra quæsitus, et μάτην frustra. T. H.] [Est igitur μάτην pp. Accusat. Singul. f. g. à memorato μάτος. Unde, per ellipsin nominis Substantivi, et præpositionis κατὰ, vel similis, Adverbialiter ponitur. E. S.]

Ματρύλλη lena. Vide dicta ad vocem μαστρωπός.

Μάχλος incontinens, libidinosus, lascivus. Nescio, an à μάχομαι sit repetendum. [Stirps est μάω, unde μέμακα, μέμαχα, μάχω; et hinc Adjectivum μάχελος, contracte μάχλος. Tribuitur potissimum mulieribus, virum appetentibus. Vide Hesiod. Ἔργ. vs. 586. Conf. porro μάω. E. S.]

Μάχομαι pugno. Videri potest nomen μάχη ortum esse à μάσσω tango, et inde ad pugnam translatum. [A μάω est μάχω, ut dictum ad vocem μάχλος. Est autem pp. μάχομαι, vi terminationis Mediæ, cum ardenti studio infero me &c. Unde nonnunquam additur vox χερσὶ manibus: ut Iliad. Α. 298. χερσὶ μὲν οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι, pp. manibus quidem ego me non inferam, et μάχεσθαι nonnunquam est ardenter invehi in aliquem, Il. Ζ. 329. E. S.]

Μὰψ frustra, incassum. Est à μάπω, quod à μάω, unde μάτην idem: de quo supra. [Uti ἂψ contracte dictum pro ἀπὸς, ὂψ, pro ὀπὸς, δὰψ, Lat. daps, pro δαπός: sic μὰψ videtur contractum ex μαπὸς, quod à μάπω, unde μαπέω prehendo. An igitur μὰψ pp. est prehensione, vel prehensu: quæ prehensio cum sæpe sit difficilis et frustranea, vocula μὰψ pro frustra, incassum adhiberi potuit. Conf. Iliad. Β. 120. 214. &c. E. S.]

Μάω vehementer cupio. A motu videtur translatum ad tactum, transitum, aliave. Inde notat quæro, cupio vehementer &c. [Μάω significat magno cum impetu feror, vel quæro, vel investigo. &c. T. H.] [Conferantur, quæ cel. Lennepius supra jam dederat, in μάργος, μαίνομαι et seqq. Fuerunt autem haud dubie cognata verba μάω, μέω, μόω &c. Ex his Latina lingua nobis integrum servavit meo, meare, quod verbum sæpe ponitur de iis, quæ ultro citroque eunt vel eunt redeuntque, ut in illo Lucani, l. 3. 640. Discursusque animæ diversa in membra meantis. Porro de verbo μόω, apud eosdem Latinos, superest Præteritum movi et Supinum motum, quæ verbo moveo, à μόω derivato, tribuuntur. Videtur igitur et ipsum Gr. μάειν pp. notasse motum sive meatum, qui ultro citroque fiat, et quidem cum insigni fervore et impetu. Hinc μάω exponitur quæro, huc illuc, nempe, discursans, μαίνομαι furo, furore agitor, commoveor vehementius &c. E. S.]

Μεγαίρω invideo, curo. Forte à μάγω repetendum: unde μέγας &c. [Conf. μοχθέω laboro invidia; in quo similis translationis ratio, et sequens μέγαρον. E. S.]

[Μέγαρον domus. "Μέγαρον, et μάγαρον, à veteribus dictum fuit penetrale. In templis μέγαρα dicebantur, ubi res sacræ recondebantur. Hinc τὰ μέγαρα, in Plurali, ponuntur pro templo integro. A Pausania commutantur μέγαρον et ἄδυτον, hoc est, iste templi locus, quem nemini, nisi sacerdoti vel pontifici, adire licet, T. H.] [Vide Albert. ad Hesych. v. μέγαρα. Est à verbo μέγω (cujus stirps μέω) à quo μέγας, μεγάρω, μεγαίρω. E. S.]

Μέγας magnus. A μέγω, quod idem ac μέζω, unde μέζων Ionicum, idem quod μείζων. Convenit haud dubie cum μέδω, de quo suo loco. [Stirps est μέω Lat. meo: de quo vide supra in μάω. Hoc ipsum μάω dedit μάγω, unde Latini veteres fecerunt magus, ex quo superest Adverbium magis. A magis porro factum est maginus, et contracte magnus. Pro magus etiam dixerunt majus, a, um: unde Comparativus major pro maiior, et deus majus ac maja, et vox majestas. Vide Macrob. l. 1. 12. laud. à Vossio in magnus. Comparativi autem forma neutra majus videtur esse pro maiius. A μέω factum μέσων, μέσσων, quomodo Iones extulerant Æolicum μέζων. Porro à μέω factum μέγω, ut à μάω, μάγω. A μέγω, μέγας, μέγαλος, unde fœm. forma μεγάλη, Genit. item μεγάλου &c. Ex quibus omnibus satis apparet, proprietatem verborum μάω et μέω, in motu vehementiori positam, transiisse ad intensiorem granditatem significandam. E. S.] [Μείζων contractum est ex μεγίζων, à verbo μέγω. Antea usitata fuere μέγος, μεγίων, μέγιστος, ut φίλος, φιλίων, φίλιστος, quorum hæc reperiuntur in unico Homeri, et unico Sophoclis loco.—A μέγα fluxit μέγαλος; hinc vero est μεγαλεῖος, significans non tantum magnificum, sed et summa laude dignum. Quod satis liquet ex Xenophonte, qui p. 460. homines egregios μεγαλείους dixit, et p. 471. Καλὸν, καὶ μεγαλεῖον νομίζεις εἶναι pulchrum et laude dignum putas esse. Adverbium μεγαλείως eidem Xenophonti, bis terve, adhibitum. Deos sumtuosis sacrificiis honestare dixit, μεγαλείως τιμᾶν, p. 495. L. C. V.]

Μέδιμνος medimnus, mensura aridorum. Est pro μεδίμενος, quod Participium verbi μεδέω: hoc à μέδω, unde modus Latinorum, et medius. [Μέδιμνος et μόδιος inter se differunt. Interpretes tamen μέδιμνον modium exponunt. Non accurate. Vide hic Commentar. [nostrum ad Aristophan. Plut. p. 345.] Verum tamen est, μέδιμνον et μόδιον ab eadem origine esse ducta, nempe à μέδω. Hinc μεδίμενος fit, et contracte μέδιμνος. Μέδω in Præter. Medio habet μέμοδα. Hinc μόδος (unde Lat. modus) id est mensura. A μέδω etiam Lat. metior descendit: quare ex hac

potestate patet, μέδιμνον et μέδιον significare mensuras, ad quantitatem rerum metiendam. T. H.]

Μέδω impero. Ortum videtur à μέω, quod, vicinum μάω &c. superest in Lat. meo: unde μέδω, μέσος, Lat. modus, moderor et similia. [Μέδομαι ad amussim respondet Lat. meditor, in illo Il. Θ. 458. de Minerva et Junone, κακὰ δὲ Τρώεσσι ΜΕΔΕ'ΣΘΗΝ mala Trojanis meditabantur &c. Vide etiam virum doctissimum, ad Hederici Lexicon, in verbo μέδω. E. S.]

[Μέθυ vinum, temetum. "Οἶνος quodvis vinum dicebatur, seu merum seu mixtum. Μέθυ vinum erat merum, aquæ liquore non debilitatum: quale vinum Varro vocat purum putum. A voce μέθυ, μεθύω ebrius sum. Illinc ductum μεθύσκω (secundum vim verborum in σκω) est inchoativum. Ergo μεθύσκεσθαι inebriari." L. C. V.] [Stirps μέω, cognata alteri μάω. Notio ebrietatis videtur ducta ab illa commotionis vehementioris. Conf. imago Jes. 24. 20. 29. 9. E. S.]

Μειδάω subrideo. Forte ab εἰδάω, vel εἰδέω video, adspicio blande. [Ponitur paullo alio modo, quam γελᾶν. Hoc enim refertur ad risum, proprie dictum; verum μειδᾶν ad vultum renidentem, lenemque risum præ se ferentem, et indicantem. Hoc non tantum valet μείδησις et μείδημα, sed et μειδὴς in compositis: unde φιλομειδὴς, quod epitheton est Veneris, id est, Venus renidente vultu, quæ amat vultum renidentem, et ἀμειδὴς epitheton Orci, quo orcus dicitur is, à quo ultor, tranquillitas et lætitia aliena sunt. T. H.] [Adde cel. Lennep. Anim. ad Coluth. p. 91. De etymo verbi μειδάω lege Stephanum in Adjiciendis tomo 2. Thesauri, col. 1607. Stirps mihi est μέω. E. S.]

Μειλίσσω mulceo. Repetendum à μέλι mel. [Etymologus M. p. 82: 33. et 582: 36. παρὰ τὸ μέλι, μελίσσω, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ι, μειλίσσω. A Stephano exponitur Dulcedinem quandam melleam indo, mellitum reddo. Sed recte idem addit, "usurpari metaphorice pro blandis verbis et veluti mellitis demulcere, aut etiam delinire." Nempe comparatio Latini mulceo, cum nostro μειλίσσω, vix patitur dubitare, quin, uti stirpes utriusque verbi, nempe, μύλω, μέλω, sunt cognatæ, ita et ipsæ proprietate sua conveniant: ut μειλίσσειν pp. sit mulcere, demulcere. Conf. loca Il. Η. 410. Od. Γ. 96. Orphei Argonaut. vs. 788. 936. &c. E. S.]

Μεῖραξ adolescens. Haud dubie est à μέρω, μείρω. [Mos apud Atticos frequens est, ut μεῖραξ ponatur de puella, sed Diminutivum ejus μειράκιον de juvene, et alterum Diminutivum μειρακίδιον de ætate juvenili. Jam vero μειρακίδιον sequitur post παῖδα, sive puerum. Quando quis παῖς esse desiit, et attigit annos 14 aut 16, dicitur μειράκιον. T. H.] [Etymologus M. col. 583: 1. Ἀπὸ τοῦ ἱμείρω, ἱμεῖραξ, καὶ μεῖραξ, ἡ τοίουτου χρόνου οὖσα, ὥστε καὶ ἐπιθυμεῖσθαι. E. S.]

Μείρω divido. A μέρω, quod à μέω repetendum videtur, quasi, medium sejungo, divido. [Vide infra in μέρος. E. S.]

Μέλαθρον domus. Videtur repetendum à μέλω, et hoc proprie esse idem, quod μέω, μάω tango, divido, meo. Rationem tamen significationis non satis perspicio. Convenit autem μέλω etiam cum μέρω. [Est ejusdem formæ, et vicinæ fortasse originis nomen, ac μέλεθρον funis. Stirps utriusque est μέλω, unde μέλλω pp. moror, cunctor &c. An hinc μέλαθρον pp. locus morandi, commorandi, μέλεθρον vero instrumentum morandi, sive quod moretur abire cupientem, adeoque funis vel pedica? E. S.]

Μέλας niger. A μέλω, translatione incerta: [uti nihil fere incertius est in linguis, quam ratio denominationis colorum. E. S.]

[Μέλγω. Vide cel. Lennep. ad ἀμέλγω.]

Μέλδω liquefacio. A μέλω divido &c. Hinc vicinum est μέρω. [Contractum videri queat ex μελδέω. Convenit quodammodo cum Belgarum *smelten*. E. S.]

Μελεδαίνω curo. A μελέδη cura, quod à μέλω, vel μέλει. [Notio curarum et sollicitudinis, in μελεδαίνειν, videtur ducta ab illa liquefaciendi ac tabefaciendi, in verbo μέλδω, contracto ex μελέδω. Eadem translatio longe tritissima est in Arab. [illegible] itemque in τήκεσθαι, quemadmodum et Belgice dicimus, *zich verteeren door zorgen* &c. E. S.]

Μέλεθρον pedica, funis. A μέλω, vel μέλει. [Vide dicta ad μέλαθρον. E. S.]

Μέλει curæ est. A μέλω, de quo vide ad μέλαθρον. [Μέλει est tertia Singul. verbi μέλω, cujus proprietas nondum satis est explorata. Fortasse idem pp. notat, ac μελέδω, de quo vide in μέλδω. Conf. etiam infra in μόλω. E. S.]

Μέλεος vanus, stultus, inanis. A μέλος membrum, et hoc à μέλω, de quo in μόλω. [Vir summus, J. A. Ernesti, ad locum Il. Κ. 480. ex Scholiaste Lips. exponit: "μελλητὴν, ἐκλελυμένον τὰ μέλη." E. S.]

Μέλι mel. Videtur esse à μέλω, quod à μέω, vicino alteri μάω moveo, tango: unde mollis, mulceo, &c. Et sic ad saporem dulcem transitum forte. [Vide in μόλω. E. S.]

Μέλισσα vel μέλιττα apis. A μέλι. [Μέλισσαι etiam olim sacerdotes Cereris vocatæ: cujus in nominis locum postea successit μητροπόλοι, ut ostendit Hesychius, ubi vide Sopingium. Meminit hujus rei Scholiast. Euripid. ad Hippol. vs. 17. et Schol. Theocriti, ad Idyll. 15. 94. ubi, pro ἑταίρας, recte legit ἱερείας Tanaq. Faber, teste Anna filia, ad Callimach. in Apoll. vs. 110. Sed etiam, latiore ambitu, pro cujusvis dei deæve sacerdotibus fœminis, μέλισσαι fuerunt positæ. A Pindaro certe Pyth. 4. 106. μέλισσα Δελφικὴ Pythica sacerdos appellatur: cui proprium alioquin nomen erat προφῆτις. Hujus autem rei ratio ab apium est natura repetenda, quæ, quum castissimæ sint et eleganti munditie delectentur, (Ælian. de Animal. L. V. 11. βίον καθαρὸν ζῇ μέλιττα) suum nomen cum virginibus sacris communicarunt. Quin mystica quadam ratione, in sacrorum arcanis, animæ, ob purissimam naturam, dicebantur non tantum νύμφαι, sed et μέλισσαι, ut docet Porphyr. de Antro Nymph. p. 261. cui adjungendus est Scholiast. ad dictum locum Pindari. Non dissimili modo Lunam (quæ τῆς γενέσεως προστάτις habebatur) μέλισσαν vocarunt. Si quis hujus nominis fabulosam originem cognoscere cupiat, illi adeundus est Servius, ad Æneid. l. 1. 434. &c. T. H.]

Μέλλω à μέλω est, quod vide supra. Alio loco vir celeberrimus. "Verbum hoc μέλλω sæpe, temporis Futuri notione positum, post se Infinitivum habet, ita ut, per simplex Futurum, Latine reddendum sit. Ita Græcum μέλλω ποιεῖν, vel etiam ποιήσειν, vel denique, per Aoristum, μέλλω ποιῆσαι ἂν, simpliciter Latine significat faciam vel facturus sum: atque sic in aliis quam plurimis. Orta autem, in hoc verbo, Futuri significatio à notione cessandi, tergiversandi, vel moras nectendi, quæ verbo μέλλειν, per se posito, apud scriptores Græcos, fere propria est. Ita Græce dicas, τί μέλλεις; i. e. quid cessas? vel quid tergiversaris? Hæc autem postestas ab ea curandi nata est, quasi dicas, usque curando tergiversari. Oritur, nimirum, μέλλω (geminato λ) à μέλω, quod, rarissime, licet transitive positum, significat curare. Ita dicitur aliquis μέλειν τὶ curare aliquid. Longe vero frequentius, tanquam verbum Impersonale, dici solet, v. gr. μέλει μοὶ τούτου, vel, mutata constructione, τοῦτο μέλει μοί. [Latini verbo μέλλειν simile quid videntur habere in suo molior, moliri, quod, sua quoque origine, fere idem esse, facile apparet. Est enim molior, prona analogia, à μέλω, μέμολα, μόλος. Conf. omnino Iliad. Κ. 454. 455. Α. 22. Hesiod. Ἀσπ. vs. 126. 127. Aristoph. Plut. vs. 1103. Stirps μέω, vel μόω, pp. moveo: unde μέλλω moveo me ad faciendum. E. S.]

Μέλος membrum. Forte non differt proprie à μέρος pars, ortumque habet à μέλω, ut hoc à μέρω. Origo communis est μέω.

Μέλπω canto. A μέλος carmen. [Μέλος hoc sensu recte exponi videtur carmen modulatum, et quasi membris incisum. A quo quidem μέλος fieri potuit μελέπω, μέλπω. Nescio tamen, an cognatum sit nostrum μέλπω alteri μέλγω, et Lat. mulceo: ut v. gr. Il. Α. 475. μέλποντες ἑκάεργον pp. sit, cantu mulcentes Appollinem, ubi aptissime hoc sensu sequeretur ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων ille autem animo delectebatur, pp. leniter demulcebatur audiens. Et, alio flexu, per ironiam, Il. Η. 240. Scio quoque ἐνὶ σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ, pp. in stataria punga me sævo Marti demulcendum præbere, h. e. manibus ipsius me committere. Sed levis est suspicio, accuratius expendenda. E. S.]

Μέμφομαι conqueror. Est à μέμφω, et hoc à μέφω, quod à μέπω, et hoc forte cum μάπω componendum: de quo ad μάρπτω. [Etymologus M. col. 579: 16. repetit à verbo μέμφω, quod exponit λαμβάνω accipio; id quod cel. Lennepii derivationem eximie confirmat. Hoc igitur pacto μέμφομαι μέμψιν pp. foret sumo mihi sumtionem, vel capio mihi captionem, haud aliter ac Hebræi suum נָשָׂא מַשָּׂא proprie et improprie adhibent. Plena phrasis Græce reperitur apud Atticos, ut in Aristophanis Pluto, vs. 8-10. Τῷ δὲ Λοξίᾳ Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, quod ad literam sic foret, Loxiæ vero Apollini juste impono hoc onus, criminis nempe, quod ipsum oneris instar premat. Idem Comicus in Ranis, vs. 1284. Τίν' ἄρα ΜΕ'ΜΨΙΝ γ' ἐποίσει Ἀνδρὶ Quamnam reprehensionem, pp. quodnam onus, conferet in virum &c. E. S.]

Μὲν quidem. Nescio, an à μένω repetendum sit. [Uti ἐν est pro ἐνὶ, de quo supra, sic μὲν videtur esse pro μενὶ, quod pleniore forma adhibent veteres; ut Aristophan. in Avib. vs. 448. νῦν μενὶ &c. De origine autem hujus μὲν, ex μένω, pluribus egit Cl. Hoogeveen, Doctr. Partic. p. 638. E. S.]

Μένος animus. A μένω. [Rectissime exponitur ab H. Stephano "animi ardor, seu impetus &c. Proprie tribuitur igni, unde πυρὸς μένος, Il. Ψ. 177. 238. Ω. 792. soli, Il. Ψ. 190. (unde μένος ὀξέος ἠελίοιο, Hesiod. Ἐργ. vs. 414.) vento, Il. Ε. 524. fluviis, Il. Μ. 18. Φ. 305. ferro, Il. Υ. 372. equis, Il. Ρ. 476. Ψ. 390. bobus, Od. Γ. 450. mulis, Od. Η. 2. viro, Il. Α. 207. Β. 387. &c. Hinc porro pro vi indomita, furore, ira venit, Il. Α. 103. Η. 210. Ζ. 101. Ι. 675. unde μένος et θάρσος conjunguntur, Il. Ε. 2. Od. Α. 321. ψύχη et μένος, Il. Ε. 296. μένος et θυμὸς, Il. Ε. 470. μένος et ἀλκὴ, Il. Ι. 702. Τ. 161. Ex quibus omnibus satis mihi videtur constare, stirpem esse μέω vado, quod verbum explicitum in Μάω. Porro, uti Gr. γένος dedit Lat. contractum gens, gentis, sic μένος contracte est Lat. mens, mentis: quod quo minus ambiguum sit, facient Hesychii glossæ: Μένος· ἰσχὺς, δύναμις, ὀργὴ, βία, θυμὸς, νοῦς, ψυχή· et multa dicta poëtarum Latinorum, ut Horatii l. 1. Epist. 2. 59. 60. (ubi vid. Bentleium) Lucret. l. 4. 758. Virgil. Æn. l. 6. 11., 12. 609. &c. Conf. etiam seq. μένω. E. S.]

Μένω maneo. A simpliciori verbo μέω, Lat. meo. [Verbum hoc μένω active et neutraliter sumitur. Neutraliter significat firmum et stabilem manere: Active autem constanter aliquem excipere. Hoc pacto Homerus dixit μένειν ἀλκὴν λέοντος sustinere vim leonis &c. T. H.] [Eadem vis Activa et Neutra cernitur in Lat. manere, apud Virgil. Æn. l. 10. 770. Liv. l. 42. 66. &c. Unde clarius etiam apparet, Lat. manere et Gr. μένειν eadem esse verba, e stirpibus μάω et μέω deducta. E. S.]

Μέρδω privo, prohibeo. A μέρω, unde μείρω divido, separo. [Alio flexu, μέρδειν notat idem, quod ὁρᾶν videre, de qua significatione legi potest Eustath. ad Homer. p. 228., 22. 26. 936., 6. 1585., 64. ubi simul componitur cum σμέρδειν, ὅ ἐστιν ἄγαν βλέπειν ἐν τῷ μερίζειν τὰς ὀπτικὰς ἀκτῖνας. Eadem proprietas est verbi Hebr. חָזָה secuit, dein accurate vidit, quasi oculorum acie fixa. Quin et ipsum Lat. vidi, Præteritum verbi video, quis dubitet, idem origine esse, quod alterum fidi, à findo, sive potius ab antiquo fido, ductum, ut vidi similiter proprie est à vido. Qua vero ansa Latinum merda desumtum sit à Gr. μέρδω, haud statim apparet: nisi sit pro μέλδω, à μέλδω, aut notionem habeat à secernendo, quæ est in μείρω divido, secerno. E. S.]

Μέριμνα sollicitudo: pro μερίμενα, à μερίω, quod à μέρω divido. [Cl. L. Bos à μερίζω repetit μεριζόμενος, unde, per syncopen syllabæ ζο, sit μερίμενος, μεριμένη, μερίμνη, μέριμνα. Rectius, mea quidem sententia, Lennepius noster, sine syncope, ducit à μερίω, unde ipsum fluxit μερίζω. Ceterum "originem hanc à dividendo satis firmabunt Terentiana, ex Andr. 1. 5. 25. Tot me inpediunt curæ, quæ meum animum divorse trahunt. Hæ curæ sunt proprie μέριμναι, a nimum veluti dividentes, Virgil. Æn. 5. 720. Tum vero in curas animus diducitur omnes. lib. 8. 19. Magno curarum fluctuat æstu, Atque animum, nunc huc celerem, nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat." L. C. V.]

Μερμαίρω curo, anxie cogito. Conferatur μέριμνα. Μαίρω idem est, quod μείρω, à μάρω. Inde reduplicatum μερμαίρω. [Conf. et Homericum μερμήριξεν, ut, Il. Α. 189. Ε. 671. et alibi sæpissime. "Pro μερμήριξε in quibusdam Mss. et edd. legitur μερμήριζε, ut, Il. Α. vs. 191. pro ἐναρίξοι, ἐναρίζοι. Veteres, ξ illud Doricum in Futuro, ab Homero, vel nunquam, vel raro usurpatum esse, adnotarunt. Sunt certe in Homero loca prave scripta: sed, quomodocumque legatur, res eodem redit. Μερμηρίζω scribitur non tantum per η, sed etiam per ι: licet rarius. Oritur autem à μερμηρὸς, quod ortum sine dubio, per reduplicationem, à μέρω: unde μέρμω, μερμηρός. Significant autem μέρειν et μείρειν proprie dividere. Μερίζειν de cogitationibus divisis et distractis dicitur.—Ponitur aliquando pro consideratione attenta, qua quis inter duas res ambiguus hæret, quamque elegat, incertus. T. H.]

Μέσος medius. A μέω, Lat. meo. [Conf. in Ἥμισυς supra, et infra in μέσφα. E. S.]

Μεστὸς plenus. Eustath. ad Hom. Il. Γ. p. 425: 34. παρὰ τὸ ἔω, τὸ πληρῶ, ἑστὸς καὶ μεστὸς, ὁ πλήρης. Eadem fere habet Etymologus, col. 573: 40. 580: 44. Si comparemus verbum μύω, (haud dubie cognatum alteri μέω) et inde ductum μυρίος, pp. constipatus, densus, videri possit, verbum μέω significationem farciendi habuisse: unde μεστὸς pp. sit farctus, constipatus. Sane "μεστὸς in deteriorem sumitur partem, notatque refertus: πλήρης in meliorem ponitur, significatque illum, qui naturæ necessitati satisfacit; sed μεστὸς qui ventrem immodice replet: quo sensu et refertus apud Latinos dicitur, qui immodice se ingurgitavit cibis. T. H.

Μέσφα donec. Est pro ἔσφα, hoc autem compositum ex ἐς et φά. De utroque suo loco. [Poëticum est. Eustath. ad Il. Θ. 508. p. 726. 40. ποιηταὶ μόνοι, inquit, τὴν τοῦ μέσφα λέξιν φιλοῦσιν. Videri autem possit litera μ, hac in vocula, mere esse pleonastica. Etymologus M. col. 537. 39. observavit, literam μ in multis πλεονάζειν, uti v. gr. in vocibus μία, μεστὸς, μάλευρον. Itaque, quum ἐς poëticum cum μὲς, in μέσφα, satis apte conveniat, μέσφα poni fortasse potuit pro ἔσφα. Quodsi tamen propius attendas ad vim illam verbi μέω, Lat. meo, qua motum notat ad locum, et meare adeoque veteribus idem est ac pergere (ut in Horatii Carm. 1. 4. 17. quo simul mearis:) dubitare vix licebit, quin prior syllaba μὲς, in μέσφα, arcessi quoque possit à μέω pergo. Μέω nempe dedit μέσω, hoc μέσος: hujus vero Dativus est μέσῳ. Pro μέσῳ autem dixerint μὲς, ut pro ἔσω, ἐς &c. Vide etiam μέχρι. D. S.]

Μετὰ cum &c. Forte repetendum est à μέω. [Videtur pp. esse pro μετᾷ ex μεταὶ (ut παρὰ pro παραὶ &c.) adeoque Dativus, aut Ablativus antiquus Singularis vocis, apud Græcos obsoletæ, μετὰ, quam tamen Latina lingua nobis servavit in suo meta, metæ. Meta igitur pp. notat Terminum, quorsum aliquid movetur; unde vitæ metam,

ævi metam, similiaque, apud scriptores Latinos invenias, pro termino vitæ, ævi &c. Ducitur autem analogice à *μέμεται*, tertia Præter. perf. Pass. verbi *μέω* meo: de quo supra dictum jam aliquoties. Itaque Græc. *μετὰ* pp. motum notat vel ad ulteriora, vel retrorsum: ut in *μεταφέρω* transfero, *μεταντλάω* hauriendo transfundo, *μεταστρέφω* converto. [*Μετὰ* in quibusdam compositis significat post. *Μετὰ τινὰ ἔρχεσθαι* post aliquem venire: unde compositum *μετέρχεσθαι τινὰ* consequi aliquem. Sic Jason ab Apollonio Rhodio dicitur navigasse *μετὰ πλοῖα*, post naves, id est, per consequens naves persecutus esse, atque adeo consecutus.—In aliis compositis [ex eadem propria vi, qua terminum notat, quorsum aliquid movetur, vel motu transponitur] infert mutationem aut conversionem; ut v. gr. in *μεταμανθάνειν* sententiam mutare, Belg. *afleeren*, *μετανοεῖν* cogitationes mutare, pœnitentia adfici. T. H.] [Alio in loco cel. Lennepius: "*Μετατίθημι*, vi præpositionis *μετὰ*, proprie significat aliquid ex uno in alium locum transpono, transfero. Præcipue autem verbi hujus usus proprius fuit in ludo calculorum: et, quando calculi, male positi, transponebantur, ita ut ludus veluti corrigeretur, tum ii dicebantur *μετατίθεσθαι*. Inde autem fluxit usus metaphoricus hujus verbi; quando in oratione aliquid, minus recte dictum, veluti transponitur et mutatur, ita ut in integrum restituatur oratio: quo sensu verbum hoc frequens est apud Platonem, similesque. Nec valde dissimili ratione ii quoque *μετατίθεσθαι* dicuntur, qui in aliam sententiam traducuntur" &c. E. S.]

Μέταλλον metallum. Ex *μετὰ* et *ἄλλο*, ab *ἄλλος* alius, qua de voce dictum supra. [*Μέταλλον* pp. est id quod studiose exquiritur, et investigatur, in terræ visceribus; terram nempe effodiendo, et effossam trajiciendo in aliam partem: quæ vis est præpositionis *μετὰ*, ut in *μετατίθεσθαι*. Vide in *μετά*. E. S.] "*Μεταλλάω*, [apud Homerum Il. Α. 550.] a Scholiaste exponitur *ἐπιζητέω* studiose quæro, et *πολυπραγμονέω* per curiositatem, et curiose investigo. *Μέταλλον* (ut Latinis metallum) significavit apud veteres, quod in terram et sub eam est reconditum. Quare vetustissimi Græci *μέταλλα* vocaverunt non tantum ea, quæ nunc vocantur metalla, sed omnes res, sive lapides sive ligna, quæ in telluris superficie reperiuntur. Verum usus dein voluit, ut *μέταλλα* vocarentur illa sola, quæ ex intimis terræ visceribus effoderentur. Hinc *μεταλλᾷν* effodere *μέταλλα*, h. e. ea terræ loca, in quibus metalla, proprie dicta, reperiuntur, quæ dicta sunt *μεταλλεῖαι*, et effossores *μεταλλεῖς*. Jam facile patet, quo pacto *μεταλλᾷν* pro pervestigare usurpetur, et ad curatam ac curiosam rei investigationem transferatur. Plato dixit *μεταλλᾷν φύσιν* pervestigare naturam. Usurpavit quoque hoc verbum Pindarus, Olymp. Od. 8. vs. 108. ubi consulendus est antiquus Scholiastes. T. H.]

Μετέωρος sublimis. Compositum ex *μετὰ*, et *ἔωρος*, et hoc idem quod *αἰωρος*, unde *αἰωρέω*, de quo supra, suo loco, ubi ab *αἶα* terra repetendum esse dixi, sed rectius referri posse video ad *αἴωρ*, et *ἔωρ*: quæ formæ vicinæ sunt voci *ἀὴρ*, ut sit quasi aëreus. [*Μετεωρολογέω* de rebus sublimibus loquor. *Μετέωρα* dicebantur res, quæ sunt in summo aëre. Apud Iönas Physici vocabantur *μετεωρόλογοι* &c. T. H.] [Quidquid est pensile, Græcis veteribus erat *αἰώρα*, et *ἐώρα*. Hinc fluxit *μετέωρος* sublimis sive in sublimi pendens. Hinc verbum *μετεωρίζειν* in sublime erigere. Proprie ponitur de navibus, anchoris fluctuantibus, *μετεωρίζεσθαι*. Transfertur autem ad animum, inter spem et metum suspensum et pendentem. Vim verbi Horatius expressit, Epist. l. 1. 18. 110. neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ. Græce diceremus uno verbo *μὴ μετεωρίζωμαι*. Eleganter de feroci ista bellua, rege Antiocho, dicitur, Libr. 2. Maccab. cap. 5. 17. *ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν* animi pendebat. Ita Lucæ Evang. 12. 29. *μὴ μετεωρίζεσθε* ne animi pendeatis. L. C. V.] [Vide viros doctos, laudatos à Bielio, Nov. Thesaur. Philol. P. 2. p. 344. 345. E. S.]

Μέτρον mensura. A *μέω* meo: unde *μέδω*, et Lat. modus &c. [*Μέτρον* pp. est instrumentum metiendi, sive proprie replendi. Est enim à *μέω*, in Prætor. perf. pass. *μέμεμαι*, vel *μέμεσμαι*, in tertia persona *μέμεσται*: unde *μεστὸς* plenus. *Μέτρον* itaque significat mensuram. Jam vero Græci dicere solent *μέτρον τῆς ἀρετῆς* i. e. virtus castigata et in medio utriusque termini posita: *μέτρον σοφίας* est sapientia mensurata, non superba vel arrogans. Hinc Adjectivum est *μέτριος*, eam significans temperationem vitæ, morum, ceterarumque virtutum, quæ ad hominem pertinent, quæ efficit ut quis sit bonus et honestus. Hinc *μέτριος* ponitur pro cive bono et honesto, ac sæpe opponitur *τῷ ἀδίκῳ* et *πλεονέκτῃ*. Neutro genere etiam *τὸ μέτριον* significat id quod fieri decorum est, et *τὰ μέτρια* non res modicas (ut plurimi interpretes voluerunt) sed ea quæ fieri oportet, quæ fieri decet.—Dicitur *οὐχ ἕξεις τὰ μέτρια*, id est nil tibi præbebo, quod hominem decet dare alteri, sive humanitatis jura non habebis, &c. T. H.] [Conferantur porro, quæ habet Grævius in Lect. Hesiod. p. 20. 37. 38. 77. ubi etiam, p. 43. de verbo *μετρεῖσθαι*, non mensura mutuum accipere, sed sub usura mutuum petere &c. E. S.]

Μέχρι usque. Est pro *ἔχρι*, quod idem atque *ἄχρι*. Utrumque est ab *ἄγω* et *ἔγω*, vel *ἄχω* et *ἔχω*. [Si comparaveris ea, quæ de *μέσφα* diximus, videri fortasse possit, stirpem esse *μέω*, literamque *μ* adeo, etiam hac in voce, esse radicalem, non adscititiam ab initio. E. S.]

[*Μέω* Lat. meo. Stirps fuit cognata alteri *μάω*: in cujus verbi explicatione, quæ hic dicenda erant, jam occupavimus. Vide etiam passim dicta in *μέγας*—*μέτρον*. E. S.]

Μὴ ne. Comparandum est cum *μά*.

Μῆδος cura, vel à *μάω*, vel à *μέδω*, repetendum. [Nempe *μήδεα*, testibus Etymologo et Eustathio, idem est ac *βουλεύματα*, pp. ut videtur Lat. meditationes. Vide dicta ad *μέδω*. Idem *μήδεα* pudenda notat, scriptum, nimirum, pro *μείδεα*, dictumque à ridendo. Vide Hesiod. Theogon. vs. 180. coll. simul vs. 205. E. S.]

Μηκάομαι balo, balare. Factum à sono caprarum. [Nempe à sono *μή*. Vide infra in *μῆλον* ovis. E. S.]

Μῆκος longitudo. Componendum cum *μάκαρ*, et *μακρός*. Origo videtur *μάω* [aut *μέω*, unde *μέμεκα*, *μέκος*, *μῆκος*. Vide T. H. ad *μέτρον*. E. S.]

Μηλέα malus arbor. A *μῆλον*. Nescio, an à *μάλω*, unde *μαλάσσω* emollio. [Vide dicta in *μάλω*. E. S.]

Μόλη specillum. Nescio, an sit à *μάω* quæro. [Vide, si tanti est, quæ, de hoc nomine aliisque, diximus Dissert. in Cant. Hisk. p. 271. 272. et conf. simul observationem viri eruditissimi, in Lexico Hedericiano, voce *μηλάω*. E. S.]

[*Μῆλον* Dorice *μᾶλον*, Lat. malum, pomum. Vide dicta ad vocem *μηλέα*, et adi Græv. Lect. Hesiod. p. 16—18. E. S.]

[*Μῆλον* Ovis, pecus. Pl. *μῆλα* pecudes. Haud dubie à sono *μὴ*, *μή*. Conf. etiam in *μηκάομαι*. E. S.]

Μὴν particula. Proprie conveniunt *μὰν*, *μὴν*, *μὲν* [de qua vide supra in *μέν*. Primariam vim, aliaque ad hanc voculam spectantia, eruditissime disseruit clar. Hoogeveen, Doctr. Partic. cap. 28. p. 774—778. E. S.]

Μὴν mensis. Esse à *μέω*, docet Æolicum *μεὶς*, quod à vicino *μέω*. [Lege hic Platonem in Cratylo, p. 409. laudatum à Maittaire, de Dialecto Dorica, p. 148. Si comparaveris voces *μήνη* et *μηνὰς* lunam significantes, Hebraica porro יָרֵחַ luna et יֶרַח mensis, Belgica *maan* et *maand*, similiaque in aliis linguis, ab unoquovis observanda, dubitare vix licebit, quin vox *μὴν* mensis originem suam repetierit à *μήνη* luna, aut certe cognata huic forma; recteque adeo statuerit Etymologus, col. 583. 14. *Τὸ δὲ μὴν γίνεται ἀπὸ τοῦ μήνη, ὃ σημαίνει τὴν σελήνην κ. τ. λ.* Hoc vero qua analogia factum sit, dispiciendum est paullo accuratius. Stirps mihi, salva summi præceptoris nostri reverentia, videtur esse *μέω* meo, h. e. ultro citroque eo, redeoque. A *μέω* hocce factum est quam maxime analogice *μένος*, *μένη*, *μένον*, et vocali longa *η* pro *ε* adhibita, *μῆνος*, *μήνη*, *μῆνον*. Itaque hujus forma fœminina postea usum obtinuit fortasse Substantivum, quo *μήνη* rediens eximie diceretur luna, utpote sæpissime revertens, "revertentesque ignes colligens." A masculino vero *μῆνος* videtur, hoc pacto, per apocopen, remansisse *ὁ μὴν*, *τοῦ μηνὸς*, pp. rediens luna, dein mensis: cujus quidem Latinam quoque appellationem mensis, pro menesis, esse à Græco *μὴν*, *μηνὸς*, quis hodie cum ratione addubitet: etsi Cicero, de Nat. deor. l. 2. 27. menses à metiendo deduxerit, quia mensa conficiunt spatia? Quanto rectius Isidorus, Orig. l. 5. 33. Mensis, inquit, nomen Græcum, de lunæ nomine tractum est. Luna enim *μήνη*, Græco sermone, vocatur &c. Quin et hujus significationis primariæ, qua mensis pp. redeuntem, eximie lunam, olim denotaverit, vestigium fortasse est in illo Virgilii, Georg. l. 1. 335. Hoc metuens, cœli menses et sidera serva, ubi Servius menses "duodecim signa zodiaci" intelligit, singulis, nempe, noctibus redeuntia, atque in orbem, quasi, revertentia. E. S.]

Μήνιγξ membrana quævis. Repertendum à *μάνω*, unde Lat. maneo: cui vicinum *μένω*. [Vide hac de voce Foësium, in Œconomia, et viros doctos ad Hesychium. E. S.]

Μῆνις ira. Idem proprie, quod *μένος*, de quo suo loco. [*Μῆνις* ira, non tantum explicatur *ὀργὴ* sive ira, sed *ὀργὴ ἐπίμονος* ira permanens, constans: quam originem Grammatici repetierunt à verbo *μένειν*. In origine falluntur, neque minus in propria vocis potestate. Nam proprie non significat iram quæ diu permanet, sed iram quæ ultionem spirat, et exquirit, properatque ad eam. Hæc est caussa, cur *μῆνις* tribuatur diis, et hi, verbo inde deducto, dicantur *μηνιᾷν*, vel *μηνίειν*, quando ultionem scelerum, ab hominibus commissorum, poscunt. Sic *μῆνις Νεμέσεως*, vel *Ἀδραστείας*, vocatur harum ira, quæ malefacta hominum ulciscatur. Eo modo derivatur à *μάω*, *μάομαι*, *μῶμαι*: quod non tantum quæro, sed et inquiro, exploro, perscrutor significat. Ab hoc ipso verbo judices, qui causas exquirebant, dicebantur *ματῆρες*, vel *μαστῆρες* exactores pœnarum, ut apud Latinos quærere pro pœnas exigere, et quæsitores dicuntur: unde Minos, inferorum judex, etiam vocatur. T. H.] [Nescio tamen, an simplicior sit derivatio à *μαίνω*, *ομαι*, ut *μῆνις* pp. sit furor. Etymol. M. *Τὸ δὲ μῆνις παρὰ τὴν μανίαν, μάνις τις οὖσα· ἐοίκασι γὰρ μαινομένοις οἱ ὀργιζόμενοι.* Compone jam Il. Α. 75. Ε. 34. 454. Ο. 125. ubi conjunguntur *χόλος* et *μῆνις*, ut *χόλος* et *θυμὸς*, Il. Α. 192. Inspice et locum Hesiodi, *Ἀσπ.* vs. 99. E. S.]

Μηνύω indico. A *μάνω*, cui vicinum *μένω*: vicina autem sunt *μηνύω* et Lat. maneo. [Nescio, an cognationem quandam habeat cum voce *μένος* mens: ut pp. sit quasi menti injicio, vel mentem do, præbeo. E. S.]

Μήρινθος funiculus, filum,

Μηρὸς femur,

Μηρύω glomero; nescio, an sint repetenda ab *ἔρω* necto: de quo suo loco.

Μήτηρ, Dorice *μάτηρ* mater. [Mater apud Græcos denominata fuit ab amore ardenti et tenerrimo, quo liberos suos complectitur, et à cura, quam in illis educandis impendit. Vox enim derivatur à tertia Præterit. perf. Pass. *μέμηται*, verbi *μάω*, quod primo significat ardeo: dein ardenti desiderio complector; tertio cupide quæro. *Πατὴρ* derivatur à tertia Præteriti perf. Pass. *πέπαται*, verbi *πάω* pasco, et, ex origine, significat altorem, nutritorem. Porro observandum est, formam vocis esse masculinam. Fœminina, secundum analogiam, fuisset *μητέρα*. Nostris quidem in libris hæc forma non invenitur. Inventa tamen fuit à Grammaticis vestustis: nam, in Hesychii Lexico, legitur *μητέρα καὶ ἡ μήτηρ*. L. C. V.] [In usu est forma contracta hujus vocis *μητέρα*, nempe *μήτρα*, matricem, sive vulvam notans: pp. tamen, ut apud Belgas, matrem; à qua voce *μήτρα*, Æolice *μάτρα*, apud Latinos superest productior forma matralia, matris Matutæ festa notans: estque hoc matralia adeo Plurale neutrum à Sing. obsoleto matralis, matrale. Apud Ovidium, Fast. l. 6. 475. Ite bonæ matres, vestrum matralia festum &c. E. S.]

Μῆτις cura. A *μάω* curo. [*Μῆτις* à *μάω* indago, scrutor. Hinc *μῆτις* pp. scrutatio, indagatio, consilium. Verbum inde productum est *μητιάω*: unde *μητίετα*, forma apud Homerum frequens, quam pro *μητιέτης* adhibitam putant, ut pro *ἠπύτης* vociferator, *ἠπύτα*. Grammatici veteres metaplasmum casus in his posuere, et voluerunt, vocativum adhiberi pro Nominativo. Quodsi idem metaplasmus occurreret in aliis formis, rationem haberet explicatio. Sed vix solet in aliis formis reperiri. Unde magis probabilis est eorum sententia, qui Nominativum Æolicum esse existimant. Ita etiam, in lingua Latina, poëta à *ποιήτης*, palæstra à *παλαίστρης*: quæ forma linguæ Latinæ satis ostendit, (quippe deducta ex Æolica dialecto) eum Nominativum apud Æoles exstitisse *μητίετα*, unde Genitivus *μητιέταο*. Hæc certe Genitivi forma Æolica ostendit, apud eos fuisse formam Latinam, respondentem Nominativo. Ergo verus est Nominativus Æolicus. Jam vero *μητιέτης* notat auctorem consilii. Illa forma, quum tribuitur diis, notat præsidium. Sic *ὅρκιος Ζεὺς* Jupiter jurisjurandi præses &c. T. H.] [De *μητίετα*, similibusque, non Vocativis, sed Nominativis, vide etiam Clarke, ad Il. Α. 175. Β. 324. E. S.]

Μηχανὴ machina, pro *μαχανὴ*, quod à *μάχομαι* repetendum. Dicitur autem *μηχανὴ* à Græcis instrumentum, ex variis partibus compositum, gravioribus oneribus moliendis inserviens. Speciatim autem vox usurpata fuit in bello, ubi instrumenta majoris molis, quibus, in obsidendis urbibus, utebantur veteres, dicta quoque fuerunt *μηχαναί*. In scena veteri idem quoque nomen locum sibi proprium habuit, quum instrumenta ea, quibus deosve deasve in scenam prodire faciebant, *μηχανὰς* etiam vocarent: unde proverbium natum *θεὸς ἐκ μηχανῆς* deus ex machina, quod in eos dictum fuit, qui, quum naturali modo exitum rei invenire non posset, dei alicujus auxilium adhibuerunt. A generali nominis notione, qua instrumentum, artificiose constructum ad onera molienda, significat, vox transiit ad quodvis fere artificium, quo hoc illudve efficere coneris: unde formula, usitata Græcis, *πάσῃ μηχανῇ*, quasi dicas omni artificio, omni arte, vel omnibus modis &c. [*Μηχανὴ* pp. est adject. f. g. a. *μήχανος*, quod à *μῆχος* vel *μηχὴ*, quæ utraque sunt à *μάω* quæro, quærendo invenio. Veteres Grammatici ab eo verbo Musas, quas Dores *μώσας*, vocant, putant esse dictas: quare Cornutus ait, "Musas esse nominatas *ἀπὸ τοῦ μῶσθαι* [sive *τῆς μώσεως*.] Hoc verbum ab Epicharmo, Archilocho, cet. ponitur pro inquirere, vel invenire. A *μάω*, *μήχω*, fit *μῆχος*, quæ vox satis usitate inventum notat, sive machinationem. A *μήχω* fit *μήχανος*, *μηχάνη*, quod, mutato accentu, vertitur in usum Substantivum. *Μηχανὴ* vero Æoles et Dores dicunt *μαχανὴ*, unde Latinorum machina. *Μηχανὴ* etiam ponitur pro instrumento, ingeniose reperto: unde bellica instrumenta vocantur *μηχαναὶ πολεμικαί*. Sed, ut machina apud Latinos pro arte et dolo sumitur, unde et verbum machinari [in malam partem significatione accepta:] sic etiam *μηχανὴ* apud Græcos usurpatur, ut et *μηχανᾶσθαι* machinari, vel arte vel dolo reperiendo aliquid novi. —— Hinc etiam est *ἀμήχανος*, quod ponitur vel de persona, quæ aliquid nulla machina potest efficere, vel de re, quæ omnino nulla arte fieri potest, et *πολυμήχανος* de eo qui multas machinas invenire potest. T. H.] [Vide et Grævium ad Hesiodi Theogon. vs. 146. *Ἀμήχανα* apud Homerum, Il. Θ. 130. Λ. 310. redditur exitialia, ineluctabile malum af-

forentia: quod nescio an rectius reddi posset indecora, sive talia, quæ neminem machinari oporteret, Hebr. מעשים אשר לא יעשו, Genes. 20. 9. E. S.]

Μιαίνω fœdo. Est a *μίω* moveo, tango, tracto: unde polluo. Alio loco vir celeberr. "Origo est *μίω*. Inde *μιάω*, et *μιαίνω*, quod pp. significat, quasi, tractando comminuere, sive manibus tractare et identidem tangere. Hinc profecta contaminandi notio. Eadem autem, quæ in Græco verbo, etiam in Latino translatio est. A tago nempe, (quod peperit verbum tango) nomen ortum tagimen, et contracte, tamen verbum peperit tamino, et compositum contamino. Quod autem nomen tamen dicebam esse contractum ex tagimen, simile videmus exemplum in nomen, quod, contractum ex novimen, oritur à nosco; ut sit pp. id, quo aliquem internoscas ab aliis. Ceterum à *μιαίνω* contamino, polluo, ortum *μιαντὸς*, et compositum *ἀμίαντος*, proprie notans non contrectatum manibus, adeoque intaminatum. Ab eodem verbo *μιάω* aliud derivatum est *μιαρὸς*, significans impurum, sive, ut Græci interpretantur Grammatici, *μεμολυσμένος αἵματι ἀκαθάρτῳ*: qua interpretatione usum vocis in primis spectant. Proprie enim verbum *μολύνω*, sive Medium *μολύνομαι* notat cœno, instar suis, volvendo se oblinere, sive inquinare. Vide etiam in *μιαρός*.

Μιαρὸς spurcus, pollutus. A verbo *μίω*, quod fere respondet Lat. minuo, superstes nomen *μιαρὸς*, et verbum *μιαίνω*, in primis usurpantur sensu polluendi. Sic, nimirum, quem pollutum significare volunt Græci, *μεμιασμένον* dicunt: unde, nomine orto, *μίασμα* rem pollutam designat: quam alia voce Græci dicunt *ἄγος*. *Μιαρὸς* itidem de polluto ponunt, et sæpe quidem dicitur *ἄνθρωπος μιαρὸς* homo sceleribus seu facinoribus contaminatus et pollutus: quemadmodum *μίασμα* etiam maxime metaphorice de piaculo adhibetur. Hinc *μιαρὸν* aliquid dicunt, quod veluti piaculo pollutum sit, vel ipsum piaculum, scelus, aut quidquid aliud expiandum est, *μιαρὸν εἶναι* dici potest. [*Μιαρὸς* est à *μιάω* sive *μιαίνω*, idque à *μιὰς*, quod pp. significat maculam, labemve. Itaque *μιαίνω*, pp. maculo vel macula inficio. Hinc ponitur pro tingere. Sic *μιαίνειν ἔριον* tingere lanam: qua potestate hoc verbum apud Homerum occurrit. Jam vero, ut *μιὰς* metaphorice ad vitia, quibus quis maculatur, transfertur, sic quoque *μιαρός*; notatque hominem improbum, omnibus maculis vitiorum tinctum &c. T. H.]

Μίγνυμι misceo. A *μίγω*, quod à *μίω*, de quo ad *μιαίνω*. [Ab obsoleto *μίγω*, quod clarissima sui vestigia reliquit in *μίγμα*, *μιγμὸς*, *μιγὰς* &c. in Futuro, prona analogia, factum est *μίγσω*, et, trajectis literis, *μίσγω*, unde apud Hesychium *μισγαγκεῖον* et alia supersunt, et in Phavorino "*μίγω γράφεται καὶ μίσγω*." Hoc ipsum *μίσγω* dedit Lat. misco, misceo &c. Stirps est *μίω*, cognatum alteri *μόω* moveo, unde *μίγω*, *μίσγω* et alia, pp. videntur notasse mistionem ejusmodi, quæ cum motu fiat. E. S.]

Μικρὸς parvus. Est à *μικὸς* (unde Doricum *μικκὸς*) similive forma. *Μικὸς* autem, cujus fœm. est Lat. mica, ortum à *μίω* tractando comminuo. [Vide Kœn. ad Corinth. p. 130. Valck. Adnot. in Theocr. p. 350. et infra *μιστύλλω*. E. S.]

[*Μιλλὸς* segnis, et *μιλλότης* segnities. A *μίλλω*, vicina forma alteri *μέλλω*. Vide supra, et conf. Toup. Emend. in Suid. P. 2. p. 158. 159. coll. P. 3. p. 162. 163. E. S.]

Μιμέομαι imitor. Est à nomine *μῖμος*, cujus stirps latet. Nescio autem, an *μ* adscititia sit, propter Lat. imitor [abjecta ab initio litera m] hinc ortum. Alio loco vir. celeb. "*Μῖμος* olim eximie dicebatur genus carminis dramatici lascivi et obscœni, quod gesticulatione et motu corporis, veluti imitando, exprimebant histriones: unde istud genus histrionum mimi quoque dicuntur. Inde ortum *μιμεῖσθαι*, in usu, eximie valet accuratissime imitando exprimere vel imitari: quemadmodum in proverbio eleganti est: *ῥᾴδιον μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι*. Atque ista notione imitandi sæpe *μιμεῖσθαι* idem fere est quod *ζηλοῦν*: unde non raro utrumque verbum conjungitur." [Quia *μιμεῖσθαι*, ut observavit auctor clarissimus, pp. gesticulationes motusque corporis indicat, facile apparet, stirpem commodissime statui posse *μίω*, cognatum alteri *μόω*: unde motum, motus. Ceteroquin haud sine exemplo est, literam m, ab initio vocabulorum abjici; ut v. gr. observante Vossio, in ala pro *μάλα*, sive *μάλη*, in voxos pro *μυοξός*: qua lege à *μιμέω*, sive potius à *μιμίτω* fieri potuit imito, in forma activa, quam Varro adhibuit. E. S.]

Μὶν pronomen antiquum ab obsoleto *μὶς*, quod (cum *μὸς* unde *μοῦ* componendum) peperit Plurale *μὶς*, et *μεῖς*: unde *ἡμεῖς*, *ὑμεῖς*. [Vide Animadv. ad Analog. Ling. Gr. p. 286. ss. E. S.]

[*Μίνθος*, et in fœm. *μίνθα*, dicitur: notatque florem, propter odorem suavem, (quem emittit) *ἡδύοσμον* dictum. Omnibus autem in linguis [quædam sunt vocabula, quæ per antiphrasin dicuntur. Sic *μίνθος* ponitur pro floribus male olentibus, quare et stercus dicitur *μίνθος*: unde et gravis iste hircorum odor *μίνθος* vocatur. Hinc verbum *μινθόω*, quod potestatem habet stercore oblinendi. T. H.] [Conf. vir summus ad Plutum Aristophan. et quæ P. Merula, de verbo *Stinchen*, habet excerpta à Kiliano, in voce *Stincken*; ac *Ten Kate*, in 1. *Prœve van Geregelde Afleid.* p. 440. et dispice dein, an forte *μίνθος* dici potuerit a motu particularum fragantium, versus omnes partes dispersarum: ut *μίνθος* pp. hoc pacto sit odor diffusus dispersusve. E. S.]

Μινὺς parvus, exilis. A *μίνος*, Lat. minus: quod a *μίνω*. Stirps *μίω*: de qua vide in *μικρός*. [Vide infra in *μιστύλλω*. E. S.]

Μισθὸς merces. Est pro *μιθὸς*, quod a *μίω*. Rationem translationis nondum satis perspicio. [*Μισθὸς* justa merces et honesta cujuscumque rei dicitur à Græcis: Merces contra inhonesta dicebatur *μίσθωμα*, uti v. gr. de quæstu meretricio. A *μισθὸς* ductum verbum *μισθόω* notat loco alteri mercede, domum præsertim: Medium *μισθόομαι* significabat mercede conduco, sive facio, ut domus mihi locetur &c. L. C. V.] [Etymologus: *Μισθὸς κυρίως ὁ εἰς μῆνα κατατιθέμενος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐφ' ἡμέραν*." Plures ejusmodi derivationes vide apud eundem et Eustathium. Hesychius habet *μίττος*, sive *μίτος· τάξις*. An eodem e fonte *μισθὸς*, quasi merces constituta? E. S.]

Μίσκοι frusta cœnarum, et rejectamenta. Dicitur pro *μίκοι* a *μικὸς*, de quo vide ad *μικρός*.

Μῖσος odium. Nescio, an sit a *μίω*. Componendum autem cum *μῦσος*? Alio loco vir celeb. "*Μῖσος* odium pp. significat vitium, quo alios studeas minutos, veluti, facere. Ortum nempe est a verbo *μίω*, quod idem notat atque inde derivatum verbum *μινύθω*. Docent hoc derivata non pauca. Ab ejus Præterito perf. *μέμικα* ortum nomen, *μικὸς*, fœmininum peperit *μίκη*, superstes apud Latinos in mica, quæ vox minutissimum panis frustulum eximie notat. Masculina forma *μικὸς*, geminato *κ*, peperit *μικκός*: unde Doricum *μίκκυλος* parvulus.—Præterea a *μίω*, inserto *ν*, est *μίνω*, umde minor, minuo, et similia, nec non Græc. *μινύθω*.

Μιστύλλω in frusta concido. Est à *μιστύλη* frustulum, hoc à *μιστὸς*, quod idem ac *μιτός*. A *μίω* minuo, concido. [*Μιστύλη* panis in cochlea cavatus. Apud Atticos *μιστύλη* et *μυστίλη* exaratur: quæ scribendi varietas, in verbo derivato, remansit. Vide Spanhem. ad Aristoph. Plut. vs. 622. qui cum aliis fluctuat, utriusque vocis diversa sit statuenda significatio, nec ne. Verum, cognita origine nominis et usu, illa dubitatio facile decerni potest. Verbum fuit antiquum *μίω*, unde *μίνω*, *μινύω*, Lat. minuo, minor, minutus, itidem *μικὸς*, sive *μικκὸς*, et *μικερὸς*, contracte *μικρός*. A priore forma descendit Lat. mica; hinc itidem *μείων*, et, quod veteribus usitatum, *μεῖος*, unde *μειόω*, *μειῶ*. Propterea *μίειν* à Grammaticis exponitur *ἐσθίειν* dentibus et manducando comminuere, ac conterere cibos. A *μίω*, aut *μεμίσται*, usitata forma mansit *μιστὺς*, hinc *μιστύλειν* et *μιστύλλειν*, quod in Homero, Il. A. 465. H. 317. certissime notat in partes discindere, concidere, itaque ponitur, ut proprius ejus verbi locus in cibis secandis fuisse videatur. Ideo veteres exponunt *εἰς μικρὰ διακόπτειν*. Exinde nascitur *μιστύλη*, apud Atticos præsertim, panis frustulum cavatum, quo jusculum hauriunt: *κοῖλον ἄρτον* vocat Diogenes Laërtius, l. 6. § 37. ubi vide Ægid. Menagium. Inde *μιστυλλᾶσθαι*, vel, ut sæpe scribitur, *μιστυλᾶσθαι*, est, Hesychio exponente, *τὸ ἐκροφῆσαι τὸν ζωμὸν τοῖς ψωμίοις*. Postmodum, ob figuræ similitudinem, cochlearia, eundem in usum comparata, nomen idem habuerunt, Pollux, l. 6. § 81. 10. § 89. Comici deinceps hoc verbum posuerunt pro juscula suaviter sorbere, convivari: neque aliter intelligi debet in Aristophan. Plut. vs. 625. *Ω μεμιστυλημένοι*, O vos senes, qui delicate convivati estis! Eleganter idem in Equitibus, vs. 824. *μιστυλλᾶσθαι τῶν δημοσίων*, arrodere et absorbere pecunias publicas. Vide Scholiast. et Liban. ep. 9. Aliam viam ingressus est Salmasius ad Solin. p. 795. sed parum sibi constans. T. H.] [Alio loco idem vir summus: *Μιστυλλάω* est à *μιστύλη*, in mascul. genere *μίστυλος*, quod auctum est ex *μιστύς*. —— Forma talium derivatorum est Dorica. Sic *μαστὺς* inquisitio est à *μέμασται*, *ὀρχιστὺς* saltatio ab *ὤρχισται*, verbi *ὀρχέω* salto &c. Vide etiam eundem ad Aristoph. Plut. p. 211. E. S.]

Μίσχος pediculus, per quem folia fructusque arboribus adhærent. Forte pro *ἴσχος*, præfixo *μ*, ab *ἴσχω* contineo. [Nescio, an sit à *μίγω*, *μίσγω* vel *μίσκω*, *μίσχω*. Idem Latinis est miscere, quod, in Passiva forma, vel Media, apud Latinos idem valere atque accedere, adjungi, probavit A. Schultensius, in Veteri ac regia Via Hebr. p. 55. Hac ansa *μίσχος* pp. foret adjunctus, et eximie talis arboris pediculus. E. S.]

Μίτος seu *μῖτος*, licium, filum quod stamini implicatur. A *μίω* minuo. [An à motu, quo per stamen trajicitur? Hoc pacto *μίω* foret explicandum per cognatum *μόω*, moveo, et *μίτος* accipi posset pro adject. sive participiali forma, ut motus, a, um, pp. est à *μόω* moo, unde moϝo, moveo. E. S.]

Μίτρα cingulum, zona. Proxime ortum videtur à *μίτος*. [Nempe ut à *μίκος*, *μίκερος*, *μικρὸς*, sic à *μίτος*, *μίτερος*, *μίτρος* in fœm. *μίτρα*. Etymol. M. *Μίτρα· ζώνη ἡ διὰ τοῦ μίτου ὑφαινομένη*. De phrasi *λύειν μίτρην*, solvere cingulum, vide Schraderi Animadv. ad Musæum, p. 340. ss. E. S.]

[*Μίω*, verbum obsoletum, cognatum fuit formis *μάω*, *μέω*, *μόω*. Proprie ejus significatio videtur fuisse movere, commovendo minuere, sive deterere. Vide, quæ Lennepius et T. H. dederunt in *μικρὸς*, *μινὺς*, *μιστύλλω* &c. E. S.]

Μνᾶ mina. Contractam esse vocem, docet Lat. mina, et ortum videtur à *μίω*. [Minam repeti posse à *μίω*, satis docet Lat. obsoletum minus, mina, minum: unde superest mina ovis, quæ vocabatur ovis ventre glabro, apud Varron. de Re rust. l. 2. 2. Adi viros doctos, a Gesnero laudatos in Lexico rustico. Etiam mina mamma est apud Festum, l. 11. 5. et in Hesychio, *μίνα· τὰ μικρὰ σῦκα*. Contractam vero vocem esse ex mina, pulchre docuit Rhemnius Fannius, de Ponderib. et mensur. vs. 32. his versiculis: Accipe præterea parvo quam nomine Graii *μνᾶν* vocitant, nostrisque minam, dixere priores. Sed rectius fortasse *μνᾶ* habetur vox orientalis. Græcorum nomen *μνᾶ* et Lat. mina, cum ipso pondere, delata sunt in Græciam ex Oriente per mercatores Palæstinos, sive Phœnices. Græcæ linguæ, per se spectatæ, nihil est convenientiæ cum linguis orientalibus. Qui linguarum lexica harmonica condiderunt, credi vix potest, quantum vulnus inflixerint linguarum studio: a quo, splendidis nugis suis, homines ingeniosos averterunt. Recentiori tamen ævo, per commercia cum orientalibus mercatoribus et nautis, plurima vocabula, ex oriente, in Græciam invecta fuerunt. Res, scilicet, cum ipsis appellationibus, transumserunt Græci ab Orientalibus: sed hoc nusquam statuendum, nisi cum est manifesta ratio. Appellationes, in re sacra sollemnes, in re nummaria, instrumentorum Musicorum, nauticorum, cum eorum usu, receptæ fuerunt à Græcis: nomina quoque stirpium et plantarum. Par atque eadem ratio hodiedum est in linguis. Merces, quæ ex Indis cum Hollandis fuere communicatæ, et, per Hollandos in reliquum terrarum sparsæ, servant suas patrias appellationes. Obtinuit hoc etiam, in primis, in nummis et ponderibus. Græca vox *μνᾶ* et Latine mina totidem literis scribitur in lingua Hebræa. Unicus locus sufficiet Ezechiëlis 45. 12. Radix et origo superstes in nobilo loco Daniëlis c. 5. 25. 26. Significat, nempe, מנה certa et præfinita mensura adsignavit. Vide excellentissimum Jobi interpretem [A. Schultensium] p. 195. 196. L. C. V.]

Μνάομαι recordor, memini. A *μνάω*, quod à *μενάω*: hoc à *μένω* maneo, de quo supra. A manendo ad memoriam transiit. Alio loco vir celeberr. "Origo est verbum *μένω*, significans maneo. Ab isto verbo, ut fieri solet, verba pura formata sunt *μενάω*, *μενέω*, et sic per reliquas vocales. Hæc verba contracta pepererunt formas *μνάω*, *μνέω* &c. Horum prius superest in lingua Græca, atque à notione manendi ad memoriam eximie translatum fuit: qua, nempe, res veluti, custoditæ permanent. Similis ratio est derivatorum verbi *μνέω*. Inde enim verbum *μνεία* peperit nomen *μνεία* memoria, mentio &c. Sic Græci dicunt *μνείαν ποιεῖσθαι τινὸς* mentionem facere de aliqua re sive recordari aliquid: quod et, nomine à verbo *μνάω* derivato, dicunt *μνήμην ποιεῖσθαι τινός*. *Μνάω*, nempe, vi activa significans speciatim facere recordari, ex se peperit *μνάομαι*, virtute Media, notans facere semet recordari: quod idem fere est ac simplex recordari. Ab isto verbo *μνάομαι*, sive Præterito perfecto ejus *μέμνημαι*, nomina formantur *μνῆμα*, *μνήμη*, et obsoletum *μνῆμος*. Primum *μνῆμα* pp. rem notat, quæ faciat recordari: unde sæpe ponitur pro monumento vel sepulcro. Alterum *μνήμη* memoriam significat: nomen autem *μνῆμος*, obsoletum, peperit cum Substantivum *μνημοσύνη* qua significatur vis vel virtus recordandi, tum etiam nomen collectivum *μνήμων*, hominem eximie notans, valida memoria gaudentem, sive qui multarum rerum memoriam habet. Ab isto nomine *μνήμων* verbum deinceps oritur *μνημονεύω*, id est, multarum rerum memoria gaudeo, vel sum *μνήμων*: hinc compositum *ἀπομνημονεύω*, unde porro *ἀπομνημονεύματα* dicuntur eximie ex tempore factæ dissertationes, quæ ex ore alicujus haustæ, et memoria custoditæ, ex tempore recensentur et habentur.

Μνηστεύω nuptias ambio. Verbi *μνηστεύειν* origo est *μένω*, quod est maneo, unde reduplicatum *μιμένω* peperit contractum *μίμνω*: quod item manere significat. A notione autem manendi derivata, ab hoc verbo, multa translata fuerunt ad memoriam, qua quid custoditum veluti maneat. Inde, nimirum, facta verba *μενάω* et *μενέω*, quorum prius, per contractionem, peperit *μνάω*: hoc autem in usu valet, in memoriam revoco vel commonefacio: quo sensu cum Accus. personæ et Genit. rei construi solet. —— Verbi autem *μνάω* forma Media *μνάομαι*, vi reciproca, significans revoco me in memoriam, commode adeo redditur per Lat. recordor. Inde porro ad ambiendi notionem transfertur, ubi, nimirum, sermo est de eo, qui puellam ambit et nuptias ejus petit: quo sensu sæpe occurrit apud Homerum et reliquos poëtas. Inter alia hujus verbi derivata in primis ad nos pertinet *μνηστὸς*, cujus fœm. *μνηστὴ* ab Homero usurpatur de muliere desponsata, nec non *μνηστὴρ* procus, qui mulierem ambit. Inde verbum *μνηστεύω*, vi terminationis, idem est quod sum procus, vel ambio nuptias, ejusque Medium verbum *μνηστεύομαι* simili gaudet virtute. Rarius idem verbum, Passive usurpatum, de muliere desponsata invenitur &c. [Procus, qui puellam ambit, dicitur *μνᾶσθαι*: puella, quæ petitori

respondet, sive despondetur, dicitur μνηστεύεσθαι. Erotianus Grammaticus, μνᾶται, inquit, ὁ ἀνὴρ γυναῖκα, μνηστεύεται δὲ ἡ γυνὴ ἄνδρα. Apud Romanos veteres pp. despondet puellam, qui petit; spondet, à qua petitur: observante Donato in Differentiis. Dedit eam in rem plura Salmasius, de Modo Usur. p. 712. De differentia Græcorum verborum egit J. G. Grævius in not. ad Luciani Solœcist. 119. L. C. V.]

Μογγὸς qui voce est obtusa. Videtur factum à sono mussitantium.

Μόγος labor, molestia. Componendum est cum μέγω, unde μέγας et similia. [Proprie ab Homero adhibetur pro labore bellicoso, atque adeo illi dicuntur μογεῖν, qui bello laborem impendunt. T. H.] [Stirps μόω, Lat. moveo. Ab eadem origine est μόγις, idem fortasse ac μόγοις, Dativo vel Ablativo veteri, à Nom. μόγος: ut μόγις pp. sit cum molestiis: hinc ægre, difficulter. E. S.]

Μόθος labor. A μόω. Vide μόλος. [Μόθος in primis dicitur de labore bellico, atque adeo pro ipsa pugna: ut Il. Η. 118. Σ. 159. 537. Φ. 310. Hesiod. Ἀσπ. 158. Vix differre videtur à Lat. nomine Subst. motus, in illo Horatii, Carm. l. 2. 1. motum ex Metello consule civicum: quocum compone, Il. Λ. 241. μόθον ἵππων ὠκειάων. Stirps igitur μόω: à qua forma etiam Lat. motus. Vide et seq. μόθων. E. S.]

[Μόθων verna. Hæc vox potissimum usurpatur à Comicis poëtis, et pertinet ad res et personas. Itaque μόθων dicitur saltationis indecoræ genus, quod à nautis præcipue usurpabatur. Præterea Pollux docet, esse εἶδος αὐλήσεως αἰσχρᾶς. Porro μόθων etiam pertinet (ut diximus) ad personas: et μόθωνες illi dicuntur, qui sunt maligni aliorum irrisores. Hinc verbum est μοθωνεῖν, quod significat alicui maligne insultare et illudere. Hinc quoque est μοθωνία apud Hesychium, quod exponitur ἀλαζονεία. Non tantum vero dicitur μόθων, sed etiam μόθαξ: unde patet, hanc vocem derivari à μόθος, quod significat tumultum, bellum, motus turpes et ad illudendum comparatos: sed porro μόθωνες ut μόθακες, apud Lacedæmonios, illi dicebantur, qui, tanquam moderatores, adjungebantur pueris ordinis majoris, ut cum iis simul educarentur, vocabanturque οἱ παρατρεφόμενοι, ut monet Scholiastes, ad Aristophanis Plutum, vs. 279. quo scilicet eos pueros adjuvarent, iisque adessent ludendo, et comitarentur ad scholas. Erant illi non ingenui, sed tamen liberæ conditionis. Hinc factum est, ut egregii viri, apud Lacedæmonios, fuerint μόθωνες: ut, magnus ille Lacedæmoniorum imperator, Lysander, et plures alii, quemadmodum docet Ælianus, Var. Hist. l. 12. 43. Sed apud Comicos significat eum, qui aliis maligne illudit et insultat. T. H.] [Vide viros doctos ad Hesych. vocibus μόθων, μόθωνες, μοθωνία &c. et Perizonium ad Ælianum l. 1. E. S.]

[Μοιχὸς mœchus, adulter. [Μοιχὸς à μέμοιχα Præter. perfecto verbi μείχω, vel μίχω, quod notat mingo, vel meio. T. H.] [Eadem fere ex ore magni Hemsterhusii habet A. Schultens., in Comm. ad Prov. Sal. p. 60. E. S.]

Μολέω venio, vado. A μόλω, quod componendum cum μέω, μόω, μέλω, Lat. moveo. [Vide infra in μόλω. E. S.]

Μόλιβος, aut μόλυβδος plumbum. [An à mole et gravitate? Etymol. M. Μόλιβος ἐοίκειται τῷ ἀγκίστρῳ εἰς τὸ καθέλκειν αὐτὸ τῷ βάρει κάτω. Idem Grammaticus docet, "si per ι pronuntietur, vocem esse μόλιβος sine δ scribendam; sin vero per υ, tum efferendam esse per delta μόλυβδος." E. S.]

[Μόλις vix, ægre: idem quod μόγις. Vide sub μόγος.]

Μολοβρὸς gulosus, vorax. Forte pro μολορὸς, à μόλω. [Etymol. M. Μολοβρὸς, κατὰ συγκοπὴν, μολοβορός τις ὢν &c. Compositum videri queat ex μόλος, et βορὸς, quod à βόρω, Lat. voro: de quo supra. E. S.]

Μόλος labor, pugna. A μόλω, quod vide. [Analogice derivari debet à μόλω, quod Latini servarunt in suo molo, molere, nisi malis forte ducere à μέμολα, Præter. perf. Medio verbi μέλω: de quo dictum supra in μέλλω, μέλαθρον &c. A μόλος hocce, sive Dativo ejus Plurali μόλοις, videtur descendisse μόλις, Adverbialiter positum pro ægre, vix: quasi dicas magno cum labore, sive pp. cum laboribus; ut μόγις est pro μόγοις, E. S.] [" Μόλις ac μόγις, et significatione et origine, sunt proxima. Μόλις est à μόλος labor, et pp. quidem labor bellicus.—Hinc ponitur pro bello apud Homerum.—Μόγις est à μόγος, gravis labor; unde μογεῖν laborare, et μόχθος labor onerosus" &c. T. H.] [Ceterum à μόλος, sive μόλις, productum fortasse est Lat. molior: ut à μόλω est mola, à μολέω autem, unde molui Lat. pro molevi, moles &c. E. S.]

Μολύνω polluo. A μόλω accedo. [A μολὺς, quod in antiqua lingua Græca maculam notavit. Hinc μολύνειν conspurcare, maculare. T. H.] [Suspicor, μολύνειν pp. notasse sordes contrahere e luto, inter eundem &c. L. C. V.] [Etymol. M. Μολύνω· παρὰ τὸ ὀλύω, ὀλύνω καὶ μολύνω, καὶ μολυσμός. E. S.]

Μόλω, verbum, apud Græcos obsoletum. Latina lingua servavit in suo molo, molere. Molui præteritum pp. est à moleo, Gr. μολέω, pro molevi: ut docui contractum esse ex docevi, satis probant alia non contracta, delevi, obsolevi, consuevi, à deleo, obsoleo, consueo. Est igitur Græc. μόλειν (collato Lat. molo, molere) pp. idem quod aliud ἀλέειν, in gyrum vertere, huc illuc versare, discurrere &c. Unde, in Hesychio, non modo simpliciter exponitur ἐλθεῖν, sive ἔρχεσθαι, verum etiam τρέχειν et δραμεῖν: quæ quidem notio vertendi, convertendi, ut in isto τρέχειν, primaria est, ita et in nostro μόλειν, non alia videtur esse. Sentiri potest illa vis convertendi in Latinorum voce substantiva mola, æ, quod pp. Adjectivum fœm. est à masc. μόλος, η, sive α, ον; et diversos usus admittit; uti etiam ex ipso verbo Lat. molere, et composito ejus permolere: quæ leviter indicasse sufficiat. Conf. porro Il. Λ. 173. μολὼν de leone adventante et in grege huc illuc discurrente, aliaque apud Homerum. E. S.]

Μόνος solus. A μένω maneo, [sive ejus Præter. perf. Medio μέμονα. Μόνος igitur pp. est qui remansit, qui relictus est, quasi, de aliis. Sentiri potest hæc vis ex illo versiculo, in Batrachomyomachia, vs. 257. Ὃς μόνος εἰνὶ μύεσσιν ἀριστεύεσκε μάχεσθαι qui solus inter mures strenuum se præbebat pugnando; nempe, quum ceteri mures jam metu aufugissent, solus relictus. In ipsa Iliade et Odyssea vox μόνος non occurrit. Apud Aristophanem in Pluto, vs. 250. per τὸν υἱὸν, τὸν μόνον, filius designari videtur, qui unus de aliis relictus fuerat. Et sic adhibetur pro uno relicto vel superstite à Matthæo, cap. xiv. 23. xvii. 8. Marc. ix. 8. Luc. xxiv. 12. &c. E. S.]

Μορμύρω murmuro. Verbum fictum à sono. [Vide Hesychium, et conf. infra in μύρω. E. S.

Μορμὼ mulier horrenda et monstrosa facie, larva. Vox Dorica est, qua pueros terrere solebant. [" Μόρμος terror: quod et Substantive et Adjective accipitur.—Hinc μορμολὸς, et μορμολύς: unde μορμολύκω et μορμολύσσω terrorem objicio alteri, sive propono et ob oculos fero, quod terrorem ipsi faciat. Et μορμολύκειον, persona Tragica vel Comica distorta et, ad terrorem incutiendum, facie composita. Vide Polluc. l. 10. §. 167. et Commentarium. Plura subministrabit Spanhem. ad Callimach. in Dian. 67. 69. Hinc in Fabulis μορμολύκα Acherontis est nutrix apud Stobæum, Eclog. Phys. p. 129." T. H.]

Μόρος portio &c. [Μόρος origine et potestate idem est quod μοῖρα. Utrumque pp. significat partem alicui distributam et destinatam. Est enim à verbo μείρω divido, distribuo. A μόρος est quoque Lat. mors &c. T. H.] [Uti a suros, pro ὅρος, factum est, per contractionem, sors; a φόρος, fors; eadem analogia à μόρος, mors. A notione illa dividendi aut præcidendi est quoque nomen μορόεις elaboratus, pp. præcisus à jugo: qualem metaphoram Hebræi in suo בְּצַע frequentant. Vide Dissertat. in Cant. Hiskiæ, p. 77. E. S.]

Μορύσσω inquino. A μόρω. Componendum est cum μολύνω.

Μορφὴ forma. Nescio an sit à μέρω similive forma vocis repetendum: nisi malis, μ præfixum esse, adeoque repetendam vocem ab ὄρω excito. Idem Lennep. alio loco: " Μορφὴ, in antiqua Græcorum lingua Æolica, φόρμα, est ipsum Lat. forma: ut adeo verbum, à nomine μορφὴ deductum, μορφόω idem sit ac Lat. formare. Dicitur autem μορφοῦσθαι de rebus, quæ in aliquam formam rediguntur. Hujus compositum μεταμορφοῦσθαι inde significat, quasi, denuo formari, vel potius ex una in aliam formam mutari. Id spectavit Ovidius, quando, μεταμορφώσεων librum scripturus, ita incipit: In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora; quod fere Græce sonaret μεταμορφώμενα &c." [Etymol. M. Μορφή· παρὰ τὸ μείρω τὸ μερίζω, μορὴ, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ φ, μορφή. E. S.]

Μόσχος vitulus. Est pro ὄσχος, ab ἴσχω, pro ἔχω; adeoque ab adhærendo dicitur. Hinc μόσχος pp. significat ramum novellum, seu tenacem: qualis est v. gr. vitis; atque ita Adjective positum est ab Homero, Il. Λ. 105. ubi idem valet quod vimen tenax, seu lentum. Latius posita vox, à notione tenacitatis et teneritudinis, eximie translata est ad designandum vitulum. [Ὄσχαι et ὦσχαι. Apud veteres ο utriusque literæ vicem supplebat, solo pronuntiandi tractu distinctam. Utramque vocem Hesychius et Harpocration exponunt: κλῆμα βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον palmitem, unde racemi dependent. Olim ὄσχος (vide Athenæum, l. 9. p. 495.) ὄσχη, et μόσχος quemvis ramum tenellum, et florentem notabat. M enim quibusdam in vocibus antiquis, formandi caussa, præfigitur; ut in ὀχλὸς, μοχλός· ὀμφὴ, μομφή· εἴλιον, μείλιον· ἐνθυλεύειν, μενθυλεύειν· ἄλευρον, μάλευρον. Verum dein, usu jubente, ὄσχος et ὄσχη propriam de vitium palmitibus potestatem habuit, μόσχος vim generalem retinuit: unde μοσχεύειν notat surculos arbori præcisos in terram depangere, ut succrescant, et metaphorice alere, augere, fovere. Adi Suidam in Ὠσχοφόρια et Ὠσχοφόρος. T. H.]

Μοτὸς linamentum carptum, quod vulneribus inditur. Haud dubie est à μόω moveo: quod fere idem est ac vicinum μάω. [Pro eodem dici etiam μοτὴ, et μοτὸν, H. Stephanus dudum indicavit, Thes. L. Gr. t. 2. p. 977. 978. Ex quibus facile apparebit, voces has pp. esse formas Adjectivas sive Participiales, adeoque respondere Latinis motus, mota, motum, quæ, Substantive posita, eo usu invaluerunt. Conf. μόθος et infra in stirpe μόω. E. S.]

Μοῦσα musa. Proprie Participium est pro μόουσα, à μόω. Ratio significationis minus est perspicua. [Vide, quæ vir summus T. H. supra dedit, in μηχανή.]

Μόχθος labor. Conferatur huc μόγος, et similia: [A μόχθος fit μοχθηρὸς, ut a πόνος est πονηρός. Μοχθηρὸς vero pp. gaudet vi activa, notatque illum, qui laborem sive nequitiam alteri facit: quo pacto et πονηρὸς usurpatur pro eo, qui malum facit alteri. Dein utrumque pro malus, sive malignus, poni solet. Porro μοχθηρὸς non solum notat malus, sed etiam infelix. Utraque significatio nonnunquam conjungitur. T. H.]

[Μόω stirps obsoleta. Certissimæ ejus propagines sunt μοτὸς, μοτὴ, μοτόν: quæ voces quum pp. significent carptum linamentum, hinc facile apparet, originem verbi non aliam esse, quam cognatæ stirpis μάω, tractandi, nempe, sive manu, modo huc modo illuc, lata versave, movendi. Vide supra in μάσσω, μαστὸς &c. Et Hesych. μόων· μόθων. E. S.]

Μυδάζομαι abhorreo, aversor. Ortum videtur à μυδάω, similive verbo. [Vide mox in μυδάω.]

Μυδάω præ madore putresco. Confer μαδάω, quod huic vicinum. Ortum videtur à μύδω, quod forte ab ὕδω, unde ὕδωρ aqua. [Vir summus, T. H. ad vocem μόσχος, agnovit illam præfixionem literæ M, multis in vocabulis factum. Quodsi tamen propius inter se conferas verbum μάδω (unde μάδος, mador, madeo) et alterum μύδω, unde sunt μῦδος, μυδάω cet. nulla videtur esse caussa, cur μῦδος repetamus ab ὕδω, μάδος vero à μάδω? Itaque veræ stirpes videntur fuisse μάω et μύω: ut notio aquæ fortasse adscita sit ab illa mobilitatis, qua liquor modo huc fluat, modo illuc refluat. Ceterum vicina fuerunt μάδος, unde Lat. mados, sive mador, et μύδος, Græcis eximie dictum humor virosus: ab humiditate autem est notio putrescendi; ut μυδάω rectissime reddatur præ madore putresco. Ceterum vide hic cel. Ruhnk. ad Tim. p. 132. et Kœn. ad Corinth. p. 264. 265. E. S.]

[Μῦδος virus, pp. humor, virosus. A μῦδος hocce ductum est nomen μύδρος, pro μύδερος, ut μικρὸς pro μικερός: de quo vide in μιστύλλω. Jam vero μύδρος ab Hesychio exponitur ὁ ἀργὸς σίδηρος, —— σίδηρος πεπυρωμένος. Vide ibid. viros doctos, et Fœsii Œconomiam. Locum Anaxagoræ, qui solem esse dixerat πυρόεντα μύδρον, aut μύδρον διάπυρον, dedit Suidas. Sed vide Lennep. in voce Ἀμυδρός. E. S.]

Μυδρίασις oculi vitium. Oritur à μυδριάω quod à μύδρος: de quo vide, in voce Ἀμυδρός.

Μύδρος candefactus. Vide vocem Ἀμυδρὸς, [et supra in μῦδος. E. S.]

Μυελὸς medulla. A μύω claudo. [Etymol. Παρὰ τὸ μύω, τὸ ἀσφαλίζω, ὁ ἠσφαλισμένος ὑπὸ τοῦ ὀστέου, ὅθεν καὶ μυαλῶ. Sed illa derivatio cel. Lennepii est verisimilior: μυελὸς enim, ut H. Stephanus in Appendice ait, dicitur τῶν ὀστῶν τὸ λευκὸν πλήρωμα. Ceterum Lat. medulla et Gr. μυελὸς, quorum hoc formam præbet masculinam, illud vero fœmininam, videntur ejusdem esse originis. Vide Caninium et Vossium in Etymologico. E. S.]

Μυέω initio. A μύω claudo, unde et μύστης minister sacrorum et arcanorum. [Μυέω sacris arcanis, ubi os clauditur et obsignatur, aliquem initio. Μύειν dicitur de janua, quando cohæret clausa, uti et concha, quæ cohæret, μύεσθαι. T. H.]

Μύζω mussito, factum a sono narium. [Est ipsum Lat. musso, i. e. pp. premo, comprimo, compressum teneo, inquit vir doctissimus, in Lexico Hedericiano: quod vide. Scribitur etiam Græce μύσσω. Stirps hæc ratione est μύω claudo. E. S.]

Μῦθος verbum, A μύθω, quod vix differt à μύζω. [Μῦθος apud Ionas, quorum vox illa maxime est propria, pp. notat sermonem in genere: sed præterea etiam translatas accipit significationes. Inter has præcipua illa est, qua ponitur de consilio publico, quod inter viros, qui concionem habent, instituitur. Hinc apud Herodotum μῦθος δημόσιος, publica consultatio. Inde quoque, apud Ionas, ponitur pro factione quorundam hominum, qui consilia inter se ineunt. Ita Homerus ipse, Od. Φ. 71. hoc verbum usurpavit: ubi Scholiastes notat, μῦθος poni pro στάσει. T. H.] [Conf. Kœn. ad Corinth. p. 235.]

Μυῖα musca. A μῦς mus, et hoc à μύω. [Forte a sono μύ. E. S.]

Μυκάω mugio. Factum a sono boum.

Μυκτὴρ nasus. A μύζω, de quo supra. Alio loco vir celeb. " Verbum μύζειν proprium est sono, qui clauso ore, naribus editur: unde dein alias notiones accepit. Huic autem vicina est notio ea, qua μύσσω, vel μύττω, ponitur pro mucum naribus educo. Unde μυκτὴρ pp. eum, notat, qui μύζει, dein nasum. A nomine μυκτὴρ ortum verbum μυκτηρίζειν pp. notat imitari, vel sectari nasum: quomodo alibi sanguis, nimia copia nasum petens, μυκτηρίζειν dicitur. Frequentiori autem usu iis tribuitur, qui naso suspenso irrident: notatque fere idem, quod Lat. subsannare. Unde figura Rhetorica μυκτηρισμὸς dicitur subsannatio, sive irrisio, quæ fit nare suspenso. [Origo statuenda est in syllaba μύ. Hinc μύζειν, ductum à sono, significavit sonum e naribus emittere. Μύσσειν dein usus traduxit ad vim emungendi, vel mucum auferendi. Hanc ideam quum, in lingua etiam nostra vernacula, adhibeant, vi decipiendi, mirum non est ἀπομυκτηρίζειν Græcis, in sermone familiari,

positum fuisse, quo sensu servulus dicit, in Terentii Comœdia, emunxi argento senes (Phorm. Act. 4. sc. 4. vs. 1.) Legi poterit Pollux, Onom. l. 2. Segm. 78. —— Emungendi sensu proprio de nutrice posuit Plato, De rep. l. 1. p. 343. Σὲ κορυζῶντα οὐκ ἀπομύττει mucosum te non emungit. A μύσσω, tertia Præter. pass. μέμυκται. Hinc μυκτήρ. Μυκτῆρες sunt nares. Hinc verbum duplicis formæ μυκτηρίζειν et μυκτηριάζειν. Quarum formarum illa tantum est in Lexicis: alteram præbet membrana vetus Bibliothecæ Leidensis, in Glossario Dosithei: "Μυκτηριάζω subsanno." Sic de ponte in aliquem convitia fundere, Athenis γεφυρίζειν, et γεφυριάζειν, dicebatur. Μυκτηρίζειν autem vel μυκτηριάζειν significabat eximie narium motu alicui illudere, ut labiorum motu illudere alteri χλευάζειν dicebatur. Horatius nostrum verbum reddidit naso adunco suspendere: sed postea, hoc verbo, quævis irrisio maligna fuit significata. Quo sensu graviter Paullus (ad Galat. c. 6. 7.) Ne, inquit, decipiamini: Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται deo illudi nequit, nempe impune. In Evangelio Lucæ, cap. 16. 14. fortasse proprio sensu, avari Pharisæi, opes contemnentem, Jesum ἐξεμυκτήριζον contumeliose irridebant nasuti. L. C. V.]

[Μύκω verbum obsoletum in tempore Præsenti, pro quo vulgo adhibetur forma ejus productior μυκάω. In aoristo secundo, sive potius, Præterito imperfecto, superest μύκον, sine augmento, pro ἔμυκον; Iliad. Ε. 749. Θ. 393. Μ. 460. Αὐτόμαται δὲ πύλαι ΜΥ'ΚΟΝ οὐρανοῦ Sponte autem sua portæ crepuerunt cœli, et μύκε, Il. Υ. 260. μέγα δ' ἀμφὶ σάκος ΜΥ'ΚΕ δουρὸς ἀκωκῇ ingensque scutum undequaque crepuit sive mugiit hastæ cuspide. Ex quibus simul patet, propriam verbi vim esse crepare, sive potius mugire, verbum à sono μυ factum, quem sonum μυ in his primariam præbere notionem, vir summus L. C. V. supra dixerat. Confirmabat idem hoc locus Od. Κ. 413. ubi μυκώμεναι mugientes, è forma altera μυκάω sive μυκάομαι, de vitulis mugientibus legitur. E. S.]

Μύλη mola. A μύλω, quocum convenit μόλω moveo, venio, coëo: à μόω et μύω, quæ pp. vicina sunt. [Pro μύλω adhiberi solet μύλλω, litera λ geminata, ut in κέλλω pro κέλω &c. E. S.]

Μυλλὸς curvus, tortuosus. [A μύλω sive μύλλω, quod pp. est torquere in gyrum. Unde notio molendi, et permolendi. E. S.]

Μῦμαρ macula. [Dixerunt non tantum μῦμος, in forma masculina, sed etiam μῦμα in neutra, et in fœminina μύμη. Significat maculam, eadem ratione ac μῶμος, et μῶμαρ. Proprie habet maculæ vel labis potestatem. Hinc, ut ἄμωμος macula et labe carens, sic etiam ἄμυμος, et mutata forma ἀμύμων, qui omnis labis immunis est, et culpa caret. Itaque in laude ponitur, et significat hominem integrum. T. H.]

Μύνομαι prætexo, caussor. A μύνω, unde forte Lat. munio. Μύνω autem à μύω claudo, tego. Ab hoc verbo autem repetendum forte ἀμύνω, quod supra prætermissum.

Μύξα mucus. A μύζω, de quo supra. [Nisi proxime sit à μύγω (unde cum inserta ν Lat. mungo) cujus Futurum μύγσω produxit μύξα. Fuit autem μύγω isti cognatum μύκω, unde mucus sive muccus Lat. Vide Vossium in Etymologico. E. S.]

Μυρίος innumerus. Forte à μύω fluo. Alio loco: "Μυρίος derivatum à verbo μύρεσθαι, pp. significat fluxum; speciatim, ad numeros relatum, μύρια Græci dicunt decem millia. Passim autem ponitur de omni numero majori, cujus calculi non facile iniri possunt: atque sic fere respondet Lat. infinitus. Hoc sensu apud Lucianum, v. gr. ἐρασταὶ μυρίοι dicuntur amatores numero infiniti et plurimi. Eadem vox, in Singulari posita, vix aliud interdum notat, quam summum, extremum, cujus rationes, nimirum, tantæ sunt, ut nequeant iniri. Ita ἐν μυρίᾳ πενίᾳ καταστῆναι aliquis dicitur, qui in summa paupertate vivit. [Proprie de fluidis μυρίον adhiberi, ut, v. gr. μυρίον αἷμα, μυρίον ὕδωρ, μυρίον οἶδμα, observavit Valcken. ad Eurip. Phœniss. p. 498. latissime tamen patuisse, de quacumque magnitudine usurpatum, idem vir, analogiæ ususque linguæ Græcæ peritissimus, addidit. Mihi quidem, si à tantis viris dissentire liceret, paullo aliter statuendum videretur, de significationibus stirpium μύω et μύρω, sive μύρομαι. Μύρω, nempe, et reduplicatum μυρμύρω, putaverim pp. dictum fuisse de sono aquæ fluentis, unde μύρειν et μύρεσθαι sit pp. fluere cum sono strepituve leniori; μύειν vero dixerim esse cognatum aliis μάειν, μέειν, μόειν, de quibus jam supra: quin etiam, à sono μυ facta esse putem alia verba, quæ primam syllabam μυ habent, ut, v. gr. μύκω, μυκάω, mugio, atque ab eodem hocce μυ derivandam esse notionem claudendi, sive fortius obserandi, in verbo μύειν pp. comprimendo claudere &c. Jam vero à μύω premo, comprimo, condenso, facillime fieri potuit μύρος pp. compressus compactus, densus: unde eximie piscis dictus fuit μύρος myrus, quem unicolorem esse et robustum, ait Plinius, l. 9. 23. Hincne etiam murus Latine dictus, tanquam structura densior et compactior, an vero murum Latini proprie extulerunt mœrum (unde pomœria &c.) voce facta à μείρω, μοίρω divido, separo? Hoc certius est, quemadmodum Hebræi רְבָבָה numerum densum à רָבַב spissus, densus fuit, pro numero decem millium dixerunt, ita Græcos eundem numerum μυριάδα, quasi densiorem, vocare potuisse. Quo pacto nostrum μυρίος, sive μύριος pp. foret compactus, densus, spissus: hinc multus, copiosus, &c. E. S.]

Μύρον unguentum. Derivatum est à μύρω, sive μύρεσθαι fluere. Inde μύρον pp. videtur dici unguentum stillatitium. [Μύρον vox est, ex oriente ad Græcos deducta. Unde Homero ignota est, qui nusquam eam usurpat, sed, ejus loco adhibet ἔλαιον oleum, cum adjecto epitheto, ut, e. gr. ἔλαιον εὐῶδες odoriferum oleum. Postea, Archilochi ætate, unguenta orientalia ad Græcos venerunt, et nomen ipsum. Dubitari non potest, quin μύρον sit à מוֹר vel מֹר, quod significat myrrham, tum arborem ipsam, tum unguentum myrrhinum. Myrrhæ usus erat sollennis, in unguentis præparandis. Ideo unguenta orientalia vocantur μύρα: et hinc μύρον quodvis unguenti genus notat. T. H.]

Μύρω fluo. Factum videtur a sono aquæ leniter fluentis. [Μύρομαι lugeo, ploro. Utrumque haud dubie à sono. Hesychius: μύρειν· ῥεῖν ὕδωρ, κλαίειν, θρηνεῖν, ἠχεῖν, ὀλοφύρεσθαι. In Passiva vel Media forma adhiberi solet. Etymol. M. Μύρεσθαι· τὸ κλαίειν —— ἀπὸ τοῦ μύρω, τὸ ῥέω. Ceterum à μύρω est reduplicatum μυρμύρω, s. μορμύρω, murmuro. Vide supra in μυρίος &c. E. S.]

Μῦς mus. A μύω claudo. [Μῦς à μύειν, quod est abdere se in latibula sive inlatebrare. G. J. Vossius in Etymologico. Vide infra μύω.]

Μῦσος scelus, facinus detestandum. Dubito, sitne à μύζω, similive forma, an à μύττω contero, quod cum μίω minuo componendum? [Μύειν in primis est comprimere labia, è cujus verbi Futuro μύσω factum est μύσσω, et hinc μυσσάω, unde Lat. mussari. Hac ex etymologia μῦσος pp. foret facinus tacendum, quod appellari nefas, Latinis nefandum aliquid, vel infandum. Nisi præplaceat, elegans sane, derivatio Eustathii, p. 1193. 30. εἰς ὃ μύομεν, μὴ ἐμβλέπειν ἀνεχόμενοι, ἢ πρὸς ὃ τὰ χείλη μύομεν, οὐ προσφωνοῦντες. E. S.]

Μύσσω mungo. A sono, ut μύζω. [Vide omnino, quæ occasione vocis ἀπομυγέντες emuncti, dedit T. H. ad Luciani Dial. Mort. t. 1. p. 351. E. S.]

Μυστήριον mysterium. A verbo μύω, Lat. claudo, nomen μύστης pp. significat eum, qui res sacras claudit et celat. Unde speciatim sic dicitur sacrorum arcanorum antistes. Inde factum nomen μυστήριον significat rem sacram arcanam, et à vulgi profani cognitione arcendam: cujusmodi sacra arcana, quæ evulgari nefas erat, multa olim fuerunt. In primis autem hoc nomen μυστήριον sacris arcanis deæ Cereris et Proserpinæ fuit adsignatum &c. [Alexander Morus, in Obss. ad 2 Corinth. iv. 2. "Certum" inquit "habeo, vocem μυστήριον Hebraicæ, non Græcæ, originis esse." Sic solent homines docti ingenio suo abuti, quibus linguarum analogia non satis fuit perspecta. Non utique dixisset Morus, si centena vidisset nomina, in τήριον desinentia, illa omnia originis Hebrææ esse. Sicut λουτήριον et θυτήριον sunt à λούω et θύω, sic μυστήριον est à μύω. A tertia Præter. Pass. μέμυσται, μύστης et μύστηρ manarunt: hinc μυστήριον. Jam vero μύειν significavit pp. premere, vel premendo claudere, sive aperta occludere. Opponitur verbo χαίνειν, vel χάσκειν, significanti hiscere. Os hiscens et diductum compressis labiis claudere, pp. dicitur μύειν, et, composito verbo, καταμύειν, vulgo in καμμύειν contracto: sicut κασσύειν contrahitur ex κατασύειν, ἀμμένειν ex ἀναμένειν, ὑπβάλλειν ex ὑποβάλλειν. Ab ista igitur proprietate μύστηρ et μύστης, Lat. mysta, pp. est, qui os claudit. Eximie sic dicebatur sacris initiatus, celans arcana. Hinc μυστήρια ἱερὰ pp. sacra erant silentio tegenda, et profanos, seu non initiatos, diligenter celanda. Talia erant mysteria Orphica, Bacchica, Eleusinia, Pythagorica; omnia ejusdem originis, orta ex Ægypto, matre scientiarum et superstitionis Græcanicæ &c. L. C. V.]

Μυστίλη idem quod μιστύλη, et vicinæ originis. [Vide supra, et adi Kœnium ad Corinth. p. 264. E. S.]

Μύτις nasus: pecul. marinorum piscium. A μύω. [Conf. μυκτήρ.]

Μυχὸς penetrale, intimus locus. A μέμυχα, Præterito verbi μύκω, quod à μύω claudo.

Μύω meo, coëo, claudo &c. [Originem verbi explicitam vide à L. C. V. in μυστήριον. Eustath. ad Homer. p. 1282. Μύω δὲ ἐπὶ βλεφάρων, καὶ χειλέων, καί τινων ἑτέρων λέγεται. Proprietas eleganter elucet ex illo Homeri, Il. Ω. 420. 637. Vide porro H. Stephanum, in Append. t. 2. col. 1649. &c. E. S.]

Μῶλος bellum, pugna. [Num conferenda vox est cum Lat. moles: unde in Gloss. vet. "Μῶλος moles?" Pulcherrime, Il. Σ. 134. μήπω καταδύσεο μῶλον Ἄρηος. et sic alibi sæpius. Unde videri possit, μῶλον pp. esse molem, adeoque μῶλον Ἄρηος pp. molem belli sive molem Martis dici, qua iste gravis et vehemens incumbit. Sed alia loca sunt, quæ demonstrent quam certissime, μῶλον nostrum idem prorsus esse ac μόθον et μόλον, de quo diximus supra; orta, à μόω moveo; adeoque μῶλον pp. notasse commotionem, tumultum, sive θόρυβον, ut recte Hesychius: dein rixam, bellum. Vide Il. Ρ. 397. Od. Σ. 232. E. S.]

Μῶμος dedecus. Proprie notat vitium, quod in oculos incurrit, et dein reprehensionem, quæ cum irrisione maligna conjungitur. Inde verbum μωμεῖσθαι, pp. valet reprehendere cum maligna quadam irrisione: alibi tamen, de quavis reprehensione positum, idem fere valet quod μέμφεσθαι. Ab eodem est compositum ἄμωμος, quod de eo poni potest, qui omnis labis expers est, ut nihil in eo reprehendi possit. Idem valet ἀμώμητος, ortum à verbo μωμεῖσθαι. Utrumque autem in usu promiscue ponitur pro ἄμεμπτος, id est, in quo nihil reprehendas. Atticis in primis placuit ἄμεμπτος, &c. [Conf. supra in μῦμαρ.]

Μωρὸς, vel μῶρος, stultus. Repeti debet à verbo μάω desidero, sive insano feror desiderio. [Belgarum phrasis *als een gek zoeken* etymologiæ huic favet. Ceterum de μῶσθαι quærere, verbo antiquo, vide Toup. in Suid. 2. 193. et Burgess. ad Dawesii Miscell. Crit. p. 529. E. S.]

N.

Νάβλα genus instrumenti musici. [Haud dubie vox est orientalis, Græca civitate donata: nempe Hebr. נֶבֶל, quod olim pronuntiabatur נְבֶל. Vide Valcken. supra in μνᾶ. E. S.]

Ναὶ, Lat. næ, adverbium adfirmandi et concedendi. [Originem hujus voculæ indagavit, ususque simul elegantissime explicuit cl. Hoogeveen, in Doctr. Particul. Linguæ Græcæ, cap. 31. p. 787. ss. E. S.]

Ναίω habito. Vicina sunt νάω, νέω, νίω, νόω, νύω. Significatio propria posita est in movendo, acervando, nectendo. Inde colendi, habitandi, significatio. [Hoc pacto vix quidquam discriminis statui posset inter origines verborum νάω, νέω, νίω, νόω, νύω, et μάω, μέω, μίω, μόω, μύω. Mihi quidem, salva aliorum reverentia, νάω, νέω &c. potius videntur proprie valuisse talem motum, qui fiat deorsum sursumque. Sed vide inferius in νάκος, ναὸς, νέω &c. E. S.]

Νάκος pellis cum suo villo. Nescio, an sit à νάω, acervo. [Vide Hesychium in voce, et ibidem viros doctos, Adde omnino Etymol. M. Analogice ducitur à νένακα, Præterito perf. Act. verbi νάω, pp., ut mihi quidem videtur, idem valente, quod νέω: ut νάκος, et in altera forma νάκη, pp. sit quod manu identidem sublata, animalibus detrahitur. E. S.]

Ναὸς templum. A νάω acervo, necto, construo. [Prima verbi vis est habitaculum, domicilium; à νάω, vel ναίω, quod habito significat, quodque frequentant poëtæ; apud quos sæpius invenias Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει Jupiter altitonans, qui summa cœlorum tecta incolit. Ut ædes singulari numero apud Romanos pro templo, sic ναὸς, priore obliterata, in eandem potestatem migravit. Commode Hesychius interpretatur οἶκος, ἔνθα θεὸς προσκυνεῖται. Stephanus autem, in voce Θέραμναι, ναὸν describit οἰκίαν, ἔνθα οἱ θεοὶ θεραπεύονται. Ἔνναιον pari virtute veteres dixisse, ex Clinia observavit Scholiastes Apoll. Rhodii, ad l. 2. 1087. διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς. Egregia figura Pythagorei (quorum sententiam ipsis verbis expressam præbet Synesius, p. 49.) dicere solent ὁ νοῦς νεὼς οἰκεῖος θεῷ. Junguntur crebro ναοὶ et βωμοί: Euripides, Hecuba, vs. 146. ἀλλ' ἴθι ναοὺς, ἴθι πρὸς βωμούς. Vide Scholiast. Sic Epiphani filio Carpocratis, (à quo Carpocratianorum hæresis nomen habet) in urbe Cephaleniæ Samiæ ἱερὸν, βωμοὶ, τεμένη, μουσεῖον ᾠκοδόμηταί τε καὶ καθιέρωται. Clem. Alexandr. Strom. l. 3. p. 184. Ἱερὸν autem et ναὸς, sive νεὼς, quando connectuntur, veluti apud Thucydid. l. 4. §. 90. περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν (ubi plura notavit Dukerus) ita distingui debent, ut ἱερὸν significet τὸ τέμενος sive totam aream Deo consecratam, humanisque usibus exemtam, τὸ ἱερὸν χωρίον: ναὸς vero ipsum fanum vel templi ædificium. Ἱερὸν autem intelligendum relinquit δῶμα, et sæpius adsciscit ἅγιον &c. T. H.] [Ναὸς pp. nihil aliud est, quam domicilium, à verbo νάω habito. Quum in Græcia homines adhuc sub dio agerent, vel in tuguriis per agros sparsi, jam antiquissimis temporibus, cœperunt domum condere, in qua deos suos colerent. Nulla tamen erant, nisi, in honorem deorum constructa, domicilia, pro ævi simplicitate rudia. Istæ ædes, quæ solæ tum erant, dici debuerunt ναοί. Lapsu temporis, vetus tamen nomen adhæsit deorum templis: ab usu vero gentilium Judæi idem nomen transtulerunt ad designandum etiam templum Hierosolymitanum &c. L. C. V.] [Significatio habitandi, in verbis ναίω et νάω, videtur esse secundaria, eaque ab ipso nomine ναὸς habitaculum ducta. Origo indicata est in ναίω. Inde fluxit notio findendi, diffindendi, secandi: unde ea exsecandi, secando asciandi, excavandi cet. Quo pacto, eadem via ac בַּיִת domus Hebræis dicta fuit à בָּת secuit, resecuit, excidit: ita et ναὸς repeti potuit à νάω seco, ascio, exascio aut exseco, excido, sive ab apta fabricatione, sive ab excavatione soli, secundum illud "domus antra fuere." E. S.]

Νάπος saltus. A νάπω, quod confer cum νέφω, et Lat. nubo, quod proprie tego. [Etiam, in forma fœminina νάπη dicitur. Hesych. νάπη· ὑδατώδης καὶ ὀρεινὸς τόπος. Unde recte effecisse videtur Isaac. Vossius, pp. à νάειν fluere dictas esse νάπας: quemadmodum etiam vir doc-

tissimus, in Lexico Hedericiano, " A νάω fluo; à frequentia fontium et rivorum." Nimirum, νάω fluo pp. videtur esse findo, sive cum fissione erumpo, prorumpo, et eximie dici de eruptione fontium ac rivulorum, unde νᾶμα scaturigo, Hesychio πηγαῖον ὕδωρ, ῥεῦμα. E. S.]

Νάρδος nardus, frutex. [Est vox orientalis, Syrorum נַרְדָּא. E. S.]

Νάρθηξ ferula, bacillus. [Etymol. M. Νάρθηξ· παρὰ τὸ ναρὸν, ὃ σημαίνει τὸ ὑγρὸν, νάρηξ καὶ νάρθηξ. Itaque pp. notaret bacillum humidum, ac recentem. Cui etymologiæ favent hæc Hesychii: Νάρθηξ· εἶδος φυτοῦ καλαμοειδοῦς, ἐλαφροῦ. E. S.]

Νάσσω æquo, premo. A νάω acervo, condenso. [Hesych. νάσσει· θλίβει. Videtur esse pp. ita premere, ut quid rumpatur: Belgice *tot barsten toe vol stoppen*. E. S.]

Ναστὸς placenta e melle, uvis passis &c. [A νάω, interposito γ, et, mutato γ in χ, est νάχω, pro quo νάσσω et νάττω. Notat autem farcire, refertum farcire, et oppositum sibi habet κενόειν, κενοῦν &c. T. H.]

Ναῦς navis. Proprie idem, quod ναὸς, à nectendo, construendoque. Origo est νάω. Ex nostra quidem conjectura νάω pp. est findo, dein effindo, excido, excavo: unde ναῦς et obsoletum ναὶς (Æol. ναϝὶς, idem, quod Lat. navis) pp. excisam sive excavatam trabem videntur notasse, quales barbari in Indis etiamnum *canoos* appellant; dein vero navem, ex variis partibus constructam, servato nomine antiquo, ναῦν dixerunt. Eadem fere est origo vernaculi nostri vocabuli *schip*, sive German. *schiff*, et Gr. σκάφη scapha: de quibus vide *Ten Cate* 1. *Prœve van Geregelde Afleiding*, p. 347. A. et confer. dein κάω, σκάω, σκάπτω, σκάφω, pp. cavo, excavo. E. S.]

Νάω habito, etiam fluo, mano, scateo. [Vide H. Stephanum, Thes. t. 2. col. 995. 996. De primaria significatione hujus verbi jam diximus, in νάσσω. E. S.]

Νεβρὸς, hinnulus, pullus cervi. Forte dicitur pro νεῦρος nervus. [Νεβρὸς hinnulus, et νεῦρος nervus, eadem certe origine videntur gaudere. Utrumque dictum forte ab humore. Stirps est νέω: quod verbum cognatum fuisse alteri νάω, satis probat Lat. no (pro nao) navi, natum, nare, comparatum cum Gr. νέω, νεύσω, idemque suadent Genitivi poëtici νεὸς, νηὸς qui alioquin ναὸς &c. Igitur νεῦρος, Lat. nervus pro neurus, dictus videtur ab humore, quo gaudet, νεβρὸς vero ab eodem humore, sive madore, nomen habet: quemadmodum etiam hœdus (ut Latine ab οἶδος) sic Hebraice גְּדִי, et Arabice جسيب, ab uvore dicitur. Conf. infra in νεῦρον. E. S.]

Νέηλυς novicius. Vox νέηλυ, quam per advenam vulgo exponunt, composita est ex νέος novus, et antiquo ἤλυς. Proprie igitur significat nove veniens. Est nimirum antiquum ἤλυς, idem fere quod ἐλθὼν, formatum, veluti, ab antiquo ἤλυμι, cujus Participium est ἠλύς: ut à ζεύγνυμι, ζευγνύς. Ἔλυμι autem convenit cum formis verborum ἔλω, ἐλθω, ἐλύω, ἐλυέω, ἐλύθω, et ἐλεύθω: quarum formarum aliæ in derivatis, aliæ superstites sunt in temporibus, quæ vulgo junguntur verbo ἔρχομαι venio, tanquam anomala: à quo verbo, si originem spectes, valde differunt, significatione tamen fere conveniunt. [Vide dicta ad Ἔρχομαι. E. S.]

Νεῖκος jurgium. Componendum cum νίκη. A νέω vel νίω moveo, acervo. [Etymol. M. παρὰ τὸ νε στερητικὸν, καὶ τὸ εἴκω, τὸ ὑποχωρῶ, γίνεται νέεικος, καὶ, κατὰ κρᾶσιν, νεῖκος. Probat hanc derivationem H. Stephanus, in Thes. t. 2. col. 1011. Lennepii tamen illa longe videtur esse simplicior ac verior. Proprie, nimirum, νεῖκος est à νένεικα, Præter. perf. verbi obsoleti νείω, pp. findo, findendo divido et dirimo: quæ notio satis manifesta est in νέμω dirimo. Hinc igitur νεῖκος pp. est divisio animorum, vel divisio, secessio, amicorum: unde jurgium designat. Homerus sæpissime ea voce usus est; uti et formis, cum ea cognatis: id quod eo magis verisimile reddit, formam vocis esse simplicem, non compositam. Possis etiam à notione pungendi in νέω, νύσσω &c. repetere verbum νεικέω; ut νεικεῖν pp. idem fere sit ac Gall. *piquer*. Conf. Il. Ω. 29. et alibi. E. S.]

Νεκρὸς mortuus. A νέκος, quod à νέκω Lat. neco, id est, prosterno, in longum porrigo. Repetendum à νέω. Vide supra in Ἠνεκὴς. Alio loco vir celeb. " Vocis νεκρὸς origo est verbum νέκω, quod superest in lingua Latina: ubi notum est verbum necare, et inde nex, necis. A Græco νέκω nomen proxime oritur νέκος, quod ab Æolibus pronuntiatum fuit νεκὺς, ejus autem loco Lacones pronuntiarunt νεκύρ. Inde productum νεκρὸς, quod in usu idem significat atque apud poëtas νέκυς. Generatim autem magis νεκρὸς quoque de omni eo ponitur, quod vigore suo tanquam vita privatum est. [A notione findendi planior via datur ad eam vulnerandi, transfigendi, in primis sagitta, vel alio acuto instrumento. Jam vide usum vocum νέκυς, et νέκρος, Il. A. 52. Δ. 467. 492. 493. H. 86. &c. E. S.]

Νέκταρ nectar, potus deorum. Videtur ortum à νέκω: denotatque vim habens prosternendi, quod vino aptum nomen. De νέκω vide modo supra. [Certissimum est, Homerum hanc vocem posuisse de potu, in conviviis deorum hausto, ἀμβροσίαν de cibo. Mirum autem est, à Sapphone νέκταρ cibum, ἀμβροσίαν vero potum deorum fuisse appellatum. Plurimi scriptores Homerum, pauci Sapphonem, secuti sunt. De nectare Grammatici admodum inter se differunt. Plerique volunt, νέκταρ esse compositum ex νε, particula negandi, et κτὰρ, quod oriatur à κτάω possideo, vel à κτάω, κτίω, κτῶ occido. Certum est, à κτίω derivari κτίαρ vel κτίας, idque significare possessionem. Hoc itaque in κτὰρ contracto, et præposito νε, νέκταρ componi volunt. In hac tamen origine ratio analogiæ minime convenit; uti nec in illa, qua κτίας à κτίω, κτείω, κτείνω occido derivatur. A νέκω, νένεγμαι, νένεξαι, νένεκται, analogice quidem est νέκταρ: verum quum νέκω itidem occido notat, etiam hæc origo non est probanda. Hinc nihil, quod ad originem veram faciat, adferre possumus. Videtur igitur vox peregrina, et aliunde in linguam Græcam adscita.—Nectaris vero vocabulum à Græcis ad Latinos fluxit.—In utraque lingua de delicatissimo vino ponitur; unde νέκταρ Θάσιον, id est, delicatissimum insulæ Thasi vinum: dein itidem usurpatur de melle suavissimo. Hinc νέκταρ Ὑμήττιον mel hymettium. T. H.] [Νέκταρ, si Græca vox sit, maxime analogice repeti posse à νέκω, νένεγμαι, νένεκται, docuit vir summus: sed notionem occidendi, secundariam haud dubie, huic voci applicari posse negat. Aptiusne in eam quadrabit primaria vis secandi, ut νέκταρ (per eandem metaphoram, qua supra vidimus in verbo κεράσθαι, notionem secandi ad temperaturam vini transferri) pp. sit potus jucundissime temperatus? E. S.]

Νεκύδαλος necydalus, insecti genus. Ex νέκυς cadaver, et δαλὸς: quod componendum cum δηλέω noceo; de quo supra. [Dubium tamen adhuc est, fueritne δαλὸς vox separata, quæ in compositionem intraverit, an potius pro mera terminatione habendum sit δαλὸς, quemadmodum αλος terminatio est in Ἄτταλος, μέγαλος, et δαλος in Δαίδαλος &c. E. S.]

Νεμεσάω merito indignor. Proxime oritur à νέμεσις ultio, qua pro meritis quid tribuatur. A νεμέω, quod à νέμω tribuo.

Νέμω distribuo. A νέω, de quo suo loco. Notat autem νέμω partes divisas attribuo, atque adeo differt à μείρω, quod valet tantum in partes seco vel divido: νέμεσθαι autem, vi Medii, notat divisas partes sibi attribuere, adeoque accipere; unde latius est possidere. [Vide Kuster. de Verbis Mediis, Sect. 1. § 36. E. S.]

Νεὸς novus. A νέω venio, advenio. Nos Belgæ dicimus *een aankomeling*. [Græcum νέος et Lat. novus ejusdem sunt originis. A Præterito enim Medio, verbi veteris νέω, νένοα est νόος, Æolice νόϝος hinc novus L. C. V.] [Quodsi recte conjecerimus, verbum νάω pp. fuisse findo, effindo. excido, hinc exascio, νεὸς et νέος, à forma verbi cognata νέω, notare potuerunt effissum, noviter productum aut exasciatum: hinc novum. Eadem origo est vocis جديد novus, pp. fissus, effissus, apud Arabas. E. S.]

Νεοσσὸς pullus. A νεὸς et ὀσσὸς, quod idem atque ὀπτὸς, ab ὄπτομαι video. Est autem νεοσσὸς in usu pullus, significans pp. quasi novellum. Pro νεοσσὸς Attici pronuntiabant νεοττὸς. In vulgari vero Græcorum dialecto, eliso ε, νοσσὸς dicebatur: cujus fere generis elisio cernitur quoque in Lat. pullus, quod haud dubie e puellus contractum &c. [A νεὸς productum νεοσσὸς novellus pp. inserviebat ovium pullis significandis. Ammonius de different. voc. recte " νεοσσοὶ" inquit " ὀρνίθων avium pulli. —— Illinc dictum νεοσσία nidum significat, et νεοσσεύειν nidum ædificare. — Atticæ erant formæ νεοττὸς, νεόττιον, et νεοττία: reliqui Græci vulgo νοσσὸς, νοσσίον, νοσσία. Ad hanc regulam corrigendum esse Thomam Magistrum, liquet ex Phrynicho: quod minus animadverterat clar. Alberti in Obss. ad Nov. Test. p. 134. Porro a pullis avium translata fuit hæc vox, ad liberos aliosve designandos, quos blanda voce compellarent. In Theophrasti Character., cap. 3. adulator illius, cui ad aurem gannit, liberos vocat χρηστοῦ πατρὸς νεόττια optimi patris pullos. Ex Didymi sententia, vetulam quandam pecuniosam adolescens pauperculus, in Aristophanis Comœdia, dixerat νεοττάριον. Videatur nota Hemsterhus. ad Plutum. p. 363. L. C. V.]

Νεῦρον nervus. Proprie id est, quod faciat vergere. A νεύω. [Lat. nervus et Gr. νεῦρον haud dubie ejusdem sunt originis. Νεῦρον est adjectiva forma, neutrius generis, Substantive posita; nervus vero, per metathesin neurus, idem nomen masc. generis quasi νεῦρος. Etymologus M. repetebat παρὰ τὸ νεῖσθαι δι' ὅλου τοῦ σώματος: quod longius quæsitum. Nescio, utrum repetendum sit à νέω pp. findo in longum, ut νεῦρον pp. sit fissum in longum, et hinc quasi filamentum, longius porrectum; an ab humore. E. S.]

Νεύω adnuo, vergo, propendeo. A νέω moveo. [Duplex forma verbi fuit νεύω et νύω. Hoc Latinis fuit nuere: unde remansit numen, et nutus, et composita verba annuere, innuere, renuere. Νεύω autem et Lat. nuo pp. notant caput et oculos moveo, deinde motu capitis vel oculorum annuo vel renuo, sive addico vel denego. In Homeri, Il. I. 223. νεῦσ' Αἴας Φοίνικι innuit Ajax Phœnici. Jupiter, qui nutu sæpe Olympum tremefaciebat, Homero dicitur νεῦσαι. Exemplo sit Il. A. 528. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων Sic ait: atque superciliis pater annuit atris. Venustus exstat Alexidis è Parasito locus, apud Athenæum, l. 10. p. 421. de parasito guloso, Δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον Πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντας τί Cœnat Telephus mutus: interrogantibus nutu tantum respondet. Legatur elegans locus Ovidii, in Heroid. Ep. 19. 45. Pro duplici autem forma verbi duplex quoque forma fuit derivatorum νεύστης et νύστη: unde verba fluunt νευστάζειν et νυστάζειν, quæ à Lexicographis non debuerant à se invicem divelli. Νυστάζειν sæpe reperitur: νευστάζειν adhibetur ab Homero, Il. Υ. 162. Od. M. 194. Σ. 153. 239. et a Theocrito, Idyll. 25. vs. 260. L. C. V.]

Νέφος nubes. Dicitur a tegendo, acervando: quæ notio verbi νέω: unde νέπω, νέφω. [Videtur νέφος proxime convenire cum Lat. nimbus, uti v. gr. in illo, Il. Δ. 274. 275. ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνὴρ κ. τ. λ. quæ Virgilius, Æn. 12. 450. sic expressit: Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium. Stirps νέω cognata fuit aliis νάω, νύω. A νέω analogice facta sunt νέβος, νέπος, νέφος: à νίω, νίβος, νίμβος. Origo utriusque verbi videtur esse in motu, qui fiat deorsum. Unde notio nutandi, propendendi, in νέω, νεύω: ut νέφος sive nimbus pp. sit nubes densior graviorque in terram propendens: qualis modo ab Homero describebatur μελάντερον ἠΰτε πίσσα —— ἄγει δέ τε λαίλαπα πολλήν. Inde etiam vox nubes a propendendo dicta, cujus stirps pp. est νύω. A nube vero est notio obtegendi, occultandi: nisi hanc mavis recta ducere ab origine motus versus inferiora. E. S.]

Νεφρὸς ren. Nescio an sit à νέφω, quod à νέω repetendum; nimirum, quod adipe tegitur. [Etymol. M. Νεφρὸς παρὰ τὸ νίφεσθαι τῷ οὔρῳ, ὅ ἐστι βρέχεσθαι. Sed prius illud longe videtur esse simplicius. E. S.]

Νέω no, nato. Proprie est moveo, acervo, necto, venio. [Ex comparatione verbi νέω cum vicinis νάω, νίω, νόω, νύω, νεύω, verisimile sit, primariam ejus notionem statuendam esse in motu, eo in primis, qui fiat deorsum sursumque: qualis v. gr. nutu oculorum, capitis et similium cernitur. Hinc in verbo νάω significatio primaria est findendi, quod securi fit, sursum deorsumque lata et impulsa. Hinc νέω i. q. κολυμβάω sive νήχομαι, nato, brachiis sursum deorsumque commotis et jactatis; hinc νέω, id est, πορεύομαι eo redeoque, itidem forte a motu brachiorum, inter incedendum: hinc etiam νάω id. q. ῥέω fluo, sive potius scaturio, aqua sursum erumpente et defluente, hinc denique νέω, Lat. neo, nevi, netum, nere, id est, filum torquere sursum deorsumque, atque identidem ori admovere, secundum illud Catulli: Laneaque aridulis hærebant morsu labellis. E. S.]

Νὴ particula adfirmativa. [Rectissime suspicari videtur Eustathius p. 92. 19. 26. νὴ, ab Homero nullibi adhibitum, per contractionem ortum esse ex ναί: unde Dores pro νὴ τοὺς θεοὺς dixerint ναὶ τὼ σιώ. Plura dabit clariss. Hoogeveen, Doctr. Particul. cap. 31. sect. 2. p. 795. ss. E. S.]

Νηγάτεος novus, nuper factus. Est pro νεηγάτεος, ex νέος et γάτεος, pro γάτος, a γάω, quod idem ac γίνομαι. Vide supra. [Usus est hac voce Homerus, Il. B. 42. μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα Καλὸν νηγάτεον. Vide etiam Il. Ξ. 185. Hymnum in Apoll. vs. 122. Etymologus M., Eustathius, Apollonius, Hesychius, Suidas, Scholia minora, uno quasi consensu, reddunt, νέως κατεσκευασμένον, νεωστὶ γενόμενον. Addit Etymologus, " quemadmodum à τείνω, τείνομαι, factum sit τατὸς sic à γείνω γείνομαι ortum esse γατός: porro pro νεόγατος, vocali ε in η conversa, fieri νηόγατος, dein ε trajecto, νηγάτεος." Vide ipsum, col. 602. Quodsi tamen comparaveris vocabula alia, ab initio, cum syllaba νη, composita, uti νηκερδὴς non lucrosus, νήκερος non habens cornua, νηπαθὴς, carens dolore, νήπλεκτος, incomtus, νήποινος impunis &c. videri queat, νη, tali in compositione, esse negativum à νὴ (ne Latinorum) desumtum. Itaque rectius fortasse se habet aliorum sententia, à Suida commemorata, vocem νήγατεος, κατὰ στέρησιν, esse τὸ μὴ γατὸν, id est, quod non est factum, sive elaboratum: nisi præplaceat, τὸ γάτεος, hac in compositione, idem esse quod χάτεος, à γάω, χάω hisco; ut νηγάτεος de vestimento cet. dictum, pp. sit fissuris, foraminibusve, carens, pp. non hiscens. E. S.]

Νηδὺς venter. Ex νὴ et ἐδὺς, ab ἔδω, quod vulgo ἐσθίω. [Varias derivationes hujus vocis præbebit Etymol. M. col. 603. 4. quas inter et illa est, qua νηδὺς ipsi significare dicitur, τὴν βαθεῖαν profundam. Hæccine unica vera etymologia est, ut ἡ νηδὺς pp. sit. ἡ βαθεῖα, ἡ κοίλη: unde venter alia voce dicitur ἡ κοιλία? Ejusdem indolis videtur esse alia vox Pluralis, à νηδὺς ducta, τὰ νηδύια viscera. Ratio tamen etymi latet: nisi forte νηδὺς, eodem indicante Etymologo, sit ἀπὸ τοῦ νάειν, ὅ ἐστι ῥεῖν, i. e. fluere, ut à fluxu ad inferiora, tam venter quam viscera appellata sint. E. S.]

Νήπιος infans. Ex νὴ valde, et πίω bibo. Alio loco vir celeb. hac de voce agens. " Vox composita est" inquit " ex particula νὴ, significante fere valde, et πίος: quod ortum à verbo πίω, pp. premo, translata, quasi, pressis labiis sugo vel bibo. Sic, nimirum, de animalibus poni so-

let, quæ sugendo bibunt, differtque à verbo λάπτειν, quod proprium est iis animalibus, qui bibunt lambendo, ut canes &c. Ab isto igitur πίω derivatum πίνω usitatissimum est bibendi sensu. Cernitur autem memorata vis verbi πίειν in phrasi Anacreontea, πίειν ἄμυστι labiis compressis uno haustu avide bibere et sine intermissione. Inde νήπιος sponte fluxit ad designandum qui lacte etiamnum utitur, notatque pp. quasi bibulum. Differt autem à nomine βρέφος, quo speciatim designatur infans recens natus, vel etiam qui adhuc in utero materno est: quem pp. medici Græci vocant ἔμβρυον. [Etymologus, post alia, col. 604. 15. ἢ παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν, καὶ τὸ εἰπεῖν, γίνεται νήεπιος, καὶ, κατὰ συγκοπὴν, νήπιος, ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν. Hoc pacto pp. idem foret ac Lat. infans, ut νηπιότης infantia, stultitia. Analogia favere videtur huic derivationi. Vide exempla allata in voce νηγάτεος. Vide porro H. Stephanum, t. 2. col. 1671. ubi plura, et L. C. V. ad νῆστις. E. S.]

Νηρὸς humidus. Forte à νάω fluo. [Nimirum, uti à κλάω factum est κληρὸς, et præfixa σ, σκληρὸς, sic à νάω, νηρός. Etymologus repetit à νήσω, Futuro verbi νέω. Vide ipsum col. 604. 48. E. S.]

Νῆσος insula. A νάω habito. [Etymol. M. col. 605. 10. ἀπὸ τοῦ νῶ, νήσω, τὸ κολυμβῶ. Insula enim, addit, est terra περιτετειχισμένη ὑπὸ θαλάσσῃ. E. S.]

Νῆσσα anas. Contracta vox a νήεσσα, quasi à masc. νηεὶς, quod à νηῦς, cui vicina sunt νηῦς, νεὼς, ναῦς, navis. Hinc νήεσσα naviculæ similis. [Etymol. M. ab eodem νέω, νῶ, nato repetit. Hoc pacto νῆσσα pp. foret natatrix, quemadmodum Lat. anas ipsum à nando repetebat Varro, et Isidorus, Orig. l. 10. " anatem ab assiduitate natandi aptum nomen accepisse" auctor est. Vide porro Vossii Etymol. voce anas. E. S.]

Νῆστις jejunus. Ex νὴ privativo et ἐστὶς, quod ab ἔδω edo. Alio loco vir celeb. " Vox νῆστις, docente Hesychio, à medicis Græcis usurpata fuit, pro τῷ τοῦ στομάχου ἐντέρῳ, ἐν ᾧ οὐδέποτε κόπρος εὑρίσκεται, intestino vacuo &c. Præterea νῆστις ἄνθρωπος, vel simpliciter νῆστις, dicebatur homo cibo vacuus vel jejunus. Videatur Etymol. M. p. 605. ubi compositum esse monet ex νὴ et σῖτος frumentum, quasi sit νήσιτις, παρὰ τὸ κενὸν εἶναι σιτίων, vel ex νὴ et ἐστὶς, quod ab ἔδω repetit. Est autem ἔδω superstes in Lat. edo, nec non in verbo ἔδομαι, apud poëtas eodem sensu obvio, quo Lat. edo, et Græc. ἐσθίω (formatum à Futuro ἔσω) usurpantur. Posterior origo vocis νῆστις haud dubie vera est, in qua νὴ vim habet privandi, ut α privativum. A νῆστις porro formantur vox νηστεία, et verbum νηστεύειν." [Contracta fuit vox ex νὴ, vocula negante, et ἐστὶς, quod ab ἔδω. Sic immisericors, ex vocula νὴ et ἔλεος, contracte νηλεὴς dicebatur. Puer, qui nondum fari potest, non-fans, vel infans, ex νὴ et ἔπος, Græcis dicitur νήπιος. Altera, quam attigi, originatio traxit Lambertum Bos, in Diss. de Etymol. Græca, p. 35. Νηστεύειν, ut Lat. jejunus, pp. notabat cibo vacuum esse. Figurate verbum iisdem usibus inservit, quibus voces Latinæ jejunus et jejunare. Quævis pondere et rebus vacua Ciceroni jejuna dicuntur: cui jejunitas etiam memoratur bonarum artium. L. C. V.]

Νήφω sobrius sum. Componendum cum νύβω &c. tego: unde est caute se gerere. [Νήφειν sobrium et mentis compotem esse opponitur τῷ μεθύειν et μαίνεσθαι. Venuste Plato de Legg. l. 6. p. 869. μαινόμενον οἶνον, dicit, κολάζεσθαι ὑπὸ τοῦ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, id est, vinum merum et furoris plenum castigari ab alio sobrio, quando mixtum aqua diluitur, ardoremque deponit. Illa figura sumta est ab Homero, Il. Ξ. 132. Hinc, ad insignem mentis virtutem denotandam, transiit, quum singulari prudentia cogitateque in tractandis rebus versatur, nihilque agit, cujus rationes accurate non constent; ut in illo divino Epicharmi præcepto: Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν Sobrius esto mente, et memento haud facile credere. Isti sunt animi artus. Conf. 1 Petr. iv. 7. v. 8. Ideo sobrii dicebantur, Ammiani sæculo, prudentes et graves ac moderati viri: ut docet Valesius ad Ammianum Marcellinum, l. 15. p. 80. Apud Terentium in Heautont. Act. 4. 3. 29. Sati' ne sanus es aut sobrius? A verbo νήφω oritur Adjectivum νηφάλιος abstemius, et νηφάλιοι θυσίαι quæ vino carent. Eadem et ἄοινα ἱερὰ Hesychio in voce, et rarius ἄσπονδα vocantur &c. T. H.] [Apollonius apud Etymolog. M. col. 605. 33. τὸ νήφω τὸ θύω, καὶ τὸ νήφω, τὸ μεθύω, facta existimat ἀπὸ τοῦ νείφω, τὸ χιονίζω. Hoc fere pacto νήφειν pp. notaret frigidum esse: hinc moderatum, sobrium esse. Vide infra in νέφω. E. S.]

Νίζω, lavo. [Conf. in νίπτω.]

Νικάω vinco. Vide supra νεῖκος et νεκρός. Est à νίκη victoria, quod à νίκω acervo, sterno. [Stirps est νίω, cognata aliis νάω, νέω, νύω. Origo eadem videtur esse in motu, qui deorsum fiat. Hinc notio findendi in νάω, νέω &c. A Præterito perf. νένικα fit νίκω, quod fortasse pp. dictum de fissis perruptisque ordinibus: unde absolute victoria appellata νίκη, h. e. fissio, perruptio ordinum. A νίκω autem est νικάω vinco. E. S.]

Νὶν ipsum. Componendum cum νῦν. Ab antiquo νὶς, cujus origo videtur esse νέω venio. [Vide Valcken. Adnot. in Euripid. Hippolyt. p. 299. Kœn. ad Corinth. p. 104. ubi monetur, νὶν Doricum esse, quod poëtæ usurparunt, pro eo, quod apud Homerum est, μίν. De μὶν diximus in Animadvers. ad Analog. ling. Græc. p. 293. 294. Qua autem analogia μὶν est à μὶς, eadem est νὶν à νίς. Stirps νέω tacta jam supra ad vocem νικάω. E. S.]

Νίπτω lavo. A νίπω, quod à νίω: cui vicina νάω, νέω, νέφω, νίφω. Ab irrigando dicitur. [Νίπτειν est lavare manus et pedes, λούειν lavare corpus, πλύνειν lavare vestimenta. Veteres dicebant νίπτειν et νίζειν, cujusmodi forma apud eos frequens est: et quidem ita ut sæpe commutentur. Sic ὄσσω, ὄζω, ὄπτω, ὄπτομαι: πέττω, πέπτω, πέσσω. Sic quoque ἵπτειν dicitur ἵζειν et ἵσσειν. Sed posteriores usurparunt νίπτειν, quod itidem apud Homerum reperitur, Od. A. 138. et alibi. Proprie autem de lavandis manibus, et pedibus adhibetur, diciturque νίπτειν τοὺς πόδας; unde ποδόνιπτρον vas, in quo pedes lavantur: itemque νίπτειν τὰς χεῖρας, unde χειρόνιπτρον vas, in quo lavantur manus. Sed generalius etiam ponitur, et significat aqua colluere. Hinc apud Homerum, νίπτειν τὰς τραπέζας abstergere mensas aqua. T. H.] [Apparet etiam ex his, νίπτειν pp. esse manu sursum deorsumque mota fricare et abstergere. E. S.]

Νίτρον nitrum. Id dicitur, quo possis νίπτειν. [Nempe nomina in τρον notant instrumentum, quo aliquid fiat vel fieri possit. Etymol. M. Παρὰ τὸ νίζω (νίσσω, νίπτω) γίνεται νίτρον, ὡς μάσσω, μάκτρον, καὶ πλήσσω, πλῆκτρον. E. S.]

Νίφω ningo, irrigo. Compone cum νίπτω [et vide statim in νίψ. E. S.]

Νὶψ, νιφὸς Obsoletum. Hujus Accusativum, νίφα superesse apud Hesiodum, Ἔργ. vs. 535., auctores sunt Guyetus et Grævius, quos vide ad l. 1. Stirps haud dubie est νίω, unde νίπω, νίπος, et νίφω, contracte νίψ. Νίω autem idem quod νάω, νέω, νύω, νεύω, pp. sursum deorsum vergo, tendoque: id quod nivi in primis proprium est, dum ningit, modo deorsum, modo sursum latæ. Superest ipsum illud νὶψ, in nomine proprio fontis cujusdam apud Etymol. M. col. 568. 17. Νὶψ inquit νιβός· ὄνομα κρήνης· οὕτω καὶ λὶψ, λιβός. Ex qua collatione vocum λὶψ et νὶψ simul facile intelligitur, uti λὶψ est à λίβω, sic νὶψ nostrum pp. esse à νίβω, cognatamque adeo huic voci esse Lat. nix, in Gen. nivis, ubi literæ vicinæ pronuntiationis ν et β permutantur. E. S.]

Νόθος nothus. Nescio an sit à νόω, vel νέω advenio. [Etymol. M. Παρὰ τὸ ὀνῶ, τὸ μέμφομαι καὶ βλάπτω, γίνεται ὄνοτος· καὶ, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ο, καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς θ, γίνεται νόθος. Quomodo nothi Latine differant à spuriis, vide apud Vossium, in Etymologico. Observavit H. Stephanus, t. 2. col. 1675. νόθον opponi pp. τῷ γνησίῳ, et illi voci Homerum passim adjunxisse nomen substantivum υἱὸς, aliquando tamen etiam, sine hoc adjecto, simpliciter νόθος dixisse: id quod clare probat, νόθον pp. esse vocem adjectivam. Stirps videtur esse νέω, quatenus idem significat, quod ῥέω fluo. An à fluxu exundantis γονῆς appellationem habet? Conf. supra in μοῖχος et Hebr. סָפִיחַ. E. S.]

Νομὰς, Gen. νομάδος, in pascuis degens. [Νομάδες, quos numidas Latini vocant, à Sing. νομάς: quæ terminatio vocis ας pp. est fœminina. Sic Ἑλλὰς, λαμπὰς &c. fœminina sunt. Sunt tamen quædam voces masculini generis, ea terminatione finitæ, ut à λόγος, λογὰς, Genit. λογάδος, lectus, electus: unde στρατιῶται λογάδες, λίθοι λογάδες &c. Sic ergo etiam λαοὶ νομάδες populi, qui huc illuc pascendi caussa vagantur. Etiam de animalibus ponitur, ut λέοντες νομάδες leones, qui pabuli quærendi caussa huc illuc sparsim vagantur. T. H.] [Conf. et in νόμος et Salmasii Exc. Plin. p. 219. 584. E. S.]

Νόμος lex à νέμω tribuo, de quo supra suo loco. [Etymologus M. col. 606. recenset varias hujus vocis significationes, omnes à secando in partes, atque adeo dispertiendo, distribuendo, ductas. Stirps est νέω, unde νέμω: à νέμω autem νένομα, νόμος, et νομὸς &c. Redi ad νέω. A νένομα igitur est νόμος, quod Etymologus adfert, redditque μέτρον γῆς certam mensuram terræ, distributam, nempe, et adsignatam alicui, sive toti genti. Hujus νόμος, sive νομὸς, forma fœminina est, νομὴ, unde νομὴ τῆς βοσκῆς eximie terræ pars, ad pastum data, apud eundem. Porro νόμος est carminis modulatio, quasi distributio, vel ipsa cantilena, in membra quasi distributa, vel modulata, vox apud Herodotum frequens, ut l. 1. c. 9. p. 11. 49. &c. Vide Wesselingium, ad p. 140. 69. Etiam frequentissimum est νόμος lex, ὁ νέμων πᾶσι τὸ δέον, Etymologo, vel potius ipsum jus alicui tributum. A νόμος, sive obsoleto νόμις, est νομίζω lege sancio &c. E. S.] [Hinc τὰ νομιζόμενα, vulgo justa, quæ defuncto fiunt, sed rectius " piacula, quibus, post funus elatum, contagio domus familiæque procuratur: quo modo ἡ ἐκφορὰ, καὶ ὅσα νομίζεται μετὰ τὴν ἐκφορὰν, in Testamento Stratonis apud Diogenem Laërtium, l. 5. 61. 63. et Lyconis, segm. 69." &c. T. H.] [" Ab eodem νόω, νόμος, est Lat. numerus, sive pp. à νόμω est numero, ut à blato, blatero, à tolo (tollo) tolero." Burgess. ad Dawesii Miscell. Critica, p. 448. et in Indice ibidem. E. S.]

Νόος, mens. A νέω necto, cogo, cogito. —— Alibi vir celeb. " Verbum νέω significat necto: unde notio lanam glomerandi adsignata est verbo Lat. neo. Ab hujus Perfecto Medio νένοα ortum est νόος, et contracte, νοῦς, eam partem hominis eximie notans, quæ ideas animo conceptas veluti, nectit, quæ adeoque ratiocinatur, vel rationalis est. Ea de caussa nunquam ὁ νοῦς brutis animalibus tribuitur. Respondet et voci Lat. mens, homini ob eandem caussam propria. Inde verbum νοέω idem valet, quod cogito: addita autem præpositione κατὰ, idem est quod valde cogitare, vel valde apud animum considerare. [Paullo aliter Etymologus, col. 606. Νόος παρὰ τὸ νέω, τὸ πορεύομαι· οὐδὲν γὰρ ταχύτερον τοῦ νοός· Ὅμηρος (Il. O. 80.) Ὡς δ' ὅταν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος &c. Ita fere et vir summus, A. Schultensius, in Veteri ac Regia via Hebraizandi. " Νόος animus, à pervadendo, vel penetrando" &c. Ceterum quantum ad Lat. neo, Gr. νέω, attinet, unde νέκω, νέκτω, necto; origo ejus haud dubie altius est quærenda. Vide supra suo loco, et infra in νοῦς. E. S.]

Νόσος morbus. Forte à νόω, quod componendum cum νέκω neco, de quo supra [in νεκρὸς, νέκταρ &c.] [Si νόος, νοῦς à motu celeri, quo pervadit, penetratve nomen habeat, videri possit, νόσον, similiter à νόω, νόσω, ductum fuisse, rationemque denominationis petendam esse à celerrimo motu sanguinis &c. qualis deprehenditur in febri &c. Sed νόσος apud veteres eximie notabat pestem, ut in illo Homeri, Il. A. 10. Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν: (Νοῦσος enim dicebant pro νόσος, ut pro κόρος, κοῦρος, pro μόνος, μοῦνος· Etymol. col. 607.) qua de caussa malim conferre Lat. noceo, noxa &c. ab eadem stirpe νέκω vel νόκω orta. E. S.]

Νοστέω redeo. A νόστος reditus, quod à νόω, cui, vicinum νέω venio. [Vox νόστος apud Homerum fere semper significat reditum ad locum, unde discessisti; et is dicitur νοστεῖν, qui redit illuc, unde abierat. Apud Græcos νόστος itidem sæpe sumitur pro reditu in patriam: unde νόστον δομόνδε &c. Dein vero in genere usurpatur pro itinere, et νοστεῖν universe est ire, vel iter facere. T. H.]

Νοτὶς humor. A νόω, cui vicina νάω, νέω, νίω, νίφω irrigo.

Νότος Notus, auster. Ejusdem originis ac νοτὶς, νοτίδος, de quo supra. [Vide Gellium laudat. ab H. Stephano, lib. 2. cap. 22.]

Νοῦμμος nummus. Est vox Sicula, pro νόμος: à νέμω tribuo. [Vide eruditiss. Burgessium, ibidem laudatum. E. S.]

Νοῦς mens, intellectus. Contractum ex νόος: ubi vide. [Nemo negabit, analogiam, sive similitudinem et proportionem, dari inter nomina ῥοῦς, πλοῦς, χοῦς, νοῦς. Novimus omnes, ex firmis linguæ fundamentis, όο contrahi in οῦ. Redeant igitur formæ veteres, ῥόος, πλόος, χόος, νόος. Illa omnia formata à Præteritis Mediis verborum in έω, ἔῤῥοα, πέπλοα, κέχοα, νένοα, nempe ῥέω fluo, πλέω navigo, χέω fundo. Hinc itaque ῥοῦς fluxio, πλοῦς navigatio, χοῦς mensura liquidorum. Quod ad νοῦς attinet, pro νόος, est à νέω pp. glomero; et significat illud in animo, quod glomerat, quod coagit, cogit, cogitat. Sed in primis decreveram dare, quod ad alia intelligenda nobis conducet, illud νοῦς diverso modo in suos casus inflecti. Nimirum νοῦς, νοὸς, νοΐ, νόα, et νοῦς, νοῦ, νῷ, νοῦν. In aliis non memini, me id observare, præterquam in χοῦς. Hoc modo itidem flectitur χοῦς, χοὸς, χοΐ, χοὰ, vel χοῦς, χοῦ, χῷ, χοῦν. In Novo Testamento nunquam reperientur Genit. νοῦ, Dativ. νῷ, semper νοὸς, νοΐ. Contra ex Platone vel triginta loca excitari possent, in quibus νοῦ, νῷ &c. L. C. V.]

Νὺ particula expletiva apud Poëtas. A νύς. Vide νὺν [ubi plura dabimus. E. S.]

[Νύκω pungo. Unde νόκω, νοκέω noceo: vide in νύσσω. E. S.]

Νύμφη sponsa pro νύφη, quod à νύβω tego, Lat. nubo. Alio loco vir clariss. " Verbum vetus Græcorum fuit νύβω, quod significavit pp. tego, vicinumque est verbo νέβω et νέφω, unde nomen νέφος, nec non νεφέλη, et Lat. nebula, sicut à νύβω est nubes: Quæ omnia à tegendo nominantur. Latinum autem nubo speciatim à tegendo translatum fuit ad rem matrimonialem, quando virgo dicitur nubere viro, id est se obtegere viro: quod à ritu matrimoniali repetendum. Inde jam dicta νύφη, et interposito μ ante literam labialem, ut in quamplurimis vocabulis fieri solet, νύμφη puellam notat, speciatim viro desponsatam. Latius vero sumtum, quamcumque etiam puellam. Unde porro transiit ad semideas designandas. Colebantur, nimirum, à veteribus, ut semidei varii generis, sic etiam semideæ, vel agrestes, vel fluviatiles, vel montanæ, vel silvestres, vel marinæ similesque: quæ omnes νύμφαι dictæ, generali nomine: tametsi etiam, pro rebus, quibus præesse credebantur, priva nomina habuerunt: ut νύμφαι ἁμαδρυάδες, ὀρεστιάδες &c. A νύμφη sponsa porro est nomen νυμφὼν, ῶνος thalamus nuptialis. Proprie nomen collectivum est: sicut δενδρὼν arboretum, ἰχθυὼν forum piscarium et alia multa.

Νυμφίος sponsus, et maritus. [Mulier viro nupta interdum νύμφη, sed potissimum sic puella dicebatur, quæ ad nubendum primum prodibat in publicum. Absurda originatio, quam tradit Cornutus, de Natura deorum, p. 195. 196. Est illa tamen antiquæ consuetudinis index, quæ, quum ad rationem multorum vocabulorum intelligendam viam patefaciat, nonnulla utile erit delibasse ex antiquitate Græca. Mulieres Græcæ honestiores raro, puellæ virgines nunquam, prodibant in publicum: nisi quando marito essent elocandæ. Debebant esse mulieres, ut in lapidibus sæpe dicitur Latinis, domisedæ, Græce

οἰκουρὶ, id est, domus et rerum domesticarum curatrices. Usus hac eadem voce Paullus, virtutem istam commendat, in Epist. ad Titum, cap. 2. 5. Sophocles, Œdipo in Col. vs. 3. 5. κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένοι domi sedebant ut puellæ virgines. Desidebant autem Græcæ mulieres, non, ut Romanæ, in primis ædibus, sed in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedebat, nisi cognatione propinquus: quæ verba sunt Cornelii Nepotis, in Præfatione admirabili libelli sui. Platonis est locus de Legg. l. 4. p. 781. hanc in rem perinsignis. Puella innupta, quales arcte custodiebantur, Callimacho dicitur παῖς κατάκλειστος puella domi occlusa, in Fragmento 118. —— Dicitur talis Theocrito παρθένος ἐκ θαλάμου. Talem autem, ante diem nuptialem, publice conspici dedecori habebatur. Phocylidis est præceptum, vs. 203. Παρθενικὴν δὲ φύλασσε κ. τ. λ. E. S.]

Νῦν nunc. Accusativus est à νῦς, quod à νύω pungo, nuto, vergo: hinc igitur νῦν, quasi hoc puncto. [Latinum nunc videtur per apocopen dici, pro νῦνγε, vel νῦνκε. Itaque compositum est ex eodem isto νῦν et particuli finali γε vel κε. Est autem νῦν manifesto casus Accusativus, absolute positus, à Nomin. νῦς, quod dubitari nequit, quin sit à νύω, pp. ut mihi videtur, findo, seco: ut νῦς pp. sit sectio, et hinc articulus quasi resectus, aut divisus: dein articulus universe. Hebr. נא. Poëtæ idem hoc νῦν sive νὺν cum accentu gravi, pleonastice videntur adhibuisse. Proprie tamen νῦν et νὺν idem valere jam dudum observavit clar. Hoogeveen, Doctr. Particul. cap. 32. qui omnino est adeundus. Ceterum, quod pro νὺν etiam νὺ dicatur, id inde videtur esse repetendum, quod νὺν pp. sit casus Accusativus; νὺ vero, pro νυῒ, casus Dativus, absolute positus, quo adspectu etiam differre ἀπὸ pro ἀπῷ, et Lat. abs, Græce pp. ἂπς, sive ἂψ, pro ἀπὸς, similiaque, suo loco diximus. Quoniam tamen prius νῦν producitur, et accentu notatur circumflexo, suspicio levis mihi enata est, an forte νῦν dixerint pro νέῦν, e Nominativo veteri νέῦς, quod idem sic ac νέος Lat. novus: prorsus ut Lat. nuper pro noviper esse, Festus jam admonuit. Certe νέος, apud Homerum, idem sæpe valet atque alterum illud νῦν. Vide Il. Γ. 394. &c. Etiam νῦν manifesto idem est quod nuper, ut in Evang. Johann. cap. 11. 8. Vide Heins. et Albert. ad Hesych. p. 693. —— Hoc pacto νῦν, notatum circumflexu, referri pp. deberet ad νῦς pro νέυς, νὺν vero breve ad νύς: quæ tamen eodem redeunt, siquidem verbum νέω (unde νέος, νέῦς) et νύω, unde νὺς, ejusdem sunt originis. E. S.]

Νὺξ, νυκτὸς, nox. A νύσσω pungo: quod à νύω, de quo ad νῦν. Alio loco celeb. Lennepius. "A verbo νύσσω vel νύττω pungo, stimulo, noctem Græci dixerunt νύκτα, quasi tempus triste vel ingratum, quod tenebris suis tristitiam adfert hominibus: uti contra ἡμέρα dies dicitur, quasi tempus placidum et amœnum." [Vide supra, in voce Ἡμέρα. Genitivus casus nominis νὺξ, Lat. nox, et νυκτὸς, noctis, satis demonstrat, verbum (unde ea vox propagata fuit) esse νύκω, Lat. noco (cujus productior forma est noceo) pp. findo, atque ita vulnero, dolorem infero &c. Denique etiam Latina vox nux, nucis, ejusdem originis videtur fuisse ac Gr. νὺξ, νυκτός. A findendo, nempe, ac diffringendo nomen habet. Vide viros doctos, apud Vossium, in Etymologico, laudatos. E. S.]

Νυὸς nurus, filii uxor, seu fratris soror. Nescio an componendum sit cum νύμφη. [Ejusdem certe originis est: manifesto quippe ductum e stirpe νύω. Quin vocem νυὸς vicinam alteri isti formam esse, satis declarant Glossæ Hesychii: Νυοί· νύμφαι: et νυός· νύμφη γεγαμημένη τοῖς τοῦ γήμαντος οἰκείοις. Ad quem locum vide viros doctos, ab Albertio laudatos. Latini, pro νυὸς, inserto ρ, dixere nurus: ut rectissime observarunt Vossius in Etymologico, et, ante ipsum, Salmas. Exc. Plin. p. 65. b. A. Porro poëtæ Latinorum nurus universe dixerunt, pro nuptis. Loca vide apud Forcellinum. Ergo voces νυὸς, nurus, νύμφη, nupta, una omnes ex origine esse, liquet: nempe a nubendo dictæ, "quod sponsæ apud veteres, cum viro traderentur, flammeo nubere, id est, velare capita solebant." Vide Forcellinum, voce Nubo, et supra in νύμφη. E. S.]

Νύσσω pungo, fodico, punctim cædo. A νύω nuto, moveo, impello. [Nimirum à νύω factum est νύσω, νύσσω, ut à κύω, κύσω, κύσσω: unde κύσσε osculatus est, Od. Π. 15. &c. Attici dixerunt νύττω, pro nuto: quod verbum apud Latinos diverso nonnihil usu mansit, et originariam significationem satis prodit positam in motu, qui deorsum fit. E. S.] ["Νύττειν pp. significat pungere aliquem: in primis eo sensu, quo Latine dicitur vellere; ut vellere brachium, aurem, id est tangere brachium vel aurem, admonendi causa. —— Apud veteres, in sacris faciendis, adesse solebant monitores, qui sacra facturos admonerent, quid faciendum esset, ne quid peccarent contra sanctitatem sacrorum" &c. T. H.] [A νύσσω deorsum moveo, defigo, est νύσσα pp. defixa, nempe, meta, terminus. Vide omnino Il. Ψ. 326—333. Estque adeo prorsus idem quod Hebr. נְבוּלָה, sive נְבוּל à Them. נָבַל panxit, depanxit. E. S.]

Νυστάζω dormito. A νύω, nuto, repetendum. [A νύω, νύσω, νένυγμαι, νένυσται, descendit vox obsoleta νυστός: hujus vero fœm. est νυστὰ, unde νυστάω, νυστάζω. Plane elucet ex eodem verbo primaria vis motus versus inferiora: qualis cernitur in dormitantibus nutante capite. Pro νυστάζειν dicitur quoque νευστάζειν, ducta forma à vicino νεύω: quod tamen in usu linguæ universe est nutare, innuere, Vide Il. Υ. 162. Od. Μ. 194. Σ. 153. pecul. ut facit ebrius, vid. Od. eadem Σ. 239. E. S.]

[Νύω ipsum thema, unde tot formæ propagatæ sunt, partim à nobis supra jam recensitæ, νύμφη, νὺξ &c. quibus sunt addendæ aliæ voces, à Lexicographis, sub literis νυ, explicatæ. Apud Græcos verbum hoc νύω, æque ac apud Latinos, est obsoletum: sed Latina lingua id servavit in suis compositis abnuo, annuo, innuo, renuo. Fuisse autem cognatas stirpes νάω, νέω, νίω, νόω, νύω, sæpe jam in superioribus est observatum. E. S.]

Νώγαλα edulia suavia et delicata. [Etiam νωγαλεύματα et νωγαλίσματα: quibus de vocibus consule H. Stephanum in Appendice col. 1514. Videtur vox esse composita ex duabus aliis. Sed non satis liquet, utrum sit contractio facta ex νέο à νέος novus, et ὤγαλλον, quod dici potuit cum omega servili pro γαλὸν, à voce γάλα lac (unde πολύγαλον &c.) ο et ω contractis in unum ω, ut in νεώνητος nuper emtus, pro νέο et ὠνητός· νεωρὴς recens pro νέω, et ὥρα: dein autem ex εω facto ω, quo pacto nostrum νώγαλα pp. forent edulia ex recenti lacte confecta: an vero compositio sit ex νὲ vel νὴ negativo et ὄγαλος, ut νώδυνος ex νὴ et ὀδύνη: qua lege νώγαλα forent, quasi, non-lacticinia, hoc est non-vulgaria, minus vulgaria sive rariora, et delicatoria. Posterior compositio fortasse magis analoga foret aliis vocibus νωθὴς, νωθρὸς &c. E. S.]

[Νωδὸς edentulus, qui caret dentibus. Νὲ, vel νὴ, apud veteres, negationis signum erat, et usurpatum fuit etiam in compositis. (Vide exempla adducta in νηγάτεος). Νωδὸς autem compositum est ex νὲ, vel νὴ, et ὀδοὺς dens. Significat igitur pp. qui dentibus caret. Verum alia quoque potestas, hac in voce, est, ex alia compositione repetenda. Nempe ex νὲ et αὐδὴ vox, unde, pro νεαυδὸς, factum νωδός: pro αυ enim sæpe ponitur ω. Νωδὸς ergo, hoc adspectu, significat qui loquendi facultatem non habet, qui loqui non potest. Priori illa significatione vox νωδὸς Atticum est: nam Communes usurpant ἀνόδους. Porro quæcumque componuntur ex ὀδοὺς, in Genitivo faciunt ὄντος, sed νωδὸς habet in Genitivo νωδοῦ. T. H.]

Νωθὴς tardus, segnis. Ex νὴ et ὤθω pello. [Ut sit, nempe, νωθὴς pp. qui impelli non potest, quem frustra impellas. Quod de asino dicitur; dicitur item de sene, quo H. Stephanus, Append. col. 1514. laudavit illud Luciani: κυφὸς καὶ τὰ γόνατα νωθής. E. S.] [Idem alioquin effertur νωθρὸς tardus, segnis, lentus, piger, tam in incessu, quam in agendo. De qua voce alio loco Lennepius: "Νωθρὸς ortum est" inquit "ab ὠθρὸς, præfixa litera ν, quæ in variis compositis idem valet ac litera α apud Græcos, et modo vim privandi, modo vim intendendi habet. Ita à nomine ὀδοὺς dens formata vox νωδὸς dentibus privatum notat. Contra, ab ἥδυμος dulcis νήδυμος notat perdulcem. Ad hanc rationem νωθρὸς pp. diceretur is qui usque impellendus est, adeoque segnis, tardus: quemadmodum ab Hesychio redditur βραδύς. Ὠθρὸς, nempe, ortum est à verbo ὤθω impello. Ab ista tarditatis notione νωθρὸς eximie transfertur ad oculos languentes, et veluti acie obtusa: quod Græci dicunt νωθρὰ βλέπειν. Similiter translatum est ad auditum obtusiorem, hebetudinem animi" &c. Adde L. Bos Exercit. Philol. in Epist. ad Hebr. cap. 5. 11. p. 240. 241. E. S.]

Νωλεμὴς indesinens, adsiduus. Forte ex νὴ et ὀλεμὴς, quod ab ὀλέω perdo. [Usus est sæpissime hac voce Homerus: ut Il. Ι. 317. Ρ. 148. μάρνασθαι νωλεμὲς αἰεί. Et Il. Τ. 232. μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεί. Aut Adverbio inde ducto, νωλεμέως, Il. Δ. 428. Ε. 492. Ν. 3. 780. &c. Etymolog. M. col. 602. 12. Νωλεμέως, συνεχῶς, καὶ ἀδιαλείπτως· παρὰ τὸ νε, στερητικὸν μόριον, καὶ τὸ λείπω, τὸ λιμπάνω, γέγονε νωλεπέως, καὶ τροπῇ, νωλεμέως κ. τ. λ. Sed durior est hæc permutatio literarum π et μ, quam ut, tali in compositione, admitti posse videatur. Itaque malim equidem, cum clariss. Lennepio, compositionem factam concipere ex νὲ vel νὴ negativo et ὀλέμης: eo tamen pacto, ut respiciamus ad primam notionem verbi ὀλέω, sive ὄλω, qua pp. idem est, quod Lat. volvo. Ex hac origine τὸ νωλεμὲς pp. fuerit id quod non volvatur, non devolvatur, non immutetur, τὸ μὴ ἀλλασσόμενον (quod vocabulum ex simili origine idem pp. sonat) adeoque permanens, constans; unde Adverbium νωλεμὲς constanter, indesinenter. E. S.]

Νωμάω moveo, agito. [Converso ε in ω, repetendum est à νομὸς vel νομὴ, quod à νέμω. Sic πωλάω à πόλος &c. T. H.] [Itaque stirps verbi nostri est νέω, cujus multæ propagines supersunt, quæ demonstrent, vicinum fuisse νόω, aliis, νάω, νίω &c. E. S.]

[Νωπίω deprimor, percellor. Unde νενώπηται (ex emendatione Bentleii, pro vitioso νενώνηται) apud Hesych. exponitur τεταπείνωται depressus fuit, et καταπέπληκται perculsus fuit. Stirps νέω deorsum moveo, unde νέπω, νωπίω, et νεωπίω. Vide dicta in νωμάω. E. S.]

[Νώροψ splendidus. Hesych. νώροψ· λαμπρὸς, ὀξύφανος. Vide ibidem viros doctos, ut et in νώροπι, νώροπα. Præeunte eodem Glossatore, vir eruditissimus, in Lexico Hedericiano, exponebat, "quod ita fulget, ut rectis adspici oculis nequeat." Conf. Il. Β. 578. Η. 206. et Ω. 466. 499. ubi perpetuum epitheton est vocis χαλκὸς æs: quod alias jungitur adjectivo αἶθοψ. Compositum autem videtur ex νὲ vel νὴ negativo, et ὢψ vel ὄψις, quæ ab ὄπω sive ὄπτω, ὄπτομαι video. Ejusdem formæ sunt, præter αἶθοψ, alia ἔνοψ, ἄοψ, οἴνοψ. E. S.]

[Νῶτος dorsum, tergum. Est vox facta à νένωται, tertia Præteriti perf. pass. verbi νέω deorsum moveo, atque ita proclino, inclino: ut pp. inclinatum sive προκυπτόμενον denotet. E. S.]

[Νωχελὴς tardus. Etymolog. M. exponit per νωθρὸς καὶ δυσκίνητος κ. τ. λ. Ergo compositum videtur ex νὲ vel νὴ negativo, et ὤχελος sive ὄχελος: quod ab ὀχέω veho, porto. Stirps ὄχω vel ἔχω. Vide supra. E. S.]

Ξ.

Ξαίνω carmino, carpo. Stirps est ξάω, cui vicina ξέω, ξίω, ξόω, ξύω: quibus propria radendi notio, litera ξ sonum imitante. [Plura dedit vir cel. in Analogia L. Gr. cap. 12. p. 174. Lege omnino quoque Albertii annot. ad Hesych. in voce, num. 2. A. Schultens. de Deff. Ling. Hebr. p. 29. et Vindiciar. p. 141. A ξάω igitur primitivo productum est ξάνω, unde Aoristus Pass. ἐξάνθην, ξανθὸς &c. porro à ξάνω, ξανάω &c. Interposito vero Iota, dixerunt, ξαίνω, ut à ξέω, ξένω, ξένος, ξεῖνος. E. S.]

Ξανθὸς flavus. Proprie notat rutilum, et radendo politum, à ξαίνω, vel potius ξάνω, quod à ξάω. [Hesych. Ξανθὸν inter alia reddit εὖ εἰργασμένον. Conf. dicta in ξαίνω. E. S.]

Ξένος peregrinus, hospes. Origo esse videtur ξέω: sed ratio significationis minus aperta. [Etymolog. col. 610. 50. inter alias derivationes, hanc habet παρὰ τὸ ξέω, ὁ ἐξεσμένος, καὶ ἀποκεχωρισμένος. Sed rectius fortasse à sono barbaro et ingrato, aures, quasi, radente, dictus videri queat ξένος. Eustath. p. 423. 25. ξένος, inquit, ὁ ἀλλότριος καὶ βάρβαρος παρὰ Λάκωσι. Vide locum Herodoti, l. 9. cap. 55. p. 718. 73. et ibid. Wesselingium. Itaque hoc pacto stirps fuerit ξέω, cognata alteri ξάω: ut, quemadmodum à ξάω, inserto ν, factum ξάνω, sic à ξέω fuerit productum ξένω. Vide dicta ad ξαίνω. E. S.]

Ξέω pp. rado, polio, scalpo, ut sit instrumento ferreo. [Vide ad ξάω. A ξέω autem esse ξέστρον pp. instrumentum scalpendi, radendive, quin etiam (forma ducta è Præterito Medio ἔξοα) indidem esse ξοὶς scalprum &c. docuerunt jam Lexicographi. "Ξόανος pp. forma Adjectiva est, à ξέω rado. In perfecto Medio ἔξοα, unde ξοή. Ab eodem verbo sunt ξεστὸς, et εὔξεστος, Homero usitata. Hesychius ξόανα quoque exponit πρόθυρα ἐξεσμένα vestibula polita. Hinc ξύλον, vel ἄγαλμα ξόανον, simulacrum dedolatum. Observandum vero, rudes illas antiqui temporis et ligneas statuas, hoc in primis nomine, designari. Vide Clement. Alex. Protrept. cap. 29.—Respondet autem voci huic ξόανον Latinum vocabulum delubrum, quod nonnulli lignum delibratum, et cortice nudatum, interpretantur, Servius ad Æneid. iv. 56., qui præcipue consulendus est ad Æn. ii. 225. Hanc tamen originem non immerito rejicit Asconius Pedian. ad Cicer. Divin. Art. 3." &c. T. H.]

Ξηρὸς aridus. A ξάω, unde proprie significare videtur radere &c. Alio loco vir clariss. "In usu ξηρὸς siccum notat vel aridum. Fit autem à verbo ξάω, quod, una cum vicinis ξέω, ξίω, ξόω et ξύω, factum est à sono, et derivata peperit omnia vocabula Græca, à litera ξ incipientia. Significat autem pp. radere, vel scalpere, similitudine ducta à sono literæ ξ. Inde ξηρὸς pp. significat, quasi dicas, facile rasile: quæ est natura eorum, quæ arida sunt. In usu autem de eo ponitur, quod siccum et aridum est. Interdum etiam, ratione maris liquidi, de terra speciatim dicitur: ut in formula proverbiali ἐν ξηρῷ καθίστασθαι in sicco constitui." [Hinc in sacris ἡ ξηρὰ, quod Hebræis est הַיַּבָּשָׁה, subaudita voce γῆ. E. S.] [Adjectivi ξηρὸς origo est ξάω, significans rado et radendo exhaurio. Hinc χεὶρ ξηρὰ, pp. manus arida, est, cujus succus vitalis fuit exhaustus. Fauces aridas siti ξηρὰν φάρυγγα dixit Pherecrates Comicus, apud Athenæum, l. 7. p. 481. ubi vetula quædam ad servum suum, Venio, inquit, e balneo, ξηρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγγα, δὸς πιεῖν κ. τ. λ. Situ sicca sum, ait anus vinosa apud Plautum, in Curcul. Act. i. 1. 26. L. C. V.]

Ξίφος ensis. Haud dubie à ξέω est dictus, à radendo, scalpendo [poliendo, ut Arab. سيف. Etiam ξύφος dixisse veteres, (nempe à forma vicina ξύω quod jam manifesto notat radendo, sive scalpendo polio) docet Etymologus, col. 611. 8. ἀπὸ τοῦ ξύω, ξύσω, ξύφος, καὶ ξίφος. Porro à ξίφος, observante T. H., factum est ξίφας, "ensis major, ut à πόρπη fibula est πόρπαξ fibula major et retinaculum, quo clypeus tenetur, à βῶλος gleba βῶλαξ" &c. E. S.]

Ξύλον lignum, à ξύω rado: quod sit ad radendum, scalpendum aptum. [Apud Græcos ξύλον lignum significat, et quidem, ex origine vocis, rasum. Derivatur enim à ξύω rado. In Apocalypsi Joannea (qui liber scatet Hebraismis) ξύλον aliquoties venit pro ipsa arbore. Arbor enim vitæ illic dicitur τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, cap. 2. 9. et 22. 14.

Is usus, Græcis vulgo ignotus, repetendus est ex sermone Orientalium: apud quos eadem vox עֵץ et arborem significat, et ramum cæsum; imo etiam baculum, Hos. 4. 12. qua de re legi poterit A. Schult. Comm. ad Job. p. 689. Ad eam vocem exprimendam, quomodocumque ponatur, adhibent Judæi Græcienses vocem ξύλον. Illud vero dignissimum est notatu, ξύλον de arbore posuisse poëtam gentilem Callimachum, qui vixit Alexandriæ, paullo post quam magna pars Vet. Testamenti, Græce conversa, Alexandriæ fuisset in regis Bibliotheca reposita, atque ita gentilium etiam usibus pateret. De arbore posuit, Hymno in Cerer. vs. 41. Ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ, Sensit Ceres, sacram suam arborem dolere; quam, nempe, violaverat Erysicthon. Scriptores Christiani veteres, à Judæo Aristobulo inducti, in ea plerique fuere opinione, ut statuerent, scriptores antiquissimos Græcos libros nostros legisse, Moysis et prophetarum, atque illinc, quæ haberent excellentissima, desumsisse. Nihil minus credibile est. Nam non habuerunt libros istos, Græce conversos, quos legerent: quum facta fuerit illa conversio non nisi post mortem Alexandri Macedonis, sub Ptolemæo primo et secundo, Ægypti regibus. Callimachus vero, qui vixit, ista versione jam confecta, plurimis indiciis patefacit, libros Moysis et prophetarum sibi fuisse lectos. Exemplo sit, quod habet, Hymno in Apollinem, vs. 29. de Apolline Jovis filio, ad patris dextram sedente, uti et de rupe percussa, ex qua aqua exsilierit, Hymno in Jov. vs. 31. quod hausisse videtur ex historia nota, Exod. 16. narrata. Diligenti lectori plura occurrent, in Callimachæis, hujus rei documenta. L. C. V.]

Ξυνὸς communis. Stirps dubia. [Exponitur κοινός. Verisimiliter admodum Etymol. col. 611. 29. Οἶμαι ὅτι συνὸς, ὁ συνὼν τινί· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τὸ σ εἰς ξ τρέπουσι· τὸ γὰρ σὺν ξὺν φασί. Quod tamen si displiceat, vide an ξυνὸς cognata sit vox alteri isti κοινός: ut pro κοινὸς primum dixerint κσοινὸς, et ex dialecto κσυνὸς, ξυνός. E. S.]

Ξυράω rado, ad cutim tondeo. [A ξύω, quod pp. significat rado, scalpo, similitudine facta à sono radentis, est ξυρὸν novacula. Hinc ξυράω. Differt autem ξυρᾶσθαι à verbo κείρασθαι, quod prius ignominiosæ tonsuræ, vel potius rasuræ, significationem habet, posterius vero convenit in honestam tonsuram. [Differentia ergo eadem fere est, quæ in vernaculis *schraapen* et *scheeren*. Vide et viros doctos ad 1 Cor. 11. 6. ubi Paullus αἰσχρὸν εἶναι γυναικὶ, ait, τὸ κείρασθαι. E. S.]

Ξυστὸς Xystus, locus tectus, ubi exercentur Athletæ. [Ξυστὸς pp. Adjectivum est, à verbo ξύειν, radere, radendo levigare et complanare. Hinc ξυστὴ κάμαξ sudes vel pertica rasa, Aristoph. apud Pollucem, l. 10. segm. 144. Ξυστὸν, sc. δόρυ, hastile &c. Porro, in ξυστὸς Xystus, intelligitur vox δρόμος. Plene Pollux, l. 9. segm. 43. δρόμοι ξυστοὶ, et Philostrat. de Vita Apollon. Thyan. l. 4. c. 3.— Δρόμοι enim non tantum sunt curricula sive loca, ubi cursus instituitur, sed etiam loca ambulationibus, aliisque exercitiis idonea. Hæc raso solo æquari solebant, et arena conspergi. Jacobus Perizonius, ad Ælian. V. H. l. 14. 12. dum ξυστὸν porticum dici putat, "quia parietes habebat politos," certissime fallitur. Eandem vocem alia potestate Græci, alia Latini usurpant. Illis ξυστὸς tecta porticus, ampla latitudine, in qua Athletæ, per hiberna tempora, exercentur: his Xystus est ambulatio aperta sub divo et aëri exposita, quam Græci pp. περιδρομίδα, vel παραδρομίδα dicunt: ut liquet ex Vitruvii l. 6. c. 10. p. 119. Minus recte declaravit Baldus, in Lexico Vitruviano: melius Salmasius ad Tertulliani Pall. p. 271. 272. Egregium locum præbet Justinus Mart. in initio Dialogi cum Tryphone Judæo. Sæpe junguntur ξυστὸς et παλαίστρα. Aristæas apud Polluc. l. 9. segm. 43. Sed palæstra, plerumque sub divo, solem æstivum admittit. Utrumque eleganter à Græcis transfertur ad loca, ubi ingenii et doctrinæ exercitia coluntur &c. T. H.] [Conf. etiam, quæ dedit Valcken. Animadv. ad Ammon. l. 3. c. 1. p. 170. E. S.]

Ξύω, rado, scalpo. [Vide dicta superius in ξαίνω, ξέω, ξηρὸς &c. Est autem ξύω vicinum verbum alteri ξέω. Hesych. ξύσαι· χαράξαι, ἐπιγράψαι, ubi vide Albertium. Adde Perizon. ad Ælian. V. H. 64. 12. Diversitatem significationis præbet Thomas Magister, p. 641. Ξέω, inquit, ἐπὶ ξύλων, ξύω δὲ ἐπὶ σαρκός· ubi legantur, quæ monuerunt Drakenburg., Sallier. et Oudendorpius. Rasam literam esse ξυσθεῖσαν, et in cera et in ligno cavatam, docuit Salmasius, de Modo Usur. p. 464. Adi porro Foësium in Œconom. vocibus ξύω, ξύσματα, ξυστὸς et ξύστρα. E. S.]

O.

Ὁ Articulus Græcus. Vicinitatem habere proprie videtur cum Participio verbi εἰμὶ vel ἔω sum. Alio loco vir celeberr. "Significationem nominis, cui additur, semper efficit definitam et veluti restrictam. Ita v. gr. quum sine articulo dicam Θεὸς, generatim et indefinite, de quocumque deo id accipi debet: quando vero dico ὁ ΘΕΟ'Σ, de certo et definito deo dictum accipiendum est; sive tum intelligatur verus et unicus ille deus, qui auctor est rerum omnium, sive etiam quivis alius deus, cujus facta antea sit mentio, vel qui ex serie orationis tota cognosci potest." Excerpamus h. l. insuper nonnulla, quæ vir summus, L. C. V. pluribus alicubi de natura hujus Articuli admonuit. "Re diligenter investigata" inquit "cognovi, unicum tantum apud Græcos dari articulum: nam illud, quod vocant, postpositivum, ὅς, ἥ, ὅ, pronomen est relativum, qui, quæ, quod. Qui tamen Latine explicari satis non potest: nam, cum omnibus suis copiis, ne Cicero quidem quidquam subministrabit, quod cum Articulo Græco comparari queat. Verum nos Belgæ rem facile percipiemus. Nimirum, quem Grammatici Græci Articulum vocant, nostrates Belgæ dicunt *het bepaalend geslachtwoord de, het*. Quando istas voculas vocabulo cuidam præfigimus, semper aliquid definimus (ut v. gr. *de man, het kind*;) adeoque speciale à generali sejungimus. Qui Latinis simpliciter dicitur Alexander magnus, Græcis est Ἀλέξανδρος ὁ μέγας, *Alexander de groot.* Conspirat autem nostra lingua, hac quidem parte, cum lingua Gallica, estque ipsa etiam Græca beatior. Habemus enim nos Belgæ alium Articulum, quem dicunt *het niet bepaalend geslachtwoord, een, eene.* Quis adeo plumbeus est, quin illico sentiat, differre *een Koning* et *de Koning?* Prius generale est: alterum limitatum, pro regionibus, in quibus versamur. Ex. gr. si quis Græce diceret; οὕτως ἐτιμήθη, ὥσπερ ἂν βασιλεὺς ὑπῆρχεν, *Hem is zoo veel eer aangeduan, als of hij Koning geweest was,* vel *als of hij een Koning geweest was.* Ita nos loqueremur. Contra si bini Galli, in Galliis, loquerentur eadem de re, dicere ipsis liceret, comme *s'il eût été le roi, als of hij de Koning geweest was,* ὁ βασιλεύς: et tum ab ipsis de unico, in specie, Galliarum monarcha cogitaretur. Illud discrimen, lingua Latina, exprimere plane non valeo. Ex his pauculis usus et natura Articuli facile intelligentur &c. &c. Sed data opera totum hoc argumentum eruditissime tractavit vir cel. Adr. Kluit, in libro Belgico, quem Latine inscripsit Vindicias Articuli ὁ, ἡ, τὸ, edito Trajecti ad Rhen. 1768. Jam vero, quod ad etymon Articuli Græci attinet, mihi quidem, cum cel. Lennepio, origo ejus repetenda videtur à verbo substantivo ἔω, cui vicinas fuisse alias formas, ἄω, ἴω, ὄω, ὕω, supra dictum est. Ab ὄω, igitur videtur esse ὃ, vel ὁ, ab ἄω autem, vel ἔω, fœmininum ἁ vel ἡ pro ἒς, contracte ἡ. Neutrum vero τὸ, ab initio, præfixum habet consonam τ, ex integro τοὶ decerptam: adeo ut τὸ pp. sit tibi illud, ut τοιοῦτος pp. est tibi ille, per pleonasmum: atque ita in reliquis formis, ut in Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ, pro τέο, τέες, τέο &c. Vide si tanti est, quæ diximus ad Struchtmeyeri Rud. Gr. p. 26—28. et p. 73. Hebræi, eadem fere ratione, pro אֲנִי sive potius pro אֲנוֹ ego (quod Arabes servarunt in suo انا) dixerunt אָנֹכִי pp. ego tibi, Chaldæi אֲלָךְ pp. illi tibi, et sic in similibus: ut quemadmodum ךָ tibi, in Ch. אֲלָךְ, sic τ, pro τοὶ, tibi, in Græcis τὸ, τοῦ, τῆς &c. leviter redundare videatur. E. S.]

Ὄαρ uxor. Forte repetendum est ab ἄρω necto, apto, præfixo ο. [Vide Albert. ad Hesych. in voce ὄαρας, col. 711. ubi plura invenies de hac derivatione. Quæ si tamen minus placeant, fortasse ὄαρ uxor dicta videri possit ab ὄω fero, gesto, pecul. utero. Hoc certius nonnihil est, uxor Latinorum, et Gr. ὄαρ sive ξυνάωρ, voces esse cognatæ originis. Vide Vossii Etymologicon, in uxor. E. S.]

Ὀβελὸς veru. Pro βέλος (præfixo ο) quod est jaculum. A βέλω, quod idem ac βάλλω. [Etymolog. col. 613. 2. Παρὰ τὸ βάλλω, ἢ βέλλω, γίνεται τὸ μὲν οὐδέτερον βέλος καὶ τὸ ἀρσενικὸν βελός· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὀβελὸς, ὁ ἐοικὼς βέλει κ. τ. λ. E. S.]

Ὀβολὸς obolus. Pro βολὸς, quod à βόλω vel βέλω. [Conf. dicta modo ad vocem ὄβελος. Etymologus, ibidem laudatus, Photium patriarcham existimasse, ait, ὀβολὸν κληθῆναι, ἐπειδὴ τὸ ἀρχαῖον χαλκοῦν νόμισμα τῶν Ἀθηναίων ὀβελίσκον εἶχεν. Plura dabit Salmasius de Usuris, p. 310. de Modo Usur. p. 243. &c. E. S.]

Ὄβριμος robustus, fortis. [Vox ὄβριμος eandem originem habet, quam βριθὺς, quod contractum est ex βαριθύς. Βάρος gravitatem notat. Itaque βρίμος pp. dicitur pro βάριμος: quod similiter à voce βάρος. Βάρις, βρὶς, Adjectivum antiquum, ejusdem est formæ ac πρὶς, unde neutrum πρὶν, vel πρί. Ita à βρὶς est βρὶν, vel βρὶ, quod usurpari solet in compositis, et augendi vim habet. Ita βριήπυος qui valde clamat &c. A βρὶς etiam est βριαρὸς, quod format βριάρεως, notissimum illum ex Gigantibus heroëm. Dicitur etiam ὀβριάρεως: quod quidem ο assumitur ex dialecto, in illis nominibus, quæ à βρ incipiunt. T. H.]

Ὄβρυζον aurum purum ex crebra coctione. Dicitur pro βρύζον à βρύζω, quod (cum βρίθω et ceteris componendum) oritur à βαρὺς gravis: de quo suo loco. ["Ὄβρυζον Græcis pp. est aurum, sæpius despumatum et excoctum. Βρύειν enim et βρύζειν idem est, ut βλύειν et βλύζειν, πρίειν et πρίζειν. Græci exponunt βρύειν· ἐξανθεῖν, ἀναβλύειν, ἀναπηδᾶν, quod et de illis rebus, quæ effervescendo spumam ejiciunt, et quasi florem emittunt &c. Verba sunt Salmasii, in Plin. Exercit. p. 760. B. ubi plura. E. S.]

Ὀγκάομαι, ῶμαι rudo. A sono asini, cui proprium, dicitur. [Conf. Bocharti Hieroz. p. 1. l. 1. c. 2. p. 7. et de Voc. Animal. ad Ammon. l. 3. c. 18. p. 231. E. S.]

Ὄγκος tumor. Pro ὄκος, quod à curvedine, rerum ductarum inflexarumque, dici videtur, et vicinum esse vocibus ἀγκὴ, ἄγκος, et similibus: ut communis stirps sit ἄγω, ὄγω, ἄκω, ὄκω &c. Vir cel. alio in loco: "Ὄγκος vulgo redditur tumor, et proprie quidem convenit rei, præ tumore incurvatæ et inflexæ. Oritur, nimirum, ab antiquo verbo Græco ἔγκω, vel vicino ὄγκω: quod verbum ἔγκω superest in composito ἐνέγκω, cujus varia tempora vulgo tribuuntur verbo φέρω. Notat autem pp. ἐνέγκω brachiis vel ulnis inflexis et incurvatis fero: quæ potestas incurvandi cernitur etiam in derivatis vicinis ἀγκὴ, ἄγκος, similibusque. Latius autem sumtum ὄγκος fere refertur ad quamcumque magnitudinem, vel molem, granditate sua veluti tumescentem. Inde ὑπέρογκος pp. est supra modum tumidus, latiusque sumtum supra modum magnus vel grandis: quam in rem legi possunt, quæ hac de voce, in notis ad Luciani Dialog. Select. p. 20. 21. notavit clar. Hemsterhusius.

[Ὀδὰξ mordicus. Forma Adverbialis, apud Græcos frequentissima. Pp. notat qui dentibus mordet. Est enim ab ὀδοὺς dens. Hinc quoque verbum ὀδαξέω ex dentium morsu doleo et laboro. Stirps est ὄδω pp. mordendo pungo, unde ὀδύνω &c. T. H. [Vide supr. E. S.]

Ὅδε, ἥδε, τόδε hic, hæc, hoc. Ex. ὁ, ἡ, τὸ et δέ. [Alterum ᾧδε, significans hoc modo, hunc in modum, pp. desumtum est ex ᾧ, pro ὄῳ, Dativo vel Ablativo Singulari antiquissimo, Articuli ὁ, qui casus, hac in compositione, jam sine τ præposito, comparet: id quod aliquanto magis confirmat ea, quæ de isto τ, ex integro τοὶ tibi decerpto, supra diximus, in Articulo ὁ, ἡ, τό: ubi vide. Ceterum nostrum ᾧδε, hoc pacto, per ellipsin dici, pro ἐφ ᾧδε τόπῳ, dudum monuit vir cel. L. Bos, de Ellips. Nominum, in τόπος. E. S.]

Ὁδὸς via. Ab ἕδω mitto, sedere facio: unde ἕδος solum, sedile. [Ita fere præiverat Eustath. p. 1407. 54. et Etymologus, col. 615. 8. et paullo clarius, col. 352. 39. ἕω, inquit, τὸ πορεύομαι, ἀφ' οὗ καὶ ἕδος, καὶ ὁδός. Nescio tamen, an stirps huic voci commodior sit ὄδω, efferendum etiam cum adspiratione, ὅδω: quod verbum, cognatum fortasse alteri ἄδω, pp. notaverit premere, pecul. calce pedis, atque ita calcare: ut ὁδὸς pp. sit via calcata. Ita certe Hebr. דָּרַךְ est calcavit, unde דֶּרֶךְ via, quasi calcata pedibus. Etiam ὀδὸς limen, (quod pinguiori pronuntiatione alias οὐδὸς dicitur) manifesto dictum videtur à calcando. Latini paullo aliter limen dixerunt, à λίω, id est tero. Quin etiam οὖδος pavimentum, solum, itidem à calcando, ut Hebr. רָקִיעַ, à רָקַע. Et vel sic tamen verbi ὄδω ea videtur esse indoles, ut notio premendi in eodem potissimum adhibita fuerit, de ea pressione, quæ fiat ope instrumenti acuti: unde notio pungendi, findendi, comminuendi. Conf. infra in ὀδύνη. E. S.]

Ὀδοὺς dens. Ab ἔδωμι, ut à δίδωμι, διδούς. Est autem ἔδωμι ab ἔδω, Lat. edo, unde ἐσθίω: de quo supra. [Conf. in Ἔδω. Ab ἔδωμι descenderet pp. ἐδοὺς, ut à δίδωμι, διδούς. Potius igitur repetendum videtur ab ὄδωμι, quod vicinum est isti ἔδωμι. Ceterum datam à cel. Lennepio derivationem confirmat collatio vocis Lat. dens, quam, per aphæresin primæ literæ e, pro edens, dictam fuisse, cum Vossio, statuit vir cel. in Analogia. Conciliari facile potest qualiscumque hæc diversitas, si meminerimus, Æoles pro ὀδόντας dixisse ἐδόντας: permutatis, nempe, verbis cognatis ἔδωμι et ὄδωμι: quas vicinas sibi invicem esse, modo jam diximus. Stirps igitur ἔδω, vel ὄδω pp. premo, premendo pungo, subigo, comminuo: quod ope dentium sit, inter manducandum. Esse autem stirpem vocis ὀδοὺς vere ὄδω, non ἔδω, facile evincet altera forma ὀδὼν, in Genitivo ὀδόντος, Ionibus usitata, teste Eustathio: quæ quidem aperte est forma Participialis Activa. Conf. etiam dicta ad vocem ὁδός. E. S.]

Ὀδύνη dolor. Proprie dici videtur de dolore, qui oriatur ex tumore corporis, ubi hæret et veluti sedet humor sive sanguis, ab ὄδω, unde οἰδέω tumeo; de quo infra, suo loco. [Paullo aliter T. H. "Ab ὄδω" inquit "pp. pungo, pungendo fodio: unde ὀδυνᾷν τινὰ pungendo aliquem fodere et vulnerare. Dolor, qui oritur ex corpore vulnerato et puncto, dicitur ὀδύνη: quod ipsum ὀδύνη etiam positum fuit de dolore pungente, Unde, apud Aristophan. in Pluto vs. 526. βιοτὸς ὀδυνηρὸς vita molesta et multis doloribus commixta." Conf. infra in ὄδω. E. S.]

Ὀδύρομαι lamentor. Factum à sono. ["Verbum ὀδύρειν vim habet à vocis acutæ et querulæ sono. Veteres enim ὀδυρὸς habuerunt pro acuto. Itaque φωνὴ ὀδυρὰ acuta vox. Ab ὀδύω est ὀδύζω et ὀδύσσω, indignari et queribundis vocibus indignationem prodere. Ὀδύρεσθαι de querula voce sæpe apud Homerum ponitur: unde ὀδυρμὸς et ὄδυρσις de queribundis vocibus dicitur." T. H.] [Conf. quæ idem vir summus monuit in ὀδύνη, et quæ infra præbebuntur in ὀδύσσω et ὄδω. E. S.]

Ὀδύσσω, sive potius ὀδύσσομαι, irascor. Proprie notat intumesco, ab ὀδύω, quod cum οἰδέω componendum. [Vide T. H. in ὀδύνη. Ceterum analogia linguæ suadet, ut ab eodem hoc verbo ὀδύσσω repetamus nomen Gr. Ὀδυσσεὺς, Ulyxes. Etymologus, col. 615. ab historia Anticleæ, Ulyxis matris, ductum censet nomen ὀδυσσία· ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὗσεν ὁ Ζεύς. Ecquis vero adsentiatur his ineptiis, neque potius à laboribus ac doloribus, quos passus est heros iste ταλαίπωρος, longe plurimis maximisque denominatum ὀδυσσία existimet? Ita certe ab ὀδύσσω, commodissima ratione, descenderit ὀδυσσεὺς, eadem analogia, qua complura nomina, in ευς desinentia, vix abeunt ab istis in ες. E. S.]

[Ὄδω Verbum obsoletum: unde varia supersunt derivata, ὀδὸς, ὀδὼν &c. Ὄδω pp. pungo. Hinc est ὀδελὸς, i. q. ὀβελὸς veru, quod pungendi habet vim; et ὀδύνη dolor pungens, et ὀδυνάω dolore pungente afficio." T. H.] Cognatio cum altero ἄδω suadebat, ὄδειν pp. esse premere, et premendo infigere, pecul. instrumentum acutum: unde etiam Gr. ὀδόντα, vel ἐδόντα. Latini autem. per aphæresin primi ε (e), dixerunt dentem, pp. pungentem, secantem: id quod unice verum esse nominis hujus etymon, satis demonstraverit collatio alius ὀδελὸς, a summo viro T. H. supra expositi. Unum hoc insuper adjiciendum est, Latinam vocem odor, odoris, à Græc. ὀδὸς, origine sua, nihil quidquam distare. Latinis enim odor et odos, (ut honor et honos, utraque terminatione) haud dubie dictus est ab acrimonia odoris, nares quasi pungentis: unde apud Plinium invenias odorem acutum &c. ut Belgæ dicimus *eene scherpe reuk*. Conferantur etiam, quæ, alicubi supra, de primaria notione vocis *stinchen* diximus, et quæ infra monebimus, in ὄζος et ὄζω. E. S.]

Ὄζος nodus rami. Ab ὄζω, vel ὄδω tumeo. [Ὄζος nostrum certissime descendit ab ὄζω, quod factum est ex ὄδσω, Futuro verbi ὄδω pp. pungo, pungendo penetro. Inde ὄζη fœtor, pp. odor acutus, naresque pungens, ac penetrantissimus: ut modo dictum in ὀδύσσω. Neque aliter ὄζος ramus vocatus videtur, quippe qui, ubi ex cortice arboris primum erumpit, cum fissione quadam prodire, et acumen ostendere, videtur.

Ὄθη cura, ratio. Nescio an sit ab ὄθω, et hoc ab ὄω, unde οἴω fero, porto. [Laudatur ex Hesychio, apud quem reperias ὄθη· φροντὶς, ὤρα, φόβος, λόγος. In Cyrilli Lex. Ms. item ὄθη· φροντὶς, λόγος, observante cl. Albertio ad Hesych. T. 2. col. 719. Verissimam autem esse cel. Lennepii etymologiam, ab ὄω fero, satis demonstrare videtur ipsum verbum ὄθομαι, quod pp. est fero me, feror, atque adeo μετακινοῦμαι, ἐπιστροφὴν ποιοῦμαι. Vide Suidam et Eustathium apud H. Stephan. in Append. Thes. col. 1523. Hom. Il. A. 180. 181. σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. —— Ubi observetur aptissima conjunctio verborum ἀλεγίζω, (quod, Hesychio indicante, pp. est περιστρέφομαι converto me) et nostri ὄθομαι, pp. fero sive impello me, moveo me, moveor, (nempe tui causa) etiam si valde sis iratus. Vide porro Il. O. 106. 107. 166. Magna cum voluptate video, idem jam placuisse summo viro T. H., qui, ad locum Il. A. 181. "Ὄθομαι" inquit "cum Genitivo, qui pendet ab intellecto ἕνεκα. Ὄθομαι vero ea potestate, qua hic ponitur, in Homero satis est frequens. Optime convenit cum superiori verbo μετατρέπεσθαι (vs. 160. τῶν οὔτι μετατρέπῃ, οὐδ' ἀλεγίζεις) quod monuimus, simul à Græcis in oratione prosa usurpari. Ὄθω in Activo significat moveo alium, ὄθομαι in Medio, moveo me. Ὄθεσθαι ἕνεκα τινὸς movere se ob aliquem. i. e. respectum alicujus habere, vel alicujus causa commoveri. Ex antiquissima scribendi ratione intelligitur, ὀθέω per ο idem esse, quod ὠθέω, per ω. Ὤθω, ὠθέω, ὠθήσω, itemque ὄθω, ὄσω pello." E. S.]

Οἶ hei! heu! Factum à sono. Alibi vir cel. "Formula lamentandi, in scriptis Græcorum, et præsertim in Tragœdiis, frequens, est οἶ μοὶ, seu οἴμοι hei mihi! Inde verbum fecerunt οἰμώζω, ad exprimendum sonum lamentantis, et quasi identidem ingeminantis οἶ μοὶ, οἶ μοί. Unde deinceps generatim significavit ejulare. Simile autem fere verbum est αἰάζειν, quod formatum ab αἶ αἶ: quibus particulis Græci quoque utuntur, ad luctum vel dolorem exprimendum. Quare αἰάζειν etiam pro lugere, vel dolere, dixerunt. Ab οἰμώζειν diversum est στένειν: utque οἰμώζειν ad externa signa lugentis pertinet, sic στένειν internum animi dolorem, vel angorem, comprehendit. Proprie enim convenit ei, qui ex angusto pectore suspiria ducit." Vide in Στένω.

Οἴαξ gubernaculum. Ab οἴω fero, porto: quod fert navem. Etymolog. Οἴαξ ὁ κανὼν, δι' οὗ τὸ πηδάλιον φέρεται. Γίνεται παρὰ τὸ οἴω, τὸ κομίζω, καὶ φέρω. —— Σημαίνει δὲ τὸ πηδάλιον τῆς νηὸς, ἀφ' οὗ φέρεται ἡ ναῦς, κ. τ. λ. Animadvertatur terminatio in αξ, quam Etymologus sæpissime repetit ab altera in ος, ut col. 534. 31. ὡς παρὰ τὸ ἱερὸς γίνεται ἱέραξ, καὶ νέος νέαξ, καὶ μύρμος μύρμαξ, οὕτω καὶ κόχλος, κόχλαξ, et col. 554. 2. λίθος, λίθαξ, col. 217. 44. βῶλος, βῶλαξ, col. 278. 51. διπλοῦς, δίπλαξ &c. E. S.]

Οἴγω aperio. Dictum pro ὄγω: quod vicinum verbo ἄγω. Ab eodem ὄγω, vicino alteri ἄγω, est ὀγμὸς sulcus. [Nempe, ut Lat. sulcus, sive (quod in Mss. est) solcus, dictum pp. tractus, ab ἕλκω s. ὄλκω, traho: sic ὀγμὸς, ab ὄγω, quod vicinum alteri ἄγω duco, q. d. ductus. Hæc satis sunt evidentia. At οἴγω aperio, meo quidem ex sensu, longe commodius repetas ab ὄω fero sive tollo, unde οἴω, οἴγω. Indoles verbi hujus facilius sentiri poterit in composito ἀνοίγω, quod pp. est sursum tollo, attollo, nempe, pessulum, sive obicem, quo fores clauduntur atque obserantur: atque adeo aperio fores, portamve. Conf. Il. Ξ. 168. E. S.] "Ab isto autem ἀνοίγω sunt Præterita perf. ἀνέῳγα, ἀνέῳγμαι &c. hoc pacto. Verbum obsoletum est οἴγω. Augmentum apud Græcos generale est ε, quod, etiam in Præteritis perfectis, præfigitur verbis, à vocali incipientibus. Itaque ab οἴγω erit Perfect. ἔοιγα, quod Attici contrahunt in ᾦγα. Iidem autem, ita contractis, Præteritis novum deinceps augmentum præfigunt, atque sic fit ἔῳγα, quæ ratio quoque reliquorum similium verborum apud Atticos est."

Οἰδέω tumeo. Origo est ὄδω vel ἴδω. [" Verbum οἰδέω, non aliter quam κύω &c., significat tumeo, unde οἰδματα tumores. Hinc à poëtis fluctus marini tumentes dicuntur πόντιον οἶδμα, ut à Moscho, in Europa, vs. 150. μὴ δείδιθι πόντιον οἶδμα &c. Οἰδαίνειν etiam est tumere, idem ac κυμαίνειν." L. C. V.] [Conf. porro A. Schultens. de Diff. L. H. p. 81. et N. W. Schrœder. Obss. Sel. ad Orig. Hebr. p. 61. Stirpem si respicias, mihi quidem ea non videtur esse ὄδω et ἴδω, quippe cui verbo propria est notio pungendi, ut supra dictum in ὀδύνη &c. Malim igitur repetere ab ὄω, οἴω, pp. tollo, attollo: unde οἶδος pp. est, quod attollitur, s. attollit sese. Belgis *verheffinge*. Hinc vero notio tumoris quasi elati: et οἶδμα fluctus, pp. se attollens, ut in illo poëtæ, fluctusque ad sidera tollit &c. Tum vero ab οἶδος tumor est novum verbum factum οἰδέω intumesco, turgeo &c. E. S.]

Ὀϊζὺς ærumna. Quasi ab ὀΐζω lamentor: quod ab οἶ, de quo supra. [Ὀϊζὺς pp. est infelicitas, ob quam aliquis deploratur. Hinc ὀϊζυρὸς infelix; eum in modum, ut quis deploratione et lacrymis dignus sit. T. H.]

Οἶκος domus. Ab εἴκω secedo: de quo suo loco. Alio loco clar. Lennep. "Verba vicina sunt εἴκω, ἵκω, et ἥκω: et significant venio, eo, cedo, secedo, et simm. A primo εἴκω, Præteritum Med. ἔοικα, pp. veni, secessi, nomen peperit οἶκος, significans adeoque secessum, sive locum, in quem aliquis secedat, commorandi gratia. Hanc ob caussam, in usu, eximie notat domum et peperit derivata verba, cum alia, tum etiam οἰκέω et οἰκίζω: cujus utriusque potestas probe secernenda est. Οἰκεῖν nempe significat habitare, et inde etiam, metaphorice, administrare, pp. res domesticas, vel etiam generatim alias. Ita Græci v. gr. dicunt οἰκεῖν πόλιν, gubernare civitatem, quod tamen frequentius solent dicere, verbo composito, διοικεῖν. Alterum οἰκίζω, vi terminationis ζω, significat domum exstruere, collocare, condere: quemadmodum Græci dicunt οἶκον οἰκίζειν, πόλιν οἰκίζειν domum, civitatem condere. Ab οἰκίζειν verba composita κατοικίζειν et μετοικίζειν pp. eandem significandi rationem sequuntur. Eximie autem etiam hæc verba tribuuntur personis, quæ, tanquam colonia, alicubi collocantur. Ita κατοικίζειν τινὰ, significat aliquem habitatum alicubi collocare. Simili ratione μετοικίζειν τινὰς Græci dicunt, ex uno loco in alium habitatum collocare aliquos, id est, deducere in coloniam. Alia ratio est verbi compositi μετοικεῖν, quod, à notione habitandi, verbo οἰκεῖν propria, significat (vi Præpositionis μετὰ) ex uno loco in alium habitatum ire, adeoque migrare. Hactenus cel. Lennep.—" Οἶκος (apud vett. scriptores Latinos œcus) pp. est receptaculum, dein conclave. Tandem in usu domum significavit. Derivatur ab ἔοικα, Præterito Medio verbi εἴκω, quod notat cedendo locum dare. Apud Græcos scriptores sæpe οἴκημα de conclavi ponitur, rarius οἶκος: atque adeo factum est, ut hæc potestas à Lexicographis fuerit prætermissa. Verum isto usu οἶκος, de cœnaculo positum, aliquoties inveni apud Athenæum, l. 4. p. 130. a. l. 5. p. 205. c. Comparari potest Is. Casaubon. in Animadv. ad Athen. l. 4. 2. et ad Theophrast. p. 256. Plus semel cœnacula, à Vitruvio, Græca voce, et Latino flexu, œci dicuntur: ut l. 6. 10. Neque aliter apud Lucam, Act. Apl. cap. 2. 2. ὅλον τὸν οἶκον reddi debet totum conclave" &c. L. C. V.] [De etymologia vocis, ab εἴκω cedo, vide etiam L. Bos, in Diss. de Etymol. Gr. p. 35. E. S.]

Οἶκτος misericordia. Proxime est ὀΐζω, quod ab οἶ. Idem vir cel. alio loco: "Duplex forma fuit olim οἰκτισμὸς, et οἰκτιρμός. Prius, potissimum frequens scriptoribus Græcis, oritur ab οἰκτίζω: posterius, usitatum interpretibus Alexandrinis, et scriptoribus N. T. ab οἰκτίρω est. Utrumque notat lamenta, quæ quis, misericordia ductus, effundat. Utriusque verbi stirps est nomen οἶκτος misericordia. Hoc vero a simpliciori ὀΐζω, quod nomen peperit ὀϊζυρὸς, poëtis Græcis usitatum. Notavit autem ὀΐζω pp. ingeminare sonum οἶ, οἶ, et ad ea verba pertinet, quæ à sono formantur. Οἶ, nempe, vox lamentantis est" &c.

Οἴμη via. Ab οἴω fero. [Nihil certius hac derivatione. Analogice quippe est οἴμη hocce ab οἶμος, η, ον, nomine formato ab ἔοιμαι, Præter. perf. pass. verbi οἴω. Etymologus col. 618. 5. Οἴμη, ἡ ᾠδή· παρὰ τὸ ἐν ταῖς οἴμαις, τουτέστι ταῖς ὁδοῖς, ψάλλεσθαι &c. Locupletior Hesychius, t. 2. col. 728. qui præterea docet, οἴμην esse i q. φωνὴν, ὁδὸν, λόγον, ἱστορίαν καὶ κύκλον. Quæ omnia, ni fallor, ab οἴω duco, produco, facili negotio possunt repeti. Vide infra in ὄϊω. E. S.]

Οἶνος vinum. [Vehementer dissentiunt veteres de etymo hujus vocabuli. Etymologus col. 618. repetit παρὰ τὸ οἰήσεως καὶ πλάνης αἴτιος κ. τ. λ. a temeritate et vagis erroribus, quibus mortales obnoxios reddat vinum. Plato ei præiverat in Cratylo, p. 406. "quod efficiat homines οἴεσθαι (id est opinari) postquam biberint, se νοῦν ἔχειν (id est mente et intelligentia præditos esse) quum tamen minime sint: quasi οἰόνους, commodissimo quidem vocabulo." Mitto alia: unde sentiri poterit, quam incertas, in hac quidem eruditionis parte, regulas adhibuerint vel ipsi acutissimi philosophi Græcorum. Verum vocis etymologiam, post Caninium, reseravit T. H. his verbis." Culturam vini, vitiumque, ex Oriente ad Græcos pervenisse, vel nomen ipsum οἶνος indicat. A יין enim factum οἶνος fuit: quo nomine Bacchum quoque ipsum significari, testis est Hesychius. Nam οἶνος, veteri quidem in lingua Græca, nihil aliud est, quam Latin. œnus, œnus, unus: quemadmodum ποινὴ pœna, punio. Inde est οἰνίζειν et οἰνᾶν, ab Hesychio expositum, μονάζειν: qua de re docuit Salmasius ad Vopiscum, p. 472." &c. Vide et Hesychium in voce οἴνη, et ibidem Albertium. Ceterum, etsi τὸ οἶνος satis prodat originem suam ex Orientali lingua, componi tamen nonnihil commodius poterit cum Arab. وين quam cum Hebr. יין: nisi statuere malis, Hebræos veteres etiam, per ו initiale, וין, sive וין, dixisse, quod facile equidem crediderim. Ejusdem quoque originis esse Teutonicum *wein*, s. *wijn*, satis apparet: videturque ex Oriente, per Græciam Latiumque, ad Gallos Germanosque delatum. Conf. porro Voss. in Etymol. Dawes. Misc. Crit. p. 155. et Burgess. p. 519. E. S.]

Οἶος solus. Convenire videtur cum οἷος qualis: quod ab ὃς repetendum.

Οἷος qualis. Vide in οἶος. [Hactenus præceptor noster eruditissimus; cui quod, de voce οἶος, prorsus adsentiri nequeam, ægre fero. Facile equidem largior, τὸ οἷος qualis produci potuisse ab οἷ, Dativo antiquo Pronominis relativi ὃς qui: quod quidem οἷ, sive ὅοι, deinde contractum est in ᾧ. Ita enim et ipsum Latinorum qualis productum esse ex pronomine qua, verissime suspicatus fuit Vossius, in Etymologico. Sed alterum οἶος solus diversæ nonnihil videtur esse indolis. Verba fuerunt cognata ἔω, ἴω, ὄω, et ὕω.—His similia sunt ἐμὶ, ἰμὶ, ὄμι, ὕμι: conveniuntque in eandem originem omnes formæ verbi Latini substantivi sum. Ab ὕμι, nempe est sumi, sum: ab ἔω vel ἔμι, habemus es, pro esi, est, pro esti: ab ἰμὶ simi, sim, sis, sit: ab ὄω foo, foro, forem &c. Jam vero ab eodem hoc ὄω, vel ὄμι, videtur esse ὄς, sive, cum adspiratione, ὅς: quod ipsum ὃς adhibitum est pro Pronomine relativo, unde Dativ. οἷ, et inde οἷος. Porro ab ἔω, vel ἐέω, forma productiori, et conveniente cum εἰμὶ) in Futuro ἐέσω, factum est ἔις, vel ἕις contracte εἷς, unus. Atque hoc ipsum Lat. unus est ab ὕω, cognata forma alteri ἔω, unde ἐέω, ἔεμι, εἶμι, et deinceps, ἔις, ἕις, εἷς. Ab ὄω similiter factum est ὀΐω, contracte οἴω: et hinc denique οἶος. Ex quibus jam satis constabit, ni fallor, Lat. unus et Græcum οἶος, ex eadem descendisse origine, adeoque formas sibi invicem esse cognatas; οἶος quidem ab ὄω, ὀΐω: unus vero ab ὕω, unde ὕνω, ὕνος, unus. Confer præterea, quæ vir summus T. H. supra dedit in οἶνος vinum. E. S.]

Ὄϊς, ovis. Forte ab ὄω, vel οἴω porto, gesto. [Accuratissime de hac voce egit H. Stephanus, in Thes. t. 2. col. 1249. 1250. Derivatio cel. Lennepii à verbo οἴω simplicissima est. Ab οἴω enim, s. ὀΐω, est Fut. ὀΐσω, vel οἴσω, et hinc dissyllabum ὄϊς, vel monosyllabum, contractum, οἶς. Ab ὄϊς porro, cum digammate Æolico, descendit ὄϝις, Latinum ovis. At ratio significationis hactenus nonnihil est ambigua: sitne οἶς ab οἴω porto, gesto, ita dicta, quod lanam gestet, an potius ab οἴω duco, ago? Posterius mihi placet, salva summi præceptoris sententia, si eam forte probaveris. Sane alterum πρόβατον ovis (ut vir doctiss. Reiskius fortasse adnotavit in Lexico Hedericiano) "ex eo sic dictum, quod à pastore agitur, προβαίνει antecedit eum, et προβατεύεται, ab eo ad lente procedendum adigitur" &c. Neque alia ratio videtur esse nostri ὄϊς. E. S.]

Οἶστρος œstrus, tabanus, asilus. Ab οἴω fero: ut pp. sit id quo feratur aliquid et instigetur. [Οἶστρος ab Etymologo similiter declaratur, τὸ θηρίδιον, τὸ ἐγχρίπτον τοῖς βουσὶ, καὶ δάκνον· ἀπὸ τοῦ οἴω, τουτέστι φέρω· ὁρμῇ γὰρ φέρεται· Plura dabit H. Stephan. Thes. t. 2. col. 1254. Quum nomina in τρον significent instrumentum, quo quid perficitur, Vide ad Analog. p. 154. facile hinc apparet, οἶστρον pp. esse instrumentum agitandi: verissimamque adeo esse hanc vocis derivationem. Vide etiam Eustath. p. 1161. 28. 1648. 44. 1928. 16. viros doctos ad Hesych. in voce, et cel. Lennepii Observ. de voce οἰστρᾶν, ad Phalar. p. 36. 2. E. S.]

Οἶτος ærumna. Ab οἴω, unde quoque οἴμη via (de quo

supra) pp. notat exitium. [Horus apud Etymologum, col. 619. 26. repetit ab οἶ sive οἴμοι, στεναγμοῦ ἐπιῤῥήματος; unde nostrum οἶτος pp. notat θρῆνον, μόρον, θάνατον. Plura dabit Hesychius, t. 2. col. 735. nostrum οἶτον, inter alia, reddens ὁρμίσκον, i. e. monile; pp. pendulum, et huc illuc movere solitum (ab ὅρμος, unde et ὁρμάω, ex stirpe ὅρω vel ὄρω) quæ quidem glossa simul facile demonstrat, stirpem esse οἴω fero, unde οἶτος, ex οἶμαι, pro ἔοιμαι, tertia Præter. perf. passivi: ex cujus prima persona οἶμος, et οἴμη descenderunt. E. S.]

Οἰφέω coëo. Stirps incerta. [Hesychii glossa, t. 2. col. 735. verbum οἰφεῖν per ὀχεύειν reddens, satis demonstrare videtur hujus significationis originem: nempe ab ὄω, sive οἴω fero, e qua stirpe non tantum οἴγω, οἴχω, οἴχομαι, sed etiam ὄγω, ὄχω, ὀχεύω, et οἴϝω, οἴφω, οἰφέω, commodissime repetieris. Hoc pacto οἰφέω, pp. fuerit moveo me, pecul. inequitando, quod Græcis, cognata forma, est ὀχεύειν, ut ipsa fœmina dicitur ὀχεύεσθαι. Confirmare videtur nostram derivationem Proverbium vetus Græcorum, apud Suidam aliosque exstans, Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ (ita enim ibidem legendum esse pro ὑφεῖ, voce nihili, dudum docuit Kusterus) h. e. optime claudus subit, pp. vehementissime movet se, vel inequitat claudus; oxymoro in hoc captato, quod nequam iste, etsi claudus sit, optime tamen &c. Vide etiam infra in Οἴχομαι. E. S.]

Οἴχομαι abeo. Ab ὄχομαι, quod ab ὄχω, cui vicina ἔκω &c. [Οἴχομαι est ab οἴχω, hoc vero idem pp. quod οἴω fero. Οἴχειν τινὰ investigare aliquem: sed Medium οἴχομαι, pp. impello me ipsum ad eundum. Οἴχεσθαι vero plerumque in deteriorem partem sumitur. Sic τὰ καλὰ οἴχεται res bonæ abierunt; οἴχεσθαι εἰς τοὺς κόρακας ire in malam rem; οἴχου abi in rem malam. T. H.] [Stirps igitur est ὄω, cognata alteri ἔω, unde ἔρω, ἔλω, ἔρχω, ἔλθω &c. Ab ὄω vero οἴω, οἴχω &c. Proprietas verbi facile sentietur ex illo Hom. Il. Η. 460. Ξ. 311. &c. ubi οἴχωμαι pp. est conferam me, vel contulero me. E. S.]

Οἴω puto. Ab ὄω, quod convenit cum ἄω, ἔω, ἴω, mitto, eo, fero, quæ propria est verbi notio. [Proprietatem verbi esse in ferendo, (quod ultimo loco statuit cel. Lennepius) accurate explicat T. H. his verbis: "Ὀΐω, apud Homerum, solutum est ex οἴω. Cujus quidem Activum, in prosa oratione, plane exolevit: apud Poëtas vero frequenter occurrit οἴω, pro Medio οἴομαι. Itaque Active positum subintellectum habet nomen νῷ: ut sit pp. mente fero, quod Græci alias plene dicunt φέρειν ἐν νῷ. Sed Medium οἴομαι pp. est mecum fero, i. e. cogito" &c. Ceterum, pro οἴομαι, contracte dicitur οἶμαι, sed in Participio dicitur οἰόμενος, nunquam contracte οἴμενος, nisi apud solos poëtas. Ab οἴομαι tamen, eo usu, non derivatur οἴσομαι (hoc enim significat feram, pertinetque ad usum verbi φέρω) sed usurpatur οἰήσομαι, quod pp. est ab οἰέω. Ab οἰήσομαι hocce, in Aoristo Medio, pp. formari debuerat ᾠησάμην: sed sæpe fit in lingua Græca, ut, in vicem Aorist. 1. Medii, succedat Aoristus 1. Passivus. Itaque pro ᾠησάμην (quod non usurpatur, nisi rarissime in Tragicis) dicitur ᾠήθην.—De notione ferendi, in verbo οἴω, in usu proprie manserunt οἰστὸς latus, emissus, et Substantivum trisyllabum ὀϊστὸς sagitta: porro Futurum οἴσω (verbo φέρω, ut diximus, tributum) et οἰστέον ferendum est, itidemque οἰστικὸς impetu propulsus, seu vim continuandi motum habens."

Οἰωνὸς avis. Ut ab υἱὸς filius, est υἱωνὸς, sic ab οἶος solus, οἰωνὸς, qui solus vagatur, avis solitarie volans. ["Quemadmodum κοινωνὸς à κοινὸς &c. sic. οἰωνὸς ab οἶος solus, pp. significat solitarius, diciturque pp. de avibus solitariis, et, ut Græci dicunt, σαρκοφάγοις carnivoris, ut sunt vultures et corvi. Præterea, quoniam ex vulturibus omina captabant, hinc factum est, ut οἰωνοὶ aves auspicatoriæ vocarentur. Præclara est Hectoris apud Homerum sententia, Il. Μ. 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης Unum omnium omen est optimum, laborantem et infestatam patriam fortiter defendere et tueri. T. H.] [Conf. etiam Etymolog. M. in voce, col. 619. 39. E. S.]

Ὀκλάζω in genua procumbo. Pro κλάζω, à κλάω frango &c. [Etymolog. Ἐκ τοῦ κλῶ, κλάσω, γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα κλᾶς· καὶ Δωρικῶς, κλὰξ, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὀκλάξ· ὡς ὀδάξ· καὶ ὀκλάζει, χωλεύει, ἐπὶ γόνυ κάμπτεται. Eadem fere quoque habet Eustathius, p. 650. 47. 931. 62. 1208. 14. Vocalem ο multis vocibus præfixam esse, docuit etiam cel. Lennepius, Analog. p. 205. ubi lege, quæ pluribus, de nostro ὀκλάζειν, admonuit. E. S.]

Ὄκνος pigritia. Nescio, an sit pro ὄκινος, et hoc ab ὄκω, cui vicinum ἵκω venio? Eadem fere ratio est Latini cesso, à κίω. [Paullo aliter Etymologus, col. 620. 51. Ὄκνος, ἡ ἀκινησία, τὸ πάθος, οἱονεὶ ἀκινός τις ὤν· συγκοπῇ, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ο, ὄκνος. Idem etymon suadet observatio Eustathii, p. 611. 8. ὄκνον dictam videri τὴν μετὰ κάματον ἀργίαν, lassitudinem pigritiamve post labores. Quæ quidem observatio si vera sit, nihil fortasse impediet, quo minus statuamus, stirpem esse κίω, unde κίνω, κινὸς, ἄκινος, et, obscurius pronuntiatum, ὄκινος, ὄκνος. Vide cel. Lennep. in voce sequenti. E. S.]

Ὀκρίβας pulpitum. Ab ὄκρις (quod cum ἄκρις componendum) et βάς. ["Ὀκρίβας in scena locus erat elatior, unde actores fabulas recitabant. Idem et λογεῖον dicebatur: in qua voce vide Etymologum. Usus est ὀκρίβαντι Philostratus, de vita Apollon. Thyan. p. 245." T. H.] [Conff. omnino viri docti ad Hesych. et H. Stephan. in Append. col. 1531. E. S.]

Ὄλβος opes. Est ab ὅλος repetendum: quod ab ὅλω, cui vicinum ἄλω, de quo supra. [Præiverat Etymologus, col. 621. 24. τὸ ὄλβος, παρὰ τὸ ὅλος, πλεονασμῷ τοῦ β, ὄλβος. Quæ deinde addit, vix operæ est recensere. Si verum est etymon, ὄλβος pp. fuerit accumulatio, sive coacervatio, in primis frumenti, frugumve; adeoque divitias rurales vox hæc notare debuerit. Conf. dicta ad vocem Ἄλφα, supra. Opem fert observatio Eustathii, p. 1364. 10. 1558. 53. ὄλβον pp. esse τὴν τῶν ἀγρῶν κτῆσιν, sive ἐκ τῶν ἀγρῶν περιουσίαν, κ. τ. λ. E. S.]

Ὄλεθρος pernicies &c. A verbo ὄλλυμι perdo derivatum ὄλεθρος significat perniciem. Tum autem observandum, idem dici de homine pernicioso. Attica elegantia, est, quando nomina, quibus malum aliquod, sive pœna, significatur, de hominibus ponuntur, isto malo vel pœna dignis. Ita locus Athenis erat, in quem dejici sontes solebant, quem βάραθρον dixerunt. Inde autem homo dignus barathro, βάραθρον interdum vocatus. Similia sunt, in comœdiis Plauti Terentiique, crux, patibulum, furca &c. de homine cruce, patibulo, furca, digno. Ab hoc genus nostrum quoque ὄλεθρος referendum est.

Ὀλέω verbum inusitatum: quod olim tamen exstitisse, ex Futuro ὀλέσω, et Præter. perfecto ὤλεκα, colligit cel. Lennep. Analog. p. 7. [Videri possit lingua Lat. hoc ipsum verbum oleo servasse: quippe quæ, magna in amplitudine, habet oleo, olui, olere, cum compositis adoleo, oboleo, redoleo, suboleo. Sed incertum adhuc est, utrum Lat. olere, quatenus idem notat quod odorem spirare, productior forma sit, ex Græco ὄλω, derivata; an vero Latini oleo dixerint pro odeo, literis d et l inter se permutatis? Vide supra in ὄδω. Hoc loco quæri potest an Latinis fuerit geminum verbum oleo, quorum alterum notarit odorem exspiro, alterum cresco, incresco: unde olesco, adolesco, adolescens, adultus, coadolesco &c. Mihi quidem necdum liquet: etsi illuc propendeam, ut existimaverim olo, oleo, olesco &c. idem pp. fuisse, quod volvo: quod ipsum volvo, præmisso utrique syllabæ digammate Æolico, factum est ex ὄλω, ϝόλϝω &c. a notione volvendi autem esse cum eam crescendi sive mole increscendi, ut v. gr. globus nivis volvendo solet augeri, tum eam fumum exhalandi et adolendi, quatenus nidor rerum exhalantium fragantiumque, fumi instar, volvi et adscendere soleat. Nisi forte malueris, ab adscendendi hac notione illam esse increscendi, ut in voce adolescens sentiri poterit: quemadmodum et nos Belgæ etiam dicimus *een opgeschoten jonge*. Sed plura de his fortasse alibi. Conf. porro infra in ὄλλυμι. E. S.]

Ὀλίγος paucus. Forte pro λίγος, à λίω, unde λιτὸς tenuis. [Hoc pacto vocalis ο ab initio erit præmissa, ut in ὀκλάζω, aliisque. Ceterum pro ὀλίγος, lingua Tarentinorum, dici ὀλίος, ex Lexico veteri suo, annotavit H. Stephan. Thes. t. 2. col. 1271. quem vide, et conf. Etymol. col. 621. 51. E. S.]

Ὄλισβος ab ὀλίω volvo. [Ὄλισβος, i. e. σκύτινον αἰδοῖον. Vide Stephan. in Append. Plura addere non licet. E. S.]

Ὄλισθος lapsus. Ab ὀλίω, quod ab ὄλω volvo. Hoc autem vicinum verbo ἴλω &c. ["Existimatur pp. dici (inquit Stephanus in App. col. 1681.) de lapsu, qualis in lubrico contingere loco solet." Est autem ὄλισθος manifeste ductum à verbo ὀλίσθω, unde superest ὄλισθε lubrico motu excidebat, de Ajace positum, Il. Ψ. 744. Ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε, κ. τ. λ. quod Belgice sic reddi possit *Tæn rolde Ajax te midden van Zijnen loop*. Vide et Il. Τ. 470. Ab ὄλισθος autem est ὀλισθέω &c. Conf. etiam de hoc verbo Schultens. Comm. ad Prov. Salom. p. 95. 246. E. S.]

Ὄλλυμι perdo, proprie volvendo, præcipitando ab ὀλλύω, ὄλλω, ὄλω, unde Lat. volvo. [Conf. dicta ad ὀλέω. Futurum, verbo ὄλλυμι tributum, ὀλέσω manifeste est ab isto ὀλέω. De Latinorum voce olla ambigi potest, sitne ab eadem stirpe ὄλω, per reduplicationem mediæ literæ, ὄλλω, unde dein ὄλλος, ὄλλη, ὄλλον, pp. id quod volvitur vel volvi potest; qua lege olla dicta fuerit à forma rotunda et quasi volubili: an vero olla sit pro ola, hoc vero, obscuriuscule pronuntiatum, pro aula. Vide loca veterum apud Voss. in Etymologico. Sed res eodem redibit, dum observes stirpem ἄλω, unde αὔλω, αὖλος, aula, et ὄλω, unde ὄλλος &c. cognata verba fuisse. Vide et infra statim in ὅλμος. E. S.]

Ὅλμος mortarium. Ab ὄλω volvo. [Ὅλμος pp. est quodvis corpus, vel cylindri tereti figura, vel orbiculari dimidiata, quæ ad sphæram dissectam proxime accedit. Hinc pilæ s. mortaria ὅλμοι, et, apud Athenæum, l. 10. p. 494. non dissimilis formæ poculorum genus. Istiusmodi operculum, tripodi [Apollinis Delphici] impositum (quale in numis, veteribusque monumentis, sæpe conspicitur, cui Pythia, vaticinandi facultatem acceptura, insidebat, Pollux l. 10. 81. ad Aristoph. Plut. vs. 9.) cortinam, à similitudine, dixere Latini: quæ pp. lebes est tinguendæ lanæ, qua descripsimus, figura" &c. T. H.] [Ad propriam volvendi notionem magis illustrandam facere potest locus, Il. Λ. 147. Ὅλμον δ' ὣς ἔσσευε κυλίνδεσθαι δι' ὁμίλου, i. e. projecit volvendum per turbam. Conf. omnino H. Stephani Append. c. 1533. 1534. et viros doctos, laudatos ab Albert. Hesych. in voce, t. 2. c. 743. E. S.]

Ὀλολύζω Ululo. A sono factum ὀλύζω, vel λύζω: quocum hoc componendum. [Conf. H. Steph. App. c. 1534.]

[Ὀλοὸς perniciosus, exitiosus. Est ab obsoleto ὀλέω, cui vicinum ὀλύω, unde, litera λ reduplicata, ὀλλύω, s. ὄλλυμι, itemque ὀλέω: de quo vide supra. A notione volvendi autem ὀλοὸς pp. videtur esse, quod colligat rapiatque, quasi involvendo, et consumendo. Quo adspectu ὀλοὸν πῦρ positum est à Poëta, Il. Ν. 629. Ο. 605. cui etiam tributæ procellæ, Od. Μ. 68. Porro ὀλοὸς πολεμὸς, Il. Γ. 133. de luctu itidem cuncta involvente, Il. Ψ. 10. de ventis, Od. Ι. 82. Μ. 425. Denique ὀλοοίτροχος, vulgo lapis cursu perniciosus, potius κυλινδρικὸν σχῆμα habens, ut recte Democritus interpretatur, apud Etymologum. Virgilius, egregie expressit, Æn. 12. 684. Ac veluti montis saxum de vertice præceps Cum ruit &c. sylvas, armenta, virosque involvens secum. Plura dabunt Alberti ad Hesych. t. 2. c. 745. H. Steph. Thes. t. 3. c. 1668. et Ill. Villoisonius, ad Apollon. Lex. p. 597. Ejusdem formæ altera vox, apud Hesychium, est ὀλοοίτροπα. Ni vehementer fallor, eadem compositione, sed contractiore forma, ὀλοόφρων dixerunt veteres, pro ὀλοοίφρων, quod recentiores scripsissent ὀλοόφρων: sed vocalis ο, ex antiqua scribenda ratione, hac in voce supermansit. Vide Il. Β. 723. Ο. 630. Ρ. 21. &c. Itaque opus non erat, ut, mutato spiritu, viri docti, pro ὀλοόφρων legerent ὁλοόφρων. E. S.]

Ὀλόπτω vello, decortico: quod cum λέπω componendum. [Sane apud Hesychium ὀλόπτειν exponitur λεπίζειν, τίλλειν &c. Vide H. Steph. App. col. 1535. Qua propter maxime verisimile est, vocalem ο ab initio præfixam esse verbo λόπτω, hoc autem cognatum fuisse alteri obsoleto λέπτω, unde λεπτός. Conf. Analog. Lennep. p. 205. E. S.]

Ὅλος totus. Ab ὄλω volvo. [Ad amussim respondet etymologia vocis כל, sive كل omnis s. totus, apud Orientales: etsi stirpes ipsæ, ὄλω, et כלל, toto cœlo sunt diversæ. Conf. כלל in Lexico nostro Hebraico, et كل in Willmeti Lex. Ar. p. 645. 646. —— Cl. L. Bos, in Exercitat. Philol. p. 65. jam docuerat, Lat. vocem sollennis esse à sollo, quod totum significet. Vide porro observationes Vossii in Etymol. voce solus: ex quibus satis superque constabit, ipsum hoc Lat. solus, præmisso s. factum esse ex Gr. ὅλος. Itaque ὅλος pp. est convolutus. Ceterum origo eadem est quoque vocis οὖλος, quæ primariam illam notionem magis habet conspicuam: uti apparebit ex locis vett. excitatis ab H. Steph. Thes. t. 2. 1285. 1286. Ab eodem ὅλος, solus, esse quoque Lat. solidus, adnotavit vir doctissimus in Lexico Hedericiano. E. S.]

Ὀλοφύρομαι lamentor, ejulo, ploro. Factum à sono. [Etymologus, col. 622. 33. existimabat, verbum pp. valere μετὰ τιλμοῦ τῶν τριχῶν κλαίειν. Quam addit, derivatio παρὰ τὸ ὅλως φύρειν ἑαυτὸν, ea valde est suspecta. Vide tamen Eustath. p. 696. 18. 876. 39. 1652. 44. 55. 1660. 9. 1925. 38. E. S.]

[Ὅμαδος tumultus. Apollonius reddidit θόρυβος. παρὰ τὸ ὁμοῦ αὐδᾷν. Ex qua glossa Hesychius (qui plures habet) corrigi leviter potest. Vox enim αὐδᾷν in fine glossarum Hesychii videtur excidisse. —— Eandem compositionem vocis ὅμαδος, ex ὁμοῦ et αὐδᾷν, præbent Etymologus, Eustathius, Photius: videturque ei nonnihil favere locus Poëtæ, Il. Β. 96—98. Verius tamen dixeris, ὅμαδον vocem esse compositam ex ὁμὸς, et ἄδω constipo, aut fortasse formam esse productiorem, ab ὁμὰς, quod ab obsoleto ὁμάω: hoc vero ab ὁμὰ, fœminina forma Adjectivæ vocis ὁμὸς, unde ὁμοῦ. Terminatio in δος persæpe mere servilis est, ab ipsa stipe vocabulorum probe secernenda. Conf. Etymol. M. col. 701. 46. ubi præbentur πάρδος, ῥάβδος, κ. τ. λ. et inspice Il. Η. 307. Κ. 17. &c. Sane βίβλων ὅμαδος (quod ex Platone laudavit H. Stephanus, Th. t. 2. c. 1300.) vix videtur dici potuisse, si ὅμαδος vox esset ab ὁμοῦ αὐδᾷν repetenda. E. S.]

Ὁμαλὸς planus, æqualis. Ab ὁμὸς, unde ὁμοῦ: quod vide. [Stirps haud dubie est ὄω, unde οἴω, fero: de quo verbo vide dicta T. H. Ab ὄω igitur ὁμὸς, ὁμὴ, ὁμὸν (sive adspiratum ὁμὸν) fortasse pp. est, quod fertur, vel sustentatur, pecul. æqualiter, neque in hanc, nec in illam partem, inclinatum. Ab ὁμὴ, sive ὁμὰ, fœminina forma, factum ὁμαλὸς æqualis, similis: quod ipsum quoque Lat. similis forte ab ὁμαλὸς repetendum esse, docuit Vossius, in Etymologico. Hoc vero etsi nondum ita planum videatur, tamen satis apparet, vicinas formas fuisse Gr. ὁμαλὸς, et similis Latinorum. Neque repugnat terminatio in is, quum et Græci dixerint ὁμαλὴς, —— έος, à cujus Dativo Sing. repetendum est verbum derivatum ὁμαλίζειν. —— Ceterum huic adjectivo ὁμαλὸς, s. ὁμαλὴς, æqualis, planus, opponitur alterum ἀνώμαλος, sive ἀνωμαλὴς, pp. non planus, s. inæqualis: ex quo factum est, ut anomalia etiam à Latinis Grammaticis diceretur "inæqualitas declinationum, vel conjugationum, quæ consuetudinem sequitur: et anomala nomina, aut verba vocarentur, quæ aliqua ratione à norma declinationum, vel conjugationum aberrant; cui Analogia contraria est. Varro vocem anomalia modo Græce usurpat, sæpius Latine" &c. Hæc Forcellinus in

Thes. L. L. in voce, anomalia: ubi deinceps Varronis verba adscripsit. E. S.]

Ὁμαρτῇ simul. Compositum est ex ὁμοῦ, et ἀρτῇ, quod ab ἀρτέω necto, cui vicinum alterum ἀρτάω. Utrumque ab ἀρτός. Stirps ἄρω necto. [Aristarchus, (uti ex Eustathio adnotavit H. Steph. App. c. 1537. 1538.) apocopatam vocem esse, censebat ex ὁμαρτήδην, ideoque oxytonws scribendum esse ὁμαρτῆ. Plura dabit Appendix H. Stephani, l. c. Si comparaveris voces ὅμασπις, ὁμαυλία, similesque, compositas haud dubie cum Adjectivo nomine ὁμὸς, ὴ, ὸν, vix dubitandum videbitur, quin eadem compositio, in voce ὁμαρτῆ, sive ὁμαρτῇ, cum Iota subscripto (ut alii scribunt) sit admissa. Codices nonnulli, sine contractione, exhibent ὁμάρτει: quæ scriptio, veteris orthographiæ forsitan index, monstrare possit, compositionem factam esse ex ὁμοῦ et ἄρτει: ut pp. vox nostra valeat æquali nexu s. serie. Ἄρτος enim, ex origine sua, consertum, nexumve notat: unde ἄρτος, Substantive, est nexus, series. Vide dicta in ἄρτι, et in ἄρτος. Confer jam loca poëtæ, Il. E. 656. Σ. 571. Φ. 162. Od. X. 81. Porro ab ὁμάρτει, sive ὁμαρτῇ nostro, ortum est verbum ὁμαρτέω pp. æquali serie cum altero incedo, adeoque comes sum ipsi, Il. Ω. 438. Od. N. 87. Φ. 188. Etiam, in forma Media, ὁμαρτήσαντο pp. æquali serie se adjunxerunt alteri, id est, ipsum simul adsecuti sunt, Il. M. 400. Ex qua forma explicandum quoque esse contractum ὁμαρτήτην, pro ὁμαρτησάτην, Il. N. 584. admonuit Eustathius, p. 947. 55. E. S.]

Ὄμβρος imber. Pro ὄβρος, cujus stirps convenire videtur cum ea verbi βρύω: de quo supra. [Complures hujus vocabuli derivationes dedit Etymol. M. col. 623. 31. quarum postrema hæc proxime ad verum videtur accedere: "ἢ ἀπὸ τοῦ βαρὸς, βρὸς, καὶ ὄμβρος, ὁ βαρέως φερόμενος." Quodsi enim βρύω, pp. gravis sum pecul. aquæ copia, sit pro βαρύω, (quod a βάρω) facile apparet, à βάρω factum βάρος, βρὸς, ὄβρος, ὄμβρος, dare potuisse. Ubi præmissa vocalis ο vim quandam intensivam videtur habuisse. Conf. Analog. Gr. p. 205. et vocem productiorem ὄμβριμος, quam alii scribunt ὄβριμος, impetuosus, vehemens, pp. admodum gravis, sive gravi mole incumbens, ut sentiri potest ex illo Hesiodi, Ἔργ. vs. 145. "tertium hominum genus, χάλκειον — ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὈΜΒΡΙΜΟΝ." Ceterum Lat. imber et Gr. ὄμβρος, eandem esse vocem, dudum observavit Vossius: quod tanto facilius intelligetur verum esse, si statuere liceat, ὄμβρος pp. dictum esse pro ὄμβαρος, s. ὄμβερος, quo pacto terminatio ος tantum, per apocopen, resecta fuerit. E. S.]

Ὅμηρος obses. Forte ex ὁμοῦ et ἦρος, quod ab ἄρω necto. [Confirmat hanc derivationem glossa Hesychii: ὁμηρεῖν, ὁμοῦ ἁρμόσθαι, et altera ὁμήρει· ἐγγυᾶται, ἀκολουθεῖ, q. d. adjungit sese comitem alteri. Unde ὅμηρος qui alteri comes fiat è bello, apud ipsum obsidis instar mansurus. Plura attulit Albert. ad Hesych. t. 1. col. 750. voce ὅμηρα, et seqq. Vide omnino Eustath. p. 4. 33. 1809. 26. et confer dicta in Ἄρς, ss. et ὁμαρτῇ. —— Ceterum ab eodem ὅμηρος nomen videtur esse Homeri, poëtæ Græcorum omnium facile principis, sive quod aliquando ὅμηρος, (id est, obses) fuerit, sive quod nomen illud, quemadmodum Belgicum *Gijzelaar*, acceperit vim nominis proprii. —— Fuerunt etiam inter recentiores eruditos, qui repeterent nomen Homeri ab Hebr. אָמַר, dixit carmen: ut אימר (pp. dicens carmina) per excellentiam, vocatus sit vates ille longe præstantissimus. Quod si Arabicæ dialecti divitias iidem Etymologi nostri adhibuissent, aptius aliquanto contulissent vocem Ar. هـامر *hoomeer*, pp. fundens carmina: in qua quidem derivatione illud commodius accideret, quod adspiratio sit ab initio. —— Sed minime placet derivatio nominis proprii Græcorum è fonte Arabico, aut Hebræo. Est lingua Græca toto cœlo ab Orientalibus nostris diversa: ut mirandum sit, viros eruditissimos, hac literarum luce, talibus delectari posse. E. S.]

Ὅμιλος turba. Ex ὁμοῦ, et ἴλος turba: de quo supra. [Conf. in Ἴλλος. "Ὅμιλος compositum ex ὁμὸς, et ἴλος, vel ἴλη, quod ab ἴλω, vel ἴλλω, volvo, convolvo. Jam globus ponitur apud Latinos pro multitudine. Eadem ratione ἴλη apud Græcos multitudinem et turmam notat. Sic in re Militari, αἱ ἶλαι τῶν ἱππέων sunt equitum turmæ. Hinc igitur Adject. ὅμιλος pp. est simul convolutus et congregatus: ὅμιλος autem, Substantive positum, notat turmam hominum inter se convolutam, à quibus sermo habetur. —— Ergo ὁμιλεῖν est una inter se sermonem habere, ὁμιλεῖν τινὶ cum aliquo conversari. —— Ὁμιλία autem pp. est conversatio familiaris —— sed hæ locutiones latius extenduntur: nam ipsi sermones, qui publice habentur, dicuntur ὁμιλίαι" &c. T. H.] [Conf. eruditiss. W. H. Nanningæ Animadv. Philol. ad quædam V. T. loca. p. 3. E. S.]

Ὀμιχέω mingo. Pro μιχέω, quod à μίγω, unde Lat. mingo &c. et Græc. μίσγω misceo: de quo supra. [Conf. dicta in μοιχός. Lat. meio eandem originem habet, dictum fortasse pro mego, tanquam vicina forma alteri μίγω. E. S.]

Ὄμνυμι juro. Nescio an sit ab ὄω, unde οἴω. [Verisimilis admodum hæc est etymologia. Nimirum ὄω pp. significat fero, tollo. Jurantes manum tollebant ad cœlum: unde notissimum illud Deut. 32. 40. אשא אל שמים ידי, à Græcis LXX. sic redditum, ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι. Plura dabunt scriptores Antiquarii. Datam originem satis confirmant tempora obliqua, huic verbo vulgo tributa, Futurum ὀμόσω, Perfectum ὀμώμοκα &c. quippe quæ manifesto ducta sunt ab ὀμόω, vel reduplicata hujus forma ὀμομόω. Ὀμόω autem tam clare ostendit stirpem ὄω, ut dubitandi ansa non sit relicta. Nescio tamen, an proxime sit ab ὄμω, quod i. q. ἄμω necto: ut ὄμνυμι pp. sit adstringo me jurejurando. Conf. ὅρκον ὃν ὤμοσε. Luc. 1. 73. E. S.]

Ὀμόργνυμι abstergo, vel, pp. magis, imprimo. Est enim pro μόργνυμι, quod à μέργω. Vide in ἀμέργω.

Ὁμὸς similis, par. Componendum est, cum ἅμα: de quo supra. [Occasione vocis ὁμόνεκρος, alio loco, cel. Lennep. hæc habet: "Observari potest regula generalis, in compositione nominum: ea plerumque oriri à Genitivis nominum, cum alio nomine compositis, ita ut litera subjunctiva Diphthongi, quæ est in Genitivo, abjiciatur. Itaque ex Genitivo λόγου, et nomine ποιὸς, abjecto υ, fit λογοποιός: atque ita, in nostro, ex ὁμοῦ et νεκρὸς fit ὁμόνεκρος, notans eum, qui una cum aliis mortuus est. Ita ὁμόρροφος, ex ὁμοῦ et ὄροφος tectum, ab ἐρέφω tego, significat contubernalem, sive qui una cum alio sub eodem tecto degit, atque ita in aliis." De ὁμὸς vero vide dicta, sub ὁμαλός. Est autem ὁμοῦ simul pp. Genitivus ejusdem nominis Adjectivi ὁμὸς, per ellipsin positus, pro ἐπὶ ὁμοῦ scil. τόπου: ut docuit Eustathius, p. 1290. 1. Conf. H. Steph. Thes. t. 2. col. 1301. ubi plures præbentur vocis ὁμοῦ usus, ex eadem ellipsi et proprietate nominis ὁμὸς, supra traditæ, exponendi. De ipsa origine vocis vide mox in nomine sequenti. E. S.]

Ὀμφαλὸς umbilicus, ὄμφαξ uva acerba, ὀμφὴ omen, ὄναρ somnium, ὄνειδος probrum, ὄνημι juvo, ὄνθος fimus jumentorum, ὄνομα nomen, ὄνος asinus, rationem originis habent incertam et dubiam. [Hæc vir celeberrimus, temporis angustiis, ut videtur, interclusus, quum ad alia ipsi esset properandum. Nos, ejus disciplinam secuti, nonnihil vocabulis istis immorabimur; atque adeo adferemus quædam, ab ipso Lennepio, alia occasione, pluribus egregie disputata. E. S.]

[Ὀμφαλὸς umbilicus. Dubitare vix licet, quin vox Latina ejusdem sit originis, qua Græca gaudet. Terminatione in λος abjecta, relabimur ad ὄμφας, similemve formam obsoletam: quæ vicina olim fuerit alteri ὀμφὴ, et Lat. umbo, itemque aliis ἄμβη, et ἄμβων. Quid autem verisimilius, si verbum ἄμω et ὄμω invicem contulerimus, quin stirpes eæ significent nectere, connectere: ut ab adnectendo, connectendo, conjungendo, ὄμφαλος et umbilicus denominata sint? Eo enim loco matri adnexus quasi fœtus est. Conf. etiam Belgica *navel*, et *navelstreng*, à simili fortasse origine repetenda. E. S.]

[Ὄμφαξ uva acerba. Difficilis est explicatio etymi, quo hæc vox gaudeat. Etymologus, col. 625. 55. conjiciebat, dictam fuisse, quasi ἀμόφαξ, οἱονεὶ ὠμόφαξ τις ὤν καὶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ συστολῇ τοῦ ω εἰς ο, ἡ ὠμὴ εἰς τὸ φαγεῖν. Malim equidem ab eodem fonte repetere, unde vocem ὀμφαλὸς derivavimus: nempe à nectendo, sive adnectendo. Uva acerba et immatura arctius adhærere solet racemis: matura sponte decidit. An igitur à nectendo? E. S.]

[Ὀμφὴ omen, pp. vox divina. Dictum censetur, quasi ὀπὴ, ab ἔπω dico. Hoc pacto μ vel ν fuerit inserta, ut in permultis aliis. Favet etymologiæ huic, quod ὀμφὴ etiam de voce quavis alia adhibeatur. Vide H. Steph. Append. col. 1542. Ceteroquin omen Lat. ab ὀμφὴ tam parum est diversum, ut unius originis vox esse videatur; sive ab ὄω fero repetas, quatenus vox sit quæ feratur ad aures, sive magis placeat, esse pro opmen, vel osmen, ab ὄπω, ὄσσω, cognata forma alteri ἔπω. E. S.]

[Ὄναρ somnium. Apud Hesychium definitur φαντασία καθ' ὕπνον. Etymologus, c. 777. 33. vocis stirpem esse docet verbum ἄ (pro ὄω, fortasse, unde ϝέω forem, fore) σημαῖνον τὸ ὑπάρχειν· ἀφ' οὗ ῥηματικὸν ὄναρ, ὡς θένω, θέναρ. Pergit "ab eodem vocabulo, præfixo ὑπὸ, factum esse ὑπόναρ, et hinc denique ὕπαρ, per transpositionem et apocopen." Audiamus clariss. præceptorem nostrum, de his, alio loco, sic disputantem." Vox poëtis usitata ὄναρ somnium significat, et differt à voce ὕπαρ, hac quidem ratione, ut illud significet somnium falsum vel quodvis vulgare somnium, hoc vero somnium verum, quod Latini dicunt visum, vel visionem. Unde formula proverbialis est οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ, q. d. non somnium, sed visum, et tum adhiberi solet, quando aliquid omnino verum esse significant. Porro ab ὄναρ derivata vox ὄνειρος est, quod passim Græci utuntur pro quovis somnio." Fortasse ὄναρ componendum est cum ὄνημι juvo: unde ὄναρ pp. quod delectet, pecul. in somno, adeoque somnium jucundum, cui nihil tamen veri subsit. Nisi sit ab ὄνω premo, quod dormientem gravet. Conf. voc. seq. E. S.]

[Ὄνειδος probrum, dedecus. Si hanc vocem ejusdem esse originis dixero, atque Latinum nomen honos, honoris, vereor ne stomachum moveam iis, qui primarias vocabulorum notiones alto supercilio despiciunt. Sed negare eosdem vix ausuros putem, nomen antiquum Franco-Gallicum *hony* (quod servatum est in illustri inscriptione *hony soit qui mal y pense*) etsi ipsum quoque probrum, sive dedecus, significet, ab eadem tamen origine repetendum esse, unde fluxit Lat. honos, quod modo diximus: convinceret enim eos statim comparatio verbi Græci ὀνόω, quod vulgo vituperare, carpere, vel simili quodam verbo Latino, reddi solet, quodque certissime eandem poscit etymologiam, quam Latina honor, s. honos. Jam vero detecto cognitoque fonte, unde ὀνόω, ὄνημι, ὄνος, honos, ὄνειδος, *hony* &c. fluxerunt, omnia facili negotio intelligentur. Fons iste haud dubie est verbum ὄω pp. fero, sive ferendo tollo. Inde primum fuit derivatum verbum ὄνω, cognatum alteri ἄνω: de quibus plura diximus in Animadverss. ad Anal. Græc. p. 259—263. Observatis eo loco addendum est, à notione tollendi, attollendi, in ὄνω, et cognatis stirpibus, eam natam videri tollendo congerendi, ingerendi, atque adeo cumulandi, accumulandi: unde ὄνειδος pp. quod ingeritur probrum, sive dedecus, quo alter cumuletur. Rem illustrabunt illa Calidori apud Plautum, in Pseudolo, act. 1. 3. 123. Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. —— Ingere male multa." Hactenus ille. Jam facilis erit comparatio vocis Gallicæ *hony*. De Lat. honos &c. vide in Animadv. ad. l. c. et conf. infra in ὄνημι, et cel. L. C. V. in ὄνομα. E. S.]

[Ὄνημι, et reduplicatum ὀνίνημι, juvo, prosum. In Medio ὄνημαι, ὄναμαι, et ὀνίναμαι, utilitatem percipio, stirpem habet ὄω, sive ὄνω: de quibus verbis modo diximus in ὄνειδος. Proprie significasse videtur cumulo, accumulo, atque ita augeo aliquem bonis, ipsique prosum. Etiam accumulo s. obruo aliquem ignominia, dedecore &c. Est igitur verbum mediæ virtutis, quod fere respondeat Hebraico גמל in utramque partem similiter adhiberi solito. Vide Etymol. c. 626. 9. E. S.]

[Ὄνθος fimus jumentorum. A congerendo, coacervandoque ducta videtur significatio. Conf. locus, Il. Ψ. 775—781. et dicta ad ὄνημι. E. S.]

[Ὄνομα nomen. "Vocis origo huc usque, et aliis omnibus, et mihi latuerat. Tandem videor illam detexisse. Antiqua forma fuit ὄνυμα, teste Etymologo c. 696. 3. "Ὄνομα, ὄνυμα Αἰολικῶς." Hinc verbum ὀνυμαίνεσθαι, veteri forma, superstes mansit apud Timæum Locrum, p. 545. sæpius à librariis, ut credibile est, obscurata. Secundum constantes formandi canonas ὄνυμα factum est à 1. Præter. pass. verbi veteris ὀνύω. Id quidem verbum in Lexicis non exstat. —— Antiquum verbum ὄνω significavit utilitatem adfero, deinde maximo opere aliquem laudo: qua virtute productam formam ὀνῷν adhibuit Theocritus, Id. 5. 69. Ab ὄνω namque formata sunt ὀνάω, ὀνέω, ὀνίω, ὀνόω, ὀνύω. Jam omnia clarescunt: nam in Lexicis reperiuntur ὀνίσκω, ὄνημι, et ὀνόω, quas, veluti ad eandem stirpem pertinentes, formas optime conjungunt H. Stephanus, et J. Scapula. Ὀνίσκω (uti omnia verba in σκω) formatum est à Futuro ὀνίσω, verbi ὀνίω. Ὄνημι est ab ὀνέω. Ὀνόω exstat. Ὀνύω restituimus ex derivato ὄνυμα, cujus loco pronuntiaverunt in Græcia ὄνομα. Ad significationes autem harum formarum, ope primæ et propriæ, in ordinem naturalem reducendas, major lux requiritur: nam deest idea tertia, secundariarum significationum ligamentum. —— A veteri verbo ὄνω, secundum certam analogiam, olim formatum fuit nomen substantivum primitivum ὄνος neutr. generis. Ab hujus Dativo ὄνει remansit derivatum ὀνειδὸς, quod vulgo significat vituperium, sed etiam, in bonam partem acceptum, laudem notat; eadem fere ratione ac κῦδος laudem significat et superbiam. Sed in hac voce novimus ideam tertiam: nam pp. κῦδος est tumor; in vocabulo in ὀνειδὸς, prima significatione nondum cognita, nexus declarari non potest. Ὀνειδὸς καλὸν profert Eustathius ad Il. A. p. 88. 15. ὀνειδὸς οὐ καλὸν usurpat Sophocles, in Philoct. vs. 478." &c. L. C. V.] [Ideam illam tertiam, in congerendo, accumulando positam fortasse, indicavimus ad vocem ὄνημι: unde sponte jam intelligi poterit, qua ratione ὀνῷν significet maximo opere aliquem laudare; est namque pp. congerere laudes in ipsum, sive laudibus ipsum quasi cumulare et onerare. Adduxit cel. L. C. V. locum Theocriti 5. 69. Addantur ejusdem poëtæ Idyll. 12. 26. 16. 57. Oppositam significationem ignominia, sive contumeliis cumulandi et inquinandi, habes in ὀνόω, Il. P. 399. Od. P. 378. &c. de quo infra suo loco. Tandem, ut finiamus, ὄνομα pp. id est quod accumulatur, additur, imponitur alicui, h. e. nomen. Imponi nomina passim dicuntur: ὄνομα igitur est τὸ impositum. E. S.]

[Ὄνος asinus. Ab onerando dictum animal: nisi malis à ferendo, sustinendo. Latini, diverso nonnihil usu, onus dixerunt ipsam sarcinam, quæ sustinetur: quo fere usu eadem vox ὄνος Græce etiam significat superiorem molæ lapidem, pondere suo prementem &c. Vide Animadv. ad Analog. p. 262. ubi etiam explicatur usus linguæ, in voce Lat. honos, s. honor. E. S.]

[Ὀνόω vitupero, sive potius probris, contumeliis, ac conviciis incesso, ut H. Stephanus observavit, Thes. t. 2. c. 1320. 7. Est vicina forma superioribus ὀνάω, ὀνέω, ὀνίω, ὀνύω: de quibus confer dicta, sub ὄνομα &c. Proprie autem videtur notasse congerere, ingerere convicia in aliquem, atque adeo imponere contumeliam. Vide Il. P. 329. Δ. 539. E. S.]

Ὄνυξ unguis. A νύσσω pungo: de quo supra. [Etymol. c. 626. 41. Ὄνυξ· παρὰ τὸ νύσσω, νύξω, νύξ· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ο, ὄνυξ· ἢ παρὰ τὸ ἀνοίγω, ἀνοίξω, ἄνοιξ, καὶ ὄνυξ, δι' οὗ ἀνοίγεται ἡ σὰρξ καὶ ἀραιοῦται. Nescio tamen, an repeti rectius possit ab ὀνύω, vicina forma aliis ὀνάω, ὀνόω &c. Quum igitur ὀνόω pp. sit tollendo impono, hinc ὄνυξ videtur dictum fuisse operculum, quod rei alicui imponitur: quo usu in primis adhibitum fuit de operculo conchylii, ut notavit H. Steph. Thes. t. 2. c. 1344. An hinc porro ὄνυξ, pp. operculum digiti, unguis denominatus? E. S.]

Ὀξὺς acutus. Ab ὄκω, quod convenit cum ἄκω. [Vide supra. Ὀξὺς acutum notat. Origo vocis videtur repetenda ab antiquo verbo ἄκω. A et O sæpe, non tantum in linguis Orientalibus, sed et in Græca, permutantur. Idem igitur verbum in origine fuerit ἄκω et ὄκω. Ab hujus Præterito ortum quoque ὠκὺς celer, pp. acutus. Verba δέμω, δάμω et Lat. domo in origine conspirant. Scholiastes Nicandri, p. 48. ἀκμὸς, inquit, dicitur et ὀκμὸς &c. Ponitur autem ὀξὺς acutus pp. de acie, sive acumine gladii vel falcis. Sed uti apud Latinos acer et acutus ad omnia alia transferuntur, quæ penetrant: ita Gr. ὀξὺς in primis ponitur de sensibus, visus acutus et acer ὀξὺς, vox penetrabilis, φωνὴ ὀξεῖα Sophocli in Ajace, vs. 1017. &c. L. C. V.]

Ὀπάζω sequor à tergo. Componendum cum ὄπιν ac ὀπίσω. Originem habet ὄπω, vel ἕπω, unde ἕπομαι sequor. [Itaque ὀπάζω pp. est adnecto, adjungo, ut in illo Poëtæ, Il. Θ. 141. Nunc quidem Saturnius Jupiter τούτῳ κῦδος ὀπάζει, pp. adjungit, id est præbet, quasi sequi eum facit, gloriam: eodem sensu, quo vulgo umbram virtutis gloriam esse, dicimus. In Pass. ὀπάζομαι premor, urgeor: pp. à tergo. Il. Λ. 493. Ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, pp. pressus, instigatus imbre Jovis, ubi Schol. κατεπειγόμενος. E. S.]

Ὀπὴ foramen. Ab ὄπω premo, perforo. [Etymol. Ὀπὴ, κυρίως τόπος τετρημένος, ἀφ' οὗ τις δύναται ὀπήσασθαι, καὶ περιβλέψασθαι. Id. col. 628. 49. Παρὰ τὸ ὄπτω γίνεται ὀπὴ, ὡς κόπτω, κοπή. Denique pecul. de aurium meatibus dici, monet, col. 344. 47. Ex quibus verisimile videri queat, ὀπὴ nostrum convenientiam quandam habere cum ὄκω, ἄκω pungo, pungendo perforo, ut literæ π et κ etiam alibi sæpius permutari solent. Vide in ὄπω. E. S.]

Ὅπη ubi. Ex ὁ et πῆ. de quo ad ποῦ. [Proprie scribi oportere ὅπῃ, cum Iota subscripto, ut in ἄλλῃ, πάντῃ, κρυφῇ, σπουδῇ, εἰκῇ, πῇ, ἁμαρτῇ &c. jam admonuit Etymologus, c. 78. 29. Quodsi jam compares cognatas particulas ὅπου, ὁπότε, ὁπόταν (quæ singula eruditissime exposuit cl. Hoogeveen, Doctr. Part. p. 826. ss.) facile apparebit, hac lege nostrum ὅπῃ pp. esse Dativum antiquum Singularis num. f. g. repetendum ab obsol. ὅπος, cujus Genitivus masc. pp. sit ὅπου, Dativus autem masc. ὅπῳ, sive potius ὅποι (quod ipsum ὅποι, et inde factum ὁποῖος, adhuc superest) unde dein, neglecto Iota, facta ὁπότε, pro ὅποιτε, et hinc rursus ὁπόταν, pro ὁπότε ἄν. Stirps igitur fuerit ὄπω pp. necto, adnecto, adjungo, subjungo: de quo dictum in ὀπάζω. Unde porro ὅπῃ, ὅπου &c. notionem particulæ relativæ acceperunt. Esse autem, ea sermonis lege, quam diximus, formas ὅποι et ὅπῃ easdem pp. particulas, sive potius eosdem casus obliquos Nominis obsol. ὅπος et ὅπη, probat usus earum particularum promiscuus in lingua Græca. Ita e. gr. Il. Ξ. 507. pro ὅπῃ φύγοι, alii Codd. habent ὅποι, et sic, Il. Π. 283. Ceterum rectissime confertur ὅποι cum Lat. quo, et ὅπῃ cum qua. Hæc pp. forent πῷ et πῇ, literis π et κ, sive qu, permutatis. Conf. dicta ad vocem ὀπὴ, et infra in ὁπότερος. E. S.]

Ὄπις ultio. Proprie quasi persecutio, à tergo. Vide ὀπίσω, [et quæ vir doctiss. notavit ad Lex. Hedericianum. Rectissime igitur à Grammaticis quibusdam exponitur ἡ ὄπισθεν ἑπομένη τίσις. Vide H. Stephan. Th. t. 2. c. 1360. Ab Hesychio redditur etiam ἡ φωνή: quod defendunt viri docti, ab Albertio laudati. Nimirum ἕπω pp. est necto, adnecto: unde notio ejus, quod sequatur, ut Lat. sequor esse Gr. ἕπομαι, supra dictum. Sed à notione serendi, conserendi pecul. verba, est altera loquendi, dicendi, in eodem verbo ἕπω. Denique, quod ὄπις nostrum etiam dicatur τὸ αἰδοῖον, facile intelligetur, si contuleris Hebr. זָנָב cauda, item à sequendo dictum. Itaque ὄπις, non dissimili ratione, videtur vocata fuisse cauda, unde significatio τοῦ αἰδοίου, ut in illo Horatii, Caudamque salacem. Conf. et in voce seq. E. S.]

Ὀπίσω retro. Ab ὄπις, unde in compositione ὄπιν [pp. casu Acc. vocis ὄπις] ut κατόπιν à tergo. Ὄπις est ab ὄπω, vel ἕπω, ἕπομαι sequor. [Etymolog. Γίνεται παρὰ τὴν ἐπὶ, ἐπίσω, ὡς παρὰ τὴν ἐξ, ἔξω· καὶ, τροπῇ τοῦ ε, ὀπίσω. Σημαίνει δὲ τὸ μετὰ ταῦτα. Rectius vir doctiss. in Lexico Hederici: "quasi Dativus ab ὄπισος." Nimirum de eodem hoc ὄπισος videntur remansisse Comparativus ὀπίστερος, vel ὀπισότερος, et Superl. ὀπίστατος, pro ὀπισότατος, facta contractione sive syncope. E. S.]

Ὅπλον, et in Plur. ὅπλα arma. Forte contractum est, et à πέλω repetendum. [" Vox ὅπλα notat cujusvis generis instrumenta, ad aliquid parandum apta; unde apud Homerum verbum est antiquum, cujus postea usus obsolevit, ὅπλεσθαι δεῖπνον cœnam apparare, id est ἑτοιμάζεσθαι, ut Scholiastes interpretatur: dein, propria potestate, vocata sunt tam armamenta, quibus naves instruuntur, quam arma, quorum in bello est usus. Omnibus, ad peditem instruendum necessariis, si miles armetur, ὁπλίτης est, illaque dicitur πανοπλία, quam, egregiis orationis figuratæ luminibus ornatam, Christi discipulis, tanquam sacræ militiæ tironibus, circumdedit Paullus ad Ephes. 6. 13. &c. T. H.] [Minus placet hic Etymol. M. " Παρὰ τὸ ὀφέλλω, τὸ αὔξω, ὄφλα καὶ ὅπλα." Haud dubie nostrum ὅπλον pp. nomen Adjectivum est, n. g. cujus form. fœm. ὁπλὴ etiam remansit in ling. Gr. Unde Hesych. ὁπλή· ὄνυξ κτηνοῦς—— ἡ χηλὴ, idemque: ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες ἢ ὄνυχες ἵππων, καὶ ἑτέρων κτηνῶν. Unguis quadrupedum vel ungula bisulca &c. Fuit igitur masculina forma olim ὁπλὸς, Adjectivum, cujus Comparativus ὁπλότερος, et Superlat. ὁπλότατος, pro juniore et natu minimo, in usu sermonis, supersunt. Ipsum autem ὁπλὸς videtur contractum ex ὀπελὸς, ductumque esse ab ὀπὸς, cujus fœm. est ὀπὴ, quod supra, suo loco, repetendum esse dixi, fortasse ab ὄπω, cognato alteri ἄκω pungo. Hoc si verum esset, nostrum ὅπλον s. ὅπλα pp. dici potuisset à pungendo, vulnerando: idque confirmari videretur eo, quod ὁπλαὶ pp. dicantur ungues, quasi acuti, s. acumine instructi. Quidnam vero simplicius armorum genus, inter mortales feros, fingi potest unguibus, quibus etiam resectis, acres puellæ Horatio dicuntur?—— Quod autem juniores dicantur ὁπλότεροι, ut in illo Poëtæ, Il. Δ. 324. 325. Od. Φ. 370. &c. vide, an conferendum sit cum ἁπαλὸς, ἁπλὸς, unde ἁπλῶς, ἁπλότερος, &c. permutatis α et ο, ut in aliis haud paucis fieri monuimus. E. S.]

Ὀπὸς succus. Stirps incerta. [" Forte ab ἕπω, ἕψω, coquo, repetendum esse," conjiciebat vir doctiss. in Lex. Hederici. Quæ tamen ὀπὸς non adeo succum excoctum notat, quam potius, " lacteum succum, et qualiscumque liquorem, castratione, terebratione, vel alio quovis vulnere, effluentem," ut H. Stephanus egregie docuit, Thes. t. 2. col. 1373. vel (si malis) Galenus, l. 8. de Simplic. Medic. ab eodem laudatus, cujus verba sunt, ῥίζης γὰρ ἥστινος οὖν, ἢ καυλοῦ, τμηθέντος, ῥέον ἐκ τῆς τομῆς παχὺ καὶ γλίσχρον, ΟΠΟ'Σ ἐστιν· malim equidem, ea de caussa, nostrum ὀπὸς repetere ab ὄπω, cui cognatum ὄκω s. ἄκω, obscurius pronuntiatum, id est pungo, compungo, et compungendo terebro, unde etiam supra repetivimus ὀπὴ foramen. Quid quod ipsum Lat. succus, sive potius sucus (ut veteres scripsisse constat) ab eodem hoc ὀπὸς, s. ὀκὸς, repetendum est: ut conjecisse jam videtur eruditiss. Is. Vossius, ad patris sui Etymol. voce succus. Ceterum ab ὀκὸς (quomodo diximus pronuntiatum videri pro ὀπὸς) eo minus dubitari potest, quin sit Lat. oculus, forma diminutiva, quo certius est, Hesychio indice, Græcos etiam ὄκκον dixisse ὀφθαλμόν. Conf. viros doctos, laudatos Albertio ad Hesych. t. 2. c. 737.—Denique et Lat. opus, operis, ejusdem originis videri possit, nisi forte rectius dixeris, Lat. opus esse ab obsol. ὄπω, quatenus idem est quod ἕπω, necto, adnecto, adjungo, atque adeo opus pp. id dictum, cui quis se adjungat, sive totum applicet: unde etiam notio indigentiæ ac necessitatis repetenda, eadem fere significationis ansa, quæ est in Græco δεῖ à δέω ligo &c. E. S.]

[Ὁπότερος uter, alteruter? et ὁπόστος quotus? Videntur pp. esse formæ Comparativæ ab obsoleto Adject. ὅπος, quod componendum cum ἕπω, ἕπομαι sequor: ut ὁπότερον pp. sit id quod maxime sequi, vel spectare, conveniat. E. S.]

Ὀπτάω asso. Ab ὀπτὸς assus, quod ab ὄπω. Compone ἄπω, ἕπω, ἕψω. [Ὀπτὸς etiam est visus, sive ὅ ἐστιν ἰδεῖν quod videre est, ut exponitur apud Athenæum, l. 8. laudante H. Stephan. t. 2. c. 1382. et apud Hesychium, in voce ὀπτός. —— Origo utriusque significationis eadem est: nempe, à stirpe ὄπω, quod pp. idem atque ὄκω, et ἄκω, pungo, pungendo figo: unde partim transfertur ad acumen visus, res, ante se positas, accurate contemplantis, (qualis usus notissimus est in Hebr. חָזָה, de quo in Lexico nostro Hebr. p. 168.) partim ad transverberationem veruum, quibus infixæ carnes assabantur. Confer, ad posteriorem hanc vim vocis illustrandam, Il. Α. 465. Β. 428. Η. 317. &c. Etiam notio nectendi, connectendi, in ἄκω, et ipsa fortasse repetenda est ab illa pungendi. Redi ad voces ἀκέομαι, ἀκὴ &c. E. S.]

Ὄπτομαι video. Ab ὄπω perforo, unde ὀπὴ foramen. [Vide dicta in ὀπτάω. Vere autem convenire nostrum ὄπτομαι cum superiori illo ὀπτάω, satis superque docet " Gr. ὀπτανόμενος, semel tantum occurrens in Novo Testamento, Act. Apost. 1. 3. In Glossario Sacro exponitur ὁρώμενος, φαινόμενος, et ab Hesychio, ἐμφανιζόμενος, dans se videndum. Verbum ὄπτομαι, video, usus est pervulgati, ὀπτάνω non item. Utriusque primitivum est ὄπω, cujus derivatum remansit ὀπὴ foramen. Ab ὄπτω producta forma ὀπτάνω, sicuti à θίγω, tango, θιγγάνω, ab αὔξω augeo αὐξάνω" &c. L. C. V.] [Quid quod ipsum illud ὀπτάω, apud Latinos quoque, sed alia translatione, remansit in opto, optas, pro optao, ut amo ἀμῶ contractum est ex amao, s. ἀμάω. Itaque optare Latinis etiam pp. fuit videre, sive potius defixis oculis adspicere, et intueri: ut in illo Æneid. l. 1. vs. 426. Pars optare locum tecto cet. Plura suppeditabunt Vossius, in Etymol. et Forcellini in Lexico, voce opto. E. S.]

Ὀπυίω ineo, coëo. Nescio an descenderit ab ὄπω, ut sit componendum cum ὀπὴ foramen? [De legitimo matrimonio dici, observavit H. Stephan. Append. col. 1549. ubi plura. Igiturque potius repetendum ab ὄπω, eadem in significatione atque ἕπω necto, connecto, conjungo; ut ὀπυίειν pp. sit matrimonio jungere, vel conjungere sibi puëllam. Vide Il. Ν. 379. Π. 178. Od. Β. 208. &c. E. S.]

Ὄπω. Verbum obsoletum; cujus plurima tamen supersunt derivata, ut v. gr. ὀπὴ, ὄπις, ὀπὸς, ὄπτω &c. de quibus supra diximus suis locis. Pronunciatione vix videtur diversum fuisse ab ἄπω, cui vicinum ἕπω &c. Quum vero π et κ literæ essent, sibi invicem valde adfines, uti probarunt Vossius, Maittaire, alii, atque adeo promiscue dixerint Græci ὅκως et ὅπως, πόσος, et κόσος, πότε et κότε, κύαμος et πύαμος, λύκος et λύπος s. lupus, σηκὸς et sepes cet. à vero non videbitur abhorrere, verba ὄπω et ὄκω, s. ἄκω, pp. significasse pungo, compungo, et pungendo coagmento, conjungo &c. Conf. in ὀπτάω, ὄπτομαι, ὀπυίω. E. S.]

Ὀπώρα autumnus. Ab ὥρα, qua voce tempestates anni vocantur, et ὀπὸς, quod cum ὄπις, ὀπίσω &c. componendum. Sic ὀπώρα quasi tempestas postremum sequens est, [Eustath. p. 514. 23. Ὀπώρα δὲ —— ὥρα μεταξὺ χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ τοῦ μετ' αὐτὴν μετοπώρου. E. S.]

Ὁράω video. Ab ὄρω excito: unde ὅρος terminus, ὁράω video, quasi terminum fixum, hoc vel illud. [Eadem fere habet Etymol. c. 629. 26. Ὅρασις, ὅρισίς τις οὖσα, διὰ τὸ τοὺς ὅρους (τουτέστι τὰ πέρατα) τῶν σωμάτων καταλαμβάνειν. Quemadmodum vero ὄπω in originem eandem convenire cum ἄπω, supra diximus, haud aliter ὄρω et ἄρω eadem pp. verba videntur fuisse. Quæ vero princeps notio fuerit verbi ἄρω, disputatum jam supra aliquoties est à cel. Lennepio. Vide ipsum, in ἄρω, et ibid. seqq. vocabulis ἄρδις, ἀρέσκω cet. quæ et disputabuntur in ὄρω. Mihi quidem, omnia diligentius reputanti, vix dubium videtur, quin et ipsum nostrum ὄρω (unde ὁράω, ὁρέω &c.) pp. significaverit pungo, pungendo figo, infigo, stimulo cet. unde notio figendi visum in aliquo objecto, illudque adeo distinctius contemplandi: haud multo aliter, quam fieri vidimus in ὀπτάω. Sed operæ pretium fuerit, hæc latius explicuisse, in seq. voce ὄρω, ubi plura. Verbulo nunc indicasse sufficiat, pro ὁράω (quæ forma usitata est) Iones etiam dixisse ὁρέω et ὁρόω. Vide Etymol. c. 621. 38. 536. 36. et alibi. E. S.]

Ὄργανον instrumentum, quo operamur. Componendum est cum ἔργον: de quo suo loco. [Etymol. Ὄργανον ἀπὸ τοῦ ὀρέγω, τὸ ἐπιθυμῶ, γίνεται ὀρέγανον, καὶ ὄργανον. Γάννυσθαι γὰρ καὶ χαίρειν τοὺς καταυλουμένους ποιεῖ· ἢ παρὰ τὸ ὀρέγω, τὸ διεγείρω. Simplicissimum forte omnium fuerit, statuisse, τὸ ὄργανον pp. esse quod tractatur, sive, propius ad etymon composita interpretatione, id quod subigitur: notione ducta ab ὀργάω, ὀργάζω, de quo verbo idem Etymol. c. 629. 33. Ὀργάσαι τὸ πηλοποιῆσαι ἐστὶ, καὶ ὑγρῷ ξηρὸν μίξαι. Σοφοκλῆς, Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι. Quod ipsum haud parum confirmabitur, si contuleris alterum illud Sophoclis, ab H. Stephano laudatum, ξουθοῦ, μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον, " flavæ apis cereum opus, pp. subactum, tractatum." Paullo aliter Cl. Sylburgius, in notis ad loc. citatum Etymol. p. 33. Vide infra in ὀργάω. E. S.]

Ὀργὰς ager fœcundus, arabilis: inde quoque locus sacer. Componendum cum ἔργον, noto, in agricultura, verbo, et cum ὀργάω, [nempe subigo, tracto, de quo diximus in ὄργανον. Etymol. c. 629. 30. Παρὰ τῆς κατεργασίας εἴρηται, inquit, ὡς φύγω, φυγὰς, ἴθω, ἰθὰς, ἔργω, ἐργάς. Ex quibus satis superque manifestum jam est, ἔργω et ὄργω verba olim fuisse sibi cognata. E. S.]

Ὀργάω appeto. Est ab ὀργὴ, quod pp. notasse videtur vim operantem cum efficacia, et inde translatum ad vehementem adpetitum, et speciatim ad iram. Componendum autem cum ἔργον. Alio loco cel. Lennepius: " Varia sunt apud Græcos vocabula" inquit " quæ vulgo per iram redduntur: diversa tamen re vera sunt inter se. Sunt ea θυμὸς, χόλος, sive χολὴ, μένος, μῆνις, κότος et ὀργή. Horum primum, de ira positum, pp. notat impetum repentinum, quo animus erumpit in iram, paullo post sedandam. Recte Ammonius distinguit inter θυμὸς et ὀργή: ubi θυμὸν significare dicit iram brevem, quæ (πρόσκαιρος) pro tempore tantum est, seu excandescentiam iræ, ὀργὴν vero πολυχρόνιον μνησικακίαν diuturnam mali nobis illati, cum vindictæ cupiditate conjunctam, recordationem. Quam Ammonius statuit differentiam, ea quoque à scriptoribus observata est, et quidem sacris: quam in rem refer Epist. ad Rom. 2. 8. Eph. 4. 32. Coloss. 3. 8. Quam vero in publico sermone ὀργὴν dicebant, eam poëtæ passim per μῆνιν, vel μένος, vel χόλον, expresserunt. Horum duo priora iram permanentem significare vel ipsa origo à verbo μένω indicat, χόλον autem dixerunt, id est bilem, quia bilem præcipuam iræ caussam habebant veteres: unde quoque locutio bilem alicui movere, pro facere, ut aliquis irascatur. A reliquis diversum κότος notat iram, quasi veterem, et alta mente repostam, donec ulciscendi occasio offeratur: quo sensu sæpe occurrit apud Homerum. Id adhuc observandum est, quemadmodum, in loco Epist. ad Hebr. c.

4. 11. ὀργὴ, seu ira permanens, Deo adscribitur, sic τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ μένειν, id est, manere, dici in Evang. Johann. c. 3. 36. [Conferri huc debent, quæ cel. L. Bos. de iisdem vocibus θυμὸς et ὀργὴ, dedit, Exerc. in Epist. ad Rom. 2. 8. p. 97. 98. Verbi vero ὀργᾷν primariam potestatem esse turgere et succo tendi, ac tumere, docuit ὁ πάνυ A Schultens. de Deff. L. H. p. 78. 79. idemque copiosius adseruit in Vindiciis ejusdem opusculi, p. 155. 156. Conf. et vir summus D. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 140. E. S.]

[Ὀργὴ ira, iracundia, pp. tumor, unde etiam notio superbiæ et arrogantiæ: quam eidem voci ὀργὴ tribuunt Lexicographi. Vide dicta ad ὀργάω. Quod ad ipsum vero etymon attinet, recte fecisse videntur, qui ad ὀρέγω referrent. Ab ὀρέγω, per contractionem, factum, ὄργω: hinc ὀργὸς, ὀργὴ vel ὀργὰ, ὀργάω &c. definiturque adeo aptissime ab Aristotele, Rhet. l. 2. ὄρεξις μετὰ λύπης &c. Vide infra in ὀρέγω, et H. Stephan. t. 2. c. 1424. E. S.]

Ὄργια sacra Bacchi. Dici videntur ab insano furore Bacchantium: quæ notio repetenda est à generali ista vocis ὀργὴ, de qua vide in ὀργάω.

Ὀργυιὰ mensura sex pedum. Est pro ὀρεγυῖα, quasi à masc. ὀρεγὸς, à verbo ὀρέγω extendo. Proprie notat mensuram, ab extremo digito manus extensæ cum brachio, ad extremum digitum alterius. [Erit igitur ejusdem formæ atque ἀγυιά: de qua voce dictum suo loco. Diversos usus diligenter expendit H. Stephanus, t. 2. c. 1435. 1436. E. S.]

Ὀρέγω porrigo. Ab ὄρω excito, cum contentione moveo: cui vicinum ἔρω. [Etymol. c. 629. 40. Τὸ ὀρέγω σημαίνει τὸ ἐκτείνω τὰς χεῖρας. Exempla proprii hujus usus ex Homero, aliisque scriptoribus, dedit H. Stephanus, t. 2. c. 1432. In Medio ὀρέγεσθαι pp. notat extendere vel porrigere sese, atque adeo porrectis manibus petere, ut Il. Ζ. 466. de Hectore, οὗ παιδὸς ὀρέξατο, pp. protendit, sive porrexit se, filii sui, nempe, petendi caussa. Cujusmodi ellipsis fortasse etiam subest, Il. Ω. 505. 506. Ἔτλην δὲ—Ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι, ubi alii legunt χεῖρας ὀρέξαι. Etiam cum Dativo legitur, Il. Δ. 307. loco à clarissimorum interpretum dissensu nobilitato, ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται Ἔγχει ὀρεξάσθω, i. e. pp. extendat vel porrigat se cum hasta, sive hastam tam longe protendat, quam fieri possit, feriatque hostem. Vide ibid. Clark. et Ernestium. Ab ὀρέγειν extendere derivatum est ὀρεκτὸς porrectus. " Ὀρεκτὴ Homerica vox, Il. Β. 543. Ὀρεκτῇσιν μελίῃσιν. Nimirum ὀρέγειν est protendere: et, quod Latini dicere solent projicere hastam, id Græcis olim ὀρέγειν τὸ ἔγχος, Theocr. Id. xxiv. 124. postea προβάλλειν δόρυ, itidemque τὴν ἀσπίδα: cui status est militis, et sese defendentis, et hostilem impetum fortiter excipientis. Vide Vales. ad Harpocrat. p. 159. Hinc ὀρέγδην μάχεσθαι projecta hasta pugnam inire, Schol. Homeri et Hesych. T. H.]

Ὀρθὸς rectus. Ab ὄρω excito. [Proprie porrectus, sive rectâ protensus, oppositum habens σκολιὸς curvus. Hinc erectus, Od. Σ. 239. 240. Sedet nutans capite, similis ebro, Neque ὄρθος δύναται στῆναι ποσίν. Vide et Il. Κ. 153. coll. H. Stephano, t. 2. c. 1436. E. S.]

Ὄρθρος diluculum. Proprie vocant Græci tempus illud, quod proxime antecedit ortum solis. Origo est verbum ὄρω, quod est excito, et Latinum peperit verbum orior. [Itaque, uti Latinorum orior desumsit suum Præter. perf. ortus sum, proxime ab obsoleto suo oro, ortum &c. haud aliter ab eodem ὄρω est ὄρτος, et (cum adspirata litera θ, loco τ) ὄρθος: hinc porro ὄρθερος, ὄρθρος, primo adjectivum, quasi dicas ad ortum pertinens, vel cum ortu solis conjunctum, et dein Substantive, diluculum, sive potius, crepusculum matutinum. E. S.] Porro " Græci dicunt βαθὺν ὄρθρον, ratione temporis illius, quo jam jam sol incipit oriri et dies illucescere: nam βαθὺς, significans profundum, latius sumtum, in multis loquendi generibus, est idem fere quod copiosum. Ita βαθὺς πλοῦτος copiosæ divitiæ sunt, atque sic in aliis. Græcis autem frequenti in usu est πίνειν εἰς βαθὺν ὄρθρον, quod Latine vix exprimas, quam per bibere in multam noctem. Proprie tamen sonat bibere, quoad jam jam illucescat dies. Atque sic (Luc. xxiv. 1.) ὄρθρου βαθέος similiter commode reddas primo mane: quo sensu si accipiatur, commode hic locus cum aliis, apud reliquos Evangelistas, in concordiam potest redigi."

Ὅρκος jusjurandum. Est quasi septum, scilicet, veritatis, componendum cum ἕρκος. Origo est ὄρω. [Eustath. ad Hom. Il. Β. p. 233. 38. Ὅρκον jusjurandum ejusdem esse originis dixit, unde ἕρκος· ἐκ τοῦ εἴργω γὰρ τὸ ἐγκλείω. Καθείργνυται γάρ πως ὁ ὀμνύων, οἷς ὁμολογεῖ, quod jurans quodammodo constringatur iis, quibus fidem promittat. Vide Il. Ξ. 280. &c. Similis igitur indolis est, ac Hebr. אָלָה, de quo Schult. C. ad Prov. p. 23. Neque dubitari potest, quin Lat. orcus sit ipsum Gr. ὅρκος, spiritu tantum variato: adeoque à coërcendo, concludendo, fortasse dictum, quod neminem à se demittat, quem semel abstulerit, ne auro quidem exorabilis. Conf. supra in ἑρκίον, εἴργω, et alibi. E. S.]

Ὁρμαθὸς series. Proprie ab ὁρμάω est quod ab ὄρω repetendum. Huic autem vicinum ἔρω necto, unde Lat. sero, series. [Ὁρμαθὸς pp. series est rerum inter se nexarum. Sic ὁρμαθὸς ὀρνίθων series avium inter se connexarum, quæ uno funiculo inter se sunt ligatæ; ὁρμαθὸς βιβλίων series librorum uno vinculo colligatorum. Itaque et ὁρμαθὸς ἄρτων in Aristoph. Pluto, vs. 765. significat multos panes una serie colligatos. T. H.] [Etymol. Ὁρμαθὸς στίχος— ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἁρμόζεσθαι. E. S.]

Ὁρμὴ impetus. Proprie motus contentus ruentis ab ὄρω. [Hinc igitur quoque repetendæ sunt significationes appetitus, conatus, studii &c. Eas pluribus expositas munitasque suis quasque auctoritatibus videre est in Thes. Stephani, t. 2. c. 1446—1449. E. S.]

Ὁρμιὰ et ὁρμειὰ funiculus &c. Ab ὄρω. Vide dicta in ὁρμαθός. [Glossæ veteres exponunt per linum hami, sive lineam piscatoriam, e seta equina contextam, qua pisces capiantur. Igitur à nectendo videntur dixisse. Conf. Etymol. c. 631. E. S.]

Ὅρμος monile, colli ornamentum. Ab ὄρω. Significationis ratio eadem est, quæ in voce ὁρμαθὸς et ὁρμιά. [" Quia, nempe, monilia catenulæ innexa sunt." T. H.] [Etiam ὅρμος est Statio navium: haud dubie itidem à nectendo, connectendo, quia litori funibus alligantur naves. Plura dabit Etymologus, c. 631. 30. Etiam, Hesychio indice, ὅρμαι vocantur ἱμάντες ὑποδημάτων corrigiæ, seu lora calceamentorum, in quibus notio hæc nectendi, connectendi admodum est manifesta. E. S.]

Ὄρνις avis. Ab ὄρω, unde ὀρίνω excito. [Addit rationem significationis Etymol. c. 632. 1. οὐδὲν γὰρ ὁρμητικώτερον τούτου τοῦ ζώου. Ceterum contracta videtur esse vox ex ὀρίνις, uti ὀρνύω excito ex ὀρινύω, quod quidem verbum, ab excitandi notione, eam accepit adhortandi, et potentius impellendi, exstimulandi; ut in illo, Il. Μ. 142. Od. Κ. 42. &c. E. S.]

Ὀρόδαμνος surculus. Ex ὄρος et δάμνος, à δάω. Ratio significationis minus aperta est. [Si conferamus ὀροδεμνιάδες, qua voce apes Nymphæque dicuntur, strata, seu cubilia sua in montibus habentes, videri possit, nostrum ὀρόδαμνος similiter compositum esse cum voce δαμνὸς, orta à δάμω, ut δέμνιας (in ὀροδεμνιάδες) à δέμω. Malim tamen vocem hanc nostram (quam alibi brevius ὄραμνον dixere) simpliciter repetere ab ὀρόω, quatenus vicina hæc forma est alteri ὀρέω, unde Lat. orior: ut ὀρόδαμνος, et ὀρόδαμνις, pp. sit ramusculus, adscendens, et dein ramus universe; qua ratione conveniret cum altero ὄρπηξ, et Hebr. עָלָה, similiter usurpato. Vide omnino Scholiasten Theocriti, ad Idyll. vii. vs. 138. E. S.]

Ὄρος mons. Ab excitando. Origo ὄρω excito. [Vide ad vocem sequentem. E. S.]

Ὅρος terminus, idem proprie quod ὄρος. [Variant admodum Grammaticorum veterum sententiæ, de origine horum nominum: qua de re consuli potest Etymologus, c. 632. Mihi quidem, collato Latinorum orior, ortus sum, et Græco ὄρθος, vix dubium est, quin ὄρος et ὅρος pp. notaverint, id quod in altum se elevet et adsurgat: unde notio termini depacti et conspicui; montis porro significatio, quem et Arabes à depangendo נָבָל وجبل, dixere; quum contra Hebræis נְבוּל pp. terminus depactus vocetur: eadem inter has duas voces, נְבוּל נָבָל, adhibita diversitate, quæ est inter Græca nostra ὄρος et ὅρος. E. S.]

Ὄρπηξ ramus, surculus. Componendum cum ἕρπω serpo, ῥέπω &c. Origo ὄρω. [Ejusdem indolis vox esse videtur, ac superius ὀρόδαμνος s. ὀρόδαμνις, ubi vide dicta. E. S.]

Ὀῤῥὸς serum. Ab ὄρω, cui vicinum ἔρω, unde serum. [Hesychius esse ait τὸ ἀφύλισμα γάλακτος lactis sedimentum: Eustathius τὸ ὑδατῶδες partem aquosam. Quodsi vero accentus sit in penultima (hoc modo, ὄῤῥος paroxytonon) significari dicunt illam veluti lineam, quæ, scrotum medium intersecans, per ταῦρον, usque ad anum tendit. Posterior significatus manifeste ductus est à nectendo, prior unde sit, nondum satis apparet. Id unum certissimum est, quod Lennepius admonuit, Gr. ὀῤῥὸς et Lat. serum esse cognata vocabula. E. S.] [Ceterum ab ὄῤῥος est " ὀῤῥωδέω, et ἀῤῥωδέω, quod Iones dicere solent. Proprie usurpatur de animalibus, caudam præ metu trahentibus. Ὄῤῥος enim apud Græcos pp. est extrema pars ossis sacri, in quod vertebræ spinæ dorsi desinunt. Inde ὀῤῥοπύγιον ea pars ossis, quæ natibus est proxima. Jam vero ὄῤῥον κατέχειν significat contrahere partes posteriores, pecul. præ metu. Hinc ὀῤῥωδέω contremisco, contraho me, præ metu. —— Itaque ὀῤῥωδία ponitur pro metu gravissimo: unde Thucydides dixit ἐν ὀῤῥωδίᾳ εἶναι esse in metu gravissimo. T. H.]

Ὀρταλὶς pullastra vel gallina;

Ὄρτυξ coturnix; ὄρυζα oryza, genus frumenti. Origo dubia.

Ὀρυμαγδὸς strepitus. Factum forte à sono. [In Etymol. M. c. 633. 32. scribitur ὀρυγμαδὸς, exponiturque θορυβὸς, κραυγή. Promiscue dixisse Græcos ὀρυμαγδὸς et ὀρυγμαδὸς, viri docti dudum observarunt. Vide laudatos ab Albertio ad Hesych. in voce, col. 791. 2. Si conferamus formam vocis simpliciorem ὄρυγμα, ductam ab ὀρύσσω fodio, excavo: facile in eam suspicionem adduci possis, nostrùm ὀρυμαγδὸς hinc esse repetendum, eamque vocem esse formæ μάραγδος, sive σμάραγδος. Vide porro ad voc. seq. E. S.]

Ὀρύσσω fodio. Ab ὀρύω, quod componendum cum ἐράω, ἐρύω, &c. ab ὄρω. [Conferantur etiam ἀράω, ἀράσσω, ἀρόω &c. ibidemque dicta. Jam vero, uti ab ἀράω est ἄραβος, quod de strepitu rerum collisarum adhiberi vidimus, sic ab ὀρύσσω et ὄρυγμα fortasse est ὀρυγμαδὸς de strepitu vehementiori &c. E. S.]

Ὀρφανὸς Orbus. Origo est ὄρω. Ratio significationis incerta. Vide mox in ὄρφνη. [Latinorum Orbus simpliciorem nobis formam repræsentat, ex Æolico ὀρϝὸς factam, adeoque recta repetendam ab ὄρω, ὄρϝω, sive ὄρφω, unde porro ὀρφάω, ὀρφάνω, ὀρφανὸς productæ sunt formæ. Jam vero, uti ab ἄρω sive ἄρω, per varios gradus, descendit ἁρπάζω rapio, sic ab ὄρω manifesto factum est ὄρπω, sive ὄρφω, ὀρφάω &c. eadem fere significandi virtute: uti patet ex illo Hesychii ὄρπα, quod ἐριννὺς i. e. Furia, redditur, et à Guyeto rectissime videtur componi cum altero isto ἁρπάζω rapio. Idem confirmare videtur alterum ὅρπαξ sive ἅρπαξ, quod cl. Alberti contulit cum Belg. *ruk-wind*. Ex quibus maxime verisimile accidit, Lat. orbum, Græcumque ὀρφανὸν, nihil aliud esse quam nostrum *Beroofd*, id est privatum aliqua re. Sentiri hæc vis poterit ex phrasibus Latinis orbus sensibus omnibus, orbus visu regnisque, orbus luminibus, aliisque apud Forcellinum reperiundis, in primis vero ex illo Ciceronis, ab eodem laudato, (ad Divers. l. 4. ep. 13.) Rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat, orbus. Uti et ex Ovidii Met. 13. 595. Memnonis orba mei venio, quocum comparari poterit illud Platonis, ab H. Stephano productum (de Legg. l. 5. p. 244.) Ὀρφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων, Belgice *van kinderen en medgezellen beroofd*: et Hesychii ὀρφανὸς, ὁ γονέων ἐστερημένος, καὶ τέκνων, *die van ouderen en kinderen beroofd is, wien zijne ouders of kinderen ontrukt zijn*. Ex quibus jam satis puto palpabile esse, quid voces ὀρφανὸς et orbus proprie significaverint, et quam amice in eandem conspirent originem. E. S.]

Ὄρφνη tenebræ. Oritur ab ὄρω, cui vicinum ἔρω, unde ἐρέφω tego. Hinc ὀρόφη tectum, ὀρόφανος, ὄρφνος, ὄρφνη, quod à tegendo ad tenebras translatum. [Hesych. Ὄρφνα καὶ ὄρφνη· σκοτία, νὺξ μέλαινα. Addit Etymol. ἀπὸ τοῦ ἐρέφω, τὸ σκέπω, γίνεται ὀροφή· πλεονασμῷ τοῦ ν, ὀροφνή· καὶ συγκοπῇ ὄρφνη, ἡ σκέπουσα τὸ φῶς. Cel. Lennepii derivatio eo simplicior est illa veterum, quod commodam viam ostendit, qua ab ὀροφὴ primum fiat ὀροφανὴ, atque ita tantum ὄρφνη: nullo adhibito pleonasmo, qui sine idonea ratione existere non soleat. Ceterum confer dicta in ἐρέφω. E. S.]

Ὀρχέομαι salto. Ab ὄρω. Dici videtur à motu in altum. [Vide Hesych. in ὀρχεῖται et ibid. viros doctos.] Componendum quoque est cum ἔρχομαι. [Ab ὄρω factum est ὀρέω, hinc ὀρέγω cum contentione moveo, pecul. in altum: unde facillima via ad ὀρέχω, ὄρχω, ὀρχέω. Rectissime igitur Etymol. c. 634. 52. παρὰ τὸ ὀρέγειν, καὶ ἐκτείνειν τὰς χεῖρας —— καὶ ὀρχηστὴς Ἄρης, ὁ εὐκίνητος κατὰ πόλεμον. Unum tamen addidisse liceat, secundum analogiæ leges, ab ὄρχος (derivata voce verbi ὄρχω) pp. repetendum fuisse ὀρχέω, cujus Media forma est ὀρχέομαι. Vide in ὄρχος. E. S.]

[Ὄρχις testis, testiculus. Origo est incertior. Potest repeti ab ὄρω, ὀρέω, (unde Lat. orior) ὀρέγω, ὄργω, unde ὀργὴ, ὀργάω pp. tumeo, ut ab ὄργω sive ὄρχω, testis, quasi tumidus, dictus fuerit, quemadmodum Schultensius probavit, ὀργᾷν pp. esse turgere pecul. in venerem: potuit etiam simpliciter descendere a notione adsurgendi, in orior &c. Potest denique ab etymo nectendi, sive contexendi, in ὄρω, cognato alteri ἔρω, ut a textura artificiosissima nomen habeat. Sed hoc nimis forte quæsitum, et à vulgi sensu remotum. Primum igitur, aut alterum, in appellatione spectatum potius fuisse, suspicor. E. S.]

Ὄρχος plantarum ordo. Origo ὄρω. [Idem quoque dicitur ὄρχατος. Significationis ratio repetenda videtur ab illa seriei, ut in voce ὁρμαθός. Etymol. ὁ δὲ Ἡσίοδος" inquit " ὄρχον λέγει τὴν ἐπίστιχον φυτείαν τῶν ἀμπέλων. —— παρὰ δέ σφισιν ὄρχος Χρύσεος ἦν et Græviius ad h. l. ὄρχος non est vitis, ut interpretes existimant, sed vitium ordo. Vide Scholiasten Theocriti, ad Idyll. 1. 47. qui videtur hunc locum respicere." Plura vide in ὄρω. E. S.]

Ὄρω excito, concito. Proprium est cuivis motui excitato et directo. Componendum cum ἔρω &c. Alio in loco vir celeberr. " A verbo ὄρω, unde varia derivata, ut ὀρίνω, ὄρνυμι &c. incitandi excitandive virtute gaudentia omnia, derivatum est ὁρμὴ, significans in usu impetum, quo feraris in aliquid, unde à Philosophis animalibus, ratione carentibus, tribuitur. Inde compositum ἀφορμὴ significat veluti caussam vel occasionem, unde impetu latus ruas in aliquid: quod etiam interdum simplici voce ὁρμὴ designatur. Inde ἀφορμὰς λαμβάνειν ἀπό τινος, in Plurali, dicitur aliquis, qui ab aliqua re, tanquam caussa, initium facit, quod etiam simplici voci, ὁρμὴν λαβεῖν ἀπό τινος, dicitur. Tum autem fere respondet alteri ἀρχὴ initium. In Epist. ad Galatas, cap. 5. 13. proprie magis phrasis nostra accipienda est. Hortatur, nimirum, Paullus Galatas suos, ut ne, libertate abusi, eam habeant tanquam caussam et occasionem, unde lati temerario ruant impetu in carnis il-

lecebras, sive ut carnis illecebris serviant: quæ vis est Dativi τῇ σαρκί. Est enim (ut Grammaticis dicitur) Dativus commodi." Hactenus ille. Mihi quidem, ut dictum superius, verbo ὄρω primaria notio inesse videtur pungendi, pungendo figendi, infigendi: neque enim alia via nobis patere visa est, ad significationem illam seriei nexæ (quæ in verbo ἔρω sero, in voce series, Gr. ὁρμαθὸς, similibusque nominibus, manifesto deprehenditur) cum altera illa impetum capiendi, ruendi &c. conciliandam. Quodsi hanc vim pungendi, figendi, adsciveris, omnia hæc satis sibi invicem respondebunt. Tum enim ἔρειν (verbi gratia) principio fuerit figere, infigere: hinc figendo connectere, conserere veluti in filum, atque adeo in seriem ducere. Neque alia ratione erit huic cognati verbi ὄρειν, unde producta sunt ὁρμαθὸς, ὄρχος et similia. Quid quod Lat. os, oris, eadem quoque videbitur gaudere origine? Sic enim os hocce (pro ors, ex ὄρος, s. ὀρὸς) pp. fuerit incisio, sive apertura, faciei, eadem prorsus ratione, quæ Hebræi os dixerunt פֶּה, pro פֵּיה, à פִּיה, incidit. Porro ab eodem os, pro ors, verbum fluxerit Lat. orare, pp. ore proferre, id est dicere, vel os ori jungere, unde phrasis tecum oro, apud Plautum, in Curcul. Act. 3. 62. Unde satis apparet, verbum hoc Lat. orare significationem secundariam habere ab ipso nomine os, pro ors, ductam (id quod ipse Varro jam agnovit de L. L. V. 7.) neque adeo ex Lat. orare propriam et primariam verbi ὄρω vim nobis constare posse. Primaria figendi significatio aliquanto magis fortasse elucebit ex altero Latino orno, quod per syncopen, pro orino, dixerunt. Sane "ornatrices puellæ olim habebant in ministerio, quæ crines disponerent" &c. Verba sunt Wouwerii ad Plauti Most. 1. 3. 97. p. 506. Fiebat autem hæc dispositio crinium acubus potissimum, quæ capillis infigebantur. Ceterum à figendo, in eodem nostro Gr. ὄρω, potissimum fluxit notio stimulandi, calcaria adhibendi, rectâ itidem constituendi, defigendi, quæ ex derivatis ὀρθὸς, orior &c. supra jam satis superque est indicata. Unum dictis addamus, ab ὄρω, reduplicatam formam, exstitisse ὀρώρω, frequenter adhibitam ab Homero: apud quem tamen, Il. Λ. 477. phrasis γούνατ' ὀρώρῃ haud satis ad proprietatem verbi (præeunte licet Scholiasta) à Clarkio reddita fuit "genua moventur," sive κινῆται. Rectius idem Scholiastes ibidem alio verbo reddiderat ἰσχύῃ i. e. valeant, vigeant, ut et Clarkius, Od. Σ. 132. eximio in dicto ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ καὶ γούνατ' ὀρώρῃ explicuit, et genua vigent." E. S.]

Ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod. Articulus [vulgo Postpositivus, sed perperam, dictus] proprie non differt ab ὁ. [Manifesta est hæc cognatio utrumque inter Articulum (sive potius Articulum inter ὁ, ἡ, τὸ, et inter Pronomen relativum ὅς, ἥ, ὅ) ex collatione formæ fœmininæ ἡ vel ἥ in casu Nominativo, uti et comparatione casuum obliquorum omnium: modo recordemur, consonantem τ, in omnibus formis Articuli (proprie sic dicti) non esse literam originalem, sed ex pronomine secundæ personæ desumtam. Vide in Artic. ὁ. E. S.]

Ὅσιος sanctus. Vicinæ significationis vocabula sunt, probe distinguenda, ἱερὸς, ὅσιος, ἅγιος et ἁγνός. Ἱερὸς, nempe, proprie tribuitur rebus vel personis, Deo alicui consecratis; ἅγιος respicit internam animi puritatem et castimoniam, adeoque sanctitatem: atque ita commode Spiritus sanctus à scriptoribus sacris dicitur πνεῦμα τὸ ἅγιον, qui propria puritate et sanctitate homines Deo gratos reddit, et interna castimonia, commendabiles. Inde leviter recedit nomen ἁγνὸς, quod de eo eximie ponitur, cujus animus quadam veluti munditie nitet, purgatus à sordibus vitiorum. Tribuitur, nempe, ἁγνὸς, et ἁγνίζειν, purgationi in primis et lustrationi ipsius animi, quod fieri olim existimabatur lustratione corporis, cujus puritatem speciatim etiam tum (ubi in re sacra versarentur) voce καθαρὸς expresserunt veteres. Nostrum autem ὅσιος, ab iis omnibus diversum, eum potissimum significat, qui Dei reverens est, seu religiosum, quem etiam vocant εὐσεβῆ, vel εὐλαβῆ. Qua propter etiam, à scriptoribus Græcis, cum iis vocabulis permisceri solet. Alia de vocibus ἱερὸς et ὅσιος, earumque usu, dabit Cl. Valcken. in Animadverss. ad Ammonium, l. 3. c. 6. p. 184. 185. [Etymol. Ὅσιος, παρὰ τὸ ἅζω, τὸ σέβομαι, γίνεται, τροπῇ τοῦ α εἰς ο. —— Ἅζω, ἅσω, ἅσιος καὶ ὅσιος· καὶ κτήσω, κτήσιος, ἀλέξω ἀλέξιος. Aliam derivationem habet Hesychius, quem vide in ὁσίους, et viros doctos, ibidem ab Albertio laudatos. E. S.]

[Ὁσιωτὴς qui hostiam immolabat apud Delphos &c. "Error temere propagatus, post Meursium, Potterum quoque traxit. Plutarchi verba sunt, in Quæst. Græc. p. 292. Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν ὅσιος ἀποδειχθῇ, id est, ὁσιωτῆρα vocant sacrificatam victimam, quando ὅσιος (sive sacerdos unus ex istis quinque, qui hoc proprie nomine designabantur) creatur. Recte Plutarchi mentem cepit interpres Xylander: sed Lexicographi, atque ipse Stephanus, labendi ansam dederunt. —— Non igitur est ὁσιωτὴς antistes quinque illorum sacerdotum, sed victima; quum creati muneri publico initiabantur, mactata &c. T. H.] [Forma ipsa vocis ὁσιωτὴς summi viri sententiam satis confirmat. E. S.]

Ὅσος quantus. Forte ab ὅς. [Eadem certe ratione, qua Lat. quantus, consentit cum Pronomine quis, quæ, quod, nostrum ὅσος cum Gr. ὅς cognationem quandam habere videtur. Sed hæc fortasse, alia occasione, pluribus explicare atque demonstrare conabimur. E. S.]

Ὄσσα vox. Idem quod ὄψ, ab ὄσσω, pro ὄπτω, quod ab ὄπω, cognato alteri ἔπω, unde εἶπε: nisi mavis ab ὄω, vel ὄπω perforo. [" Ὄσσαι vel ὄτται, pro quibus male Potterus et Bos. ὄπται. Ὄσσαι Homericum est: ὄτται Atticum. Verbum parum intellectum pp. significat vocem, divinitus emissam, quæ et aures aliquando ferit, et potissimum, in animos illapsa, tacitum præsagii sensum commovet: quo quis vel ad agendum excitetur, vel à proposito deterreatur. Apud Homerum est ὄσσαν ἀκούειν ἐκ Διὸς, Odyss. Α. 282. Vide Pindari Olymp. Od. 6. 106. et Scholiasten. Componi quoque potest Judæorum בַּת קוֹל filia vocis: de qua videndus est, præter alios, J. Buxtorf. in Lex. Thalm. p. 320. 321. Dein etiam rumor incertus, qui, nullo auctore, ad omnes dimanat, ideoque Divini numinis consilio existere creditur. Ideo ὄσσαν Διὸς ἄγγελον nominat Homerus, Il. Β. 93. Odyss. Ω. 412. quæ aliis auctoribus est φήμη simpliciter, aut φήμη ἀπὸ ταυτομάτου, Zenob. Prov. Cent. 2. 17. cui, tanquam deæ, aram esse statutam ab Atheniensibus, egregio loco docet Æschines, Oratione in Timarch. p. 18. et, De male obita Legatione, p. 47. Eo respexit Libanius, t. 2. p. 528. φήμην θεὸν appellans. Ea opinio locum parœmiæ dedit, populi vocem esse vocem Dei, et sacra populi lingua, quam bene explicuit Schultingius ad Senecæ Controv. p. 68. &c. &c." T. H.] [Ex his facile apparet, ipsum nomen ὄσσαν, sive ὄτταν, commodissime repeti posse ab ὄω fero: cujus Futurum ὄσω, vel ὄσσω, peperit ὄσσος pp. qui feratur, adeoque ὄσσα est, quæ fertur, ad aures, nempe, sive vox. E. S.]

Ὀστέον os, ossis. Ab ὄω repetendum, unde proxime Lat. os. Componendum forte est cum ὤπω perforo. [Etymol. Ὀστέον παρὰ τὸ στῶ, στέον, καὶ ὀστέον τὸ αἴτιον τῆς στάσεως· ἢ παρὰ τὸ ἵστημι. Hebræi עֶצֶם, uti Arabes عظم, os dixerunt à compacta duraque natura. An sic Græci suum ὀστέον derivarunt ab ὄστος, hoc vero ab ὄζω, quod ab obsoleto ὄδω pp. premo, comprimo? Vide dicta in ὀδοὺς, ὄδω et ὄζω. Hoc pacto ab ὄδω regulariter fuerit Futurum ὄδσω, hinc novum verbum ὄζω, quod in Perf. Act. veteri habuit ἔοσκα, in Perf. Pass. ἔοσμαι, eadem analogia, qua à φράζω factum πέφρασμαι: porro in tertia persona ἔοσται, unde ὄστος, ὄστιος &c. Conf. Struchtmeyeri nostri Rudim. Græca, p. 109. et 64. 65. Sed vide etiam in ὄστρευς. E. S.]

Ὄστιγξ scintilla. Nescio, an cum σταλάζω, στάζω, componendum: de quo suo loco. [Varias derivationes præbebit Etymologus, c. 636. 11. Integra forma haud dubie fuit ὀστάλιγξ, ab Hesychio servata, expositaque πλόκαμος, ἕλιξ, βόστρυχος &c. Vocalis ο, ab initio, videtur adscita, ad commodiorem forte pronunciationem. Itaque relabimur ad στάλιγξ, quod dubitari nequit, quin cognatum fuerit alteri σπάλιξ: de quo infra suo loco. E. S.]

Ὄστρακον testa; ὄστρεον ostreum; ὄστρευς ostrys arbor: origine incerta. [Ὄστρακον testa tam figulina, quam ea, qua pisces quidam intecti sunt: ut et testa, qua ova integuntur. Vide Stephani Thes. t. 2. c. 1523. 1524. Non male Grammatici veteres hanc vocem videntur composuisse cum ὀστέον. A duritie certe compacta potuit nomen habere. Ab ὄστος, nempe, unde ὄστιος, ὀστέον, analogice factum ὄστερος· hinc ὄστρος, ὀστράω, ὀστράκω, ὄστρακος &c. Confer et in voce sequenti. E. S.]

[Ὄστρεον Ostreum, quod et ὄστρειον. Ὄστρεια ostrea. Ejusdem procul dubio originis, unde proxime antegressum ὄστρακον. Manifesto enim denominationem habent à testa sive testis, quibus integitur, aut continetur. E. S.]

[Ὄστρευς ostrys arbor. A materia dura firmaque. Vide Stephani Append. c. 1560. Cetera fatendum est, incertum adhuc esse, an forte omnia ista nomina, quæ modo exposuimus, ὀστέον, ὄστρακον, ὄστρεον, ὄστρευς, ab initio habeant ο adscitum: quando vera stirps eorum fuerit στάω, vel στέω, unde στέρω, στερεὸς &c. E. S.]

Ὀσφραίνομαι Odoror. Compositum videtur ex ὄς et φαίνομαι. Prius ab ὄω, unde ὄζω oleo. Posterius (φραίνομαι) est a φράομαι, quod a φέρω repetendum. [Verbi ὀσφραίνομαι origo latet. Proprie ponitur de olfactu, à veteribus tamen ad alia quævis traductum fuit. Proprio sensu scripsit Aristophanes, in Ranis, vs. 667. κρομμύων ὀσφραίνομαι cæpas olfacio. In versione Græca itidem proprie ponitur. Ps. 113. 6. ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται. Ad alia transfertur, per figuram: eodemque sensu usurpatur, quo et nos vulgo ponimus olfaciendi verbum. In libro Judicum, binis locis, cap. 15. 14. [ex Codicum Alexandr. Complur. et aliorum lectione] ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρὸς quam primum ignem olfecerit, et cap. 16. 9. ἐν τῷ ὀσφρανθῆναι αὐτὸ πυρός. Canes, qui inter animantia olfactu maxime valere existimantur, Græce dicuntur ὀσφραντικοὶ κύνες, et εὐόσφραντοι κύνες, qui alias etiam εὔρινες, vel εὔρινοι, sagaces, pp. naribus præditi ad olfactum accommodatissimis. In initio Ajacis Sophocl. [vs. 8.] Εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. Ubi canis Lacæna, quales credebantur sagacissimæ (*brakken*) vocatur εὖριν: nisi tamen εὔρινος sit Nominativus, jungendus cum voce βάσις, ut denotetur sagax investigatio. Iste certe Genitivus εὔρινος transiit in casum rectum; atque inde formatur, (quod Lexicographis prætermissum fere) εὐρινώτατος. Hesychius certe εὐρινωτάτην interpretatur εὐοσφραντικωτάτην. L. C. V.] [" Ὀσφραίνω ab ὀσφράω, quod ab ὄσφρα. Hoc vero idem quod ὀδμὴ odor, ab ὄζω oleo: unde ὄσφω, ὀσφράω, ὀσφραίω" &c. T. H.]

Ὀσφὺς, dorsi ea pars, qua cingimur, totius spinæ partium crassissimis maximisque vertebris compacta. Nescio an ex ὄς, Latinorum os, et φὺς, a φύω, sit repetendum. [Vir summus T. H. ab ὄζω repetebat ὄσφω, ὀσφράω &c. Vide dicta in ὀσφραίνομαι. Itaque et ὀσφὺς nostrum foret ab ὄσφω. Jam vero, si vera sint, quæ supra (in ὀστέον) diximus, de propria notione verbi ὄδω, sive ὄζω, in premendo, comprimendo posita, exinde facillimus transitus erit ad eam significationem vocis ὀσφὺς, quam modo (verbis Henr. Stephani, in Appendice col. 1560.) descripsimus, "crassissimis maximisque vertebris compactum." E. S.]

[Ὄσχη et ὄσχος palmes, ramulus tenellus. Vide dicta de hac voce, in μόσχος, superius. E. S.]

Ὅτε quando. Ex ὅ et τί. [Eruditissime de hac vocula et altera ὅταν (pro ὅτε ἂν) disseruit clar. Hoogeveen, Doctr. Particul. cap. 37. p. 857. 865. Observavit ibidem vir eruditissimus, nostrum ὅτε respondere alteri τότε. Jam vero, si recordemur, antiquitus à Græcis pro ω adhibitum fuisse ο, et vocalem ι subjunctam, usu sermonis frequentissimo, sæpe periisse, facile apparebit, fieri potuisse ut, pro ᾧτε, veteres scripserint ὅτε, adeoque ὅτε nostrum pp. composita vocula sit ex ᾧ, quo, et τὶ, particula, ac dictione enclitica, copulandi vim habente, eaque semper postponi solita et sæpissime redundante: de qua infra suo loco. Similiter τότε (eadem lege) erit pro τῷτε, et præcedenti ὅτε aptissime respondebit, in apodosi. Itaque v. gr. Matth. 13. 26. in verbis Christi: ὍΤΕ δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, ΤΟ'ΤΕ ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια, manifestum est ὅτε et τότε ita poni, ut prius reddi possit quo vero, scil. tempore, progerminavit herba, et fructum fecit; eo (ipso tempore) apparuerunt et zizania. Sic ὅτε erit in protasi, τότε in apodosi: possentque multa similia exempla huc congeri, etsi τότε illud (studio brevitatis) alioquin fere reticeri admonuit cl. Hoogevenius p. 857. Porro, quemadmodum vidimus, ὅτε quum pp. esse dictum pro ᾧτε quo scil. tempore, τότε tunc, pro τῷτε, eo scil. tempore, sic nemo jam dubitaverit, quin tertium πότε quando, interrogative adhiberi solitum, sit pro πῷτε, compos. ex τὶ et πῷ, casu, nempe, Dativo vel Ablativo obsoleti pronominis πὸς, πὴ, πὸ, Lat. quis, quæ, quid? E. S.]

Ὅτι quod, quia. Ex ὅ et τί. [Ut Latini, resorbto iota, per dixerint, pro Græco περὶ, et, pro Gr. ἔτι, sic fere crediderim, Latinos primum dixisse quot, dein (ut discrimen esset inter quot, id est πόσοι, et quod ὅτι) scribere instituisse quod, per d: nisi statuere malueris, Latinum quod ortum esse è Græco ὅδε. Quidquid sit, verissimam esse putem cel. Lennepii sententiam, ὅτι nostrum compositum esse ex ὅ et τί: modo simul meminerimus, τί hocce esse à τὶς, in forma neutr. generis. Vide porro in τὶς, τί. E. S.]

Ὄτοβος et ὄττοβος strepitus, tumultus, sonitus. Factum à sono. [Scriptionem per ττ probant maxime viri docti apud cl. Albert. ad Hesych. in ὄτοβος et ὀτοβεῖ. Ex ejusdem glossis apparebit, pp. poni de strepitu maris vehementius commoti. De strepitu pugnæ, tempestatem marinam referentis, adhibuit Hesiodus, Theogon. vs. 709. Ὄτοβος δ' ἄπλητος ὀρώρει Σμερδαλέης ἔριδος. E. S.]

Ὀτοτύζω lugeo. Factum à sono [ὀτοτοῖ, nempe, quod θρηνῶδες ἐπίφθεγμα vocat Hesychius, quem vide in ὀττοτοῖ, et in ipso verbo ὀτοτύζειν, ibidemque viros doctos. E. S.]

Ὀτρύνω incito. Forte à τρύω, de quo suo loco. [" Ὀτρύνω est ab ὄτρυς, quod ab ὄτω. Hoc vero, in veteri lingua Græca, non differt ab ὤθω. Itaque ὄτω pp. notat impello. Hinc ὄτερος, et contractum ὄτρος, impulsus, commotus. Unde etiam alia forma ὄτρυς, et hinc ὀτρύνειν instigare, commovere ad eundem. Sic dicitur ὀτρύνειν ἵππον instigare equum. Apud Homerum ponitur pro instigatum aliquem mittere." T. H.] [Hesych. Ὀτρῦναι· παροξῦναι, κελεύειν, σπεύδειν. Verbum est in Homero usus frequentissimi et prope quotidiani. Conf. Il. Θ. 219. Od. Ο. 40. &c. E. S.]

Οὐ non. Ratio originis incerta. [Ἐπίρρημα ἀρνητικὸν vocant Grammatici veteres. In prosa etiam dicunt Græci οὔτοι, qua in compositione vix dubitari potest, quin τοὶ pp. sit Dativus pronominis secundæ personæ τὺ, tu, quod vulgo σὺ efferunt. Si in obscurissimi etymi vocula aliquid conjectare liceat, dixerim fere, nostrum οὐ negativum (pro quo notissima tironibus res est, sequente vocali tenui, dici οὐκ, sequente vero adspirata, οὐχ) contractum videri ex ΌΕ, secunda pers. singul. Imperativi verbi ὄω fero, et hinc aufero, tollo &c. ut ὄε et contractum οὐ pp. sit fer, tolle, remove! Eadem porro analogia οὐκὶ, quod compositum ex οὐ et κί. Hoc certum est, Hebræum לֹא, pro לוֹא, à Th. לָוָא, flexit, deflexit, avertit, commodissime repeti: qua de re consule viri summi, N. G. Schrœderi, Synt.

Hebr. p. 402. 403. Etiam nos Belgæ, in negatione, vulgo dicimus *loop heen*: quod manifesto in eadem est forma Imperativi, ac Hebr. לוא, et Græc. οὐ, si quidem sit pro, ἴθι. Hoc filum si sequamur, et ipsum Græc. μὴ, vel μὰ, videri queant ejusdem pp. esse formæ; ut Græci μὴ vel μὰ dixerint, pro μίε vel μάε, à μίω meo, meavi &c. Quo pacto οὐ et μὴ in eandem originem consentirent. Sed nolim hic esse nimius. Ceterum hac ratione, quam diximus, adjecta syllaba τοὶ, οὔτοι pp. fuerit, per pleonasmum aufer tibi. q. d. apage tibi! E. S.]

Οὐαὶ væ! Factum à sono. [Idem igitur plane est Lat. væ, ac Gr. οὐαί· nisi quod huic voculæ præmissum videri queat ο micron, quod, in bene multis vocabulis, ab initio adscitum fuisse constat. E. S.]

Οὖας auris. Ab ὄω, quod, ut ἄω, αἴω, eximie de sensu auditus dici potuit. [Plura vide infra in οὖς, ὠτός. E. S.]

Οὐδαμῶς nequaquam. Respondet fere, quantum ad originem suam, huic ipsi Lat. nequaquam. Composita, nempe, vox ex οὐδὲ, et antiquo ἀμὸς, quod, superstes in Dialecto Dorica, significat quando, et ab Ionibus pronuntiatur ἠμός. Vide dicta in ἀμὸς, et ἄμος.]

Οὖδος solum, pavimentum. Ab ὀδὸς, quod cum ἔδος componendum. [Jam supra aliquoties adnotatum est, verba ὄδω et ἔδω propriam habuisse vim premendi, &c. Vide in ὀστέον, et alibi. Hinc igitur notio calcandi, quasi dicas, pedibus premendi: unde ὁδὸς pp. quæ calcatur, via, Hebr. דרך. Sed hoc ipsum jam occupavimus dicere in ὁδός. E. S.]

[Οὐλαὶ hordeum. Ὀλαὶ, sive, Ionica flexione, οὐλαὶ, pp. integra sunt, et non contusa hordei vel tritici grana: intelligendumque est, ea in voce, alterum κριθαί. Apud veteres enim ὅλος vel οὖλος integrum significat, convoluto et adstricto corpore firmum et illæsum. Ab hac vi apud Homerum est, Od. Ω. 401. Οὖλέ τε, καὶ μέγα χαῖρε, pro ὑγίαινε, et indidem οὐλὴ cicatrix, quum jam vulnus coaluit. Etymolog. in οὖλος. Hæ autem οὐλαὶ, sali commixtæ, victimarum capitibus atque aris inspergi solebant, Scholiastes Comici ad Nubes, vs. 259." &c. &c. T. H.] [Vide etiam Hesych. in Ὄολε, qui addit: ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὑγιὲς γενόμενον ἕλκος οὐλὴν λέγουσι. Confer in οὖλος. E. S.]

Οὖλος integer. Ab ὅλος totus. [Attulimus jam quædam huc spectantia, in voce ὅλος. De origine vero vocis et cognatarum quarundam, digna est, quæ legatur, eruditissimi R. G. Nanningæ Disputatio Philol. p. 10. Ex T. H. disputatione, ad vocem οὐλαὶ, apparuit jam, οὖλος nostrum pp. notasse convoluto et adstricto corpore firmum illæsumque. Ex illa convolvendi notione primaria reliquæ hujus vocis significationes facile poterunt explicari. E. S.]

Οὖν igitur. Pro ἐὸν, ab ἔω, cui vicinum est εἰμὶ sum. [Conferantur dicta ad stirpem ἔω. Porro Ionicum est Participium ἐὼν, ἐοῦσα, ἐὸν, ut ex Herodoto docuit Maittaire, de Græcæ Ling. Diall. p. 132. Quod ipsum ἐὸν, sive contractum οὖν, per ellipsin quandam, absolute ponitur, notatque idem quod nos Belgæ diceremus, *het welk zoo zijnde* aut *de zaak zoo zijnde*, quod quum ita sit, igitur &c. Unum alterumve exemplum indicemus ex Novo Testamento. Matth. c. 3. 7. Ioannes Baptista docuerat, instare iræ divinæ manifestationem. Mox subjungit ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, quasi diceret, Quod quum ita sit, quum ea res sic se habeat, fructum ferte dignum resipiscentia. *Dit zoo zijnde, brengt vruchten voord* &c. Vide porro Matth. iii. 10. v. 19. 48. vi. 22. 31. ix. 38. x. 16. 26. 31. et aliis innumeris in locis. Plura de nostro οὖν dabit cl. Hoogeveen, Partic. L. Gr. cap. 40. p. 4001. ss. E. S.]

Οὐρὰ cauda. Forte pro ὀρὰ, quod cum ὅρος terminus componendum. [Cum ὀρὰ similiter composuit Etymologus, c. 642. 4—8. ubi docuit, pp. dici οὐρὰν de cauda leonis, in altum nempe, adsurgere solita. Ibidem sentiri poterit primaria notio verbi ὄρω: de quo diximus. E. S.]

Οὐρανὸς cœlum. Pro ὀρανὸς, quod ab ὁράω: quamquam etiam ab ὅρος terminus dici potuit. [Οὐρανὸς cœlum, Æolibus ὀρανὸς, propius ad originem: quæ est ab ὁράω, q. d. ὁ πᾶσιν ὁρατός· quia cœlum sublime ab omnibus spectari potest. Alias notationes, multo minus probabiles, adfert Etymol. in voce, et Achilles Tatius, in Isagoge, p. 129. &c. T. H.]

Οὖρον urina. Pro ὄρον, ab ὄρω excito, impello. [Vide ad vocem sequentem. E. S.]

Οὖρος ventus secundus. Ab ὄρω excito, concito. [Οὖρος Græcis ponitur pro vento secundo et impellente. Grammatici derivant ab ὄρω pello, incito. Dicitur non tantum οὖρος, sed etiam, magis proprie, ὄρος, præsertim ab Æolibus. Sic οὐρανὸς, Æolice ὀρανὸς &c. Ab οὖρος Adjectivum οὔριος, et sæpe in oratione prosa οὔριος ἄνεμος. In fœminino οὐρία, quod dicitur, subintellecto αὔρα· atque ita in substantivi usum abierunt. Sic v. gr. οὐρίας πλεῖν, et ἐνιέναι οὖρον ventum immittere secundum et impellentem. T. H.] [Ex his intelligitur, nomen οὖρος, η, ον, pp. esse Adjectivum, cujus forma masc. οὖρος dicatur pro vento secundo, sive impellente, et quasi stimulante. Itaque etiam οὖρον, quod præcessit, in forma neutra, pp. est quod impellitur, vel cum stimulo quodam expellitur, urina. Porro ab οὖρος alia forma productior est οὔρινος, idem significans atque alterum οὔριος, apud H. Stephan. t. 2. col. 1496. Hujus fœm. fuit οὐρίνη, sive οὔρινα, unde manifesto desumtum est hoc ipsum Lat. urina. E. S.]

[Οὖς ὠτὸς, auris. Eustathius, p. 1148. 52. 1213. 47. rectissime ex ὄας, sive οὖας, per syncopen, ortum esse, statuebant. Vide etiam Etymol. c. 638. 54. ss. Stirps igitur ὄω. Ambiguum vero manet, unde vox ea auris notionem acceperit? Latinorum quidem auris, ab ἄω, ἄρω, αὔρω, manifesto ducta est. An ita ab ὄω (unde est ὄρω, uti ab ἄω, est ἄρω) ὄας, οὖας, dici potuit, eadem vi hujus thematis spectata, quæ est in ὄρω, orior &c. Quo pacto auris ab adsurgendo, sive orrigendo dicta fuerit? Notissima est hæc notio in Lat. attendere, arrigere aures, in Hebræorem item הקשיב. Magis tamen arridet, ab ἄω, ἀΐω, ἀΰω, αὔω, percipio, aurem dictam fuisse; quia percipiendi sonos instrumentum est: porro ἄω et ὄω vicinæ significationis verba fuisse, ut quemadmodum ab ἄω, αὔω, facta sunt auris, audio &c. sic ab ὄω sit repetendum ὄας, sive οὖας. E. S.]

[Οὐσία essentia, substantia &c. "Ab οὖσα, quod est Particip. f. g. ab εἰμὶ sum. Porro ab ἔπειμι succedo, sequor, est ἐπιοῦσα, scil. ἡμέρα, crastina dies. Unde ἐπιούσιος venturus. Ἄρτος ἐπιούσιος, id est ὁ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, panis crastinus, victus vitæ cras agendæ nobis necessarius. Hedericus, et ibid. vir doctissimus. Audiamus cel. Lennepium, hac de voce alibi sic disserentem. "Quum nusquam alibi vox ἐπιούσιος usurpetur, nisi in formula precum, quam Jesus præscripsit, disputatum fuit à multis, quid esset ἄρτος ἐπιούσιος. Ac patres ecclesiæ quidem plerique dictum acceperunt, pro τὸν ἄρτον ἐφήμερον, id est panem quotidianum: ut sæpe loquuntur etiam scriptores alii, quum τροφὴν ἐφήμερον, vel τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν victum quotidianum dicunt. Qui autem sic interpretantur, τὸ ἐπιούσιος considerant tanquam derivatum à Participio fœm. ἐπιοῦσα, quod pro ἐποῦσα pronunciatum, pertineat ad verbum ἔπειμι Lat. adsum, vel præsens sum. Tum autem mirum videri potest, quare, cum ἐποῦσα dicatur, non etiam ἐπούσιος in ejus derivato sit. Accedit alia, eaque major difficultas, quum adjiciatur τὸ καθ' ἡμέραν. Quod si enim ἐπιούσιος esset, hoc in loco, quotidianus, tautologia intolerabilis esset, si denuo adderetur τὸ καθ' ἡμέραν, quod est quotidie. Itaque alia ratione explicandus videtur locus, et in primis quidem duplici via quodammodo exponi posse hæc verba, existimem, ut etiam diversi interpretes instituerunt. Repetunt, nimirum, Adjectivum ἐπιούσιος à nomine οὐσία. Hoc autem proprie significat substantiam. Quare nonnulli τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον interpretantur panem, qui substantiæ nostræ alendæ sit accommodatus. Quum vero οὐσία etiam denotet facultates vel patrimonium, alii τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον intelligunt panem, qui, cumuli veluti loco, ad patrimonium nostrum accedat, vel adjiciatur. Ita autem Præpositionem ἐπὶ de eo, quod cumuli loco accedat, poni apud Græcos, nota res est. Quare etiam postremam hanc interpretationem, utpote vocis naturæ accommodatam, in primis vero proximam esse puto: itaque accipio, quasi Christus his verbis voluerit significare, panem vel victum, qui, salvo nostro patrimonio, quotidie nobis obveniat atque ita tanquam cumulus accedat patrimonio." Hactenus cel. Lennepius. Quid compluribus aliis viris doctissimis, de illo ἄρτῳ ἐπιουσίῳ, visum fuerit, longum esset enarrare. Simplicissimum fortasse erit, τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον exposuisse panem, cibumve, patrimonialem, sive patrimonii instar, ob optimo patre cœlesti, nobis dari solitum, quo ille nos alat, haud aliter ac pater familiaris suos infantes alit. Belgice dixeris *ons kinder-brood*. Hanc interpretationem nobis suggerit insignis locus, in Evangelio Lucæ, c. 15. 2. Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς ΟΥΣΙ'ΑΣ, "*Vader, geef mij het deel des gœds, dat mij tœkomt*, nempe, tanquam filio tuo. E. S.]

Οὐτάω vulnero. Stirps incerta. [Eustathius, p. 455. 10. 506. 18. 1010. 41. Οὐτάσαι exponit τὸ σχεδόθεν πατάξαι, βαλεῖν δὲ τὸ πόῤῥωθεν καθίκεσθαι, et alio in loco, p. 1030. 27. Οὐτάζειν, τὸ ἐκ τοῦ ἐγγὺς πλήττειν. Ammonius etiam, laudante H. Stephano, (edit. Valck. p. 29.) diversa esse, docet, βεβλῆσθαι, et οὐτᾶσθαι, ut hoc sit τὸ ἐκ χειρὸς τετρῶσθαι. Uti οὖς, pro οὖας, auris, ab ὄω, οὔω, repeti posse monuimus, ex illa quidem significatione, qua ὄω idem notasset, atque ὄρω figo, infigo: eadem forte ratione ab οὔω figo, infigo, fieri potuit οὖτος, οὔτη, sive οὖτα, οὖτον, pp. fixus, infixus, a, um: unde eximie οὔτη significaverit vulnus, cuspide vel gladio cominus ictum, et hinc οὐτάω, vel οὐτάζω, cominus vulnero. Ceterum, quod apud Hesychium legimus οὖτα, h. e. ἔτρωσεν, 'ΕΚΕ'ΝΤΗΣΕΝ, non parum confirmat conjecturam hanc nostram, de origine verbi à figendo, sive pungendo, ductam. Exstat illud οὖτα, sive οὖτα, pro οὔτας, sæpius apud Homerum, Il. N. 192. 561. Il. Δ. 525. E. 376. 858. &c. Plena forma οὔτας in eodem reperitur, Od. X. 356. Itaque male instituerunt Grammatici, qui οὖτα hocce, pro οὔτασε, dictum fingerent. Nihil aliud est οὖτα, quam tertia singularis Præteriti Imperfecti verbi οὐτάω, vel potius simplicioris formæ ὀτάω: unde in Imperf. ὄτας, οὔτας, οὖτα. E. S.]

Οὗτος hic. Ex ὁ et τός. [Rectius fortasse ex ὁ, et ὕτος. In Ionica dialecto frequentissimum est ὡὐτὸς, ἡ, ὁ, quod pro αὐτὸς esse rectissime monent Grammatici. Vide loca apud Maittaire, p. 115. Simul autem indicat ὡὐτὸς hocce trisyllabum, οὗτος nostrum, bisyllabum, simili prorsus ratione, contractum fuisse ex ὁ, et ὕτος, quod eadem origine gaudet atque alterum αὐτός. Confer dicta de stirpe ὕω sive ὕμι, in ἔω. Ab ὕω sum vel existo regulariter fieri potuit ὕτος pp. qui est, vel qui existit. Inde notio pronominis personalis, tertiæ personæ, eadem fortasse ratione ducta, qua Orientales suum הוא, sive هو, duxerunt ab הוא existere. Quodsi tamen, in voce οὗτος, minus placeat compositio ex ὁ et ὕτος, altera commodissima derivatio statui poterit, ex cognato simplici verbo ὄω, unde ϝόω, Fore &c. Pro ὄω crassiori sono, efferri potuit ὕω. Vide modo dicta in οὐτάω. E. S.]

Ὀφείλω debeo, et ὀφέλλω augeo, adjuvo. Ejusdem sunt originis, quæ tamen minus certa. [" Ὠφελεῖν utilitatem adferre. Ab ὄφελος commodum, quod scribitur per ο: sed verbum ὠφελέω, hinc derivatum, per ω. Illud ὄφελος ductum est ab ὀφέλω per ο, quod duplicat λ, et dicitur ὀφέλλω augeo, accumulo, in cumulum cogo. Sic ὀφέλλειν τὸν σῖτον congregare et coacervare frumentum: respondetque hoc verbum egregie Lat. cumulare. Latini enim sæpe dicunt cumulare aliquem honoribus. Eodem modo ὄφελος ab ὀφέλλω, cumulum, dein utilitatem, notat, qua quis cumulatur et afficitur." T. H.] [Stirps est ὄπω pp. pungo: de quo verbo vide dicta passim. A notione pungendi videtur orta illa acuminis, sive summitatis, in quam cumulus desinit; atque adeo ipsius cumuli, in acutum desinentis. Ceterum confer cum illis summi viri T. H. observatis, quæ prolata sunt à nobis in vocibus ὄνειδος et ὄνημι. E. S.]

Ὄφις serpens; ὄφρα ut, quo, donec; ὀφρὺς supercilium: stirpis sunt parum certæ. [De prima voce ὄφις, hæc habet T. H. "Ὄφις serpens. Ratio nominis ducta est à contractione convoluta: nam ὄφειν est in orbem convolvere. Unde ὀφέω, ὀφείλω, ὀφέλλω." Hoc modo origo vocis Gr. ὄφις conveniret cum illa vocis orientalis حية, de qua vide Lex. Hebr. p. 172. Nescio tamen, an ὄφις potius ductum sit ab ὄπω pungo, quod conf. Ea lege Hebr. נחש serpentem dici notum est. E. S.]

[Ὄφρα donec. De hac particula vide disserentem cl. Hoogevenium. cap. 41. p. 1026-1029. "Continuatam actionem ea notari" docet, quam Latini exprimant per quamdiu, dum &c. de etymo autem nihil certi se habere, ait. Mihi quidem suspicio orta, an stirps ὄπω, (unde ὄφω, ὄφερος, ὄφρος, ὄφρα) etiam hac in particula vim suam figendi, pungendive exserat: qua lege ὄφρα pp. fuerit puncta vel punctum, q. d. ad illud usque punctum. Ea certe origo est particulæ Hebr. אז pro אות. Responderent sibi hoc modo accuratissime Gr. ὄφρα, et τόφρα, per contractionem, pro τὰ ὄφρα. Vide locum Il. I. 546. ab Hoogev. laudatum, p. 1027. et Il. A. 509. Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ pp. Ad illud usque punctum, sive temporis articulum, Trojanis adjice victoriam, donec, (pp. quo puncto, s. quo articulo temporis) Achivi filium meum honorent. Vide porro, Il. Δ. 220. 221. Θ. 66. 67. K. 325. &c. E. S.]

['Οφρὺς supercilium. Si vera sit summi viri T. H. de verbo ὄφειν conjectura, (quam vide in ὄφις) facillima esset ratio expediendi significationem supercilii, in voce ὀφρύς. Quemadmodum enim Arabice جفن cilium dicitur à convolvendo, (vide Willmet Lex. Arab. p. 142.) sic Gr. ὀφρὺς supercilium à contractione convoluta nomen sortiri potuisset. Contractionem superciliis tribuit Cicero, de Offic. l. 1. c. 41. eamque opponit superciliorum remissioni. Ceterum alio loco hæc observavit cel. Lennepius: "Sæpe nomina, quibus corporis partes designantur, translate tribuuntur his illisve terræ partibus, ob quandam similitudinem. Hujus generis sunt nomina κόλπος sinus, γύαλον, ὀμφαλος, et alia. Eodem etiam pertinet ὀφρὺς supercilium. Quem usum respiciens Hesychius docet, ὀφρῦς vocari τὰ κρημνώδη, καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν, i. e. prærupta et aspera montium, præcipitia. Apud Virgilium, Georgic. 1. 108. simili modo dicitur supercilium clivosi tramitis. Ad quem locum Servius opportune meminit illius Homerici, Ἴλιον ὀφρυόεσσαν. Nam Trojam sic vocat Homerus (Il. X. 411.) quod monti fuit imposita. Illuc respicit Hesychii glossa ὀφρυόεσσα· ἐφ' ὕψους καὶ ἄκρας κειμένη." Conf. etiam Albert. ad loc. cit. Hesychii, t. 2. p. 827. E. S.]

Ὀχετὸς aquæ ductus. Ab ὀχέω veho: quod ab ὄχω, ἔχω. [Hesychius ὀχετός· σωλὴν, οὐ χείμαῤῥος, ἤγουν αὖλαξ, ἀλλ' ἀεὶ ῥέων. Etymologiam, à cel. Lennepio adoptatam, probat simplicior forma ὄχος, quam Suidas quoque reddidit τὴν τοῦ ὕδατος ὁρμήν. Vide H. Stephanum t. 2. c. 1579. E. S.]

['Οχεὺς retinaculum, vectis. Ab ἔχω teneo: quasi Belgice dixeris *een tegenhouder*, qui portarum valvas clausas teneat servetve. Conf. omnino Il. Ω. 446. ὦφας δ' ὤϊξε πύλας, καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας. Porro Il. M. 121. 291. &c. Apud

Hesychium quoque est ὀχεὺς, ὁ τῆς περικεφαλαίας ἱμάς. Respicit glossa locum Il. Γ. 372. "Ὀχεὺς, antiqua forma, ab ἔχω teneo, quod teneret galeam et adstringeret. Hom. Il. Γ. 372. ubi vide Scholiasten, Hesychium, et Suidam, in voce. Bucculam Latini vocant, ut docet Lipsius de Militia Romana, p. 128. Eandem ob caussam ὀχεῖς τῆς θύρας januæ pessuli, quibus continetur clauditurque." T. H.]

Ὀχεύω admissarium admitto, pro vehiculo sum, veho. Ab ὄχος.

Ὀχθέω gravate fero. Commode repetunt ab ὄχθον, quod vide sub ὄχθη. [Conf. etiam ὄχθος.]

Ὄχθη ripa. Ab ὄχθω, quod ab ὄχω veho in altum, in altum emineo.

[Ὄχθος ripa. Vir cel. alio loco: "Interpretatur Hesychius hoc nomen per ripam abruptam, lapidibus prominentibus et scopulis infestam. [Verba Hesychii sunt ὄχθος κρημνὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τοῦ ποταμοῦ, ἢ τῆς γῆς· ἢ τὸ ἀπόκρημνον στόμα τῆς θαλάσσης· κυρίως δὲ, ποταμῶν ἄκρα, χρημέναι, leg. καὶ ῥηγμῖναι. Alb.] Inde verba ὀχθέω, et ὀχθίζω, ejusque composita προσοχθέω, et προσοχθίζω, quæ pp. adeoque significant offendo quasi ad lapidem prominentem. Inde autem, à scriptoribus Alexandrinis, translatum hoc verbum est ad animum, et de eo positum, qui offenso et irritato animo est, atque sic προσοχθίζειν τινὶ is in primis dici posse videtur, qui, omni genere contumeliarum vexatus, tandem ad iram concitatur: atque Deus (Epist. ad Hebr. cap. 3. 10.) populo Israëlitico immorigero προσοχθίσαι dicitur, quasi, qui eos, tanquam duram cautem, ad quam offenderat, rejecit repulitque. Eo sane spectat Suidæ interpretatio, ubi reddit προσώχθισα· δυσηρεστήθην, ἐβδελυξάμην."

Ὀχλεύω moveo. Ab ὄχλος turba, quod pp. notat turbam congregatam: unde ad molestiam transfertur. [Vocabulum ὄχλος pp. notat motum, magno murmure concitatum. Postea usurpari cœpit de turba hominum in unum locum congregatorum. L. C. V.] [Stirps proxime superiorum vocabulorum haud dubie est ὄω, unde producta ὄκω, ὄγω, ὄχω, quibus cognata fuerunt ἄκω, ἄγω, ἄχω. E. S.]

Ὄχος vehiculum. Ab ὄχω, vel ἔχω, moveo: vel potius contineo; unde ὄχος pp. capax. [Etymol. col. 592. 13. Παρὰ τὸ ἔχω, τὸ συνέχω, ὄχος. Nescio tamen, an verior sit altera derivatio, in eodem Etymol. c. 645. 14. Ὄχος σημαίνει τὸ ἅρμα, καὶ γίνεται ἐκ τοῦ ἄχω, τὸ ἐλαύνω· Ἐξ αὐτοῦ ῥῆμα, ὀχῶ, ὀχήσω· ὅθεν ὄνομα ῥηματικὸν, ὄχημα. E. S.]

[Ὀχυρὸς firmus, validus. Est à Præterito Medio verbi ἔχω, unde ὄχος, et inde ὀχυρός. Dicitur etiam per ε, ἐχυρὸς, et tam recta derivatur ab ἔχω. Hæc autem sæpius inter se commutantur: sed ὀχυρόω familiarius est quam ἐχυρόω. Notat vero munio, firmum reddo. T. H.]

Ὄψ, ὀπὸς, vox. Ab ὄπω, cui vicinum ἔπω est. Compone supra ὄσσα, [ubi plura prolata sunt, ad significationem vocis spectantia; quatenus, nempe, ὂψ nostrum convenientiam quandam habet cum ὄσσα, quod ab ὄω, ὄσω. Neque dubitandum est, quin Lat. vox, (pro ϝόξ, digammate Æolico præmisso) eodem quoque pertineat. Sed aliud est ὂψ oculus, ab ὄπω, pp. figo, pungo. Hesychius ὄψ, ὄψις, ὀφθαλμός. Confer in ὀπτάω, et ὄπτομαι. E. S.]

Ὀψὲ sero, post tempus. Ab ὄπω. Compone ὀπὶν et ὀπίσω. [Videtur ὀψὲ pp. esse Dativus, vel Ablativus antiquus, à Nomine ὄψις. Arguit hoc terminatio altera in ι, v. gr. in ὀψίγονος, ὀψιμαθὴς, ὀψίνοος, similibusque. Jam vero, uti præcedens ὀπὶν diximus esse pp. Accusativum casum ab ὄπις, sic ὀψὲ, vel ὀψὶ, Ablativus videtur esse ab ὄψις. Stirps est ὄπω sive ἕπω, (unde ἕπομαι) pp. adnecto, adjungo. Hinc ὀψὲ pp. tempore quasi adjuncto ad diem, atque adeo vespera sera. Latinorum sero, et vespere, eandem habent originem, ducta quippe ab ἕρω, ἕπω, ἕπσω, ἕσπω. E. S.]

Ὄψον obsonium, quidquid cum pane comeditur. Compone cum ἕψω [coquo, et derivatis ejusdem ἑψάω, ἑψέω cet. Etymol. Ὄψον σημαίνει τὸ προσφάγιον· ἐκ τοῦ ὀπτῶ, ὀπτὸν &c. Compone omnino dicta in ὀψάω: unde satis verisimile apparebit, ὄψον pp. esse coctum cibum. Quod nisi placeat, vide an ὄψον simpliciter sit, quod adjungitur pani, Belg. *toespijze*, ab ὄπω, sive ἕπω, necto, jungo? E. S.] [" Pisces tanto honore fuerunt apud Græcos, et præsertim Athenienses, notante Scholiasta Aristophanis, ad Pacem, vs. 814. ut ὄψον pro piscibus Attici ponerent, et forum piscarium, perinde atque ἰχθὺς, sic et ὄψον diceretur. Hinc ὀψάρια pisciculi, et ὀψοφάγοι homines in piscibus lautissimi, pecuniæque prodigi, Athenæus, l. 7. p. 276. 640. Idem vocabulum de sale, qui omnibus cibis admixtus saporem conciliat, usurparunt, Plutarchus Symposii l. 5. 10. T. H.]

[Ὀψώνιον opsonium. Hujus vocis, late patentis, prima vis quærenda est in cibo, qui prostat in foro venalis. Ὄψον enim cibus est, ὀψώνιος venalis. Quia militare stipendium insumebatur ad cibos parandos, hinc stipendium illud (τροφὴ quoque dictum) oratoribus ὀψώνιον vocabatur. Recte Grammatici veteres explicant σιτηρέσιον: quod à Demosthene adhibitum (edit. Reisk. p. 48. 3. 1209. 12. 1214. 21.) ab Harpocratione redditur τὸ διδόμενον εἰς τροφὴν &c. L. C. V.]

[Ὄω stirps obsoleta: quæ multis verborum nominumque formis originem præbuit. Vide dicta in ὄαρ, ὄθη, οἶος, ὄϊς, οἴω, οὖας &c. item infra dicenda in ὠόν. E. S.]

Π.

[Πάγη laqueus. Est pp. forma fœm. à masc. Πάγος (Lat. pagus) quod Græci vulgo πηγὸς efferunt. Unde πηγοὶ ἵπποι equi bene compacti et coagmentati. Hesych. πάγη· παγὶς, βροχὸς &c. Itaque recte H. Stephan. t. 3. c. 265. sub πήγνυμι, πάγη laqueus, inquit, depactus ad irretienda animalia. Ejusdem originis vox est altera παγίς. Th. πάγω, quod vide inferius. E. S.]

[Πάγος tumulus, collis. Proprie est concreta massa, inde glacies, terra in tumulum coagmentata. Vide Stephan. l. c. in πάγη. Præiverat Etymol. c. 646. 42. Πάγος· τὸ πεπηγμένον ὕδωρ ὑπὸ ψύχους, et paullo inferius in πάγουροι, πάγοι δέ εἰσιν οἱ κρημνώδεις τόποι, παρὰ τὸ πεπῆχθαι εἰς ὕψος. Eandem vocem Latini servarunt in suo pagus. Vide Forcellinum. E. S.]

[Πάγω, obsoletum Græcis, Latinisque pago, pro quo vulgo Latini pango. Græci abhibent formam productiorem πήγνυμι, ita tamen ut obliqua tempora vetustum illud πάγω nobis repræsentent. Itaque Aoristus secundus, sive potius Præter. Imperfectum, est ἔπαγον, manifesto hinc ductum. Futurum secundum est παγῶ, pro παγέω, ex παγέσω: cujus Præsens fuit productius παγέω, à quo facta vox παγετός. Latini vero hoc ipsum pago adservarunt in 12 Tabulis. Unde Quinctilianus, Inst. Orat. l. 1. c. 6. § 11. Cum in 12 tabulis legeremus ni ita pagunt, inveniebamus simili huic cadunt. Inde prima positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat pago, ut cado, unde non erat dubium sic pepigi nos dicere ac cecidi. Illustrarunt hæc viri doctissimi, ex altero Auctoris ad Herennium, l. 2. 13. extr. Rem ubi pagunt, orato, ni pagunt in comitio cet. Ad quæ plura dabit Cl. Gothofredus. Ceterum dubitari non debet, quin Gr. πάγω sit à simpliciori πάω premo: unde πάγω premendo condenso, compingo. E. S.] —— Est autem πάγω, vel πήγνυμι (ut alio loco cel. Lennep.) iis rebus in primis proprium, quæ clavis junguntur et ita cohærent: atque inde apte tribuitur tentorio seu tabernaculo. [Vide porro in πήγνυμι. E. S.]

Παιὰν hymnus in Apollinem et ipse Apollo. Proprie medicum notat, a πάω curo. [Παιὰν, idem παιὰν, quod poëtæ resolvunt in παιήων. Doricam esse priorem formam, alteram secundum rationem, sive naturaliter dici, recte notat Servius ad Æn. l. 7. 769. 12. 401. Nasci vocem, ait Scholiast. Aristoph. ad Plut. vs. 636. ἐκ τοῦ παίω, τὸ θεραπεύω· cujus verbi et significationis si certa constarent apud veteres documenta, nihil illa notatione foret opportunius. Adsentitur prorsus, rejectis Grammaticorum nugis, Clar. L. Bos. Obs. Crit. p. 44. neque non est nullus in promtu color, quo defendi possit. Antiquis enim Græcis πάειν, vel παίειν (unde πάω pasco, pavi, fluxit apud Latinos) tantundem valuit ac curare, q. d. premere, atque in rem incumbere. Jam nihil impedit, quo minus, perinde atque curandi verbum ad rem medicam et sanandi potestatem propria ratione fuit deductum, sic et παίειν olim eundem usum habuerit. Hoc certe longe minus est ineptum, quam illa fabulosa plurium Grammaticorum origo, qua Latonam matrem ferunt, ut Pythonem serpentem feriret ac telis conficeret, his verbis Apollinem fuisse adhortatam, ἴε παιὰν, βάλλε παιάν. Παίειν autem itidem est ferire, percutere, vide Callimachum, Hymn. in Apoll. vs. 100. Macrobium, Saturnal. 1. 17. et in primis Athenæum, l. 15. p. 701. qui diversas opiniones ex Clearcho, et Heraclide recenset. Illi paullo propius accedunt, quibus Pæan esse dictus est, tanquam παύων, à verbo παύειν, quia pestes, morbos, ceteraque generis humani mala, depellat, ac cessare faciat, Etymol. in voce. Id saltem veterum usus extra controversiam ponit, nomen istud ad Apollinis artem medicam, et salutis adferendæ facultatem, præcipue referri. Nam et virgines Vestales ita indigetant: Apollo Medice, Apollo Pæan! teste Macrobio. Et, ob eandem rationem, Æsculapius etiam medicinæ conditor παιὰν, apud Aristoph. in Pluto, vs. 636. et in Inscriptione vetusta, apud Reinesium, Cl. 1. c. 206. ΑΣΚΛΗΠΙΩι ΠΑΙΗΩΝΙ. Id vocabulum Hesychius, cum reliquis Grammaticis, exponit ἰατρός. Venuste transtulit Euripides, Hippolyt. vs. 1373. Καί μοι θάνατος Παιὰν ἔλθοι, id est, mortem opto, omnium mihi malorum remedium adlaturam. Cum quo convenit illud Sophoclis, apud Plutarchum, Oper. t. 2. p. 106. et maximum Tyrium, p. 404. Ὦ θάνατε Παιὰν ἰατρὸς μόλοις, et apud Æschylum, in Agamemn. vs. 99. fœminino genere, παιὰν γένου τῆσδε μερίμνης, i. e. hanc mihi sollicitudinem sana. Hinc παιώνιος salutaris, salubris. Sophocl. in Trachin. vs. 1220. Παιώνιον καὶ μοῦνον ἰητῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν. Philostrat. p. 551. Κολυμβῆθραι τοῖς νοσοῦσι παιώνιοι. Suid. in voce; γραῦς et Παιωνεῖον medici officina, quæ alias Ἰατρεῖον dici solet, Scholiast. Aristoph. ad Acharnens. vs. 1211. Οὔλιον Ἀπόλλωνα vocant Milesii, Οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικὸν, teste Strabone, l. 14. p. 942. Præterea hymni, quos, in Apollinis honorem, ob morbosque amotos, accinebant, παιᾶνες et παιῶνες. Eodem tamen nomine aliis etiam quibuscumque diis hymni consecrati veniebant. Ita Demetrii παιᾶνας τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους, in Serap. memorat Diogenes Laërt. l. 5. Segm. 76. Noti sunt Pindari παιᾶνες qui itidem ὕμνοι inscribebantur. Hinc creberrimi usus verba manant παιανίζειν, et παιωνίζειν, non tantum hymnos canere, qua virtute à Christianis quoque poëtis usurpatur, sed et lætissimis vocibus exclamare. Frequenter tamen poni solent de exercitus, in prœlium euntis, cantico et clamore bellico. Unde Plato, ep. 7. p. 1292. Παιῶνα τινὰ ἀναβοῆσαι βάρβαρον καὶ πολεμικόν. Παιὰν enim ἐνυάλιος ante pugnam, morte parta victoria, Apollini canebatur. Schol. Homer. ad Il. X. 391. Spanhem. ad Julian. Orat. 1. p. 233. Porro admirantis et stupefacti formula est παιὰν ἄναξ· Suid. in voce κροτοθορύβου, quæ ab averruncandi potestate, quam Apollini fuisse attributam supra dixi, est ducta. Eadem vero est caussa, cur in subitis casibus attoniti exclamarent, Ἡρακλεῖς ἀλεξίκακε. T. H.] [Vide etiam cel. Lenn. ad Coluth. p. 5.]

Παίζω ludo. A παῖς puer: quod vide suo loco. [Verbum παῖσαι, in stilo communi, probe distinguendum est ab Attico verbo παῖσαι, quod vulgo παῖξαι scribebatur, quodque est à παίζειν, contracto ex παΐζειν pp. pueros imitari, dein ludere. L. C. V.] [Conf. T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 1056. p. 390.]

Παίπαλα loca prærupta: imo potius pulverulenta, et sic δύσβατα. Oritur à πάλη, vel πάλω. Vide ad πάλη. Factum, nempe, per reduplicationem est πάπαλος [et hinc porro παίπαλος. Conf. Etymol. in πεπαλαγμένον, col. 661. 8. Hesych. παιπάλλειν· σείειν. E. S.]

Παῖς puer. A πάω curo, alo. Vir cel. alio loco: "Generatim significat filium, quem pp. υἱὸν Græci dicunt, modo amasium, quem alio nomine vocant ἐρώμενον, vel in Plurali etiam τὰ παιδικὰ, modo denique servum notat," &c. Est autem παῖς nostrum manifesto contractum ex παῒς, sive παῒδς, quod etiam παῖσδ, παῖσδ pronuntiari potuit, unde Accusativum Doricum repetebant nonnulli παῖσδα. Sed vide de hac forma vocis Valck. Adn. ad Adoniaz. Theocr. vs. 42. p. 349. In Theocriti versu vocem παῖσδε Dorica forma dici pro παῖζε lude, observavit, Valckenario laudatus, cel. Luzacius. Ceterum hoc παίσδειν s. παίζειν ludere per metonymiam etiam notat furari. Vide denuo magnum Valck. ad Adoniaz. vs. 49. p. 359. E. S.]

Παίω percutio, ferio, pulso. A πάω, quod verbum proprium est motui prementis, agitantis, &c. [Hesych. Παίω. δέρω, τύπτω, πλήττω. Idem Lexicographus antea: παίει. τύπτει, πλήττει, κρούει, δέρει, ἢ ἐσθίει. Etiam credibile est, veteres Græcos, productiori forma, dixisse παιέω: unde παιήων ductum, quemadmodum à παίω, παίων, et, accentu mutato, παιών· —— Nisi obstaret Genitivus in ᾶνος, sive ονος, à παίω s. παιέω, ferio, percutio, id est, πλήττω, κρούω, Apollo videri possit dictus, per excellentiam, παίων, vel παιήων, quasi feriens sagittis, vel percutiens manu sua instrumenta Musica. Cui tunc responderet quodammodo παιὰν, de hymno in laudem deorum dictum, q. d. percussum, sive modulatum, carmen, quodque speciem haberet participii neutr. gen. et intr. significationis à masc. παίας, παίασα, παίαν. Nunc terminatio in ὼν, ῶνος, est collectiva; ut dictum in ἀγκὼν, αἰών· videturque adeo παιὰν, s. παιηὰν, potius notare lusu vel cantu plenum. Eo certe significatu παίω est παίζω ludo &c. Ab eodem παίω videtur etiam ductum fuisse Adjectivum παῖτος, quod, Græcis deperditum, Latini servarunt in suo pætus. E. S.]

Πάλαι Olim. Ortum videtur à πάλω quatio, agito. Alio loco vir celeb. "Vocis πάλαι vera stirps repetenda est ab antiquo πάλω, unde superest derivatum πάλλω quatio; retrorsum, antrorsum vehementer movendo vibro. Inde πάλιν pp. retrorsum: qua virtute positum reperitur apud Hesiodum. Theog. vs. 181. atque eadem vis in compositis frequens est. Ab ista notione ea nostræ vocis πάλαι non valde recedit. Notatur enim tempus, quod retro est. [" A prisca verbi forma πάλω, præter cetera, fluxit vocula πάλη lucta. Πάλειν vel πάλλειν notat agitare, quatere, quassare. Quoniam vero, quæ quassando agitantur, inflecti solent, accidit, ut Gr. πάλιν significatum acceperit retro, retrorsum. Vocula autem πάλαι, vulgo olim, pp. tempus notat, quod retro est, sive dudum sive proxime elapsum. Posteriori sensu πάλαι interdum adhibetur à scriptoribus optimis, veluti ab Aristophane in Pluto, vs. 1040. ubi in Scholiis recte redditur πρὸ ὀλίγου. Ab Adverbio autem πάλαι, adjecta terminatione ος, Adjectivum nascitur παλαιὸς priscus, antiquus, quod de homine etiam dicitur grandævo, ab Æschylo in Sept. contra Thebas, vs. 333. et à Sophocle in Œdip. Tyranno, vs. 971." L. C. V.] [Videtur hoc πάλαι pp. esse Dativus vel Ablativus antiquus, ortus à Nominativo πάλη pp. quæ concutitur, et huc illuc agitatur, et hinc ipsa concussio et vibratio: pro qua voce, et in Mascul. forma, πάλος adhibetur. Etiam πάλλος, cum media geminata, Græci dixerunt. Hesych. Πάλλος· κλῆρος, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, " sors, s. lapillus, quo sortiebantur, à concutiendo." Porro idem πάλη mansit, non tantum in Lat. voce pala, quæ vox inter alia exponitur πτύον i. e. ventilabrum, à concutiendo haud dubie dictum. Mansit ejusdem hujus vocis pala vestigium, admodum manifestum, in Lat. Præpositione palam, quæ pp. est Accus. Sing. absolute positus, proprie per excussionem, sive per modum excussionis, atque adeo divulgationis; sive expo-

sitionis publicæ, h. e. aperte, in conspectu, in oculis omnium. Casus, nempe, Accusativus absolute olim adhibebatur apud Latinos: quo respectu cum πάλαι convenit Lat. olim, quippe quod non aliud est, quam Accus. Sing. à Nom. olis, et hoc ab ὄλω volvo: unde ea vox pecul. volutionem sive revolutionem temporis notat. Olim autem dicitur pro κατ' ὄλιν, ut πάλιν pro κατὰ πάλιν. Vide infra in πάλιν. E. S.]

Παλαιστὴ palmus, mensura quatuor digitorum. Haud dubie à παλαίω est, quod à πάλη. Dici videtur à luctando manibus, seu palma, quæ inde παλάμη dicitur: ut παλαιστὴ pp. sit mensura, exacta palmâ manus. [A παλαίω luctor, pp. excutio, pecul. in pulverem, est perf. Pass. πεπάλαισμαι et tertia ejusdem perf. πεπάλαισται. A priori illa dictum est πάλαισμα luctatio, pp. excussio, ab altera πεπάλαισται est παλαιστὸς, ὴ, ὸν cujus fœm. forma παλαιστὴ excussam sive porrectam manum notat, atque adeo exactam ejus mensuram. E. S.]

Παλάμη palma. A παλάω concutio, luctor. Vide πάλη. [Latini promiscue olim dixerunt palma et palmus, etsi usu factum sit, ut palmus in primis diceretur, quæ Græcis, forma verbi cognata, erat παλαιστή. Vide Forcellinum in palmus. Analogice à πάλω, s. πάλλω, in Perf. Pass. πέπαλμαι, descendit Adject. παλμὸς, ὴ, ὸν· uti à παλάω, πεπάλαμαι, est πάλαμος, παλάμη. Itaque palmus pp. est excussus, explicatus, et palma, Gr. παλάμη excussa s. explicata manus. E. S.]

Παλεύω allicio. Dici videtur ab agitando, luctando. [Videndum, an παλεύειν pp. sit excutere frumentum, hordeum &c. ad alliciendas aves; unde dein per meton. notare potuerit allicere aves sparso frumento? Id certe Hebræi dicebant חדה Prov. i. 17. ubi vide Huntium. E. S.]

Πάλη lucta. Ab agitando. Cinerem quoque et tenuissimam farinam notat, quasi attenuatum agitando pulverem dicas. Vide πάλλω, [et πάλαι. "Origo ἀπὸ τοῦ πάλλειν certa est: cui et Analogia, et res ipsa, suffragatur. Πάλλειν enim pp. notat tremulo et reciproco motu conquassare, vibrare, atque adeo huc illuc jactare. Quo modo in usu sunt πάλλειν κλήρους sortes concutere, πάλλειν δόρυ hastam vibrare, πάλλει ἡ καρδία cor tremiscit, et frequenter, apud Medicos, παλμὸς arteriarum pulsus. Hoc autem quum in luctu præcipuæ sit artis, dubium non est, quin ex ea re, corporisque mutuo concussu, vox ista nomen invenerit. Quas, præter hanc, alias notationes afferunt Plutarchus Sympos. ii. 4. et Etymol. in πάλη, repudiandæ sunt." T. H.] [Conf. etiam infra, in πλήν. E. S.]

Πάλιν iterum, rursus. A πάλω moveo, quatio. [Rectissime, meo quidem judicio, vel. Hoogeveen. Doctr. Partic. cap. 42. p. 1030. "Formam," inquit, habere Accusativi, quis non videt? cujus obsoletus fortasse Nominativus fuerit πάλις, quo retrogradus motus fuerit expressus." Vide eundem in πλὴν, cap. 46. sect. 1. §. 9. ubi simillimas formas Particularum profert ἀρχὴν, δίκην, χάριν. Itaque extra controversiam esto, πάλιν eadem analogia, per ellipsin Præpositionis κατὰ, similisve alius, dici, qua χάριν dicitur pro κατὰ χάριν, ἀρχὴν, pro κατ' ἀρχήν. Ceterum propria vis hujus voculæ clare sentiri potest ex illo, Il. Z. 189. Τοὶ δ' οὔτι πάλιν οἶκόνδε νέοντο· πάντας γὰρ κατέπεφνεν Ii vero nequaquam retro, pp. retrogrado motu, (ut verbis utar Hoogeveenii) domum iverunt: Omnes enim interfecit eximius Bellerophontes. Adde in primis, Il. A. 380. Δ. 214. E. 257. Z. 189. &c. Etiam, cum Præpositione ἐν præmissa, dixerunt ἔμπαλιν, Vide Hesiod. Ἀσπ. vs. 145. Hesych. in voce, et ibidem viros doctos: cujus vocis eadem fortasse ratio est, quæ alius ἔμπροσθεν. Porro observari debet, in voce hac ἔμπαλιν, Præpositionem præmissam ἐν, æque ac Lat. in, pro more veteris linguæ, regere casum Accusativum πάλιν, nimirum, quæ motum aliquo versus denotat: nisi placeat, ν hocce, in ἔμπαλιν, esse ἐφελκυστικὸν, propter sequentem vocalem; quod tamen in omnia exempla haud quadraret. E. S.]

Πάλλαξ juvenis. Proprie à πάλλω dicitur, qui ad vibrandum vel pollendum valet viribus. ["Παλλὰς Pallas. Unde dicta sit Minerva, veteres inter se dissentiunt. Plures derivatam vocem putant à πάλλω quatio, quod poni solet de vibranda hasta; quum autem Minerva esset consilii præses et justi belli, ideo dictam Minervam παλλάδα, i. e. vibratricem hastæ, et per consequens bellicosam. Alii volunt, Minervam inde dictam esse παλλάδα, quod in bello, à diis cum Gigantibus gesto, Minerva occiderit Gigantem, cui nomen παλλὰς, et, in honorem illius facti, accepisse nomen palladis. Verum hæc etymologia refutatur ab ipsa Analogia: nam iste Gigas, in fabula, dicitur παλλὰς, in Genit. παλλάντος· atque adeo diversa vocis forma est, à qua forma fœminina non potuit descendere. Si diceretur παλλὶς, παλλίδος, potuisset ita analogice derivari. Verum sciendum est, in antiqua lingua Græca πάλλος fuisse positum pro juvene, integris annis robusto et innupto: itidem, aucto vocabulo, πάλληξ, πάλληκος· unde πάλλαξ, παλλακὴ, et παλλακὶς, quod pro pellice poni solet. Porro analogice, ab isto πάλλος, est Fœmininum παλλὰς, παλλάδος, virgo. Merebatur autem Minerva dici virgo, quia perpetuam virginitatem servavit; et quidem, hic illic, ut apparet ex Il. A. 200. [Δ. 78. 541. E. 1. 61. 121. 256. &c.] velut epitheto proprii nominis addito, παλλὰς Ἀθήνη." T. H.]

Πάλλω vibro, agito. A πάλω, quod cum πάω componendum. Vide παίω. [A πάλλω inter alia derivata vox est παλμὸς, de qua ita T. H. "Παλμὸς, à πάλλειν vibrare, vel, neutra vi, tremulo et reciproco motu subsilire. De membrorum salisationibus, quas sic proprie Latini dicunt, et πάλλειν et ἅλλεσθαι ponitur. Theocr. Id. iii. 37. ἅλλεται ὀφθαλμός μοι δέξιος, quod boni ominis erat. Omnium autem membrorum fere descripti erant παλμοὶ, pulsus, sive salisationes. Melampodis ἱερογραμματέως ad Ptolemæum regem libellus exstat, περὶ παλμῶν μαντικὴ, quam, Romæ primum editum, inter Aristotelis opera recensuit Sylburgius. Vide Fabricii Biblioth. Græc. l. 1. c. 15. Παλμικὰ hujusmodi scripta vocabantur: quale Posidonius Philosophus etiam reliquerat; teste Suida in Οἰωνιστικὴν, Ποσειδώνιος, et Σίβυλλα Ἀπόλλωνος. Πηδᾶν salire eandem habet potestatem; sed potissimum de cordis salisatione ponitur. Aristænet. l. 2. ep. 13. Hinc πήδημα τῆς καρδίας Medicis, et apud Philostratum" &c. Hactenus ille. Plura de verbo πάλλειν addere supervacuum, siquidem proprii usus exempla ubivis ad manum sint. Conf. H. Stephani Thes. tom. 3. col. 28—31. E. S.]

Πὰν Pan, pastorum numen. A πάω, de quo suo loco. Proprie notat eum, qui possidet, vel agitat pecus, pastor. [Derivatio hæc magnopere præstat illi veterum, qui τὸν Πᾶνα dicebant γεγεννῆσθαι ἐκ πολλῶν· ὅθεν καὶ αὐτὴν εἴληφε τὴν ὀνομασίαν, Etymol. col. 554. 44. Nimirum Pan celebrabatur tanquam ovium custos, et ἀγρεὺς, uti docte admonet Salmas. in Exerc. Plinian. p. 294. ubi plura. E. S.]

Παππὰς vox facta à sono. Πάππας pater. Duplicatum hoc pro πὰς, quod à πάω, unde quoque ductum πατὴρ pater. [Conf. tamen Hesych. in παπάς. E. S.]

Παπταίνω circumspicio. Forte repetendum est à πετάω, vel πατάω, unde παπατάω, παπτάω &c. notione ducta ab expandendo, explicando, aperiendo oculos. [Itaque syllaba πα, sive potius prima litera consonans, cum sequente vocali α, ante duas consonantes πτ, in πτάω, pro πετάω sive πατάω, repetita videtur: eadem fere analogia, qua διδάσκω dixerunt, pro δάσκω, τιτρώσκω, pro τρώσκω. E. S.]

Παρὰ præpositio, cujus vis proprie repetenda est à πάρω Lat. paro, unde pareo. Hinc et πάρος ante Adverbium loci. [Videntur παρὰ dixisse pro παρᾷ, ex παραὶ, quod Poëtæ servarunt. Hesych. παραὶ ποσί· παρὰ τοῖς ποσί. Respici ad Il. O. 180. cel. Albertius admonuit. Occurrit idem hoc παραὶ sæpius in Homero, Il. B. 711. Γ. 359. E. 837. H. 253. O. 175. Π. 151. Ω. 410. Od. A. 366. P. 572. Σ. 212. quibus locis, modo cum Genitivo, modo cum Dativo aut Accusativo, constructum habetur: pro varia, nempe, significandi virtute, aut potius proprietate constructionis. Vide hic Struchtmeyerina Rudim. p. 267. 268. Est igitur παραὶ (quod ipsum in multis quoque compositis mansit, παραιβάδας, παραιβάτης, παραιβόλος, παραίπαισμα &c.) pp. Dativus, vel Ablativus antiquus, à Nominativo παρὰ, quod pp. nobis præbet formam fœmininam, à masc. παρὸς, ὴ, ὸν, hoc vero à πάρω, quod à πάω premo, et premendo penetro, Belgice *dringen*, *doordringen*: unde notio ducta anterioritatis, in Lat. præ, id quod Græce scriptum foret πραὶ, contractum quippe ex παραί. Ab eodem etiam παρὸς fuit forma mascul. Dativi παρῷ, contracta in πρῷ, unde orta pro Latinorum, et Græc. πρό. Idem denique παρὸς, contractum in πρὸς, nobis dedit alteram Præpositionem Græcam πρός. Ex quibus jam satis superque apparet, ejusdem omnes familiæ esse Præpositiones Græcas παραὶ, s. παρὰ, πρὸ, et πρὸς, quibus cognatum quoque fuit antiquum Gr. πρὶς pro παρὶς, unde mansit Lat. pri, in pridie, Græcorum item Accus. πρὶν, pro παρίν. Quemadmodum vero Græcis in usu promiscuo fuerunt olim formæ ἀπὸ et ἀπαὶ, ὑπὸ et ὑπαὶ, sic, non nisi forma generis, diversa fuerunt, quæ supra jam in medium dedimus πρὸ, pro παρῷ, παραὶ, unde nostrum παρὰ descendit, iota primum subscripto, (hoc modo παρᾷ) eodemque mox neglecto, sic παρά. Hoc unum adhuc addendum est, à notione eadem illa primaria, quam diximus, premendi, usum induisse Præpositionis, et accepisse significationem premendi, quasi, latus alterius, cui junctus sis: qua propter per Lat. juxta, aut præter (quod ipsum quoque originem suam ex πραὶ pro παραὶ ostendit) commode reddi potest; unde denique composita παραγράφειν, Belg. *naast schrijven*, παραδραμεῖν administrare, pp. *naast loopen*, παραθέειν *naast loopen* et *voorbij loopen*, παραβλέπειν *naast zien*, *voorbijzien*: et alia longe plurima. Desinamus in illa virorum eruditissimorum observatione, quam sæpius inculcarunt, Præpositionem hanc παρὰ in compositis sæpe indicare id, quod male et quasi præter scopum fiat, ut sentiri potest ex eodem hoc, quod statim produximus, παραβλέπειν *voorbij-zien*, atque adeo *mis-zien*; παρακούειν *mis-horen*, *kwalijk horen* (alioquin etiam, in transitu et quasi furtim audire. Belg. *in 't voorbijgaan horen*) παρακρίνειν *misoordeelen* &c. Vide Valcken. Adnot. in Adoniaz. Theocr. vs. 47. 48. p. 356. 357. et conf. mox πάραρος. E. S.]

[Πάραρος fatuus, à sana mente aberrans, pp. male oscillans. Vocabulum formæ Doricæ, quod Ionice pronuntiatum fuit παρήορος. Post multas doctorum virorum conjecturas, luculenter exposuit cel. Valcken. in adnot. ad Theocriti Adoniaz. vs. 8. p. 239—247. Compositum esse docet ex παρὰ et αἰωρεῖσθαι i. e. oscillari, oscillo jactari. Unde παραιωρεῖσθαι, in Activa forma primitus scriptum παραιωρεῖν, hinc autem παραίορος, παρήορος, πάραρος. Sed plura repeto ab ipso viro summo, l. c. E. S.]

[Παρδακὸς humidus, uvidus. Unde in Aristophanis Pace, vs. 1148. χωρίον παρδακὸν, quod Scholiastes exponit διυγρόν. Hesychius παρδακόν· διύγρον, ubi plura dabunt viri docti. Isaac. Vossius, ab Albertio ibidem laudatus, admonuit, esse repetendum ab Ἄρδω, π loco Digammatis præposito. Confer Ἄρδω, supr. E. S.]

[Πάρδος Pardus. Vix à Græcis veteribus usurpata vox: quippe qui πάρδαλις et πόρδαλις dixere. Pardum ex antiquissima lingua Latini receperunt." Hæc et alia habet T. H. ad Scholia in Aristophan. Plut. 232. Origo nominis haud dubie repetenda est ex Oriente. Conf. igitur Lexic. Hebr. sub פֶּרֶד. E. S.]

[Παρειὰ mala, maxilla, gena. [Etymol. in καλλιπάρῃον, col. 487. Παρειὰ δὲ "inquit" παρὰ τὸ ἐπαίρω, τὸ συνεσταλμένον μέρος τοῦ σώματος. Fortasse quemadmodum à γλυκὺς est γλυκεῖα, à τραχὺς, τραχεῖα, sic ab obsoleto παρὺς remansit παρεῖα, quod, mutato accentu, pronuntiatum fuerit παρειά. Παρὺς autem non, nisi dialecto, distitisse videtur à παρὸς, unde πρὸς, παρὰ &c. Unde παρειὰς genas dictas esse putem quasi anteriores capitis partes. E. S.]

[Παρθένος virgo, et Adjective virgineus, intactus. Varias hujus voces derivationes, sed coactas admodum, præbebit Etymologus, c. 654. 40. Antiquissima forma Nominativi videtur fuisse παρθὴν, cujus Dativum παρθένι apud Theocritum etiamnum superesse, monuit vir doctiss. in Lexico Hedericiano. Stirps igitur πάρω, sive forma simpliciori πάω premo. A πάρω sunt πέπαρται; πάρθω pp. premo, premendo penetro. An hinc παρθὴν, et παρθένος, virgo nubilis, quam Arabes, eadem significationis ansa arrepta, خريدة dixere? E. S.]

Πάρος ante, antea, prius. Proprie est forma Adjectiva, cujus fœmininum παρὰ, sive potius casum ejusdem Dativum παραὶ, dedisse Præpositionem παρὰ, supra dictum est suo loco. A forma Dativi masculini antiqua, παροὶ, Adverbium factum est πάροιθε, et προπάροιθε. Ab eodem πάροι denuo descendit Adjectivum πάροιτος, cujus Comparativus παροίτερος, et Superlativus παροίτατος in usu manserunt. Etiam iota neglecto dictum est παρότος, contracte πρῶτος, primus, παρότερος, πρότερος, παρότατος, πρότατος. A πάρις vero contractum oritur πρὶς, in Ablativo pri, unde Lat. pridie. Vide supra in παρά. E. S.]

Πᾶς, πᾶσα, πᾶν omnis. Contractum ex πάας. Stirps πάω agito, possideo: de quo suo loco. [Suspicabatur cl. Hoogeveenius, Doctr. Particul. cap. 42. 1. p. 1035., πᾶς contractum esse ex obsoleto πάνυς, et πᾶν ex πάνυ. Paullo aliter L. C. V. "Vocula πᾶς" inquit "quo pacto fuerit olim pronuntiata, demonstrat casus obliquus. Ex Genitivo, nimirum, παντὸς, si auferatur vocalis ο, redibit scriptio vetus πάντς· quæ vox, ad evitandam pronuntiandi scabritiem, emollita fuit in πᾶς." Hactenus ille. Si comparemus Participia in ας, ut ἱστὰς, ἱστᾶσα, ἱστὰν, ἱστάντος, &c. cum illis, quæ cel. Lennepius de iisdem admonuit, Analog. p. 129. et alibi, facile apparebit, nostrum πᾶς, in Genit. παντὸς &c. simili quadam analogia factum esse, atque ἱστὰς, ἱστάντος: nondum tamen perspicuum erit, cur dicatur πᾶς, cum circumflexu, qualis certe circumflexus in ἱστὰς, τύψας et similibus, non adest. Itaque, meo quidem judicio, nostrum πᾶς contractum omnino fuisse oportet ex πάας, pro πάαντς, ut πάας pp. ductum sit à πάαμι, quemadmodum ἱστὰς, ab ἵστημι, sive ἵσταμι. Jam vero si πάω proprie sit premo, comprimo, sive premendo consolido et intransitive condensor, sive denseo, facile simul apparebit ratio significationis, notabitque πᾶς pp. densum atque adeo solidum, et hinc purum, merum: unde πᾶσαν ἀληθείην. Il. Ω. 407. et Evang. Marc. 5. 33. reddere possis, Belgice, *de zuivere waarheid*, et πάντα τάλαντα, Il. T. 247. pp. densa, id est solida talenta. Porro à notione hac densitatis est ea multitudinis copiosæ, ac proprie densæ, unde πάντες sæpe reddi debet permulti, sive plerique. E. S.] ["Ἅπαντες sunt universi omnes, cuncti, πάντες sunt omnes: imo vero plerique omnes. Hæc observatio (quod Theologi usu deprehendent) ad plurima loca Novi Fœderis intelligenda viam aperiet: in quibus multi, vel plerique, designantur voce πάντων. Ne loca nominem, de quibus Theologi disputant, in illo Act. Apost. cap. 2. 7. dicitur ἐξίσταντο πάντες omnes miraculum obstupefacti admirabantur, et tamen, inter illos omnes, non erant vs. 13. memorati. Ergo πάντες ibi sunt plerique, vel multi. Aristoteles de Poëtica, cap. 14. τὸ πάντες, inquit, ἀντὶ τοῦ πολλοὶ, κατὰ μεταφορὰν, εἴρηται. Hesychius: πάντες ἀντὶ τοῦ πλεῖστοι. Apollodori l. 3. 5. Apollo dicitur jaculis confixisse filios Niobes πάντας, et tamen paullo post, ex masculis servatus dicitur Amphion. Apud Xenoph. Ephesium, lib. 2. p. 36. πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε· ad quem locum de usu isto notavit cel. Hemsterhus. in Observ. Miscell. vol. v. p. 21. Sed, ut jam incepi dicere, quando Græce scribitur ἅπαντες, tunc sem-

per universi omnes, nemine excepto, sunt intelligendi." L. C. V.] [De phrasi selecta τὸ πᾶν, i. e. totusquantus, lege eundem virum summum, Adnotat. in Adoniaz. Theocr. vs. 148. p. 416. E. S.]

Πάσσαλος clavus, paxillus. A πάσσω, quod idem ac πάγω, vel πάγω, unde πήγνυμι, figo. [A πάγω pp. est πάγαλος, at, γ mutato in duplex σσ, dicitur πάσσαλος, Attice πάτταλος. Hinc παττάλευω &c. T. H.] [A verbo πάγω Futurum est πάγσω (πάξω). A πάω est πάσω, πάσσω. An hinc fortasse magis analogice repeti potest πάσσω, vel πασσάω, πάσσαλος? Conf. et cel. Lennep. ad voc. seq. E. S.]

Πάσσω inspergo. Proprie à πάω (unde quoque πάγω figo) πάσσω significat affigo, superinjicio, inspergo. [Nisi forte malis πάσσειν hoc nostrum comparare cum pando, pandi, pansum et passum, pandere, pandendo vel expandendo operire: qualis vis sentitur in alæ passæ, manus passæ &c. Jam conferantur porro Homeri Il. Δ. 219. 220. I. 214. Aristoph. Nub. vs. 1333. &c. E. S.]

Πάσχω patior. Pro πάχω. Convenit πάθω. Utrumque à πάω agito, premo &c. [Latinorum patior, quod et ipsum æque ac alterum pando (de quo statim diximus in πάσσω) Supinum habet passum, propiorem fortasse analogiæ viam nobis præmonstrabit. Stirps utriusque verbi haud dubie eadem est, nempe, primigenium πάω premo. A πάω est in Futuro πάσω, in Perf. Pass. πέπαμαι, πέπασαι, πέπαται. A πέπαται analogice factum πάτος pp. calcata via. Hesych. πάτος, ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος ὁδός. Porro verbum πατέω, id est calco, conculco. Hesych. πατέουσι· καταπατοῦσι. Huic vicina fuit altera forma πατίω, cujus Passivum, Depon. apud Latinos, superest patior, pp. *ik worde gedrukt*, aut *ik worde getrapt* atque adeo, per Metonymiam, *ik lijde*; unde fortasse etiam uvæ passæ nomen habent. Jam relegamus vestigia. A πάω Græce est in Præt. Perfect. πέπαγα, hinc πάγω, Lat. vetus pago, unde et pango &c. A πάγω, πάγσω, et trajecto σ, πάσγω. Hinc πάσχω. E. S.]

Πατάσσω vehementer palpito. Proprie percutio, à πατάω, quod à πάτος. Origo πάω agito, percutio. [Conf. dicta in παιάν. E. S.]

Πατέω calco. A πάτος agitatus, percussus, calcatus. Alio loco vir clariss. "A verbo πάω, significante idem quod πίω, vel πίω, unde πιέζω Lat. premo, nomen ortum πάτος notat calcatus, quasi dicas, pedibus pressus, quod viis in primis tribuitur. Inde πατέω calco. Hinc καταπατέω conculco, seu plane calco, vel calcando obtero. Inde porro transferri solet ad contentionem, cum injuria conjunctam, notatque idem fere quod contumeliose tractare. Ut v. gr. in Epist. ad Hebr. c. 10. 29." Ceterum verbum πατέεσθαι in primis notat vesci, quod, dubitante licet H. Stephano, probavit Cl. L. Bos. Obss. Critic. p. 40. Plura de hoc verbi usu dederunt Wessel. et Valck. ad Herodot. l. 2. 113. p. 135. quos vide etiam ad Herodot. l. 4. 281. p. 363. Propria vis verbi πατέεσθαι, eo sensu, videtur esse premere. subigere, pecul. dentibus. Conf. dicta in ὄδω, et L. C. V. infra in πάω. E. S.]

Πατὴρ pater. Proprie altor, a πάω alo, nutrio. Alibi vir celeb. "Origo vocis πατὴρ est verbum πάω. Ab eo enim, analogice progrediendo, fit πατὴρ, et quidem retrocedendo, hac ratione: πατὴρ, πέπαται, πέπαμαι, πέπακα, πάσω, πάω. —— Jam autem verbum πάω significat speciatim possidere, curare, vel proprie magis pascere, quod verbum pasco à Græco πάω formatum est; ut omnia verba, tam Græca, quam Latina, à verbis puris oriuntur. Ab ista autem pascendi notione altera possidendi profecta est; cujus ratio repetenda est ab antiquissimorum temporum simplicitate. Tum enim possessiones in pecoribus (quæ ipsi pascebant homines) consistebant: ut is, qui pasceret, simul possidere intelligeretur. Hanc ob caussam greges ovium, quas deus pastorum, Pan, possidere credebatur, à Græco poëta vocantur ἱερατὸν πᾶμα Πανὸς, id est, grata Panis possessio. [Conf. Valcken. Animadv. ad Ammon. l. 3. c. 7. p. 188. 189.] Non alia de caussa ab eodem verbo formatum nomen πάσις, in lexicis Græcis, redditur possessio. Ab ista porro alendi, pascendi, possidendique notione sponte fluxit ea curandi. Omnes autem hæ notiones apte quadrant in nomen πατὴρ, quod generatim idem est, ac Lat. pater, à Græco profectum." [Egregius locus est Euripidis, in Ione, τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶ· Τὸν δ' ὠφελιμὸν ἐμοὶ ΠΑΤΈΡΟΣ ὄνομα λέγω, quem ita Latine reddidit Grotius noster, Excerpt. p. 332. "Hunc cujus alor munere, laudo; Hunc concelebro nomine patris." Ceterum conferri omnino meretur divinum illud Mosis Canticum, Deut. 32. 6. הלא הוא אביך קנך Nonne ille pater tuus est, qui te possidet? Ubi videmus, notionem possessoris, cum illa patris, amicissime conspirare: ut haud contemnenda lux huic ipsi Deuteronomii loco, ex observatis Lennepianis, possit accendi. E. S.] "Πατὴρ Lat. pater in usu genitorem notat, sed, in prima sua significatione, à qua frequenter usus deflectit, denotavit pp. altorem, nutritorem, quorum prius semel de parente adhibuit Cicero de Natura Deor. l. 2. 34. —— Plato, quum pernosset, voce πατὴρ eum designari pp. qui nutrit, ut generatorem significaret, alio vocabulo adjecto, hoc nostrum limitavit, in Timæo, p. 37. ubi commemoratur ὁ γεννήσας πατὴρ altor, qui genuit. Platoni Sophocles adjungi poterit, in Electra, vs. 1432. &c. L. C. V.] [Vide porro in πάω. E. S.]

Παύω cessare facio. A πάω premo, comprimo. Alio loco vir celeberr. "Παύειν, Activa vi, notionem habet sedandi, compescendi: Medium vero παύεσθαι notat semet ipsum sedare. Qua propter, sensu neutro, reddi solet quiescere. Inde nomen παῦσις, Latine quies, seu idem quod pausam veteres Latini dixerunt. Id nomen pro quiete positum, ex Accio, notat Nonius Marcellus p. 158. ubi "pausa loquendi" dicitur pro παῦσις. Attici quoque παῦλαν dixerunt, et hujus compositum ἀνάπαυλαν, quocum convenit alterum ἀνάπαυσις, Lat. requies."

Πάχνη pruina. A παχὺς, de quo mox. [Latina vox ducenda est à πρωῒ, πρωΐη, πρωϊνὴ, uti doctissime conjecit Is. Vossius. E. S.]

Παχὺς spissus. A πάγω, quod à πάω. Proprie notat compactum.

Πάω pp. agito premendo, impellendo moveo. Unde πάσσθαι de eo, qui gregem agitat sibi, atque adeo curat, possidet. ["Πάω verbum est primitivum æque ac πάω, πίω, πόω, πύω. Ex quinque istis formis, quibus una propria et prima est significatio, veluti totidem ejusdem arboris truncis, centena aliquot verba, cum suis derivatis, propullularunt. Πάω, vel πάομαι, in Lexicis vulgatis, Latine redditur possideo, item gusto, et vescor. Magna videtur istarum significationum dissimilitudo. Si res propius spectetur, amice conspirant. Prima et propria significatio est curandi, secunda alendi, vel nutriendi. Verbum ἀγαπάω diligo, compositum ex ἄγαν et πάω, pp. notat magnam curam alicujus gero. A veteri Græco verbo πάω sunt Lat. pasco, pavi &c. nam à prima significatione curandi et nutriendi facile fluxit ea pascendi. Gustare et vesci nihil utique aliud est quam pascere se ipsum. Alienior est, primo adspectu, possidendi significatio. Hæc tamen etiam pulchre convenit. Hominum vetustissimorum divitiæ sitæ erant in pecoribus. Qui curabat, et pascebat, pecus, is possidebat. Proximum superest verbi πάω derivatum πατὸς, adfinem notans: pp. illum, quem quis velut possessionem sibi acquisivit; quo respexit Euripides, in Androm. vs. 641. γαμβρὸν πεπᾶσθαι generum acquirere, vel potius possidere: nam Præter. pass. hujus verbi semper habet possidendi vim, ut et Præteritum verbi κτάομαι. Παὸς autem Ionice pronuntiabatur πηὸς, unde remansit vox πηοσύνη, affinitatem significans. Πηὸς vero quum esset in linguam communem recepta, alteram formam Doricam vocarunt Grammatici, ex. gr. Scholiastes Nicandri de Theriac. vs. 3. A Præterit. perf. pass. πέπαμαι, πέπασαι, πέπαται, vel πέπασται, nomina quædam manarunt, Lexicographorum incuria fere obliterata. A prima persona superest πᾶμα, rem ipsam significans, quæ possidetur; in primis autem adhiberi de pecoribus, ex duobus veterum poëtarum locis licet æstimare. Theocritus in Fistula, oves et boves pastorum vocat ἱερατὸν πᾶμα amabilem possessionem, et, in Ara Dosiadæ prima, pecora appellantur πάματα Πανὸς Panis possessio. Illud autem πᾶμα, litera liquida duplicata, etiam pronuntiabatur πάμμα: quam formam Æolicam esse, credidit Eustath. ad Hom. Il. Δ. p. 376. Apud Apollodor. in Biblioth. p. 183. nomen invenitur πάμμων, filio Priami impositum, atque ea forma in compositis viget. Vid. nostr. Animadv. in Ammon. l. 3. c. 7. A secunda perf. Præt. Pass. ortum, πᾶσις, nuspiam in Lexicis vulgatis reperietur, sed apud Hesychium tantum [πᾶσις· κτῆσις]. Significat autem, secundum istam formam, actionem possidendi. Compositum certé ἔμπασις reperitur apud Hesychium, qui vocem ἐμπάσεις reddidit ἐγκτήσεις. A tertia Præter. pass. (cujus forma fuit duplex πέπαται et πέπασται) derivata remanserunt, quorum origo vulgo à Grammaticis ignoratur. A πέπασται, nempe, oriuntur voces Græcæ παστὸς et παστὰς, ac Latina pastor. A πέπαται remansit πάτος, unde ortum fuit πατέω: atque hinc demum patet, cur Medium πατεῖσθαι, vel, Ionico flexu, πατέεσθαι notare potuerit edere, vel vesci. Isto quidem significatu, qui à Lexicographis non adnotatus est, adhibetur hoc verbum ab Herodoto, et restitui debet Agathocli Cyziceno, apud Athenæum, l. 14. p. 650. ubi, pro πατέοντι, legendum est πατέονται comedunt, vescuntur. L. C. V.] [Addenda his sunt, quæ vir magnus dedit, in Adnotationibus in Adoniaz. Theocrit. vs. 90. p. 383. 384. Ceterum, quod supra jam à cel. Lennepio, nobisque, animadversum est, vix addubitare licet, quin πάω primariam notionem habeat premendi, premendo stipandi, densandique, unde orta dein significatio alendi, quasi cibis replendi et effárciendi. Inde certe πάτος via calcata, pavimentum, πῆς pp. compressus s. compactus, solidus &c. Plura vide in παιὰν, ubi notionem curandi, ex propria illa vi premendi, ita explicuit T. H., ut doceret, πάειν, curare, hoc sensu, idem esse quod premere, atque in rem incumbere. E. S.]

Πέδη vinculum pedum. Componenda vox cum Lat. pes, Gr. ποῦς, πέδον &c. Oriuntur à πέω, cui vicinum πάω premo, calco. [Πέδα, pro μετὰ, Dorice, in compositis potissimum, dici, Grammatici passim monuerunt. Vide omnino Maittair. p. 251. 252. et locos veterum ab ipso indicatos. Itaque recte legitur apud Hesych. πέδα· μετά: quem locum à correctionibus aliorum vindicavit cl. Albertius, in Periculo Critico, et in Animadvers. ad Hes. t. 2. c. 896. Utrum vero πέδα pro μετὰ, Dores simpliciter dixerint, per variam dialectum, literis π et μ, τ et δ, inter se permutatis, an vero πέδα, hoc sensu acceptum, diversa quadam ab origine sit repetendum, nondum satis apparet. Æmilius Portus ad Euripidis Phœniss. vs. 1034. de eo jam videtur addubitasse. Sane nimia foret ea literarum permutatio, qua pro μετὰ diceretur πέδα, neque ulla in lingua tales literarum mutationes fieri posse, existimem. Itaque πέδα hocce, pro diversa constructione, accipiendum potius vel pro Accus. Singulari antiquæ formæ πέδς, unde Lat. pes, pedis, ut πέδα idem sit, quod πόδα, id est, pedem; vel ita, ut πέδα, sive potius πέδ', pp. sit casus obliquus, vocis πέδον solum. Huc certe optime facit, quod Æmil. Portus l. 1. p. 15. conjecit, verbum πεδαμείβειν idem prorsus esse quod πέδον ἀμείβειν, h. e. solum permutare, solum transire. Idem vir eruditiss. rectissime τὸ πεδαίρειν exposuit per ἐκ πέδου [sive πέδου] αἴρειν, ex solo [vel humi] tollere, quorsum faciat illud Euripidis in Herc. Fur. vs. 872. "Vade in Olympum, o Iri, πεδαίρουσα γενναῖον πόδα, id est πέδοθεν αἴρουσα, solo attollens generosum pedem." Ceterum vix dubitandum videtur, quin alterum illud πέδη vinculum pedis, pp. sit Adjectivum f. g. à πέδος, η, ον, quod veteres formarint à Genitivo vocis πέδς, πέδος· uti factum est in aliis compluribus. Eadem ratio est vocis sequentis. E. S.]

Πέδιλον calceus. Ex πέδος, ab antiquo πὲς, Lat. pes, et ἴλος involucrum, ab ἴλω volvo: de quo supra. [Mallem simpliciter ducere à Dativo πέδι, ejusdem vocis πὲς, sive potius πέδς, quod eruditissimo Marklando et Valckenario nostro placuit: adjecta terminatione in λος, λη, λον. Conf. modo dicta in πέδη. E. S.]

Πέδον solum. A πὲς, cui vicinum ποῦς: vel a πέω premo, calco. Alio in loco vir celeberr. "Antiquum nomen Gr. πὲς, superstes in lingua Latina, et vicinum alteri ποῦς, peperit nomen πέδον, significans solum. Inde πεδίον campum vocant Græci, seu locum planum et patulum. Inde præterea nomen πεδιὰς, planitiem notans, quæ in Evangelio Lucæ, c. 6. 17. exprimitur per τόπος πεδινός. Est autem πεδινὸς Adjectivum, q. d. humi depressus, atque sic planus, campester, factum itidem à πέδον."

Πείθω impello ad aliquid faciendum. A πίω, nempe, vel πίω, repetendum. Inde persuadeo. Alibi fusius de hoc verbo vir celeberr. "Ab antiquo verbo πίω" inquit "oriuntur verba πείθω et πίθω: quorum prius superest. Posterius vero remansit in quibusdam temporibus, quæ verbo πείθω tribuuntur, nec non in variis derivatis. Significat autem πείθω, vel πίθω, ligo, alligo, quasi premendo adjungo, quæ notio manifesta est in derivatis, ut πεῖσμα et πίθος, quorum illud funem nauticum denotat, quo naves in littore alligari solent: πίθος vero dolium significat, quod, nempe, variis ex partibus compingitur et colligatur. [Vide Ampliss. D. Mestinghii Dissert. Philol. 19. de vocibus Belg. *tien* et *ton*.] Usu autem factum est, ut verbum πείθειν eximie tribueretur orationi, qua velut alium constringas, et tuæ alliges sententiæ: quod Latinis est persuadere. Eo sensu passim, cum aliis, tum præsertim oratoribus, tribuitur τὸ πείθειν, id quod finem esse orationis debere, præcipiunt Rhetores. Inde nomen Πειθὼ, quo eximie vocarunt deam persuasionis, vel etiam sic dixerunt vim orationis persuasivam, qua blande alium in tuam sententiam perducas. Altius autem verbum πείθω, inde translatum, aliquando significat idem fere, quod oratione placere, vel obsequi oratione: uti quibusdam in locis S. Scripturæ usurpatur. Conf. Matth. 28. 14. 2 Cor. 5. 11. Nec dissimilis ratio est loci Epist. ad Gal. 1. 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεὸν, ubi reddendum est, hominibusne, an Deo, obsequar, mea oratione, vel doctrina: ut manifeste declarant verba, quæ adduntur, ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ubi τὸ ἀρέσκειν placere satis explicat alterum πείθειν." [Idem verbum πείθομαι magnam difficultatem habet [in illo Agamemnonis apud Homerum] Il. A. 289. ἅτιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω. Scholiastes exposuit πρὸς ἃ οὐ πειθήσεσθαι. Censetur ἅτινα pendere ex præpositione, quæ reticetur, πρὸς, hoc fere sensu, ad quæ ipsum permoveri non posse puto, vel ad quæ illum nulla persuasione venturum esse puto. Verum enim vero τὸ πείθεσθαι alio modo apud veteres, alio apud recentiores, usurpatur. Apud Homerum sæpe ponitur pro obedire, persuaderi sibi ad obediendum pati. Verum etiam vim habet verbi πάσχω, patior. Hoc pacto constructio erit plana et haud impedita. Belgice: *'t geen ik niet denk dat hem overkomen zal.* Sic dicimus πάσχειν κακόν τι, vel ἀγαθὸν pati aliquid mali vel boni, affici malo aut bono. T. H.] [Verbum πείθειν ex origine significabat ligare. Funes, quibus navis terræ alligabatur, dicuntur πείσματα. Usus in hoc verbo est persuadendi, quasi dicas, blanda oratione aliquem ligandi, atque ad adsensum obligandi. A tertia Præter. Pass. πέπεισται fluxit πείστις, postea scriptum πίστις, fides, quæ persuadendo nos ligat. Hinc verbum πιστεύειν. L. C. V.]

Πείκω pecto, carmino. Forte componendum est cum πύκω, πόκω: oriturque à πέω impello, pungo. [Etymol. Πείκω καὶ πέκτω ἐστὶ τὸ κτενίζω· ὅθεν καὶ πεξαμένη. Ἢ παρὰ τὸ πέκω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, γίνεται πείκειν· σημαί-

νει τὸ ξαίνειν. Idem alibi, col. 655. Πίσκος σημαίνει κυρίως τὸ τοῦ προβάτου δέρμα. Παρὰ τὸ πείκω, πίκω, πίκος, καὶ πίσκος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ. Vere analogiæ ratio hæc videtur esse. A πίω, pp. premo, (cognato verbo alteri πάω) Perfectum fuit πέπικα. Hinc πίκω, in Futuro πίκσω, et, transposito σ, πίσκω: ut à πάω factum est πέπακα, πάκω, πάκσω, πάσκω. A πίω etiam fluxit πείω, ut à πάω, παίω: hinc porro πέπεικα, πείκω &c. Uti autem τὸ ξαίνειν radere involvit notionem quandam premendi, sive premendo cultrum radendi, sic πείκειν significationem illam τοῦ ξαίνειν videtur accepisse à primigenia premendi. Nemo enim nescit pectinationem sæpissime fieri cum pressione quadam manus adactæ. E. S.]

Πεῖνα, et Ionice πείνη, fames. Forte à πίω impello, premo. [Malim à πίω premo. Fame pressos Latine etiam dicimus, ut Belgice "*drukkende armœde, drukkenden honger.*" Unde fit, ut πεινᾶν etiam dicatur, pro pauperem esse. Πεινῶντες (Luc. 1. 53.) sunt pauperes, qui Græce alias πένητες dicuntur. Opponuntur enim, hoc loco, πλουτοῦντες divites. Πένης pauper, pp. laborando victum sibi parans, proximum est derivatum à verbo πένω. Hinc πείνω, πεινάω, significans egeo cibi, esurio. Forma verbi πεινάω (ut in Latinorum esurio) est Desiderativa. L. C. V.]

Πεῖρα conatus, inceptum. A πέρω impello, figo, transfigo: quod à πίω. Alio loco clariss. Lennepius: "Græcum πέρω transadigo nomen peperit πεῖρα, significans experientiam: quomodo Græce dicitur πεῖραν λαμβάνειν τινὸς experientiam facere alicujus rei; vel experiri aliquid. Sic πεῖραν ἔχειν τινὸς experientiam habere alicujus rei. Inde verbum πειράζω, significans pp. experientiam facio, atque inde experimento tento: quomodo speciatim interdum iis tribuitur, qui aliquem tentant, et sollicitant ad Venerem. Latius longe sumtum est à scriptoribus sacris, unde deductum nomen πειρασμὸς, tentationem, veluti, ad malum aliquod denotat." [Vide mox in πείρω.]

Πείρω transfigo. A πέρω, de quo ad πεῖρα. [Πέρω et πείρω perforando penetro. Inde Lat. pereo, peritus, periculum, quorum hoc postremum pp. nihil aliud significat, quam Gr. πεῖρα, seu tentamen, quo in rem aliquam penetrare nitimur. Istius verbi Præter. Med. πέπορα nomen produxit πόρος, h. e. porus, meatus, foramen. Hinc compositum ἄπορος pp. id notat, per quod exitus et meatus pateat nullus. Propria ista significatione, qua rarissime positum invenietur, occurrit apud Platonem in Timæo, t. 3. p. 25. commemorantem ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον πέλαγος mare infestum et scopulosum, per quod exitus vel meatus patet nullus. Hinc figurate ἄπορος notat pauperem, stupidum, dubitantem. Quæ videtur prima specie, in istis tribus, significationum pugna, illa, origine considerata, mox evanescet. Quis enim est pauper? is, qui nescit quo se vertat, atque adeo exitum suis rebus reperit nullum. Stupidus autem est, qui ad quævis obvia veluti impeditus hæret. Tandem, qui, in bivio cogitationum statutus, transitum non invenit, quique ignarus sit, quæ via è duabus sit eligenda, is dubitat. Ergo ἄπορος notat dubium, et, hinc productum, ἀπορέω dubius hæreo, dubito: quod verbum Latinum, utpote designatæ rei, flexu suo frequentativo, exprimendæ, aptissimum judicabat Jul. Cæs. Scaliger, pater, in Epistol. p. 466. De homine dubitante Theognis dixit, vs. 907. ἐν τριόδῳ ἕστηκα. Qui dubitat, inquit Plato, de Legg. l. 7. p. 799. stat, καθάπερ ἐν τριόδῳ γενόμενος, καὶ μὴ σφόδρα κατειδὼς ὁδόν. Scholiast. Sophocl. ad Ajac. vs. 179. ἀποροῦντες, inquit, οὐ καθ' ἓν ἵστανται &c. L. C. V.]

Πέλαγος pelagus, æquor. Componendum cum Lat. planus, quod à πελάω, πέλω, de quo suo loco. [Originem hanc vocis confirmare nonnihil videtur glossa Hesychii πέλαγος· πλάτος θαλάσσης, ubi vide, quæ notavit Albertius. A voce πέλαγος porro denominativum est verbum πελαγίζειν· τοὺς ὀδόντας συγκρούειν, quasi dixeris, maris instar fremere. E. S.]

Πέλανος libi genus. Compone Lat. planus, à πελάω. [et dicta in πέλαγος. Recte igitur Apollonius apud Etymol. c. 659: 19. πέλανοι λέγονται τὰ πόπανα, ἀπὸ τοῦ πεπλατύνθαι. E. S.]

Πελαργὸς ciconia. Ex πελὸς fuscus, et ἀργὸς albus, ["quoniam pennas habet albas et nigras." Vide H. Stephani Append. c. 1622. et scriptores ab ipso laudatos. E. S.]

Πέλας prope. A πελάω propinquo, quod à πέλω, de quo suo loco. [Etymol. Πέλας, καὶ τοπικὸν, καὶ χρονικὸν, καὶ ἐπὶ συγγενείας. Construitur cum Genitivo, ut Odyss. O. 257. ὅς τότε Τηλεμάχου πέλας ἵστατο. Unde verisimile est, πέλας pp. esse Accus. Pluralem, à Sing. obsol. πέλα, quod ductum à πέλω verto, pp. versionem, conversionem, circumversionem notet, et hinc, per ellipsin quandam Præpositionis, non aliter atque Arab. حول haula, pp. circumversionem, dein circa, circum, prope, significet, ut πέλας pp. sit pro κατὰ πέλας. E. S.]

[Πέλεια s. πελειὰς columba. A πελὸς niger vox repeti solet. Quia tamen Herodotus, l. 2. 110. et alibi, adjecta voce niger, μέλαιναν πελειάδα nigram columbam memorat, malim equidem ducere à verbo πελέω verto, inverto, ut columba πελειὰς dicta sit ab invertendo, quod sedem captura sæpius se convertat. Esse hoc isti avi maxime proprium, vel pueri norunt. Conf. etiam in πέλεκυς, ut πελεμίζω. E. S.]

Πέλεκυς securis. Nescio, an à πέλω: ut sit componendum cum Lat. pello. [A πέλω, πελέω, πεπέλεκα, analogice factum est πέλεκος, et πέλεκυς. A πελέω pp. verso descendit quoque Futur. πελέσω· unde Aoristus πέλεσεν Hesiod. Ἀσπ. vs. 36. et hinc novum verbum πελέσκω, quod dedit πελέσκεο, secundam Singularis Imperfecti Medii, semel lectam, Il. X. 433. ὅ μοι —— εὐχωλὴ κατὰ ἄστυ ΠΕΛΈΣΚΕΟ qui mihi gloria per urbem eras, pp. versabaris. Itaque et πέλεκυς securis à versando fortasse dicta: quam originem verbi πελέω confirmant hæc Etymologi, col. 659. 26. σημαίνει δὲ καὶ ἀναστρέφεσθαι· ὅθεν ὁ μέλλων πελήσω· ἐξ οὗ καὶ πόλος, ὁ οὐρανός. E. S.]

Πελεμίζω moveo, quasso, concutio: à πέλεμος, quod cum πόλεμος componendum, oriturque à πέλω, unde in Præter. Pass. πεπέλεμαι, et hinc πέλεμος. Vide porro in πέλω. [Esse autem πελεμίζειν pp., non adeo quassare, quam potius tremefacere, observavit Cl. Ernest. ad Il. N. 443. et Π. 612. cui interpretationi obest locus, Il. Π. 766. ubi βαθεῖαν πελεμιζέμεν ὕλην, haud dubie est versare, et hinc conquassare, concutere, κινεῖν, κραδαίνειν, uti exponunt Scholiastes, et Hesychius. Obsunt et alia poëtæ dicta, Il. Θ. 443. Π. 612. P. 528. Φ. 176. &c. quibuscum conferri poterit Etymol. c. 659: 28. qui πελεμίχθη reddidit ἐκινήθη, ἐσείσθη, simul opportune addens, ἀπὸ τοῦ πάλλω, ὡς οἶμαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πέλω: quod posterius ita verum est, ut tamen satis appareat, πάλλω et πέλω vicinæ significationis fuisse verba. E. S.]

Πέλλα mulctra, seu mulctrale, πέλμα planta pedis; πελὸς niger, aut fuscus; πέλτη pelta, scutum brevius, orta videntur à πέλω, sed ratio significationis est minus aperta. [Vide ad sequens πέλω.]

Πέλω sum. A πέω, quod notat agito, pello, versor, adsum. Alibi hæc habet Lennepius: "πέλω, et πέλομαι vulgo redditur adsum: pp. tamen magis significat versor in aliquo loco: πέλω enim Active pp. est verso. [Vide in Σπλάγχνον. Propria notio verbi hujus, πέλω, vix melius sentiri potest, quam ex derivato nomine πόλος, sive hoc repetieris à πέπολα, Præterito vulgo dicto Medio verbi πέλω, sive idem recta malueris ducere à πόλω, forma verbi πέλω vicina. Πόλος autem Lat. polus, manifesto dictum est à vertendo: quare et à Plinio redditur vertex. Vide Vossii Etymologicum, voce vertex, et Forcellinum, in polus. Qua de re alibi etiam Lennepius. "Vox πόλος" inquit "pp. significat versionem: unde ab Astronomis eximie tribui solet cœli cardinibus, in quibus, nempe, universum cœlum vertitur suo axe: unde dein ab Astronomis transfertur ad ipsum cœlum. Generalis autem notio versandi maxime spectari solet in voce πόλος, quando cum aliis componitur; quemadmodum inter alia in οἰοπόλος, i. e. qui versatur circa oves, pastor ovium &c. Simili ratione ὀνειροπόλος dicitur, qui versatur circa somnia, atque adeo interpres somniorum." Hactenus ille. A πέλω porro est περιπέλω, et περιπέλομαι, cujus Participium περιπελόμενος contractum est in περιπλόμενος: unde περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. Od. Λ. 247. pp. sonat circumvertente anno, vel circumvertente se anno, h. e. dum annus circumvolvitur, vel se ipse convertit, anno affecto (ut Favorinus apud Gellium, Noct. Attic. l. 3. 16. reddebat) qui nondum ad finem ipsum, sed proxime finem, progressus deductusve erat. Conf. Il. Ψ. 833. Od. A. 16. et Il. Σ. 220. ubi δηΐων ἄστυ περιπλομένων pp. est hostium vertentium se, vel versantium circum urbem. Sic et ἀμφίπολος eximie minister, ministrave vocatur, circa dominum dominamve versans: de qua notione plura diximus, occasione verbi גיל significantis sollicite observare, ad Ps. 2. 11. Ex quibus jam satis constabit, opinor, πέλειν et πέλεσθαι pp. idem esse quod Lat. versari, unde notat adesse alicui, q. d. versari circa aliquem. Vide Il. A. 284. Γ. 287. Δ. 450. E. 511. Θ. 64. &c. Ceterum à πέλω (media consonante geminata) est πέλλω, Lat. pello, pepuli &c., cognatum alteri πάλλω, quod notionem habet vibrandi, movendi, atque adeo commovendi, ut in illo Ciceronis de Clar. Orator. c. 87. Longi sermonis initium pepulisti Attice &c. E. S.]

Πέλωρ monstrum. Forte à πέλω [verto. Ridicula videtur etymologia, qua dictam vocem nonnulli voluerunt, "quasi πέλας ὄρους ὂν τῷ μεγέθει, quod magnitudine proxime ad montem accedat." Vide H. Stephani Append. c. 1628. Quemadmodum enim ab ἄχω est ἀχὼρ, ab ἴχω, ἰχὼρ, ab ὕδω, ὕδωρ, ab ἴλω, ἴλωρ et similia, utque à κάω est κάστωρ Castor, &c. et omnia nomina Latina in or et os recta à verbis in o descendunt, amor ab amo &c. eadem utique analogia, à πέλω, pp. id notans, quod vertat, sive advertat ad se alliciatque oculos hominum. Itaque πέλωρ ad amussim respondet voci Hebr. מוֹפֵת. E. S.]

Πέμπω mitto. Compone πέω, impello. A πέπω [inserta μ sive ν. Ab eodem verbo πέπω verisimiliter admodum descendit vocabulum πέπων, πέπονος, quod redditur "pp. coctus, excoctus à sole, et hinc mollis, ignavus:" porro πόποι, πόπαξ, πόπανον de quibus infra suo loco. Videtur autem nostrum πέμπω, pro πένπω, rectissime repeti à πέω pello, impello: cujus propriæ significationis clarissima vestigia sunt in illo verbi usu, quo exponitur procul amandare, q. d. propellere, vel cum vehementia quadam depellere, at in illo Odyss. I. 461. τὸν κριὸν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε, et πέμπειν φόβους, apud Platonem, quod Cicero reddebat incutere terrorem. Debemus hæc H. Stephano, Thes. t. 3. c. 196. apud quem reperias quoque ἀποπομπὴ depulsio sceleris, ἀποπομπαῖος depulsorius, et similia. E. S.]

Πέμφιξ flatus. Componendum forte cum πέμπω. [Est ejusdem formæ vox ac σμῶδιξ vibex. Etiam pro bulla, quæ in aquis et humidis quibuslibet, flatu quodam, extruditur, et supernatat, à Nicandro dici, in Theriac. vs. 272. annotavit H. Stephanus; ubi Scholiastes explicat, ejusdem originis et formæ, voce πομφόλυξ, quod à πόμπω, ut πέμφιξ à πέμπω, forma vicina. E. S.]

Πενθερὸς socer. Nescio an componendum sit cum πένθος mœror, et hoc cum πάθω, πόθω, unde πέπονθα, quod ad πάσχω refertur. Vide et πόθος. [Hesych. πενθερὸς τῷ νυμφίῳ ὁ τῆς κόρης πατήρ· καὶ πενθερὰ, ἡ μήτηρ. Τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γαμβροῦ. Alioquin ὁ γαμβρὸς, eodem docente Lexicographo, vocatur ὁ ἀνὴρ τῆς θυγατρός. Jam vero statim in oculos incurrit, quemadmodum γαμβρὸς, pro γαμερὸς, est à γάμος, ita πενθερὸς à πένθος, eadem analogia, duci potuisse: ut utrumque tam γαμβρὸς, quam πενθερὸς, pp. sint formæ in ερὸς, ab alia simpliciori in ος derivatæ.— Πένθος est luctus, sive potius passio, aut (qua voce Hesychius explicat) συμφορὰ eventus, in utramque partem, sed in primis infelix. An igitur πενθερὸς pp. is est, qui eventuum tam prosperorum, quam adversorum, quales in eadem gente sæpe existere solent, particeps, iisdem læte adficiatur, aut una indolescat: unde porro tam generum significaverit quam socerum? E. S.]

Πένομαι facio opus. A πένω, πέω, agito. [Uti verbum obsoletum πάειν (indice T. H. superius in παιάν.) pp. valuit premere, dein in rem incumbere studiosius, quæ vis primaria notissima quoque est in Hebr. עָשָׂה, incubuit, operam rei dedit: ita à πέω (cognata forma alteri isti πάω) facillime repeti potest nostrum πένω, quod Eustathius ad Il. B. 291. p. 222. 38. exposuit τὸ σπουδαίως ἐνεργῶ, indeque deduxit τὸ πένης, et γηπόνος, qua voce agricola dicitur gnaviter operi suo incumbens. Intelligetur jam simul, qua ansa idem nostrum πένομαι accipiatur pro pauperem esse, sive pp. opus faciendo vel laborando victum sibi quærere. Conf. L. C. V. in voce πεῖνα. E. S.]

Πέντε quinque. Forte Æolicum πέμπε, componendum cum πέμπω mitto. [Videtur πέμπε, Lat. quinque, (Π enim est. Lat. qu, ut in quidquid, quod Osci, teste Festo, pronunciabant pitpit) πέμπε, inquam, videtur pp. esse Ablat. Sing. absolute positus, à Nominat. veteri πέμπις, missio, emissio, ut πέμπε sit pp. emissione vel projectione manus, quo actu numerum V. significare solemus. Quod si vere conjecerim, facile patebit, alterum πέντε vix illinc differre, ductum quippe à Nomine πέντις, adfini alteri isti πέμπις. Ceterum, pro πέμπε, in forma Ablativi, veteres videntur etiam dixisse πέμπι, Lat. quinqui: unde Latinis quinqueplico et quinquiplico, quinqueremis et quinquiremis &c. E. S.]

Πέος penis. Componendum cum πούς, à πέω. [Etymol. πέος σημαίνει τὸ αἰδοῖον οἶμαι κατ' ἔλλειψιν τοῦ σ, ὅτι σπᾷ καὶ ἐντείνεται κ. τ. λ. Indicavit cel. Lennepius, in πένομαι, formas fuisse sibi invicem cognatas πέω et πένω. Ergo à πέω fuerit πέος, à πένω autem penis. Quodsi jam porro contuleris, quæ de indole vicinæ formæ πάω, in παρὰ diximus, itemque in πένομαι, ratio appellationis vocabulorum πέος et penis facile in oculos incurret. Plura addere pudor vetat. E. S.]

Πέπερι Piper. [Etymol. πέπερι παρὰ τὸ πέσσω, πέπτω, τὸ εἰς πέψιν ἄγον τῇ θερμότητι τοῦ πνεύματος, sive "quod calore suo coctionem juvet." Sed valde dubito de hoc etymo. Est πέπερι arbor Indica, ideoque nomen habere videtur barbarum. Plura de voce dabit Appendix Stephani, c. 1631. E. S.]

Πέπλος peplum. Pro πέπελος, à πέλω verso, quasi involucrum. [Eandem derivationem præiverat Etymologus "πέπλος· οἱονεὶ περίπολός τις ὤν, ὁ περὶ τὸν φοροῦντα περιπελόμενος, καὶ εἰλούμενος. Ceterum, et alia forma, in ον, πέπλον, commemoratur ab Hesychio, cui plane respondet Lat. peplum. E. S.]

Πέπτω coquo. A πέπω, quod à πέω agito, pello. ["Πέπτειν est à primitivo πέπω, in Præter. Med. πέποπα· unde πόπος, et fœm. πόπη. Hinc πόπανος et neutrum πόπανον, quod, Substantive positum, significat libum, vel placentam. Πέπτειν autem proprie significat coquo, ut πέπτειν ἄρτον coquere panem, quod Latini quoque dicunt. Pro πέπτω dixerunt etiam πέττω, ut ὄπτομαι et ὄσσομαι, ἐνίπτω et ἐνίσσω &c. Unde apud Aristophanem est περιπέττειν macerare panem eique crustam obducere: unde figurate ponitur pro rem deterioris notæ specie quadam involvere et obtegere. Sic Clemens Alexandrinus dixit περιπέττειν τὸ σῶμα χλαμύσι πορφυρέοις corpus, non formosum, chlamydibus purpureis obcrustare, sive obtegere, et sic speciem formosam addere. Περιπέττειν τὸ ψεῦδος mendacium obcrustare et specie quadam veritatis obducere &c.

T. H.] [Latinorum coctum Festus à cogendo dici putabat, quia coquendo coërcetur. Vide Vossii Etymologicon. Malim equidem τὸ coquo (quod veteres coco pronuntiabant) recte ducere à πέπω, forma cognata alteri πέπω et πέσσω. Literæ π et κ (sive Lat. c et qu) sæpissime fuerunt permutatæ. Ceterum ab antiquiori isto πέπω superest πέπων, pp. coctus, seu excoctus à sole, ad maturitatem perductus, maturus: dein mollis, mitis, suavis. Vide H. Stephani Thes. t. 3. c. 230. b. De origine vocis dicemus in πέσσος. E. S.]

Πὲρ. A πέρω, de quo suo loco. Compone περί. [Particula hæc, vulgo expletiva dicta, per retractionem Accentus videtur dicta fuisse, pro περί. Ita certe, pro ἐνὶ dictum ἐν, pro ἐπὶ, ἐπ', pro ἐπὶ, ἐπ'. Plena igitur forma voculæ hujus fuerit περὶ, à Græcis Latinisque eadem ratione apocopatum in πὲρ, sive per. De quo nemo dubitaverit, qui componat, Gr. περιδεὴς, περικλυτὸς, περικτυπέω, περιμένω, περιπλεκτὸς, περιφιλέω, cum Lat. pertimidus, percelebris, perstrepo, permaneo, perplexus, perdiligo &c. Ergo, siquidem eadem analogia nostrum πὲρ se habeat ad περὶ, qua ἐν ad ἐνὶ, ἐκ ad ἐκὶ, ἐπ' ad ἐπὶ, nostrum πὲρ, (sive potius περὶ) pp. fuerit Dativus vel Ablativus Singularis obsoleti nominis περὶς, quod à πέρω transeo, sive potius premo, et premendo aut cum vi quadam penetro: ut περὶ pp. sit penetrando, sive penetratione; mirandumque adeo non sit, primariam hujus Particulæ notionem à cl. Hoogevenio, Doctr. Part. cap. 44. sect. 1. p. 1040. redditam fuisse per omnino, penitus, quasi penetrando in rem, ut in illo Homeri, ibidem laudato, οὐδέ νύ πώ ΠΕΡ ἐπεφράσω ne nunc quidem adhuc penitus intellexisti, id est pervidisti, et rem quasi penetrando cognovisti. Ita in compluribus aliis, ibidem à cl. Hoogevenio observatis. Sed confer. in περί. E. S.

Πέρα ultra. A πέρω. [Est, nempe, πέρα nostrum, pro πέρᾳ, pp. Dativus, sive Ablativus Singularis, vocis πέρα, pp. penetratio. Vide dicta in πεῖρα, πέρας, et πείρω. Pro πέρα etiam adhibuerunt πέραν, vel πέρην, id est, casum Accusativi ejusdem vocis πέρα, absolute positum: unde jam facile intelligetur, quare Particulæ πέρα et πέραν post se habeant casum Genitivi, ut in his, πέραν θαλάσσης, πέρα πίστεως, ultra mare, supra fidem, pp. transitu, vel pervasione maris, fidei &c. Et sic πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, Hesiod. Theog. vs. 215. 274. πέρην ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, Il. Ω. 752. &c. Conf. et cel. Lenn. in πέρας. E. S.]

Πέρας finis. A πέρω. Alio loco vir cel. "Verbi πέρω, (unde ortum πείρω Lat. penetro) inter alia derivata sunt πέρα, et πέρας. Prius Genitivo junctum eximie valet ultra, vel supra, vel simile quid: atque ita dicitur πέρα τοῦ δέοντος. Inde etiam πέραν eximie refertur ad terminum ulteriorem, atque ita Genitivo frequenter jungitur, ut πέραν θαλάττης, i. e. in ulteriore maris litore. Alterum πέρας, πέρατος, Substantive positum, generatim terminum quemcumque et finem denotat, atque ita à scriptoribus Græcis sæpe memorantur πέρατα γῆς, quod, poëtis familiare, etiam legitur in Evang. Lucæ, c. 11. 31. In Epist. ad Hebr. 6. 16. figurate ponitur de jurejurando, quod veluti terminus controversiarum, in multis causis, est et earum solutio: quemadmodum πέρας inter alia quoque ab Hesychio redditur per λύσις."

Περάω transeo. A πέρω, unde πείρω. [A πέρα, pro πέρᾳ, Dativo sive Ablativo antiquo Singulari vocis πέρα, πέρης, videntur descendisse nostrum περάω et alterum περαίνω, de quo ita T. H. "Περαίνω ad finem perduco, est à πείρω transfodio, perfodio, transeo. Jam πέρας significat, quo usque aliquis transire potest, i. e. finem. Ita etiam usurpatur πέρα, unde est περαίνω rem veluti perforatam ad finem perduco." E. S.]

Πέρδω pedo. Factum à sono. [Futurum secundum habere dicitur παρδῶ, Aoristum secundum ἔπαρδον, Præteritum Med. πέπορδα: sed hæc videntur potius ducta à formis vicinis πάρδω, παρδέω, πόρδω. A postremo hoc certe æque πορδὴ ac περδὴ crepitus, et alia fortasse, ut πρωκτὸς podex, contracte, pro πορωκτός. E. S.]

Πέρθω diruo. Dictum pro περάθω, à περάω, quod à πέρω. [Etymologia hæc multo verisimilior est illa veterum à περιθέω, τοῦτ' ἔστι περιτρέχω τὴν γῆν, καὶ τὴν πόλιν. Latini, θ emollita in δ, dixerunt perdo, ut in θεὸς deus, ἔνθε, sive ἔνθεν, inde similibusque. Nisi cum J. M. Gesnero tenere velis, perdere Latinorum verbum esse compositum ex per et dare sive vetus dere, quod in addere, abdere, condere item remansit. Esse autem verbum perdere vere compositum ex per et dere, non simplex, suadet magnopere vetus forma Præsentis Subjunctivi perduim, perduis, perduit &c. quæ terminatio etiam est in simpliciori do, ut in illo Terentii, Andr. 4. 1. 43. At tibi dii dignum factis exitium duint! E. S.]

Περὶ circa, circum &c. Componendum est πὲρ, πέρας. Notat autem circum, quasi in extremis terminis. [Diximus supra, in πὲρ, voculam hanc περὶ pp. videri esse Dativum Singularem obsoleti Nominis περὶς, quod haud dubie à πέρω penetro, transeo. Itaque περὶ pp. foret q. d. penetratione ad extremum terminum, ut Lennepii verbis utar, sive ad ipsam usque rei peripheriam: unde notionem acceperit τοῦ circum vel circa. Sentietur prius istud penetrandi etymon quam maxime in Latinorum per, ex περὶ nostro haud dubie facto; ut v. gr. in isto Horatii, "per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes, et altero Virgiliano, "It hasta Tago per tempus utrumque" in verbis item compositis peragere, percolare, percribrare, peredere, perfodere &c. Significationem vero τοῦ circum vel circa, in eodem nostro περὶ, siquidem, ex notione ista penetrandi ad ambitum rei usque, nimis forte subtiliter repeti tibi videatur, poterit etiam commodius aliquanto arcessi ex primigenio isto premendi usu, in Gr. πέω (antea à Lennepio jam indicato:) ut, nempe, περὶς pp. fuerit pressio ab omni parte rei facta, nostrumque adeo περὶ pp. sit pressione, et quasi circumstipatione, undique imminente. "Περὶ," inquit cl. Hoogeveen, l. 1. p. 1042. "est circum, undique, ab omni parte, περικαλλὴς undique pulcer, περίλυπος undique tristis; apud Evangelistam Matth. 26. 28. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου Anima mea undique tristitia est obsessa.—Sic περίτρομος, περίφρακτος &c. Hactenus ille, et rursus Lennepius noster, alio loco. "Verbum περιέχεσθαι," inquit "vi præpositionis περὶ, significat pp. ab omni parte circumdatum teneri, ut v. gr. corpus vestimento, anima humana, ex opinione Platonicorum, corpore et ossibus. Inde transfertur verbum ad varias res, quibus quis totus tenetur, vel continetur, atque ita tum alibi, tum apud Lucianum, Dial. Mortuor. 1. 19. est accipiendum" &c. Sentietur idem hoc perfacile ex formula illa οἱ ΠΕΡῚ Ἀλέξανδρον, quæ synonyma est alteri isti οἱ ἈΜΦῚ Ἀλέξανδρον, de quibus doctissime Hoogevenius noster ad Vigeri Idiotism. p. 7. 8. 405. 591. E. S.] ["In compositione τὸ περὶ plerumque notat circum, velut in περιπατεῖν, περιστρέφειν, et aliis centenis. Sed in paucis compositis περὶ intendit significationem simplicis, ut in περικρύπτειν, studiose occultare. Περιμένειν, æque ac διαμένειν, significat usque exspectare, et Latine permanere. Qui in lætitia modum excedit, dicitur περιχαρής· valde meticulosus περίφοβος, et περιδεής· "qui immoderata tristitia prostratus jacet, περιαλγὴς dicebatur et περίλυπος. Postremum illud apte adhibuerunt Evangelistæ, de Jesu, in horto Gethsemanis, quando, sub forma hominis, deum tegens, et peccatorum humanorum pondere pressus, pæne opprimeretur: tum Jesum fuisse scribunt περίλυπον Matthæus, Marcus et Lucas." L. C. V.] [Eadem vis præpositionis per apud Latinos, notissima est in peracutus, perangustus, perarmatus, perblandus, percandidus, perdiligens, perjucundus aliisque permultis. E. S.]

[Περιστερὰ columba. Multum laborant Lexicographi, in vera hujus vocis Etymologia exquirenda: quam primus videtur indicasse cl. Bos, in Dissert. de Etymol. Græca p. 36. "Meo judicio," inquit "derivanda vox est à περισσότερα abundantior, copiosior: unde, per syncopen syllabæ σο, habes περιστερά. Ratio denominationis non longe petenda: est enim revera abundantior avis, quia sæpius parit in anno." Nimirum "à περὶ, observante cel. Lennepio, oritur Adject. περισσὸς pp. notans id quod redundat: unde eximie tribuitur numero impari, q. d. numerum parem excedentem. Opponuntur, nempe, apud Græcos, ἀριθμὸς ἄρτιος numerus par, et ἀριθμὸς περισσὸς numerus impar. Generatim autem περισσὸς notat quod supra modum velut est" &c. E. S.]

[Περκνὸς, et, rarius usurpatum, περκὸς niger, sive potius nigris distinctus maculis: ut egregie probavit H. Stephanus, in Append. c. 1651. Ductum autem est à πέρκω, quod verbum, Græcis Latinisque perditum, lingua Gallica nobis servavit in suo percer. Stirps ejus analogice est πέρω, unde πέρκω, ut à δέρω, δέρκω &c. Jam vero πέρω pp. est penetro, transadigo. Vide in πεῖρα. Ergo et percer Gall. (ut est in *Nouveau Dictionaire de l'Academie Francoise*,) significat penetrer; aut, ut Furetiere exposuit, "*faire une ouverture avec un instrument pointu.*" Hinc liquet, primariam notionem esse pungere, pungendo penetrare, et pungendo notare, distinguere. E. S.]

Περόνη fibula. A πέρος, quod à πέρω, unde πείρω. [Rectissime igitur Etymologus: Περόνη παρὰ τὸ πείρειν, ὅ ἐστι κεντᾶν, καὶ διαπερᾶν. Conf. etiam in περκνός. E. S.]

Πέρπερος levis, vanus. Forte reduplicatum, pro πέρος, à πέρω. [Hinc verbum περπερεύεσθαι, de quo ita L. C. V. "Περπερεύεσθαι non significat perperam agere, et tamen Græcum πέρπερος, in origine sua, idem est ac Latin. vocabulum antiquum perperus, quod Nonius Marcellus interpretatur indoctum, stultum, rudem &c. Adfert etiam vocem, Accii Tragici testimonio stabilitam, perperitudo, quam reddidit levitatem.—Teneatur, πέρπερος apud Græcos significare jactatorem, et περπερεύεσθαι verbis se jactare et ostentare. Hæc est vera sententia Casauboni, in Casaubonianis explicita. Ἀλαζονεύεσθαι itidem notat jactare se, sed pp. de illo ponitur, qui mendax falsa de se jactat, quum contra περπερεύεσθαι dicatur, qui illa, quæ ipsi vere insunt, bona nimia jactatione elevat et ostentat: atque isto sensu verbum nostrum usurpavit Paullus, 1. Ep. ad Corinth. 13. 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται vir charitate præditus charitatem istam verbis non jactat. Additur enim: οὐ φυσιοῦται non inflatur. Itaque recte Glossator Sacer ad h. l. p. 133. περπερεύεται explicat, in istum sensum, κατεπαίρεται valde elevat sese. Hesychio, πέρπερος est ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος qui cum jactatione se extollit. In Excerptis etiam è vetusto Glossario, πέρπερος redditur vanus. Succedat nunc valde notabilis locus Scholiastæ Sophoclis ad Antigon. vs. 330. Is, quum verba Sophoclis, Κόμψευε νῦν τὴν δόξαν, explicuisset σεμνολόγει τὴν δόκησιν, i. e. verbis exorna sententiam tuam, mox subjicit: κομψοὺς γὰρ ἔλεγον, οὓς νῦν ἡμεῖς περπέρους (male vulgatum περπείρους) καὶ πολυλάλους φαμέν" &c.

Πέρυσι superiori anno. Forte cum περὶ componendum. [Quemadmodum βότρυσι est Dativus Pluralis, à Sing. βότρυς, μάρτυσι à μάρτυς, et similia plurima: ita vix dubitandum videtur, quin πέρυσι nostrum pp. sit Dativus antiquus Plur., per ellipsin quandam Præpositionis, ἐν, ἐπὶ, vel similis, Adverbialiter positus. Nominativus Singularis, hoc pacto, fuerit obsol. πέρυς, quod cum πέρας componendum, ortumque videtur à πέρω, unde πείρω transeo. E. S.]

[Πέρω. Stirps in Præsenti quidem tempore obsoleta, unde tamen remansit Futurum πέρσω, quod verbo πέρθω tanquam proprium cessit. Origine plane eadem sunt πέρω, πείρω, πέρθω. Conf. supra in πεῖρα et πείρω. E. S.]

Πεσσὸς, seu Πεττὸς, calculus lusorius. Compone πέσσω, πέπω, πέπτω. Dicitur forte ab agitando, impellendo. [Etymol. Πεσσοὶ, βόλια κυβιστῶν —— Ἔστι πέτω, ὁ σημαίνει τὸ καταπίπτω· ὁ μέλλων, πέσω· ἐξ αὐτοῦ ὄνομα πεσσὸς, ὁ πίπτων ἐν τῷ βάλλεσθαι, καὶ τροπῇ πεττός &c. Ceterum aliud est πεσσὸς, pro quo apud Latinos usitatum nomen pessum, in forma neutra, quod exponitur medicamentum molli lana compositum, de quo Celsus, L. V. 21. Nempe à subigendo et emolliendo dictum: unde etiam verbum πέπτω, πέσσω, coquendi notionem accepit, q. d. calore subigere et emollire. Quin et à pessus illo etiam Latinis forma diminutiva pessulum mansit, apud Cœl. Aurelianum, Acutor. l. 3. 18. neque dubitandum est, quin aliud Latinorum pessulus, pro vecti, quo fores occlusæ obfirmantur intus, similis originis vox sit: nempe idem quod cognatum Græcum πάσσαλος à premendo et obfirmando appellatum. E. S.]

[Πέσσω subigo, emollio. Est forma verbi Æolica, pro qua communis lingua usurpat πέπτω. Usus ille proprius subigendi (unde notionem coquendi indicavimus supra in πέπτω et πέσσος) clare superest in Homerico (Il. Θ. 513.) ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ, id est, καταπραΰνῃ, θεραπεύῃ, emolliat, mitiget, leniat, uti Hesychius exponit in πέσσει. Vide et omnino Il. Δ. 513. I. 61. Ω. 617. 638. Od. H. 119. E. S.]

Πέταυρον pertica. Forte à πετάω extendo. [Nimirum à πετάω, πεταύω, est πέταυρον, h. e. τὸ πέταλον, πλατύ· Uti docte jam dudum observavit Guijetus, laudatus à cel. Albertio ad Hesych. in hac voce: ubi plura reperies. E. S.]

Πετάω pando, explico. A πέτος, quod à πέω agito, impello: unde expando. Alio loco vir cel. "Verbi πέτω propria potestas est in motu, quo quid expandas. Quæ virtus expandendi remansit in verbo πετάω, et, inde facto, πετάννυμι, Medioque πέτομαι, vi sua reciproca significante quasi memet expando, vel alas meas expando. In usu inde significavit volare. A πέτω derivata denuo fluxerunt πετάω, et contractum πτάω, unde factum πτῆμι volo, volare: præterea πετέω, et contractum πτέω, unde deinceps πτέρω, proximum nomen peperit πτέρον, alam significans. Hinc verbum πτερόω, nec non πτερύσσω, à quorum priori πτέρωμα, à posteriori superest πτέρυξ. Ab hujus Dativo πτέρυγι nomen Diminutivum est πτερύγιον, nec non verbum πτερυγίζω, quo eleganter Græci usi sunt de pullis avium, quando motis alis nituntur volare."

Πέτομαι volo. A πέτω, de quo ad πετάω. Est quasi memet impello extensis alis. [Sive magis proprie, ut videtur, memet expando: ut vir cel. ad πετάω monuit. Vide et inferius in πέτω. E. S.]

Πέτρος lapis à πέτω impello. [Si πέτρος adhiberetur proprie de lapide saxove minori, quod manu volveretur, atque adeo impelleretur, vel et jaculando emitteretur, haud multum isti derivationi refragarer. Quia tamen πέτρος, et fœmininum hujus πέτρα saxum potius grandius, rupem, scopulumve denotant, malim equidem à πέτω expando, deinde etiam immineo, minor, minitor, in voce nostra πέτρος, eam scopuli notionem repetere, quasi dixeris expansum longius, et proxime imminentem mari, vel et minitantem, minantem scopulum. Uti apud Virgilium est Æneid. l. 1. 166. Hinc atque hinc vastæ rupes geminique minantur in cœlum scopuli. Hoc adspectu à πέτω expando primum fuerit πέτος, hinc vero πέτερος, πέτρος, πέτρα. E. S.]

Πέτω verbum est, in Activa forma, Græcis deperditum, Latinis servatum, quorum quidem notissimum est peto, petivi, petitum, petere. Proprie significavit i. q. pandere, expandere, et hinc, intransitive, expandere semet, vel expansis alis aliquo versum niti: quod Græci dixerint πέτεσθαι, in forma verbi Media. Latini propriam hanc verbi sui petere virtutem eleganter videntur indicasse verbo composito adpetere, quippe quod, si solvatur, nil aliud est, quam petere ad, h. e. expandere se, vel alas, manusve suas, ad aliquid extendere. Sentietur vis illa verbi propria in phrasi appetere manibus, id est, expansis porrectisve manibus aliquorsum se extendere, ut res capiatur. Itaque et jugulum petere, eloquentiæ principatum petere,

gloriam petere, &c. pp. videntur esse extensa, exporrectaque manu, illuc festinare, et festinanter ferri. Egregie indolem hujus verbi explicuit cel. Perizonius ad Sanctii Minervam, l. 4. c. 4. p. 590-592. §. 46. Cujus observatis addi tantum velim, notionem illam celerrimi motus volandique, in πέτεσθαι, haud dubie aliam agnoscere primariam, quæ est expandere se, unde πέτεσθαι pp. significet expandendo se alasve suas festinanter ferri. Comparatio derivati nostri πετάω extendo, explico, dubitandi ansam vix relinquet. E. S.]

Πεύκη picea. Forte componendum cum πύκω condenso, cui verbo etiam cognatum est Adjectivum παγύς. [Videtur nostrum πεύκη esse forma fœminina, ducta à masc. πεῦκος, quod à simpliciori πέκος. Huc certe faciunt illa Etymologi: Πικρὸς, παρὰ τὸ πεῦκος, τὴν πικρίαν σημαίνει —— ἢ παρὰ τὸ πέκος, ὃ σημαίνει τὴν πεύκην κ. τ. λ. Itaque dixerunt πεύκω et πύκω, ut τεύχω et τύχω. A πεύκω igitur facta πεῦκος, πεύκη, πεῦκον, pp. densus, sive compactus, a, um. Unde fortasse et Herculi datum cognomen Πευκεὺς, ab Etymologo commemoratum, in voce κὴρ, col. 511. 29., q. d. duriter compactus, robustissimus. E. S.]

[Πῇ et πη: illud circumflexum cum iota subscripto, hoc encliticam particulam exhibens. Utrumque origine idem est, et pp. notat qua, scil. ὁδῷ, i. e. via: uti rectissime docuit cl. Hoogeveen, Doctr. Particul. L. Gr. cap. 45. Itaque πῇ, qua via? est interrogativum, πη autem, aliqua via, sive aliquo, adhibetur extra interrogationem. Quibus addi potest, à πῇ isto, vel πη, pp. non nisi generis terminatione, diversum esse alterum ποῖ, sive ποι· quippe quod pp. est Dativus sive Ablativus Singularis, masculini vel neutrius generis, idque formæ antiquæ, derivatus ab eodem Nominativo πὸς, cujus casus forma fœminina est πῇ, sive πη, aut πᾷ, pro παί. Olim enim, uti ab οἶκος dixerunt primum οἴκοι, (dein οἴκῳ) utque à τιμὴ, ἡμέρα, formata sunt τιμαὶ, et ἡμέραι, unde porro contracta τιμῇ, ἡμέρᾳ, sic à πὸς, πὴ, facta sunt ποῖ, et παὶ sive παὶ, et contracta πᾷ sive πῇ. Quæ quidem aliquanto fient evidentiora, si observes, simili ratione etiam in Plurali dictum fuisse ποῖς, et dein πῷς, ut λεῷς pro λεοῖς. Itaque et πῷς quo modo pp. est quibus, sc. modis viisve, ab eodem πός. Pro ποῖ dixerunt primum πῷ, dein πω, cum accentu rejecto ad præcedentem vocem, tanquam encliticam. Quin et vocula ποῦ ubi ejusdem plane est originis. Est, namque, pp. Genitivus à Nominativo obsoleto, quem diximus, πὸς, πὴ, quod Latini pronuntiarunt quis, quæ &c. Tandem ab eodem πὸς derivanda quoque esse πότε, et ποτὲ, optime jam perspexisse videtur vir eruditissimus, in Lexico Hedericiano. Dixerunt, nempe, πότε, pro ποῖτε, compositione facta ex ποῖ, sive πῷ, et vocula τε. Veteres pro ω scribebant ο, dein iota subscriptum neglexerunt, ut alibi sæpissime Græci fecerunt, et Latini faciunt semper, in Dativo et Ablativo Sing. Declinationis secundæ. E. S.]

[Πηγὴ fons, scatebra. A πάγω figo, pp. quasi scaturiginis fundus, vel cui infigitur aqua saliens. [Etymologus nostrum πηγὴ repetebat à πηδῶ salio. Hunc secuti sunt plerique Lexicographi recentiores. Sed nimis dura est literarum δ et γ permutatio, quam ut illuc consugere liceat. Accedit, quod πηγαὶ ἄνυδροι commemorentur ab Apostolo Petro, 2 Epist. 2. 17. Hoc si, ad proprietatem istam, à πηδάω ductum, vertendum foret "salientes fontes sine aqua, vel aqua carentes," ecquis mortalium non intelligat contradictionem, quam Philosophi dicunt, in adjecto? Etiam ab Hesychio commemorantur πηγαὶ τῶν ὀφθαλμῶν, quæ explicantur οἱ πρὸς τῇ ῥινὶ κανθοὶ, anguli oculorum ad nares. Itaque longe rectius instituit cel. Lennepius ipsum scaturiginis fundum intelligens, i. e. foramen, sive aperturam illam, unde aqua prosiliat, terræ quasi infixum, et Hebraice quoque עַיִן, i. e. oculum, dictum: quod ipsum Lat. oculus, est ab ocus, hoc vero ab oco, ὄκω, similiter pungo. Alia longe res est in πίδαξ, quod vide in πηδάω, et infra suo loco. E. S.]

Πηγνύω, seu πήγνυμι, compingo. A πήγω, vel πάγω, figo, quod à πάω, de quo supra. [Vide dicta in πάγη —— πάγω.]

Πηδάω salio, i. q. πιδύω, πιδάω, unde πίδαξ fons saliens. Oriuntur à πάω, πίω, agito, impello. [Observanda hac occasione iterum est mira vicinitas literarum δ et λ, quas toties confudit ipsa lingua Græca et Latina. A πηδάω est πηδηθμὸς pp. pulsus, uti v. gr. in πηδηθμὸς φλεβῶν pulsus arteriarum. De hoc quidem si nemo facile dubitaverit, ecquis neget convenientiam dari inter πηδάω, (unde πηδηθμὸς,) et aliud πήληξ "cristam significans, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quod vibrante motu concussa contremiscat." Conf. etiam Etymologus in voce. Nimirum servavit lingua Græca ipsum verbum πήλω, in Aoristo verbi πάλλω, unde Il. Π. 117. Πῆλ' αὔτως, ἐν χειρὶ κολὸν δόρυ vibrabat frustra in manu hastile mutilum, et similia. E. S.]

Πηλὸς lutum. A πάω agito, unde πάλω, παλύνω, [quin et ipsum vetus πήλω, ex quo verbo recta descendit πηλός. Ex origine illa statim intelligetur, quomodo πηλὸς dictum olim quoque fuerit vinum; non adeo παρὰ τὸ πάλλειν, καὶ σείειν ἡμῶν τὰς φρένας, ut Etymologo placuit (quem vide col. 670. 37.) quam potius, quod ipsum vinum intus agitetur et effervescat, ut πηλὸς pp. sit agitatus, unde lutum, pariter ab agitatione, et vinum dictum. Eadem significationum vicinitas est in Hebr. חֹמֶר lutum et חֶמֶר (Chald. חֲמַר, Arab. خمر Chamron) vinum, pecul. generosius. Vide Lexicon Hebr. p. 184. E. S.]

Πῆμα damnum. A πάω, quod dedit πάσχω. [Etymol. Πῆμα σημαίνει τὴν βλάβην, καὶ τὸ κακόν· παρὰ τὸ πήθω, τὸ πάσχω· ἐξ οὗ πημαίνω κ. τ. λ. Nimirum obsoletum thema πήθω (cujus Futurum pp. esse πήσω, docet laudatus Etymologus, col. 668. 44. et 671. 1.) idem fuit olim ac πάθω, unde descendit Aoristus, vulgo dictus, secundus, revera Præsens, Participii, παθὼν, uti et πάθος, πάθη &c. quod ipsum tamen πάθω, pro πάτω (unde πατέω, patio, patior Lat.) manifeste productum fuit à πάω. Sive igitur nostrum πῆμα repetas à πήθω, sive à πάω, aut πίω pp. premo (unde in Perf. Pass. πέπεμαι, πέπημαι, et hinc πῆμα) res eodem redibit: dummodo teneas, πῆμα, hoc ex fonte ductum, pp. esse onus, quod pondere suo immani premat, hominemque adeo opprimat et elidat. Unde jam simul rectius intelligas, qua elegantia nostrum πῆμα adhibeatur de Paride, Il. Γ. 50. Patrique tuo μέγα πῆμα (Belgice *een groote last of beswaar*) civitatique, totique populo. Vide sis ibidem, vs. 106. Θ. 176. Κ. 453. Od. Μ. 125. Ρ. 446. Unde et pp. dicitur φέρε πῆμα ferebat onus, Od. Μ. 231. Elegantissime vero Hector ὄβριμος (pp. ponderosus) dicitur κυλίνδεσθαι πῆμα molis instar gravissimæ volvi, Il. Λ. 347. coll. Ρ. 688. Quin et hinc simul perspicias, cur addito Genitivo dicatur πῆμα κακοῖο vulgo damnum mali, rectius, onus mali gravissimi, Od. Γ. 152. ut πῆμα δύης onus ærumnæ mergentis, Od. Ξ. 338. Quid quod, ex data hac origine, sensus oraculi istius obscurissimi Apollinis Delphici, apud Herodotum, l. 1. 67. p. 32. in verbis καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται, nonnihil illustrabitur, dum vertas, onusque oneri incumbit, nempe ferrum, quod super incude ferreo cuderetur, ut Herodotus ipse explicat in sequentibus. E. S.]

Πῆνος textum: πήρα pera, saccus; πηρὸς mutilus; πῆχυς cubitus: videntur quidem esse originis Græcæ; sed minus certa ejus ratio. [Resumamus singula. Πῆνος textum seu tela, Hesychio ὕφασμα. Antiquissima scribendi ratio fuit ΠΕΝΟΣ, per ε. Itaque recte ad πένω, h. e. ἐνεργῶ operor, pp. cum diligentia summa et defatigatione, videtur referri. Πένω certe (unde πένομαι supra explicuimus) pp. est incumbere studiosius: atque ab Etymologo exponitur per ἐνεργῶ καὶ πράττω, col. 660. 15. vel ἐνεργῶ καὶ κάμνω. Vide ib. col. 682. 18. A πένω igitur ductum πένος postea scriptum fuit πῆνος, vel et, in forma fœminina, πήνη, pp. cui incumbitur, vel studiosius opera impenditur, tela; qualis v. gr. tela Penelopes. E. S.]

Πήρα pera. "Πήρα dicitur saccus ille, in quem veteres condebant edulia, iter facturi, vel pastores. Hinc Philosophorum Cynicorum pera celebris est apud veteres, qua panem, victumque vilem, et edulia portabant. Est autem à πήρω, quod à πάω pasco. Hinc πῆρος qui pascit, et cibos pastum præbet" &c. Hactenus ille. [" Proprio usu vox πήρα ponitur à Luca Evang. cap. 9. 3. Est Adjectivum fœmininum, à πάω pasco derivatum. —— In primis autem celebratur πήρα pastoralis sacculus, quem ex humero suspensum, vel post tergum rejectum, ad pascua abituri gestabant. Confer Animadvers. ad Ammonium, l. 3. cap. 9. p. 195. 196. &c." L. C. V.]

[Πηρὸς mutilus, sive captus aliqua parte corporis, ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος, uti ex Scholiaste Homeri, et aliunde, luculenter exposuit H. Stephanus, Thes. t. 3. c. 281. seqq. Stirps prima, præeunte T. H. in voce πήρα, omnino videtur esse πάω, vel πίω premo: ut πηρὸς pp. sit pressus, oppressus noxa, vel damno: in primis autem cœcus, sive oculis captus, aut mutus, quæ vox Latina (à muo μύω claudo, præcludo ducta) hanc ipsam vocis notionem servavit in altero productiori mutilus. Concinit aliqua ratione Etymologus, πηρὸς, ὁ τυφλὸς, ἀπὸ τοῦ πήθω, πήσω, πηρὸς, ὁ ἐπὶ παντὸς μέρους πεπονθώς· ἐξαιρέτως δὲ ἐπὶ τῆς ὄψεως. Conferantur, quæ diximus, in πῆμα. E. S.]

[Πῆχυς Cubitus. Derivationem hanc præbet Etymologus: πῆχυς· ἀπὸ τοῦ πεπηγέναι ἄκρῳ τῷ βραχίονι. Vix inde diversum videtur alterum παχὺς, quod Adjective densum, pp. autem compactum, notat. An ratio denominationis inde fortasse ducta est, quia "hujus ossis, quod cubitum speciatim nominant, sinus uterque validis ligamentis radio colligatur?" uti est apud H. Stephanum, qui præclare in primis de voce nostra, ejusque diversis significationibus, egit, Thes. t. 3. col. 283. 284. Itaque à compingendo dictum fuerit πῆχυς cubitus, qui Latinis à cubando. Nempe, "quod ad cibos sumendos in eo cubamus, si fides Isidoro, l. 11. cap. 1. Malim equidem magis universe dici: nihil enim æque obvium est, quam homines edentes, bibentes, in prato jacentes, ludentes &c. cubito incumbere. E. S.]

Πίδαξ fons. Vide supra in πηδάω. [Vocalem η, sive ει et ι, veteres permutabant: ut et hodierni Græci η, tanquam ι, pronuntiant. Itaque πηδάω et πιδάω eadem significatione videntur dixisse, uti πιδύω et πηδύω idem verbum est, et scaturire sive prosilire notat; pecul. cum vi quadam ac vehementia, quasi premente: quæ notio est stirpium πάω et πίω, unde πιδάω, πηδάω, πιδύω, et πηδύω, sunt propagata. Etymologus geminam præbet derivandi rationem, quarum tamen posterior haud dubie vera est, col. 671. 19. Πίδαξ, σταγὼν, πηγή· παρὰ τὸ πίω, ἀφ' οὗ καὶ πιεῖν· Τινὲς δὲ παρὰ τὸ πηδᾷν, κατὰ μετάθεσιν τοῦ η εἰς τὸ ι. Βοιωτικῶς, ὥσπερ ἥκω, ἵκω· πηδᾷν γὰρ λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀλλομένου ὕδατος κ. τ. λ. E. S.]

Πιέζω premo. A πίω premo, agito. [Originariam hanc significationem egregie declarant hæc Hesychii: πιέζειν· κατέχειν, θλίβειν, σφίγγειν, μαλάσσειν, βαρεῖν in quibus omnibus vis illa premens gravisque facile deprehenditur: ut et in phrasibus πιέζειν λιμῷ fame premere, πιέζεσθαι νόσῳ, πενίᾳ, premi morbo, paupertate, aliisque apud H. Stephan. t. 3. c. 289. Etymol. c. 671. 29. Ἴωνες μὲν οὖν καὶ Ἀττικοὶ πιέζω λέγουσιν· οἱ δὲ Δωριεῖς πιάζω. E. S.] [" Μέτρον πεπιεσμένον. in Evangel. Lucæ cap. 6. 38. notat confertam et pressatam mensuram. Verbum πιέζειν, in Onomastico veteri, recte redditur pressare [Gall. *presser*] sive frequenter premere, et premendo exprimere. Proprio sensu medicus (ex Medicis discendæ sunt verborum proprietates) Philotimus: Malum Persicum πιεζόμενον, expressum, multum dare succi, scribit apud Athenæum, l. 3. p. 508. Figurate frequentius adhibetur pro premere quomodocumque. Attica verbi forma est πιέζειν, vetus Dorica πιάζειν. Hæc tamen in linguam communem recepta est, et ter adhibita in Evang. Joannis, cap. 7. 30. 32. et 34. Inservit hæc forma [πιάζω] sæpius, apud Hesychium, aliis verbis explicandis: quibus in locis non debuerat ista forma suspecta esse Cl. Johanni Albertio, qui tum non recordabatur, πιάζειν, in libris nostris sacris, quoque inveniri. L. C. V.]

Πίθος dolium. A πίθω, quod à πίω premo, premendo affigo: unde πίσσα pix. [Quod ipsum adeo pix ejusdem plane originis est. Conf. Vossii Etymologicum, in pix. Ceterum vide infra, in πίσσα. E. S.]

Πικρὸς amarus. A πίκω, πίω, figo, pungo. Compone πύκω. [Etymol. c. 671. 50. Πικρὸς, παρὰ τὸ πεῦκος, τὴν πικρίαν, σημαίνει ὀδυνηρὸν, χαλεπόν· ἢ παρὰ τὸ πέκος, ὃ σημαίνει τὴν πεύκην, πλεονασμῷ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ πικρὸς, πικραίνω. Fallitur haud dubie Grammaticus doctissimus. Quemadmodum enim à nomine μικὸς (quod, Dorice pronuntiatum μικκὸς, à Th. μίκω descendit) factum est μικερὸς, contracte μικρός· sic à πικὸς (quod et πικκὸς prolatum) fluxit πικερὸς, πικρός. Πικὸς et πικκὸς servata sunt, apud Hesychium, descenduntque à πίκω s. πείκω, quod, Græcis Latinisque deperditum, servasse videntur Galli in suo *piquer*, h. e. "*poindre, percer, entamer, legerement, avec quelque chose de pointu,*" uti est in *Dictionaire de l'Academie*, aut, præeunte Furetiere, "*piquer, faire entrer une pointe, un aiguillon dans quelque chose.*" Itaque nostrum πικρὸς, origine sua, idem pp. fuerit, quod Gall. *piquant*: utque Galli dicunt *des paroles piquantes*, haud aliter Græcis trita sunt λόγοι πικροί. Exemplorum copiam præbebit cel. Valcken. ad Euripidis Phœn. vs. 963. p. 351. 352. ac nescio an πικροὶ ὀϊστοὶ, Il. Ε. 110. Ψ. 867. et πικρὰ βέλεμνα, Il. Χ. 206. à pungendo in primis appellentur. E. S.]

Πῖλος pileum. A πίω premo, compingo, cogo, constipo. [" Vetus verbum πίω, unde πιάω, πιάζω, πιέω, πιέζω, comprimo, cogo. Hinc quidquid ex lana coactili et densata est compactum, Græci πίλους vocant. Hinc πιλεῖν πίλους, vel συμπιλεῖν in unum condensare et contundere, et πιληταὶ lanarum coactores apud Pollucem, l. 7. segm. 171. Πῖλοι itaque in Thucydid. l. 4. 34. ut Scholiastes ait, ἐξ ἐρίου πυκτὰ ἐνδύματα, quæ pectori sub lorica apponebantur, et caput, ne à galea pressum læderetur, velabant. Idem quoque pedulibus nomen, quibus crura pedesque involvebantur, de quibus Pollux, l. 10. segm. 50. et Comm. Foësius in Œcon. Hippocr. Idcirco glossæ veteres πιλητὸν et πιλωτὸν coactile interpretantur. Quandoquidem vero ex eadem materia capitis integumenta conficerentur, πῖλοι itidem pilei sunt dicti: Thessalici vero, et Arcadici, in primis apud veteres fuerunt commendati. Diminutam vocem πιλίδιον Demosthenes habet de Falsa legatione, πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλήν· ubi vide Ulpianum, quod scil. eorum est, qui, re turpi patrata, se subducebant, hominumque conspectum fugiebant." T. H.] [Etymol. col. 672. 5. Γίνεται παρὰ τὸ πιέζω, πιέσω, οἱονεὶ πιελός τις ὤν, καὶ κατὰ κρᾶσιν πῖλος, ἐπεὶ συμπεπίληται. Plura dabit J. G. Grævius in Lect. Hesiod. ad Ἐργ. vs. 542. E. S.]

Πιμελὴ pinguedo. Forte à πίω constipo, unde πίος, πίων· de quo suo loco. [Analogice à πίω est πέπιμαι, hinc πῖμος, πιμελὸς, ὴ, ὸν. Hæc nisi rationes linguæ postulare viderentur, verisimilis alicui videri possit Etymologi derivatio, "πιμελὴ παρὰ τὸ πῖον, καὶ τὸ μέλος, πιομέλη τις οὖσα, ἡ πιαίνουσα τὰ μέλη." E. S.]

Πίναξ tabula; πίνος sordes; πίννα pinna; stirps dubia. [De prima voce, alio in loco, cel. Lennepius: "πίναξ Græcis pp. dicitur" inquit "tabula seu asser. Ita πίνακες νεῶν ab Homero (Odyss. Μ. 67.) vocantur navium tabulæ. Speciatim autem πίναξ, inter alia, significat quoque tabulam scriptoriam; atque, isto sensu, ab hujus nominis Dativo πίνακι, nomen ortum πινάκιον tabellam notat, vel codicillum. Notandum enim, veteres tabellis ligneis ceram obducere solitos fuisse, in eaque cera, stilo ferreo, scripsisse, sive sculpsisse literas, et verba: id quod

Græce proprie dicebatur γράφειν &c. Hactenus ille. [" Πίναξ, forma vocis Græcis familiaris, ut πλοῦτος, πλούταξ &c. Sic quoque πῖνος, πίναξ. Πῖνος apud veteres Græcos idem erat, quod apud Latinos pinus, sed postea ex dialecto usurparunt πίτυς. Itaque πίναξ pp. significat tabulam pineam, sive ex pineo ligno confectam : dein autem cujuslibet ligni tabulam." &c. T. H.] [A πῖνος factum fuit πίναξ, significans tabulam ex ligno pineo factam. Hinc Diminutivum πίνακις, et secundum Diminutivum πινακίδιον, tabellas significat, quibus cera inductis literas inarabant. Istiusmodi tabellas δέλτον vocant Græci, et δέλτον δίπτυχον, quia tabellæ complicabantur. Biplices dixere Romani, et triplices." L. C. V.] [Homerus (Il. Z. 169.) literas Bellerophontis commemorans πίνακα πτυκτὸν jam habet, Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. E. S.]

[Πῖνος sordes. " Theophrastus de Causs. Plant. l. 6. 17. pro pinu accepisse putatur." Verba sunt H. Stephani, Thes. t. 3. c. 300. Redi ad vocem πίναξ. Alioquin πῖνος sordes notat &c. Ratio denominationis repetenda est è stirpe πίω premo, compingo, appingo. Unde pinus dicta, tanquam arbor ligni maxime compacti, durissimique : sordes item ab appingendo, quasi corpori concretæ et tenacissime adhærentes. Unde et dicitur τῆς ἀρχαιότητος πῖνος sermonis antiqui squalor, squalor situsque vetustatis, et alia similia, ab Henr. Stephano laudata. E. S.]

[Πίννα, sive πίνη pinna, genus conchæ &c. Vide Stephani Append. c. 1664. ubi hæc Plinii excerpta è libro 9. c. 42. Concharum genus et pinna est.—Illa (pinna) ore compresso quidquid inclusit, exanimat &c. Itaque à comprimendo dicta est, è stirpe πίω, πίννα, sive πίνη, quasi compressa, sive arctius sese comprimens. E. S.]

Πίνω bibo. A πίω pressis labiis bibo. [Alio loco vir celeb. " Proprium quidem est verbum πίνειν animalibus, quæ sugendo vel labiis compressis bibunt, opposite ad ea, quæ lambunt : quod Græcis est λάπτειν. Generatim tamen magis pro quovis modo bibere usurpatur : quin et rebus variis, quæ humore infici possunt, tribuitur, quemadmodum quoque à Latinis lana bibula dicitur, et bibere colorem, quando ea inficitur et tingitur." &c. Ceterum hoc in verbo observanda est varietas cognatarum stirpium, ex quibus tempora obliqua ducta sunt. Futurum, nempe, est πώσω, Perfectum πέπωκα, haud dubie formata à πόω, forma adfini : à qua etiam πόσις, πότης &c. Aoristus, vulgo dictus secundus, ἔπιον est à πίω, unde et Futurum Medium vetus πίσομαι. Alibi Futurum, sive potius Præsens Deponentis, est πίομαι. Infinitivus autem πιεῖν (pro πιέειν, quod in Homero quinquies reperias) certissime est à πιέω, unde et repetendum πιοῦμαι Futurum Medium, pro πιέομαι, hoc autem pro πιέσομαι. Reliqua facile expedientur, E. S.]

[Πίος pinguedo, et πῖαρ, unde πιαρὸς &c. propriam notionem habent ubertatis succulentæ, ut eleganter notavit Schultensius, in Comm. ad Prov. 2. 8. p. 12. ubi Hebr. חֶסֶד, et חָסִיד, simili ex proprietate illustrantur. Confer infra in πίων. E. S.]

Πίπος Pipus, avis marina. Forte à sono [quem et Belgice vero piepen dicimus. Gr. πιπίζειν. E. S.]

[Πιπράσκω vendo. " Verbum πέρνω auctum fuit ex πέρω, pro quo περάω, περάσκω, πράσκω, et, per reduplicationem, πιπράσκω, i. e. vendo. Unde jam significatio primitivi verbi patet. Πέρειν enim pp. significat penetrare in alias regiones, vendendi, vel emendi caussa. Unde πέρος penetratio, in alias longinquas terras, et ἔμπορος mercator, qui proficiscitur in alias terras, vendendi et emendi merces gratia. Differt autem ἔμπορος à κάπηλος, sive caupo. Nam hic pp. dicitur, qui illo in loco, ubi habitat, cauponam, exercet, ἔμπορος vero, uti diximus, qui ad alias se regiones confert et ibi commercium exercet" &c. T. H.] [Vide dicta in κάπηλος. Quemadmodum vero à δάω, factum est δάσω, δάσκω, διδάσκω· à πίω, πίσω, πίσκω, πιπίσκω, sic à πράω, πράσω, πράσκω, πιπράσκω. E. S.]

Πίπτω cado. A πιπέτω, quod à πέτω, πίω agito, premo. [" Verbi Græci πίπτω, et Latini cado, 20. diversos usus adnotavit Alb. Schultensius, Orig. Hebr. vol. 2. p. 143. et seqq. Verbum vetus πέτω pp. significavit explico, expando. Reduplicatum illud πιπέτω, hinc contractum πίπτω· sicut ex γιγένω ortum Lat. gigno, ex μιμένω, μίμνω. (Conf. adnotata ad Euripidis Phœniss. vs. 1396. p. 470.) Gr. πέτω Latinum est peto. Illinc orta quoque sunt πετάω et πετόω, atque hinc contracta πτάω et πτόω· cujus postremi verbi tempora manserunt in usu, à Grammaticis ad πίπτω relata. Ab ἔπτωσαι etiam πτῶσις lapsus, casus" &c. L. C. V.] [Si vera sint, quæ supra adsumsimus in πέτω, proprietatem hujus verbi positam esse in motu celerrimo, adhuc facilius aliquanto apparebit ratio significationis cadendi, ruendi, in nostro πίπτω. Compone etiam, quæ, de composito ἐπιπίπτειν, dedit cl. L. Bos, in Exercit. ad Evang. Marci, cap. 3. 10. Respondet illud quam exactissime Belgarium nostro *overvallen, op het lijf vallen*, quod graviter etiam tribuitur creditoribus in debitorem irruentibus. E. S.]

Πίσσα pix. A πίσσω. Vide ad πίθος. [Græc. πίσσα nihil aliud est pp. quam Latinorum spissa : Adjectivum, nempe, fœm. gen. Substantive acceptum, à masc, πίσσος, unde præposita, ab initio, s, σ, ortum Lat. spissus, a, um, à quo non nisi dialecto leviter distat alterum σπιδὸς, pro σπιδινός. Stirps igitur est πίω, à cujus Perfecto Activo πέπικα, facta sunt πίκω, et πίκος, quod contractum in πίκς, sive πίξ, pix. Rursus ab ejusdem verbi πίω, Futuro πίσω, πίσσω, s. πίττω, est πίσσος, quod et πίττος, unde πίσσα, vel πίττα, pix. Hinc apparet, Græcorum πίσσαν, à Lat. pix, non nisi forma distare. Simul etiam in oculos incurrit, à spissitudine opportune admodum picem fuisse dictam. Vide omnino Plinii, H. N. lib. 14. 20. 16. 11. 24. 7. ab H. Stephano, Th. 3. c. 329. laudatum : de præfixione vero literæ, s, sive σ, legatur Vossii libell. de Permutatione literarum, et Analogiæ Lennep. p. 212. 213. E. S.]

[Πίω pp. premo, comprimo, premendo constipo, condenso &c. De obsoleta hac forma verbi, unde plurima tamen derivata remanserunt, vide dicta in πάω, πίνω, πίσσα &c. Ipsum vero verbum apud Latinos mansit, quibus pio, piavi, piatum, piare, pp. notasse videtur idem, quod cognatum compescere, h. e. subigere, componere, uti v. gr. motos fluctus, atque adeo placare. Hoc metaphorico usu occurrit apud Propertium, l. 3. 17. 18. Quo tempore matris iram natorum cæde piavit amor : et alibi. E. S.]

Πίων pinguis. A πίω premo, coago, constipo. [Nimirum id ipsum Latinorum pinguis ejusdem quoque familiæ vox est. A πίω factum est πίγω, πίγγω, πίγγος, pinguis, πίγγος vero cognatum est alteri παχύς. A notione crassitiei et obesitatis est illa pinguedinis, unde et Latini pingue pro crasso dicunt. Etiam Belgice vulgo *dik vet vleesch* dicimus : ut in his nemo obhærere possit. E. S.]

Πλάγιος obliquus. A πλάω, unde πλάζω huc illuc agito : quod vide suo loco. [A stirpe πέλω, media geminata, factum est πέλλω pello. Ab eodem πέλω est πέλαω, πελάγω, πλάγω, πλάγος, πλάγιος. Unde videri queat, πλάγιον pp. esse impulsum, atque adeo obliquum, ubi τῷ ὀρθὸς, sive ὄρθιος, opponitur. Vide Stephani Appendic. c. 1669. 1670. et confer infra in πλάζω. E. S.]

[Πλαγκτὸς vagus, erroneus. Proprie pulsus, impulsus vel expulsus. Formata vox est à πέπλαγκται, tertia Præteriti Perfecti Pass. verbi πλάγω, de quo in πλάγιος. Πλαγκταὶ Homero quænam Petræ dictæ fuerint, pluribus inquirit cel. Lennepius, in Commentar. ad Phalaridis Epistol. p. 53. 54. Conf. infra in πλάζω. E. S.]

Πλάδος sive πλάδον superfluus humor. Forte à πλάω, πλέω, πλάζω &c. [Plura de hac voce dabunt Foësius in Œconom. Hippocr. et H. Stephan. in Append. col. 1670. qui ex Scholiaste Nicandri annotavit, corpus πλαδόεν, sive πλαδαρὸν, dici, quod digito pressum ἐνδίδωσί τε καὶ κοιλαίνεται, πάλιν δὲ εὐθέως ἀναδίδωσι, καὶ γεμίζει τὸ κοίλωμα. Ex quibus conjicere forsitan licebit, πλάδον pp. esse quod digito premi et impelli se patiatur : ut à premendo, imprimendo dicatur, stirps adeoque sit πέλω, à πίω premo. E. S.]

Πλάζω huc illuc agito, errare facio : à πελάζω, quod à πέλω pello. [Alio loco cel. Lennep. " πλάζω oritur à πλάω, quod per contractionem à πελάω. Originem habet πέλω, cujus Medium πέλομαι vulgo redditur adsum : proprie tamen magis significat versor in aliquo loco, quum Activum πέλω notet verso. Ex hac autem notione apparet, quo modo hujus verbi derivata varia errandi notionem acceperint ; ut, præter πλάζομαι, cernitur in nomine πλάνος, quo denotatur errabundus, et translate impostor, vel erro. Similis ratio est verbi, inde facti, πλανάω : cujus Medium πλανᾶσθαι itidem reddi solet errare. Peperit illud nomen πλανήτης, quo, vi terminationis, is designatur qui errat. Ex quo factum est, ut speciatim ab Astronomis septem stellæ errantes πλανῆται fuerint dictæ. Præterea ab altero πλάζομαι, et quidem a tertia Præteriti perf. Pass. πέπλακται, nomen est πλακτὸς, et, interposita ν, πλαγκτὸς, errantem significans vel huc illuc jactatum : unde à poëtis, tanquam epitheton, interdum tribuitur navibus, maris undis jactatis. Hujus autem fœmininum Plurale πλαγκταὶ speciatim à veteribus fuit adhibitum, de scopulis, in mari latentibus, qui motu undarum se movere huc illuc videantur. Quare sæpe interpretes reddunt fluctuantes scopulos. Intelligitur autem, in nomine πλαγκταὶ, Substantivum πέτραι, ut interdum πέτραι πλαγκταὶ etiam dicantur, quæ alio nomine vocantur χοιράδες" &c. Vide supra in πλαγκταὶ, suo loco. E. S.]

Πλάνη error. A πλάνος vagabundus. A πλάω. Confer in πλάζω.

Πλάσσω fingo. Proprie convenit cum πλάζω, quasi huc illuc impellendo constipo, figo, et fingo. A πελάω, πέλω, πίω. [Conf. in πλάω, et Cl. L. Bos, Exercitat. in Epist. ad Roman. cap. 9. 20. p. 112. 113. E. S.]

Πλατὺς latus, amplus. A πλάω huc illuc impello. Conf. πλάζω. [A πλατὺς hocce fœmininum est πλατεῖα. " Πλατὺς notat spatiosum in latitudine. Πλατεῖα ὁδὸς via est lata, spatiosa. Usu accidit, ut, suppressa voce ὁδὸς, elliptice πλατεῖα diceretur via lata, vel in latitudine spatiosa. Nomen ad Latinos propagatum platea" &c. L. C. V.] [Etiam πλοτὺς Æolice dicebatur : unde Lat. plotus, plautus. Vide Salmas. de Pallio. p. 221. E. S.]

Πλέθρον jugerum. A πλέω. [Contractam esse hanc vocem ex trisyllaba πέλεθρον, docebit glossa Hesychii, ad quem vide viros doctos, editionis Albert. t. 2. col. 957. 904. Itaque, analogia duce, revolvimur ad verbum πελέω, pp. verto, sive verso : de quo dictum est in πέλεκυς. Verbi πελέω stirps est πέλω, Latine pello, impello. Ab impellendis bovibus, aratro junctis, πέλεθρον, πλέθρον, fortasse notionem hanc jugeri accepit : uti et, pro parte stadii, dictum esse, monuit Cl. D'Arnaud, Animadvers. Critic. p. 160. 161. E. S.]

Πλέκω necto complicando. A πελέω, πλέω. Stirps πέλω. [Nempe huic verbo πλέκω alia vicina forma fuit πλίκω, unde apud Græcos superest vox πλίγμα : ipsum autem plico in usu servavit lingua Latina. A Græcorum πλέκω Latini habent suum productius plecto, quod, in eadem flectendi, plicandi, implicandi, significatione, hic illic reperitur, uti v. gr. apud Phædr. Fabul. L. V. 9. 1—3. Augusto in aditu taurus luctans cornibus, Quum vix intrare posset ad præsepia, Monstrabat vitulus, quo se pacto plecteret. Et in illo Juvenal. Sat. 6. 494. altera lævam Extendit plectitque comas et volvit in orbem. Plura dabunt ad Phædrum Schefferus, et, instar omnium, Forcellinus in Lexico. Ubi obiter adhuc observare licebit, hoc ipsum plectere, eo usu, à Latinis postea dictum esse flectere, pro litera p, ut sæpe alias, in pronunciando substituta f. Diversum quidem ab isto plectere censetur alterum plectere, id est ferire, percutere, punire &c. sed revera ejusdem hoc est originis. Licet enim fere ducatur à Gr. πλήσσειν, (unde et πλῆκτρον plectrum repeti solet) uti fecit post alios Vossius in Etymologico, Analogia tamen linguæ Græcæ requirit thema πλέκω, à cujus tertia Perfecti Pass. πέπλεκται, descendisse oportet πλέκτρον, quod, (vocali longa η pro ε recepta) scriptum fuit πλῆκτρον. Res tamen facile expediri potest, secundum has leges. A πέλω Græcorum (quod Latino pello respondere diximus) orta est notio percutiendi, manu fortius vehementiusque impulsa : cujus quidem impellendi, agendive, usus vestigia quoque deprehendas in ipso Græcorum πλέκω, quatenus πλέκειν τὸν αἰῶνα dixerunt, pro agere ævum, καταπλέκειν, διαπλέκειν τὸν βίον : de quibus lege viros eruditissimos ad Herodotum, L. V. p. 422. 7. 46. 532. Quin et idem Hesychius, (qui πλέκος exposuit πλέγμα) verbum πλέκεται reddit μαστιγοῦται· unde notio plectendi (sensu hoc usitatiori) apud Latinos, clarissime elucet. E. S.]

Πλέος plenus. A πλέω verso, quod à πελέω. [Latinorum plenus et Gr. πλέος unam eandemque originem agnoscunt, stirpem nempe πίω, unde πέλω, πελέω &c. Sed ratio significationis minus est in promtu. Etymologus, quidem, col. 675. 7. Ἐκ τοῦ πολὺς, πολέος "inquit" ἐν συγκοπῇ, πλέος, καὶ μετὰ τοῦ ι, πλεῖος &c. quæ vel ideo parum sunt verisimilia, quia πλέος plenus, et πολὺς multus, quotidiano usu à se nimis distant, quam ut idem significare potuerint : etsi alioquin haud diffiteamur, stirpem πόω, unde πολὺς, ultima ab origine descenderit, et alteram πίω, unde πλέος, esse cognatas. Vide infra in πλήθω. E. S.]

[Πλευρὰ latus. Vide in πλέω unde, πλεύω &c. et Arab. جنبن in Doct. Willmeti Lex. Ar. p. 155. E. S.]

Πλέω navigo. Proprie verso, agito huc illuc. [Contractum fortasse verbum est ex πελέω s. πολέω, unde et πολεύω, quod dare potuit πλεύω : unde Futur. πλεύσω, verbo πλέω nostro tanquam proprium adjungi solitum. Ab impellendis, versandisque remis, notio navigandi facile duci potuit. Prisci mortales, antequam vela facerent, remis potissimum usi videntur fuisse. Ab eodem isto πολεύω, contracto in πλεύω, descendere quoque potuit πλευρὰ latus, quod pp. esse Adjectivum f. g. à masc. πλευρός, verisimile reddit altera forma n. g. πλευρὸν, etiam pro latere adhibita. Latus autem (quæ vox Latina ab obsoleto lao facta videtur, cujus quidem lao, sive λάω, vestigium exstat in fero, tuli, latum, ferre) Latus, inquam, πλευρὰ dici potuit, à versando &c. E. S.]

[Πλήθω impleo, repleo. " Verbum πλήθω factum fuit à πλέω, sicut à νέω, est νήθω, ab ἀλέω, ἀλήθω. Græcum verbum Romani transumsere in compositis superstitibus : qualia sunt impleo, repleo, et rarissimo depleo, quod Manilius adhibuit Astronom. l. 4. 13. —— A πλέω, præter Adjectivum πλήρης, antiquitus in usu fuit πλῆρος, unde natum verbum πληρόω. Latini antiqui non tantum plenus, sed et plerus, dicebant : unde remansit vox plerique. Plerus adhibitum fuit à Catone, in Libro 1. Origin, teste Prisciano, his verbis : Ager, quem Volsci habuerunt, campestris plerus Aboriginum fuit." L. C. V.] [Plura dabunt Vossius in Etymologico voce Plenus, et Forcellinus, in voce Plerus. Jam vero haud anxie nimis quærendum erit, quid pp. significaverit thema πλέω, unde πλέος nostrum, et Lat. plenus. A notione, nempe, premendi et densandi, in stirpe πίω, videtur esse, in πλέω, adscita ea premendo effarciendi, et distendendi : uti sentitur in compositis Latinis implere, explere &c. Proprii usus exempla sunt in sequentibus locis, qui Forcellino et Gesnero debentur. Virgil. Æn. 1. 215. implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ, sc. copia. (Belg. *zij proppen zich op met enz.*) eadem emphasi, qua est apud Petron. cap. 16. Cœna nos implevimus : et apud Celsum, l. 1. 2. Si quis interdiu se explevit &c. Egregius in primis quoque locus est Virgil.

Æn. 7. 23. Neptunus ventis implevit vela secundis, quippe in quo clarius etiam exprimitur vis illa premendi, et premendo distendendi, sive pellendi, impellendi, quæ in πέω, πέλω, pello, est primaria. E. S.]

[Πλήμη æstus maris, et πλήμνη modiolus rotæ, cui axis inseritur. Differentiam harum vocum indicavit Ammonius, p. 114. ad quem plura dabit Valcken., Animadv. p. 197. Origo certissima est verbum πλέω, pro πελέω: unde πέπλημαι &c. Stirps πέω, πέλω pello &c. Vide in πλέος, et πλημμύρα &c. E. S.]

[Πλῆμαι appropinquo, et impleo. Pro πέλημαι, πελάω. Vide omnino cel. Ruhnken. Epist. Crit. 1. p. 91. ubi confirmatur ex Codice Parisino elegans Guyeti emendatio, in Hesiodi Theogon. vs. 193. ἔπλητο, pp. impellebatur i. e. appropinquabat. Stirps adeoque est πλέω, pro πελέω, à πέλω pello, impello. E. S.]

[Πλημμύρα accessus maris æstuantis. "A verbo πλέω, πλήθω, πέπλημμαι, πλῆμμυς et πλήμμη oriuntur. Forma fuit antiqua πλῆμμυς: hinc πλήμμυρος. In usu remanserunt πλημμύρα, et πλημμυρίς. Sic dicebatur eximie æstus maris adfluentis. Contrarium erat ἄμπωσις, aquarum quasi resorbtio. Nec tantum tamen de maris æstu πλημμύρα, sed et de æstu fluvii inundantis et ripas egressi, adhibetur, ut in loco Evang. Lucæ. cap. 6. 48." L. C. V.] [Conf. et Lennep. ad Phalar. Epist. 75. p. 224. Salmas. Exc. Plin. p. 203. b. F. Egregie vero adnotavit Cl. D'Arnaud, Lect. Gr. p. 123. verbum πλημμυρεῖν, "de mammis quoque poni, adeo lacte distentis ut effluat." Ex quibus notio illa primaria pellendi ac distendendi, de qua dictum in πλέος, facile elucet: ut πλημμύρα pp. videatur notasse impulsum majorem aquæ. Veram analogiæ rationem jam diu perviderat Etymologus, col. 676. 25. E. S.]

Πλὴν præterquam. Forte à πλέω, πλῆμαι, repetendum. [Rectissime vidit jam clar. Hoogeveen, particulam πλὴν pp. esse casum Accusativi, ut ἀρχὴν, δίκην, &c. Vide ipsum, Doctr. Particul. cap. 46. p. 1059. ss. Mihi quidem casus ejusdem rectus videtur idem fuisse, qui est Adverbii πάλαι, de quo vide suo loco et dicta in πάλιν. Originariæ vero significationis translatio paullo diversa est. Πλὴν nempe, pro πάλην, pp. videtur notasse idem, ac si dixeris excussione, sive expulsione, atque adeo rejectione alterius: dein separatione, exceptione. Nativa vis sentietur fortasse in hoc Platonis Apolog. Socr. p. 25. (laudato, at diversimode paullisper exposito, ab eruditiss. Hoogeveenio) Omnes igitur, ut videtur, Athenienses bonos honestosque reddunt juvenes, πλὴν ἐμοῦ, pp. excussione, vel expulsione mei, i. e. me rejecto, vel me separato, excepto. Plura exempla suppeditabunt H. Stephan. t. 3. 386—387. et Hoogev. l. l. Recte igitur Etymologus, col. 676. πλὴν σημαίνει τὸ χωρὶς et Hesych. πλὴν, ἐκτὸς &c. E. S.]

Πλήσσω percutio. A πέλω pello. [Hinc, nempe, orta sunt πελέω, πλέω, πλέσσω &c. Ex eodem autem hoc fonte derivatum esse πλέκω, pro πελέκω, supra observatum jam est loco suo: ut mirum non sit, πλῆκτρον plectrum ad πλήσσω nostrum relatum fuisse, etsi forte ad cognationem ejus proprius pertineat, quam ad formam verbi, proprie sic dictam. Πλῆκτρον enim pp. est à πλέκω. E. S.]

[Πλίνθος later. Proprie dicitur notare laterem coctum. Hesych. πλίνθος· πηλὸς ὀπτηθείς. Salmasius tamen, Exercit. Plinian. p. 869. B. "Græcos distinguere observat inter ὠμὴν πλίνθον laterem crudum, et ὀπτὴν coctum. Quin et absolute πλίνθον, quum nominant, de latere crudo intelligere." Origo est paullo obscurior. Quod enim Etymologus censet, col. 677. πλίνθον, dici παρὰ τὸ πήλινον θέσιν εἶναι, simplicitati linguæ nimis repugnat. Ergo potius recurrendum ad obsoletum verbum πλίνω, quod cognatum videtur fuisse alteri πλίσσω, è stirpe πέλω, gradiri sive potius pedibus impulsis calcare significanti: ut πλίνθος forte à calcando, quasi calcatum lutum, dictum fuerit. Vicinum fortasse quoque fuit πλάζω fingo, formo. E. S.]

Πλίσσω gradior. Forte convenit cum πλήσσω. Ductum est à πλέω. [Thema certe πέλω est, quod sæpius jam collatum fuit cum Lat. pello, ut ab impulsu pedum, vel pulsatione humi, sit notio saliendi, quam huic verbo nostro πλίσσειν tribuit Cl. D'Arnaud, in Animadvers. Crit. ubi in Callimachi Hymn. in Dian. vs. 243. pro πλήσσωσιν, mallet πλίσσωσιν. Sed Græviua illud retinuit. Cum altero, eoque cognato, verbo πλήσσεσθαι nostrum πλίσσεσθαι jam olim contulerunt viri docti. Vide H. Stephani Append. 1677. 1678. apud quem et πλίχος et πλίχας exposita reperias cutem, quæ pudendis subest, et à plicando complicando dici potuit. Postremum hoc si cui verisimile visum fuerit, placuerit fortasse, Græc. vetus πλίχω et Lat. plico eadem esse verba. Conf. tamen D'Arnaud, Lect. Gr. p. 40. E. S.]

Πλοῦτος divitiæ. A πλέω, quod idem ac πλέω, à πελέω, πέλω: unde πολὸς, πολὺς, multus. Alio loco Lennepius: πλοῦτος quum terminetur syllaba τος, apparet, esse Adjectivum verbale, formatum à 3 pers. Præt. Perfecti Passivi. Jam autem circumflexus, nomini πλοῦτος impositus, indicio est syllabæ contractæ: ut adeo πλοῦτος pro πλέοτος, quod, ex regula memorata, descendit à πεπλέοται. Hoc oriri debuit à prima perf. πεπλέομαι, quod à Perfecto Act. πεπλέοκα, quod tempus à πλεόσω, hoc à πλεόω. Πλεόω denuo à simpliciori forma πλέω est, quod tum ipsum superest, tum multa derivata peperit, tam Græca, quam Latina, et in primis quidem Gr. πλέος, et Lat. pleo, unde composita impleo, compleo: præterea Adjectivum plenus aliaque. A notione autem verbi πλέω, (idem notantis, quod Lat. pleo, vel compleo) nostrum derivatum πλέοτος, vel πλοῦτος, nihil aliud notat, quam impletus, repletus. Unde apte translatum est ad copiam designandam: atque sic tandem ad opes et divitias; quemadmodum in usu passim poni solet; tametsi generatim etiam pro copia rerum quarumvis usurpari interdum solet." Vide etiam in πλούτων. Aliter paullo L. C. V. "Πλοῦτος divitias notat: πλούσιος est dives, antiquitus πλούτιος dictus. Vox πλούσιος Grammaticos fefellit, quam ortam crediderant ex πολυούσιος. Est origo vocis diversissima. Notum est, εο contrahi in οῦ. Hoc non tantum obtinet in nominibus simplicibus, sed et in istis compositis, in quibus pars secunda compositionis ab ε incipiat: nam κλειδοῦχος claviger contractum est ex κλειδόεχος· χειροῦργος chirurgus ex χειρόεργος. Hujusmodi alia suppeditabit A. Caninius in Hellenismo, p. 75. Ad eam normam πλοῦτος primo contractum ex πλόετος, hoc vero est ex πολόετος, composito ex πολὸς, ἡ, ὸν, copiosus, et ἔτος annus. Ne quis autem illud miretur: prima vocalis ex πολὸς, sive πολὺς, elisa quoque fuit in πλείων, πλεῖστος. Igitur ἔτος est annus. Annus copiosus, vel frugifer, à rusticis Græcis dicebatur πολὺ [sive πολὸν] ἔτος annus multus, id est copiosus. Ex πολόετος primum πλόετος factum, dein πλοῦτος. Priscorum hominum divitiæ, dum omnes essent ruricolæ, sitæ erant in frugibus: ut hodiedum in iis regionibus, in quibus major pecuniæ penuria. Legatur tantum elegantissima illa Parabola in Evang. Lucæ, cap. 12. 16. ss. Quibus annus fuerat frugifer, qui multas fruges collegerant, hi, ex origine vocis, πλούτιοι dicebantur, et postea πλούσιοι. Rerum facie deinceps mutata, quibusvis divitiis significandis vox πλοῦτος inserviit. Originem spectabat vetus fabula, qua Ceres Plutum peperisse dicebatur Hesiodo, cujus hunc dimidium vers. citavit auctor Etymologici magni, p. 677. Δημήτηρ μὲν πλοῦτον ἐγείνατο. Est enim δημήτηρ terra, mater omnium animantium. Ejus maritus vocabatur Æther, imbres et fœcundas pluvias, velut semen genitale, in terram, conjugem suam, profundens, atque ita omnia vegetans. Plutus, divitiarum deus, fingebatur propterea Cereris ex Jasione filius, teste Scholiasta Theocriti, ad Carm. 10. 19." L. C. V.]

[Πλούτων Dis, Pluto. Alibi Lennepius hæc de voce habet: "Πλούτων nomen proprium est dei infernalis, qui Latinis Pluto. Fuit autem idem habitus deus divitiarum, quod, nempe, res pretiosæ è terra eruuntur. Inde autem ratio denominationis repetenda est. Si enim naturam vocis respiciamus, nihil aliud significare eam videbimus, quam eum, qui multas habeat divitias. Est enim πλούτων nomen ex eorum genere, quæ collectiva vocantur, seu multitudinem et copiam designant: quæ ab aliis nominibus oriri solent, mutata terminatione in ων. Hac ratione πλούτων vocatur à nomine πλοῦτος, quo eximie Græci divitias designarunt: ut adeo πλούτων is dici possit, qui multas divitias habet" &c. Vide dicta in πλοῦτος. E. S.]

[Πλύνω Lavo. Pro παλύνω, à πάλω quatio, agito. "Πλύνειν pp. significat ita lavare, ut concutias in aqua, vel pedibus conculces. Itaque pp. usurpatur de rebus sordidatis, quarum sordes eluuntur. Sic πλύνειν ἐσθῆτα vestem eluere, quod etiam ἐκπλύνειν &c. T. H.] [Adi, sis, H. Stephani Th. 3. 401. ubi observatum reperies, πλύνειν nostrum peculiariter dici de vestimentis, λούειν de corpore, νίπτειν de manibus pedibusque: eleganter vero πλύνειν adhiberi, pro ἐλέγχειν, ut Galli dicant *laver la téte à quelqu'un* &c. Qua metaphora Belgæ etiam utuntur, dicentes: *iemand wasschen, iemand de oren wasschen*. Eustathius, ad Homer. Od. X. 21. p. 1917. 44. nostrum πλύνω repetit à πλύω, Δωρικῇ, ut ait, προσθέσει facta: quam quidem derivationem à simpliciori πλύω verissimam esse, satis probant eodem ex fonte derivata nomina πλῦμα sordidata aqua, πλύτης lotor vestimentorum, πλυτικὸς, &c. Ceterum Lat. pluo rationem habet paullo diversam, neque adeo conferendum est cum nostro Gr. πλύω, quippe quod cum φλύω potius videtur convenire. E. S.]

Πνέω flo. A πινέω comprimo, et sic flatum exprimo.—[Alio loco vir celeberr, "Πνεῦμα pp. dicitur id quod spirando, vel flando, efficitur, flatus, spiritus adeoque: unde pp. vento tribuitur. Oritur à πνύω, quod à πινέω: hoc autem à πινέω, et hoc à πίνω, cujus prima stirps est πέω premo. Itaque pp. notat premendo spiritum vel flatum efficere." Nescio tamen, an haberi possit verbum à sono factum. E. S.]

Πνίγω suffoco. A πνέω, πινέω, quod pp. idem ac πινέω.—Alibi hæc habet cel. Lennep. "Verbum πνίγω speciatim significat suffoco: cujus notionis proprietas repetenda est ab illa premendi. Oritur enim hoc verbum ab origine πίω, vel πέω. Unde πίνω, πινέω, et contractum πνέω, quod peperit πνίγω. Inde præter alia est compositum ἀποπνίξαι, quod idem valet ac suffocando perimere: quæ potestas est Præpositionis ἀπὸ, in benemultis. Ita v. gr. ἀποκαρτερεῖν dicuntur, qui vitam finiunt inedia, ἀπάγξασθαι qui laqueo, ἀποπνιγῆναι qui suffocati vitam finiunt, quo sensu proprio hoc verbum legitur de porcis, undis maris mersis, in Evangelio Lucæ, c. 8. 33. Ab ista autem notione eleganter (eodem in capite, vs. 7.) spinæ dicuntur ἀποπνίξαι τὸ φυὲν, quum, absumto humore et fertilitate terræ, opprimunt, atque sic perimunt sata." [Eximie πνίγειν est premendo spiritum intercludere, atque ita suffocare. Herbæ dicuntur ἀποπνιγῆναι, quando vigor impeditur crescendi, humoris meatibus interclusis. L. C. V.]

Πόα herba. A πόω, quod pp. idem ac πάω, πέω. [Pro πόα, sive πόη, etiam ποίη dicitur. Unde Odyss. Σ. 369. legitur ποίη δὲ παρείη, ubi fuse de ea voce disputat Eustathius, p. 1851. 48. (ss.)—Hesychius, in ποίη, πόα. Πόα δέ ἐστιν, "inquit" ἡ τῆς γῆς αὐτομάτως βλαστάνουσα φυτεία &c. ubi plura dabunt viri docti. De origine verbi πόω dictum jam in πάω, ex quibus apparuit, πάειν pp. esse premere, densare, unde notio alendi, quasi cibis replendi et effarciendi. A πάω ductum verbum notissimum est πάσκω Lat. pasco, uti à cognato βόω est βόσκω, à βόω item βοτάνη &c. Jam vero πόω et βόω maxime videntur convenisse. Redi ad βόω. E. S.]

Πόθος desiderium. A πόω. Confer πάσχω, πάθος &c. Alibi hæc cel. Lennepius: "vox πόθος, usitata in amore, pp. differt ab ἔρως, et quidem, definientibus vetustis Grammaticis, ἔρως est rei præsentis, πόθος vero rei absentis: qua virtute fere convenit cum Lat. desiderium. Inde verbum ποθεῖν, quod peperit ποθητὸς desideratus vel desiderabilis: et inde compositum περιπόθητος undique ab omnibus desiderabilis, quæ quidem vis Præpositionis περὶ attendenda quoque est in περίβλεπτος, περιβόητος" &c. [Conf. dicta in περί.] Eandem vocabulorum πόθος et ἔρως differentiam jam observaverat Plato in Cratylo, p. 420. Ubi indicare videtur, πόθος, hoc sensu, factum esse à πόθεν unde? Quod tamen, hac Analogiæ luce, neminem facile secuturum puto. Ceterum "à πόθος masculino est fœm. ποθὴ, accentu mutato, ut in χόλος, χολὴ, ἦχος, ἠχή." E. S.]

Ποιέω facio. A πόω, quod pp. idem ac πάω, πέω· de quibus supra. [Igitur primaria hujus verbi significatio videtur esse posita in premendo, incumbendo studiosius, et quasi cum nisu quodam; quæ vis est etiam in Hebr. עָשָׂה. De opere rustico fortasse primitus ποιέω nostrum adhibitum fuit: cui quidem operi postea in primis verbum πονεῖν tributum: unde πόνηρος laboriosus, quod vocabulum sæpius exponi γεωργὸν, passim ad Aristophanis Plutum monuit T. H. Ex illa vero premendi propria notione aptius nonnihil fortasse explicari poterit phrasis ποιῶ σε κακῶς afficio te malis, pp. premo te malis, κακῶς, pro κακοῖς: atque ita indidem lucem capient plurimi alii hujus verbi usus, copiose indicati ab H. Stephano, Th. 3. col. 423-432. Ubi forma quoque simplicior ποῶ, Etymologo commemorata (col. 679. 23. ss.) non reticetur. E. S.]

[Ποικίλος varius. Etymol. Παρὰ τὸ πίλω, τὸ ὑπάρχω, γίνεται πικίλος, καὶ, τροπῇ τοῦ ι εἰς ο, ποικίλος. Quod facile intelligitur veram derivationem non præbere. Igitur alia tentemus via. A πέκω, in Præterito, vulgo dicto Medio, est πέποκα, hinc πόκος, et, forma veteri, πόκις, quæ vox notare debuit vellus, pellemve depexam, aut decerptam. Porro εἴλω s. ἴλω pp. est volvo. An hinc factum ποικίλος, q. d. pellem volvens, devolvens, mutans, versipellis, versicolor? Nisi forte rectius statuas, ποικίλος esse formam simplicem, à πόκις, ποίκις, propagatam. E. S.]

Ποιμὴν pastor. A ποίω, πόω, quocum convenit πάω unde πατὴρ et pastor. ["Ποιμένες, secundum vim vocis, sunt pastores ovium. Vidit L. Bos, in Dissert. de Etymol. Gr. p. 37. vocem esse repetendam à veteri verbo, Lexicographis ignoto, ποιέω, significante herbas pasco: cujus proximum derivatum superest πόα, s. ποία, herba. A pastoribus vox transducta fuit ad quosvis rectores, regesque adeo ipsos, significandos. Regem sæpe Homerus vocat ποιμένα λαῶν. Navis magister dicitur ποιμὴν apud Æschylum, in Agamemn. vs. 666. Quomodocumque vox sumatur, magnifice rector populi sui Christus dicitur ὁ ἀρχιποίμην summus pastorum, 1 Petr. 5. 4. Quam vocem rarissimam Hesychius adhibet, ubi notat, Cretenses τὸν ἀρχιποιμένα vocasse ἀρχίλαν, i. e. ἀρχίλαον, principem populi: nam sic apud Græcos nomina contrahebantur. Agesilaus, Ἀγεσίλαος, Ἀγεσίλας dicebatur." L. C. V.]

Ποινὴ pœna. Forte à πόω premo. [Ratio nominis paullo est obscurior. Etymol. M. col. 678. Ποινὴ, ἡ ὑπὲρ φόνου ζημία, καὶ ἀντίκτισις, καὶ τιμωρία, φονή τις οὖσα, πλεονασμῷ τοῦ ι.——Ἢ ἀπὸ τοῦ πόνος γίνεται πονὴ, καὶ ποινὴ &c. Posterius videtur verissimum. Thema πένω (ut supra expositum in πένομαι) significat pp. gravius premere: unde πόνος pp. moles premens, molestia &c. Hinc porro ποῖνος, et nostrum ποινὴ, molestia, ægritudo, et pp. quidem mulcta gravior, quam ferre et solvere debeas. E. S.]

[Ποιπνύω ministerium facio sedulo. "Significatio verbi ex pluribus locis satis clara est: origo vero admodum obscura. Pro more Grammatici, ex ποιεῖν et πόνος, compositum volunt. Melius alii πνύειν deducunt à πνέω. Πνύειν significat pp. anhelare: ποιπνύειν anhelando discurrere, et dein festinare, ac festinato pede ministrare." T. H.]

Πόλεμος bellum. Vide πολεμίζω. Proxime est à πολέω.

Πολέω verso, à πόλος, quod à πόλω s. πέλομαι: de quo supra. [" Πολεῖν est vertere. Hinc περίπολοι circitores; et πολεῖσθαι Hesychio, περὶ τὸ αὐτὸ ἀναστρέφεσθαι; et πολεῖν γῆν terram aratris vertere. Unde et τρίπολος ἄρουρα quæ tertio arata est" &c. Hæc et similia vide apud Salmas. Exercit. Plinian. p. 450. b. F. 514. b. D. 693. a. G. et alibi. Est et alia forma πολεύω, unde πολεύων qui terram versat aratro. &c. Vid. Valcken. Diatr. in Fragm. Euripid. p. 246. ubi plura. E. S.]

Πολιὸς canus, pp. candidus, à πόλος, unde polio Latin. quod compone. [Πολίω, verbum apud Græcos obsoletum, servavit nobis lingua Latina in polio, polivi, politum, polire. Proprie de iis dici observat Forcellinus, quæ fricando et terendo nitorem acquirunt: ubi complura exempla in medium adferuntur. Origo certissima est πόω, πόλω &c. ubi notio premendi primaria, in verbo πολίω, ita elucet, ut fricationem intelligere debeamus, quæ pressa validiusque adacta manu fiat. Estque adeo leviter diversum polio à πολέω, poleo, quod in hoc verbo motus in circulum, vi quasi impulsus, et circumactus, attendatur; in illo vero vis premens radensque in ligno &c. potissimum sentiatur: etsi discrimen hoc, in derivatis, non est perpetuum. E. S.]

Πόλις civitas. A multitudine dicitur. Compone πολύς. [Proprie, nimirum, significat τὸ πλῆθος, καὶ τὸν λαὸν, uti egregie expressit Etymologus in πόλις, col. 680. et pluribus exemplis probavit cel. Valcken. ad Euripid. Phœn. p. 343. et in Diatr. ad Dram. deperd. p. 217. a. B. eximie porro Etymolog. l. l. Γίνεται ἐκ τοῦ πέλω, τὸ ἀναστρέφομαι· παρὰ τὸ πολεῖν ἐν αὐτῇ ἐν ᾗ ἀναστρέφονται οἱ ἄνθρωποι κατὰ τὸ αὐτὸ &c. Vide et Valck. in voce sequenti. E. S.]

Πολὺς multus. A πέλω, πέλομαι, adsum. [" Antiqua forma fuit πολὸς et πολύς. Nec enim veteres Græci literas duplicabant. Illinc manavit vox usitatissima πόλις, multitudinem hominum significans, in unum locum collectorum, sive civitatem." L. C. V.] [Malim multitudinem hominum in uno loco versantium. Conf. supra in πέλομαι. E. S.]

Πόνηρος laboriosus, miser: πονηρὸς improbus; scelestus. Alio loco cel. Lennep. " Verbum πένομαι, laboro, peperit nomen πόνος, laborem notans, et translate quoque, molestiam, ærumnas, quæ graviorem laborem comitari solent. Ab isto Adjectivum est πόνηρος, quod pp. notat laboriosum, et translate ærumnosum. —— Sicut autem, apud Latinos, homines laboriosi, astuti, similesque, interdum maleseduli dicuntur: sic, in deterius conversa significatione, πονηρὸς exime quoque notat hominem malitiosum, astutum, veteratorem &c. accentu, in posteriori hac significatione, semper posito ad ultimam syllabam. —— Valet autem tum idem fere, atque apud Græcos πανοῦργος: quæ vox, itidem mediæ significationis, plerumque tamen in deteriorem partem accipitur, de homine ad omne genus malarum artium proclivi et apto: et quidem, apud Atticos, nomen πανοῦργος (sicut etiam πονηρὸς) summi convitii loco habebatur. Eadem nomina, non sine astutiæ et malitiæ significatione, aptissime à scriptoribus sacris tribuuntur Satanæ. —— Ita et αἰὼν πονηρὸς (Epist. ad Galat. 1. 4.) accipi potest de seculo ad omne genus flagitiorum apto." Πόνηρον et γεωργὸν permutari, supra jam observatum ex T. H. unde facile perspicitur illius vocis proprietas. Redi ad ποιέω. E. S.]

Πόντος pontus, mare. Diversas derivationes præbet Etymologus, col. 682. Πόντος ἀπὸ τοῦ πνέω· ἐν ᾗ αἱ πνοαὶ, καὶ οἱ ἄνεμοι· ἢ ἀπὸ τοῦ πόνος, πόντος, καθ' ὃν πεπόνηται περὶ τὸν πλοῦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Καὶ ἀπὸ τοῦ πνέω πνότος, καὶ πόντος &c. An fortasse à πόνος labor, " quia plenus laboris?" ut alii apud Vossium. Sed et ipsum πόνος, ni fallor, est à flando, sive efflando, quatenus vehementius laborantes spiritum efflant trahuntque cum difficultate, et πόντος, pro πόνετος, commodissime mare dicitur, quod perflatur ventis. Notetur etiam phrasis Homerica: Πόντος ἁλὸς πολιῆς, Il. Φ. 69. pontus sali cani, ubi ad agitationem ventorum manifesto alluditur. E. S.]

[Πόποι dæmones, dii. Unde ὦ πόποι passim apud Homerum. " Veteres Grammatici dissentiunt, quo pacto sit intelligendum. Scholiasta exponit φεῦ, παπαὶ, addens, " Adverbium esse σχετλιαστικόν, quod querelas et tristitiam adfert." Hac ex sententia ὦ πόποι nihil aliud foret, quam imitamen vocis querelarum, idemque adeo quod Latinis o papæ! Fuere alii, inter quos Appion, Alexandr. Grammaticus eruditus, et Heraclides, omnium Grammaticorum doctissimus, qui dicerent, πόποι, esse nomen deorum, ex Dialecto sumtum, atque adeo ὦ πόποι idem esse quod ὦ θεοί &c. T. H.] [Verissime instituisse videtur vir doctus, in Lexico Hedericiano, qui conferebat vocem πέπων mitis, placidus. Huic certe vicina vox altera potuit esse πόπος mitis, pp. coctus, quod à πέπω, unde πέπτω. Ab eodem πέπω, nisi malis à πόπω, superest quoque derivatum πόπανον placenta tenuis, pp. cocta, quin et popa, pp. ut videtur, quasi coctor carnium: unde et popa venter fortasse apud Persium (Sat. 6. 74.) i. e. venter, qui cibos coquat, concoquat, immani copia. Observandum enim est, formas nominum in ος, modo activam vim habuisse, modo passivam, ut πόπος potuerit notare et eum qui coquat, et eum, qui coctus sit, adeoque mitis: unde πόποι, in notione Passiva, cocti, id est mites, minime crudi. E. S.]

Ποππύζω sibilo. Factum à sono. [" Nempe à sono, qui editur, ad aliquem appellandum. Sic ποππύζειν κύνα, ἵππον, per sonum blandiri equo, cani, et ad se appellare. Hinc frequens Græcis non tantum est ποππυσμὸς, sed Latinis etiam poppysmus &c. Apud Clement. Alexandrinum, non satis intellecti ab interpretibus, ποππυσμοὶ δούλου, i. e. vocationes servi per poppysmum." T. H.] [Plura dabit H. Stephan. Appendix, c. 1692. Conf. et Eustath. ad Homer. p. 565. 10. Etymol. p. 191. 21. in voce βαττaρίζειν. E. S.]

[Πόρκης " annulus, cujus circumplexu ferrum sive cuspis hastæ, cum hastili, vincitur." Hedericus. Occurrit vox Il. Ζ. 320. et Θ. 495. περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης circumque hastam aureus ambibat circulus. Vide in πόρκος. E. S.]

[Πόρκος rete piscatorium, quod circulariter spargitur, et in orbem funditur. Etymologus c. 683. 28. repetit, quasi, ἀπὸ τοῦ περιχεῖσθαι, ut πόρκον dixerint, διὰ τὸ περιλαμβάνειν καὶ περιέχειν τὸν εἰσδύντα ἰχθύν. Analogia suadet, ut repetatur à verbo πέρκω, quod pp. notasse pungo, pungendo, penetro, perforo, &c. supra jam observatum est, in περκνός. Ab illa perforandi notione vox porcus, (quæ apud Latinos superest) suem domesticum notat, rostro suo quævis obvia scrutantem, et quasi perforantem. Sed idem verbum πέρκω notionem ambiendi cingendique olim videtur habuisse, ab eadem origine pungendi ductam: quatenus, nempe, πέρκειν peculiariter fuit pungere in orbem: quemadmodum סָבַב circumivit Hebr. idem verbum est quod Ar. سبب pupugit, at alio flexu adhibitum. Jam vero à circumeundo, cingendo, πόρκος rete in orbem fundi solitum, πόρκης annulus ferrum hastæ cingens &c. E. S.]

Πόρνη, meretrix; et mascul. πόρνος Lat. exoletus, vel cinædus seu scortum masculum, cum suis derivatis, oriuntur à verbo antiquo πέρνω, unde πέρνημι, vendo. Dicitur autem à vendendo, quod publice prostituti quæstum facerent corpore, secus atque honestiores meretriculæ, quæ hujus illiusve libidini tantum inserviebant, quæque honestiori vocabulo vocantur ἑταῖραι i. e. sociæ, Latinis etiam amicæ dictæ. A scortis autem distinguebantur amasii, qui vel ἐρώμενοι à Græcis dicebantur, vel τὰ παιδικὰ, vel etiam παῖδες, cui postremo respondet apud Latinos puer. Eosdem Corn. Nepos, in Præfatione, vocat quoque adolescentulos. A nomine autem πόρνος ductum πορνεία latissime patet, et omne genus scortationis comprehendit." Cf. Lennep. ad Phal. p. 130.

Πόρπη fibula. A πόρω, vel πέρω, unde etiam περόνη fibula, vel subula. [" Πόρπη pp. annulus, aut orbicularis circellus, cui fibula vel περόνη inserta tenetur; sed et non raro ipsam fibulam notat. Hinc πόρπαξ annulus major, cui, ad interiorem clypei partem adfixo, brachium immittitur. Forma in ξ desinens, (rarius diminutæ potestatis, ut apud Hesychium in βώμαξ) maxime augmenti et magnitudinis est indicium, ὑσσὸς, ὕσσαξ· πύνδος fundus, πύνδαξ latior et amplior fundus. Ad personas, eadem forma, etiam pertinet πλοῦτος, πλούταξ divitiis affluens, πηλὸς, πήλαξ luto oblitus et contaminatus, unde πηλακίζειν, et, frequentiore composito, προπηλακίζειν contumelia adficere; στόμφος immanis strepitus, στόμφαξ, apud Comicos, blaterator. Πόρπαξ vero, à Scholiaste Aristophanis ad Equites, vs. 845. exponitur ὁ ἀναχορεὺς τῆς ἀσπίδος. Quoniam autem in medio clypei hæreret, idcirco in Euripidis Phœnissis, vs. 1134, πόρπαχ' ὑπ' αὐτὸν enarrator vetus exponit ὑπ' αὐτὸ τὸ μέσον. Dictus etiam ἀντιλαβεύς" &c. T. H.]

Πόρτις vitulus, sive juvencus, et vitula s. juvenca. Originem vocis, à πορεύεσθαι incedendo, repetunt veteres. Etymol. c. 684. 2. Παρὰ τὸ ἄρτι εἰς πορείαν, καὶ νομὴν ἔρχεσθαι, οἷον πόρος, πόρις, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ τ, πόρτις κ. τ. λ. Et sic Eustathius, c. 1663. 33. Πόρτιες, ἤγουν νέαι βόες, ἄρτι ἀρξάμεναι πορεύεσθαι. Idem Eustathius admonet, " modo πόρτιες dici, modo πόρτακες." Conf. quæ vir illustris, H. Tollius, de forma simpliciori πόρις, dedit, in Animadv. ad Apollonii Lex. Homer. p. 561. Itaque, uti πόρις, forma simplex, ducta est, sive à πέπορα, Præterito perf. Medio verbi πείρω, sive rectà, ab obsoleto verbo πόρω, sic ab ejusdem verbi, πόρω, tertia pers. Præter. perf. pass. πέπορται est πόρτις. Vide plura ad seq. πόρω. E. S.]

Πόρφυρα purpura, genus conchæ marinæ. A πὸρ, (quod cum πῦρ componendum) et φύρω misceo, dicitur purpura, πόρφυρα, ab igneo colore admisto. [Veteres parum verisimilia, de etymo, præbent, ut Etymol. c. 684. 12. quando dicit, vocem factam παρὰ τὸ περιφέρειν τὸν νοῦν &c. Nescio equidem, an πόρφυρα rectius repeti possit à πορφύρω, hoc vero sit forma verbi reduplicati, ducta à φύρω s. φόρω misceo: ut πορφύρω pp. sit vehementer misceo, perturboque, quod de mari dictum, vehementius perturbato, agitatoque; et dein metaphorice de animo, curarum æstu jactato. Conf. Iliad. Φ. 551. Od. Δ. 527. 572. &c. Quodsi verum sit, πόρφυρα pp. jactata, sive æstu ejecta, dicta fortasse primum fuerit concha marina, et dein eximie concha, unde purpura conficiebatur. E. S.]

[Πόρω verbum obsoletum, quod multa sui vestigia, in linqua Græca, reliquit. Ab eo enim non tantum repeti potest vulgatissima vox πόρος porus, meatus, transitus, et πὸρ, quomodo Lacedæmonios dixisse, pro ποῦς, pes, auctor est Hesychius: verum etiam πόρε, quod alias, cum augmento, ἔπορε, 3 pers. Sing. Præterit. imperf. Activi, quin et πορέω, unde πορεῖν, et forma reduplicata πεπορεῖν, quam habet Hesychius. Stirps πόω, cognata fuit aliis πάω, πέω, πίω, premo. A premendo videtur esse ducta notio calcandi, porro ea incedendi, et permeandi, unde et Latinorum porta: nempe qua permeatur, et portus, quo penetratur, quo receditur, (quam vocem pro domo etiam posuisse veteres, auctor est Festus) quin et ea dandi notio, in primis tecte et occulte, repetita forsan est ab illa premendi, uti Belgæ etiam dicimus *iemand iets in de hand drukken*: nisi malis, notionem dandi, donandive esse ductam à transmittendo et præbendo alteri &c. Πὸς vero pes quin dici potuerit à premendo et calcando, nemo dubitet. Eadem certe origo est vulgati ποῦς pes. E. S.]

Ποσειδῶν Neptunus. Forte à πόσις (quod cum ποῦς componendum) et δέω, quasi ambiens terræ pedem. [Ποσειδῶν haud dubie contracta forma est, pro ποσειδέων qua voce Herodotus passim utitur, sive potius pro ποσειδάων, quod semper legas apud Homerum; qui, ne semel quidem, contractum ποσειδῶν adhibuit. Etiam ποσειδέης, et ποσιδῶν est in Etymologo, c. 684. 25. ubi variæ præbentur derivationes, incertæ omnes, aut apertæ falsæ. Herodotus l. 2. p. 128. 84. 85. nomen ποσειδέων ab Afris repetere videtur, ut origine Punicum sit, magneque adeo Bocharto interprete (in Geogr. Sacr. l. 1. c. 2. c. 9.) idem quod פשיטן, quod latum et expansum sonet, à פשט pandere, expandere. Bocharti sententiæ favet nonnihil, quod etiam ποσιδὰν dixerint, indice Salmasio, in exercit. Plin. p. 111. b. et 580. a. E. S.]

[Πόσθη pellis, qua glans pudendi virilis tegitur, vel ipsum αἰδοῖον virile. Etymologus c. 684. 55. πλεονασμῷ τοῦ σ dictam censet, quasi, πόθη, δι' ἧς τὰ τοῦ πόθου γίνεται· quod longius petitum est. Simplicior fuerit ratio appellationis, à πόω premo, vim facio, unde πόσις vir, pecul. maritus, à premendo, quemadmodum אִישׁ Hebræis similiter dictus est ab אִישׁ pressit, compressit, Lexici Hebr. nostri p. 18. Hoc si fortasse alicui ideo minus placeat, quod πόσθη pp. sit pellicula pudendi (unde de ipso pudendo vox deinceps per metonymiam demum dicta sit, quemadmodum cuticula apud Latinos pro corpore ipso dicitur, cute induto) cogitet, an πόσθη, cum adspiratione, pro πόστη, dici potuerit quasi repressa, aut retracta, quod retroagatur retecto αἰδοίῳ. Sed hæc pluribus explicuisse non refert. E. S.]

Ποταμὸς fluvius. A ποτάω, quod à πότος. Stirps πόω, quod idem ac πίω bibo. [" Proprie significat aquam potabilem, opposite ad marinam sive salsam. Oritur autem à ποτὰ, neutra Plurali vocis ποτὸς, quæ à πόω. Latinum verbum potandi inde formatum est. Ejusdem vero formæ, ac nostrum ποταμὸς, sunt voces πλόκαμος, θάλαμος, ὄρχαμος, et similes." L. C. V.]

Πότερος uter, quasi ex πὸς, et ἕτερος, de quo supra. Πὸς vide in ποῦ. [Nobis quidem nullum dubium, quin πότερος uter, sit, pro pleniori ὁπότερος: qua de voce dictum jam supra. Ὁπότερος hocce, sive ὁππότερος, frequenter legitur apud Homerum, qui alterum illud πότερος, semel tantum, adhibuit, Il. Ε. 85. E. S.]

Πότμος sors, fatum. Pro πέσμος, et hoc à πόω, quod idem ac πέω, componendum cum πίπτω cado. [Nescio, an vox πότμος tanquam contracta sit habenda, ex πότιμος, i. e qui bibitur, sive ebibitur, nempe, calix: unde adsumi potuit notio sortis, quæ alicui calicis instar obtingat. Sic כּוֹס calix, pro portione, s. sorte, Ps. 11. 6. 16. 5. 23. 5. et alibi æque in sacris, atque apud Arabes, occurrit. Stirps hoc pacto fuerit πόω, unde πότος, ποτὸν, potus, ποτὴς poculum, et ποτήριον, quod et ipsum, figurato usu, pro portione, legitur, Matth. 20. 22. 23. 26. 39. Joh. 18. 11. Apocal. 14. 10. 16. 19. 18. 6. &c. Quodsi autem πότμος, hac quidem ex origine, idem pp. sit ac ποτήριον, tanto magis quadrabit in hanc vocem non tantum epitheton ἀδευκὴς amarus, acerbus, (ut Od. Κ. 245. ἀδευκέα πότμον, pp. sit amarum poculum) verum etiam phrasis Homerica, ἐπισπᾶν πότμον attrahere, i. e. continente tractu ebibere poculum fati, quod Lucianus, (indice Stephano, Thes. t. 3. c. 920.) forma verbi Media, dixit ἐπισπάσασθαι τὴν κύλικα, calicem attrahere, sive uno haustu ebibere. Vide Il. Β. 359. Ζ. 412. &c. Itaque et πότμος ἑτοῖμος, Il. Σ. 96. pp. fuerit poculum mortis paratum. E. S.]

Πότνιος venerandus. Forte à prolabendo, ut sit, quem supplex adores. Hoc pacto origo erit πέω, de quo modo in πότμος. Ita fere Etymol. c. 685. 50. Πότνια· σεβασμία, ἔντιμος· παρὰ τὸ πέτω, ποτῶ, καὶ ποτνῶ· οἱ γὰρ σεβόμενοι προσπίπτουσι. ὅθεν ποτνιᾶσθαι τὸ προσπίπτειν κ. τ. λ. Conf. et Eustath. p. 865. 59. In Hesychio πότνια γῆ exponitur καλὴ γῆ· et πότνα, inter alia, redditur καλή. Possent, hoc adspectu, πότιος, et πότνιος, dicta forsan videri pro πόθνος et πόθνιος, à πόθω desidero, unde πόθος desiderium: at πόθ-

νιος pp. sit, quasi, desiderabilis, desiderium sui movens, atque adeo pulchra admodum res. E. S.]

[Ποῦ ubi. Recte vir eruditiss. in Lexico Hedericiano, repetit ab antiquo πὸς, πὴ, πῶ. Cum πὸς convenit Latinis usitatum quis, quæ &c. Itaque ποῦ, ποῖ, πῷ, πῇ, pp. casus Genitivi et Dativi sunt, per ellipsin Præpositionis cujusdam, absolute adhibiti. Conf. dicta superius in πῇ et πη, et cl. Hoogeveen Doctr. Part. cap. 45. ss. E. S.]

Ποῦς, pes, pro πόος, à πόω. Vide supra in πίδω. [Genitivus ποδὸς, Lat. pedis, suadere videtur, literam δ, in forma hujus vocis prisca, non defuisse. An igitur à πίδω factum fortasse est πίδος, πίδς, pes, pedis, à πόδω vero πόδος, et, δ elisa, πόος, quod contractum dein in ποῦς? Sane δ in medio Genitivo, ab Ionibus potissimum, ejectum fuisse, apparet ex Genitivis Πάριος et Θέτιος, pro Πάριδος, Θέτιδος, à Maittairio commemoratis, p. 109. Conf. et Æolica Ἀρτέμιος, μήνιος, pro Ἀρτέμιδος, μήνιδος, apud Vossium, de Litterar. Permutatione. Hac via delabimur ad verba πίδω, ac πόδω, quæ à πίω et πόω orta, vim habuisse oportet premendi: ut ποῦς, hac ratione, contractum ex πόος, pro πόδος, et pes Lat. pro πίδς, ex πίδος, originem duxerint, notionemque acceperint à pressione, quæ, pedibus positis, fiat. E. S.]

[Πόω, idem origine, quod cognata πάω, πίω, πίω, at, in usu linguæ, obsoletum. Vestigia hujus verbi certissima deprehendas, non tantum in derivatis πόσις, πόμα, πότος, ποτὸν &c. sed etiam in Futuro πώσω, et Perfecto πέπωκα, ad Thema πίνω, vulgo referri solitis. A πέπωκα hoc, inter alia, ductum est πῶκος, obsol. Lat. pocus, cujus diminutivum poculum in usu mansit. Quodsi jam stirpes illas cognatas πάω, πίω, πίω, attentius consideraveris, perquam verisimile fiet, nostrum πόω, æque ac πίω, (unde πίνω) pp. significasse premendo labia, vel labiis compressis bibere. De πόα, pp. herba densa, supra jam dictum, suo loco. E. S.]

Πρᾶος mitis. Forte à περάω transadigo, transfigo, ut πρᾶος proprie sit tractabilis. Conf. πράσσω. [Forma altera πρᾷος, cum iota subscripto, probat, contractam esse vocem ex πραῖος, quod forte pro πέραιος, unde περαιόω transmitto. Proprietas verbi, à cel. Lennepio indicata, confirmari posse videtur ex collatione cognati verbi περαίνειν, quatenus inire fœminam notat. Itaque πρᾶον, pro πέραιον, pp. fuerit quod penetrari, transfodi, facile possit, oppositum alteri χαλεπὸς durus, difficilis. E. S.]

Πράσσω facio, ago, tracto. A περάω, de quo supra. [Nimirum è περάω, in Futuro περάσω, (litera σ geminata, et facta contractione) ortum est πράσσω. Ab ejusdem autem verbi περάω (contracti in πράω) Præterito antiquo Activo πεπέραγα, (unde natum postea πέπραχα) ductum nomen Substantivum superest πρᾶγος, cum accentu circumflexo notatum, pro πέραγος: eadem fere ratione, atque à Perfecto Pass. πέπραγμαι, pro πεπέραγμαι, nomen factum est πρᾶγμα, itidem circumflexum, pro πέραγμα. Jam vero tali ex fonte derivatum verbum πράσσω, quod Attici dixerunt πράττω, pp. notasse videtur ad exitum, finemve, perduco; unde πρᾶγος et "πρᾶγμα pp. res gesta, vel acta" quemadmodum alio loco cel. Lennepius explicuit "ut diversum sit ab altero χρῆμα, quod ab usu dicitur, quasi res, qua utaris." Porro ab ejusdem verbi πράσσω, sive potius ab antiqui πράω, pro περάω, tertia perf. Præteriti Pass. πέπρακται, est nomen πράκτωρ, quod "apud veteres, speciatim, significavit eum, qui τὸν ἐπικείμενον εἰσπράττεται φόρον, i. e. impositum tributum exigit, ut Suidas, hac in voce, interpretatur. Latius autem paullo sumtum idem nomen etiam dicitur de eo, qui ultor est alicujus rei, atque ita πράκτωρ φόνου ultor cædis. Apud Hellenistas autem inde porro transiit, ad significandum lictorem: quo sensu accipitur, v. gr. in loco Lucæ Evang. c. 12. 58." E. S.]

Πρέμνον stipes, stirps. Pro πέρεμνον, à πρίω, περίω, quasi transfigendo præminere facio. [Hesychius πρέμνον inter alia esse, ait, πᾶν ῥίζωμα δένδρου τὸ γήρασκον, ἢ τῆς ἀμπέλου πρὸς τῇ γῇ Quascumque arborum radices aridas &c. Clarius eo Etymologus, c. 686. 36. πρέμνον, inquit, τὸ ἀπογήρασκον τῶν στελέχων λέγεται, trunci vel stipites arborum emortuæ. Præterea Hesychio commemoratur πρέμνον ἑστίας foci ima pars. Unde vix dubitandum videtur, quin πρέμνον, per vocalem ε loco η, scriptum, (ut solebant veteres) exponendum sit, ex collato verbo πρήθω incendo, cujus Præter. perf. Act. πέπρηκα dederit Particip. Pass. præter. πεπρημένος, pp. incensus vel incendi solitus. Hinc, demto augmento, πρήμενος, πρέμνος, et neutro, πρέμνον, Belg. *Brandhout*, et idem nomen, alio adspectu, de foco dictum ejus ima pars h. e. *brandplaats*, vel *stookplaats*. Ligna vero, sive radices vitium, imprimis foco incendendo inserviisse, res notissima est, vel ex illo Ezechielis, cap. 15. 2—6. E. S.]

Πρέπω decorus sum, excello. Inde πρέμνον. [Conf. modo dicta. Etymologus c. 686. 56. factum conjiciebat ex Præpositione παρὰ et ἔπω dico: ut primo fuerit παρέπω, et, contractione facta, πρέπω. Quæ derivatio speciem quidem veri habet, at constructioni tamen, et usui hujus verbi, nonnihil repugnat. Rectius fortasse repetas, ex πάρω, παρέω, πρέω &c. ut πρέπειν pp. sit convenire, similem esse: unde notio decori. Hesychius πρέπον, ὅμοιον exponit; eidemque πρέπτα sunt φαντάσματα, εἰκόνες. E. S.]

Πρέσβυς senex. Forte ex πρὶς (quod cum πρὸ, πρὸς &c. descendit à πρίω, de quo in πρέμνον) et βὺς, à βύω, quod cum βάω, βίω, componendum. [Vir eruditissimus, L. Bos, Dissert. de Etym. Græca, p. 38. 39. "vulgarium Lexicographorum sententiam" explodens, "qui πρέσβυν senem dictum voluerunt, à πῦρ et σβέω extinguo, quod in senibus calor nativus extingui soleat, similesque derivationes alias damnans, conjecturam ipse suam proposuit, qua πρέσβυς senex per contractionem appellatus fuerit, "quasi προσέσβυς, ut sit ἀπὸ τοῦ πόρειν et σέβεσθαι· quia senex venerationem sibi conciliet, sitque venerabilis." Hactenus ille. Sed, nomen πρέσβυς esse vocem simplicem, non compositam, satis, opinor, docebit collatio Æolicæ hujus nominis formæ, πρεσγὺς, quod cum Lat. priscus jam compararunt Vossius, et Schrevelius. Syllaba enim γυς est mera terminatio, qualis est altera illa notissima Latinorum in cus. Porro, quod, pro πρέσβυς, etiam dixerint πρέσβος (unde πρέσβα θέα, apud Etymologum, col. 687. 3. et Hesychium, t. 2. c. 1017.) et πρέσβις, (unde πρεσβίων et πρέσβιστος, uti à λάλις, quod poëtæ servarunt, est λαλίων, λάλιστος, in eodem Etymologo, c. 753. 21. 23. et 687. 11. 14.) quin et πρείγις (unde πρειγιστος, in inscriptionibus Asiaticis, laudatis à summo viro, L. C. V. in Adnotat. ad Theocriti Adoniaz. p. 319. 320.) hæc igitur omnia eo magis confirmabunt, terminationes βυς, γυς, γις, hac quidem in voce, nihil commune habere cum verbo βύω, vocemque adeo πρέσβυς, cum vicinis formis, esse simplicem, non vero compositam. Jam vero, si præterea comparaveris, quam modo dixi, vocem Lat. priscus, cum Æol. πρέσγυς, et alia voce obsoleta pris, unde pri, in pridie et Gr. πρὶν, (de quibus dictum supra, in παρὰ,) manifesto fluxerunt, utriusque origo facile admodum in oculos incurret. Hoc enim pacto, à πάρω, obsoleta stirpe, (de qua dictum in παρθένος) facta sunt παρέω, παρέθω, &c. unde πρέω, πρήθω, πρέβω, πρέσβω, πρέσβυς, quin et πρέγω, πρείγω, πρείγις &c. quæ omnia notionem propriam habent perrumpendi, procedendi, aut provehendi: unde πρέσβυς, et πρεῖγος, pp. videntur idem notasse ac provectus, et, à priori illo, ducta forma Comparativa πρεσβύτερος provectior, pecul. ætate, vel annis, unde notio senioris honorati, legati &c. Conf. porro, quæ dedit Valcken. ad Adoniazus. Theocrit. l. 1. E. S.]

Πρήθω incendo. A περάω repetendum. [Propriam verbi vim in perrumpendo positam esse, observavimus, in πρέσβυς. A πρήθω, vel forma simpliciori, πρέω, ductum est nomen πρηστὴρ, quod, Hesychio indice, notat ἄνεμον σφοδρὸν &c. i. e. (ut cel. Lennep. Animadv. ad Coluth. cap. 12. ponit) ventum vehementem et, summa cum vi, furentem, pp. perrumpentem, sive prorumpentem. Vide plura apud dulcissimum præceptorem, l. l. Notio ea perrumpendi, proficiendique, admodum clare perspicitur in illo poëtæ (Iliad. A. 551.) de leone, carnium cupidissimo, qui ἰθύει, i. e. recta irruat, at οὔτι πρήσσει, h. e. perrumpere non possit &c. Ab eadem autem notione perrumpendi, sive penetrandi, orta quoque est illa flammæ pervadentis, et cuspide suo cuncta, quasi, findentis. E. S.]

Πρηνὴς pronus. ["Πρηνὴς pp. significat pronum in faciem. Quod Virgilius dixit (Æneid. 1. 119.) pronus volvitur in caput, id expresserat ex his Homeri, Il. Z. 42. Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο &c. Idem alibi (Il. E. 586.) dixit κύμβαχος, h. e. ita in caput pronus, ut pedes in altum educantur. Apud Athenæum, l. 4. p. 153. ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προπεσὼν προσκυνεῖ. —— Est hæc usitata vocis significatio, à qua recedendum quoque minime videtur in loco celebri (Act. Apost. cap. 1. 18.) de Juda proditore, καὶ πρηνὴς γενόμενος i. e. cum pronus in faciem concidisset, crepuit medius. Nempe, optime posse conciliari videntur scriptores sacri (Matthæus et Lucas) quomodo rem concepit Isaacus Casaubonus. Judas consilium ceperat, quod etiam exsecutus est, laqueo gulam strangulandi. Id narrat Matthæus (cap. 27. 5.) Sed vero Judæ pendentis fractus videtur fuisse laqueus, ita ut, in terram pronus, caderet in præcipitium: quo facto medius crepuit, et intestina ejus fuere in terram effusa. Hoc memoriæ prodidit Lucas, Act. Apl. l. l. Id vero, ne cui videatur, ad scriptores nostros conciliandos, pulchre excogitatum, dabo similem plane historiam ex Apuleii Milesiacis, l. 1. c. 12. ubi quendam introducit, ad hunc modum conquerentem: Adscenso grabbatulo, ad exitium sublimatus, immisso capite laqueum induo. Sed, dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut, ponderis deductu, restis, ad ingluviem adstricta, spiritus officia discluderet, repente, putris alioquin, et vetus, funis disrumpitur, atque ego, de alto decidens, in terram devolvor." L. C. V.] [Itaque et πρηνὴς, forma tantum diversa vox à Lat. pronus, ex indole thematis πρέω, (in verbo πρήθω indicata) idem pp. notavit atque cum impetu proruens. E. S.]

Πρηὼν eminentia montis, quod et πρὼν, à πράω, πρῶ. Conf. πρίω in πρέμνον. [Est et alia forma πρώων, unde πρώονες ἄκροι cacumina summa, Il. Θ. 553. Π. 299. Itaque vel hinc apparet, olim in usu fuisse πράω, πρέω, πρόω, unde diversæ hæ formæ ductæ. E. S.]

Πρίαμαι emo. Compone περάω, πράω, et πιπράσκω. [Est autem πρίαμαι pp. Præsens verbi, forma Media, repetenda ab Activo πρίημι, ut ἵσταμαι ab ἵστημι, pro ἵσταμαι. Activam formam Suidas nobis servavit πρίημι· ἀγοράζω. Vide et Etymolog. c. 132. 50. Πριῶ οὖν πρίημι· ἐξ οὗ καί, πριῶ μοί, φησὶν ὁ κωμῳδὸς, σπλάγχιον. E. S.]

Πρὶν ante. Compone πρὸ, in πρέσβυς, [et quæ ibidem, ac in παρὰ, à nobis fuerunt observata. E. S.]

Πρίω seco serrâ. Dubium, utrum à sono, an à περάω transigo.

Πρὸ ante, pp. idem quod πρὸς, à πέρω. Dicitur à prominendo. Confer πρηὼν &c. [Πρὸ pp. idem est, quod παρῷ, nempe Dativus, vel Ablativus antiquissimus vocis παρὸς, ἡ, ὄν. Diximus de eo jam supra in παρά. E. S.]

Πρόβατον pecus. A προβάω, quod ex πρὸ et βάω. [Etymol. p. 688. 25. ἢ πρόβατον, παρὰ τὸ προβαίνειν τῇ βοσκῇ. Nempe, quia agitur vel procedere cogitur à pastore. Forma vocis Passiva hanc posteriorem originem unice videtur commendare. E. S.]

Προηγορεὼν ingluvies, gula, idem pp. quod πρόλοβος, ex πρὸ ante, et ἀγείρω congrego. Hinc eximie locus est anterior, vel ubi ante cibi congregantur. [Conferendus omnino Suidas, in voce, et ibid. Kusterus in notis. Quam vero idem Lexicographus præbet vicinam formam πρηγορεὼν, ea explicanda est ex cognatione præpositionum πρὸ et πρὴ, sive potius πρὰ, pro παρὰ, ex antiquo παραὶ, Dativo Singul. f. g. cujus masc. forma pp. est πρὸ pro παρῷ. Redi ad παρὰ, et πρό. E. S.]

Προὶξ donum. A προΐσσομαι, quod cum προΐεναι componendum. [Προὶξ contracte pro προῒξ, ut pro ὂϊς dicitur οἶς, proprie dicitut ea res, quæ præbetur alteri: ideoque etiam dos, quæ sponsæ à parentibus datur. Composita vox est ex πρὸ, et ἵκω mitto, προΐκω præmitto, vel promitto. Jam omne donum, quod gratis alicui tribuitur, dicitur προΐξ. Hinc προῖκα, quasi dicas κατὰ προῖκα, notat gratis." T. H.]

Πρόκα statim. Forte à πρό. [Vox Herodoto usitata. Vide Cl. Alberti ad Hesychii πρόκα· εὐθὺς, ἐξαίφνης. Apud Latinos veteres proci iidem erant, qui postea proceres. Vide Festum, l. 14. p. 377. ubi et "proci dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium." An igitur proci, quasi πρόϊκοι, et πρόκα statim pro προῖκα, pp. præmissione? Vide T. H. in προΐξ. E. S.]

Πρὸς ad. Vide πρό. [Plura diximus in παρά. E. S.]

Πρόσπαιος recens. Ex πρὸ, et σπάω traho. [Conf. H. Stephan. in Append. c. 1727.]

Πρυμνὸς extremus pro πρύμενος, à πρύω. Conf. πρέμνον, à πρίω, et πέρυσι. [Vide L. Bos, Diss. de Etymol. Græca, p. 39.]

[Πρύτανις præfectus. Πρυτάνεις iidem erant, qui postea οἱ πρῶτοι. Itaque verisimilis quidem est etymologia, quam adtulit vir eruditissimus in Lexico Hedericiano, "repetendam vocem esse à πρό." Analogiæ tamen congrua magis erit derivatio, si à πέρω, πρύω, repetas πρύω· unde non tantum πρύμενος, πρυμνὸς, sed etiam πρύτος, πρυτάω, πρυτάνω &c. E. S.]

[Πρωῒ mane. A πρό. [Πρωὴν nuper pp. est Accusativus à πρωὸς, quod auctum est à πρός. Ex πρὸς etiam aliud auctum Adjectivum, πρωΐος scil., quod contracte dicitur πρῷς, cum iota subscripto, unde πρωῒ mane, et πρωΐην, quod subintellectam habet vocem ἡμέραν notatque pridie. Sed inde ponitur pro nuper. T. H.] [Nempe πρὸς pp. contracte dictum pro παρὸς, quod in Dativo habuit παρῷ, πρῷ, unde jam πρώϊος &c. Πρωῒ vero videtur esse pp. Dativus alius formæ πρωῒς, ut heri ab heris &c. E. S.]

Πρῶρα prora, à πρό. [Nimirum ab antiqua παρῷ, πρῷ, videtur factum πρώϊρος, πρῷρος. Hinc fœm. forma πρῷρα, prora, i. e. anterior navis pars, vox Substantive posita. E. S.]

Πταίρω sternuto. Factum à sono [sternutantis, ut Lat. Sternuto. Forma simplicior fuit πτάρω, unde πταρμὸς sternutatio &c. E. S.]

Πταίω impingo. Vel, per contractionem, à πετάω est, vel pro παίω, inserto τ. Conf. πίπτω. ["Πταίω contractum est ex πεταίω, quod auctum ex πετάω, idque est à πέτω, pro quo dicitur πίπτω. Πταίω autem significat ita offendo, ut cadam: unde pro labare, et vacillare, accipitur. Ut vero labi à Latinis ponitur pro errare, sic πταίειν quoque apud Græcos, hac potestate, usurpatur, ut πταίει Εὐριπίδης errat Euripides: et, apud Grammaticos sæpe: πταίει Ἀρίσταρχος errat Aristarchus. Compositum προσπταίειν significat ad lapidem offendendo labi." T. H.]

Πτερὸν ala. Forte à πέτω, per contractionem. ["Πτέρυξ ala auctum est ex πτερὸς, ὄν, quod pp. adjectivum est, à πτέω, πτάω, unde πτῆμι, ἵπτημι pp. expando, de avibus, alas expandentibus, et, per consequens, volantibus. Πτέω autem contrahitur ex πετέω &c. A πτέω igitur hoc est πτερὸς, unde πτέρυξ, et auctum πτερυγίζειν, quod notat alas motito, et pp. de pullis avium dicitur, experientibus volatum, motitando alas, quamvis nihil adhuc possint facere. In hoc autem verbo duplex est translatio: primo de iis, qui experimento præludunt rei gerendæ. Ita ex. gr. quando parantur milites ad disciplinam militarem, et exercentur, sine vero bello, dicuntur πτερυγίζειν. Dein ponitur etiam pro inanem operam facere, ut Aristoph. Plut. vs. 575. &c. T. H.] [Conf. Hesych. in πτερυγίζειν et ibid. Albert. T. H. p. 1071. E. S.]

Πτέω pro πετέω volo. Ductum est à πέτω, de quo ita

Etymol. M. col. 363. 39. Ἀπὸ τοῦ πίτω, ἔπιτον, ἐπιτόμην, ἐπέτατο, πίτεσθαι, καὶ συγκοπῇ πτίσθαι. Vide supra, suo loco, et T. H. in πτερόν. E. H.]

Πτίλος cui ex ciliis pili periere. Forte pro πίλος, de quo vide suo loco. [Docuit vir cel. Analog. Gr. p. 207. literam Π, æque ac Β, nonnunquam ab initio esse præfixam, adeoque non-radicalem. Hoc quidem in voce nostra πτίλος, (quæ etiam πτίλλος scribitur, media λ geminata) unice videtur tenendum: ut stirps pp. sit τίλω, sive τίλλω vellico. Vidit veram hanc originem jam Etymol. col. 342. 42. ἀπὸ τοῦ τετίλθαι τὰ βλέφαρα, et col. 694. 34. πτίλος —— ἐπὶ τῶν ἀποτετιλμένων τὰ βλέφαρα. Vide porro Hesych. t. 2. c. 1072. et ibid. Albert. E. S.]

Πτίσσω pinso. Forte pro πίσσω, à πίω, unde quoque pinso Latinorum. [Eadem ratione τ insertum est post primam literam vocis, in πτόλις pro πόλις, πτόλεμος pro πόλεμος. Vide Maittaire Alphab. Diall. p. 296. Adde his, quod πτίσσω proprie dicatur ab expandendo massam. E. S.]

Πτοέω consterno. A πετόω, quod componendum cum πίπτω, et πταίω. [Conf. infra in πτύρω.]

[Πτόρθος germen. "Est à πτείρω, quod ex πτέω, contracto ex πετέω, pro quo etiam πετάω. Notat autem pando, expando: unde à πετάω est πέταλον folium expansum. Eadem significatio est in πτείρω, unde πτερὸς et πτερὸν, ala expansa, dein πτόρθος, notans propullulationem primam arborum, fruticum et herbarum." T. H.]

[Πτύω ventilabrum, quo rustici, frumento excusso, paleas excernunt. Formam vocis nostræ Atticam, omissam à Lexicographis, πτέον, servavit Eustath. in Comm. ad Hom. Il. Ν. p. 925. Verbum superest, unde proxime oritur πτύον, πτύω, quod cum olim significaverit in genere excernere, ad peculiarem spuendi significatum translatum fuit. A spuendo fluxit tertia hujus vocis significatio contumeliandi, vel contumeliose tractandi, quæ vis præsertim hæret in composito ἀποπτύειν, unde formatum ἀπόπτυστος significat hominem, dignum, quem omnes conspuant, vel in quem omnes despuant. Hinc pro scelerato cœpit vox à Tragicis adhiberi, Æschylo, in Eumen. vs. 191. Sophocle, in Œdipo Tyr. vs. 1379. Euripide, in Medea vs. 1373." L. C. V.] [Conf. infra in πτύω. E. S.]

[Πτύρω terreo. "pp. extendo corpus, præ terrore et formidine. Contractum autem est ex πετύρω. A πέτω sunt πετέω, πετόω, πτόω. A πτόω, πτοέω, est πτόα, vel πτόη, formido, metus, qui facit, ut quis corpus extendat. Eadem vis est in πτύρω· sed hoc maxime ponitur de equis, qui repente alicujus rei formidine perculsi sunt, Belgice *Schigtig*, Græce ἵπποι πτυρταὶ, et πτυρτικοί. In genere autem πτύρειν ponitur de omni repentina formidine, qua quis correptus membra intendere nititur." T. H.]

Πτύσσω plico. A πετύω, cognato verbi alteri πετάω. Inde πτύσσω pp. expansum complico.

Πτύω spuo. Factum à sono. Alio loco vir celeb. "Verbum πτύω, et ei respondens Lat. spuo, factum est à sono despuentis. A Græco πτύω nomen πτύον eximie ventilabrum notat, quo secerni paleæ, et veluti despui, solent. Inde composita apud Græcos καταπτύειν, et προσπτύειν, speciatim usurpata sunt ad summi contemptus significationem conficiendam. Ita καταπτύειν τινὸς Græci dixerunt, quasi despuendo in aliquem contemptum suum significare, et summopere aliquem contemnere et despicere. Idem fere composito ἐκπτύειν significavit Paullus (Epist. ad Gall. 4. 14.) Hoc autem cum pp. respondeat Lat. exspuere, in metaphora idem est, quasi dicas, tanquam sputum, aliquem ejicere, et sic contemnere." [Conf. omnino Apocal. 3. 16. et supra in πτύον. E. S.]

[Πτῶσις lapsus, ruina. "Vox πτῶσις orta ab ἔπτωσαι formæ πτόω, cujus plena πετόω manat à πέτω." L. C. V.]

[Πτωχὸς mendicus. "A verbo πτόω, vel πτώσσω, terrefacio, nomen πτωχὸς significat pp. eum, qui terrefaciat, atque inde hominem mendicum, qui petat stipem. Hoc sensu differt à nomine πένης, quo pauper designatur, pp. is qui manibus victum quærit &c. Latius autem à Scriptoribus sacris sumtum πτωχὸς aliquando idem fere significat, quod πένης." Conf. supra in πεῖνα, et πένομαι. Paullo aliter L. C. V. "Non à Præteritis tantum Passivis et Mediis" inquit "sed et ab Activis, nomina nascuntur. Triplex est Activa Præteritorum terminatio, in κα, χα, φα. Quidquid itaque nominum est in κος, χος, φος, in κη, χη, φη, id omne derivatur à Præteritis Activis verborum. Nostrum πτωχὸς, ab ἔπτωχα, verbi πτώσσω, quod pp. notat metu contractum cadere. Hinc transfertur πτωχὸς ad significatum mendici, sive ad genua alterius accidentis. Novit Homerus vocis originem, eamque indicavit in Odyss. Ρ. 220. 227." E. S.]

Πυγὴ nates. A πύγω, πύω denso. [Nimirum, docente Eustath. ad Hom. Il. Ε. p. 522. 29. πυγαὶ sunt τὰ μετὰ τὴν ὀσφὺν σαρκώδη, ἐφ' ὧν καθίζομεν. E. S.]

[Πυγμὴ pugnus, pugilatus. "Observandum est, πύκτην sæpe à Græcis dici pugilem victorem, et corona donatum, neque unquam fere alia potestate in Inscriptionibus occurrere, ut δὶς-τρὶς-πύκτης. Pari modo pycten Latini usurpant, eaque re à pugile, quod artis, certaminisque nomen est, non victoriæ, differt: ut bene docet Marq. Guidius, ad Phædr. l. 4. fab. 24. Πύκτης orationis est prosæ, πυγμάχος et πυγμαχίη ad poëtas pertinet. Πυκταλίζειν verbum Ionicum, et ab Anacreonte usurpatum (apud Eustath. ad Hom. p. 1322.) ab Adject. πύκταλος. Pugnam vetusti Latini pp. nominabant: ut origo vocabuli satis ostendit. Vetus enim puginus, contracte pugnus, unde pugna: ut apud Græcos πύγιμος, πύγμος, et πυγμή." T. H.] [Ab obsol. πύκω denso, Præter. Pass. regulariter est πέπυγμαι. An hinc πύγμος pp. clausus, densus, et eximie πυγμὴ i. q. pugnus sive manus densata, et in pugnum clausa et contracta? Hinc certe πυγμῇ adverbialiter, q. d. denso, id est crebro, frequenter: ut recte per crebro reddebat Vulgatus interpres, Marc. 7. 3. docte defensus à Jac. Hasæo, Bibl. Brem. cl. 4. p. 322. 323. Conf. infra πύκα, πυκνὰ, et in primis L. C. V. in πυκτεύω. E. S.]

[Πύελος alveus, pp. ὄρυγμα. Videtur vox esse formæ productioris, à simpliciori πύος, quod à πύω. Conf. quæ dedi ante hos 24 annos, ex observatis cel. Ruhnkenii, ad Cant. Hisk. p. 26. E. S.]

Πύθω putrefacio. A πύω premo duorsum: unde πυθμὴν fundus, et πύθω forte in imo sedere facio, putrefacio. [Vide, si tanti est, Dissert. nostram ad Cant. Hisk. p. 24. 25. E. S.]

[Πύθων Pytho, draco, quem Apollo interemit: unde et πύθιος dictus creditur. De hac quidem voce cel. Lennep. alio loco: "ὁ Πύθιος. Sic dicitur Apollo, sive à serpente Pythone, quem interfecisse dicitur, sive, quod verisimilius est, ab antiquissimo oppido Phocidis [Pytho] ubi dein conditum templum Apollinis Delphici, et celebratissimum oraculum Delphicum fuit, cujus sacerdos primaria etiam dicta Πυθία Pythia." At T. H. "Ambigitur" inquit "unde fluxerit nomen πυθώ. Ad fabulam spectat, adeoque verisimilitudine caret, quod plerique à verbo πύθεσθαι, quod putrescendi significationem habet, derivent: quoniam Πύθων, immanis draco, sagittis Apollinis suffixus, ibi computruerit. Scholiastes Apollonii Rhodii, ad l. 1. 207. —Ut igitur hæc Pythus, vel Pythonis urbis Etymologia nullam habet probabilitatis speciem, sic multo potior videtur eorum sententia, qui ad τὸ πεύθειν, sive πύθειν, vel πύθεσθαι, (unde πυνθάνεσθαι manavit) revocandum putent. Hoc autem verbum de consulendis, interrogandisque oraculis, pp. veteres usurpasse, non pauca sunt argumenta. Sic et Apollo πύθιος, quem sciscitabantur, quique oraculum flagitantibus responsa dabat, commode potest intelligi. Aliam longe viam ingressus est S. Bochartus, Phal. l. 1. c. 2. p. 11. originemque à Put, Chami filio (Gen. 10. 6.) deduxit: cujus opinionis nullum aliud, præter literas utriusque vocabuli non dissimiles, fundamentum invenio. Dignus tamen idem, qui adeatur, Hieroz. P. 2. l. 3. c. 5. p. 383. &c."

Πύκα dense. A πύω premo, conspisso. [Legitur Od. Α. 333. ubi de Penelope Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο. Idem sæpe redit, Od. Π. 415. Σ. 208. Φ. 64. Vocem "πύκα Scholiasta exponit ἐπιμελῶς κατεσκευασμένον, i. e. magna cum cura confectum. Voluere alii Græci, significari firmiter et dense confectum. Sed præferenda est Scholiastæ parvi interpretatio." T. H.] [Conf. Hesych. t. 2. c. 1078. 1079. et ibid. notata. Πύκα, pro ἐπιμελῶς, accurate, affabre, scite, manifesto adhibitum quoque fuit, Il. Ε. 70. Ξ. 607. Od. Α. 436. Rursus πύκα, idem est, quod πυκνὰ, pp. dense, firmiter, Il. Ο. 689. et vehementer, i. e. densis ictibus, sive frequenter, Il. Ι. 584. quin et translate πύκα solide, de mente bene firma, ac minime levi, Il. Ξ. 217. A qua postrema virtute fluxisse videtur notio ejus, quod accurate et sapienter fiat. Plura vide mox in πυκνά. E. S.]

[Πυκνὰ frequenter. Cel. Lennep. alio in loco: "Græcum πύκω condenso, stipo, inter alia derivata, peperit Adjectivum πυκινὸς, et contractum πυκνὸς, quod pp. notat densum: unde dein varie transfertur. Et (Lucæ) quidem (cap. 5. 33.) neutrum plurale πυκνὰ, verbo junctum, adverbii loco est, ac significat frequenter, quod et πυκνῶς. Apud Græcos scriptores Adjectiva neutra Pluralia passim inveniuntur pro Adverbiis: quorsum etiam pertinent nomina quædam, vulgo pro Adverbiis haberi solita, ut μάλιστα, quod est ab antiquo μάλιστος, τάχιστα à τάχιστος." Quid quod et πυκνῶς pp. nil aliud est, quam casus Dativus sive Ablat. Plur. item Adverbialiter positus pro πυκνοῖς densis, s. crebris scil. vicibus? Omnino hic adeundus est A. Schultens, de Deff. Ling. Hebr. p. 204. qui nostrum πυκνὸς egregie illustravit, et Toup. Epist. Crit. p. 116. ubi et πτερὰ πυκνὰ, pp. alæ densæ &c. E. S.]

[Πυκτεύω pugil sum, vel pugilatu certo. "Docte interpres Vulgatus (1 Ep. ad Cor. 9. 26.) reddidit pugno: nam Latinorum verbum pugnare, in origine sua, nihil est aliud, quam Gr. πυκτεύειν· cujus origo πύω. Ab hujus Præter. Activo πέπυκα factum est πύκω. A πύκω, πύκος, et contracte πύκς, πὺξ, quod est Lat. pugnus. Præteritum Pass. verbi πύκω fuit πέπυγμαι, ξαι, ται. Inde remansit πυγμὴ, quod significat et pugnum et certamen pugillatus. A tertia pers. remansit πύκτης pugil. Pro πυκτεύειν, in Ionia, (ut ex Eustathio novimus) dicebant πυκταλίζειν." L. C. V.] [Videatur vir summus de hoc verbo in Adnot. ad Eurip. Hippol. p. 188. 2. D. de πυκτεύω vero cel. L. Boe, in Exercit. Phil. p. 137. ss. E. S.]

Πύλη porta. Forte à πύω premo, conspisso. [Hesychius πύλος interpretatur πόλις, et πύλη, θύρα. Igiturne, uti πύλος et πόλις nomina vicina sunt, sic etiam verbum πύλω idem fortasse notavit, ac πόλω, πολέω verto, verso? Quo pacto πύλη pp. foret, quæ versatur, id est, huc illuc reciprocatur, eximie porta. Verum, quia πύλη non adeo januam portæ, quam potius ipsam portam, qua penetratur, sive ingressus fit, significat, malim equidem repetere à πόλω, pro πόρω, pp. penetro. A πόρω certe antiquo, sive Præterito perf. Pass. ejus πέπορται, est Lat. porta. [E. S.]

Πυνθάνομαι sciscitor. A πύω. Ratio notionis dubia. [Verbum hoc, in forma Media, adhibitum ad literam fere idem est ac Lat. urinor, sive demergo me in fundum aquæ. Quo sensu legitur in Fragmento quodam Ciceronis, apud Nonium, c. 7. c. 57. (laudato à Forcellino in verbo Urinari) Si quando nos demersimus, ut faciunt, qui urinantur &c. Nimirum à πύω productum est πύθω: hinc πύθος, et πύνθος, quæ vir eruditiss. in Lexico Hedericiano, "eadem fuisse observat, atque βυθὸς et fundus Latinorum." A πύνθος porro, id est, fundus, sive potius à fœminina hujus forma obsoleta πύνθα, quæ vox à Latinis servata quoque fuit, in funda, [sinum annuli designante) fluxit verbum πυνθάω, vel auctius πυνθάνω, id est, fundum peto, unde Medium πυνθάνομαι, pp. in fundum me demitto: quod jam, eleganti adhibita metaphora, idem fere est quod percontari, h. e. alte latentia in mente alterius cognoscere studere, et quasi expiscari, Belgar. *peilen*, Gallorum *sonder*. Ceterum, quod de πυνθάνεσθαι dictum, idem de πεύθεσθαι ac πύθεσθαι (simili gaudentibus origine ac πυθὸς, vel πεῦθος) valet. Etymol. M. col. 696. Πυνθάνεσθαι, μανθάνειν, διδάσκειν, ἱστορεῖν, ἐρωτᾷν κ. τ. λ. Eandem vero esse indolem verbi Hebr. שָׁאַל, pluribus demonstrare conati fuimus, in Diss. ad Cant. Hisk. p. 25–27. E. S.]

Πὺξ pugno. A πύω, πύκω. Vide πύκα, [et L. C. V. in πυκτεύω. Itaque πὺξ, ex πύκος, fuerit pro κατὰ πύκος, vel simili ellipsi, qua casus Accusativus, pro Adverbio, accipitur. Eadem ratio est vocis λὰξ, de qua confer dicta superius. E. S.]

Πύππαξ vox poppysmatis. Facta à sono. [Conf. H. Stephani Append. c. 1743.]

[Πῦρ ignis. "Videtur vox peregrina, quæ cum ipso usu ignis pervenerit in Græciam. Ab ista voce manant multæ formæ Græcæ: præter cetera, πυράω, πυρέω, πυρίω, πυρόω, quorum ultimum, significans incendo, usu teritur. A πυρέω ortum πυρετὸς, pp. notat flammam, vel incendium: usus vero vocem transtulit ad significandam febrem ardentem. Sive hac vi sumamus vocem, sive propria, in Homeri versu, perinde est. Utrumque enim dici potest de sidere caniculæ, in Iliad. Χ. 31. Καί τε φέρει πολλὸν ΠΥΡΕΤΟ`Ν δειλοῖσι βροτοῖσι. [Conf. Scholiast. h. l.] Versum sic Virgilius interpretatus est, Æneid. Χ. 274. Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris. Incendia in genere intellexit Manilius, Astr. l. 5. 17.—canis in totum portans incendia mundum." L. C. V.] [Vocem esse peregrinam, vix et ne vix quidem concedendum. Est enim omnibus regionibus proprium, quasi, et indigenum elementum ignis: deinde voces orientales, ignem indicantes, אֵשׁ *eesch*, similesque, nimium quantum videntur distare, quam ut inde Græcum ΠΥΡ commode depravari potuerit. Quid si statuas, verba πύρω et πόρω, eandem olim habuisse vim propriam penetrandi ac pervadendi cuncta; ignis vero, à vi acieque subtilissima, nomen πῦρ adeptus fuerit? E. S.]

[Πύργος turris. Inepta videtur veterum sententia, statuens, turrim à Græcis πύργον dici παρὰ τὸ ὑπεράνω γῆς ἵστασθαι. Vide Etymol. M. c. 697. C. Schrevelius cum Martinio, à πῦρ repetebat: "quia flammæ instar in acutum tendit." Hoc certe analogiæ magis consentaneum est. A splendendo, sive potius eminendo, ductane vox est; ut πυρέω pp. sit splendeo, splendorem præbeo, (unde πυρετὸς de sidere caniculæ positum) utque porro hinc facta sint πυρέγω, πύρεγος, πύργος? an vero magis placet, vocem esse ex Oriente petitam. Arabibus enim dicitur برج de qua voce adeatur Willmetus noster, Lex. Ar. p. 60. E. S.]

[Πύρην nucleus: vel potius quod in pomo ligneum osseumve est. Conf. H. Stephan. Thes. t. 3. c. 636. 637. A pervadendo fortasse nomen habet. Vide dicta in πῦρ. E. S.]

[Πυρὸς triticum. Si contuleris πυῤῥὸς rufus, sive rubeus, à πῦρ ignis derivatum, dubitandum vix videbitur, quin à rubore, aut candore, quasi, igneo, nobilissimum frumenti genus ita nominatum fuerit. *Goudgeele tarwe* et nostrates laudare solent. E. S.]

[Πύω verbum obsoletum, à quo tamen manifesto remansit tertia Futuri πύσει, Iliad. Δ. 174. σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρουρα, quod per σήψει, putrefaciet, Grammatici exponunt, et referre solent ad usitatum Præsens πύθω. Conf. Ill. Tollium, ad Apollon. p. 579. Ab eodem πύω haud dubie sunt πύαρ et πύον lac concretum; de quibus vocibus plura dabit D'Arnaud, Lect. Græc. p. 117. 118. Unde simul facile apparebit, πύειν nostrum à notione premendi, quam

habet, eam comprimendi, densandi, concrescendi accepisse: unde quoque πύον, s. πύος Lat. pus &c. E. S.]

[Πώγων barba. Male veteres inde deducebant, quod πῆξιν ἡλικίας ætatis robur significet. Vide Etymol. M. col. 698. Rectius aliquanto alii, quod sit, quasi πόα γενείου, herba fruticans in mento. Habet utique vox nostra cum πόα herba, pp. densa, cognationem haud obscuram: sed altera syllaba γων, mere servilis terminatio est, notatque ων collectionem quandam, ut in Ἀγκὼν, de quo dictum. Itaque πώγων, ωνος, proxime videtur esse à πώγος, pro πόαγος. E. S.]

Πωλέω vendo. Forte à πολέω verso: de quo supra. Alio loco vir celeberr. "Verbum πέλω significat verto: unde πόλος versionem notat, atque inde, apud Astronomos Græcos, ipsum cœlum, quod circa axes vertitur. Litera autem ο in ω mutata, inde factum est πωλέω, quod tempore Homeri etiamnum proprie usurpatum fuit sensu versandi. Quum autem antiquitus merces venderentur, non pecunia, sed commutando res alias: inde factum est, ut deinceps πωλεῖν vendendi notione generatim positum fuerit." [Πολέω olim scribebatur, per simplex ο, à πόλος, quod à verbo πέλω. Sic sæpius ο transit, in istiusmodi verbis, in ω, ut in στρωφάω circumago, τρωπάω in fugam verto, τρωχάω curro, νωμάω distribuo. Jam vero verbum πέλειν significavit, præter alia, vertere, versare. Ista quidem vi verbum in Lexicis non invenietur: quæ tamen liquet, vel ex composito περιπέλομαι, unde contraxit Hesiodus (Ἔργ. vs. 386.) περιπλομένου ἐνιαυτοῦ anno vertente. Superest, à πέπολα ductum, nomen πόλος, qua designabatur stella in ursa minore, circa quam orbis verti credebatur, teste Eratosthene, cap. 2. Hygino, Poët. Astron. l. 3. 1. Hinc formatum πολεῖν vertere. In usu quoque fuit πολίσκειν. Formæ fuere diversæ olim, πολάω, πολέω, et πολίω. Ex his polare et polire Romani receperunt. Versando vel vertendo res poliuntur, quod in rota figuli animadverti potest. Ennius dixit polare agros [Fragm. ex Annal. l. 8. p. 84.] quod Hesiodo (Ἔργ. vs. 462.) πολεῖν vertere glebas. Non quidem simplex polare usurpatur Romanis, sed compositum interpolare, quod nihil aliud est quam vertendo immittere, et interponere, ac novam formam e veteri fingere, secundum Nonium Marcellum, [l. 1. §. 145.] A vertendo autem facile nostrum πωλεῖν venit in significatum vendendi. Quid utique venditio est aliud, quam mutatio ac conversio? Tales erant in veteri Græcia emptiones, et venditiones. Tempore belli Trojani, cum naves, vino onustæ, ad navale Græcorum appulerant, à mercatoribus Lemniis emunt Græci vinum, non utique pecunia, qua carebant, sed, ut est apud Homer. Il. Η. 473. ss. Ἄλλοι μὲν χαλκῷ κ. τ. λ. Alii quidem ære, alii autem splendido ferro, alii autem pellibus, alii vero ipsis bobus, alii demum mancipiis. Hæc erat veterum pp. dicta πώλησις. Postea tamen temporis, quo fieri solebant emptiones pecunia numerata, vetus tamen verbum in usu remansit." L. C. V.]

[Πῶλος pullus. Vocem contractam esse ex πόαλος conjicit Etymol. M. col. 698. 13. hanc vero compositam ex πόα herba et ἅλλεσθαι salire, ut πῶλοι pp. sint οἱ νέοι ἵπποι, οἱ περὶ πόαν ἀλλόμενοι. Sed compositio ista non placet. Accedit, quod de ipsis hominibus etiam dicantur πῶλοι, juvenes, sive puellæ. Quare, ut Lat. pullus manifeste contractum est ex puëllus, observante Forcellino, (qui locum Festi laudat, de Q. Fabio, Jovis pullo:) ita vix dubitaverim, quin πῶλος ita pro πόϊλος, à πόϊς puër; qua de voce sæpe Salmasius, De Trapez. fœn. p. 737. de Hellenist. p. 429. &c. Sæpius autem πῶλος (quippe pp. vocem adjectivam, Substantive acceptam) puëllam vertendum esse, quam puerum, notavit D'Arnaud, Animadv. p. 107. 108. E. S.]

Πῶμα operculum. A πόω premo, obstruo. [Nimirum pro πόομα: nisi malis à πάω, cognata forma, ut sit pp. pro πάομα. Etiam πῶμα, (Etymol. col. 794. 36. Πῶμα· τὸν πότον, καὶ οὐ πόμα) à πόω, cognato alteri πίω, et πίνω. Vide sub πίνω. E. S.]

Πῶρος. Forte à πόρος meatus, πῶρος pp. lapis porosus. Compone tamen πηρός. [Πῶρος, docente H. Stephano, Thes. t. 3. col. 646. et 647. notat vel luctum, vel callum: à qua posteriori notione est πωρόω callo obduco, sive durum reddo. A priori vero illa est compositum ταλαίπωρος ærumnosus. De hac voce ita T. H. "Ταλαίπωρος miser. Τάλας, Æolice τάλαις. Τάλας à τάλω, ταλάω, quod idem ac tollo, et tolero Latinorum. Pro ταλάω veteres dixerunt etiam τολάω, unde τόλμη. Ταλάω vero contracte dicitur τλάω, unde etiam τλῆμι. Ταλᾶν ut et Lat. tolero, pp. notat sustinere: hinc τάλας significat miserum, qui onere premitur. Illud τάλας ingreditur compositiones, vel per τάλα et τάλαι, vel τάλασι. Sic dicitur ταλασίφρων, ταλασίπωρος, vel ταλαίπωρος, miser. Πῶρος enim contractum est ex πάορος, à πάω· unde πάθω, πήθω. Πῶρος igitur significat rem ingratam, quam quis patitur." Conf. quæ de voce πῶρος dederat vir summus ad Aristophan. Plut. vs. 33. p. 22. 23. E. S.]

Πῶς Quomodo. Ex ὡς, præfixo π, ut in ποῖος, ab οἷος. [Malim equidem πῶς repetere ab obsoleto πὸς, i. e. Lat. quis, ut πὴ est quæ: unde πῇ qua, scil. ratione vel via? Ita πῶς Dativ. vel Abl. Plur. n. g. pro πῷς, sive ποῖς, i. e. quibus, nempe modis, aut quibus rationibus? Eodem modo explicari potest εἴπως si forte, pro εἰ ποῖς si quibus rationibus; plane ut Latini dicunt si qua ratione: μήπως ne forte, pro μὴ ποῖς, ne quibus modis, ne qua via. Vide dicta in πῇ, et consule cl. Hoogeveen, Doctr. Partic. cap. 51. E. S.]

Πῶυ grex, in Genitivo πώεος. Ad Stirpem πάω, πῶ, possideo, retulit H. Stephanus (Thes. t. 3. c. 112. 113.) secutus in eo Etymologum M., qui col. 699: 4. παρὰ τὸ πῶ "inquit" τὸ κτῶμαι. Subjicit ibidem Etymologus, ἢ παρὰ τὸ πῶ, τὸ πίνω, ὅτι ποτῷ ἥδεται, καὶ εὐφραίνεται &c. Priorem tamen illam derivationem veriorem esse, persuadebunt ea, quæ eruditissime notavit Cel. L. C. V. [Conf. sis dicta, et cogita simul, vicinas olim formas fuisse πάω, πέω, πίω, πόω· à quarum postrema nostrum πῶυ (tanquam neutra forma à masc. πῶϋς, ut ἡδὺ ab ἡδὺς) commodissime duci potuit. E. S.]

P.

Ῥα enclitica particula, certe, utique. A ῥάω fluo. [Apud Sophoclem ῥὰ, vel potius ῥᾳ, idem est quod ῥᾴδιον facile, indice H. Stephano, Append. part. 2. col. 1. ubi testem appellat Eustathium ad Homerum. Vide Indicem Devarii in Eustath. Hæc quidem scriptio voculæ ῥᾳ, per iota suppositum τῷ α, si vera esset, mihi quidem probare potius videretur, ῥὰ nostrum dictum fuisse pro ῥᾳ, hoc vero pro ῥαὶ, ortamque adeo esse hanc particulam à Dativo vel Ablativo Singulari obsoletæ voculæ ῥὰ, quæ, à stirpe ῥάω fluo orta, pp. fluxum, lapsumve facilem denotare potuit. Conf. quæ de ῥὰ, nomine fluvii et radicis cujusdam, quam veteres omnes ῥέον vel ῥῆον vocaverint, dedit Salmas. Exc. Plin. p. 560. E. Ceterum hoc pacto ῥὰ, pro ῥᾳ, ex ῥαὶ, ejusdem formæ particula foret, atque alterum καὶ, à κὰ descendens: de qua derivatione vide dicta superius. Ut vero ῥὰ dixere, pro ῥαὶ, similiter κατὰ, παρὰ, sunt pro καταὶ, παραί. Plura de nostro ῥὰ dabit cl. Hoogeveen. Doctr. Partic. cap. 52. cui tamen viro eruditissimo ῥὰ videbatur dictum, pro ἀρά. E. S.]

Ῥάβδος virga. Pro ῥάδος, quod conferatur cum ῥάδαμνος, ῥάδιξ. [Nimirum literam β sæpe insertam esse in medio vocabulorum, probarunt Vossius, Maittaire, alii. Etymologus M. col. 701: 41. nostrum ῥάβδος derivabat à ῥάσσω, "id est amputo, abscindo. Est enim ramulus longior ab arbore resectus:" ut est in Martinii Etymologico ad hanc vocem. Ῥάσσω haud dubie factum est à ῥάσω, quod à ῥάω. Hebræi ramum vocavere אָמִיר, ab אָמַר fluxit, pp. leni motu huc illuc impulsus fuit. An eadem fortasse ratio est vocis Græcæ? Conf. nomen sequens. E. S.]

Ῥάδαμνος ramus tener, quasi à ῥαδάω, quod à ῥάω. Hoc cum vicinis ῥέω &c. notionem propriam fere habet soni aquæ profluentis, indeque eam vergendi, movendi, agitandi, faciendi &c. [Hesychius exponit βλαστὸς ἁπαλὸς, κλάδος, ἄνθος, et similia; in quibus omnibus eadem notio motus reciprocati clare admodum cernitur. Conf. in ῥάβδος. E. S.]

Ῥαδινὸς, ἡ, ὸν, mollis, tener. Conf. cum ῥᾴδιος facilis. Utrumque est à ῥάω, de quo modo ante. [Vide in ῥάδαμνος.]

Ῥάδιξ ramus, à vergendo, et quasi profluendo. Origo ῥάω. [Salmas. in Exercit. Plin. p. 291. a. D. "ῥαδὶς" inquit "Græcis est, quod facile inflectitur." Inde ῥάδιξ, ῥάδικος, ῥάδικα. Ex quo Latinum radica. Neque sane Lat. radix, radicis, à Gr. ῥάδιξ, si originem spectes, quidquam videtur distare: ut recte Vossius, Forcellinus et alii observarunt. E. S.]

[Ῥᾴδιος facilis. Dignus est, qui de hac voce legatur Etymol. M. col. 700. ubi tamen falsa reperias mista veris. Iota subscriptum haud dubie ideo est, quia veteres dixere ῥαίδιος· quod ipsum iota subscriptum etiam in ῥᾳ cernere est. A ῥάω fluo ducta fortasse fuit vox obsoleta quædam ῥαὶς, unde in Dativo ῥαΐδι, et hinc ῥαΐδιος, ῥᾴδιος. "Contrahitur autem in ῥᾷος: quæ contractio fere semper locum habuit in Comparativo ῥᾴων, et Superlativo ῥᾷστος· cum ab ῥᾴδιος sit ῥαδίων, ῥᾴδιστος." T. H.] [Originem à fluendo sic declaravit Etymologus M. c. 700. 56. παρὰ τὸ ῥέω· τὸ γὰρ εὐχερῶς γινόμενον ῥύσει ἔοικε. Neque dubitandum est, quin ipsum Lat. radius eadem vox sit. Conf. porro in ῥαίω. E. S.]

[Ῥάθαγος strepitus, pp. qualis est remi, aquam percutientis, aut sonitus, quem fluctus scopulis allisi edunt. Vox ducta è Præter. perf. verbi ῥαθάω vel ῥαθάσσω, à sono haud dubie facto verbo. Conf. Scholiasten Nicandri, laudatum H. Stephano, Th. t. 3. col. 693. et alia ibidem. E. S.]

[Ῥαθάμιγξ gutta. Artificiosa nimis est derivatio Etymologi M. c. 702. 16. παρὰ τὸ θαμὰ, θαμίζω, θάμιξ· κατὰ πλεονασμὸν τοῦ γ, μετὰ τοῦ ῥέω, ῥεθάμιγξ, καὶ, τροπῇ τοῦ ε εἰς α, ῥαθάμιγξ. Rectius forte dixeris, à verbo obsoleto ῥαθάω, unde superest ῥαθάσσω, et ῥάθαγος, in Præter. perf. pass. (ἐῤῥάθαμαι) fluxisse ῥάθαμις· hinc ῥαθαμίω, ῥαθαμίγω, porro ῥαθαμίγκω, ῥαθάμιγκος, et contracte ῥαθάμιγξ. Ceterum à feriendi, sive percutiendi, notione, (quæ est in ῥαθάσσω) significationem vocis commode repetas: ut sentiri potest ex illo Il. Ψ. 502. Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον, quod Clarkius ad literam sic reddidit: Assiduo vero aurigam pulveris guttæ percutiebant. E. S.]

Ῥαιβὸς varus, cruribus incurvis. A ῥαίω profligo, corrumpo. [Etiam nomine composito ῥαιβοσκελὴς appellari H. Stephanus admonet, Append. col. 2. in Hesychio est ῥαιβόν· ἐπικαμπὲς, τὸ μὴ ὀρθὸν, καμπύλον, στρεβλὸν, σκαμβόν. Si adsumseris, (quod infra pluribus monebitur) stirpem ῥάω, cum cognata ῥέω, ῥίω, propriam vim habuisse motus huc illuc reciprocati, notio intorquendi, distorquendive, inde facili via poterit repeti, ut ῥαιβὸς pp. sit intórtus, distortus. Conf. infra in ῥάμφος. E. S.]

Ῥαίνω perfundo, à ῥάω fundo, fluo. [Nimirum ῥαίνειν pp. est adspergere, vel inspergere, manu identidem mota et reciprocata, quod eadem fere proprietate Hebræis est נָסַךְ. Vide infra in ῥαντίζω. E. S.]

Ῥαίω a fundendo transiit ad profligandi notionem. Vir cel. alio loco: "A verbo ῥαίω, quo significatur quicquid facile fluit, nomen est ῥαΐδιος, vulgo facilis, quod Iones pronunciarunt ῥηΐδιος, Attici vero, per contractionem, ῥᾴδιος. Præterea et inde est nomen ῥᾴων, itidem contractum ex ῥαίων, quod tanquam Comparativum vocis ῥᾴδιος usurpant Græci. A notione autem, quam dixi, facile fluendi nomen ῥᾴων eximie ponitur de agilitate membrorum, vel etiam de saniore corporis habitu; atque sic ῥᾴων εἶναι dicitur, qui convalescit, sive qui à morbo recreatur: quod Græci etiam, simplici verbo derivato, ῥαΐζω exprimunt. Quemadmodum autem, facili humorum fluxu, hæc ad sanitatem transferuntur, sic quoque fere translatum verbum vicinum ῥώννυσθαι. Verba, nimirum, vicina sunt, idemque significantia fere ῥάω, ῥέω, ῥίω, ῥόω, et ῥύω. A verbo ῥόω proxime ortum nomen ῥώμη, in usu, valet robur, quale est corporis sani: atque inde ῥώννυσθαι dicitur robustum esse, corpore valere. In primis autem cernitur sanitatis hæc notio in formula valedicendi, ἔῤῥωσο, qua Græci eodem modo utuntur, ac Latini suo vale."

[Ῥακίς surculus, ramus. Hinc in Hesychio. Ῥακίες· ὀρόδαμνοι, κλάδοι. A frangendo lacerandove dici, facile apparet. E. S.]

Ῥάκος lacera vestis. ["Proprie est pannus laceratus, à ῥάκω, quod idem ac ῥάγω, ῥήγω: unde ῥήγνω, ῥηγνύω, ῥήγνυμι frango. Ῥάκος igitur pp. notat fragmen sive ruptum quid &c. Hinc ponitur pro veste lacerata; eoque modo opponitur τῷ ἱμάτιον, quod notat vestimentum honestum, non scissum, vel ruptum. Plurale ῥάκη apud Græcos ponitur pro rugis, quæ scindunt quasi et lacerant faciem: unde porro ῥακόειν corrugare, sive in rugas contrahere." T. H.][Hesychius: Ῥάκος διεῤῥωγὸς ἱμάτιον. Conf. porro in ῥήσσω. E. S.]

Ῥάμνος frutex spinosus. A ῥάω, de quo jam supra. [A frangendo lacerandove dici videtur ῥάμνος, pro ῥαμένος, estque pp. forma Participialis. E. S.]

Ῥάμφος rostrum avium. Pro ῥάφος, quod à ῥάπτω, unde Lat. rapio. [De aquilarum rostro pp. dici, ex Eustathii (Comm. ad Iliad. Π. 428. p. 1068. 52.) adnotavit H. Stephanus. Nescio, an à forma adunca, quasi aduncus vel intortus dicatur. Confer dicta in ῥαιβός. E. S.]

[Ῥαντίζω aspergo, inspergo. Haud dubie productior forma est à ῥάω, ῥάνω, unde ῥαίνω: de quo dictum supra. A prisca forma ῥάω duplex superest forma, ejusdem significationis, ῥάζω et ῥαίνω. Ῥαίνειν, apud optimos scriptores Græcos, significabat liquore quocumque spargere. Legitur in loco Anaxandridis Comici apud Athenæum, l. 2. p. 48. —— ῥάνον δόμους Στρῶννύ τε κοίτας sedes aqua sparge et sterne lectos. In Adonidis Epitaphio Bionæo, vs. 77. est Ῥαῖνε δέ μιν μύρτοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισι. Optime vir doctissimus emendavit ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασιν Adspersit ipsum Syriis unguentis: et μύροις ῥαίδειν legitur apud Athen. l. 5. p. 195. Ab hujus verbi tertia Præter. Pass. ἔῤῥανται ortum ῥαντὶς verbum produxit ῥαντίζειν, unde formatum ῥαντισμὸς &c. L. C. V.]

[Ῥαπάτη calamus. "Vox commemorata apud Athenæum, indice Salmasio, Exc. Plin. p. 88. et 585. atque Hesychium, t. 2. col. 1102. ubi consule viros doctos. Stirps haud dubie est ῥάπτω, ductum à primitivo ῥάω. A ῥάπω sunt ῥάπτω, et ῥαπάω, consuo: unde ῥάπατος, ῥαπάτη, pp. consuta, vel conjuncta, scil. arundo. Notissimum est illud Virgilii Ecl. 2. 33. Pan primus calamos cera conjungere plures instituit. Uti et alterum, Ovidii Metam. l. 11. 154. Et leve cerata modulatur arundine carmen, i. e. ceræ ope conjuncta arundine, adeoque ῥαπάτῃ. E. S.]

Ῥαπὶς virga. Conf. ῥάπτω, et ῥίπτω. unde ῥιπίζω. [A ῥαπὶς similiter est ῥαπίζειν, quod vulgo exponitur virga vel baculo cædere; at cl. Piersono ad Mœrid. Att. p. 324., Polycarpum secuto, ῥαπίζειν "de colaphis adhibitum fuisse videtur, qui in eo discrepent ab alapa, quod alapa porrecta manu, colaphus vero compressis digitis, impingatur." Diversam expositionem dedit H. Stephanus in Append. c. 4. recte monens. "Si ῥαπίζειν esset colaphos impingere, Matthæum (Evang. cap. 26. 67.) post καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν, non additurum fuisse οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν." Ipsa vox ῥαπὶς, quam Hesychius exponit ῥάβδος &c. ducta à th. ῥάπω (unde ῥάπτω) pp. notare potuit consutionem, colligationemque virgarum, et hinc fasciculum, fascem. Argumento sit, quod in eodem Hesychio ῥαπίδες reddatur per ὑποδήματα, a consuendo certissime vocata. Nisi malis, ῥα-

πίδα, virgam simpliciter dici à reciproco motu; de quo in ῥάω. E. S.]

Ῥάπτω consuo. A ῥάπω, Lat. rapio, i. e. vergere facio. [" Ῥάπτειν pp. est suere, consuere. Hinc ῥάπτειν ᾠδὰς, i. e. ex poëmate multas partes decerptas consuere et decantare. Ὠδαὶ simpliciter vocatæ partes carminum Homeri, quæ publice cantabantur, et ad quæ audienda multi concurrebant. Qui has partes canebant, dicebantur, ῥαψῳδοὶ &c. T. H.] [Plura de hujus verbi proprietate dabit H. Stephani Thes. P. 3. c. 667. et Salmas. Exerc. Plin. p. 609. Vide et infra in ῥάω. E. S.]

Ῥάσσω allido. Stirps ῥάω. A profluendo transiit ad notionem allidendi cum impetu. [Budæus et Stephanus pro ἀράσσω dictum censebant. Vide hujus Thes. t. 1. c. 517. 518. Sed, ut alia taceam, vel solum verbum compositum προσράσσω, quod Suidas idem esse dicit, ac προσρήγνυμι satis superque evincit, ῥάσσειν nostrum cum ῥήγνυμι maximam habere adfinitatem, atque adeo stirpem potius utriusque verbi statuendam esse ῥάω, ῥέω. Habet autem ἀράσσω ab initio adscitam vocalem α. Vide Analog. p. 201-203., et infra in ῥάω. E. S.]

Ῥάφανος rhaphanus, radix seu radicula. A ῥάπτω, ῥάπω, dici videtur. [" Ῥαφανὶς, et ῥαφανὸς, quomodo inter se differant, recte docuit Scholiast. Aristoph. ad Plut. vs. 544. &c. T. H.] [Dici autem videtur à vi, quacum è terra quasi rapiatur et evellatur. Conf. ῥάω. E. S.]

[Ῥαφὶς acus. " Pp. Instrumentum sarciendi ab ἔῤῥαφα, Præter. perf. verbi ῥάπτω." Inde et ῥαφὴ sutura &c. T. H.]

[Ῥάω verbum obsoletum: unde derivata sunt ῥάσσω, dictum pro ῥάσω, quod pp. nil aliud est quam Futurum verbi nostri ῥάω. Porro inde facta sunt ῥάζω, ῥάκω, ῥάγω &c. Primigenia horum omnium et similium verborum vis videtur sita fuisse in motu, huc illuc reciprocato, et quidem cum vehementia quadam, et fractione, quæ ipsa pronunciatione vocis fere significatur: unde satis apparet verbum fuisse ὀνοματοπεποιημένον. Huic autem verbo ῥάω alia vicina fuerunt ῥέω, ῥίω, ῥόω, ῥύω. Quin et Latinorum radere, ruere, rumpere, &c. eundem motum vehementiorem clarissime etiam exprimunt. Speciatim autem ῥάπειν et ῥάπτειν videntur significasse motum illum manus reciprocatum, qualis in suendo, consuendo, et consarcinando cernitur: unde repetendum quoque Lat. rapo, rapto &c. Hesychius vicinum ῥαίει exponit ποϱθεῖ, φθείρει, nempe, cum vi quadam rumpendi, rapiendi. E. S.]

Ῥέγχω vel ῥέγκω sterto, ronchisso. A sono factum. [Vide dicta de imitatione soni, in ῥάω. Unde simul jam apparebit, ῥέγκειν nostrum exprimere sonum illum reciprocatum destertentis: qualis fere ipsis hujus verbi literis radicalibus exprimitur. A notione motus reciprocati repetenda quoque videtur illa moderandi in verbo rego, regere, apud Latinos, (quatenus pp. adhibitum verbum fuisse videtur de habena, frenisve, aurigæ manu reciprocatis:) unde et Lat. rex, pro regs, à ῥέγος, uti lex pro legs, à λέγος. Hoc forte aptius eo, quod cl. L. Bos. in Dissert. de Etymol. Gr. p. 29. conjiciebat, Latinum rego, transpositis literis, factum esse ex Græc. κρέω, unde ῥέκω, rego. A ῥέγω isto priori, sive ῥέκω proxime descendit etiam vox ῥεκτὴρ: de qua in ῥέζω. E. S.]

Ῥέδα, vel ῥέδη rheda: vehiculum pensile. Diminutiva forma superest apud Hesychium, in ῥεδίον. A motu reciprocato, quo inter agitandum ferri solet, dictum. E. S.]

Ῥέζω facio. A facilitate fluendi. [" Ῥέζειν et ἔρδειν idem utrumque verbum est, nec nisi scribendi forma dialectique varietate, diversum. Observandum vero, ab Homero semper de animalibus immolatis usurpari. Sic ἔρδειν, vel ῥέζειν τελυέσσας ἑκατόμβας, Il. Α. 315. Β. 306. &c. Porphyr. de Abst. anim. 2. 59. ὃ γὰρ ἡμεῖς νῦν ΘΥΕΙΝ λέγομεν, ἜΡΔΕΙΝ ἔλεγον οἱ παλαιοί. Patet, hostiarum Accusativos apponi. Verum ἱερὰ ῥέζειν sacra facere maxime celebratur Hesiodo, Oper. et dier. vs. 336. additque, velut explicandi causa, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν. Ἱερὰ ῥέζειν ut apud Athenæum, l. 9. p. 376. Iones præcipue hujus verbi usum retinuere, unde ἔρδειν θυσίας Herodoto frequens &c." T. H.] [Nimirum à ῥέδω recta via descendit ῥέδσω, id est, ῥέζω, litera duplici ζ adhibita, pro duabus δσ. Rursus ῥέδω et ἔρδω, non, nisi metathesi, alioquin satis usitata, differunt. Origo significationis faciendi, sive operandi, in utroque verbo ῥέζω, et ἔρδω, unice repetenda videtur à notione motus illius reciprocati, in ῥάω, ῥέω &c. de quo diximus in ῥάω. Conf. etiam in ῥέπω. Ad idem ῥέζω referri quoque solent ῥέκτης, et ῥεκτὴρ, et ῥέκτος, quam vocem Hesychius exponit per ἀνδρεῖος. Hæc tamen potius referenda sunt ad ῥέγω. Conf. Lat. rector. E. S.]

Ῥέθος membrum, à ῥέω, ῥέζω, facio. [Nisi præplaceat, à motu dici. Conf. ῥέδα. Sunt vero ῥέθη quævis membra corporis: in primis facies, ut in illo Euripidis Hercul. fur. vs. 1204. ἀπόδικε, ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον, rejice vestem, faciem ostende soli. Vide Etymol. M. c. 701. et H. Stephani Append. c. 5. E. S.]

Ῥέμβω in gyrum ago. Pro ῥέβω, quod cum ῥέπω componendum. [Hesychius ῥέμβεται· πλανᾶται, γυρεύει. A motu reciprocato dictum videtur, quo modo huc, modo illuc, temere feraris. E. S.]

Ῥέπω vergeo. A ῥέω fluo. Vir cel. alio in loco: " Verbum ῥέπειν pp. significat lente se movere, quomodo interdum idem fere est, quod ire. Speciatim autem de rebus gravibus vel ponderosis ponitur, quæ gravitate sua deorsum tendant. Hoc sensu pp. lancibus tribuitur, gravitate deorsum vergentibus: atque inde nomen est ῥοπὴ, speciatim inclinationem lancis significans. Porro transfertur ad alia multa, et modo inclinationem, modo momentum, modo nutum, similiaque notat." [Nempe ῥοπὴ, apud Hesychium, idem est ac κλίσις, νεῦμα: quod ipsum νεῦμα nutus propriam istam vim verbi, in motu, modo adscendente, modo descendente, sive reciprocato, clare innuit. Talem motum in bilancibus unusquisque observat. Commendatur etiam hæc etymologia, collatione vocis ἰσοῤῥοπία quæ pp. æqualem lancium motum, descensumve, in utramque partem, et hinc æquilibrium, notat. Ceterum ex eadem motus reciprocati notione, uberius illustrari adhuc meretur verbum Latinum repo. Conf. Schol. Horatii ad Serm. l. 1. 5. 25. et quæ de Hebr. רשף diximus ad W. Green, Oude Dichtst. p. 199-201. E. S.]

Ῥέω fluo. Vide supra ad Ῥάδαμνος. A fluendo transiit ad notionem dicendi. Alio loco vir celeb. " Fuit olim duplex verbum, ῥέω et ῥύω. Inde orta verba ῥεύω et ῥυέω: porro nomina ῥῆσις, ῥῆμα, ῥήτωρ. Præterea à ῥύω sunt nomina ῥυὰς, ῥύαξ, ῥύμα, ῥυτὸς, atque à ῥυέω, ῥύημα: quibus omnibus, à fluendo et fundendo, notiones suæ obtigerunt; et illa quidem verbis ῥεύω et ῥύω maxime propria fuit. Hinc et compositum verbum παραῤῥύειν (in Epist. Hebr. c. 2. 1.) quod conferendum est cum altero παραβαίνειν. Uti enim παραβαίνειν, metaphora à viis ducta, de iis ponitur, quæ recedunt à lege, vel eam prætergrediuntur, sic nostrum παραῤῥύειν, metaphora ducta à cursu fluminis, eleganter ponitur de iis, qui ad audita non attendentes, et inde veluti recedentes, prono quasi cursu, præterfluunt. Hic vero insuper adhuc observari meretur, præpositionem παρὰ, ut in compluribus aliis, significationem verbi in deterius convertere: quod idem obtinet in παραβαίνειν." [A ῥέω fluo, verbum Græcis ῥῆμα dicitur, estque pp. quod ore effluit. Ad originem hujus vocis, Homerum secuti, adludunt Theocritus et Bion: ille quidem Carm. 20. vs. 27. ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κήρω Ex ore mihi fluebat vox melle dulcior; hic vero, in fine Carm. 4. quando "ait" Heroa, vel deum laudo, tum lingua mihi titubat: Sed quando cano in honorem Amoris et Lycidæ, χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδὰ, facilis fluit per os cantilena. &c." L. C. V.] [Conf. etiam Schult. Comm. in Job. 3. 2. (occasione vocis ויען) de hac fluendi notione disserentem. Observetur autem in primis, in hoc ῥέω, notio illa motus ultro citroque facti, qualis in fluendo et refluendo cernitur. Quorsum etiam pertinet, quod H. Stephanus, Thes. t. 3. 679. notavit, non solum ὕδωρ, sed et θάλασσαν ῥέειν (mare fluere et refluere, i. e. fluxu reciprocato commoveri) aliaque illuc referenda sunt ibidem observata. E. S.]

[Ῥηπαὶ tigilla substructionibus, fulturisque accommodata. A ῥήπω, quod pp. idem atque ῥέπω. Dubium autem, utrum à motu, an à subeundo, et quasi surrependo, dicatur: quasi Belg. dixeris *kruipers*. E. S.]

Ῥήσσω frango. Confer cum ῥάσσω. [" Ῥάω, ῥέω, et ῥαίω, et ῥέω, à quo verbum auctum est ῥήκω, ῥήγω, ῥήγνω, ῥηγνύω, ῥήγνυμι. Pro ῥήγω dicitur quoque ῥήσσω et ῥήττω frango. Sed ῥαίω potius significat tundo, et, per consequens, tundendo perdo. Ea potestas tundendi clare patet è derivatis. Nam ab ἔῤῥαισται est ῥαιστὴρ malleus. Ab hac tundendi potestate ῥαίειν positum est pro perdere, comminuere. Pari modo usurpatur ἀποῤῥαίειν, notatque etiam contundere, perdere: ut in illo Odyss. Α. 403. ὅστις σ' ἀέκοντα βίηφι Κτήματ' ἀποῤῥαίσει. Ubi duplex Accusativus gignit significationem prægnantem, h. m. Qui te vexando, opes tuas disperdet ac dilapidabit." T. H.] [Idem vir summus, alio loco. " Phrasi ῥῆξαι ἀντίπαλον sæpe usus est Artemidorus Oneirocr. l. 1. 14. et 62. i. e. rumpere, quasi, et, fracto ejus statu, in terram dejicere adversarium. Priore loco male Cornarius, interpres, impetum facere, posteriore paullo melius vertit: neque minus Ill. Spanhemium ejus verbi vis fefellit, ad Juliani Orat. 1. p. 262. Quod enim Chrysostomus scribit, Homil. II. in Jud., οὐχ' ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἐπιχειρήσαντας, καὶ ῥαγέντας, καθάπερ ἐν τοῖς ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι, Latine dandum non erat (cum P. Fabro Agon. 1. 27.) non semel, aut bis, sed ter id aggressos et cum impetu quidem &c. verum non semel, aut iterum, sed tertia quoque vice templum Hierosolymitanum redintegrare aggressos, et solo afflictos, prostratosque, ut in Olympiacis fieri solet certaminibus. Uti ῥαγέντας nihil aliud est, quam καταβληθέντας, cujus verbi usum in lucta ipse postmodum exponit. Hinc et ῥῆξαι, vulgi usu, simpliciter terræ affligere, in terram projicere. Sic ῥῆξαι δηνάριον denarium solo allidere, ut sonitu bonitatem experiaris, Arrian. in Epictet. l. 1. c. 20. p. 138. neque aliter intelligi debet, quod plerosque interpretes fefellit. Matth. 7. 6. Lucæ Evang. 9. 42." T. H.] [Ceterum censet J. Scapula, à ῥήσσω factum esse ῥηγνύω: id quod aliter se habere docuit observatio viri summi, initio exposita. Verba, nempe, vicina sunt, ῥήκω et ῥήγω, utrumque à ῥέω ortum: nisi præplaceat forte, ῥάγω et ῥήγω, esse à sono facta verba. " Quæcumque magna cum vi eruperunt, sive quæ vehementi cum impetu in obstantia quævis feruntur illisa, ῥαγῆναι dicuntur, sive ἐῤῥωγέναι, ἐκραγῆναι &c." Verba sunt L. C. V. ad Euripidis Hippol. vs. 1338. p. 309. E. S.]

Ῥῖγος pp. rigor. Forte à fluendo, pretendendo, et sic vigendo, rigendoque. [" Æoles dicebant φρῖγος, vel βρῖγος, quod peperit Lat. frigus. A ῥῖγος vero est ῥίγιον, quod notat terrorem et frigus incutiens. Horrere apud Latinos etiam de frigore usurpatur. Eo pacto ῥίγιος notat horrendus, metuendus. Ῥιγεῖν ab Homero ponitur pro metu rigere. Hinc apud Hippocratem ῥῖγος πυρετοῦ, de febri, quæ facit, ut quis rigore concutiatur" &c. T. H.] [Est hæc fortasse primaria vocis notio, ut significatio concussionis, quam febris corporis membris adfert, alteri isti ansam dederit. Sane ῥῖγος et ῥῆγος, quantumlibet prima fronte diversa esse videantur, olim tamen cognata fuisse vocabula, vix est, quod dubitemus. Conferantur, quæso, observata de verbis ῥάω, ῥέω, ῥίω &c. E. S.]

Ῥίζα radix. A ῥίω, cui vicina ῥάω et ῥέω. [Quæ Etymologus habet, vix operæ pretium est, ut recenseamus. Ῥίζα· δι' ἧς ῥέει τὸ ζῆν ἄνω τοῖς δένδροις κ. τ. λ. A motu reciprocato commodius repetas. E. S.]

Ῥικνὸς rugosus. A ῥίγω, cui vicinum ῥύγω, unde Lat. ruga. Sunt autem à ῥίω, ῥύω. [Etiam cognata forma ῥυτὶς facit, quo minus de origine communi vocum ῥικνὸς, et ruga Lat., dubites. A reciprocatione ductuum, sive linearum vultus dici putaverim. Conf. verbum Græc. ῥικνοῦσθαι. Vide infra T. H. in voce ῥυσός. E. S.]

Ῥὶν nasus. A ῥίω fluo. [Ῥὶς vel ῥὶν dicitur, ut θὶς et θὶν, δελφὶς et δελφίν. Vide Thomam Magistr. in voce Δελφὶς &c. T. H.] [Addantur his, quæ Etymologus habet in voce εὔρις, col. 395. et in ταὼν, col. 749. Originem eandem vocis, à ῥίω fluo, idem præbet Etymol. col. 21. ubi per diphthongum scribi oportuisse censet; ἐκ γὰρ τῆς ῥινὸς ῥέουσι, καὶ κατέρχονται τὰ περιττώματα τῆς κεφαλῆς κ. τ. λ. Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin ῥινὲς nares pp. dicti sint à reciprocratione animæ, sive halitus. Vide in ῥίνη. E. S.]

Ῥίνη lima. Forte cum ῥὶν componendum. [Nempe ejusdem originis vocabula sunt ῥὶν et ῥὶς, pro ῥῖνς, quod contractum videtur ex ῥίνος. Ῥίνος igitur pp. est qui reciprocatur: unde spiritus, vel anhelitus hac voce eximie dicitur. Ῥίνη vero, in forma fœminina, pp. quæ reciprocatur, i. e. sursum deorsum ducitur, lima. E. S.]

Ῥινὸς pellis. Forte à ῥίω, ῥέω fluo. [Pellem animalium et ipsam à reciproco motu, quo in equis, canibus &c. agi videatur, dici potuisse, quis neget? Hæc certe derivatio magis placebit illa Etymologi, col. 704. qui ἀπὸ τοῦ ῥίνη dictum censet, i. e. εἶδος ἰχθύος piscis genere. E. S.]

Ῥίον montis cacumen. Forte repetendum est à ῥὶν nasus. [Nimirum quasi montis nasum dixeris; ut انف *anf* Arabum, (i. e. Hebr. אַף pro אַנְף) pp. nasum notat, et hinc peculiariter de montis cacumine, sive potius promontorio adhibetur. Itaque et ῥίον Græcis eximie est promontorium. Vide cel. Valckenar. ad Theocriti Idyll. Α. p. 33. 34. laudatum jam supra, in Ἠρίον. E. S.]

Ῥίπτω projicio. A ῥίπω, quod à ῥίω fluo, profundo. [A vibratione sive motu reciproco, dici non dubitaveris, collata voce ῥιπὶς, quæ flabellum et ventilabrum significat, et ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ vibratus, momentum oculi &c. quin et Lat. ripa, ab impetu continuo ac reciprocato fluctuum videatur dicta. Conf. et ῥοῖζος. E. S.]

Ῥοὰ malus Punica, ῥόδον rosa. Forte à ῥόω fluo. [Etymologus col. 705. vocem ῥόδον rosa repetebat ab ὄζω, κατὰ ἀντίφρασιν, nempe quod odorem gratissimum diffunderet. Sed antiphrasin quis hodie non rideat? Ergo potius cum Cl. Lennepio à fundendo dictam rosam putemus. Rosa fundit folia sua, et odores diffundit gratissimos. Cogitemus tamen simul, fusionem hic talem innui, quæ cum reciprocatione ramusculorum fiat, quibus quidem rosæ ramusculis, à vento agitatis, reciprocatisque, fusio illa copiosa foliorum solet contingere. Ceterum vox Gr. ῥόδος ejusdem omnino originis est, atque Lat. rosa. A ῥόω, nempe, est ῥόσω, ῥόσος, η, ον. Conf. et δρόσος. E. S.]

Ῥόθος undarum refluentium motus et strepitus, à ῥόω fluo. [Proprie ῥόθος est reciprocatio undarum. Eximie etiam dicitur de agitatione, sive reciprocatione remorum: ex quo quidem vocis usu primaria virtus facile elucescit. Hinc et ῥόθιος impetuosus, pp. motu identidem reciprocato petens fluctus. Odyss. Ε. 411. de saxis, Ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχεν ῥόθιον &c. Ubi vide Clarkium. E. S.]

Ῥοῖζος stridor. Factum à sono rei celeriter motæ et veluti profluentis. [Rectius, opinor, reciprocatæ. Hesychius ῥεῦμα σφοδρὸν impetum vehementem reddit, nempe talem, qui identidem repetatur, et reciprocetur. Subest hinc voci forte etiam ὀνοματοποιΐα, ut in illo Iliad. Π. 361. de Ajace, observante ὀϊστῶν τε ῥοῖζον, καὶ δοῦπον ἀκόντων sagittarumque stridorem et sonitum jaculorum." E. S.]

[Ῥόμβος tornus, turbo. Atticos ῥύμβον dixisse, docuit vir summus D. Ruhnkenius, ad Timæum, p. 163. 164. Origo haud dubie est à ῥέω, sive ῥόω, ῥύω, atque ab impetu repetito, quo convertitur et reciprocatur, dictum videtur. A ῥέω nempe est ῥέβω, ῥέμβω. et ab hujus Præte-

rito Medio ῥόμβος, nisi Præteritum hoc Medium, similiaque omnia alia, cum Lennepio nostro, recta malis repetere à formis verborum in ο, ut sit pp. à ῥόω, ῥόβω, ῥόβος, ῥόμβος. Conf. et cel. L. C. V. in ῥομφαία. E. S.]

Ῥομφαία hastam notat breviorem: sed, in libris nostris sacris, et ab Alexandrinis interpretibus, ponitur de gladio. Vocem, velut Græcam, H. Stephanus et J. Scapula retulerunt ad radicem suam ῥέπω. Saltem potuerant ad ῥέμβω [in gyrum ago] retulisse. Sed neque huc referendum est vocabulum, originis non Græcæ; verum Thracicum, et ex Thracia in Græciam illatum: qualia vocabula, Thracicæ originis, dantur, in Græca lingua, plurima. Poëtas et Musicos, è Thracia ortos, Græci admirati sunt." L. C. V.] [Henrico Stephano præiverat Etymologus, col. 705. ubi ῥομφαία, inquit, παρὰ τὸ ῥέπω, ῥοπὴ, ῥοπαῖα, καὶ ῥομφαῖα. Magnum Valckenarium in viam videtur duxisse Hesychius, qui ῥομφαίαν docuit esse Θράκιον ἀμυντήριον κ. τ. λ. Conf. cl. Albertium t. 2. c. 1122. E. S.]

Ῥύγχος rictus. A ῥύχος, quod à ῥύκω, ῥύω, traho. Vide et cel. Lennep. in ἠρύγγιον. Eximie ῥύγχος dicitur rostrum canis, quo odoratur, sive potius eruit et scrutatur. Vide Theocriti, Idyll. 6. 30. Igitur stirps est ῥύω Lat. ruo, de quo dicetur inferius. E. S.]

Ῥυθμὸς rhythmus. A ῥύω fluo. [" A ῥύω pp. recta eo, dein ire facio, duco, est ῥύμη et, Lat. rumor, pp. recta motio, processus, cursus, lapsus &c. Unde rumore secundo labitur uncta vadis abies. Virgil. Æn. 8. 90. ut alio loco (Æn. 10.) Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo. Porro ῥυθμὸς recta motio, s. ordinata motio, ratio, quam ad se invicem habent res, quæ apte disponantur, ac mutuo connectantur." &c. Thom. Burgess. ad Dawes. Miscell. Crit. p. 445-451. quem vide, et de ῥυσμὸς eadem voce, sed diverse enunciata. E. S.]

[Ῥύμη impetus, platea. Proprie est adjectivum, forma fœm. à masc. ῥυμὸς, quod à prima Præteriti Pass. ἔῤῥυμαι, verbi ῥύω pp. traho, attraho. Itaque ῥυμὸς pp. est tractus, attractus, et, Substantivo usu, lorum currus, ac temo, qui trahitur ab equis. Porro ῥύμη f. g. pp. tracta, protracta linea, dicitur de ordine recto, adeoque via protensa, vico, platea &c. Etiam de impetu quasi producto et continuato. Apud Hesychium est ῥύμη ὁρμή. Vide, laudatum ibidem ab Albertio, Foësium in Œcon. Hippocratis, et confer Burgess. in ῥυθμός. E. S.]

Ῥύπος sordes. A ῥύω fluo. [Ῥύειν pp. esse trahere, infra dicetur, suo loco. A ῥύω hocce est ῥύπω, quod pp. notat fortius traho, attraho, avello, effringo: ut satis patet vel ex uno Præterito perf. rupi, quod Latini servarunt in suo rumpo, rupi, ruptum. Itaque et nostrum ῥύπος à viro doctissimo, ad Lexicon Hedericianum, recte componi videtur cum ῥύπτω, reddique id quod deruitur, detrahitur, tergendo et fricando." Confirmantur autem hæc, collato in primis usu vocis nostræ ῥύπος, in quo pp. adhibetur de cera sigillatoria, qua rupta literæ, arcæ, scrinia, resignarentur: ut ῥύπος, hac quidem notione m. g. pp. significet quæ rumpatur, sc. cera; ῥύπον vero neutra forma, (ut ῥύπος alio usu masculinum,) sordes, inquinamenta &c. quæ appacta corpori defricentur et quasi detrahantur. Vide Salmasium de Modo Usur. p. 448. 449. Porro " a ῥύπη, in masc. ῥύπος, (quæ vox sordes notat quascumque, corpori ipsi adhærentes, sive vestibus aliisque rebus) est verbum ῥυπάω, quod ponitur, pro sordidus sum. Sed à ῥυπάω est aliud verbum ῥυπαίνω sordidum facio. Sic dicitur ῥυπαίνειν τὸν βίον ἑαυτοῦ maculare vitam." T. H.] [De forma ῥύπαξ, Lat. rupax, pp. sordidus, incultus, à ῥύπος, ut πλούταξ à πλοῦτος &c. vide Salmas. Notas in Tertull. Pall. p. 283. cui etiam ῥυπαροὶ avari, pp. sordidi de Fœnore Trapez. p. 185. 186. E. S.]

[Ῥυσὸς rugosus. Vel simplici σ, vel duplici σσ, scribitur. Est autem ῥυσὸς à ῥύω confluo in unum. Est enim proximum verbum ῥέω, vel ῥεύω. Jam vero cutis confluere, apud Columellam, dicitur, quando contrahitur in rugas. A ῥύω est ῥυτὸς, unde ῥυτὶς ruga." T. H.] [Conf. in ῥυτίς.]

[Ῥυτὶς ruga. A ῥύω traho. Alibi T. H. " à ῥύω traho est ῥυτὸς pp. tractus, et Substantive ῥυτὶς, tracta facies, pro ruga contracta, in facie senili. Ῥυτὶς in Genitivo habet ῥυτίδος, hinc verbum ῥυτιδόω, quod Active sumitur, pro in rugas contraho." Conf. etiam L. Bos, in Exercit. p. 188. E. S.]

Ῥύω traho, quasi fluere facio, idem quod ῥέω. Alio loco vir celeberr. " Verbum ῥύειν, et ἐρύειν, propriam notionem habent trahendi. A Græcia in Latium transierunt, ubi nota verba ruere, et eruere. Græcis autem in primis usitatum fuit Medium ῥύεσθαι, sicut Activum ἐρύειν. Et ῥύεσθαι, quidem, inter alias notiones, speciatim eam accepit liberandi: in quo loquendi genere eadem translationis ratio est, quæ in verbo Lat. extrahere, quando ponitur pro liberare &c. [Vide dicta in ἐρύω, et quæ clar. Lennepius habet in ῥέω. Præiverat alibi T. H., ubi ῥύειν " inquit" pp. est trahere, in Medio ῥύεσθαι, ad se trahendo liberare. Ita dicitur, v. gr. ῥύεσθαι τινὰ ἐκ τοῦ ὕδατος trahendo liberare aliquem ex aqua. Hinc derivatum ῥυτὸς tractus" &c. Hactenus ille. Plenius L. C. V. " Verba ἐρύειν et ῥύειν, apud Homerum, permutantur, et significant trahere. Forma Activa, pæne obsolefacta, apud posteros invaluere ῥύεσθαι et ἐρύεσθαι, in quibus vis Media viguit ad se trahendi. Inde manavit notio liberandi, liberatumque sibi vindicandi. Extrahere Latinis etiam est liberare. Nescis, ex quanta me ærumna extraxeris, Terentii versus est in Hecyra, act. 4. sc. 4. 35. Eximie ῥύσασθαι significabat à morte liberare, ἐκ θανάτου ἕλκειν, ut interpretatur Ammonius. Hac vi adhibetur in scriptis Novi Fœderis, et apud scriptores veteres optimos, Herodotum ex. gr. p. 446. Sophoclem in Ajace, vs. 1299." —— Ceterum, quum tractio illa, sive extractio, attractio, fieri soleat nisu sæpe repetito, et manu quasi reciprocata, inde facile apparebit cognatio hujus formæ, cum præcedentibus ῥάω, ῥέω, &c. E. S.]

[Ῥωγὰς locus abruptus, hiatus saxi &c. ῥωγὴ, ῥωγμὸς, et ῥωγμὴ idem. Descendunt à stirpe ῥώω, sive ῥόω veteri, quod cum ῥάω, ῥέω &c. communem habuit notionem primariam motus reciprocati, unde illa attrahendi, rumpendi, abrumpendi. Vide dicta in ῥάω, ῥήσσω &c. E. S.]

Ῥώθων, ωνος, nares. A ῥόω. Conf. ῥὶν &c. [Ῥώθων vetus Lexicon explicabat per partem gutturis, referente H. Stephano in Appendice. Porro ῥώθωνες pro naribus in Plurali, potius quàm in singulari, idem dici putat Stephanus. Duci videtur à reciprocatione spiritus, quæ notio in guttur, æque ac nares, quadret. E. S.]

Ῥωννύω corroboro, quasi bene fluere facio. [In Futuro est ῥώσω, quod cognationem arctissimam probat cum verbo ῥώω. Ῥώεσθαι porro in Medio est ruere, irruere. Ab eodem ῥώω est ῥώμη robur, vis, pp., ut videtur, impetus repetitus, nisusque adeo fortior. Stirps ῥόω, i. q. ῥύω, ruo, repetito sæpius nisu traho. Vide omnino Salmas. in Exercit. Plin. p. 5. occasione vocis ῥώμη Roma, veteribus Valentia dicta. E. S.]

[Ῥὼξ, ῥωγὸς fissura. A ῥήγω, sive malis à Præterito veteri verbi ῥώω. Conf. dicta in ῥωγὰς, ῥωγὴ &c. Verbum rogo servavit nobis lingua Latina, de petitione, sæpius repetita, pp., ut videtur, adhibitum. Sentietur hæc vis, ni fallor, in phrasibus, mutuum rogare, rogare pecuniam, rogare utendum &c. quippe quæ petitionem iteratam sæpius comprehendunt. Hinc etiam fortasse plenius percipietur, quid pp. sit rogare legem, quum nempe, in comitiis Romanis, singuli sæpe cives essent appellandi, et, repetitis vicibus, lex aliqua iis proponenda, atque argumentis in medium allatis, commendanda ac suadenda. Quin et, eadem ex origine, discrimen tanto melius pervideri poterit, quod est inter verba duo petere et rogare. Conf. J. M. Gesneri Thesaur. L. L. et J. A. Ernesti Clavis Ciceroniana, in petere et rogare. Denique vox Lat. rogus, pro strue lignorum, (huc illuc congesta et quasi reciprocata forma disposita,) ejusdem haud dubie originis est ac Gr. ῥωγὴ, de quo in ῥωγὰς dictum. Rogus, nimirum, est pp. forma adjectiva masculina; ῥωγὴ autem fœminina. E. S.]

[Ῥώω roboro. Conf. dicta in ῥωννύω. Ab hujus verbi ῥώω Præterito perfecto fluxit obsoletum ῥώκω, unde ῥώκομαι, porro ῥωκάω, ῥώχω. Vide Pierson. ad Mœrid. Att. p. 101. E. S.]

Σ.

[Σάββατον Sabbatum. Est vox Hebræa (שבת) pp. defixionem in loco, adeoque quietem, notans. Stirps est שבת, pp. Lat. figére, Belg. *steeken*, *stæken*. Vide Lex. Hebr. " In sacris Novi Testamenti literis ista voce numerus dierum septem sæpe significatur, sive dierum hebdomas: sæpe etiam eximie dicitur σάββατον septimus dies, apud Judæos divinitus quieti dicatus. Putaverunt viri docti nonnulli, ipse etiam Grotius, dierum quemque septimum, apud veteres quoque Græcos gentiles, eximie fuisse sacrum, et profert, eam in rem, Clemens Alexandrinus versus aliquot, tanquam Homeri, Hesiodi, Callimachi, sive Lini. Uno excepto, omnes isti versus spurii sunt, et facti à Judæo quodam mendace, qui commentarios scripsit in legem Moysis. Est inter versus istos hic velut Homericus: Ἑβδομίον ἦμαρ ἔην, καί οἱ τετύκοντο ἅπαντα Septimus erat dies, et ipsi perfecta erant omnia. Apud Homerum . . . vs. . . . legitur, de Ulysse positus, qui quarto die navem absolverat, sic scriptus: Τέταρτον ἦμαρ ἔην, καί οἱ τετύκοντο ἅπαντα. Falsarius Judæus voci, quartum significanti, septimum substituit, ut demonstraret, diem septimum, inter gentiles etiam, fuisse sacrum. L. C. V.]

[Σαγήνη Sagena. A verbo σάττω, sive σάσσω, repetit Etymologus, col. 141. 2. Παρὰ τὸ ἀρῶ, ἀρήνη, ὡς σάσσω σαγήνη, καὶ λάμπω, λαμπήνη· Σάσσω autem, ex ejusdem interpretatione, idem est ac φορτῶ onero. Vide col. 707. 39. 708. 22. Analogia suadet, ut ad stirpem σάω referatur, unde σέσαγα, σάγω, σάγος, σάγη &c. Ab involvendis piscibus σαγήνη dicta possit videri, uti σάγματα sunt involucra scutorum: de quo Valck. ad Eurip. Phœn. vs. 786. p. 290.: nisi malis, cum Martinio et veteribus illis, ab onerando repetere. Mihi quidem dubium nonnihil est, an forte tenenda sit notio prima verbi σάω, adeoque à ciendo, commovendo, dictum sit, ut vel ipsum σάγμα et σάγον sagum, non secus atque Hebr. דְּרִיךְ pallium, à motu nomen habent. E. S.]

Σαθρός. Vir cel. alio loco: " Distinguunt Grammatici" inquit " inter nomina σαθρὸς, et σαπρὸς, quorum alterum Atticum esse dicunt, alterum, σαπρὸς, dialecti communis. Rectius autem alii, ratione significationis, differre notant, et quidem σαθρὸν speciatim convenire rebus vetustate detritis, atque sic corruptis, dum σαπρὸς proprium est rebus putridis, vel putredine corruptis. Ita σαθρὰ ἱμάτια dicuntur vestimenta, vetustate et usu detrita &c." [Stirps utriusque est σάω pp. moveo. Conf. vir doctiss. in Lexico Hedericiano, ac Foësii Œcon. E. S.]

[Σαίνω quatio. " Canes et alia animantia, dum caudam blande movent, hominibusque alludunt, proprie σαίνειν dicuntur, προσσαίνειν, περισαίνειν, et ὑποσαίνειν. Ab istac origine manarunt elegantes loquendi formæ" &c. L. C. V. in Adnot. ad Euripid. Hippol. p. 256. Stirps σάω, cui vicinum σείω. E. S.]

Σαίρω verro. Forte in hoc, ut aliis multis, præfixum est σ, ut sit ab αἴρω tollo. Alioquin est à σάω moveo. Alibi vir celeb. " Σαίρειν speciatim significat scopis purgare, unde, latius sumtum, est universe purgare, mundum facere: atque ita σαίρειν οἶκον idem est, quod ædes mundas facere, vel emundare. Pro σαίρειν autem, in dialecto plebeia et Hellenistarum, dictum fuit σαρόω: unde σεσαρωμένον, Luc. 15. 8. ubi, quod additur κεκοσμημένον, etsi reddi possit ornatum, accipiendum tamen est de ædibus, in quibus omnia ordine sint disposita et bene instructa" &c.

[Σάκος textum. Hinc clypeus, scutum. " Σάκος βοεῖον vas sive textum vimineum. Unde, nunc de colo, nunc de scuto usurpetur." Toup. in Epist. Critic. p. 121. Pro σάκος, geminata media, dixisse veteres σάκκος, observat vir doctiss. in Lexico Hedericiano. Etymologus col. 707. 39. σάκκος derivabat παρὰ τὸ σάσσω, τὸ φορτῶ. Quatuor deinde nomina fuisse observat, quæ per duo κκ scribantur, λάκκος, κάκκος, μάκκος, σάκκος. Commodissima est etymologia à σάω moveo, quatio; unde in Præterito perf. σέσακα. Aliud fortasse est Hebr. שַׂק, unde in Novo Test. σάκκος vestis ex materia crassa. Vide Schœtgen. in Lex. et laudatum ibidem cel. Wesseling. ad Diodor. Sic. l. 19. 107. E. S.]

[Σαλεύω moveo pp. instar sali. Conf. σάλος. E. S.]

Σάλος salum. Componendum cum ἅλς, ἁλός. [Nimirum spiritus asper in σ mutatur, ut in multis aliis. Est autem σάλος adjectivum pp. in forma masculina, cujus neutrum est salum. Hesych. Σάλος· κλύδων, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις. Hinc metaphorice apud eundem σαλος, φροντὶς, ταραχὴ, nempe phrasi hac ducta à mari commoto. Vide de origine Etymol. col. 707. 55. laudatum à cl. Bos, Diss. de Etym. Gr. p. 50. cui à σάλος est σαλεύω. E. S.]

Σανδάλιον sandalium, Pro σάδαλον, quod cum σάττω onero componendum est. [" Σανὶς, σανίδος, tabula lignea. Hinc Adjectivum σανίδαλος, σάνδαλος, et σανδάλιος, quod, neutro genere, σανδάλιον, Substantivi formam induit. Ratio nominis, quod, rudiori ævo, ligneas tantum tabellas pedibus suppositas gestarent, et alligatas; quas commodior usus postea soleis coriaceis, aliisve, molliore materia confectis, mutavit. Ut autem Latini calceos et soleas, ita Græci ὑποδήματα, et σανδάλια distinguunt. Priora sunt cava, quibus pes immittitur. Inde ὑποδέσεις κοῖλαι, quæ vox restitui debet Diodoro Siculo, L. V. p. 222. pro κόναις: posteriora, plantæ tantum pedis adaptata, reticulato vinculorum plexu, tenentur et adstringuntur. Hinc facile licet in concordiam redigere, quæ primo adspectu pugnare videntur, Christi præcepta, Matth. 10. 10. et Marc. 6. 9. ut docuit Salmasius, ad Tertulliani Pallium, p. 388. &c. T. H.]

Σανὶς tabula. Compone cum σάττω onero: quod à σάω. [Etymologus, col. 708. 13. dictum censet quasi τανὶς, παρὰ τὸ τετάσθαι, exponitque τὸ ἐπίμηκες ξύλον, lignum oblongum. Stirps potius statuenda est σάω moveo, unde σάνω pp., ut videtur, agiliter moveo, et hinc ortum obsol. σάνος, Latinis sanus. Itaque sanus, Prisciano teste, idem est, ac validus; et sane, i. q. valide, pp. qui moveatur agilius, vel quod vehementius moveat. A motu gesticulatorio σάννας olim dictus videtur fuisse μωρὸς i. e. stultus, teste Cratino, apud Eustath. in Homer. p. 777. 61. et 1669. 44. τὸν μωρὸν οἴδαμεν ΣΑΝΝΑΝ καλεῖσθαι κ. τ. λ. Conf. et Lat. sanna. An ab eadem origine σανὶς pp. dicta fuit tabella levior, et mobilis, unde σανδάλιον, pro σανιδάλιον, de quo supra? Ceterum omnino legendus est Salmasius de Modo usurar. p. 464. 637. ss. E. S.]

[Σαπρὸς putris. " Contractum ex σαπερὸς, quod à σάπω, pro quo dicitur σήπω. Σάπειν autem, et Activo et Neutro sensu, dictum pro putrefacere et putrefieri. Hinc igitur σαπερὸς, σαπρὸς, pp. notat, quod vetustate collapsum ac putrefactum est. Inde est, quod Scholiastes ad Aristophan. Pacem, vs. 552. exponit τὸ παλαιὸν καὶ σεσηπὸς διὰ τὸν χρόνον. Hinc oritur potestas debilis et imbecillis; et σαπρὰ dicuntur, quæ imbecillia sunt, quasi putrida. Aristophanes in Pace [vs. 553.] dixit εἰρήνη σαπρὰ putris pax, i. e. non diu duratura. Sic etiam dicitur οἶνος σαπρὸς vinum, quod jam præ vetustate vires, et gustum amisit. Sed recentiores σαπρὸς posuere pro inutili et malo: ut apud sacros scriptores, Epist. ad Ephes. 4. 29. λόγος σαπρός. Itaque huic Adjectivo sæpe opponitur ἀγαθὸς et καλὸς, Matth. 7. 16. 12. 33." &c. T. H.] [Σαπρὸν pp. dicitur id omne, quod vetustate computruit, à verbo σάπω, vel σήπω. A σάπω manat Lat. sapio, de eo qui bonum habet saporem. Quia autem putredine firmitas etiam perit, in usu loquen-

di, quævis corrupta vocabantur σαπρά. In proprio sensu oleum putrefactum ἔλαιον σαπρὸν Theophrasto dicitur, Character. cap. 20. De piscibus putrefactis proprie etiam adhibetur, apud Athenæum l. 2. p. 67. Calceorum corrigiæ dicuntur σαπρὰ à Menandro, apud Clementem Alexandrinum." L. C. V.] [Origo haud dubie est σάω moveo. An inde σάπω pp. notavit movendo solvo, dissolvo: et mox dissolvo universe? Hinc σάπων, σάπωνος, Lat. sapo dictum videri possit à solvendis, dissolvendisque sordibus, verbum sapio autem, quasi particulas rei solutas gustu percipio &c. Denique σαπρὸς pp. fuerit solutus, dissolutus, in partes suas, atque adeo putris, putridus. E. S.]

[Σάπφειρος Sapphirus, gemmæ nomen. Est vox Orientalis, Hebr. סַפִּיר. E. S.]

[Σαργάνη sporta, corbis. Apud Hesychium σάργανος redditur ἀγροῖκος, et σαργάναι, δίσμοι καὶ πλέγματα γυργαθώδη &c. ubi consule Albertium. Videri possit vox orientalis, in Græciam adscita: cujus stirps sit סָרַג implicuit. Sed malim è Græco fonte repetere. Verbum obsoletum σάρω (unde σαρὸς, et alia, de quibus vide in σαρόω) pp. notavit moveo. movendo rado, hinc erado, verro et verrendo colligo. A σάρω fieri potuit σάργω, hinc σαργάνω &c. Unde σαργάνη corbis forte dicta à colligendo, quod in eam res dispersæ colligantur, et quasi corradantur. Ab eadem corradendi origine verbum σάττειν notionem onerandi videtur accepisse. Vide infra suo loco. Elegans est magni L. C. V. observatio: " Linguæ Græcæ radices nativæ" inquit " nullam habent adfinitatem cum linguis orientalibus. Formæ quidem nominum productæ, quod ad sonum, sæpe conveniunt cum Hebræis: sed fortuita est ista convenientia; nam lenocinium Hebraicæ originis, quod prima facies ostentabat, illud omne dilabitur, quam primum ista vocabula referuntur ad suam originem Græcam" &c. E. S.]

Σὰρξ caro. Forte conferendum cum σάττω farcio. [Genitivus σαρκὸς clare demonstrat stirpem σάρω, unde σάσαρκα, et hinc σαρκὸς, quod contractum in σάρκς, sive σάρξ. Jam vero σάρω inter alia notavit rado, radendo purgo, nitido: de qua notione vide mox, in σαρόω. Carnem Hebræi כשר dixere à nitore rasili. An eadem ratio significationis est in Græco σάρξ? Confirmabitur fortasse hæc origo ex glossis Hesychii, Σαρκάν· σεσηρώς, et σάρματα· καλλύσματα. Ceterum à σὰρξ derivata est forma Adjectiva σαρκικὸς, scriptoribus Novi Testamenti frequentata, et inde derivata ad Scriptores Christianos recentiores, quorum loca collegit Suicerus in Thesauro Ecclesiastico. Corinthios, quasi necdum à sordibus satis purgatos, σαρκικοὺς appellat Paullus, 1 Cor. 3. 1. Formam veteribus potius usitatam σαρκινὸς semel etiam legere licet in N. Test. 2 Cor. 3. 3. et 2 Chron. 32. 8. in versione Græca, memorantur βραχίονες σαρκινοί. L. C. V.]

[Σαρόω verro. " Duplex est verbi forma, quarum illa Attica, hæc communis est. Significat utraque verrere, verrendo expurgare, atque adeo etiam nitidum reddere: nam Hesychius non tantum σαίρειν per σαιροῦν, sed et per κοσμεῖν, explicat. A verbo veteri σάω non tantum σαίω, σαίρω, sed et σαρῶ fuit productum. Hinc remansit σαρὸς, significans scopas, verriculum. Κάλλυντρον à Grammaticis redditur, h. e. instrumentum, cujus ope, sordibus abstersis, restituuntur res nitori suo. A σαρὸς formatum nostrum σαρόω. Illinc orta nomina σάρωμα, et σάρωσις reperiuntur apud Suidam." L. C. V.] [Confer Lennepium in σαίρω.]

Σάττω onero. A σάω moveo, quatio: unde conculco, constipo, farcio, onero. [Propriam vim hujus verbi eleganter exposuit Foësius, in Œcon. Hippocr. " Σάττειν, inquit, pro quo etiam σάσσειν dicitur, est infarcire, refercire, implere, unde ἐπισάττειν constipare, fartim implere, aut pressim; conculcare et condensare." Legatur etiam cel. Wesselingius ad Herodoti l. 3. 161. p. 196. Quæ quidem si vera sint, ut sunt verissima, quomodo, quæso, σάττω nostrum, quod pp. significet infarcio, constipo, à stirpe σάω moveo repeti poterit? Responsum in promtu est. Σάω est moveo, σάττω autem, pro σάσσω, hoc vero dictum pro σάδσω, pp. pertinet ad stirpem ἄδω, sive ἄδω, unde, spiritu aspero in σ resoluto, primum factum est σάδω, dein σάδσω, mox σάσσω, σάττω. Vide dicta ad ἄδην, sive ἄδην, et confer Lat. satis, satio, satur, satura &c. in quibus omnibus eadem referciendi et constipandi notio manifesta est. E. S.]

Σάτυρος Satyrus. A σάττω farcio, constipo. [Forma vocis est adjectiva, eaque masculina, cujus fœminina σάτυρα, satura, à Latinis servata est, atque, omisso nomine substantivo, adhibita fuit, vel pro " genere farciminis, multis rebus referto, nempe uva passa, polenta, et nucleis pineis, ex mulso conspersis; vel pro lance, variis frugum, pomorum vel similium generibus referta. Vide Forcellinum. Masculina forma σάτυρος, Lat. Satyrus, unde dicatur, malim equidem, ex Hesychio et doctorum virorum, ad eundem, observationibus, colligi, quam hic loci exponere. E. S.]

Σαυλὸς delicatus, mollis. Pro σάλος, à σάω moveo, quatio. Vide Hesych. in σαυλὸν, quod inter alia exponit κοῦφον levem, mobilem. Diversum hinc est cognomen σαῦλος, ductum quippe ex Hebr. שָׁאוּל, quod significat rogatum, vel præbitum, à Deo virum: quod nomen fuit proprium Apostoli, in N. Test. celebratissimi. Qui tamen, ne inter Græcos homines, voce σαυλοῦ, pro homine levi et molli utentes, intempestivis jocis pateret, nomen illud suum, cum alio nomine παύλου, videtur commutasse. Vide Act. Apostol. 13. 7. 9. E. S.]

Σαῦρα, vel σαύρα lacerta. [Masculina forma σαυρὸς superest etiam apud Hesychium. Idem videtur esse nomen Adjectivum, ac σαυλὸς pp. levis, mobilis: ut à mobilitate dicta sit lacerta. Conf. vox sequens. E. S.]

Σαυρωτὴρ cuspis in ima hasta. [" Æolica vox σαυρὸς et σαυλὸς et σαυνὸς, in acutum ab infima parte desinens. Erat enim inferior pars hastæ acuta, ut ea facilius in terram defigi posset. Junxit Pausanias αἰχμὴν. et σαυρωτῆρα, ut oppositas hastæ partes, l. 8. p. 700. Ælianus de Animal. l. 14. c. 7. Idem et στύραξ, masculino genere. Sæpius, diminuta forma, στυράκιον, Thucydid. l. 2. c. 4. ubi Scholiast. per σαυρωτῆρα explicat. In utraque voce consulendus est Hesych. et Pollux, l. 10. segm. 143. Ignorat hæc vocabula Homerus, proque iis, quod antiquius est, habet οὐρίαχον, Il. N. 443. Π. 612. Scholiastes, ad eum locum, duas præterea voces ejusdem virtutis suppeditat, γρόσφος et στόρθυγξ. Apud Hesychium reperitur στόρθη. Accedat στόνυξ, quod quidem rem omnem in acutum desinentem notat." T. H.] [Aliter Salmas. de Pallio, p. 407. Etymon vocis σαυρωτὴρ valde incertum est. Eustath. ad Il. K. p. 795. 30. quasi σαυρωτῆρα dici censet, quia terræ infixam hastam, ἤγουν σταυρὸν, ἱστᾶναι ποιεῖ. Rectius repetas à σαυρὸς mobilis, unde σαυρόω, σεσαύρωται, σαυρωτὴρ, quasi mobilem et trementem hastam dixeris, quæ terræ infixa huc illuc commoveatur et intremiscat. E. S.]

Σαφὴς manifestus. Componendum cum σοφός. [" Altera forma est σάφος, minus vulgata. Hinc σάφα accurate, clare." T. H.] [Hesych. Σάφα· σαφῶς, φανερῶς, λαμπρῶς. Stirps videtur esse σάω unde σάφω, σάφω, pp. excutio rem, atque ita palam facio, coramque omnibus expono. Eadem proprietas est vocis Lat. palam: de qua vide in πάλαι. E. S.]

[Σάω. Egregie vir doctiss. in Lexico Hedericiano " pp. habet significationem" inquit " movendi impellando, quatiendo" &c. Docuerat jam Valckenarius, in Digress. 2. à Theocriteis p. 256. verbi hujus superesse formas, per quatuor de quinque vocalibus variatas, σάω, σέω, σόω, σύω: ex σύω autem ortum fuisse σούω, unde Medium σοῦσθαι, cum diversis formis fuit, ut σοῦσθε, in Aristophanis Vesp. vs. 456. ubi σοῦσθ' ἐς κόρακας idem sit atque ὁρμᾶσθε, i. e. concitato impetu ruite &c. Vide et Bergler. ad h. l. p. 604. Quatuor illis formis quintam addere licebit, σίω, quod pronounciarunt σείω, ut Latini si dicunt et sei. Porro à σάω hocce ferme obsoleto, superest σάσαι, apud Hesychium, id est καθίσαι pp. demittere se cum impetu quodam, et hinc sedere: eadem fere metaphora, [qua وثب et יָשַׁב, nota sunt, apud Hebræos Arabasque. Conf. etiam σίζω, et σείω. E. S.]

Σβέννυμι exstinguo. A σέω, quod à βέω, cui vicinum βύω obstruo, obturo. [Egregie confirmat hanc Lennepii etymologiam usus linguæ Græcæ. Odyss. Γ. 182. legitur οὐδέ ποτ' ΈΣΒΗ οὖρος neque unquam desiit (pp. compressus et quasi suffocatus fuit) ventus &c. ubi Eustathius, in Comment., varia movet, à quibus, si cognitam habuisset primariam hanc verbi potestatem, potuisset abstinere. Laudat idem Eustath. ad Il. X. p. 1260. versum Hesiodi [Ἔργ. vs. 590.] γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων, h. e. παυσαμένων τοῦ θηλάζειν, lac caprarum non amplius lactantium. Proprietas linguæ habet lac caprarum obturatarum, compressarum. Vide et loca Hippocratis in Œcon. Foësii. E. S.]

Σέβω veneror. Compone cum σεύω, quod à σέω, agito. Alio loco vir celeberr. " Differt σέβειν à τιμᾶν, ut σέβω quidem dicatur ratione deorum, τιμᾶν vero ratione hominum. Ut enim τιμᾶν τοὺς γονέας colere parentes, ita σέβειν τοὺς θεοὺς venerari deos, propria genera loquendi sunt, apud Græcos. Neque tamen istam differentiam semper servarunt scriptores." Nempe τιμᾶν pp. est in pretio habere, σέβειν autem, et in Medio σέβεσθαι, cum tremore venerari, pp. tremere, vel tremore adfici erga aliquem, Conf. derivatum σέβας, quod ab Hesychio exponitur θάμβος, ἔκπληξις. Eidem Lexicographo σεβάσσατο est ἐνετράπη, quod glossema propriam vim eleganter indicat. Similis metaphora est in Hebr. אֱלֹהַ, Ar. الله. De σέβας et σέβεσθαι adeatur in primis Eustath. ad Hom. Il. Δ. 242. p. 468. 3. A σέβας autem videtur fluxisse σεβάζω, unde σέβασμα numen, pp. tremendum, Hebr. אֱלֹהַּ, σεβαστὸς pp. tremendus, hinc summo opere venerandus &c. E. S.]

Σειρὰ catena. Forte ab ἔρω, εἴρω necto. [Verissimam hanc originem vidit jam Etymologus, c. 710. 17. Παρὰ τὸ εἴρω τὸ συμπλέκω γίνεται εἱρὰ, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, σειρὰ κ. τ. λ. Nimirum pro spiritu est σ, ut in multis aliis. Vid. Analog. p. 212. E. S.]

Σείω concutio. Cum formis vicinis proprium est motui vibratili. [Inter verba σείειν, et σαλεύειν, à se invicem, in sermone quotidiano, non multum diversa, ea tamen erat differentia, ut σαλεύειν notaret quassationem magis violentam. Duo ista distinxit Lucas Act. Apost. 16. 26. ubi ad preces Pauli, et Silæ (sive Sylvani) σεισμὸς ἐγένετο μέγας tantus accidit terræ motus, ὥστε σαλευθῆναι ut vehementer conquassarentur carceris fundamenta. Unius verbi veteris formæ fuerunt olim in usu hæc certe quatuor, σάω, σέω, σόω et σύω &c. L. C. V. Conf. in σάω. E. S.]

Σέλας fulgur. Ab ἕλας, cui vicinum ἕλος, de quo supra. [Conf. et σελήνη.]

Σελευκὶς poculi genus. A proprio nomine σέλευκος. [Conf. Hesych. in voce.]

Σελήνη luna. Vir cel. alio loco. " Proprie nihil aliud est quam splendida. A mascul. obsoleto σέληνος splendidus. Hoc autem a nomine σέλος vel σέλας, significante splendorem. Ejusdem formæ nomen est εἰρήνη, à masc. εἴρηνος." [Sol Græcis ἥλιος dicebatur, à voce ἕλος, unde remansit ἕλη splendor. Ab ἕλη formarunt Adjectivum ἕληνος. Σ præfixo, inde fit σελήνη luna. Fluxerunt igitur hæ voces ex uno fonte. Luna accipit suum lumen à sole, velut hæc terra. Poëtis ergo dicebatur luna solis sive filia, sive soror, &c. L. C. V.] [Conf. porro in σέλλος et Lennep. ad Phalar. p. 308. 1. 2.]

Σελὶς, spatium inter lineas. [A splendore haud dubie dictum. Vide σέλας &c. E. S.]

Σέλλος nomen proprium, pro ἕλλος, quod idem atque Ἕλλην, Græcus. Vide in Ἕλλην. [Dubitari nulla ratione potest, quin ἕλλην ab alio descendat simpliciore nomine ἕλλος, unde oriri demum potuit ἕλλας, urbis ab Hellen constructæ nomen. Pausan. l. 3. c. 262. Ἕλλος autem et σέλλος idem est, more linguæ veteris, in qua ab initio vocum litera vetusta Η, (quæ postmodum, ordine, quem apud Latinos obtinuit, relicto in adspirationis signum abiit) aut Σ, promiscue solent in dialecto poni. Sic ἕλη et σέλη, σέλας, unde ἥλιος et σελήνη promanant: ὑρίσκος et συρίσκος, in qua voce vide Hesychium, ἕλλος et σέλλος, de quibus ad Pollucem, l. 9. Segm. 148., illamque scribendi formam duplicem, etiam quando prima vocalis spiritum habet lenem, frequenter in urbium locorumque nominibus exstare docuerunt Is. Casaubonus ad Strabon. l. 1. p. 86. not. 4. et Holstenius ad Stephan. in voce Ἡρακλεία, apud quem nihil differunt ἄγκνοι et σάγκνοι, ἴμυρα et σίμυρα: parique modo ἑρμύλιοι, et σερμύλιοι, in Codicibus vetustis Thucyd. l. 1. c. 65. Eundem usum Latinis, ut Græcam adspirationem in s convertant, Pelasgi et Æoles tradiderunt: ut liquet ex ὅλος solus, solidus, ἅλς, ἁλὸς sal, salum, ἑκυρὸς socer, ἅλω, ἅλλω salio, ἵδω, sido, ἕπομαι sequor, ἕξ sex, ἑπτὰ septem. Jam Helli, aut Selli, Pelasgorum, Græciæ vetustissimorum, aut pars, aut propago in prisca Hellade, quæ circa Dodonem et Acheloum fluvium erant, sedes habuerunt" &c. T. H.]

Σέμνος venerandus. Componendum cum σέβω. Alio loco, vir celeb. A verbo σέβεσθαι, vel σέβειν, ortum proprie Participium σεσεμένος, prætermisso augmento et contractione facta, peperit σεμνὸς ejusdem formæ nomen, cujus sunt κρημνὸς, ὑμνὸς, ποιμνὴ &c. quæ omnia proxime à Participiis oriuntur. Jam autem σέβειν idem fere est, quod Lat. venerari, colere, et quidem à verbo τιμᾶν sic distingui volunt Grammatici, ut σέβειν de veneratione Divina, τιμᾶν de cultu paterno dicatur.—Ab hoc autem verbo, σεμνὸς pp. notat venerandum, quod cum venerationi divinæ proprium sit, mirum non est, Græcos speciatim Eumenidas, sive deas scelerum ultrices, quas etiam Furias nominabant, vocasse σεμνὰς θεὰς, q. d. deas venerandas. Latius autem sumta voce, quicquid splendore et magnificentia venerationem efficit, σεμνὸν dicitur.—De re splendidissima dictum fuit σεμνότερον τῆς Περσῶν ἀρχῆς, proverbio sumto à splendore et divitiis summis aulæ Persicæ. [Nisi malis, σεμνὰς θεὰς dictas esse Furias, quasi deas tremendas. Redi ad verbum σέβω. Porro σεμνὸν magnificum dici videtur, quasi terrorem incutiens, eadem proprietate, qua nota sunt Hebr. נוֹרָא, Ezech. 1. 22. et Arab. رائع, de quo vide Schultens. ad Exc. Hamas. p. 405. 406. E. S.]

[Σεύω agito, concito. Vix differe videtur origine sua à σέβω. Pro vocali υ sæpissime est β. Stirps σέω cognata fuit aliis formis σάω, σίω (σείω) σόω et σύω, de quibus supra. Elegans in primis locus est Il. Λ. 292-295. de Hectore, venatoris instar, Trojanos incitante: quibus lectis, et comparatis cum vs. 414-420. aliisque Homericis, facile in eam conjecturam incidas, verbum σεύειν cum adfinibus suis σύω &c. proprie esse ὀνοματοπεποιημένον, à sono illo, σύσυ, quo canes, feræque, incitantur. E. S.]

Σηκὸς stabulum. A σάω, unde σάττω: de quo supra. [Vir doctissimus, in Lexico Hedericiano, docet, pp. esse septum: unde aliæ significationes ductæ sunt. An igitur σηκὸς à σέσηκα verbi σάω, vel σέω, pp. est locus, quo agi-

tentur et cum sono quodam impellantur oves, capræ &c.? Conf. dicta in σεύω. Porro σηκὸν, in templis deorum, eximie dictum fuisse cellam, in qua dei sedes esset, quæ pp. etiam ναὸς vocaretur, observavit cel. Valcken. ad Herodoti l. 6. 338. p. 446. Hebræi עיר dixere, 2 Reg. 10. 25. ut σηκὸς Ἀθηνᾶς in Euripidis Rhes. vs. 501. "Proprie ναοὶ et ἱερὰ sunt deorum, heroum, σηκοὶ ut docuit Pollux, l. 1. Segm. 6. Ammonius, et Thomas Magister, in voce. Eam differentiam, etsi plerumque negligatur, sæpe tamen observavit Pausanias." T. H.] [Conf. omnino cl. D'Arnaud Animadv. Græc. p. 1-3.]

Σῆμα signum. A σάω agito. [Nimirum à σέσημαι, primæ Præteriti perf. Pass. verbi σάω, vel σέω, agito, vox σῆμα notare potuit agitatum, sive undique congestum et quasi concitatum, pulverem, qui cadaveri sepulto infundebatur. Unde Il. Z. 418. Ipsum combussit cum armis artificiose factis, Ἠδ' ἐπὶ ΣΗ͂Μ' ἔχεεν, pp. et pulverem concitatum super ipsum fudit, et Il. H. 48-86. At cadaver ad naves remittam, ut ipsi σῆμα χεύωσιν &c. Alio usu σῆμα, item à σέω moveo, pecul. manum, atque ita mota manu innuo, videtur notasse signum, ex quo quid cognoscitur, Il. Θ. 17. Z. 168. 176. N. 244. &c. E. S.]

Σήμερον hodie. Vir clariss. alibi. "Pro σήμερον Attici dicunt τήμερον, ubi litera τ præfixa vim habet demonstrandi, quemadmodum in vocabulis τοσοῦτος, τόσος, τοῖος, τηλίκος, τηλικοῦτος, et similibus. Τήμερον igitur idem est, quod ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ hoc die, seu hodie. Est nempe, ἥμερον, æque ac ἡμέρα, à mascul. ἥμερος, neque adeo differt, significatione sua, ab ἡμέρα. [De ἡμέρα vide supra. Τήμερον fortasse dixerunt, pro τὸ ἥμερον, hoc vero pro κατὰ τὸ ἥμερον. E. S.]

Σήπω putrefacio. A σάω agito. [Vide in σαπρός. E. S.]

[Σὴρ, (in Genit. σηρὸς) dicitur Vermiculus, à quo τὸ σηρικὸν (sericum) fit. Suidas: Σὴρ, σηρὸς, ὁ σκώληξ. Origo eadem vocis σὴς, σητός. Literæ σ et ρ solent permutari: præsertim in fine vocum. Stirps hoc pacto foret σέω moveo, unde σήσω, σὴς, et σέρω, vel σήρω, σήρ. Fuisse autem, putem, Græcis duplex σέρω, alterum ductum ab ἕρω, necto, de quo supra, alterum à σέω moveo, et movendo spargo, vel texo, unde σήρ. Latini discrimen satis manifesto exhibent in suis sero, serui, sertum, serere, et sero, sevi, satum, serere: quæ quidem duo verba adeo diversa sunt, ut eandem originem non possint habere. Vide et seq. σής. E. S.]

Σὴς, in Genit. σητὸς, tinea. Alibi cel. Lennep. "Distinguunt Græci" inquit "inter θρὶψ, et σής. Θρὶψ vermiculus est, qui ligna perforat, [à τρίβω tero dictus.] Inde ξύλα θριπόβρωτα sunt ligna à vermibus exesa. Σὴς autem vermiculus est, qui vestimenta exedit: quare etiam ἱμάτια σητόβρωτα vestimenta dicuntur, à vermibus exesa." "Menander apud Stobæum, τὸ δὲ ἱμάτιον οἱ σητὲς, ἡ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον." L. C. V.] ["Σὴς vermiculus vel tinea, quæ inter vestes versatur. Unde σητόκοπα ἱμάτια" &c. Salmas. Hyl. Jatricæ p. 166. Origo haud dubie est σάω, vel σέω, σείω, moveo, unde σής. Vermiculus ejusmodi dicitur à motu celerrimo, quo ruit. Σὴρ autem pp. vermiculum videtur notasse, qui serit, i. e. movendo texit, Belg. *een zijdeworm*. E. S.]

Σῆτες hoc anno. Ex σήετες, quod (ut σήμερον, ab ἡμέρα) factum, præfixo σ. Gaudet autem hoc Præfixum σ vi demonstrandi, quæ in τ quoque cernitur. Est ab ἔτος annus: quasi τούτῳ τῷ ἔτει. [Nimirum, pro σῆτες Attici dixerunt τῆτες, ut, pro σήμερον, τήμερον. Contractio fortasse facta est ex τ' ἔτες, pro τὸ ἔτες, hoc vero pro κατὰ τὸ ἔτες. Prima syllaba vocis ἔτες longius producta, habebis ἦτες, unde τ' ἦτες, τῆτες, mox σῆτες, ut solent τ et σ permutari. E. S.]

Σθένω valeo. Forte à θέω, præfixo σ. De θέω vide supra. [Etymol. c. 711. 51. σθένος, δύναμις· καὶ σθένω δύναμαι· οἶμαι παρὰ τὸ θέω, θένος, καὶ σθένος· ὁ γὰρ ταχὺς, καὶ δυνατὸς, θέει. Addit idem ἢ παρὰ τὸ ἵστημι, στήσω, στένος, καὶ σθένος. Posterius hoc fortasse rectius. E. S.]

Σιαγὼν mala, maxilla, et

Σίαλον saliva. Utrumque fortasse à σίω, σείω, moveo. [De priori voce Etymolog. c. 711. σιαγὼν ὅτι σείονται περιαγόμεναι· de posteriore idem legendum est, columna sequenti, ubi differentiam enarrat inter σίαλον et πτύαλον. E. S.] [Ceterum ad vocem σίαλον saliva pertinet altera σιγαλόεις pp. saliva plenus. "Uti enim ab ἄνεμος ventus, est ἀνεμόεις et ἀνεμώδης; ab ἄνθεμον flos, ἀνθεμόεις et ἀνθεμώδης: sic à σίαλος, σιαλόεις et σιαλώδης. Unde ἡνία σιγαλόεντα habenæ sunt, equorum spumantium saliva plenæ. Porro, uti mollia, instar roris, dicuntur δροσώδη et δροσόεντα, ita σιγαλόεντα dicta sunt mollia, tenera vestimenta" &c. L. C. V.]

Σίβυλλα Sibylla. Vates Jovis Dodonæi. Ab Æolico σιὸς, quod Laconicum σιὸς, vulgo θεός. Inde σίυλλα, et, β inserto, pro more Doricæ Dialecti, σίβυλλα. Salmas. ad Solin. p. 50. "Σίβυλλα nomen proprium est diminutivæ formæ, à principali σίβη, quod Æolicum est, pro σίδη: ut βελφῖνες et δελφῖνες· βέλφυς, pro δέλφυς, ἡ μήτρα: unde Lat. vulva. Ἀπὸ τῆς σίβης, σίβυλλα, ut ἀπὸ τῆς ἥβης, ἡβύλλα, à σηκὸς, σηκύλλα —— ab ἦρα ἠρύλλα, et similia. Prima autem mulier divinatrix, quum σίβυλλα, proprio nomine, vocaretur, ceteris postea mulieribus, vaticinandi arte claris, idem nominis attributum est de parilitate scientiæ: ut viris Bacidis" &c. &c. E. S.]

Σιγάω sileo, taceo. A σιγὴ, quod forte à σίω moveo. [Ab ὀνοματοποιΐᾳ videtur esse ortum verbum. Nempe, Græcorum æque ac Latinorum nota silentii fuit st. Conf. Toupius, Emend. in Suid. t. 2. 189. ubi docet, in Euripidis Suppl. vs. 1150. pro verbis στάσω· ποῦ με δέξεται γάνος, alia facta vocum divisione, at ne litera quidem mutata, legendum esse, ΣΤ. ἈΣΏΠΟΥ με δέξεται γάνος. Jam vero à sono isto, ss, si, vel st, ducta videntur σὶὴ, σιγὴ, σιγάω. Idem σιγάω cum σίζω strideo, (quod et ipsum procul dubio à sono factum est,) jam comparaverat Eustath. ad Hom. Il. P. p. 966. 17. E. S.]

[Σίδηρος ferrum. Etymol. c. 712. 26. derivat à σίζω, τὸ ἦχον ἀποτελῶ. Dein σίζω docet esse verbum ὀνοματοπεποιημένον. E. S.]

[Σίκερα sicera. "Vox οἶνος vinum est orientalis, sed in Græcam civitatem recepta, æque ac in Italiam, et alias regiones. Vini namque usus ex oriente, una cum nomine orientali, pervenit ad alias gentes. Hinc appellatio est, in linguis diversis, fere eadem: sed vox σίκερα, inaudita Græcis, prorsus est Hebraica, literis tantum Græcis scripta" &c. L. C. V.] Hebraice, nimirum, scribitur שֵׁכָר, quam vocem Græci Vet. Test. interpretes, Jes. 28. 7. et plus decem aliis locis reddiderunt σίκερα. E. S.]

Σίμβλον alveare. Forte à σιμὸς, unde σιμαὶ apes. Hoc peperit σίμελος, σίμλος, σίμβλος.

Σιμὸς simus. Forte à σίω. Alio loco cel. Lennep. "Σιμὸς, unde Lat. simus, is dicitur, cujus nasus depressior est. Ei opponitur γρυπὸς, quomodo is dicitur, qui naso adunco est et aquilino. Ab utroque nomine verbum factum est σιμόω, et γρυπόω, quorum alterum convenit in simum, alterum in eum, qui naso adunco est. A σιμόω, ἀποσιμοῦσθαι, quod, vi præpositionis ἀπὸ, significat plane simum fieri, ut ultra simus fieri non possis &c. [Stirps fortasse est ἴω, à quo ἵζω sedere facio, deprimo. Unde ἶγος vel ἶμος, ut ab ἕω, ἧμος. Pro ἶμος autem (quod Latini servarunt in suo imus) spiritu aspero, in σ resoluto, dixerunt σιμὸς pp. depressus pecul. naribus. E. S.]

Σίνω lædo. A σίω moveo, agito. "Alibi fusius de hoc verbo egit eruditissimus Lennepius, occasione verbi σινιάσαι. "Origo" inquit "σίω, cui vicinum σείω, pp. concutio. Rectissime igitur σινιάσαι primo loco ab Hesychio redditum fuit σεῖσαι. Ab isto autem σίω porro aliud verbum factum est σίνω; unde apud Græcos superstes est nomen σῖνος noxa, nec non σίνις, quod ab Hesychio redditur κλέπτης, κακοῦργος, λῃστὴς, atque ista virtute nomen σίνις reperitur apud poëtas Græcos. [Consule viros doctos, ad Hesych. t. 2. c. 1190.] In Evangelio Lucæ est, cap. 22. 31. Satanas studuit τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον, h. e. ut vanno concuteret, vel cribraret, tanquam frumentum." ["Verbum σινιάσαι est de illis, quæ vix reperiantur, præterquam apud Grammaticos. Hesychius, locum Lucæ Evang. 22. 31. spectans, illud interpretatus fuit σεῖσαι, κοσκινεῦσαι vanno concutere, cribrare. Aliud nomen verbale subministrat Glossarium vetus, in quo hæc prostant: σινίασμα ἡ ῥυπαρία τοῦ σίτου, detrimentum, retrimentum, intertrimentum. Est, in eodem Glossario, hæc glossa notatu dignissima: σινίασον cerne. Ponitur ibi verbum cerno propria sua vi, è qua reliquæ virtutes manarunt. Cernere enim, ut Græc. κρίνειν, pp. notat cernere cribro, qua vi etiam verbum Lat. cernere adhiberi, docuit Lud. Kusterus &c. L. C. V.] [Apparet, verbum σίνειν pp. esse concutere huc illuc, quod pecul. de vanno dicitur. Notionem vero hanc concutiendi ad eam vexandi, expilandi, prædandi, fuisse translatam, docebunt nomina σίνις, σίννις, σίντη, σίντωρ, et Homericum illud σίντιες ἄνδρες, Il. A. 594. aut σίντιας ἀγριοφώνους, sinties, pp. concussores, sive excussores: de qua voce T. H. "Recte" inquit "Scholiastes exponit Λήμνιοι Lemnii: quippe illud nomen Lemni incolis fuit antiquissimum. Pergit Scholiastes, ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν à nocendo et lædendo, additque ὄντες πειραταὶ quippe qui essent piratæ. Addit tamen; ἢ ὅτι δοκοῦσιν αὐτοὶ πρῶτοι ἐπινενοηκέναι τὰ πρὸς πόλεμον ὅπλα, i. e. aut quod hi primum videntur excogitasse arma ad bellum gerendum. Lemnios vero fuisse piratas, itidem ex antiquis historiis constat, unde merito dicti sunt σίντιες" &c. Ceteroquin, verbum Græcorum σίνω videri possit cognatum esse Lat. sino, sivi, situm, sinere, i. e. permittere, notione ducta ab illa excutiendi, solvendi: ut in illo Terentii, Andr. 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum; quasi diceret: sivi, i. e. solvi frenum ejus, ut, quo vellet, rueret &c. Sed magis placet, literam S ab initio præpositam, pro servili litera accipere: ut stirps Latini verbi sino, potius sit ἴω, cognata forma alteri ἕω, unde ἐάω. Ab ἴω formari potuit sio &c. Præteritum Lat. sivi, (quod contraxere in sii,) posteriorem hanc etymologiam magis commendat: nisi fortasse et ipsum Græcorum σίω, ab ἴω, repetere velis. Conf. Analog. Lennep. p. 112. 518. E. S.]

Σινώπη Sinope. Nomen proprium scorti cujusdam &c. A σίνος noxius, et ὢψ oculus. [Vide Etymologicon, col. 713: 51. 735: 56. Nempe, uti σίντιες ἄνδρες pp. sunt piratæ, raptores, (de quo vide in σίνω:) sic σινώπη, voce composita, ex σῖνος, sive σίνω, et ὢψ, significare potuit eam, quæ oculo suo rapiat amasios, atque in sui amorem vi quadam pertrahat. E. S.]

[Σιπύη arca, pp. arca panaria. "Dicitur etiam σιπυὶς, σιπυΐδος· suntque hæc vocabula ab antiquo verbo σίπτω, σιπάω, σιπέω: unde Lat. sipare et obsipare. Σίπτειν notat confertim ingerere, et infarcire. Hinc σιπὺς, ύα, ὺς, cistella, in quam edulia confertim injuncta conservantur. His autem cistellis imposita edulia præbebantur in mensa." T. H.]

Σῖτος frumentum. Si Græca vox est, repetendum videtur a σίω agito. [De stirpe σίω abunde dictum jam est in voce σιμός. Videtur autem appellatum frumentum σῖτος a concutiendo, pecul. in cribro, atque adeo ventilando. Conf. huc iterum locus in Evangel. Lucæ 22. 31. supra laudatus. Etiam, neutro genere, σῖτον adhibuere, ea inducta significationis differentia "ut σῖτος m. g. notet frumentum, nondum paratum, σῖτον vero n. g. ponatur de panibus, jam coctis." T. H.] ["Stirps σίω· hinc σῖτος, unde porro σιτεῖν, σιτεύειν, et σιτίζειν. Σιτευτὸς saginatus, sive frugibus bene pastus, Luc. 15. 23. Matthæus c. 22. 4. σιτιστὸς dixit &c." L. C. V.]

Σιωπάω taceo. A σιωπὴ silentium, quod à σίω. Compone cum σιγάω. ["Sicut, apud Latinos, nonnihil differunt tacere et silere, taciturnitas et silentium: similiter apud Græcos σιωπάω et σιγάω. Σιωπὴ silentium notat, σιγὴ taciturnitatem: σιγᾶν est tacere, σιωπᾶν silere. Differre verba Latina vel Plautini versus indicant, in Prologo Pœnuli: silete et tacete, atque animum advortite. Cornelius Fronto, silet, inquit, cujus loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione literæ s: tacet, qui ne loqui quidem cœpit. Illinc illustrari debuisset Ammonii observatio, p. 128. in σιωπᾷ: à qua voce duplex manavit Adjectivi forma, σιωπηλὸς et σιωπηρός. L. C. V.]

Σκάζω claudico. A κάω cavo: de quo supra. [Conf. infra in σκανὸς et σκάνδαλον.]

[Σκαιὸς scævus. Etymol. c. 716. Σκαιὸς ἐκ τοῦ σκάζω, τὸ χωλαίνω, ἢ τὸ οὐκ ὀρθῶς βαδίζω· ἐξ οὗ καὶ σκαμβὸς, ὁ μὴ οὐκ ὀρθῶς βαδίζων κ. τ. λ. "Σκάω pp. significat claudum, mutilumque aliquod reddo. Hinc σκάβος, et interposito μ, σκάμβος obliquus et claudus." T. H.]

Σκαίρω salio. A κάω. Dicitur autem ab incurvando membra. [Vide in σπαίρω et σκιρτάω.]

Σκάλλω fodio. A κάω cavo. [Hinc nimirum κάλω, κάλλω, σκάλλω: Conf. et κέλλω. E. S.]

Σκαμμωνία Scammonia: herbæ genus. A σκάπτω fodio.

[Σκάνδαλον scandalum. Vir celeb. alio loco: "Verbum σκάζω, vulgo significans claudico, ab obliquitate nomen accepit. Inde deductum nomen σκάδαλον, et, inserto ν, σκάνδαλον, pp. significavit paxillum in decipula, cujus ope animalia capi solent: exponentibus ita vocem hanc vetustis Grammaticis. Quanquam autem ea virtute vox σκάνδαλον non invenitur posita, imo, apud scriptores Græcos in universum, ne existat quidem nomen hoc σκάνδαλον, superest tamen forma productior σκανδάληθρον, qua metaphorice usus est Aristophanes in Acharneus. vs. 687. translatione facta à decipula, vel paxillo decipulæ ad verborum fallacias. Sic, nimirum, accipiendum est, quod dicit ille, σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν, i. e. verborum struens fallacias. A memorata virtute vox σκάνδαλον scriptoribus transfertur ad quodvis offendiculum." Alibi hæc addit. "Fit σκάνδαλον à verbo σκάζω, seu antiquo σκάδω, quod, interposito ν, peperit Lat. scando. Remotior origo est κάω, quod, inter alia, significavit cavo &c." Paullo aliter L. C. V. σκάνδαλον, inquit, pp. significat trabem in via positam, ad quam facile quis pedem offendat.——Origo σκάζειν. Videtur autem vox σκάνδαλον ex σκανδάλον fuisse contracta, uti certe σάνδαλον contractum fuit ex σανδάλον &c." E. S.]

Σκάνδιξ genus oleris. A σκάζω. [Conf. σκάδω, σκάνδω scando, in σκάνδαλον.]

Σκάπτω fodio. A σκάω. Vide σκάλλω. Alibi hæc habet vir celeb. "Verbi σκάπτειν origo est κάω, quod cernitur in Lat. cavo. Inde derivata sunt κάβω, κάπω, κάπτω, et, præfixa σ, σκάπτω. Inde in Evangelio Lucæ (c. 6. 48.) conjuncta legas ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, per figuram, quam vocant ἓν διὰ δυοῖν. Est enim idem, ac si Latine dixeris, fodiendo excavavit. Porro, à Præterito perfecto ἔσκαφα ortum, nomen σκάφη (ut à γέγραφα, γραφὴ, à βέβαφα, βαφὴ &c.) in usu eximie significavit parvum navigii genus, quod fieri solebat, excavando arboris truncum majorem. Scapham dixerunt Latini. Huic nomini σκάφη vicinum est alterum σκαφὶς, à cujus casu Dativo σκαφίδι formatum est σκαφίδιον scaphula." ["Σκάπτειν pp. est fodiendo cavare. Hinc τὰ ἐσκαμμένα, et σκάμματα, fossæ dictæ, quæ duci solebant in stadio. Earum latitudo saltu fuit superanda. Rem, non satis perceptam, commode declarat Scholiastes Pindari ad Nem. Od. 5. 26. Sed usus jussit, iisdem nominibus appellari terminum, sive alterum fossæ marginem, ad quem saltu perveniebant. Probe autem animadvertendum est, (quod ignoratum plures doctos viros in errorem dedit) multum differre potestatem hanc ab alio, quæ ad palæstram spectat. Nam et certaminis locus, vel stadium, σκάμμα vocatur, duplicem ob caussam, quod tum fossa et vallo præcinctum esset, tum arena effossa

constratum. Hoc voluit Hesychius: Σκάμματα, ἀγῶνες, στάδια. Unde apud patres Ecclesiasticos multiplex, ad Christianam, et in primis monachicam, palæstram, in hac voce, translatio. Evagrius, Hist. Eccles. 5. 6. τοῖς μοναχικοῖς ἐναποδύσασθαι σκάμμασι ad severam monachorum disciplinam sese, veluti athletam, positis vestibus, comparare. Præ ceteris hoc vocabulo delectatur Chrysostomus, nec Latini patres refugere, Ambrosius de Jejunio, cap. 21. Aldhelmus de laud. Virgin. c. 1. Ennodius, l. 2. ep. 8. In Hieronymo vox, sæpe corrupta, abiit in stemma: ut egregie ostendit Paul. Leopardus, Emend. l. 1. 22. Isidorus, in Glossis, σκάμματα arenæ, ubi Athletæ luctantur. Cæterum de adagio πηδᾷν, vel ἅλλεσθαι ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, quod à priore hujus vocabuli potestate ductum, de malesedulis hominibus usurpatur, qui nimia diligentia præscriptos limites, et rerum modum excedunt, vide Andr. Schottum ad Zenobium, Cent. 6. 4. 23. In eo explicando lapsus est G. J. Vossius, Etymologico, in voce scamma &c." T. H.] [Literam, hac in voce præfixam esse, neque ad radicales literas pertinere, facillime probet alia vox κάπετος, fossa, apud Homerum: unde Il. Ο. 356. ὄχθας καπέτοιο βαθείης, et Il. Ω. 797. ἐς κοίλην κάπετον θέσαν. Pro eodem hoc κάπετος, apud Hesychium, t. 2. c. 1202. legas σκάπετος, ubi adi viros doctos. E. S.]

Σκάριφος stylus. Pro κάριφος, quod cum κάρφος componendum, de quo supra, suo loco. [Hesychius, σκαριφᾶσθαι· ξύειν, σκάπτειν, γράφειν· ὅθεν καὶ ὁ σκάριφος, ξέσις, γραφὴ κ. τ. λ. Ubi vide Albertium, ex Schefferi Adversariis (Miscell. Obss. Vol. 8. 3. p. 445. insertis) egregia promentem. Recte vero, eodem indice Albertio, admonuit H. Stephanus, "σκαριφᾶσθαι potius repetendum videri à σκάριφος, quam, contra, σκάριφος à σκαριφᾶσθαι." Sane σκαριφᾶσθαι esse productius verbum, nemo non videt. Sed necesse est, ut paullo altius adscendamus. Stirps haud dubie est κάω· hinc descendit κάρω· à κάρω porro καρίω, καρίπω, καρίφω, et, præfixa σ, σκαρίφω. Glossæ veteres Philoxeni, et aliorum, p. 169. "Scarifo, χαράσσω, κατακνίζω. Scarifat, κατασχίζει, κατακνίζει, καταχαράσσει." Ubi tamen simul observandum est, scarifo à Latinis contracte dictum esse, in Præsenti Indicativi, pro scarifao, σκαριφάω, σκαριφῶ, ut amo pro amao, ἀμάω, ἀμῶ· adeoque Lat. scarifare, et Gr. σκαριφᾶν, (unde σκαριφᾶσθαι,) esse eadem verba. A Lat. scarifo diversum nonnihil est alterum scarifico, usitatius verbum, sive hoc placeat esse formæ productioris, sive malis compositæ, ut magnifico, &c. Illud certum est, formam simpliciorem κάρω, unde σκάρω &c. alteramque χάρω, (unde χαράω, χαράσσω,) sibi cognatas fuisse, commodissimeque adeo Latinorum scarifare, per χαράσσειν, à Glossatoribus, fuisse redditum. Cetera dabit Schefferus l. l. E. S.]

Σκεδάω dissipo. Repetendum est à κίω, vel κίω moveo. Verbo σκίδω vicina forma fuit altera σκίδω, quod à scido, et scindo, origine sua ac potestate, non differt. A σκίδω porro est σκίδνω et σκίδνημι, à σκίδω, σκεδάω, σκεδάνω, σκεδάννυμι &c. T. H. [Jam vero, quemadmodum vidimus, κάπετος et σκάπετος fuisse easdem voces, sola litera σ præfixa, inter pronuntiandum leviter diversas, sic observandum est, σκεδάω et κεδάω, σκίδναμαι et κίδναμαι, æque parum à se invicem differre. Prima eorum omnium notio est findi, diffindi: unde orta est altera dissipandi. Conf. Il. Ψ. 227. cum Π. 347. Od. Β. 252. E. S.]

Σκεθρὸς exactus. Fortasse à σκέω, de quo vide ad σκεῦος. [Hesychius σκεθρὸς, ἀκριβής. Plura dabit (ab Albertio ibidem jam laudatus) Foësius in Œconomia. Verbum σκίδω pp. idem esse atque vicinum σκίδω s. σχίδω, Lat. scido, et scindo, supra observavit T. H. A σκίδω, sive σχίδω, est Lat. scheda, et Diminut. schedula, uti à σκίδω s. σχίδω, σχίδος, σχίδη, σχίδιον. Notio exacti, in σκεθρὸς, duci forte potuit ab illa scindendi, et in partes secandi: unde σκεθρὰ δίαιτα, apud Hippocratem, sit pp. victus ratio, quasi, scissa in partes et divisa. An huc etiam referri potest Glossa Erotiani, qua σκεθρὰ exponuntur ὅμοια similia, quasi dixeris, ad eundem modum scissa? E. S.]

Σκείρων Sciron: ventus à Scironiis saxis spirans. Componendum est cum σκαίρω· de quo supra. [Etiam Σκείρων, sive Σκίρων Sciron, fuit latronis nomen. Apparet, vocem hanc esse pp. Participium præsens verbi σκείρω, quod idem fuisse putem ac κείρω tondeo. Conf. de formis Participialibus hujusmodi (quæ in nomina propria abierunt, ut κρείων &c.) Analog. Lenn. cap. 10. p. 136. E. S.]

Σκέλλω arefacio, attenuo. A κίω, quod cum καίω uro componendum. [Confer omnino verbum κέλω et κέλλω, à quo, litera σ præfixa, factum est nostrum σκέλλω. Plura dabit vir celeb. ad σκέλος et σκληρός. E. S.]

Σκέλος crus. Cum σκέλλω componendum. Alibi hæc præbuit vir celeb. "A verbo κέλω (unde derivatum κέλλω Lat. cello, i. e. tundo, allido) oriuntur κελέω et κελάω. Hinc κλάω, quod, à tundendi, allidendive notione, eam frangendi accepit. Alterum κελέω produxit contractum κλέω, et, præposito σ, σκλέω, quemadmodum à κέλω derivatum σκέλω. Hinc proxime descendit σκέλος, qua voce, ab allidendo, et duritie, dicitur crus, tibia. Porro à σκελέω ortum est σκελετός: in quo notio frangendi eximie transfertur ad duritiem ossium arefactorum; itaque σκελετὸν, Substantive positum, dicitur cadaver, carnibus privatum, et ossibus tantum constans." Vide porro in σκληρός.]

Σκέπαρνον ascia. A κίω. Componatur cum σκάπτω.

Σκέπτομαι dispicio, considero. A σκέπω tego. [Vide mox in σκέπω.]

Σκέπω tego. A κέω, quod cum κεύθω componendum. Alibi ita vir cel. "Σκέπω pp. est tego: unde σκέπας tegmen. Inde σκέπομαι et, hujus loco pronuntiatum, σκέπτομαι pp. memet tego, vel apud animum tego. A prospectu oculorum verbum hoc transiit ad considerationem, et contemplationem, quam quis mentis oculis secum facit. Quare σκέπτεσθαι reddi solet per considerare, contemplari animo. Quæ notio quoque cernitur in derivatis σκέμμα, σκέψις, σκέπτης, et hinc formato σκεπτικὸς, quod nomen ei convenit, qui, de omnibus dubitans, semper considerat, et nunquam definit: qua virtute dicti sunt Sceptici. Porro à verbo σκέπτομαι, seu Præterito Medio ἔσκοπα, nomen σκοπὴ eximie significat speculam, in qua quis tecto latens, aliorum actiones considerat, et speculatur; unde et σκοπὸς terminus, meta, quam quis considerat, dum eo collineare conatur &c. A memorato autem σκέπτεσθαι, compositum ἐπισκέπτεσθαι curæ et inspectionis potissimum accepit significationem, quemadmodum ἐπιβλέπειν, et similia composita, usurpantur. Inde nominati ἐπίσκοποι in N. T. ecclesiæ inspectores et curatores." [Σκέπτομαι est à σκέπω, quod pp. notat obtendo manum oculis. Σκέπτομαι manu oculis prætensa aliquid video. Hoc, ad mentem translatum, idem significat ac considero, et tanquam scopum habeo propositum. Hinc σκοπὸς scopus, visui prætensus. T. H.]

Σκεῦος vas. A κέω tego: de quo modo ante diximus. Alio loco cel. Lennepius: origo est verbum κύω, vel κεύω turgeo. Unde proximum derivatum κεύθω, Latine occulto. Litera σ, ante consonantem, ab initio verborum, originalis non est. Ita σκόλοψ dicitur pro κόλοψ, σκέλλω pro κέλλω &c. [Quæcumque instrumenta ad supellectilem spectant, ea à Græcis dicuntur σκεύη. Recte igitur Hesychius σκεῦος interpretatur ἀγγεῖον ἅπαν quodvis vas. Domesticam supellectilem Eunuchus comicus appellavit σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, in Adulatoribus, teste Polluce, Onomast. 10. segm. 10. — Hinc κατασκευάζειν ornamentis instruere &c. L. C. V.]

Σκηνὴ tentorium. A κέω tego. [Σκηνὴ dictum fuit à σκηνὸς, quod à verbo σκέω. Hoc ex σακέω contractum, quod à σάκος. Sic a Poëtis clypeus dicebatur, voce orta à Præterito perf. Activo verbi σάω, vel σέω. Pro verbo σκέω, significante tego, dixerunt etiam σκίω, unde remansit σκιὰ umbra. Hinc σκιάζειν umbrare. A verbo σκέω ductum etiam σκεύω nomen produxit σκεῦος, vestem denotans, quo adversus aëris injurias corpus tegimus. Σκηνὴ tentorium pp. tectum erat, in quibus primi mortales etiam habitabant. Postea apud Græcos non tantum militaria tentoria dicta sunt σκηναὶ, sed et in oppidis Græcis, sicubi solennitas quædam celebraretur, tabernæ, quas, in foro et publicis viis, defigebant mercatores, σκηναὶ vocabantur. Vocem Theophrasto restituit Casaubonus, c. 24. et plura adnotavit in Animadvers. ad Athenæum, l. 4. c. 20. &c. L. C. V.]

Σκήπτω nitor. A σάω cavo, incurvo. [Σκήπτομαι pp. nitor: unde σκῆπτρον sceptrum, s. baculus, quo quis innititur. Transfertur etiam ad significationem prætexendi, sive prætextum adferendi, quo quis innititur. Sic ἔμπορος σκήπτομαι, (Aristophan. Plut. vs. 905.) simulo me esse mercatorem. Apud Athenienses mercatores liberi erant à multis vectigalibus, ut eo magis mercaturam promoverent. Si ergo pecunia esset conferenda, aut in bellum eundum, multi prætexebant, se mercatores esse, adeoque non debere pecuniam conferre, aut militare. T. H.] [Alio loco idem vir summus de voce σκῆπτρον: "Aberrant, quibus origo repetitur ab Hebr. שֵׁבֶט vel Chald. שַׁרְבִיט. Forma prorsus est Græca, atque ea, quæ instrumentorum significationem habet. Σκήπτω, vel σκήπτομαι, nitor, innitor baculo, aut cuicumque rei ad gressus firmandos. Homerus per se, absolute, ponit σκηπτόμενος baculo incessum sustentans, sive, ut Scholiastes interpretatur, ἐρειδόμενος, Od. Ρ. 203. 338. Et constructe, Il. Ξ. 457. (ἄκοντι) σκηπτόμενος. Apollon. Rhod. 2. 198. βάκτρῳ σκηπτόμενος. Hinc igitur σκῆπτρον, similiter ac βάκτρον, à βάω, βάζω, βίβακα, et βακτηρία, pp. instrumentum, cui quis innititur, et apud Romanos, ab eodem fonte derivatum, baculus. Illam vim nativam servarunt Iones. vid. Herodot. l. 1. c. 195. Ab eodem verbo deflexa σκηπάνιον, σκηπίων, σκίπων· ut, apud Strabonem, p. 938. σκίπωνα, ἀντὶ σκήπτρου &c." T. H.]

Σκιὰ umbra. A σίω, quod idem ac σίω tego. Vide σκέπω tego. [Duplex fuit verbum, σκέω et σκίω. Hinc σκιὰ umbra, σκιάζειν tegere, obumbrare: cujus composita ἐπισκιάζειν, et κατασκιάζειν, simplici verbo magis frequentantur. L. C. V.] [Etymologo c. 718. 33. σκιὰ dici videbatur παρὰ τὸ κίω, τὸ ἀκολουθῶ σία, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, σκιὰ, ἡ συνακολουθοῦσα. E. S.]

Σκίλλα scilla. Componendum forte cum σίω, σύω, turgeo. [Σκίλλα scilla: frutex vel herba de ceparum genere, quæ singulari (ut putabant) ad purgandum virtute pollens, lanæ implicata, corpori circumdabatur. Hinc σκίλλῃ περικαθαίρειν, Theophrasto, Charact. 16. ubi egregia notavit Casaubonus, p. 135. T. H.]

Σκιμαλίζω medium digitum porrigo. Componendum est cum σκίμπτω, et hoc cum σκήπτω: quod vide suo loco. [Plura dabit H. Stephanus, in Append. Thesauri, c. 40. E. S.]

Σκινδαψὸς genus plantæ similis hederæ. Forte à σχίδω findo. [Etiam à Juba ὄργανον μουσικὸν reddi, observavit Etymologus, c. 201. 3. E. S.]

Σκιρὸς scrupus. A σκίρω, quod cum σκαίρω componendum.

Σκιρτάω salio, exsilio. Verbum hoc ejusmodi saltum pp. notat, quem Latini exprimunt verbo tripudiare. Differt autem forma tantum fere à verbo σκαίρω, cujus loco Attici quoque, præfixo α, pronuntiant ἀσκαίρω. Ut autem origo cognoscatur, abjicienda primo est litera σ. Oritur, nimirum, à remotiore origine κίω, ut σκαίρω à vicina forma κάω. Est his verbis propria potestas in primis cavandi: quod ipsum verbum Lat. cavo non aliud est, nisi Græc. κάω, ad morem Æolum pronuntiatum. Æoles, nimirum, ad hiatum vocalium fugiendum, interponere solebant digamma suum Ϝ, quæ litera ejusdem potestatis est, ac Lat. v, vel Græcorum Β, mollius pronuntiatum. Ab isto igitur κάω, præfixa σ, ortum est σκάω: à κίω autem σκίω. A σκάω porro duplex verbum factum σκάζω et σκάρω. Ex his prius (σκάζω) in usu, ab incurvando, vel cavando, speciatim ad claudicandi notionem fuit translatum: alterum σκάρω peperit memoratum σκαίρω, quod, vi originis, significat corpus, seu membra, inclinando, curvandoque, atque adeo varie flectendo, saltare seu tripudiare. A σκίω vero, et, inde facto, σκίρω, nomen profectum est σκίρτης, sicut à σκάρω factum σκάρτης, quod pro agili, in saltu, reperitur apud Hesychium. Ipsum σκίρτης in usu non est: sed peperit ex se verbum σκιρτάω, frequentis usus apud veteres. De fœtu, in utero matris subsiliente, ad imitationem loci in Evangelio Lucæ, 1. 44. [et Genes. 25. 22.] usus est Nonnus, in Dionys. l. 8. 224. &c. [Significat sæpe saltationem lascivientem, quæ numeris non respondent. Sæpe ponitur de animalibus, quæ in pabulis exsiliunt. Hinc homines quoque dicuntur σκιρτᾶν, qui lascivo saltatu lætantur, qui, lætitiæ testandæ gratia, exsiliunt. T. H.] [Latet origo verbi. Adfinis significationis sunt σκαίρειν et σκιρτᾶν. Prius sæpe permutatur cum σπαίρειν palpitare.— Posterius σκιρτᾶν, saltare, non ponitur, nisi de motu vehementiore. Adhibentur igitur ab Hesychio, ad verbum σκιρτᾶν explicandum, verba ἅλλεσθαι, σινεῖσθαι, ὀρχεῖσθαι salire, saltare, se movere. L. C. V.]

Σκίταλοι homines leves. Forte à σίω moveo. [Vide Hesychium, t. 2. c. 1213. et ibid. eruditiss. T. Fabrum &c. E. S.]

Σκληρὸς durus. A verbo κλάω frango nomen ortum est κληρὸς fragilis: quæ notio conservata est in derivato σκληρὸς, quod pp. idem ac κληρὸς, præfixa tantum litera σ. Inde autem, ad duritiem, translatum vocabulum est, siquidem vicinæ sunt fragilitatis et duritiæ notiones. [Alia forma σκληρὺς, quæ in Lexicis non prostat, è verbo σκληρύνειν, linguæ Græcæ est restituendum. Verba enim in ύνειν formata sunt à nominibus in υς· ut ὠκύνειν celerare, ab ὠκὺς, πλατύνειν dilatare, à πλατὺς, αἰσχύνειν pudefacere, ab αἰσχύς. Σκληρὺς in veteri lingua durities dicebatur. In usu remansit σκληρὸς durus, derivatum à verbo σκλέω: hoc contractum est ex σκελέω, quod à verbo σκέλω. Σκέλειν, et σκέλλειν, superest, significans arefacere. Proximum verbi σκέλω derivatum est σκέλος, crus, sive tibia, ab ossis duritie sic dicta. Aoristus σκῆλαι, idem ac ξηρᾶναι, arefacere, occurrit apud Homerum, Il. Ψ. 191. Conf. Hesychius. A σκέλω, σκελέω, et σκλέω duresco, durus fio et siccus. A σκελέω remansit σκελητὸς duratus. Cadaver duratum, sive ossa cadaveris, σκελετὸν vocant Medici. Supersunt derivata ἀποσκλῆναι, et κατασκλῆναι Lat. prorsus arescere. Usurpavit ista duo Alciphron, l. 3. ep. 3. et 4. Rarissimum compositum προσκλῆναι, (figurate significans rei alicui ita deditum esse, ut illi veluti inarescas) attigit T. H. ad Hesych. in voce Ἐσκληκότα. L. C. V.] Conf. similis translatio in ipso Græcorum ἀρίσκειν, Lat. pp. arescere supra in ἄζω. E. S.]

Σκολιὸς obliquus. Quasi à σκόλος, quod cum σκέλω, σκέλλω, componendum. [Σκολιὸς est curvus, obliquus, pp. contractus ex ariditate. Oritur enim à verbo σκέλω, in quo litera λ duplicata fuit. Σκέλλειν autem significabat arefacere et arefactum indurare &c. L. C. V.]

Σκολόπαξ gallinago. Forte à σκόλοψ, de quo vide suo loco. [Alias legitur ἀσκολόπαξ, monente H. Stephano, Append. c. 43. quem vide, et adi viros doctos, Albertio laudatos, t. 2. c. 1215. E. S.]

Σκολοπένδρα Scolopendra. Animalculum ex genere multipedum. A σκόλοψ et ἕδρα.

Σκόλοψ palus acutus. A σκολόπτω, quod cum σκολύπτω, et κολούω componendum. De hoc autem vide supra. [Etymol. c. 718. Σκόλοπες· ὀξέα ξύλα, ἅπερ ἐπήγνυον τῷ τείχει· παρὰ τὸ κολάπτω, κολάψω, κόλαψ κ. τ. λ. Conf. supra in κόλλοψ. Verbum fuit κέλω, κέλλω Lat. cello, pp. pello, impello. Huic cognata alia forma κόλω dedit κολάω, κολόπω· unde deinde κόλοψ, et, præfixa σ, σκόλοψ. Vide omnino in κόλω, supra. E. S.]

Σκόροδον allium, σκορπίζω dissipo, σκόρπιος scorpius. Forte originem habent vicinam verbum σορέω et simil. [Re-

sumamus singula. Σκόροδον allium, pro quo etiam contracte dixerant σκόρδον, repetendum omnino videtur à κόρω, cognata forma alteri κέρω et κείρω. Conf. H. Stephani Append. c. 44. E. S.]

Σκορπίζω dissipo. Alibi de hac voce sic Lennepius: "Verbum proprium est dialecto Ionicæ: unde transiit ad Hellenistas, et dialecti plebeiæ scriptores. Valet autem idem, quod σκεδάζω, et σκεδάννυμι, id est, dispergere &c. [Σκορπίζειν, et διασκορπίζειν, ignota Græcis veteribus verba, Macedonibus tamen usurpabantur. Alexander Macedo, quum coloniam in Ægyptum misisset, atque ibi suo de nomine condidisset Alexandriam, Macedonica dialectus pervenit ad Judæos, qui Alexandriæ sedem fixerant, quique illic sub Alexandri successoribus sæpe res habuerunt satis lætas." &c. L. C. V.]

[Σκορπίος scorpius. Derivatio hujus vocis incertior. Veteres nonnulli repetebant παρὰ τὸ σκαιῶς ἕρπειν, alii magis etiam conote. Vide Etymol. col. 719. 20. ss. et Bocharti Hieroz. P. 2. 4. 29. col. 633. 634. Cognationem habet cum præcedenti σκορπίζω. Possis etiam recta repetere à verbo κέρω, sive κόρω seco, unde σκόρω, σκόρπω, σκορπίω, ut ab aculeo nomen habuisse videatur, non aliter atque Hebr. עקרב, et Ar. عقرب. E. S.]

Σκότος tenebræ. A κόω, cui vicinum κίω. Vide σκίω. [Etymol. c. 719. 29. σκότος ἀπὸ τοῦ σκιάζειν ὠνόμασται. Quæ derivatio, etsi non satis justa sit, facile tamen ad verum etymon reduci poterit, modo cogitemus, thema esse κόω, cognatum alteri κίω. Jam vero, uti à κίω, σκίω, factum est σκιὰ, sic à κόω, σκόω, (in 3 pers. Præter. Perf. Pass. ἔσκοται) ortum fuit σκότος. Redi ad voces σκιὰ, σκέπω &c. E. S.]

[Σκύβαλον stercus, fimus. Hesychius: Σκύβαλα· κόπρος. Plura dabit Gatakerus, Advers. Miscell. cap. 43. col. 868-877. Stirps haud dubie est κύω turgeo. Conf. κύβος. Superesse etiam dicitur simplicior forma κύβαλον apud Pollucem, (l. 2. Segm. 140.) sed ibi rectius legitur κύβαλον, quod Hippocrates κύβιτον dixerit. E. S.]

Σκυδμαίνω irascor. Pro κυμαίνω, quod à κῦμα: hoc vero à κύω turgeo. [Etymologus, c. 719. 54. Σκυδμαίνειν, τὸ σκυθρωπάζειν, καὶ ὀργίζεσθαι κ. τ. λ. Hesychius addit insuper, explicationis loco, τὸ νεμεσᾶν. Apud eundem porro σκύδμαινος idem est ac σκυθρωπός· Originem turgendi, nempe, præ ira pluribus indicabit cel. Lennep. in σκυθρωπός. E. S.]

Σκυθρωπὸς tristis vultu. De hac voce alibi Lennepius: "Vox σκυθρωπὸς, si originem spectes et formationem, eadem est," inquit "quod σκυθρὼψ, quod compositum ex σκυθρὸς, et ὢψ: sicuti composita sunt τυφλὼψ ex τυφλὸς et ὢψ· χαρὼψ, ex χαρὰ et ὢψ. Significat χαρὼψ eum, qui vultu læto est: ejus loco etiam dicitur χαροπός. Σκυθρὸς porro contractum est ex σκυθερός: id quod à nomine σκύθος oritur, et hoc à σκύθω, quod (sicut Medium σκύθεσθαι, Hesychio interprete,) idem est ac χολοῦσθαι, θυμοῦσθαι, et σκυθρωπάζειν. Verbo porro σκύθω vicinæ formæ fuerunt σκύδειν, et σκύζειν: quorum prius peperit usitatum verbum σκυδμαίνειν. Quæ autem ab Hesychio interpretatio addita est, θυμοῦσθαι, ea viam nobis facilem reddit ad originem indagandam, quæ est verbum κύω, Latine turgeo: unde transiit ad iram, qua quis intumescat ac turgeat: cujus generis translatio etiam spectatur in nomine κύων canis, pp. turgens, sive in iram intumescens." [Conf. supra in κύων. Addit hæc L. C. V. "Usus vocis σκυθρωπὸς ab aliis satis fuit adfirmatus, ut à Joh. Alberti, et Jac. Elsnero. Vox σκυθρωπὶς pp. est casus secundus formæ veteris σκυθρώψ. Uti enim ὑδρὼψ, κυκλὼψ, χαρὼψ, sic et antiquis Græcis σκυθρὼψ dicebatur.——Σκυθρὸς à Grammaticis redditur στυγνὸς, χαλεπὸς, ὠμὸς, σκυθρωπός. Quando, in Hesychii Lexico, forma intensiva σκύθραξ, (ista enim terminatio intendit vim simplicis, ut in πλούταξ, νέαξ, similibusque) redditur μεῖραξ adolescens: cogitandum est de loco quodam Comici, in quo adolescens tristis et severus ita diceretur." Ipsum Latinorum obscurus ad eandem stirpem (unde Græca σκυθρὸς, et σκυθρωπὸς, propagata sunt) manifesto pertinere, nuperrime nos admonebat vir, in his literis princeps. Becmanni nugæ erant, vocem illam obscurus ductam esse è fonte Hebraeo: quasi vero ab Hebr. שחר niger fuit, descendissent Lat. scorus, scaurus, scurus, unde dein obscurus. Longe rectius observaverat jam Is. Vossius, cum isto scurus componenda esse Gr. σκιερὸς, σκοία, σκοιερὸς, σκοτερὸς, σκότος. Totam tamen analogiæ normam nondum perspexerat ille Vossius. Stirps est σκύω, sive κύω, unde σκυθρός· quibus cognata σκίω, σκίω, et hinc σκιάω, σκεύω, σκία, σκιερὸς &c. E. S.]

Σκύλλω vexo. Compone cum σκάλλω. [Ortum est à σκύω, quod pp. significabat tegmen lacero, et lacerando detraho. Illinc ortum, σκύτος, pellem notat animali detractam. Illinc spolia dicuntur σκῦλα, detracta quippe cadaveribus occisorum. Permutantur verba σκυλεύειν, et ἐκδιδύσκειν, 1 Chr. 10. 8. et 1 Reg. 31. 8. A σκύω itidem ortum, σκύλλω, significat venari, fatigare. Verbum hoc (à Luca in Evang. c. 7. 6. 8. 49. et Marco item c. 5. 35. adhibitum) est sane quam antiquissimum: et tamen vix unquam positum reperietur à scriptoribus Græcis, qui florente lingua scripsere. Evitatum, nempe, fuit ab Atticis, propter pronunciandi quandam scabritiem. Semel adhibitum legitur in Æschyli Persis, vs. 577. Natus est Æschylus annis 525. ante Christi natales. Legat quis Æschylo recentiores omnes scriptores Atticos, nusquam adhibitum inveniet illud verbum. Postea videtur renatum: in linguis enim Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque, quæ nunc sunt in honore, vocabula. Eustathius, interpres Homeri, vixit 1200. circiter annis, post Christum natum. Is pro venari verbum σκύλλεσθαι bis adhibuit, in Iliad. Ι. p. 670. et in Od. Δ. p. 197. Epigrammatum scriptores, interea temporis, vocem σκυλμὸν adhibuerant. Vide Epigramm. apud Cl. Ruhnken. Epist. Crit. 1. p. 41. Est locus in Evangel. Matthæi (c. 9. 36.) ubi, quum de hominibus, instar ovium pastore carentium, et huc illuc errantium, legantur Participia ἐκλελυμένοι, καὶ ἐῤῥιμμένοι soluti et disjecti, quod in quibusdam codicibus manuscriptis legitur ἐσκυλμένοι, a viris quibusdam primariis fuit probatum. Videtur tamen potius esse alterius participii interpretamentum. L. C. V.] [Gr. σκύλλειν pp. esse vellere, vellicare, satis evicit Cl. Kypke ad Matth. 9. 36. Vide porro in σκύτος. E. S.]

[Σκῦλον spolium. Vide in σκύτος.]

Σκύνιον summa palpebra, cilium. A κύω turgeo. [Etymol. c. 720. 3. Σκύνιον λέγεται ἡ ὀφρύς· καὶ ἐξ αὐτοῦ γίνεται σκυνίζω, καὶ σκύζω. Martinius confert verbum σκηνοῦν, dictumque putat, quod tegat oculum. Lennepii rationes propius accedunt ad κύω, unde σκύω &c. E. S.]

Σκύτος corium. A κύω turgeo. [Pro σκύτος etiam dixere σκῦλος. Ejusdem ambo sunt originis: quippe à σκύω, ex quo auctum σκύλω, vel σκύλλω. Utrumque proprie notat quatio, et concutio, detrahendi aliquid gratia. Quare σκύλλειν νεκρὸν est quatere cadaver, ut ejus vestem exuas. Hinc σκῦλον etiam ponitur pro spolio, alicui detracto, et τὰ τῶν πολεμίων σκῦλα sunt spolia, hostibus detracta. Si de animalibus est sermo, quæ occisa excoriantur, σκύτος pellem notat quatiendo detractam. Distinguuntur autem δέρμα pellis, et σκῦλον, quod significat pellem, jam subactam et maceratam &c. T. H.]

Σκύφος scyphus. A σκύω turgeo.

[Σκώληξ vermis. Viro summo, S. Bocharto. Hierozoici p. 2. l. 4. cap. 26. p. 619. haud displicebat derivatio Etymologi magni, qui "per multas ambages nomen hoc tandem deflexerit ἀπὸ τοῦ σκέλλειν." Verba Etymologi col. 719. 44. hæc sunt: σκώληξ, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν κῶλον, ἤγουν ὀστέον, κατὰ ἀντίφρασιν, πλεονασμῷ τοῦ σ· τὸ δὲ κῶλον παρὰ τὸ κλῶ· τὸ δὲ κλῶ παρὰ τὸ σκέλλω, τὸ ξηραίνω· καὶ γὰρ σκληρότερόν ἐστι, καὶ ξηρότερον. Sanior etymologia ejusmodi ambages ridet. Literam σ ab initio esse servilem, satis evincet collatio similium. Relege dicta ad σκάζω, σκάλλω, σκάπτω &c. Hoc autem est à κώλω, sive κόλω, quod cognatum fuisse alteri κέλω, notionemque habuisse pellendi, impellendi, impellendo agendi, observavimus supra. Potuit autem vermis, sive potius, lumbricus (qui pp. dictus videtur σκώληξ, ut Il. Ν. 654. ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ, κεῖτο ταθείς·) ab impellendo facile appellari, quum inter rependum se identidem propellat. E. S.]

Σκώπτω cavillor. A κόπτω repetendum. [Proprie notat gestu et vocis imitatione aliquem irridere. Hinc σκῶμμα gestus irrisorius et jocularis. Comicis proprie σκώπτειν τινὰ dicitur aliquem in scena illudere, unde σκῶπται irrisores, illusores. T. H.] [Plura vide infra in voce σκὼψ, suo loco. E. S.]

[Σκὼρ stercus. Genitivum habet σκατὸς, repetendum à forma cognata σκὰρ sive σκάς. De hac voce hæc habet T. H. "Σκὼρ, in Genit. σκατὸς, unde σκατάω, et compositum, apud Clementem Alexandrinum, διασκατάω merda conspurco. Quare huic Philosophia Epicureorum dicitur διεσκαταμένη, id est, sordida." Origo haud dubie est κόρω, unde κορέω verro, pecul. scopis. Inde σκὼρ pp. videtur esse, quod scopis everritur, stercus, Hebr. גָּלָל dictum proprietate eadem. Hinc et σκωρία scoria, pecul. æris, plumbi, ferri &c. E. S.]

[Σκὼψ bubo, avis è genere noctuarum. Etymologus col. 719. 50. dictum tradit, παρὰ τὸ σκαιὰν ἔχειν ὄπα. Nec melius aliis composita vox videtur "ex σκιὰ et ὢψ oculus, quod in umbra, sive tenebris, acutius cernat." Erudite de hac voce egit Bochartus, Hieroz. P. 2. l. 3. cap. 11. p. 410. ubi existimat, verbum σκώπτειν pp. notasse, scopis instar, imitatione ridicula aliquid effingere. Hactenus ille. Paria fere habet ὁ πάνυ, T. H. "σκῶμμα" inquit "à σκώπτω, quod à σκὼψ, quæ vox maxime ponitur de homine joculari. Sunt enim pp. aves, quæ dicuntur σκωπὶς, imitantes hominum actiones. Ea proprietas est hujus verbi, scilicet imitando exprimere alicujus actiones, et, per consequens, ludificare aliquem dicteriis." Nisi obstarent tantæ auctoritates, τὸ σκώπτειν videri possit ipsum verbum esse, unde vox σκὼψ efficta sit. Neque enim dubitandum est, quin σκώπτειν, sit pro κόπτειν· hoc autem manifesto eandem vim habet propriam, quam κόπτειν tundere: ut à tundendo ducta sit notio illudendi alterum. Conf. omnino Hesychii glossa ῥαπίζει· σκώπτει. E. S.]

Σμαραγέω resono. Factum à sono. [Etymol. col. 720. σμαραγεῖ· ψοφεῖ, κτυπεῖ. Ἀπὸ τοῦ σμάραγος, σμαραγῶ. Conf. in μάραγδος.]

Σμάω abstergo. A μάω, quod cum μάσσω componendum: de quo supra.

Σμῆνος examen apum. Forte à σμάω [Etymol. c. 721. 10. Σμῆνος, τὸ μελισσόβοτον ἢ τὸ σύστημα τῶν μελισσῶν. Σημαίνει καὶ τὸ πλῆγμα, καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ σμῶ, σμήσσω, τὸ πλήσσω. Ex oriente vocem repetiit Martinius, quum شمع sam' Arabibus sit cera. At longe opportunior foret derivatio Etymologi, à σμάω, σμῶ, percutio. Mihi tamen vix dubium, quin nomen sit à σάω pp. magno cum impetu feror: de quo verbo vide supra. E. S.]

[Σμίλαξ Arbor venenata, et σμίλη scalprum. An à μίω? Conf. μιστύλλω. E. S.]

[Σμύχω uro, inflammo. A μίω, unde μυχὸς locus interior, penetrale. Hinc σμύχεσθαι pp. dicitur ignis latens sub cinere. Nempe σμύχεσθαι pp. idem est, quod Belgæ dicunt *smeulen*. Lege omnino, quæ de hoc verbo habet vir summus T. H. ad Luciani Colloq. Select. p. 35. et Luciani Opp. t. 1. p. 351. E. S.]

Σμώδιξ vibex. A σμόω, quod vicinum verbo σμάω. [Conf. in πέμφιξ. Etymol. c. 721. 20. παρὰ τὸ σμῆξαι. οὕτω δὲ λέγουσιν οἱ Ἴωνες τὸ πατάξαι. Ὁ δὲ Θεόγνωτος, ἀπὸ τοῦ μῶ, τὸ πλήσσω κ. τ. λ. E. S.]

Σμώχω mando. A μόω, quod cum μάω, μάσσω, μασσάω &c. componendum.

Σοβέω abigo. A σόβος citato gradu incedens. Stirps σόω, vel σέω agito. [Nimirum, β interposita est, pro more. Σόβω, vel σοβέω, notat concutere: sed apud Græcos et Atticos præterea passim ponitur pro magna cum pompa, magnoque fastu incedere. Sic gressus sæpe dicitur σεσοβημένος fastuosus, σοβαρὸς εἰς ἀγορὰν ἦλθε magno cum fastu et pompa in forum venit &c. T. H.]

[Σόλος massa ferri solidi. "Distinguunt Græci inter δίσκον et σόλον· quorum ille sit lapideus, sive λίθος τετρημένος lapis perforatus; hic vero ferreus aut æneus. Vide Eustath. ad Il. Ψ. p. 1332. et Ammonium in voce, ad quem plura notat Valck. in Animadv. l. 1. c. 14. Oritur autem vox σόλος ab σέλειν, vel σέλλειν explanare, in longum latumque dilatare. Nam, quod Eustathius, p. 140. σέλλειν κατὰ γλῶσσαν notare dicit ὁρμᾶν impetu ferre, nulla nititur auctoritate veterum: quamvis analogia haud sane repugnet. Sic enim deduci potest à σεῖν, σείειν, σέλειν, σέλλειν." T. H.] [Σόλος massa ferri solidi, eaque rotunda, simplicissime repeti posse videtur ab obsoleto verbo ὄλω, pp. volvo, de quo vide dicta in ὅλος, ὀλοὸς &c. A notione volvendi facillime repetitur ἐκ τοῦ ὁρμᾶν, quasi dicas volvi, provolvi cum impetu, quæ translatio notissima quoque est in ipso Lat. provolvi, devolvi, et Arabicis عتل, حل &c. Ceterum ab ἴλειν esse σέλειν, ipse vir summus satis docuerat in σέλλος &c. E. S.]

Σομφὸς inanis, et fungosus veluti spongia. Porro σομφὸς, sive σόμφος, substantive, cucurbita silvestris. Hesychius exponit per χαῦνον· ubi adi viros doctos. Stirps forte est ἕω, unde εἴω, fero. Hinc præposita σ, factum σόω, σόϜω, σόμφω, ut σόμφος pp. elatum, tumidumque adeo, significet. E. S.]

Σόος salvus. A σάω, vel σέω agito. Etiam σῶς, pro σόος, aut, quod aliis placuit, pro σάος, contracte effertur: quin et, productiori forma σῶος, ac σάος. [Conferantur dicta in σάω, et σείω. Plura dabimus infra in σοφός. E. S.]

Σορὸς loculus. Forte à σίω. Conferatur σάρω &c. [De σάρω diximus in σαργάνη, et σάρξ. E. S.]

Σοῦ vox abigentis aves. Pro σόε. Imperativus verbi σόω agito.

Σοφὸς sapiens. Conf. σαφής. Forte à σάω, et σόω, agito. Alibi sequentia habet vir cel. "In antiqua Græcia σοφὸς dicebatur, qui in aliqua arte aut disciplina peritus esset. Inde verbum σοφίζεσθαι proprium fuit doctoribus alicujus artis, aut disciplinæ. Ortum hinc nomen σοφιστὴς, notavit doctorem. Usus autem voluit, ut specialim adsignaretur doctoribus Philosophiæ: quumque hi, jam Socratis tempore, non tam id, quod verum esset, spectarent, quam potius, falsa specie doctrinæ, suos discipulos circumvenirent, contenti, si modo lucrum sibi facerent, male cœpit audire nomen σοφιστὴς, ponique adeo de doctore, qui specie tantum philosophus videretur, non autem revera esset." ["Σοφὸς apud Græcos generalem habet potestatem, notatque illum, qui artis, quam exercet, peritissimus est. Itaque σοφία majus aliquid significat, quam τέχνη. Nam, quum ponitur de artibus fabrilibus, perfectam notat earum cognitionem. Unde et σοφὸς, sæpe, ut honoris titulus, tribuitur artificibus: μάγειρος σοφὸς doctus coquus, τέκτων σοφὸς doctus architectus &c. Sic apud Aristophanem in Pluto, vs. 510. (in verbis οὔτε ἂν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε σοφίαν μελετῴη οὐδείς·) excellentiam notat cognitionis, quando quis optime illius artis, quam profitetur, est peritus. Id monuit Aristoteles Ethic. Nicomach. l. 6. 6. ubi ait τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις ἀποδίδομεν sapientiam vero damus iis, qui sunt peritissimi suarum artium. Ita quoque jam olim dictus est ἀρότης σοφὸς sapiens arator." T. H.] [Alibi idem vir summus:

" *σοφὸς* primum quidem significavit sapientem, sed dein etiam solertem, et callidum: unde *σοφίζειν* callidum et astutum reddere; et *σοφίσματα* reperta callida; qua voce non tantum rhetorum dicuntur inventa, sed omnium, qui aliquid ingeniose inveniunt: Porro *σοφιστὴς* pp. is dicitur, qui alium reddit sapientem. Hinc poëtæ, qui fuerunt hominum doctores, vocati sunt *σοφισταί*. Sed postea vox hæc *σοφιστὴς* propria facta fuit quorundam hominum, qui dialecticam artem docebant. Hi Philosophis inimicissimi erant: quare in Platonis Dialogis valde perstringuntur" &c. Hæc ille. Ceterum, si etymologiam vocis spectemus, haud dubie *σοφὸς*, et *σόος*, ejusdem originis sunt vocabula; amboque pp. notarunt agilem, celerem, ducta quippe à stirpe *σόω* agito. A *σόω* igitur *σόος* agilis, celer, et hinc sanus, salvus, opposite ad illum statum, quo quis morbo, vel carcere impeditus teneatur. Idem *σόος* porro, digammate inserto, dedit *σοFὸς*, *σοφὸς*, agilis, celer, metaphorice in arte sua, adeoque dexter, peritus, sapiens. E. S.]

Σπάθη rudis seu rudicula: spatha. Etiam instrumentum textorum &c. A *σπάω* traho: de quo suo loco. [Etymol. *Σπάθη, τὸ ὑφαντικὸν ἐργαλεῖον· παρὰ τὸ κατασπᾷν τὴν κρόκην κ. τ. λ.*]

Σπαίρω tremo. A *σπάω*. [Proprie dicitur" de carne, igni imposita, ejusque vi vibrata et subsiliente; conjungiturque hoc sensu cum *πάλλεσθαι*, ut apud Herodot. l. 9. c. 119. *Οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ* "ΕΣΠΑΙΡΟΝ, Pisces salsi, igni impositi, vibrabantur, et subsiliebant." Vir summus N. G. Schrœder, in Obss. Sel. ad Orig. Hebr. p. 127. Hesychius, *Σπαίρει· ἅλλεται, σκιρτᾷ, πηδᾷ* &c. Vide dicta in *σκιρτάω*, et adi H. Stephani Thes. in *ἀσπαίρω*. E. S.]

Σπάνος rarus. A *σπάω* traho. [Nempe, quasi trahendo attenuatus. Opponitur enim denso: qua significatione dici, monet H. Stephanus, rara tela &c. E. S.]

Σπαράσσω lacero, lanio. A *σπάρω*, quod à *σπάω* traho, distraho.

Σπάργανον fascia, pannus oblongus, à *σπάργω*, quod à *σπάρω*: de quo vide in *σπαράσσω*. [" Fasciæ, quibus infantes involvuntur, quibusque vinciuntur manus imprimis et pedes, ut membra tenella roborentur, Græcis *σπάργανα*, Latinis, propria voce, dicebantur cunabula et incunabula. Hesychius *σπάργανα* interpretatur *δεσμὰ, ῥάκη* vincula, pannos. A voce *σπάργανον* verbum ductum *σπαργανόω* fasciis involvo &c. Nunc origo sic indicanda, ut aliis etiam linguæ partibus lux accedat. Auctor Etymologici magni, p. 722. *σπάργανον*" inquit " *παρὰ τὸ σπαράσσω, σπαράγανον, καὶ συγκοπῇ σπάργανον*. Recte. Sed non tradit, unde fluxerit *σπαράγανον*. Hoc docebit similium comparatio, in linguis tractandis fidelis magistra: *Τύπανον, κόπανον, πόπανον, ὄχανον, φρύγανον, πλόκανον, ὄργανον.* His dematur terminatio *νον* præfigatur augmentum. Subnascentur nobis *τέτυπα, κέκοπα, πέποπα, ἔοχα, πέφρυγα* &c. præterita Media verborum *τύπτω, κόπτω, πέπτω, ἔχω, φρύσσω* &c. Hæc transferantur in *σπαράγανον*. Sicut *φρύγανον*, significans sarmentum, analogice oritur à *πέφρυγα* verbi *φρύσσω* torreo, sic *σπαράγανον* ab *ἐσπάραγα*, Præterito Medio verbi *σπαράσσω*. Hoc ipsum autem *σπαράσσω*, per varios flexus, oritur à verbo *σπάω* traho. Trahendi notio convenit infantibus *ἐσπαργανωμένοις*. Recte Etymologus, *λέγονται*" inquit " *αἱ πρῶται φασκίαι σπαργανώματα, ἔνθα δεσμοῦνται οἱ παῖδες, ῥυθμιζόμενοι ἐπὶ τὸ ὀρθότερον* fasciæ, quibus ligantur infantes, ut membra tenella rite conformentur. Infantium membra tenera *σπῶνται* trahuntur, et fasciis diriguntur: sæpe etiam distorquentur. Appositus est, ad hanc originem illustrandam, locus Senecæ, l. 4. de beneficiis, cap. 24. Ubi flentium, ait, liberorum corpora, ac repugnantium, diligenti cura fovent, et, ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt. L. C. V.]

Σπαργάω distentus sum. A *σπάω* traho. [Insistamus paullo diutius huic verbo illustrando. Exempli enim loco erit in aliis similibus explanandis. Græcorum *σπαργᾷν*, et Lat. spargere (quin et alterum Græcum *σπείρειν*) cognata esse verba, quis dubitet; modo contulerit Aoristum, qui vulgo dicitur, secundum, *ἔσπαρον*, verbo *σπείρειν* dari solitum? Sed omnes scrupuli facile eximentur, si observatum magni Valckenærii hic teneamus, " verba in *άω* esse desiderativa, ut *θανατάω* cupio mori, *φονάω* cupio interficere alium, *λουτιάω* lavaturio, *λογάω* dicturio" &c. Vide ejusdem Adnotat. Critic. in loca quædem libror. S. Novi Fæd. p. 343—345. Ergo *σπαργάω* nostrum, vi formæ suæ, pp. idem fuerit, ac si Latine dixeris sparsurio, sive spargere cupio, nempe, præ nimia humoris copia, qua distentus sum. Hesychius, *σπαργᾷν ὅτε οἱ μασθοὶ πλήρεις ὦσι γάλακτος*. Eidem *σπαργῶν* est *ὁ πλήρης*, et *σπαργοῦσι* (sive *σπαργῶσι*, ut placuit Cl. D'Arnaud, Lectt. Gr. p. 122.) *πλημμυροῦσιν, ἀποστάζουσιν*. Itaque aptissime de mammis dicitur, lacte adeo plenis ac distentis, ut spargere illud cupiant. Quod ipsum *σπαργᾷν* de arboribus aliisque rebus etiam adhibitum, succo turgescentibus, ita ut erumpant guttæ. Vide H. Stephani Thesaur. t. 3. col. 911. E. S.]

Σπάτος corium. A *σπάω*. [Hesychius, col. 1243. *Σπάτος· δέρμα, σκύτος*. Ad quem locum à Sopingio laudatur Casaubonus, in Athen. l. 14. 4. p. 895. qui à Bœotiis corium hac voce dictum fuisse conjicit. Videtur autem *σπάτον* corium dici, quasi, detractum, sive detrahi solitum. Conf. dicta in Animadvers. ad Analog. ling. Gr. p. 243. E. S.]

Σπάω traho. A *πάω*, premo &c. Vide supra. [Proprie bibentes dicuntur *σπᾷν*, quum uno spiritu integra pocula exhauriunt, et spiritu suo attrahunt potum &c. Etiam attraxit ensem &c. Vide H. Stephani Thes. 3. 915. ss. et conf. in *σπείρω*. E. S.]

Σπεῖρα spira. A *σπέω*, cui vicinum *σπάω*. [Originem hanc satis exprimunt illa Eustathii ad Od. Z. 269. p. 1563. *σπεῖρα ἢ σπεῖρας, δι' ὧν αἱ νῆες* "ΕΛΚΟΝΤΑΙ. Est igitur *σπεῖρα*, sive *σπεῖρον* (utroque enim genere exhibent Pluralem formam loco laudato Codices Homeri) pp. nomen Adjectivum à Singul. *σπεῖρος, η, ον*, pp. id quod trahitur, sive attrahitur, designans. Conf. infra in *σπείρω*. E. S.]

Σπείρω sero, semino. A *σπέρω*. Idem pp. quod spargo. Origo est *πέω* moveo. Alibi cel. Lennepius: " Verbum *σπέρω*, unde Græc. *σπείρω*, et Lat. spero, peperit nomen *σπέρμα*, quod est Latinis semen" &c. [Stirps certissima est *σπέω*, cui cognatum *σπάω*, pp. traho, attraho. Seminatio peragitur manu identidem attracta, protracta. Quorsum allusit poëta, Psalmo 126. 6. collato Amos. 9. 6. ubi diserte habetur מושך הזרע trahens semen. Notio vero sperandi, apud Latinos, fluxit ab exspectatione protracta, unde spes lenta dicitur, et protracta. Proverb. 13. p. 126. תוחלת ממשכה spes tracta redditur à Schultensio, observante h. l. simul, vocem תוחלת (quæ vulgo spes reddatur) pp. esse lentorem, hinc spem lentiorem, tenaciorem. Vid. Comment. in Prov. p. 126. coll. p. 98. ejusdemque Comm. ad Job. 6. 11. p. 177. Ceterum, uti à *σπέω* est *σπέρω*, sic à *σπάω* productum *σπάρω*, unde spargo &c. E. S.]

Σπένδω libo: quod cum *σπείρω*, et Lat. spargo componendum. [Itaque stirps indubitata est *σπέω*, cui cognatum *σπάω*. Originem clarius indicat Futurum *σπείσω*, tanquam à *σπείδω*, vel *σπείω*, repetitum. Apud Etymologum, col. 783. 36. memoratur *σπένδω τὸ ἀναίρω*, in quo videri possit esse aliud originis indicium, quatenus *ἀναίρειν* tollere possit accipi, pro amovere, tracta quasi manu &c. Sed metaphoram ibi esse, ab Apostolo petitam (qui 2 Tim. 4. 6. *ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι*, inquit, locutionem petens à libatione sacra) citatio hujus dicti Paullini, ab ipso Etymologo facta, satis indicat. Cum verbo autem Græco *σπένδειν* convenire videtur Belgarum vetus *spenden*, quod à Kiliano nostro exponitur erogare eleemosynam, nempe, quasi protrahere eam e crumena dixeris. Ab isto *spenden*, (nisi malis à Gallorum simili obsoleto verbo *spender*) ductum est vulgo tritissimum nostrum *spenderen*. Conf. *Ten Cate*, 1. *Præve*, p. 405. E. S.]

Σπέος spelunca. A *σπέω*, quod cum *σπάω* componendum: quasi rupturam montium vel terræ dicas. [Homericum est, et vetus, vocabulum *σπέος*. Inserto K, Latini inde formarunt specus. A *σπέος* veteri duplex forma producta *σπήλαιον*, et *σπῆλυγξ*. Quarum formarum illa erat stili communis, hæc poëtica, et rarior, idcirco adnotanda, quia hujus formæ casus quartus *σπήλυγγα*, apud Romanos, transiit in casum rectum spelunca. Hesychii glossa, qua *σπήλυγγες* esse dicuntur *τὰ κοῖλα τῆς γῆς, σπήλαια*, spectat ad Apollonii Rhodii, l. 2. 570. In loco Dionysii (apud Athen. l. 9. p. 401.) legere licet *νύμφων ὑπὸ σπήλυγγα*, i. e. antrum Nympharum. Vulgo spelunca dicebatur *σπήλαιον*, talis præsertim, quæ arte facta esset, et, ut ab hominibus habitaretur, parata; spelunca vero, non arte facta, sed natura, proprio nomine *ἄντρον* vocabatur: quod discrimen, à Grammaticis adnotatum, nonnulli quidem observarunt, alii tamen voces has promiscue adhibuere &c. L. C. V.]

Σπέρχω urgeo, propello. A *σπέρω, σπέω, πέω*, premo, agito. [Hesych. *σπέρχων, ἐπείγων, κελεύων*. Inde *σπέρχομαι* festino, pp. impello me, vel urgeo me ipse, ut Il. A. 110. T. 317. &c. Conf. *σπεύδω*. E. S.]

Σπεύδω festino. A *πέω* agito, premo. Alibi vir celeb. " *Σπεύδειν*" inquit " pp. festinare, significationem deducit ab impellendo et premendo. Origo remotior est *πέω*, cui vicinum *πίω* peperit usitatum *πιέζω* premo. A propria autem festinandi notione translatum nomen hoc, *σπουδὴ*, de quovis studio usurpari solet, atque ea notio etiamnunc cernitur in verbo, inde derivato, *σπουδάζω*." Alibi rursus: *σπουδάσωμεν* (Heb. 4. 11.) reddi potest omnibus viribus adnitamur, vel omnes animi vires intendamus. *Σπεύδω*, nempe, significat summa vi contendere, atque inde properare, festinare. Ab hujus Præter. Medio *ἔσπευδα*, ortum *σπουδὴ*, ejusmodi notat contentionem, seu studium intensum &c. [" *Σπουδὴ* notat studium, quod rei alicui impenditur. Hinc *σπουδαῖος* serius. Inde sæpe ponitur pro homine bono: ut sæpe junguntur *ἄνθρωπος σπουδαῖος, καὶ ἀγαθός*. Hinc *σπουδάζειν* studio et serio agere. Convenit Belg. *spoeden*." T. H.] [*Σπεύδειν* nervos intendere, atque omnibus viribus niti. Proprio significatu, de piscatore, omnibus viribus rete attrahente, adhibuit Theocrit. Carm. 1. 40. ubi male festinandi verbum habet interpres. Ad Hesiodi Scutum, vs. 364. attigit hanc verbi vim Græv. in Lectt. Hesiod. c. 21. p. 108. &c. L. C. V.]

Σπίζω extendo. A *σπίω*, quod cum *πίω* premo componendum. [De avium murmure pp. dici observat D'Arnaud, Lectt. Gr. p. 122. Est autem hæc vis ab *ὀνοματοποιΐᾳ* repetenda. Aliam extendendi, expandendi, à *πίω* fortasse ductam, dabit Eustath. p. 882. 54. 996. 22. E. S.]

Σπιθαμὴ spithama. A *σπίω*, quod fere convenit cum *σπίζω*. [Conf. in *σπίζω*. Eustathius derivat à *σπίζεσθαι θαμὰ*, i. e. *ἐκτείνεσθαι*. Malim equidem simpliciter repetere ab antiqua forma verbi *σπιθάω*, quæ fluxerit à *σπίθω*, *σπίω*, unde *σπίζω*. E. S.]

Σπῖλος macula. A *σπίω* forte: unde *σπίζω*. [Etiam *σπιλὰς* dici creditur. Unde in Epist. Judæ, vs. 12. *σπιλάδες*. Sed Hesychius *σπιλάδες* exponit *μεμιασμένοι* maculati. Eidem Lexicographo *σπιλάδες* sunt *αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι*. Plurima de hac voce attulit Cl. Sallier, ad Thomam Mag. voce *σπιλὰς* p. 884. Quo loco, quod, ex Etymologo, Cel. Oudendorpius laudavit *σπίλας λίθος ὁ* 'ΕΣΠΑΣΜΕΝΟΣ *ὑπὸ τῶν κυμάτων*, favere posse videatur Lennepianæ derivationi, à *σπίω*, unde *σπίζω* premo. Notissimum est, Judæ Epist. vs. 12. viros nonnullos eruditissimos *τὸ σπιλάδες* reddidisse per scopulos. At T. H. " falluntur revera" inquit " qui scopulum interpretantur. Vox *σπίλος* pp. est Adjectiva, et notat planus. Belgæ pp. dicunt *een vlak* i. e. maculam, quæ se per planum spargit. Non aliter Græcis *σπῖλος* pp. planus, hinc macula; quo sensu sine dubio quoque positum *σπιλάδες*. Res clarissima est ex 2 Petr. 2. 13." Hactenus ille. E. S.]

Σπινθὴρ scintilla. A *σπίζω*, de quo supra. [*Σπινθὴρ* à *σπίω, σπίνω*, id est spargo, et cum fragore prosilio. Hinc *σπίζω*. Ea etiam potestate sumuntur, mutata vocali, *σπέω, σπείω, σπείρω*, spargo. T. H.] [Eodem facit, quod *σπινθῆρα* scintillam, *σπέρμα πυρὸς*, h. e. *πυρὸς ἀποβολὴν* poëtam dixisse, admonuit Valck. Anim. ad Ammon. p. 140. ubi plura legi velim. Analogia linguæ suppeditat nobis thema *σπίνω*, à cujus tertia Præter. perf. pass. *ἔσπινται*, descendat *σπιντὴρ*, et (cum adspirata litera) *σπινθήρ*. *Σπίνω* istud nullibi quidem hodie apparet apud Græcos: existitisse tamen olim, vel sola nomina, inde proxime derivata, *σπῖνος* et *σπῖνα*, ab Hesychio aliisque servata, facile probant. Quid si ipsum hoc *σπίνω* (à *σπίω* ductum, et eadem proprietate præditum, qua cognatum *σπάω*, id est traho) supersit etiamnunc in Teutonico nostro *spinnen* i. e. neo, quod magnus *Ten Cate* (I. *Præve*, p. 405. 406.) apposite reddidit per trahere pensa &c. A notione certe trahendi, in cognato *σπείρω*, supra vidimus similiter fluxisse illam spargendi: è qua quidem spargendi significatione, *σπινθὴρ* nostrum mox opportune duxit T. H. Pluribus hæc exsequi locus non permittit. E. S.]

Σπλάγχνον viscus. Pro *πλάγχνον*, quod pro *πλάγνον*, et hoc à *πλάζω* repetendum: de quo *πλάζω* supra dictum. [Alio loco Cel. Lennepius: " *Σπλάγχνον*, viscus," inquit " nomen accepit à situ viscerum tortuoso; quasi dicas per errores implexum. Fit enim *σπλάγχνον* à verbo *πλάζομαι* oberro. Hujus, nimirum, Præteritum perfect. *πέπλαχα* peperit nomen *πλαχὺς*, vel aliud vicinæ formæ nomen obsoletum; cujus derivatum *πλάχινος*, contracte, elatum sit *πλάχνος*· ut *πυκινὸς*, contracte *πυκνὸς*, et alia similia. A *πλάχνος* dictum neutrum *πλάχνον*, præfixo *σ*, tandem formam accepit usitatam *σπλάγχνον*· in quo observandum est, literam *ν*, ante *χ*, ut in similibus, interpositam fuisse. Jam vero verbum *πλάζομαι*, factum ab Activo *πλάζω*, oritur à simpliciori *πλάω*, quod, per contractionem, factum est, à *πελάω*, originemque habet *πέλω*, cujus Medium *πέλομαι* vulgo redditur adsum, at magis tamen proprie significat versor in aliqua re, ut Activum *πέλω* pp. est verso." Vide dicta in *πέλω*, et *πλάζω*. " Apud Orientales in primis viscera habebantur sedes misericordiæ: ut Græci quoque veteres diversas affectionum sedes, in corpore, statuebant: exempli caussa iræ sedem in naso. De Pane Theocritus, Carm. 1. 17. Est, inquit, valde acerbus, *Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται*. Itaque et Hebræi iram et nasum designant eodem vocabulo, אף. Quibus autem viscera facile sunt mobilia, quique adeo facile adficiuntur sensu calamitatis aliorum, illi dicuntur *σπλαγχνίζεσθαι ἐπί τινι*. Græcis etiam *εὔσπλαγχνοι* dicebantur: contra duri, et crudeles, et vix homines *ἄσπλαγχνοι*. In libris nostris sacris, deo o. m., qui humanas adfectiones sibi contribui non noluit, tribuuntur *σπλάγχνα ἐλέους* viscera ad misericordiam facile mobilia. Paullo memorantur *σπλάγχνα οἰκτιρμῶν*, ad Coloss. 3. 12. Formula loquendi, in his libris pervulgata, *σπλαγχνισθῆναι ἐπί τινι*, misericordia supra aliquem esse commotum, non reperietur in libris Græcorum veterum et ex Hebraismo repetendam phrasin monstravit C. Vorstius &c. L. C. V.]

Σπλὴν splen, lien. Est à *πλάω*. Conf. *σπλάγχνον*.

Σποδὸς cinis. Forte à *σπόδω*, cui vicinum *σπεύδω*. [Etymol. c. 724. 22. *σποδὸς, ἀπὸ τοῦ σβέσαι, σβοδὸς, καὶ σποδός· ἡ ἀμαυροῦσα τὴν φλόγα κ. τ. λ.* Hac quidem ex origine *σποδὸς* pp. foret, qui flammam obtegat et obscuret, cinis. Nescio tamen, an permutatio literarum *π* et *β*, hac in voce, nonnihil dura sit et precaria. Mallem igitur recurrere ad

stirpem πόω, unde certissime descendit πὸς, sive ποὺς pes, pro πὸδς peds. Conf. dicta in ποῦς, et πόω. Hoc vero dato, σποδὸς erit pro ποδὸς, præfixa σ, ut in plurimis aliis: σποδὸς autem cinis dici potuerit, flammam, nempe, quasi premens, et extinguens. E. S.]

Σπόνδυλος vertebra. A σπόδυλος, quod à σπόδω, vicino alteri σπεύδω. [Scripsere etiam σπόδυλος, diversa nonnihil translatione, quin et σφόδυλος, litera π adspirata. Ipsa vocis forma videtur esse diminutiva, ductaque à simpliciori σπονδὺς, uti μικκύλος à μικκὺς, cujus loco pronunciatum quoque μικκός· ut pro σποδὺς veteres etiam dixisse videantur σποδός. E. S.]

Στάζω stillo. Forte factum à sono guttæ, ex alto cadentis.

Σταῖς, vel σταὶς farina triticea, aqua subacta. Componendum cum στάω, στέω, στίω, στίβω, condenso. [Conf. Casaub. ad Athen. p. 646. et viri docti ad Hesychium in voce, col. 1256. Adde Etymologum magnum in δαὶς, et παῖς. E. S.]

Στάμνος urna. Pro στάμενος, ab ἵσταμαι, de quo supra. [Quidquid est in lingua Græca vocabulorum desinentium in μνος, μνα, μνον· illud omne ortum fuit ex Participiis verborum Passivis, desinentibus in μενος &c. Nonnunquam istius modi nominibus remansit plena forma. Cisterna ex. gr. sive aquæ receptaculum dicitur nonnunquam δεξαμένη, ut apud Platonem Opp. t. 3. p. 117. Philonem Judæum, p. 192. Symmachum in versione Ecclesiastæ Salomonis, cap. 2. 6. Eadem forma locus herbosus dicitur εἱαμένη, apud Hesychium. Velum navis interdum dicitur ἄρμενος, vel ἄρμενον, pp. aptatum armamentum, à verbo ἄρω. Asparagus, qui celerrime è terra prorumpit, dicitur ὅρμενος, contr. ex ὀρόμενος, à verbo ὄρω excito, unde verbum Lat. orior. Sed, in istiusmodi nominibus, plerumque vocalis brevis fuit elisa. A verbo ἵστημι, ἵσταμαι, ἱστάμενος, στάμνος urnam notat, vel amphoram. Hinc verbum oritur συσταμνίζειν simul in urnam infundere, in Nicandri versu, ex Georgicis, apud Athen. l. 4. p. 133. A μερέω, vel μερίζω, divido, Præter. Particip. Pass. μεμεριμένος. Hinc contractum fuit μέριμνα cura, sollicitudo, quæ animum distrahit in divorsa. Major contractio est in τερπνὸς jucundus. Ortum enim illud à τερπόμενος, à τέρπω delecto. Σεμνὸς venerandus contractum fuit ex σεβόμενος, à verbo σέβω veneror &c. L. C. V.] [Conf. et L. Bos Diss. de Etymol. Gr. p. 40. E. S.]

Σταυρὸς palus erectus. A στάω, vicino alteri ἵστημι. [Σταυρὸς nihil aliud denotat, quam palum erectum, sive in terram defixum. A verbo σταύω, vel στάω L. C. V.]

Σταφὶς uva passa. Forte à στάφω, quod componendum cum στέφω et στύφω, de quibus suo loco. [Etiam præmisso α dicebatur ἀσταφίς. Lege de α isto Animadvers. ad Anal. p. 504. 505. Forma productior à σταφὶς, sive potius à σταφὺς, facta fuit σταφυλὴ, quod idem pp. ac σταφύλη libella fabrilis, perpendiculum, cum accentu in penultima pronuntiatum. E. S.]

Στάχυς spica. Forte componendum cum στάω. [Cl. L. Bos, in Dissert. de Etym. Gr. p. 40. 41. Etymologi magni priorem expositionem secutus, στάχυς dici putabat pro σίταχυς, quasi ὁ τὸν σῖτον συνέχων. Rectior tamen, nostro quidem sensu, altera est derivatio, in eodem Etymologico magno obvia: παρὰ τὸ στῶ, στήσω, στήκω, στάχυς, καὶ ἄσταχυς. E. S.]

[Στάω vetus verbum, apud Latinos superstes in contracta forma, sto, id est, στῶ, pro στάω, stas, stat. Vide dicta superius in ἵστημι. A στάω supersunt formæ στάσις, στατὸς, et similes benemultæ: uti et verbum στάσκω, è futuro στάσω ductum, unde στάσκε stabat, Il. Γ. 217. Σ. 160. Porro et Belgis quoque staan idem esse ac Gr. στᾶν observavit vir doctus apud Haverk. de Pronunt. L. Gr. p. 87. E. S.]

Στέαρ sebum. A στέω, vicino alteri ἵστημι. [Etymolog. col. 725. 35. veram formæ rationem non satis videtur perspexisse, ab ipsa tamen derivatione haud procul abfuit. Παρὰ τὸ στάσιν, "inquit" καὶ πῆξιν ἔχειν. Firmabit autem derivationem hanc collatio formæ vicinæ σταῖαρ: de qua vide Etymol. col. 491. in voce κάρωτος. E. S.]

Στέγω tego. A τέγω, quod cum τίγω, tango, componendum. [Nimirum præposita σ, ut in aliis benemultis, à τέγω, factum στέγω. Hanc etymologiam vocis non tantum suadet comparatio Latini verbi tego, sed eandem confirmant Græca hæc, ab Hesychio laudata, τέγη· στέγη, οἴκημα. Τέγος, στέγη. In quibus videmus formam utramque, tam τέγος, quam τέγη, usitatum fuisse: qua ratione etiam στέγος, et στέγη, eodem hoc usu dixerunt. Conf. porro Valcken. ad Ammon. p. 178. Adnott. in Euripid. Hippol. p. 257. B. L. Bos, Exercit. ad 1 Cor. 13. 7. D'Arnaud Lectt. Gr. p. 123. E. S.]

Στείβω calco. A στέω erigo, rigere facio, denso, condenso. ["Στιβὰς est à στείβω, sive στίβω, calco, calcando comprimo, et condenso; uti στείβειν τὰ ἔρια lanas calcare et densare. A στείβω, vel στίβω est στιπτὸς compactus, compressus. A Præterito Medio ἔστιβα est στίβη pp. pressura, compactio. Hinc στιβὰς notat rem compressam et compactam. Propria ratione dicitur de lecto vili, vel strato, quod constat stramentis, juncis, calamisque compactis. Hinc etiam militaria strata, quorum usus in castris, dicuntur στιβάδες στρατιωτικαί. Illa conficiebantur ex virgis, itidemque stramentis et foliis. Solebant etiam virides rami quos ad hunc usum adhibebant, ita vocari. Marcus in Evangelio, cap. 11. 8. vocat στιβάδας, quæ à Matthæo, c. 21. 8. dicuntur κλάδοι." T. H.]

Στέλεχος truncus. A στέλω, στέλλω· de quo mox.

Στέλλω mitto. A τέλλω oriri facio, propello, injungo: de quo suo loco. Alibi cel. Lennepius: Verbum στέλλω, tanquam primitivum, vulgo solet haberi; revera tamen est derivatum, ortum à verbo τέλω, quod olim significavit perficio, efficio, vel perfectum pono, et produco. Ea potestas cernitur in derivato nomine τέλος finis, unde τελέω perficio. Porro, à τέλω, verbum usitatum est τέλλω. Solet, nempe, litera λ sæpissime, in hujusmodi verbis, geminari, ut in βάλλω, pro βάλω, similibusque. A notatione autem perficiendi, producendique, verbum τέλλω accepit eximie eam oriri faciendi notionem: unde, significatione neutra, etiam dicitur pro oriri. Est ea potestas conspicua, cum in aliis, tum in composito ἀνατέλλω, et ἐπιτέλλω· quorum illud eximie de sole oriente, hoc de stellis orientibus, præsertim, usurpari solet. Porro observandum, literam σ ab initio sæpius non esse originalem, ut in σκληρὸς durus, σκάπτω à κάπτω, quod antiquitus significare potuit cavo, σκέλλω allido, à κέλλω &c. Itaque ad eandem rationem, à τέλλω, στέλλω, quod pp. significat quasi missum compono, vel compositum mitto, et instructum. Hoc sensu fere nomen στολὴ stola notat vestimentum, quod immitti soleat corpori; eximie muliebre vestimentum laxius, quod reliquis immitti soleat. Præter στολὴ, à verbo στέλλω, ortum nomen στόλος, generatim significat apparatum quemcumque confectum, et instructum, ad rem majoris momenti moliendam, atque inde porro, apud auctores, modo notat apparatum, vel expeditionem, (cum quodam apparatu) terrestrem, modo apparatum nauticum, quando idem est ac Lat. classis. A στέλλω compositum ἀποστέλλω pp. significat mitto alium, vel ablego alium: idque, vi præpositionis ἀπό. Hinc eximie sæpe valet cum mandatis, vel legatum aliquo mittere. Ita Græci dicunt ἀποστέλλειν τινὰ Ἀθήναζε. Hinc et nomen ἀπόστολος pp. significabit eum, qui cum mandatis aliquo mittitur: quare, in N. T., apte ἀπόστολοι dicuntur legati christi, ad Evangelium hominibus prædicandum, missi. Aliam vero significandi rationem scriptores Græci, in hac voce, sunt secuti: quippe qui Adjective (ut pp. vox est Adjectiva) voce ἀπόστολος utentes, eam usurparunt in re nautica. Dicebant, nempe, ἀπόστολα πλοῖα navigia, quæ, modo huc, modo illuc, à rei navalis præfectis dimittebantur. Substantive etiam ab iisdem usurpata vox ἀπόστολος notavit apparatum classicum, vel expeditionem maritimam. Vide Harpocrationis Lex. Rhetor. ad vocem ἀποστολεῖς. [Verbum στέλλω in Lexicis redditur mitto, orno. Quasi autem potestates istæ significandi essent diversissimæ, ab Henr. Stephano, et, hujus compilatore, J. Scapula, sub isto verbo, composita, in quibus mittendi vigeat significatio, discernuntur ab illis, in quibus illa ornandi compareat. Temere. Propria verbi potestas est instruendi, ornandi, componendi: hinc nata altera secundaria notio instructum, vel ornatum mittendi. Etenim στέλλειν nunquam significat, (nisi improprie et usu tantum recentiorum) simpliciter mittere. Hoc Græcis est πέμπειν, tali cum discrimine, ut πέμπειν ναῦν sit mittere navem, sed στέλλειν ναῦν instruere navem, et mittere instructam, sive armis, seu sociis navalibus, sive remigibus, seu mercibus. Quæ Julio Cæsari est ornata classis armis virisque, ea Græcis una voce dicitur στόλος. Nempe à Præterito Medio ἔστολα, ducta στόλος, et στολὴ, pp. significant ornatum, ornamentum, dein vestimentum decorum, et ornatum, stolam. Eadem ratione tertia forma derivata, στολὶς, contrita olim fuit. A στολὶς, στολίζω, (sicuti ab ἐγγὶς, ἐγγίζω, à χωρὶς, χωρίζω, ab ἐλπὶς, ἐλπίζω) ornandi notione ponitur ab Anacreonte, Od. 28. 40. ad quem locum notavit cl. D'Arnaud, in Animadv. pp. 22. à Genitivo στολίδος deductum esse στολιδόω, forma non significatione, à reliquis diversum, &c. &c. L. C. V. quem vide omnino ad Herodot. l. 7. p. 546., vs. 61. Ceterum cum Græco στέλλειν dextre admodum contulit Belgarum nostrum stellen vir doctus, apud cl. Haverkamp. de Pronunt. L. Gr. p. 87. Vid. et τέλλω. E. S.]

Στέμβω injuria adficio. A στέβω; unde στείβω calco. [Eustathius p. 235. 6. exponit τὸ ὑβρίζειν καὶ συνεχῶς κινεῖν. Convenit proprietate sua cum Hebr. רדה, Arab. رديَ ut Jesaiæ c. 14. 6. et alibi. E. S.]

Στενὸς angustus. A στέω, quod, vicinum verbis στάω, στέω, στίω, et στύω, pp. valet rigere facio, atque sic condenso, figo, similiaque. Alibi et hæc habet Lennepius: A verbo οἰμώζειν diversum est alterum στένειν· utque οἰμώζειν ad externa signa lugentis pertinet, sic στένειν internum animi dolorem, seu angorem comprehendit. Proprie enim convenit ei, qui ex angusto pectore suspiria ducit. Est enim pp. idem, quod angere, vel angustum facere, et intransitive, angustum esse: quæ propria potestas manifesto cernitur in derivato Adjectivo στενὸς angustus, quod cum aliis rebus, tum præsertim viis convenit. Ita στενὴ ὁδὸς, στενὴ πύλη &c. Gr. στένειν cum Belg. stenen apte iterum contulit Mekerchus apud Haverk. de Pronunt. L. Gr. p. 87. Groningani stennen dicunt, nos vulgo steenen, stennen. E. S.]

Στέργω amo. Forte cum τερέω componendum, ut τορέω, τόρος, et similia: nisi mavis à στέρω, unde στερεὸς &c. [Etymol. col. 725. Στέργω τὸ ἀρκοῦμαι, τὸ ἀγαπῶ, καὶ φιλῶ· γίνεται παρὰ τὸ στέγω, ὃ σημαίνει —— τὸ ὑπομένω. Τοῦτο δὲ παρὰ τὸ στῶ· ἀπὸ τοῦ στῶ οὖν στέγω, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ρ, στέργω· ὡς φῶ, φέβω, φέρβω. Mihi quidem vix dubium est, quin στέργω verbum sit, factum à sono stridulo, quem feræ quædam erga pullos suos edunt, tenerrimi amoris, et misericordiæ intimæ indicium. Tale apud Orientales verbum est חנן, sive حن unde חֵן Hebraicum, quod cum Græcorum στοργὴ passim contulit A Schultensius. Itaque princeps notio est amoris tenerrimi, unde altera ista acquiescendi, sive τοῦ ἀρκεῖσθαι. Conf. Valcken. ad Euripid. Phœn. vs. 1679. p. 562. 563. E. S.]

Στερεὸς solidus. Forte à τερέω perforo: ubi vide τόρος. [Conf. mox in στερέω.]

Στερέω privo. A τέρω, τερέω, Lat. tero. Alibi hæc habet vir celeberr. "A nomine στέρος duplex est Adjectivum στέῤῥος, et στερεός. Utrumque notat condensatum, vel solidum: atque inde dixere στέρνον [pro στέρεον] sternum pp. solidum. A notione solidi ad austeritatem, et duritiem animi translatum fuit vocabulum στερεός. Eadem quoque ratione translate interdum ponitur στέῤῥος. Sicuti autem notiones solidi et soli à Latinis videmus vicinas habitas esse, ita ut, ab adjectivo solus, dixerint solidus; sic quoque in verbo suo στερέω fere instituerant Græci. Igitur à verbo στέρω Latine solido, dixere στερέω, quasi proprie vellent solum facio: quæ notio eam privandi sponte suppeditat." ["Latinis olim sterilus dicebatur et sterilis. Festus: sterilam" inquit "mulierem appellabant, quam Græci στεῖραν dicunt, quæ non capit semen genitale. Atqui Latina nomina, in ilus et ilis desinentia, sunt formæ diminutivæ. Sterilus itaque ortum à prisco sterum, Gr. στέρος· cujus loco Græci dixerunt στέῤῥος, α, ον, et στεῖρος, α, ον. Verbum Græcum fuit στέρω· unde productum στερέω, et στερεὸς firmus, durus, rigidus, solidus. Hinc στερόω solido. Itaque et στεῖρος pp. significavit firmum, durum, solidum. Hujus fœmininum στεῖρα traductum fuit ad significandam mulierem sterilem, quasi dicas duram et imperviam." &c. L. C. V.] [Nescio equidem, an metaphora potius ducta sit à solo duro, quod aratrum non admittat, atque adeo incultum maneat et sterile. Conf. Hebr. גלמוד et גלמודה, Job iii. 7. &c. Jes. 49. 21. cum iis, quæ Schultensius dedit in Comment. Jobæo, p. 56. 67. et Vindic. p. 205. E. S.]

Στέρνον pectus. Compone στερεὸς firmus. [Στέρνον pro στέρεον. Conf. in στερέω et στῆθος.]

Στέφω corono. Forte à στέω. Compone στίβω, στύφω. Alibi cel. Lennep. "Verbum vetus est στέπω, vel στέπτω, quod significavit cingo. Inde στέμμα pp. id omne significat, quo aliquid cingas: unde eximie infulæ sacerdotales ab Homero dictæ fuerunt στέμματα. Ab eodem verbo ortum στεπτὸς Lat. cinctus, et στέφος, quo eximie olim designabatur corona, qua caput alicujus cingi solebat. Inde denuo nomen στέφανος. Ab utroque nomine porro verba sunt στέφω, et στεφανόω corono." &c.

Στῆθος pectus. A στάω. [Nimirum, "στῆθος dicitur ab Hippocrate (ut Galenus adnotavit) non omne id, quod est à priori parte thoracis, sed medium os, in quod se inserunt costæ: quod juniores medici στέρνον appellant." H. Stephan. Thes. t. 3. c. 1031. Vide porro Foësium, in Œconomia, voce στῆθος, et στῆθος ποδὸς, cujus posterioris phraseos ratio, ex data etymologia, etiam aliquanto erit planior. Observat Etymol. c. 727. 18. ἀπὸ τοῦ ἑστάναι, dici, διότι ἕστηκεν ἀσάλευτον· τὰ γὰρ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος κλίνεται, τὸ δὲ στῆθος οὐ κλίνεται. E. S.]

Στήλη cippus. A στάω. ["Στῆλαι columnæ, vel cippi sepulchrales. Vulgata vox, quæ nihilominus interpretes, non uno in loco, fefellit, notante H. Valesio ad Eusebii Hist. Eccles. l. 2. 12." T. H.] [Etymologus col. 727. 24. similiter derivabat παρὰ τὸ στῶ, στήσω. Commodior tamen analogiæ videtur ratio, si repetas à στέλλω, antiquitus pronunciato, per λ simplex, στέλω pono Belgarum stellen: unde στήλη pp. columna posita, cippus erectus. E. S.]

Στηρίζω firmo. A στάω. Compone στερεός. [Proprie est firmiter statuere, ut immobile aliquid maneat. Vide Albert. ad Hesychium, in voce στηρίξαι, ubi laudat versum Homeri, Od. M. 434. οὐδέ πῃ εἶχον Οὔτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, οὔτ' ἐπιβῆναι: ubi Scholiastes τὸ στηρίξαι exponit στῆναι ἀσφαλῶς stare firmiter. Potest etiam conferri, Il. Λ. 28, et Il. Φ. 242. Priori illo loco στήριξε, idem est ac defixit, posteriori vero, στηρίξασθαι πόδεσσιν sensu Medio, pedibus se ipsum defigere aut firmius stabilire. Adscribamus elegantem summi viri L. C. V. observationem, de usu ejusdem verbi in locis N. Fœderis. "Στηρίξαι" inquit "et ἐπιστηρίξαι, in libris nostris sacris, peculiarem quandam vim habent. Significant enim Christianos, vel teneras Christianorum mentes, in fide suscepta, corroborare, adhortationibus præsertim, et promissis, ad vi-

tam æternam spectantibus. Multa dantur in illis libris, quæ frustra quæras, hoc sensu, in scriptis veterum Græcorum. Præcones enim Evangelii de multis rebus verba facere debebant, antea prorsus incognitis, verbaque Græca in alium usum sæpe iis erant inflectenda" &c. E. S.]

[Στήτη, vel στῆτα, fœmina, mulier. Hesych. στῆτα· γυνή· ubi vide cl. Alberti et locum Theocriti. Notissimum est, veteres quosdam, Il. A. 6. pro διαστήτην, divisim legisse διὰ στήτην. "Nullum est dubium, quin debeat legi διαστήτην, intelligique, dissiderunt inter se, animis sunt divisi, primum quidem loco, dein etiam sententia et vera simultate. Est enim dualis numerus Aoristi 2. Activi, à Singul. διέστην, positumque Ionica dialecto, pro διεστήτην, à verbo διίστημι. Quum hoc videatur manifeste patere, mirandum est, fuisse apud veteres, qui aliam lectionem intruderent, hoc pacto, διὰ στήτην ἐρίσαντε. Eorum ratio talis est. Στήτη, ex veteri dialecto, significavit mulierem: quare ab Hesychio, στήτη, vel στῆτα exponitur γυνὴ mulier, ut etiam à Theocrito, in carmine, cui titulus est Securis, reperitur στήτα usurpatum. Hoc pacto διὰ στήτην interpretabantur propter mulierem, nempe, Briseida. Potest videri de hac interpretatione Melampus ad Dionysium Thracem: cujus verba è Ms. Codice protulit J. A. Fabricius, ad Sext. Empir. p. 230." T. H.] [Adi sis Ill. Villoison. in Diatrib. p. 172. Ceterum haud omnino liquet, unde vox στήτη, hoc quidem sensu, sit ducta. An forte στήτη, est pro τήτη· hoc vero componendum cum τιτθὸς mamma muliebris; ut στήτην, quasi mammam, per contemptum, metonymice dixerint pro puella, sive concubina! E. S.]

Στίζω pungo. A τίω, unde τίγω, τίγγω &c. [Στίζειν pp. est pungere vel notas pungendo infigere. Unde στίγματα notæ. Notæ autem hæ stylo acuto et ignito inurebantur. Puncta vocat Vegetius, l. 1. 8. et 2. 5. ubi vide Stewech. et Turnebi Advers. l. 24. 12. et in primis Joh. Rhodium ad Scribon. Larg. p. 308. 309. Tali stylo nomen erat καυστὴρ, vel καυστὴρ, vel καυτήριον· unde καυτηριάζειν, et καυστηριάζειν τοὺς ἵππους, itidemque ἀκαυστηριαστοὶ ἵπποι. Quæ, Lexicis ignota, vocabula occurrunt apud Strabon. L. V. p. 329. (Inurebantur autem notæ istiusmodi manibus eorum, qui militiæ nomen dederant: ne desererent. L. B.) Unde commode explicari petest locus Paulli ad Galat. c. 6. 17. στίγματα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, h. e. veluti punctis signatus, Christi militiæ sum adscriptus. Multo certe hoc probabilius, quam ut ad στίγματα, vel servorum, vel diis consecratorum, respexerit: eoque magis quia sæpenumero loquendi rationes, à militia, traduxit ad Christianorum non dissimilem conditionem. Vide H. Grotium ad Apocal. c. 13. 16. T. H.] [In usu familiari στίζειν significabat distinguere, pp. pungere, vel puncta ponere, adhibitum de Grammaticis, qui libros, à librariis scriptos, interpungebant. Nicanor Grammaticus, qui librum scripsit de recta ratione interpungendi, ab isto verbo dictus fuit Στιγματίας, quo titulo designatur ab Eustathio. Notavit hanc in rem nonnulla Novellus, in Miscell. Nov. vol. 4. p. 248. "distinguere Latinorum &c. Simplex ejus ἀπὸ τοῦ στίζειν (unde stigare et stigere, mox stingere et stinguere profluxit) pp. est pungere; inde insterstingere est interpungere; et instinguere ferme idem quod instigare, usu tamen paullum distincto" &c. &c. Ald. schult. in Comm. ad Prov. Salom. p. 428. Ab eodem ἔστιγμαι (unde στίγμα ducitur) et altera vox est, cognata, στιγμὴ, pp. punctum: unde "Lucæ Evang. c. 4. 5. ἐν στιγμῇ χρόνου, id est, in puncto temporis, ut Lucretius loquitur, l. 4. 165. Latine alias dicitur ictu temporis. Apuleius tamen etiam, l. 10. p. 219. momento modico, imo puncto exiguo. Docte Erasmus et Casaubonus monuerunt, locutionem esse desumtam à puncto Mathematicorum: nam, quum pp. secundum physicos, nullum punctum dari possit tam exiguum, quod non in partes infinitas possit, cogitatione saltem, dividi, Euclides punctum, στιγμὴν, vel σημεῖον definivit οὗ μέρος οὐθὲν cujus partes nullæ sunt. Itaque, ut brevissimum temporis, rapidissimo cursu ruentis, momentum designarent veteres, dixerunt στιγμὴν punctum. Antoninus Philosophus et Imperator, l. 2. 17. τοῦ ἀνθρωπίνου, inquit, βίου ὁ χρόνος στιγμὴ, l. 6. 36. Vita præsens" inquit "τοῦ χρόνου στιγμή. Seneca in Epist. 49. Punctum est, quod vivimus, et adhuc puncto minus. Antonin. l. 4. 3. ὅλη, inquit, ἡ γῆ στιγμὴ totus universus punctum est, h. e. puncti instar habet, ad universum cœli complexum, et infinitos mundos, qui circa suos axes rotantur. Macrobius in Somnium Scipionis, l. 2. c. 9. Apud nos, inquit, Atlanticum mare magnum videtur, de cœlo despicientibus non potest magnum videri; quum, ad cœlum, terra sit punctum, quod dividi non possit in partes" &c. &c. L. C. V.]

[Στίλβω corusco, splendeo. Etymolog. c. 728. 2. Στίλβω τὸ λάμπω· παρὰ τὸ στίλλω, στίλβω· ἐξ οὗ καὶ στιλπνὸς, ὡς τέρπω, τερπνός κ. τ. λ. Sane, qui Lat. stella contulerit cum Græc. στίλλω et στίλβω, in eam facile descendat opinionem, hæc ipsa στίλλειν, sive στίλειν, et στίλειν, unde στίλβειν, cognatæ significationis fuisse verba. Sed de stella vide dicta in ἀστήρ. Et vel sic tamen vix dubitandum videtur, quin στίλβειν et στέλλειν revera sint cognata themata: licet ratio translationis nondum satis appareat. Fortasse στίλβειν notionem coruscationis sive splendoris accepit à radiis, recta procedentibus, qualis fere metaphora est in Hebr. אשר, Ar. اثر et اشر. E. S.]

[Στίλη minimi pretii res &c. Videri possit eadem esse vox ac Lat. stilla. Hesych. Στίλα — ὁ σταλαγμός. Unde (ut nostrum *drop* sive *drup*) metaphorice dictum fuerit pro re exigui admodum momenti. Aristophanes in Vespis, vs. 213. Cur non obdormiscimus ὅσον ὅσον στίλην. Ita nostrates, (per catachresin quandam) vernacule, *geen drup slaapen*. An huc etiam referendum, quod στίλη significasse dicitur κερμάτιον parvum numismatium, nimirum, quasi stillæ instar se habens? Potest etiam (auctore Martinio in Etymol.) componi cum στίλβω splendeo: quasi splendens aliquid. E. S.]

Στλέγγις strigil. Nescio an cum στέλω, στελέω, et ceteris componendum; et inde contractum sit? [Dicitur pro στελέγγις, indice Martinio, in Etymologico. Nullam videtur adfinitatem habere cum Lat. strigil, vel strigilis, quippe quod manifeste fluxit à strigo, unde in usu est stringo; quum στελέγγις contra analogice sit à στέλω, στελέω, στελέγω &c. Forte ab erectis, et quasi dispositis aculeis, nomen habet. E. S.]

Στοὰ porticus. A στόω, quod cum στάω sto componendum. [Est igitur pp. locus, ubi statur, et deambulatur. Conf. H. Stephani App. col. 73. E. S.]

Στόμα os, oris. A στόω. [Etymol. c. 728. 18. ἀπὸ τοῦ τέμνω, τέτομα, τόμα, καὶ στόμα —— ἢ ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ τέμνονται τὰ σιτία· ἢ ἐπειδὴ αὐτὸ μόνον τὸ μέρος τετμημένον ἐστὶ τῆς ὄψεως. Posterior derivatio mihi quidem præplaceret. Hebræi enim פֶּה, sive פִּי, os dixerunt à פיה fidit, diffidit. Malim tamen à farciendo, inferciendo dici è stirpe στόω. Conf. στόω, in στυγέω et στύπη. E. S.]

[Στόμαχος stomachus, ventriculus. A στομάσσω, vel στομάττω T. H.] ["Varia et multa habuit significata, apud veteres Medicos. Nam pp. quidem angustam cervicem, instar isthmi, ventri cuilibet cavoque præpositam indicat, eaque notione antiquitus usurpata hæc vox est. Deinde etiam ad œsophagum translatum nomen est, quæ gula dicitur. Postea quoque ad ventriculi osculum, quod καρδίαν veteres appellant, hæc appellatio transfluxit, Galeni ætate" &c. &c. Foësius in Œconom. Hippocr. p. 354. 355. E. S.]

Στορέω sterno. A στόρος, quod cum στερὸς, στερεὸς compone. [Vicina haud dubie forma verbi est Latini sterno, quod pro sterino, ut cerno pro cerino; ductumque adeo à stero. Nescio, an origo sit τίω, unde τέρω, στέρω &c. Etiam cognata forma fuit στερόω, unde contractum στρώω, quod tempora obliqua præbuit verbo στρωννύω. E. S.]

Στοχάζομαι collimo. A στόχος, quod cum στέχω, et στίχω, componendum; quæ à στέω, στίω. Alibi cel. Lennep. "Verba vicina sunt" inquit "στείχω et στίχω, quorum prius, usitatum Græcis, significat ordine incedo: à posteriori, inter alia derivata, superest στίχος pp. series, ordo in rectum protensus. Hinc à Grammaticis Græcis στίχοι dicuntur versus, (vulgo lineæ, barbare regulæ) in libris; etiam ordines vel series militum in profundum collocatorum: qua potestate differt à τάξις, quæ vox notat ordinem militum ad latus dispositorum inter se. A verbi στείχω, præterito Medio ἔστοχα descendit forma alia, inusitatior, vocis στοῖχος, quod ex se verbum novum peperit στοιχέω, conveniens ejusmodi ordini militum, qui in profundum collocati procedunt, unde compositum συστοιχεῖν, q. d. in profundum collocatos ordine procedere una, atque ita respondere inter se, et veluti pari passu progredi." [Στοχάζω, forma activa obsoleta, pp. descendit à στόχη, sive στόχα, forma cognata alteri στοχὰς, στοχάδος, quæ vox pp. tensionem retium significat. Ita στοχάζω, hanc servans proprietatem, pp. fuerit recta tendo, et in Medio στοχάζομαι recta tendo mihi, eximie oculos ad seriem collimo &c. Masculina vero forma στόχος descendere debuit a στέχω, quod productius dixere στείχω. Inde εὔστοχος bene, sive recte ad scopum tendens, ἄστοχος non bene collimans. E. S.]

Στράγγος tortus, perversus. Forte à στράω, cui vicinum στορέω. [Græcum στράγγω cognatum fuit Latinorum stringo: cujus verbi proprietatem et usus diversos egregie explicuit vir summus A. Schultens, in libello de Defectibus linguæ Hebrææ, p. 128. ss. Notio primaria satis elucet ex composito Lat. constringere et Græc. στραγγαλιαὶ, et στραγγαλίδαι, quod Hesychio est συστροφαὶ, διαστροφαὶ, παγίδες, ἢ πλοκαί. Conferri etiam potest Belgarum *strang*. Vide omnino Valcken. ad Ammon. p. 130. 131. E. S.]

Στράγξ gutta. Ejusdem, cujus antecedens, originis. [Nempe, quasi stricturam dixeris, ut Latinis stricturæ pecul. vocantur "scintillæ, quæ de ferro ferventi exeunt, quod aut stricte emittantur, id est, celeriter, aut oculos fulgore suo præstringant &c." Verba sunt Nonii Marcelli, cap. 1. §. 77. quem confer, et cap. 9. 23. Cognata forma verbi στρεύγεσθαι accurate respondet Belgico nostro *wegdruipen*, i. e. clanculum, et guttatim, quasi, elabi. Iliad. O. 512. E. S.]

Στρατὸς exercitus. A στράω, quod compone cum στορέω. [Vocem στρατὸς alii Grammaticorum à στρέφω, ἔστραπται, derivant, tanquam στραπτὸς i. e. conglobata hominum multitudo, alii à στεῤῥῶς ἑστηκέναι &c. Utrumque ab analogiæ legibus penitus abhorret, quas si consulamus, longe certius repetetur ab antiquo verbo στέρω (Lat. sterno) στεράω, στοράω, contracte στράω (unde Lat. stravi et stratum, itidemque στορέω, quod vulgo usitatum est, et στυρόω, στρόω, στρώσω) quasi turbam dicas sub dio, et per campi planitiem diffusam. Id manifesto patet ex Æolica vocis forma στρωτὸς, cujus meminit Etymologus p. 728. Solent enim Æoles à στορόω flectere ἐστέρωμαι, et ἐστόρωται pro ἔστρωμαι, et ἔστρωται. Apud Homerum sæpe castra notant στρατὸς, ideoque exponuntur à veteribus per στρατόπεδον, ad Il. A. 229. Π. 73. Alioquin tantum differunt (quod compositio posterioris vocis satis indicat) ac Lat. exercitus et castra. Æschylus in Septem contra Thebas, vs. 79. στρατὸς στρατόπεδον λιπὼν, ubi Scholiastes. Contra pro στρατῷ nonnunquam ponitur etiam στρατόπεδον Herod. L. V. 75. &c. Ceterum à στρατὸς exercitus non, nisi forma, diversum est alterum στρατιὰ, ᾶς. "Στρατιὰ distingui debet à στρατεῖα, hoc expeditionem militarem, illud exercitum notat. Scribit Ammonius [p. 139.] ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει, utrumque vocabulum usu vulgari sæpe permutari significans: idque verum est, in scriptis codicibus et primis editionibus: sed librariorum errori potissimum tribuendum, qui ι, et diphthongum ει, sollemni more confundunt. Nam linguæ constans ratio, quomodo utraque sint separanda, facile ostendit. Στρατία, si pp. loquaris, fœmininum genus est, ab Adjectivo στράτιος, in Substantivi faciem conversum. Στράτιον Δία Jovem militarem vocant, et exercituum bellicum præsidem, quem singulari religione Cares venerabantur, Herodot. L. V. 199. Στρατίας Ἀθηνᾶς Minervæ bellicæ meminit Lucianus Dial. Meretr. p. 728. στρατεία vero formam verbi στρατεύειν, vel στρατεύεσθαι, sequitur: quemadmodum δουλεία, πολιτεία, δεσποτεία. Simile discrimen, ab eadem caussa profectum, vocum ὑδρίας hydriæ, et ὑδρείας aquationis, Schol. Aristophan. ad Vespas vs. 921. παιδίας lusus, et παιδείας institutionis, doctrinæ, pluriumque aliorum vocabulorum." T. H.]

Στρέφω verto. A τρέπω· de quo suo loco. Alibi sic vir cel. τρέπω est verto, unde στρέφω, quod pp. respondet Latino verso, ut adeo Medium στρέφεσθαι pp. sit Lat. versari. Quemadmodum autem Latine aliquis dicitur versari in aliquo loco, qui in eo degit, sic Græci verbo composito ἀναστρέφεσθαι eximie de eo utuntur, qui in loco aliquo, vel conditione versatur, et vitam degit: et ἀναστροφὴ ejusmodi actum conversandi, vel vivendi significat.

[Στρηνὴς asper, acutus &c. Hesychius, στρηνὲς, σαφὲς, ἰσχυρὸν, τραχὺ, στυγνὸν, ὀξὺ, ἀνατεταμένον, στρηνόν. Postremum hoc στρηνὸν neutra videtur esse forma, ducta à masculino στρηνὸς, cujus fœmininum στρηνὰ remansit in Lat. strena: ex eo vero, quod in Hesychio exponitur στρηνὲς, per ἰσχυρὸν, τραχὺ, simul liquido apparere putem, propriam notionem esse validi, asperi, quod ipsum (ut permulta similia in linguis) ad virtutem viri, vel rei, translatum fuit, atque adeo denotavit bonum, vel, si cognata voce Latina efferre velis, strenuum; quod Belgice vulgo *stout* dicimus. Hinc strena, (per ellipsin vocis Substantivæ) Latinis eximie ponitur pro munere egregio, et jucundo, quasi Belgice diceres *eene stoute gift*. Hinc etiam notio luxus et deliciarum in voce στρηνὸς, στρήνεος, et verbo στρηνιάω· nisi hæc potius à frangendo et emolliendo adsumta velis, ut in cognata τρυφή. Utriusque enim stirps est τέρω, unde τερύω, τρύπω, θρύπτω, θρύπω; et τερέω, τρέω, στρέω, στρένω &c. E. S.]

Στρογγύλος rotundus. Conf. στράγγος. [Nimirum στρογγύλος pp. forma est diminutiva ab obsoleto στρόγγυς, ut μικκύλος à μίκκυς. E. S.]

[Στρουθὸς passer. Minime probabilis est derivatio Etymologi c. 730. 30. παρὰ τὸ μετὰ οἴστρου θέειν. Malim equidem recurrere ad verbum στρόω, pro στορόω, vel στορόω, de quo superius, ut à sternendo significationem habeat. E. S.]

Στυγέω odio prosequor. Cum στύζω, et στίζω pungo componendum. [Proxime ortum fuit à στύγος odium. A στυγέω porro est στυγητὸς odiosus, horribilis. A στύγος quoque στυγνὸς, στυγνὸς, hinc στύγνη, vel στύγνα, στυγνάζω. Conf. Belg. *stug, stugheid* &c. Origo haud dubie est στύω, quod nescio, an, cognatum alteris στόω, στύω, ab offarciendo sit repetendum: unde notio odii, pectore quasi constipati et conclusi, ut in Hebr. שטן, quod pp. idem videtur esse atque Ar. شطن clausit. E. S.]

Στύλος columna. A στύω, cui vicinum στάω. Alibi vir clar. "Στύλοι à verbo στύειν pp. rigere, unde dein in sensum obscœnum deflexit; à στύω, inquam, nomen στύλος pp. columnam notat vel fulcrum, in quod nituntur ædificia. In oratione grandi et poëtica, homines inde dicuntur στύλοι, quibus alii tanquam fulcris innituntur. [Etymol. Ὡς χῶ, χύω, χυλὸς, οὕτω καὶ στῶ, στύω, στύλος· τὰ γὰρ ῥηματικὰ ταῦτα ὀνόματα διαφόρως τονίζεται. Ceterum facile apparet cognatio vocis nostræ στύλος, qua refertur ad thema στέλω, sive στέλλω, aut στόλω, unde στόλος &c. Conferri etiam possunt barbarum *stijl*, à στύλος, stylus,

desumtum, et alterum *steel*, quod, Kiliano interprete, est caulus, scapus, et ab erecta forma haud dubie dicitur. E. S.]

Στύππη, sive *στύππη* stupa. A *στύω*. [Nisi malis à propiori forma *στύπω*, unde Lat. stupor, et productius stupeo. Cognatum fuit hoc stupo, sive *στύπω*, alteri stipo, quod Latina lingua frequentavit pro calcando et densando implere. Idem Græce est *στείβω*. Servavit illud *στύπειν*, sive *στύππειν*, Teutonicus quoque sermo, in nostro *stoppen*, *tæstoppen*. Porro, quod Latinis vulgo stupa, festo etiam stipa dicitur. Conf. Vossii Etymol. in stupa. Isidorus l. 19. 27. "Stupa vero cannabi est, sive lini. Hæc, secundum antiquam orthographiam, stipa dicitur, quod ea rimæ navium stipentur" &c. Ad eandem originem etiam pertinent Gr. *στύπος*, *εος*, et Lat. stipes. Ceterum ipsum *στύππω* utique est à *στύω*. Vide et in *στύπω*. E. S.]

[**Στύραξ** cuspis teli seu hastæ. Conf. T. H. in *σαυρωτὴρ* p. 869. Origo haud dubie est *στύω*, adfine alteri *στάω* &c. Unde *στύρω*, quod verbum vestigium quoque sui reliquit in nostris *stuur*, et *stuursch*. E. S.]

Στύφω adstringo. A *στύω*. ["Videtur adspiratum esse alterius *στύπω*. Verbum *στύφω* originem suam debet primitivo *στύω*, cui eadem est potestas atque adfinibus *στάω*, *στέω*, *στίω*, *στόω*. Στύφω pp. notat adstringo, vel adstringendo condenso &c. Ab *ἔστυπται* est *στύπτη*, et Adjectivum *στυπτήριος*, ac *στυπτηρία* alumen, in quo maxima est vis adstringendi. Porro *στυφελὸς*, pp. adstrictus, vel adstringendo densatus; ponitur autem frequenter pro arduo. Στυφελίζειν est ictus densando et adstringendo percellere, vel projicere: unde à Scholiaste Homeri exponitur *ἀποκινῆσαι*, *ἀναστρέψαι*. Hinc sæpe respondet Latino verbo moliri, i. e. magno conatu aliquid loco suo movere. Ἀστυφέλικτος immotus, inconcussus, de hominibus, qui magna sunt constantia &c." T. H.]

Στύω tentigine laboro. Proprie spisso, rigere facio; à *τύω* cui vicinum *τίω*, *τείνω*. [Conferendum omnino est cognatum *στάω*, Lat. stare erectum. E. S.]

Σὺ, Æolice *τὺ*, Lat, tu. [Vide Animadverss. ad Analog. p. 288. ss. E. S.]

[**Συκῆ** ficus. Etymol. *παρὰ τὸ σεύω, τὸ ὁρμῶ· ὁρμητικὴ γάρ ἐστι. Τὰ διὰ τοῦ αια παροξύτονα θηλυκὰ, μὴ ἐπιδεχόμενα συναίρεσιν, διὰ διφθόγγου γράφεται, ἐλαία, ἀλκαία, συκομοραία· ἢ ἐπιδεχόμενα συναίρεσιν, διὰ τὸ ῆ, συκέα, συκῆ, ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ κ. τ. λ.* "Per contractionem factum ex Ionico *συκέη*, pro qua lingua communis dicit *συκέα*·" H. Stephan. Thes. t. 3. c. 1124. Comparatio Latinæ vocis ficus cum Gr. *συκῆ* propemodum suadere videtur, dari inter eas cognationem quandam, qualis est in Latinis sum, fui, *φύω* &c. Hac quidem admissa cognatione, stirps vocis *φυκῆ* foret statuenda *ὕω*, unde *σύω* et *φύω*, cui cognatum *φίω* fio. A *σύω*, *σῦκος*, unde *σύκεος*, *σύκεα*, vel *συκέη*, et contracte *συκῆ*. Similiter à *φίω* fieri potuit *φίκος*, Lat. ficus. E. S.]

Σύλη præda, spolium. A *σύω* moveo. Nisi propius repetere malis à *σύλω*, quod idem est ac *σύρειν* trahere, Belgar. *seulen*, sive *slepen*. Hinc descendere potuit Adjectivum *σύλος*, *η*, *ον*· unde *σύλη*, forma fœminina, Substantive posita, pp. quod trahitur vel detrahitur, spolium. Sane et ipsum hoc spolium à *σπάω*, sive *σπόω*, traho, dictum est. Conf. et *ἕλωρ* ab *ἕλω*, unde *ἕλκω* traho. Porro *σύλον* forma neutra, apud Hesychium, i. q. *ἐνέχυρον* pignus, quasi dicas, quod retrahitur. A *σύλη* est *συλάω*, et *συλέω*, ac *συλεύω*, quod etiam dixere *σκυλεύω*, uti pro *σύλω*, *σκύλω*, *σκύλλω*, pro *σύλον*, *σκῦλον* spolium. Apposite Eustathius ad illa, Il. Z. 71. *νεκροὺς συλήσετε*, p. 625. 48. *ἤγουν ἀφαιρήσεσθε*, inquit, *συλῶντες· ὅ ἐστι σκυλεύοντες*. Vide eundem, p. 450. 4. 520. 21. 534. 19. &c. et compone inferius in *σύρω*. E. S.]

Σὺν cum. A *σύω*. [Nimirum *σὺν* dixisse putem Græcos, pro *συνὶ*, ut *ἐν* pro *ἐνί*. Plura dixi in Struchtmeyeri Rudim. Gr. p. 246. 247. Addita litera *κ*, hinc porro enatum videtur *σκὺν* sive *ξὺν*, eadem fere ratione, qua pro *τυπέω* dictum *κτυπέω*, pro *συλεύω*, *σκυλεύω*. E. S.]

Σύρβη tumultus. A *σύρω* traho. [Opportune Eustathius, et alii, contulerunt vocem *τύρβη* turba, quam vide. E. S.]

Συρίσσω sibilo. Factum à sono. ["Σύριγξ fistula, ab acuto et tracto sono nomen invenit. Σύρω enim est traho: idque ipsum verbum Grammatici *συρίζειν* exponunt. Græcis præterea *σύρειν*, vel *ἐπισύρειν τὴν φωνὴν* usurpatur, et *φωνὴ σεσυρμένη*, vel *ἐπισεσυρμένη*, de sono vel voce, sibilando protracta. Ut *φόρμιγξ*, *φορμίζω*, sic *σύριγξ*, *συρίζω* et, forma Dorica, *συρίσδω* sibilo, *συριγμὸς* sibilus" &c. T. H.]

Σύρω traho. A *σύω* moveo. [Nescio equidem, an verbum hoc literam *σ* habeat, verbo originali ab initio præmissam. Sane *σ*, in voce *σίλλω*, pro *ἴλλω*, hoc modo præmissam esse, docuit supra T. H. Jam vero, uti *ἕλκω*, ab *ἕλω*, pp. significat traho, et *ἕλωρ* est rapina, quasi dicas tractum quod &c. sic verbum *ὕλω* cognatum dare ex se potuit *σύλω*· quod idem ac *σύρω*, *λ* et *ρ* inter se permutatis. A *σύλω*, *σκύλω*, *σκύλλω*. E. S.]

Σῦς Lat. sus, porcus. A *σύω* moveo. [Etymologus c. 736. 40. *δύναται εἶναι παρὰ τὸ σύω, τὸ ὁρμῶ· ὁρμητικὸν γὰρ τὸ ζῶον, καὶ, ἀποβολῇ τοῦ σ, ὗς — ἢ παρὰ τὸ ὕω, ὕσω, ὗς, ἀπὸ τοῦ ὕεσθαι, ὅ ἐστι βρέχεσθαι· καὶ γὰρ ἐπὶ ταῖς ὕλαισι τέρπεται κ. τ. λ.* Conf. de his Stephan. Thes. t. 3. c. 1148. et vide infra, in verbo *σύω*. E. S.]

[**Σύφαρ** pellicula rugosa, lacti superstans &c. Nescio, an *σ*, ab initio, habeat præmissum; unde sequeretur, conferendum esse cum *ὑπὲρ* super, et *ὕπαρος* summus. Sane *ὕπαρος* etiam pronunciari potuit *σύπαρος*, fere ut Lat. superus, et *σύφαρος*, unde *σύφαρ*. E. S.]

[**Σύω** cieo, incito, quod longe sæpissime *σεύω* effertur. Verbum est factum à sono, quo incitantur canes, aliaque animalia. Ab incitatione ista, per sonum *σύ*, *σύ*, videtur etiam *σῦς* sus dici potuisse. Cetera vide in *σεύω*, ubi pro mendoso *σεύσυ*, legendum est *σεύ*, *σεύ*. E. S.]

Σφαδάζω pedes agito. Forte cum *σπάω*, *σπέω*, *σπεύδω* et ceteris componendum est. ["Proprie dicitur de eo, qui vel dolore vel ira exagitatus loco stare nescit, vehementius se jactat" &c. Verba sunt viri summi D. Ruhnkenii, quem lege ad Timæi Lex. Plat. p. 242. 243. ubi laudati in hanc rem H. Stephani Thes. t. 3. p. 1155. interpretes ad Longin. sect. 25. et J. Pierson. ad Moerid. p. 356. &c. Addatur et A. Schultensius noster, Orig. Hebr. t. 2. p. 107-109. De Deff. Ling. Hebr. p. 65. ad Exc. Ham. p. 423. Origo certissima videtur esse verbum *σάω*, unde *σϝάω*, *σφάω*, *σφάδω*, *σφαδάω* &c. Inde et *σαίνω*, et alia. E. S.]

Σφάζω, seu *σφάττω*, jugulo. Est à *σφάω* interficio; quod fortasse à findendo dictum. [Σφάττειν pp. jugulum incidere, et dein mactare. De victimis egregie ponitur; quæ, postquam securi percussæ cecidissent, tum demum *σφάττονται*, ut clarum est ex Homeri Odyss. Γ. 454. Apollon. Rhodii vs. 432. et culter ad mactandum *σφαγὶς*, *σφαγίδιον*, Euripid. in Electr. vs. 800. &c." T. H.] [Vetus verbum fuit *φάω*, sive *φάζω*, cujus loco, litera *σ* præfixa, postea dixerunt *σφάζω* cædo, macto. Tertia Præter. Pass. veteris istius verbi *πέφαται* legitur apud Homer. Il. O. 141. ubi à Scholiaste redditur *πεφόνευται*. Inde *φατὸς* est cæsus. Hesychius *φατὸν* reddidit *τεθνηκός*. Optime Photius in Lexico, nondum edito, *πρόσφατος, κυρίως ἐπὶ τοῦ νέως τι ἀνῃρημένου*, pp. ponitur de recens occiso. Hinc *πρόσφατον κρέας* caro est animalis nuper interfecti. Recens cadaver, apud Phrynichum, dicitur *πρόσφατος νεκρός*. Itaque *πρόσφατος* pp. significat nuper mactatum, poniturque eximie de carne recenti. Recte Ammonius p. 97. *Πρόσφατον ἀπὸ τοῦ σφᾶσαι, ὅ ἐστι τὸ φονεῦσαι.* Postea, ut fieri solet, amplior fuit significandi potestas, et de quavis re nova ac recenti adhibitum fuit. Fortasse scriptor Epistolæ ad Hebr. c. 10. 20. illam proprietatem verbi respexit, ubi viam, recenti morte et sanguine Christi nobis patefactam, vocat *ὁδὸν πρόσφατον*. Fatendum tamen est, à veteribus vocem de quavis re recenti fuisse positam. Jussa recentia Sophocles, in Andromeda, dixerat *προσφάτους ἐπιστολὰς*, teste Phrynicho, p. 164. Pisces recentes *προσφάτους ἰχθῦς* dixerunt Antiphanes et Archestratus apud Athenæum, l. 6. p. 225. et l. 7. p. 275. et, de quavis re nova ac recenti, vocem adhibuerunt Interpretes Alexandrini, Ps. 80. 7. Eccl. 1. 10. ubi alii interpretes posuerunt *καινόν*. L. C. V.]

Σφαῖρα sphæra. Forte à *σπάω*. [Etymol. c. 738. 4. *Παρὰ τὸ σπαίρειν, καὶ ἐν κινήσει εἶναι. κ. τ. λ.* Diversam paullo etymologiam præbet Eustathius, p. 1554. 3. *Παρὰ τὸ σπῶ· διὰ τὸ συνεσπᾶσθαι, ὅ ἐστι συνεστράφθαι εἰς ἑαυτήν.* E. S.]

Σφάκελος mortificatio partis alicujus, inflammationem passæ. Forte à *φάω* interficio. [Confer dicta in *σφάζω*. Productior forma vocis est à *σφάκος*, unde et *σφάκελος* salvia. Literam *σ* ab initio esse præpositam, satis docere potest altera scriptio hujus vocis *φάκελος*, in qua ne *σ* quidem comparet. Nempe et *σφάλλω* dixisse Græcos, pro *φάλλω*, Lat. fallo, infra docebitur. Cur vero salvia Græce *σφάκελος* dicta fuerit, incertius paullo est. Ansa appellationis inde desumi potuit, quod salvia potissimum arefacta, marcida, et quasi emortua, ad usum adhibeatur. E. S.]

[**Σφάκος** salvia. Est simplicior forma: unde vox *σφάκελος* derivata, quam vide suo loco. E. S.]

Σφάλλω supplanto. Forte cum *σφάω* componendum. Alio loco vir cel. "Verbi *σφάλλω* supplanto origo est *φάλλω*, vel *φάλω*, quod superstes est in Latino fallo. Utrumque pp. positum fuit de eo, qui pede transverso alium conatur evertere. Inde Medium *σφάλλεσθαι*, ut Lat. fallor, generatim, de quocumque errore, quo quis per imprudentiam labitur, poni solet. Unde formula *σφαλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως* nescio quo errore" &c. [Σφάλλειν pp. significat nutare, labare. Sic ebrii dicuntur *σφάλλειν* nutare. Qui titubando cadit, dicitur *σφάλλειν*. Haud dissimili modo usurpatur *πταίειν* pedem impingere in obstaculo, quo fit, ut cadas; nisi quod *σφάλλειν* pp. notet extra pedis offensionem prolabi et titubare &c. T. H.] [Nescio, an ex eadem origine sit Belgarum *vallen*. E. S.]

Σφάραγος sonus gutture editus. Vide *φάρυγξ*.

[**Σφεδανὸς** vehemens. Vide mox in *σφενδόνη*.]

Σφενδόνη funda. Conf. *σφαῖρα*; à *σπάω* forte. [Opportune contulisse videtur Martinius vocem *σφεδανὸς* vehemens. Inserta enim litera *ν*, è *σφέδω* oriri facile potuit *σφένδω*. Sed literam *σ* et ipsam, ab initio, adscitam fuisse, fere persuadeat Lat. fundo. Quodsi tamen comparemus Græcorum *σπένδω* cum Lat. fundo, vix dubitabis, quin rectissime Lennepius ad stirpem *σπάω* retulerit. Notasse autem *σπάω* pp. traho, supra observavimus, in *σπαίρω*. Unde jam deinceps liquere videtur, *σφενδόνην* fundam dictam fuisse à tractione, et vulsione, quacum projicitur, haud aliter atque Hebræis קֶלַע funda dicitur à קָלַע, Ar. قلع extraxit, evulsit. E. S.]

Σφὴν cuneus. Forte à *φάω* findo. [Conf. in *σφήξ*.]

Σφὴξ vespa. Compone *σφήν*. [Ad hanc vocem pertinet etiam vox *σφηκίσκος*, de quo alibi T. H. "Fuere" inquit "qui (in Aristophanis Pluto, vs. 301.) *σφηνίσκος* ponerent: sed male. Nam *σφηκίσκος* nomen bene Græcum est, cujus tamen vocis usus abiit in longe aliam rem, atque ejus origo indicat. Σφὴξ enim vespam notat. Vesparum autem ea est figura, ut in medio tenues valde sint, ad caput vero et caudam tumescant. Hæc forma, in diminutivo, ad alias res transfertur. Diximus, quosdam *σφηνίσκον* legisse (in loco Aristophanis.) Hæc vox est à *σφὴν* cuneus. Σφηνίσκος vocatur, quando à basi lata lineæ in apicem concurrunt. Hæ binæ figuræ si inter se acumine opponantur, vocatur *σφηκίσκος*: quia, nempe, ea forma imitatur figuram vesparum. Ab hac forma ligna ejus generis, ut duos cuneos conjunctos referant, dicuntur *σφηνίσκοι*. Nec tantum in lignorum formis usurpatur, sed etiam apud Arithmeticos numeri quidam *σφηνίσκοι* dicuntur, qui in eam figuram digesti sunt, ut referant cuneum."

Σφίγγω constringo. A *φίγγω*, quod forte Lat. fingo, à *φίγω*, *φίω*. [Latinorum fingo, finxi, fictum (pro figtum, ut lectum, pro legtum) utique demonstrare videtur verbum vetus *φίγω* figo, quod tamen, apud Latinos, diverso nonnihil usu, adhibetur. Ex notione hac fingendi fortasse exponendum est nomen Σφίγξ sphinx: de quo vide Vossii Etymologicum. E. S.]

Σφοδρὸς vehemens. A *σπόω*. Confer *σπίω*, *σπεύδω*. [Etymol, c. 739. 3. *Σφόδρα· ἐπίρρημα ἐπιτάσεως· ἐκ τοῦ σπῶ, τὸ κατασπῶ, σπόδρα, καὶ σφόδρα.* Conf. et *σφύρα*. Hinc *σφόδρα* valde pp. est Accus. Plural. n. g. E. S.]

Σφραγὶς sigillum. A *φραγὶς*, quod à *φράττω*· de quo suo loco.

Σφριγάω turgeo. Forte à *ῥιγάω*, Lat. rigeo: unde *βριγάω*, *φριγάω*, *σφριγάω*. Alioquin cum *φρέω*, et *φράω*, (unde *φράττω*) componendum est.

Σφύζω pulso. Forte pro *φύζω*· quod cum *φυσάω*, componendum. [Proprie impello. Conf. in *σφύρα*.]

Σφύρα malleus et *σφυρὸν* malleolus pedis. [Etymolog. c. 739. 35. *παρὰ τὸ συνεσφίχθαι τὰ ἄρθρα τῇ συνθέσει καὶ τοῖς νεύροις.* Martinius refert ad "*σφύζω* pulso: quod, etsi de arteriis dicatur, tamen similitudinem cum alia pulsatione habet, quod et Latinum pulsandi verbum indicat." Hactenus ille. Hesychius *σφυρόν· σφοδρόν*. Ex qua glossa similis origo vocis elucet. Nimirum à *σφύω*, pp. impello, est *σφυρὸς*, qui impellitur, malleus &c. E. S.]

[**Σχαδὼν** animal pennis et pedibus carens. Conf. verbum *σχάω*. Vide Hesych. in *σχαδόνας*, et ibidem viros doctos. E. S.]

Σχαλὶς varus, paxillus seu furcula, qua retia sustentantur. A *σχάω*, cui vicinum *σχέω*· quod cum *ἔχω* componas.

Σχάω scarifico. A *χάω* aperio. [Duplex videtur olim fuisse *σχάω*, alterum cognatum verbo *σχέω*, quod Lennepius tetigit ad vocem *σχαλὶς* varus, alterum toto cœlo inde diversum, enatumque ex *χάω*, unde etiam *χάρω*, *σχάρω*, *σχάρος*, et ipsum Lat. scarifico, quod redditur *χαράσσω*. Vide ad *χαράσσω*. A posteriori hoc *σχάω*, findo, ducenda quoque sunt *σχαδὼν*, *σχαλὶς* &c. E. S.]

Σχεδὸν prope. A *σχέω*, *ἔχω*. [Vide dicta in *ἔχω* habeo. "Σχεδὸν ab *σχέω*, quod idem atque *ἔχω*. Σχεδὸν pp. est neut. genus Adjectivi *σχεδὸς*, sed Adverbialiter usurpatum. Σχέσθαι autem notat adhærere: *σχεδὸν* igitur est in modum adhærendi, id est ferme, fere. T. H.] [Diversum longe hinc est Lat. scheda, quippe quod à *σχέδω*, cognato alteri *σχίδω* (cujus productior forma fuit *σχίδσω*, sive *σχίζω*, unde et *σχίδη*, *σχίδιον*) et Belgico *scheiden*, pp. findere, findendo separare &c. E. S.]

Σχέτλιος miser. A *σχέω* contineo. [Hesychius exponit *τάλας, φορτικὸς, χαλεπὸς, στεναγμοῦ ἄξιος*· Etymologus etiam reddit *τλήμων, θλιβόμενος, ἄπορος*. Itaque haud improbabilis videri possit Martinii conjectura, vocem esse compositam ex *σχέω*, habeo, et *τάλας* miser. Malim tamen ad *σχέω* recurrere. E. S.]

[**Σχέω** habeo, pp. hæreo, adhæreo, unde *σχέδω*, *σχεδὸν* &c. Contracta forma est ex *σεχέω*, quod pro *ἐχέω*, ab *ἔχω*. Vide dicta in *ἔχω*, et *σχεδόν*. Etiam *σχεῖν*, pp. hærere, est inhibere. Conf. in *σχολή*. E. S.]

Σχίζω findo. A *χίω*, cui cognatum *χάω* aperio, hiscere facio. ["Σχίζειν pp. findere, vel potius (quod verbum hinc derivatum) scindere. Veteres enim dixere *σχίδειν*, et, per *ν ἐπενθετικὸν*, sive insertum (cujus ad formanda verba officium est, in utraque lingua, frequens) *σχίνδειν*. Eam ob rem Latini vetustam rationem (quod sæpe fieri solet) in scidi, et scissus, conservant" &c. T. H.]

Σχοῖνος juncus. Forte à *σχέω*. [Etymol. c. 740. 37. *Σχοινίον· ἐκ τοῦ σχοῖνος· τοῦτο. ἐκ τοῦ σχῶ, τὸ κρατῶ.* Conf. T. H. in *σχολή*. E. S.]

Σχολὴ otium. Componatur *χαλάω* laxo. Alio loco cel. Lennepius. "Vox *σχολὴ* idem pp. significat, quod Lat. otium, tempus, nempe, vacuum, sive à negotiis publicis,

vel munere, sive etiam à quotidiano opere, quod quis vitæ sustentandæ caussa exercet. Unde deinceps, (pariter ut Lat. otium) pro iis exercitiis, quibus à munere vacans se oblectat, ponitur. Præcipue autem spectat ad studia eruditionis. Itaque et breves commentarios, in scriptores veteres, vacuo quasi tempore factos, Græco nomine σχόλια dixerunt." [Hac quidem ex origine vox σχολὴ Latine commode reddi possit relaxatio animi. Conf. in χαλάω. Aliter tamen Etymolog. c. 740. 57. τὸ δὲ σχολὴ γίνεται παρὰ τὸ σχῶ· cui adsentitur vir summus T. H. "Σχολὴ otium, pp. inhibitio operis. Nam est à σχέω, pro quo (mutata conjugatione) dicitur σχέω. Verba ἔχω et σχέω sæpe ponuntur pro inhibeo, coërceo: adeoque σχολὴ pp. est inhibitio, ac tribuitur operariis, ab opere vocantibus. Hinc σχολάζειν vacare labore &c. Hoc adspectu σχολὴ pp. est idem, quod Belgæ dicunt *ophouding*, et σχολάζειν *ophouden van 't werk*. Ceterum conferatur Ausonii, Idyll. 32. laudatum à Vossio in Etymol. E. S.]

[Σάζω servo. A. Schultensius, in Veteri ac Regia via Hebraizandi, p. 101. à σόος repetit, "in quo inest origo impulsionis, et motionis, per quam σόος integer, sospes, salvus, incolumis, potestate translata, vocetur à Græcis is, qui motum retinet." Vide dicta in σόος, et σοφός. E. S.]

[Σώζειν servare contractum est ex σοΐζειν, quod à σόος· hoc vero idem ac σάος salvus. Verbum quoque fuit σάω. Glossam Laconicam, veteris formæ indicem, exhibet Hesychius: ἀπεσοΐζεν· ἀπέσωσε. Λάκωνες. Ex σοΐζειν contractum fuit σώζειν, ut ex χροΐζειν, χρώζειν ex πλοΐζειν, πλώζειν ex πατροΐζειν, πατρώζειν, patrissare, ex ἡροΐζειν, ἡρώζειν unde Doricum ἀφηρωΐσαι, significans in classem heroum referre, sive heroico cultu prosequi, &c. A verbo σώζω, sive tertia ejusdem Præter. perfecti Pass. persona est σωτὴρ servator. Cicero Oratione in Verrem 2. c. 36. "Non solum patronum istius insulæ" inquit "sed etiam sotera, inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut Latine uno verbo exprimi non possit. Is est, nimirum, soter, qui salutem dedit." Hinc facile existimare licet, vocem servatoris, vel salvatoris, Ciceronis ævo, nondum in usum linguæ fuisse receptam. Vi sua Græcum σωτὴρ eximie is est, qui perdita recuperat. Perdita recuperare Græcis σώζειν pp. dicebatur, et hoc Romanis pp. erat servare. Virgilius in Ecloga 9. 7. Certe equidem audieram, —— omnia carminibus vestrum servasse Menalcam. Ubi recte Servius inquit, servasse, recuperasse; amiserat enim possessiones suas Virgilius, bello civili &c. L. C. V.]

Σῶμα corpus. A σόω, quod cum σάω, et ceteris, componendum est. [Ratio denominationis paullo incertior est. Socrates apud Platonem in Cratylo, p. 400. conjectans introducitur, "ideo appellatum esse σῶμα corpus, quod anima in eodem σώζηται, id est, servetur." Rectius fortasse dixeris, σῶμα, pro σόομα, pp. dici à motu; quatenus σῶμα pp. sit corpus animantis vivi. Vide H. Stephani, Thes. t. 3. c. 1212. Verum, quoniam et hæc longius sunt petita, equidem analogiam linguæ simpliciter sequi malim. Nomina, nimirum, in μα desinentia, petitaque à tertia persona Præter. Perf. Pass., ipsam rem denotare solent, quæ peragitur, ut πρᾶγμα negotium, pp. id quod peragitur, στόμα os, pp. id quod repletur; χρῶμα, pro χρόομα, pigmentum, fucus, pp. id quod illinitur; χῶμα agger, pro χόομα, id quod effunditur vel aggeritur &c. Itaque et σῶμα, pro σόομα, vel σόομα, potius id designet, quod movetur, per se, nempe, iners, et motu carens. Hac certe ratione corpus menti opponitur. E. S.]

Σωρὸς cumulus. A σόω moveo, agito. [Σωρὸς pp. est Adjectivum, contractum ex σόωρος, à verbo σόω, quod cognatum alteri σάω, accumulo, unde σάζω, σάττω &c. T. H.] [Conf. in σάζω. E. S.]

[Σώω incito, moveo. Est cognatum alteri σάω, de quo dictum suo loco. Conf. et D'Arnaud Lectt. Græc. p. 127. A σάω isto repetenda porro est forma productior σώχω tero, levigo, nempe, movendo &c. E. S.]

T.

Τάγγω rancor. Forte à τάγω, unde Lat. tango. [Cognatum videtur fuisse τάγω hoc alteri τάκω, unde τήκω liquesco, pp. tactus solis ictu diffluo. Hinc et "τάγηνον sartago, in qua aliquid τήκεται liquesit." Conf. Martinius, qui vocem ταγὸς dux recte refert ad τάσσω ordino, ubi vide et τάγμα. E. S.]

Τάλαντον talentum. A ταλάω suffero. Alibi cel. Lennepius: "τάλαντον ortum est à verbo ταλάω, (unde τλάω, et τλῆμι) Lat. fero, subfero, pp. de lancibus dicitur, in quibus onus vel pondus ponitur librandum. Inde ad ipsum pondus, lancibus imponendum, transiit; quumque olim pondere æstimarent res; argentumque et æs appenderent, pecuniæ loco: inde factum est, ut in re pecuniaria talentum fuerit usurpatum; in variis vero Græciæ regionibus, varia pecuniæ summa sic fuerit dicta. A Græcis ad Romanos deinde transiit vox talentum." Conf. et Gall. *livre*, pro Lat. *libra*, et Britt. *pound*, pp. pondus; de pecunia itidem adhibita. Itaque τάλαντον pp. significavit ipsam libram sive bilancem, quæ manu tollatur, attollatur. Il. Θ. 69. Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε ΤΑ'ΛΑΝΤΑ aureas attollebat lances, et alibi sæpius apud Homerum &c. Hesychius: τάλαντα· ζυγά, σταθμοί. Conf. Eustath. p. 196. &c. "Τάλαντον est à ταλάω, quod à τάλω, cui cognatum τόλω, unde Lat. tolero, quod verbum pp. notat in altum sublatum sustineo. Jam lanx pondera tolerat. A τάλω formata ταλάω, ταλάνω, in Perf. τετάλαγκα, Passive τετάλαμμαι, τετάλανσαι, τετάλανται· unde τάλαντον." T. H.] [Vide Valck. Diatr. p. 288. B. et viros doctos ad Hesychium in ταλάω. E. S.]

Ταλάω suffero. A τάλω, quod à τάω tendo. [Ταλάω idem pp. est ac tollo, et tolero, Latinorum. Pro ταλάω veteres etiam dixerunt τολάω· ταλάω vero contracte τλάω, unde etiam τλῆμι. Ταλᾶν autem, ut et Lat. tolero, ponitur pro sustinere. Hinc τάλας miser, pp. qui onere premitur, [vel onus sustinet.] Pro eo veteres dicebant τάλαυς &c. T. H.]

Ταμίας dispensator. A τάμω, quod cum τέμνω componendum est. Alio loco vir celeb. Verbum τέμνω, seco, factum à simpliciori τέμω, quod peperit nomen τέμενος, quo Græci veteres significarunt agrum, à reliqua terra abscissum, et sejunctum atque ita deo alicui factum sacrum. Apud recentiores Græcos inde nomen hoc sæpe translatum fuit, ad significandum templum. Ab eodem verbo τέμω, seu vicino τάμω, nomina propagata sunt ταμιεὺς, et, hinc factum, ταμιεῖον, cujus loco etiam pronunciatum ταμεῖον, sicut Græci dicunt ὑγιεῖα, et ὑγεία. Proprie autem ταμιεῖς dicebantur dispensatores tam publici, quam privati, quos alio nomine διοικητὰς vocabant, vel τοὺς ἐπὶ διοικήσεως. Jam vero, quum nomina in εῖον, ab aliis nominibus facta, in primis locum aliquem designent, nomen ταμιεῖον significat locum ubi versatur ὁ ταμιεὺς dispensator, adeoque ærarium: dein locum secretiorem abditioremque, in quo olim solebat esse ærarium. Quare etiam recentiores Græci ærarium designarunt voce μυχοῦ.

[Τανύω, idem quod τείνω, pp. tendo. Hinc ἐπιτανύω tensum attraho, intendo. In Medio τανύομαι progredior magnis passibus, pp. intendo, vel tensum attraho me, Belg. *rekken*. Hesychius τανύοντο· ἐξετείνοντο, ἔτρεχον. E. S.]

Ταπεινὸς humilis. A τάπης, quod pro δάπης, vel δάπις· hoc autem componendum cum δάπεδον, de quo suo loco. ["Ταπεινός. Hujus vocis origo latuit Grammaticos. Facile tamen eam animadvertissent, si observassent quædam similia. Adjectiva istius formæ, in εινος desinentia, formantur à Dativis nominum in ει. Ab ὄρος, ὄρει, ὀρεινὸς montanus, ab ἄλγος, ἄλγει, ἀλγεινὸς molestus; ab ἔλεος, ἐλέει, ἐλεεινὸς miserabilis. Eadem est in omnibus ratio. Debuit igitur ταπεινὸς à τάπει, Dativo nominis τάπος, formari. "Τάπος non invenitur in Lexicis, sed in usu fuit olim; certe δάπος, unde remansit δάπεδον, solum. Remansit quoque id ipsum δάπος in compositis quibusdam, veluti in ποδαπὸς, cujas, quod idem pp. est ac ποῦ, vel ποίου δάπους, cujus soli? Sicut autem in usu sunt δάπης et τάπης, ita olim in usu fuerunt δάπος et τάπος. Ex ista origine constat, ταπεινὸν pp. significare quod solo æquale est, atque adeo humile, sensu proprio; nam hoc etiam ab humo denominatum est, ut humiles myricæ, apud Virgilium, Eclog. 4. 2. &c. &c. L. C. V.] [Altius paullo adscendamus. Comparatio verbi Lat. depsere, id est, subigere, manifesto docet, fuisse olim verbum δέπω, unde δέψω, depso, uti à κλέπω est clepso &c. Jam vero hoc ipsum δέπω vicinum fuit alteri δάπω, unde δάπτω, et δάπτομαι· quod in Hesychio exponitur τρύχομαι i. e. subigor, adflictor validius. His, aliisque ex indiciis, colligere licet, δάπω pp. significasse subigo, unde δάπος pavimentum, quasi subactum &c. E. S.]

Τάπης tapes, pro δάπις· quod compone cum δάπος, δαπέδον &c. ac Dorico δᾶ, pro γῆ terra. ["Τάπης et δάπις eadem vox est, et ex eadem voce Persica orta. Hæ autem voces apud Persas notant lecti stragulum, sive tapete. Ponitur etiam pro iis tapetibus, quibus ornantur parietes, et templa." T. H.] [Plura dabit H. Relandus, Diss. 8. de veteri lingua Persica, p. 249-252. E. S.]

Ταράσσω turbo. A τάρω, quod cum τέρω, Lat. tero, componendum. Alibi cel. Lennep. ταράττειν perturbare is pp. dicitur, qui aquam vel similia, motu quodam turbida reddit: qua virtute apud Homerum, Od. Ε. 291. Neptunus σύναγεν νεφέλας, 'ΕΤΑ'ΡΑΞΕ δὲ πόντον coëgit nubes, et mare turbidum reddidit. Inde passim ad animum transfertur, ut Lat. turbare, conturbare, et perturbare; et speciatim de animi commotione, ex metu vel timore orta, poni solet: ut in Evangel. Lucæ 1. 11. ἐταράχθη, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν'" ["Casaubonus in Animadv. ad Athenæi l. 7. 21. ταράττεσθαι, inquit, culinæ verbum est, truare, id est τρύω κινεῖν commovere, non in olla, verum in patina. Quid sit trua, disci poterit ex loco Latini Comici, Titinnii, apud Nonium Marcellum, p. 19. Cocus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua. Proprie ταράσσειν notat vehementi agitatione motum turbare. Apud Palæphatum, de Incredibil. c. 27. Glaucus πίων μέλι ἐταράχθη cum mel bibisset, sic commotus est, ut animi deliquium pateretur. Figurate subito terrore commotus dicitur aliquis ταράττεσθαι. Observetur, hac occasione, verbum ταράσσειν ab Atticis contractum fuisse in τράττειν. Hanc formam, Platoni valde frequentatam, Mœris Atticista adnotavit &c. L. C. V.]

Τάρβος terror. A turbando dicitur. Stirps est τάρω: de quo in ταράσσω. [Etymolog. c. 746. 25. Τάρβος σημαίνει τὸν φόβον. τρισὶ παραγωγαῖς ὁ Ἡρωδιανὸς τοῦτο ὑπέλαβε· πρῶτον ἐκ τοῦ ταράσσω, τάραβος, καὶ συγκοπῇ τάρβος. β' ἐκ τοῦ τρέπω, ἔτραπον, τράπος, καὶ τάρβος· οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι φεύγουσι· τρίτον ἐκ τοῦ τείρω, τὸ καταπονῶ, ἔταρον, τάρος, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ β', τάρβος· Καὶ ῥῆμα ταρβῶ· τάρβησάν τε, ἀντὶ τοῦ ἐφοβήθησαν. "Ταρβεῖν timere, à τάρβος timor: estque in Homero satis frequens. Inde est quoque Adjectivum ἀτάρβητος, qui nullo terrore continetur. Eximie nonnunquam notat illum terrorem, qui præstatur honoris caussa: quæ vis etiam est in φοβοῦμαι. Sic dicitur φοβεῖσθαι τὸν ΘΕΟ'Ν revereri Deum venerari &c. Igitur et ταρβεῖσθαι meticuloso vultu aliquem revereri. T. H.]

[Τάριχος salsamentum piscium, caro sale servata. Hesychius ταριχευτὸν· τηκτὸν ξηρόν. Origo haud dubie est τάρω, quod à τάω extendo. Inde et ταρὸς velox cursu, q. d. extendens se, Belgice *rekkende*: de quo in τανύω et ταχύς. Ab extendendo autem piscis τάριχος dici potuit, quasi porrectus, siccus &c. Conf. et τάρταρος. E. S.]

Τάρταρος tartarus. Nescio, an sit à sono reduplicato ταρ. [A τάρω, quod idem ac τάω pp. extendo, ductum ταρσὸς vel ταῤῥὸς, pp. extensus, porrectus: unde eximie hac voce dicitur τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς, vel τὸ κάτω πλατὺ, planta pedis, vel quod infra latum est ac porrectum. A τάρω similiter ταρτὸς, ταρτὰρ, τάρταρος, fortasse ab immani profunditate, qua porrigitur. Lege sis, quæ de vocibus שאול ᾅδης &c. dedi ad Cant. Hisk. p. 33. 34. A Chald. דרדר dardar, i. e. decidit, aut ab Hebr. נטר natar, Lat. servavit, meo quidem judicio, minus verisimiliter repetiit cel. L. Bos, Diss. de Etym. Gr. p. 41-44. E. S.]

Τάρφος densitas. Forte dicitur à turbando. A τάρω, vel ταράσσω. [Hesychio interprete τάρφεα notat ξηρὰ arida, τραχέα aspera &c. Itaque rectius fortasse repetas ab extendendo, plane ut τάριχος, quod vide. E. S.]

Τάρχεα inferiæ. Fortasse à ταράσσω. [Respondet huic origini τάρχη, quod, apud Hesychium, redditur per τάραξις. Idem etiam ἄταρχον exposuit ἀχείμαστον. E. S.]

Τάσσω ordino. A τάω protendo. Alibi vir cel. "τάσσειν, vel τάττειν, inquit, pp. convenit ordini rerum, serie quadam dispositarum. Nam τάσσειν, (sicuti omnia verba in σσω) factum est à Futuro τάσω· ut adeo stirps sit τάω, cujus loco usurpatur τάνυμι, id est, tendo, extendo. Hinc τάξις ordo pecul. militum, ratione latitudinis, ut στοῖχος, et στίχος, ordinem militum notat, in profundum dispositorum." Ars autem ordinandi et instruendi exercitum dicebatur, τακτικὴ &c. ["Ut μαλάσσω à μαλάω, χαράσσω à χαράω, μάσσω à μάω, πάσσω à πάω, pariter τάσσω à τάω· quod verbum olim significavit rego, et rectum cursum pono, dirigo. Hinc fluxerunt omnes significationes, quas Lexicographi præbent, sub τάσσω conspiciendas &c." L. C. V.] [Τάω idem quod τέω, τείω, τείνω. A τάω est τάγω, τάσσω, τάζω et τάζομαι tendendo apprehendo [pp. extendo me, nempe, ad rem capiendam, fere ut ὀρέγομαι.] Porro τάω facit Futurum secundum ταγῶ, Præteritum Med. τέταγα, unde τεταγὼς et τεταγὼν, quæ utraque forma, apud vetustissimos Græcos, in usu fuit. Τάζειν et τάζεσθαι Grammatici recte exponunt ἐκτείνειν, et deinde λαβεῖν. T. H.]

[Ταῦρος taurus. Videtur vox esse orientalis, Arab. ثَوْر, Chald. תור, i. q. Hebr. שור. Adi omnino Vossium, in Etymologico. E. S.]

Ταχὺς celer. A τάω tendo. [Conf. in τανύω &c. Hinc τάχα, pro ταχέα, celeriter. Etiam forsan, forte, q. d. celeriter, vel brevi, ita accidat. &c. Proxime autem vox ταχὺς videtur ortum à τάγω, unde et τάγγω· ut à τέταχα, pro τέτακα, sit τάχος celeritas, ταχὺς celer. &c. Conf. in τάγγη. E. S.]

[Τάω pp. tendo, stirps fere obsoleta, cognata alteri τέω. Vide T. H. in τάσσω. Apud Homerum aliquoties occurrit vocula τῆ, id est λαβὲ accipe, nempe τῆ, pro τάε. ut recte cl. Albert. ad Hesych. t. 2. col. 1378. Conf. Il. Ξ. 219. Od. Ε. 346. &c. Ab eodem τάω sunt τέτατο extentus pependit, ἐτάθη, et aliæ formæ, verbo τείνω subjungi solitæ. Inde et ταὼς pavo, caudam extendere solitus. Ita Etymol. col. 749. Vocem Persicam (طاوس) esse putabat H. Relandus, Diss. 8. p. 231. Vide T. H. laudatum ab Albert. ad Hesych. in ταώς. Conf. et Animadverss. ad Anal. p. 245. E. S.]

[Τε Lat. et. Videtur, per aphæresin primæ vocalis ε, dici pro ἐτι, qua lege μι dixerunt pro ἐμί. Vide supra in ἔτι. Origine sua differt nonnihil à Lat. que, quod etymo suo proxime respondet Græcis κε et καί· de quibus lege dicta in καί. E. S.]

Τέγγω tingo. Dicitur pro τέγω, cui vicinum τάγω. [Conferantur dicta in στέγω. Videtur autem τέγγω et tingo Lat. non nisi dialecto leviter diversa fuisse: neque adeo dubitare fas est, quin et Lat. tango iisdem fuerit cognatum. Origo quærenda certissime est in verbo τέω, cui vicina fuerunt τάω, τίω, τόω, τύω; notio autem propria est illa tendendi. Hinc illa tangendi manu digitove extenso: tingendi vero altera, quasi dicas deorsum ten-

dere, adeoque liquori immittere digitum, lanam &c. Sed notio ista tangendi etiam, majori quadam cum emphasi, translata fuit ad tactionem, sive tensionem fortiorem, qua quid subigitur, et maceratur. Hinc explicandæ sunt glossæ veteres apud Timæum τέγγειν· μαλάττειν. Τέγγεσθαι· εἴκειν (i. e. cedere, quasi dicas, subigi, macerari &c.) Vide omnino, ad Timæi hæc. cel. Ruhnken. p. 248-250. E. S.]

Τείνω tendo. Pro τένω, quod à τέω. [Alibi hæc habet vir cel. "Εὐτόνως non male redditur magna contentione. Oritur, nempe, à verbo τείνω, seu τένω, i. e. tendo. Ab hujus Præter. Medio est τόνος, Lat. tensio: unde dein εὐτόνως. Ratione autem significationis comparari potest cum verbo διατείνω, quod est pp. protendo, et speciatim in disputationibus et contentionibus usurpatur, ad vehementem animi intensionem significandam: ut sæpe positum invenitur apud Platonem, et alios scriptores." Formam verbi τάω alteri τείνω &c. vere cognatam fuisse, ad oculum demonstrabit comparatio vocum τάσις tensio, intensio, et τατικὸς tendendi vim habens; quibus junge formas verbi τέτατο extentus pependit, Il. X. 307. τέτατο δρόμος extensus sive longius porrectus fuit cursus. Theocriti Idyll. 11. 32. &c. A τέω autem propagatum fuit τένω· unde τένων, τένοντος, Lat. tendo, et Latinorum tenor, tenus &c. Rursus à τάω, sive ταίω, reduplicatum est τετάω (unde τέτανος) tensus, et τιταίνω extendo. A τόω τόνος, Lat. tonus, à τόνος rursus verbum τονόω. A τύω est τύσσω, τύσκω, τιτύσκω· unde τιτύσκομαι· quod vide inferius. Conf. omnino etiam τείνεσθαι cruciari, quod pp. est extendi. Vide cel. Ruhnk. ad Timæum, p. 207. et ibid. laudatos. E. S.]

Τείρω vexo. A τέρω, proprie tero. [Hinc repete, quod verbum τείρω Futurum habeat τερῶ, ductum quippe ab antiquiori τερῶ. Ergo et τείρεσθαι laborare pp. notat atteri. Ut Il. N. 538. Οἱ τόν γε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα Τειρόμενον, i. e. laborantem, sive καταπονούμενον, τιμωρούμενον, ut redditur in Hesychio: pp. tamen magis dixeris attritum doloribus. Hebræos hoc vocasse נחלה, eximie demonstravit ὁ πάνυ A. Schultens. in Orig. Hebr. l. 1. c. 9. et Vindic. p. 113. E. S.]

Τεῖχος murus. A τείχω, cui vicinum τεύχω, τύχω. [Vide infra in τέκω et τεύχω.]

Τέκμαρ signum. A τέκω, cui vicinum τύκω. [" Origo est antiquum τέκω, cujus loco postea dixerunt τίκτω: ita tamen, ut illius veteris verbi tempora quædam remanserint in usu. Τέκω autem, et τίκτω, significarunt in lucem profero, pario. Inde τέκος proles, et productius τέκινος, contractum deinde in τέκνος, unde superest τέκνον filius, quod in usu idem valet ac τέκος et τόκος. Jam vero verbum illud τέκω antiquitus ex se propagavit Præter. Pass. τέτεκμαι. Hinc ortæ fuerunt formæ rariores, idem fere significantes, τέκμαρ, τέκμης, et τέκμωρ. Alterum τέκμης novam formam produxit τεκμήριον, æque ac priora illa, pp. significans indicium, quo res obscura profertur in lucem. Postremum hoc remansit in usu: reliqua, in sermone Græcorum quotidiano, fuere neglecta, custodita tamen à poëtis, qui in omnibus linguis esse solent antiquorum vocabulorum studiosi," &c. L. C. V.] [Reliqua vide in τέκω, τεύχω, τίκτω. E. S.]

[**Τέκω**. " Verbum hoc in veteri lingua notabat in lucem profero, argute invenio. Hinc τέκινος, τέκνος, τέχνος, τέχνη &c. Ab ejusdem verbi tertia Præter. Pass. τέτεκται est τέκτων, eum pp. designans, qui solerter aliquid reperit, et in lucem profert" &c. T. H.] [Stirps certissima est τέω, pp. tendo: de qua origine vide in τείνω. A notione autem tendendi, sive protendendi, videtur ea orta esse in lucem proferendi, tensa quasi manu. E. S.]

Τελαμὼν fascia, lorum clypei. Ab Etymologo exponitur ὁ ἀναφορεὺς τῆς ἀσπίδος, ὅ ἐστι πλατὺς ἱμὰς, ἀφ' οὗ ἤρτηται ἡ ἀσπίς κ. τ. λ. Refertur vulgo ad ταλάω, unde ταλαμὼν, et ex dialecto τελαμών. Malim equidem recta repetere à τελάω, forma cognata alteri ταλάω. Ab eodem certe τελάω apud Hesychium superest τελάσσαι, quod explicatur τολμῆσαι, τλῆναι, i. e. ferre, sustinere. Inde et apud eundem τέτλαθι (pro τετάλαθι) redditur ὑπόμεινον, i. e. perfer, pp. sustine, tolerato. E. S.]

Τέλμα locus palustris. A τέλω. [Etymol. c. 751. 22. Τέλμα τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων· καὶ τέλματα τὰ πηλώδη, καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος. Similia habet Hesychius: unde eruditiss. Martinius suo more collegit, τέλμα dici à τέλος finis, " quia is est limus, in quem aqua desinit." Analogia suadet, ut τέλμα, præëunte Lennepio, arcescamus potius à τέτελμαι, prima Præter. Pass. verbi τέλω, pro quo vulgo dicitur τέλλω. Plura dabimus infra sub τέλλω. E. S.]

Τέλλω, à τέλω, unde τέλος, τελέθω &c. Origo forte τέω protendo. [Conf. omnino Lennep. in στέλλω. " Τέλλειν, vel τέλειν (quomodo veteres dixere, litera λ non duplicata) pp. significat tendere ad finem. Ortum est verbum à primitivo τέω. A τέλω est τέλος, et hinc τελέω &c." T. H.] [A notione tendendi primaria, quæ est in verbo τέω, nostrum τέλλειν, sive τέλειν, proprie videtur significasse tendere pecul. in altum: quæ notio satis manifesta est in Lat. tollo, ac cognato Græco τάλω, ταλάω &c. de quibus supra dictum in τάλαντον. Hinc τέλλεται (pp. tollitur, attollitur, sive attollit sese) in Hesychio reddi videas ἀνίσταται, φαίνεται, γίνεται. Inde et fortasse τέλμα locus palustris ideo dictus est, quod in eo attollant sese, et lætissime excrescant, atque exoriantur arundines. Sed eadem notio primaria tendendi in altum translata quoque est ad longitudinem, quorsum se res quasi tollant, et tandem perveniant; unde τέλος, finis, extremum rei, quo tendit. Conf. Lat. telum, et Gr. τῆλε. E. S.]

Τέλος finis. A τέλω facio, produco, perficio. [Τέλω pp. idem est ac Lat. tollo. Vide in τέλω, ubi plura invenies. " Ab antiquo verbo τέλω ductum est τέλος· ab hujus autem Dativo τέλει, est τέλειος pp. is, qui ad metam pervenit. Hinc ἀνὴρ τέλειος, pecul. non is est, qui ad metam vitæ, sed qui ad metam floris juvenilis pervenit. Hoc sensu Jupiter, apud Apollodorum, p. 3. ἐγεννήθη τέλειος, et Jovem τελείου ἀνδρὸς ἡλικίαν ἔχοντα dixit Cornutus de Natura deor. cap. 9. p. 151. Ad ætatem virilem pervenire εἰς ἀνδρὸς τέλος ἰέναι dicitur in Platonis Menec. p. 249. &c." L. C. V.] [Conf. H. Steph. ad Callim. Hymn. in Jov. vs. 57. et cel. Ruhnk. ad Timæum voce προτέλεια, p. 224. 225.] [" Vectigal quoque τέλος dicebatur] [An a proferendo? ut Belgæ dicimus *tol, of schatting opbrengen?*] ὠνεῖσθαι significabat redimere, sive emere; sic enim pro redimere sæpius (emere) dicebant Romani. Qui vectigalia redimebant, publicani, illinc dicti sunt τελῶναι. In Glossis Philoxeni Publicanus redditur δημοσιώνης, τελώνης. Dantur istiusmodi composita bene multa: equorum emtor ἱππώνης, boum emtor βοώνης &c. Latent etiam variata hic illic istiusmodi vocabula. In Oratione Andocidis nebulo quidam famosus, Agurrius, dicitur ἄρχων εἰς τῆς πεντηκοστῆς. Scribendum ibi, una voce, ἀρχώνης τῆς πεντηκοστῆς, i. e. princeps publicanorum, qui redemerant quinquagesimam mercium, in portum allatarum." &c. L. C. V.]

Τέμνω seco. A τέμω, quod forte à τέω. Alibi vir celeb. " A verbo τέμω (quod olim in lingua Græca exstitisse, docent proxima derivata τέμων, nomen Participiale, aliaque) duplex verbi forma orta est, usitatum, nempe, verbum τέμνω, et alterum τεμάω. Hoc, contractum in τμάω, tempora varia peperit, quæ verbo τέμνω adjungi vulgo solent. Significat autem τέμνω pp. seco in duas partes: unde τομὴ sectio &c. Περιτέμνειν, compositum, inde significat circumcidere, vel undique cædendo partem auferre. Usus autem voluit, ut verbum hoc, quemadmodum etiam nomen περιτομὴ, præcipue, tanquam proprium, attribueretur actioni præputium circumcidendi, quo sensu non tantum à sacris scriptoribus passim fuit adhibitum, sed ab aliis quoque, qui res populorum tractarunt, quibus antiquitus in usu esset præputii circumcisio. Probe distinguendum est hoc verbum περιτέμνειν ab altero ἐκτέμνειν exscindere, quod veteres Græci usurparunt de exscissione membrorum virilium: unde ἐκτομὴ castrationem notat. Inde rursus differt aliud ἀποκόπτεσθαι, (in Epistol. ad Galat. 5. 12. obvium,) quo verbo dicebantur non adeo castrati, quam ii, quibus partes omnes genitales abscinderentur: qui mos in Oriente et olim viguit, et etiam nunc hodie obtinet. Illum haud dubie, in memorato loco, respexit Paullus." Hactenus ille. [A veteri illo τέμω ductum quoque est nomen τέμενος, de quo T. H. " Τέμενος, inquit, olim pp. dictus fuit ager separatus, ab aliisque sejunctus, ut regibus, aut viris eximiis, honoris caussa, propter summa eorum in remp. merita, virtutemque et res egregie gestas, attribueretur. Hic usus in Homero frequens est, atque in eam mentem Scholiastæ exponunt ἀποτετμημένη κατὰ τιμὴν, ad Il. B. 696. Quibus in verbis origo vocis patet ἀπὸ τοῦ τέμειν, vel, ut postea dixere, τέμνειν secare, dividere. Eleganter expressit Homerus, Il. Z. 194. Οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων. Pari potestate, Il. N. 313. Σ. 650. Vetustissimi vero mortales, quum nondum templorum struendorum aut ratio constaret, aut mos invaluisset, deos quoque honorabant istiusmodi τεμένει, i. e. disterminata, et ad cultum divinum consecrata terræ parte, ubi ara de vivo cespite solebat erigi, suffimentis adoleri" &c. &c. Conf. et Lennep. supra in ταμίας. E. S.]

Τένδω sive τένθω, comedo. Nescio, an à τένω, unde et τείνω. [Pluribus de hoc verbo disquirit H. Stephanus in Thes. t. 3. col. 1409. et 1410. laudatque in primis locum Hesiodi Ἐργ. vs. 524, ἤματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα ΤΕΝΘΕΙ sive ΤΕΝΔΕΙ, ut vulgo legi solet. Comparatio verbi Lat. tendere certissime demonstrat, originem esse repetendam à τένω tendo. Hesychius τένδει· ἐσθίει. Ratio tamen translationis minus obvia. Fortasse τένδει, sive τένθει, ibidem pp. idem est ac si Latine dixeris tenuat, attenuat, i. e. comminuit. Tenuare enim sine dubio et ipsum est à stirpe τένω. E. S.]

[**Τένω** obsoletum verbum, cujus forma Participialis remansit in voce τένων, τένοντος tendo. Tetigit eam Lennepius noster in τείνω, et alibi de verbo ἀτενίζω disputans. " A verbo τένω, inquit, (unde Lat. tendo et Græcum τείνω, nec non Participium Substantive usurpatum τένων) ortum est τένης, quod peperit compositum ἀτενὴς intentus: nam α in hoc et similibus aliis compositis intendit significationem. —— Ab ἀτενὴς porro verbum ἀτενίζω, i. e. valde intendo, ubi de oculis, vel de acie mentis, sermo est. Significat enim, quasi subintelligatur τοὺς ὀφθαλμοὺς vel τὸν νοῦν, intendere oculos, vel aciem mentis, et plerumque construitur cum Dativo, vel cum Præpositione εἰς et Accusativo. Itaque recte vulgo redditur intentis oculis adspicere." Vide cl. L. Bos Ellips. in voce. " Apud Heliodor. Æthiop. l. 8. p. 357. libidinosa Arsace ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἀτενίζουσα immotis intentisque oculis formosum adolescentem Theagenem intuebatur. Adjectivum ἀτενὴς pp. illum notat, qui tendit et intendit nervos. Figurate hinc ponitur de homine austero et rigido: ut ab Aristophane in Vespis vs. 729. μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνὴρ, quamquam Scholiasta ibidem vocem ἀτενὴς accepit de furioso, διὰ τὸ ἀτενὲς βλέπειν τοὺς μανίᾳ κατεχομένους. Vocabulum ἀτενὴς (proprio sensu de illo, qui summa cum virium contentione festinabat) adhibetur ab Euripide in Alcmæone, Tragœdia deperdita: è qua hoc fragmentum nobis servavit Hesychius: ἥκω δὲ ΑΤΕΝΗΣ ἀπ' οἰκιῶν. Ubi istum locum attigit Grammaticus, ἀτενίζειν, inquit, λέγουσι τοὺς συντείνοντας καὶ ἐπερείδοντας τὴν ὄψιν. Quid sit rectis oculis videre, in perdocta adnotatione, explicuit R. Bentleius ad Horat. Carm. l. 1. 3. 18." &c. L. C. V.] [Conf. et de τένω Analog. p. 10. E. S.]

Τέρας signum, prodigium. Forte à τέρω tero. Alibi vir cel. " Differunt σημεῖα et τέρατα," inquit, " eo, quod σημεῖα signa sint naturalia quarumvis rerum, τέρατα vero prodigia, seu signa præternaturalia; sive in cœlo, sive in terra, Divina potentia, præter naturam, effecta videantur, eum in finem, ut rerum futurarum signa sint et portenta." An quod obterant, quasi, sive stupore percellant enecentque mortales? E. S.]

Τερέω terebro. A τέρω tero. [" Τρητὸς à τέτρηται, verbi τράω, ex τέραω, ab antiquo τέρω tero. Τρᾶν significat perforare: unde τρητὸς perforatus, foramina habens." T. H.] [Apud Hesychium ex ipso verbo τερέω superest τέρεσσε pro ἐτέρεσσε, quod exponitur ἔτρησε et ἐτόρησε. Itaque à τέρω producta fuisse oportet τεράω, contr. τράω· τερόω contr. τρέω· τερόω, contr. τρόω. Porro à cognato τόρω (unde τόρος et τορὸς,) τορέω, τορόω, τορύω &c. Inde et τόρνος tornus, et Lat. torno, pro τόρνος, τορένω, similive forma. A τερέω autem τερέβω, τέρεβρος, unde fœm. terebra, et verbum terebro. Ceterum etymologiam hanc valde commendat vox longius derivata " τερηδὼν, Lat. teredo, vermis ligna terebrans, proprie vermis, qui in mari ligna terit seu terebrat, teste Theophrasto" &c. Stephan. et Scapula, in voce. E. S.]

Τέρμα terminus. A τέρω.]Cognata haud dubie vox est Lat. terminus, eademque, per certissimas analogiæ leges, à τέρω tero, repetenda. Sed fortasse hic altius adscendendum est ad ipsum priscum verbum τέω tendo; ut τέρμα sive terminus pp. sit, quod recta defigatur, atque in terra cum tensione quadam depangatur: prorsus ut Hebræi, à depangendo defigendoque firmius, suum גבול (terminus) dixere. An ex eadem origine et τέρμις apud Hesychium, i. e. πούς pes, quia protenditur, sive deorsum tenditur; τέρμονες item, ab Hesychio redditi τέλη, φραγμοὶ, ὅρια, fines protensi, sepes cum tensione defixi, termini altius depacti? E. S.]

Τέρπω mulceo, oblecto. A τέρω tero. [" Verba ἥδομαι et τέρπομαι ubi junguntur, diversam hanc habere debent significationem, ut ἥδομαι pp. notet mente et animo gaudeo, τέρπεσθαι vero ex rebus visis et externis lætitiam capere. Igitur τέρπεσθαι dicitur is, qui grata audit vel videt: unde εὐτερπὴς, qui oculis alterius est gratus, ἀτερπὴς deformis, qui sua deformitate aliorum oculos offendit." T. H.] [De τερπνὸς jucundus lege L. C. V. in στερπνός. Itaque τέρπω hoc, à τέρω ductum, pp. fuerit protensa manu leviter tero, atque adeo blande mulceo, demulceo: τέρπομαι vero mulceor leniter, aut, sensu Medio, titillo memet, me ipse demulceo leniter. Hæc certe longe magis verisimilia quam ista Etymologi, col. 752. Τέρπεσθαι μετάθεσίς ἐστι τοῦ ρ παρὰ τὸ τρέπεσθαι, καὶ μετάγεσθαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν βιωτικῶν φροντίδων, ἢ ἀπὸ τοῦ θεραπεύω, τὸ τέρπω. E. S.]

Τέρσω sicco. A τέρω tero, unde tergo, abstergo. [De verbis tergo ac tergeo legatur A. Schultens, Origg. Hebr. t. 1. p. 278. Proprietas inde repetenda videtur, quod qui abstergit, adeoque siccat, protensa manu terat leviter. Exemplum capiatur ex illo, Il. Λ. 267. αὐτὰρ ἐπεὶ τὸ μὲν ἕλκος ἘΤΕΡΣΕΤΟ, παύσατο δ' αἷμα. Recte ibi Clarkius: at postquam vulnus quidem siccatum est, cessavitque sanguis. Ad literam tamen vox ἐτέρσετο pp. notat detersum est. Unde notio siccandi, per metonymiam, invaluit. Belgice dicas: *na dat de wond afgedroogd was, aegewischt was, en het bloeden ophield.* Rectissime igitur Scholiastes minor: ἐτέρσετο· ἐξηραίνετο τῆς ἐκ τοῦ αἵματος νοτίδος. Sed clarior etiam alius locus est, Od. Ε. 151. Ulyssem autem in litore invenit sedentem Nympha, οὐδέ ποτ' ὄσσε δακρυόφιν ΤΕΡΣΟΝΤΟ neque unquam oculi à lacrymis siccabantur, pp. detergebantur. Ceterum de formatione verbi τέρσω, (unde et apud Latinos superest Supinum tersum, &c. consule Analogiam Lennep. p. 185. E. S.]

Τέσσαρες quatuor, Attice τέτταρες. [Ratio appellationis nominum numeralium quam difficilis exploratu sit, supra jam admonitum fuit in Δέκα, Εἴκοσι, Ἑκατόν. Quodsi tamen et hic loci conjectasse quædam liceat, τέσσαρες sive τέτταρες videtur antiquæ formæ Pluralis esse (qualis Latinis in tertia Declinatione desinit in ES) à Singulari voce

obsoleta τίσσαρ, aut τίτταρ. Pro τίτταρ (unica litera τ adhibita) olim pronunciatum fuit τίταρ· antiquissimi enim Græci literas non duplicabant. Ab hocce τίταρ superest quoque forma Adjectiva τίταρτος quartus, et Adverbium ejusdem τετάρτως. Pro τίταρτος autem poëtæ dixerunt τέτρατος: qua fere lege et τέτρας quaternio dicitur pro τίτρας. Jam vero τίταρ hoc (quod etiam, obscurius pronunciatum, fuit τέτορες poëtarum) in Plurali commodissime dabit τίταρες, unde τέτταρες, τέσσαρες. Quodsi jam deinceps quæratur, unde orta sit Singularis vox τίταρ sive τίτορ, ex qua Pluraliter dictum τίταρες, sive τίτορες et τίτταρες, τέσσαρες; in promtu erit responsio. Qua enim lege ab obsoleto ὄνω sive ὄνημι, est ὄναμαι, ὄνασαι, ὄναται, et hinc ὄναρ somnium: eadem à τάω, sive τάμι, aut à τέω, sive τέμι, oriri potuerunt τίταμαι s. τίτομαι, τίτασαι, τίτοσαι, τίταται, τίτοται, et hinc τίταρ sive τίτορ. Stirps τάω, sive τέω, proprie notavit tendere, dein ponere, pecul. gressus, adeoque stare: quod ipsum στάω Lat. sto esse à τάω, alibi ostensum fuit. Itaque τίταρ, sive τίτορ, pp. notare potuit id quod stat, sive erectum tensumque consistit. Unde Plur. τίταρες sive τίτορες, ita dictos fuisse putem pedes, quasi stantes, Arab. قُوَائِم. Qui quidem pedes quum in animalibus plerisque, bobus, equis, ovibus &c. sint numero quatuor: ipse numerus quaternarius inde videtur fuisse desumtus. Etymon illustrare poterit Hebr. et Ar. ארבע sive أَرْبَع quatuor, itidem à رَبَع constitit, ductum. De terminatione κοντα, in τεσσαράκοντα quadraginta &c. vide supra in εἴκοσι. E. S.]

Τίττα vox benevolentiæ aut honoris &c. Ejusdem generis cum ἄππα, ἄττα· de quo supra. [Itaque per ὀνοματοποιΐαν dictum fuerit. Occurrit apud Homerum, Il. Δ. 412. ubi Diomedes ad Sthenelum: τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. Editio Clarkii et Ernestii ex Eustathio hanc habet: τέττα προσφώνησίς ἐστι φιλεταιρική.—— Τινὲς δὲ σχετλιαστικὴν νοοῦσι τὸ τέττα [fortasse τέτλα] ἀποκοπὴν ἐκ τοῦ τέτλαθι. Vide et Hesych. in τέττα, ibidemque viros doctos. Idem Hesychius antea præbuerat vocem τέτα· λίαν, κάρτα. Videri possit hoc posterius τέτα contractum fuisse ex τέταα, quæ forma nobis præbeat accusativum Plur. neutr. gen. Adjectivi cujusdam obsoleti τέταος· quod à τάω tendo, τετάω intendo. Apud Homerum certe, Od. Λ. 29. legitur τέταται, tanquam 3 pers. Sing. à τέταμαι pp. tendor, extendor. Unde Hesych. τέταται· τείνει. Est quoque in eodem sæpius obvium τέτατο tensum erat, Il. Γ. 372. vel tendebatur, intendebatur, Il. M. 436. &c. Tali certe ex origine τέτα dici potuisset pro τέταα, vel et pro τέτας, tanquam forma Imperativa secundæ personæ Singularis pp. tende, intende: quod ipsius τέτα etiam τέττα prolatum sit, media consonante (ut in compluribus aliis) geminata. E. S.]

Τέττιγξ cicada. Vox facta à sono, quem per æstatem edit. E. S.]

Τευτάζω satago, sedulo rem gero. Forte pro τετάζω, unde τεταύζω. A τάζω, pro τάσσω, de quo suo loco. [Timæus p. 235. τευτάζειν, πραγματεύμενος, ἐνδιατρίβειν· ubi vide cel. Ruhnkenium, à quo verbum hoc plenissime exponitur, et linguæ Græcæ vindicatur: laudatis quoque viris eruditissimis, qui de eodem egerunt. Hesych. τευτᾷ· τεχνᾶται· ubi Guyetus, "A τέω, inquit, τεύω, τεύχω, τευτάω, τευτάζω." Simplicior fortasse est derivatio Lennepiana, à τετάζω· quod repeti potest à τετάω, hoc vero pro forma reduplicata accipi verbi τάω. Prima, nempe, verbi litera cum ε repetita, ex τάω, oriri potuit τετάω, qua lege à κράγω est κεκράγω, à λήθω, λελήθω &c. Jam vero quum τάω idem significet ac τέω tendo, hac quidem ex origine τευτάζειν pp. fuerit tendere, contendere, atque adeo σπουδάζειν, φροντίζειν &c. Cetera vide apud Ruhnkenium, et Hemsterhus. in Poll. l. 9. 137. E. S.]

Τεύχω paro, fabricor. A τέκω, vicino τύχω. Stirps τέω protendo. [" Verbum antiquum τέκω, significans pp. in lucem profero, pario, creo, multiplici forma olim conterebatur. In Lexicis hinc reperitur τεύχω struo, paro. Id origine sua idem est. Verbi flexus tantum sunt diversi τέκω, τίκω, τίκτω, τύχω, τεύχω." L. C. V.] Vide et infra in τέχνη, τυγχάνω.

Τέφρα cinis. A τέφω, quod idem forte ac τύφω. [Etymol. col. 755. 55. Τέφρα, παρὰ τὸ τύφω, τὸ καίω, ἡ κεκαυμένη σποδιά.]

Τέχνη ars. A τέκω, unde τεύχω. [" Contracta vox est ex τεκίνη· in masc. gen. τέκινος, quod a τέκω, pro quo in Præsenti dicitur τίκτω, notatque pario, in lucem profero. A τέκω ergo est τέκινος, contracte τέκνος, τέκνη, et, mutato κ in χ, τέχνη. A τέκνος superest neutrum τέκνον, quod Substantive notat filium. Τέχνη igitur pp. significat artem, proferentem in lucem. Artis autem opificia et artificia vocantur τέχναι. Sic ars oratoria τέχνη ῥητορική· ars pictoria τέχνη γραφική. Hinc est ἄτεχνος, accentu in prima syllaba posito, notatque sine arte confectum. Præterea τέχνη (ars) etiam dolum notat: unde ἀτεχνὸς, accentu in ultima syllaba posito, apud Græcos dicitur simplex, sine ullo dolo &c. T. H.]

[Τέω pp. tendo (forma verbi cognata alteri τάω) simplex est thema, unde τείνω, τείω, τέλω &c. producta sunt. Adspiratione adhibita etiam dixerunt θέω. Confer supra in voce. Illuc referri potest etiam forma τῇ accipe pp. tende, vel extende manum, ad capiendum. Vide in τάω. E. S.]

Τήκω liquefacio, pp. attenuo. Fortasse à τάω extendo. [Conf. in τέγγω, et A. Schultens. Origg. Heb. t. 1. p. 131. " Τήκειν, notat ex substantia solida liquidum reddere, et liquefaciendo attenuare. Sæpe de metallorum quovis genere liquefacto ponitur, sed etiam pro tabescere, de corpore humano, quod marcescit et extenuatur. Unde τήκειν τὸ σῶμα dicitur tabes. In Præterito Medio τέτηκα est potestas neutra, ita ut pp. notet sum tabefactus: qualis vis etiam est in σέσηπα &c. T. H.]

[Τῆλε et τήλου procul. " Adjectivum antiquum fuit τῆλος, Latinis olim quoque usitatum, telus, tela, telum. Hujus fœmininum tela Substantive significavit extensum linum: neutrum vero telum idem ac βέλος, sive jaculum, in longum protensum. Ejusdem hujus τῆλος pp. protensus Genitivus Singularis est τήλου" &c. T. H.] [Nimirum τήλου Adverbialiter accipitur per ellipsin Præpositionis ἀπὸ, ἐκ, vel similis. Ἀποτήλου plena phrasi legitur, Od. I. 117. τῆλε vero videtur esse, pro τήλει, Dativus, sive Ablativus antiquus, obsoletæ vocis Subst. τῆλος, sive potius τῆλις, in Gen. τήλεος, Dat. τήλεϊ, τήλει, et, iota neglecto, τῆλε. Hac lege τῆλε plene fuisset ἐν τήλει. Idem τῆλε in compositis eandem habet rationem, uti v. gr. in τηλέσκοπος et τηλεσκόπος, τηλέμαχος, τηλεφανὴς &c. pro ἐν τήλει φανὴς &c. Eadem fere ratio est formarum τηλόθι et τηλόθεν, nisi quod particulæ ad finem adjectæ θι, et θεν locum præpositionum hic servent. Ceterum τήλω sive τέλω antiquum verbum est, quod recentiores dixere τέλλω, et proprie vi sua respondet Belgico opschieten. Conf. infra suo loco τῆλις. E. S.]

[Τηλία vas situlæ figura &c. Etymol. col. 756. 57. Τηλία σῆγμα τετράγωνον, ἐφ' οὗ ἤτοι τὰ ἄλευρα πιπράσκεται, ἢ ἀλεκτρύονες συμβάλλονται κ. τ. λ. Videtur pp. vox Adjectiva esse à masc. τήλιος, quod à τῆλος. Thema τέλω, Conf. in τήλου. E. S.]

[Τῆλις fœnogræcum. Fortasse dictum à τήλω, h. e. idem ac τέλω, τέλλω, Belg. opschieten. Vocem hanc supra jam tetigimus in altera τῆλε, quæ adverbialiter accipi videtur, pro τήλει, Dativo Singulari vocis τῆλις. Quod autem fœnogræcum Græce τῆλις dictum sit, repetendum videtur à forma hujus plantæ. " Est caula, inquit Martinius, et siliquis longe extensis." E. S.]

[Τήνελλος et τήνελλα. Videri possint esse Latinorum tenellus et tenella: sed toto cœlo inde sunt diversa. Aristophan. in Equit. vs. 276. Si quidem eum clamore vincas, τήνελλος εἶ tenellus eris, id est triumphum duces musicum. Idem in Acharn. vs. 1228. τήνελλα νῦν &c. ubi Steph. Bergleras: " Τήνελλα vox ficta" inquit " ad exprimendum sonum organicum, in Epiniciis carminibus adhiberi solita" &c. Idem ad Equit. vs. 276. " Schol. νικηφόρος. Τήνελλος δὲ κρουμάτιον ἐπινίκιον, tenellus est sonitus lyræ aut tibiæ, index victoriæ. &c. E. S.]

Τηρέω servo. A τέρω [Etymologus p. 757. 47. Τηρῶ παρὰ τὸ θέω, θηρῶ· ὅσου γὰρ τρέχει τὶς καὶ θεωρεῖ. κ. τ. λ. Hæc longius petita. Rectius igitur cel. Lennep. à τέρω, Lat. tero. Illustrare poterit hanc stirpem collatio Hebraici דרש, Arab. دَرَسَ pp. trivit; dein tractavit studiosius, librum, ex. gr. quasi dicas, contrivit. Qui oves pascit sedulo, easque observat, contrectat eas sæpius. Hæc fortasse notio curandi, servandi gregem. E. S.]

Τητάω privo. A τήτη privatio: quod à τάω extendo, tenuo. [Etymol. col. 757. 51. Τητᾶ· Ἡσίοδος σημαίνει τὸ ζητεῖν ἐκ τοῦ τάω τοῦ σημαίνοντος τὸ ζητῶ γίνεται κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, τατάω, τατῶ· καὶ κατ' ἔκτασιν τητῶ. Hæc derivatio omnium forte simplicissima est. Itaque à τάω, (quod idem ac τέω tendo, extendo) est τατάω, sive potius τετάω, et dein τητάω, valde extendo. Vide dicta in τευτάζω. A notione autem valde extendendi se (Belgice zich uitstrekken tot iets) est illa desiderandi, frustra expetendi. Ut in illo Hesiodi, Ἔργ. vs. 408. Ne tu quidem petas ista instrumenta ab alio, illeque recuset, tu vero τητᾷ pp. extendas te illuc, habere desiderans. Vide Grævii Lectt. ad h. l. E. S.]

Τηΰσιος inanis. A τάω repetendum. [A τάω, vel τέω, forma illi cognata, est τεύς vel τηΰς. Etymologus, c. 758. 2. repetebat à δεύω rigo, quasi pp. esset δεύσιος, τὸ ὑγρὸν, inquit " καὶ ἔκλυτον πεῖται. Apud Homerum legitur, Od. Γ. 316. et Od. O. 13. σὺ δὲ τηϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς. Vide ad priorem illum locum cel. Clarkium. E. S.]

[Τιάρα tiara, capitis tegmen apud Persas. Vocem origine Persicam esse, Brissonius, Scaliger, alii observarunt. Conf. H. Relandi Diss. 8. de ver. ling. Pers. p. 252. 253. et viri docti ad Hesychium in voce. E. S.]

Τιθαιβώσσω [et τιθαιβώσσω] mellifico. Pro θαβάσσω, quod pro θαάσσω, β inserto, more Æolum. A θάω sedere facio, repono. [Homerus in descriptione antri Nympharum, Od. N. 106. ἔνθα δ' ἔπειτα ΤΙΘΑΙΒΩ'ΣΣΟΥΣΙ μέλισσαι. Quæ vox in Hesychio redditur ἐναποτίθενται i. e. intus reponunt sibi. Reliqui fere veteres pro composito habent ex ἀποτίθεσθαι τὴν βόσιν, ὅ ἐστι τὸ μέλι. Vide Schol. apud Clarkium, et Eustath. p. 1743. 22. et 1735. 44. cui quidem eruditissimo interpreti olim dixisse videntur Græci τιθαβάσσειν· unde τιθαιβάσσειν, et denique, iota inserto, τιθαιβώσσειν. Lennepiana derivatio haud dubie est simplicior. E. S.]

Τιθασσὸς, [olim per simplex σ τιθασὸς,] cicur. A θάω; de quo modo ad τιθαιβώσσω.

Τίθημι pono. A θέω moveo, curro. [Conf. Analog. p. 112. 113. et Animadverss. p. 440-443. " τίθημι non tantum significat pono, sed et constituo, facio. Hunc significatum exemplis firmarunt Grævius in Lectt. Hesiod. p. 54. Elsnerus, Obss. t. 2. p. 332. et J. Alberti Obss. Phil. in N. T. p. 346. Est autem verbum τίθημι de eorum genere, quæ Grammatici vocant reduplicata. Abjecta reduplicatione remanet θῆμι, quod proxime oritur e veteri verbo θέω, unde tempora remanserunt in usu θήσω, τέθεικα, ἔθηκα." &c. L. C. V.] [Nostra quidem ex sententia verbum vetus fuit θε, cui syllabæ si adjiciatur ω, ex ἐγὼ, oritur θέω, adjecto vero μι ex ἐμὶς adhibitaque reduplicatione, exoritur τίθεμι sive τίθημι. Θέω vero hoc, adspiratum, pp. idem videtur fuisse ac τέω simplex, id est, tendo. A tendendi notione est illa translata currendi, ponendi, faciendi, pro varia verbi constructione. Conf. τανύω &c. E. S.]

Τίκτω pario. A τέκω, quod cum τεύχω, τύχω &c. componendum. [" Vetus verbum fuit τέκω, cujus quædam tempora, a Grammaticis ad τίκτειν relata, in usu remanserunt. Significavit autem τέκω idem quod paro, pario. Proximum ejus derivatum τέκος ab Homero frequentatur. A τέκος Adjectivum ortum fuit τέκινος, τεκίνη, τέκινον. Ultimum hoc contractum dedit τέκνον, quod fœtum notat. A Præterito autem Medio τέτοκα ortum τόκος, pp. est res genita, sive in lucem ab alio edita. Figurate sic Venus dicitur summo, quasi, parente edita: quo fere sensu τοῦ πατρὸς ἐκγόνους ΤΟ'ΚΟΥΣ dixit Plato de Rep. l. 8. p. 555. &c." L. C. V.] [Conf. supra in τέκμαρ, τέκω &c. E. S.]

Τίλλω vello, vellico. A τέω fortasse. [Etymol. c. 758. 30. repetit à voce κτίλος, arietem significante: ἢ ἐκ τοῦ τείνω, addit, τὸ ταχύω. Atque à τίλω, simpliciori (unde dein factum est τίλλω) haud dubie est κτίλω· à κτίλω vero κτίλος, pp. qui vellitur, h. e. cujus lana evellendo decerpitur. Quid vero τίλλω pp. significet, optime docuit Hesychius. " Τίλλει· ἀνασπᾷ, i. e. sursum trahit." Nimirum cognationem habet nostrum τίλλω, (quod olim τίλω,) cum altero τέλω, et τόλω, unde τέλλω, sursum tendo. Stirps adeoque est τέω, cognata alteri τέω tendo. Conf. in τινάσσω. Ceterum quod idem Hesychius τίλλει reddit μέμφεται, i. e. culpat, accusat, et διαβάλλει, i. e. calumniatur, Etymologus vero, col. 493. 10. et 713. 8. σκώπτει conviciatur: ea significatio metaphorica est, à vellendo et carpendo ducta, quemadmodum in Latino detrahere ab aliquo, Hebr. חרף &c. E. S.]

Τινάσσω quatio. A τείνω protendo, moveo. [Etymol. col. 759. 7. repetit ἀπὸ τοῦ ἴς, ἰνὸς, ἰνάσσω, καὶ τινάσσω· οὐκ ἀπὸ τοῦ τείνω. Verisimilior foret Martinii conjectura, " τινάσσω esse, quasi σινάσσω, à σείω moveo. Sane literas σ et τ permutari solitas fuisse, quis neget? Malim tamen, cum Lennepio, stirpem statuere τέω, quod verbum pp. idem valuerit ac τάω et τέω tendo: ut a τέω producta sint τίνω, τινάω, τινάσσω, pp. tendo validius, atque adeo concutio, excutio, disrumpo. Suidas τινάξαι· διαῤῥῆξαι, disrumpere. Ubi laudat Epigramma aliquod (Antholog. l. 7. p. 591.) Sed ego primum quidem cachinnatus sum, δεσμὰ τινάξαι Οἰόμενος, putans vinculum me excussurum esse, nempe tensione validiori. E. S.]

Τινθαλέος calidus, fervidus. Forte pro τιθαλέος, quod à θαλέος· et hoc à θάλω, unde θάλλω, de quo suo loco.

[Τίνω solvo. " Τίνω, ex Τίω derivatum, eandem cum ipso significationem habet: nimirum luo, solvo, persolvo, pendo, rependo" &c. Stephan. Thes. t. 3. col. 1567. 1572. Hesychius τίνειν· ἀποδοῦναι. Nempe τίνω i. q. τείνω tendo, tensa quasi manu, vel extenta manu, reddo. Conf. et τινάσσω. E. S.]

Τὶς aliquis, et τίς quis. A τίω, vicino τείνω. [Genitivus casus τινὸς (quia literam ν habet insertam ante terminationem ος) satis demonstrare videtur, verbum, unde proxime ortum sit, fuisse τίνω, i. q. τείνω pp. tendo, de quo quidem τίνω modo dictum est, suo loco. A notione tendendi fluxisse videtur altera cum tensione, aut tensa, quasi, manu demonstrandi, vel indicandi: unde oriri potuit notio pronominis aliquis &c. Eadem fere ratio est in Hebr. זאת זה &c. Conf. etiam dicta in ὅτι. E. S.]

[Τιταίνω tendo, intendo. Etymolog. c. 744. 5. Ταίνω, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν, τιταίνω. Est autem ταίνω pp. idem quod τείνω, et pronuntiatione sola diversum fuit. A ταίνω hoc superest vox derivata ταινία tænia, fasciam, quasi, extentam, genusve vermium longiorum notans, formamque verbi ταίνω clare demonstrans. Porro à ταίνω est τιταίνω, fere ut à βάω, βαίω, est βιβαίω, à λαίω, λιλαίω, à τράω, τραίω, τραίνω, τιτραίνω. Proprie notat tendere fortius sive intendere. Rectissime igitur H. Stephanus, Thes. t. 3. c. 1307. b. " Τιταίνω significat extendo, distendo, intendo, contendo. Od. φ. 259. τίς δὲ κε τόξα τιταίνοιτ' quis arcus intenderit.——Item equus, aut aliud jumentum, dicitur τιταίνειν ἅρμα, aut ἄροτρον, quum trahendo ipsum veluti contendit, aut extendit; ut Il. B. ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων, id est, τείνων, ἕλκων, inquit Scholiastes.

"Aliud τιταίνω, tanquam hinc diversum, præbet idem Lexicographus, eodem tomo 3. col. 1579, quod notat punire, pœnas sumere, ulcisci, primamque syllabam habet longam, ut prius τιταίνειν extendere primam habet brevem. Sed posterius hoc τιταίνειν (cum prima syllaba producta) ab altero isto τιταίνειν (cum prima syllaba brevi) quantum ad originem verbi et significationem primariam attinet, tam parum differre, quam Lat. pendere et pendere, origine sua, diversa sunt, docere poterit nota Guyeti ad Hesiodi Theogon. vs. 209. ubi poëtæ verba: φάσκε δὲ ΤΙΤΑΙΝΟΝΤΑΣ ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι Ἔργον Latini interpretes sic reddunt: Dictitabat porro, pœnas sumentes ex protervia magnum patrasse facinus. At Guyetus. "Τιταίνοντας, inquit, porrigentes, hoc est, τὴν χεῖρα ὀρέγοντας." &c. E. S.]

[Τίτανος calx. Ab eodem τιταίνω, sive potius à simpliciori forma, τιτάνω, ex τάνω orta, est τίτανος. Recte Martinius "dictam puto, inquit, quia extenditur illinendo, seu obducendo." E. S.]

Τιτθὸς mamma. Per reduplicationem factum videtur à θάω vel θέω. Vide supra Θῶ. [Etiam τίτθη, sive τιτθὴ, in forma fœminina vocis, dicitur, notatque posterius hoc quoque nutricem. Timæus in Lex. Plat. τήθη· μάμμη &c. Ubi cel. Ruhnken. p. 256. "perpetua est confusio" inquit "vocum τήθη, τίθη, τίτθης, τηθὶς, τιτθίς· in quibus scribendis tam parum sibi constant librarii, quam, in iis explicandis et distinguendis, Grammatici" &c. Ansam huic confusioni videtur dedisse pronuntiatio vicina vocalium η et ι. Origo quoque eadem fuit verborum τίω, τίω, sive θέω, θίω, in tendendo posita. A tendendo sive protendendo mammam dicta videtur nutrix τιτθὶς, sive τηθίς· mamma vero, quæ protenditur, τιτθός. Aliter cel. L. C. V. de voce θηλᾶσαι, lactare, agens, "Θηλᾶσαι, inquit, significat mammam præbendo lactare; ortum à θηλὴ mamma. In hac voce subsistunt Lexicographi. Potuerant tamen originem invenire verbum θάω. In Homeri Il. Ω. 58. Ἕκτωρ μὲν θνητός τε, γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Absurde Grammatici dicunt, θήσατο contractum esse per Syncopen ex θηλήσατο, vel θηλάσατο. Hesychius præbet Activum θῆσαι, explicans illud θηλᾶσαι. Jam vero ut μήσατο est à verbo μάω, sic θήσατο est à θάω. Θάω, verbum omissum Lexicographis, significavit alo, nutrio, succum præbeo. A θάω ortum θάλω. Hinc nomen remansit θαλὸς ramum virentem, et succo adhuc suo nutritum, significans. Litera λ reduplicata, in usu remanserunt θάλλειν et θάλλος. Θάλλος, pp. quivis ramus virens, eximie significabat ramum olivæ semper viridem.—Etiam vox τίθασσος mansuetus et cicur est à verbo θάω, reduplicato τιθάω. Animalia mansueta τίθασσα dicebantur, quasi altilia.—Verbum hoc τιθάω reduplicatum contractum fuit in τιθῶ. Hinc fluxit vox superstes τιθὴ nutrix, quæ mammam præbet. Eadem quoque dicta est τιθήνη. Hinc verbum τιθηνεῖν nutricis instar alimenta præbere" &c.]

Τιτίζειν pipire, de sono, quem edunt pulli avium. [Accurate Eustathius, ab H. Stephano laudatus, τιτίζειν adhiberi monet de pullis avium, vocem simpliciter edentibus; qui vero, ubi esuriunt, dicantur τρίζειν. E. S.]

Τιτράω terebro. A τράω, pro τεράω· quod à τέρω. [Prima, nimirum, litera cum vocali ι geminata. Conf. in τιταίνω, τιτρώσκω. Relege porro dicta in τερέω. E. S.]

Τιτρώσκω vulnero. Proprie non differt, nisi forma, à τιτράω. [Τράω nempe dixerunt pro τεράω, τρόω autem, sive τρώω, pro τορόω, unde τρῶμα vulnus, et τρῶσις vulneratio. A τρώω porro est τρώσω, τρώσκω· hinc τιτρώσκω. Ceterum alia quoque verbi forma fuit τραύω, unde τραῦμα, et, ab hujus Dativo τραύματι, derivatum τραυματίζω. Conf. in τραύω. E. S.]

Τιτύσκομαι dirigo ad scopum. A τύω, quod cum τίω, τείνω, τιταίνω componendum. [Vide supra in τείνω. "Verbum intueri haud dubie metonymicum à veteri tuo, tueo, τύειν. Unde apud Homerum τιτύσκεσθαι tensum collineare sibi. Hoc Latinis veteribus erat tui, intui, et mox tueri, intueri." Alb. Schultens. Comm. in Proverb. Salom. p. 380. E. S.]

Τῖφος palus, uliginosus locus. Forte cum τῦφος componendum. [Forma fœminina est etiam τίφη, frumenti genus notans, sive porcorum pabulum. Vide viros doctos ad Hesychium, in τίφαι, τῖφος &c. Etymol. ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, ὅ ἐστι πύθεσθαι κ. τ. λ. E. S.]

Τίω honoro. Etiam pro eo τίνω dicitur. Utrumque componendum est cum τείνω tendo: quasi contendendo ad pretia rerum translatum. [Τίω, τιέω &c. pp. significant i. q. τείνω tendo, unde τίειν pendere, vel appendere fune tenso. Veteres dixere τίειν πλάστιγγα (bilancem seu libram suspendere.) Hinc ponitur pro appendendo metiri, mensurare. Transfertur quoque ad præmia, et maxime ad pœnas, alicui tributas. Quare τίειν et τιέειν est appensas et tributas sibi pœnas solvere, ut Latini dicunt solvere pœnas, id est, pendere. Hinc τιμὴ &c. Porro τιμωρὸς, qui pœnæ infligendæ curam habet, et verbum τιμωρέω· unde τιμωρεῖσθαι ἑαυτὸν significat semet ipsum punire, animum dolore cruciare &c. T. H.] [Ab appendendo igitur translatum verbum τίω pp. significavit pretium pono. Hinc duplex manavit significatio, honorandi et puniendi. Pretium ponere meritis alicujus est honorare: pretium ponere pravis facinoribus est punire. L. C. V.] [Conf. illud poëtæ Arabis, in Anthologia, sive Excerptis Hamasæ Schultensii, p. 320. نذاهء كيبا ناذوا appendimus ipsis, prout appenderant: ubi vide Schultens. E. S.]

Τοὶ particula enclitica. Proprie antiquus Dativus est articuli τὸς, unde τοῦ &c. [Nescio, an rectius dicamus, τοὶ hoc pp. idem esse ac σοὶ, tibi, quod pronomen cum emphasi quadam redundet. Conf. Animadverss. ad Analog. p. 291. Cum Lennepio facere videtur cl. Hoogeveen. Doctr. Particul. cap. 56. p. 1152-1170. ubi eruditissime disseritur de origine atque usu hujus particulæ. Vide tamen, an τοὶ, pro σοὶ, (tanquam pronomen secundæ personæ) manifesto sese præbeat, Il. Α. 25. Ne te senex cavas ego apud naves offendam—Μή νύ ΤΟΙ οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο Ne forte tibi non prosit sceptrum et infula dei. Adde Il. Α. 39. 40. 107. 123. 150. 173. 177. 181. 204. &c. quorum locorum notitiam debemus Indici Seberiano. Neque aliter res sese habet, Il. Α. 419. Vado ipsa in Olympum τοῦτο δέ ΤΟΙ ἐρέουσα ἔπος Διῒ τερπικεραύνῳ hoc tibi verbum dictura Jovi fulmine gaudenti. Redundare videtur h. l. τοι istud cum jucunda quadam emphasi, quasi Belgice dicas: *Ik vertrek zelve naar den Olymp, en ik gaa je dit woord zeggen aan Jupyn enz.* Vide ibidem vs. 425. 426. Pariter Il. Β. 298. ἀλλὰ καὶ ἔμπης Αἰσχρόν ΤΟΙ δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι *Maar het was je toch schandelijk, lang te blijven, en dan noch ledig weer naar huis te keeren.* Adde et alia, à clar. Hoogeveenio laudata, ut Aristoph. in Pace vs. 933. Εὖ τοι λέγεις, Belg. *dit zeg je wel.* Il. Α. 76. Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω *want dit zal ik je gaan zeggen* &c. et conf. in primis A. Schultens. Instit. ad Fund. ling. Hebr. p. 453. E. S.]

Τοῖχος paries. A τεῖχω, vicino alteri τεύχω. [Etymolog. c. 761. 24. Τοῖχος· παρὰ τὸ τεύχω, τὸ κατασκευάζω, γίνεται τεῦχος, καὶ τοῖχος. Τοιχωρύχος, καὶ τοιχορύκτης, κλέπτης, λῃστής.]

[Τόκος fœnus. "A τίκω pario τόκος est partus. Partus mulieris pp. sic dicitur: poëtis etiam filius. Egregie vox transfertur ad significandum fœnus à summa pecuniæ, tanquam à patre, procreatum. Quam in rem insignis est locus Platonis, de Rep. l. 8. p. 555. ubi fœneratores dicuntur reportare τοῦ πατρὸς ἐκγόνου; τόκους πολλαπλασίους fœnera tanquam filiolos patris multiplicatos. Sciendum autem est, usuram à veteribus etiam dictam πλεονασμὸν pp. multiplicationem: (Hebr. תרבית) quamvis ista duo vocabula distinxerit doctus interpres Ezechielis, cap. 18. 8. 13. et 17. τόκον καὶ πλεονασμὸν οὐκ ἔλαβε" &c. L. C. V.]

Τόλμα audacia. A τόλω, unde Lat. tollo. Componendum est cum τέλω &c. ["Τλάω contractum est ex ταλάω, quod à τάλω. Pro iis etiam τόλω, τολάω, et, interposita μ, τολμάω· unde patet, τλάω et τολμάω verba esse ejusdem originis. Jam egregia verbi τολμάω potestas est apud Græcos, qua sæpissime ponitur pro in animum induco. Ea elegantia Apostolus Paullus usus est ad Roman. cap. 5. 7. ubi dicitur ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, i. e. in animum inducat mori." T. H.] [Nimirum nomen τόλμα hac lege est à τέτολμαι, prima persona Præter. perf. Pass. verbi τόλω, quod proxime conveniat cum Lat. tulo: unde (in Perfecto verbi fero) est tuli, et (in tollo) sustuli. Latini inde fortasse quoque habent suum tolus, tanquam nomen proprium; unde capitolium dictum voluere veteres: et tolutim. Nescio, an et θόλος (pro τόλος) adspiratum huc pertineat, quod de tholo ædificii ponitur, quasi dixeris τόλον sublatum altius. E. S.]

Τολύπη glomus lanæ &c. A τόλω, quod cum τέλω &c. componendum. [Hesychius: τολύπαι· τὸ κατασκευαστὸν ἔριον. "Τολύπη apud Græcos notavit glomum lanæ carminatæ, sive præparatæ. Hinc derivatum verbum τολυπεύειν pp. significat glomerare, conglomerare, ut sæpe est apud Homerum. Dicitur enim de rebus gravibus, quæ multo labore conglomerantur, quasi, et efficiuntur. (Il. Ω. 7.) Hinc τολυπεύειν πόλεμον et ἐκτολυπεύειν πόλεμον bellum conglomeratum finire (Il. Ξ. 89. Od. Λ. 238. Δ. 490. Ξ. 368.) Est et alius loquendi modus, quem Homerus adhibuit, (Od. Τ. 137.) cum dixit τολυπεύειν δόλους machinari, instruere (pp. conglomerare) dolos. Inde et verbum compositum ἐκτολυπεύειν ad finem usque exigere et perficere. Sic ἐκτολυπεύειν τὸν βίον vitam ad finem perducere." T. H.] [Idem vir summus ad Aristoph. Plut. vs. 35. ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον. "Ἐκτοξεύειν" inquit "est jacula emittendo exhaurire. Τόξον arcus: τοξεύω sagittas arcu emitto. Pharetra dicitur ἐκτετοξεῦσθαι, quando jaculis emittendis exhausta est. Hinc generaliter ponitur verbum pro exhaustum esse. Fatendum tamen est, eam rationem h. l. non satis planam esse. Quare R. Bentleius (in loco hoc Aristophanis) emendationem tentavit elegantem, voluitque (pro ἐκτετοξεῦσθαι) scribi ἐκτετολυπεῦσθαι. (Vide editionem L. Kusteri, p. 319.) Certe illa emendatio valde est probabilis: neque dubitamus eam vulgatæ lectioni præferre." T. H.] [Vide infra in τόξον arcus. Ceterum τολύπη, sive antiqua verbi forma τολύπω (unde τόλυπος, η, ον) videtur repetenda à τόλω, τόλυς, τολύω· hinc τολύϝω, τολύπω. A notione propria tollendi repetenda est illa glomerandi: quippe quod fiat manu vel fuso identidem sublatis. Sentitur ea vis quoque in ipso verbo, ni fallor, aliqua ratione composito ἐκτολυπεύειν, quatenus notat exantlare labores, Hesiod. Ἀσπ. vs. 44. E. S.]

Τονθορύζω et τονθορίζω murmuro. Factum à sono. [Hesychius τόνθρυς· φωνή. An de voce sive fragore tonitrus, ut φωναὶ, Apocalyps. 11. 15. 19. &c. Hoc pacto conveniret Germ. *thunder*, Belg. *donder?* E. S.]

[Τόμαροι haruspices. "Τόμαροι vel τομοῦροι. In nostris Homeri editionibus, Odyss. Π. 403. sic legitur: Εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. Pro θέμιστες veteres olim legere (ut dudum observavit Scaliger, Animadv. ad Eusebium, p. 82.) τομοῦροι, vel τόμαροι· quod melius esse, ex eo probabant, quia oracula nunquam Homerus dixerat θέμιστας, sive leges et jura, quibus civitates continentur: idque verum esse, nec negari debuit ab Isaaco Casaubono ad Strabon. l. 7. p. 506. Nam quod hanc potestatem oraculi, in illo vocabulo, Hymnus in Apollinem, vs. 394. præferat, id ostendit, Homero carmen hoc esse abjudicandum: quod etiam aliunde argumentis satis liquidis confirmari potest. Alteram vero lectionem τομοῦροι mirifice constabilit Lycophron, vs. 223. nomen hoc pro vate usurpans: ubi Grammaticorum loca collegit Potterus. Ratio vocabuli in obscuro est. A Tomaro, vel Tmaro, monte, cui templum Dodonæum subjacebat, veteres repetunt. Ὤρεσιν ἐν τμαρίοισι Callimachus habet in Cerer. vs. 52. ubi vid. Spanhemius. Quin ipse Jupiter Dodonæus τμαρίου Διὸς nomen huic monti retulit acceptum: ut ex Stephano et Hesychio docet Heinsius ad Claudiani Bell. Ger. vs. 18. Interim laus ingenii minime neganda est Triglando, Conjecturis de Dodone, cap. 6. qui (quum horum sacrorum originem ex Ægypto manasse constat) sacerdotes esse dictos τομούρους, arbitratur, quia essent circumcisi, ἀπὸ τοῦ τέμνειν τὴν οὐραν. Ab Ægyptiis autem circumcisionis ritum ad alios pervenisse populos, accurate monstravit Spencerus de Legg. Hebr. cap. 4. sect. 4. Sane à Græcis Ψωλοὶ verpi, vel recutiti nominantur Ægyptii." T. H.] [Conf. et Clarkius ad loc. Homeri Od. Π. 403. Vox τομὴ notat sectionem. An hinc forte τόμαροι vel τομοῦροι (voce petita ab altera forma nominis τόμος) dicti fuerunt augures à sectionibus, sive templis, in quæ cœlum dividerent? Conf. Livii Hist. l. 1. 18. à fine, et Coccej. in Lex. Hebr. atque A. Schultensium, in Clavi Diall. p. 206. phrasin Jesaianam (cap. 48. 17.) הוברי שמים per sectores cœlorum, ex Arab. شرم secuit, reddentes. E. S.]

Τόξον arcus. A τύκω, vicino alteri τίκω, τίκτω, &c. [Etymolog. c. 762. 7. τόξον παρὰ τὸ τάζω, τάξω, τάξον, καὶ τροπῇ, τόξον. Hoc adspectu τόξον pp. foret qui vel quod disponitur, eximie arcus, tanquam omnium armorum præstantissimum. Consentiret pulchre phrasis Hebræa, הבין כלי מות, disposuit, vel arcui imposuit, instrumenta mortifera. Nescio tamen, an altius sit adscendendum, ad ipsam, nempe, verbi τύκω originem, i. e. τύω, pp. tendere, quod idem ac τίω, unde τίνω, τείνω. Sic τόξον pp. foret qui tenditur, arcus: ut Belgæ suum *boog* manifesto duxerunt à *buigen*, *boog*, &c. A τόξῳ porro est τοξόω, indidemque, sive potius à veteri τόξεω, τοξεύω arcu utor, jaculor. Hinc porro ἐκτοξεύω jaculando exhaurio vel consumo. Ut in isto Herodoti, quod H. Stephanus laudavit, τὰ βέλη ἐξετοξεύετο sagittæ consumebantur. Herodoti locus est (l. 1. c. 86. n. 214.) Πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δὲ, ὥς σφι τὰ βέλεα ἐξετετόξευτο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι. Belgice dixeris: *toen hunne pijlen verschooten waren.* Hæc fusius exposui, ut melius intelligi posset dubia ratio loci Aristophanis, in Pluto, 34. supra laudati, in voce τολύπη. E. S.]

Τόπος locus. A τόπω vel τίπω, vicino alteri τύπω. Origo τέω, τύω. [Coacta admodum derivatio est Etymolog. c. 762. 17. παρὰ τὸ πατῶ, πάτος καὶ τόπος. Analogia suadet, esse potius à τέτοπα, Præterito Medio verbi τέπω. Hujus derivata forma à Latinis servata est tepor. A τέπω autem τεπέω Lat. tepeo, τεπίω item, unde repetendum est Adject. tepidus. Itaque à tepore dictus videri queat locus, quia incalescere solet ab homine incubante: secundum illud Plauti in Amphitr. 1. 3. 15. Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. An ad illam originem quoque pertinet, quod τόπος, sive τόποι in Plurali, eximie dicatur de αἰδοίῳ γυναικός. Vide H. Stephan. Th. t. 3. col. 1592. Conf. denique et τέφρα de cinere tepido, superius, et vide infra, in τρόπος, sub τρέπω. E. S.]

Τόρμη, vel τόρμος modiolus rotæ in quem axis inseritur. A τόρω, cui vicinum τέρω, τερέω, [Lat. terebro. Nimirum quod axis in eodem teratur, vel modiolus hic ab axe quasi terebretur ac perforetur. A τόρω, Præter. Pass. est τέτορμαι· hinc τόρμος, η, ον. Verbum τόρω ipsum superstes est apud Homer. Il. Λ. 236. οὐδ' ἔτορε ζωστῆρα παναίολον neque perforavit hasta balteum variegatum. E. S.]

Τράγος hircus, caper. A τράχω, cui vicinum τρέχω· de quo suo loco. [Etymol. c. 763. 34. ὁ παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν. "Hircus Hebr. שעיר, id est, villosus, pilosus, hirsutus appellatus est: ut Græce τράγος, quasi τραχὺς, à pilorum asperitate: et Latine hircus, quasi hir-

tus, ut multis placet." Bochart. Hieroz. P. 1. 9. 60. quem vide fusius de his disputantem, l. 2. c. 53. p. 641. E. S.]

Τράπεζα mensa. Ex τρὰ et πέζα. Τρὰ autem pro τρὰς, unde τέτρας quaternio. [Etymol. c. 763. 38. Τράπεζα, κατὰ ἀποβολὴν τῆς τε συλλαβῆς, τετράπεζα, τέσσαρας πέζας ἔχουσα· αἱ γὰρ τῶν παλαιῶν τράπεζαι τετράγωνοι ἦσαν. "Mensam quadram, propria appellatione, τράπεζαν vocabant Græci. Plena vocis forma fuit τετράπεζα. Numerus quaternarius τέτρας dicebatur: πέζα, idem quod ποῦς et πὲς, est Latin. pes. Ob pronuntiationem difficiliorem, in usu quotidiano, omissa prima syllaba τε, mensa quadrata vocabatur τράπεζα. Sic nummum, (qui valeret quatuor drachmas) vocabant Græci τέτραχμον, literis aliquot intermediis omissis, pro τετράδραχμον." L. C. V.]

Τραυλὸς balbus, blæsus. Vox ficta ad exemplum blæsorum. [Nimirum in eos pp. dicebatur, qui loco literæ ρ pronunciabant λ. Aristophanes in Vespis vs. 44. Εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας, Ὁλᾷς Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Dein Alcibiades ad me dicebat balbutiens, Ὁλᾷς &c. pro Ὁρᾷς Θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Vide ad h. l. Steph. Berglerum. E. S.]

Τραύω, verbum obsoletum, cujus derivata ad verbum τιτρώσκω retulerunt. De his alibi cel. Lennep. "Vicina verba sunt, si originem spectes, τραύω, et τιτρώσκω. Utrumque, nempe, oritur à stirpe τέρω, qui convenit Lat. tero. A τέρω formata, τεράω et τερόω, pepererunt contracta verba τράω et τρόω. Pro τράω autem pronuntiarunt τραύω. Τρόω vero peperit, ad normam verborum in σκω, verbum τιτρώσκω, vulnerandi sensu obvium. Ad verbum autem τραύω, ratione formationis, proxime pertinet nomen τραῦμα, speciatim notans vulnus. Ab ejus Dativo, τραύματι, est τραυματίας vulneribus plenus, seu vulneribus plane confectus, quasi dicas, ita vulneribus continuis plenus, ut unum vulnus esse videatur. Id quod hominis fortissimi, et ad ultimum vitæ halitum in bellis pugnantis, testimonium est" &c. [Ejusdem formæ nomen est στιγματίας notis compunctus: ac nescio, an talia nomina in ιας pp. sint formata à Dativis antiquis Pluralibus primæ Declinationis, in ας terminatis: ut στιγματίας pp. sit pro στιγματίαις, τραυματίας pro τραυματίαις, ab antiquis nominativis Singularibus στιγματία, τραυματία, quas formas nominum à Dativis στίγματι, et τραύματι, nominum simpliciorum στίγμα et τραῦμα, ducta fuisse, non est quod dubitemus. Hoc pacto στιγματίας, τραυματίας, pp. notassent notis, vulneribus scil. compuncti. Componatur conjectura nostra de nominibus collectivis in ὼν, supr. in ἀγκὼν, et alibi. E. S.]

Τράχηλος collum. A τραχὺς asper. [Etymolog. c. 764. 41. Τράχηλος παρὰ τὴν τραχύτητα· ὀστώδες γὰρ τὸ μέρος κ. τ. λ. "Collum Græce τράχηλος dicitur ab asperitate vertebrarum, ex quibus constat: τραχὺς enim notat asperum. Verbum vero τραχηλίζειν est collum afficere quacumque ratione. Sic à γαστὴρ venter est γαστρίζω ventrem afficio vel percutio: quod quidem γαστρίζειν etiam notat ventri inservire. Homo vorax dicitur γαστρίζειν. A κεφαλὴ caput est κεφαλίζω caput afficio: κεφαλίζειν τινὰ caput alicui amputare &c. Τραχηλίζειν autem, diversa quadam ratione, sumitur. Ex. gr. qui collum invertit, ut quaquaversum spectet, dicitur τραχηλίζειν. Jam vero luctatores in palæstra afficiebant alterius cervicem, et contorquebant. Hinc τραχηλίζω est verbum palæstricum, notatque cervicem alicujus luctando afficio: compositum ἐκτραχηλίζειν fortius est, significatque alicujus cervicem in lucta contorquere. Hinc etiam ponitur pro cervicem frangere: et aliquis dicitur ἐκτραχηλισθῆναι, cujus collum vel cædendo, vel puniendo frangitur: unde etiam ἐκτραχηλισθῆναι est funditus perdi et male haberi. Sic ὁ δῆμος ἐξετραχηλίσθη ὑπὸ τῆς τρυφῆς populus per luxuriam funditus perditus est. Porro equus dicitur ἐκτραχηλίζειν τὸν ἀναβάτην sessorem dejicere, cervice sua excutere: et ἐκτραχηλίζειν τινὰ universe est facere, ut alicujus consilia male succedant, ut ille ex consiliis, tanquam ex equo, excutiatur." T. H.] [In epistola ad Hebræos, cap. 4. 13. legitur γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, id est, nuda et resupinata. Plurima ab eruditis interpretibus, diversa super hoc verbo sentientibus, prolata sunt, pleraque à scriptoris sacri mente aliena. A voce ῥάχις (spina dorsi) verbum formatum ῥαχίζειν significat spinam dorsi dissecare; ab αὐχὴν cervix (in Gen. αὐχένος, Dat. αὐχένι) verbum est αὐχενίζειν cervicem secare. Utrumque verbum reperire licet in Sophocl. Ajac. vs. 298. ubi furibundus Ajax tauros partim ηὐχένιζε, partim ἐῤῥάχιζε, vel spinam dorsi dissecabat, vel cervicem incidebat. Scholiastes ibi ῥαχίζειν idem esse notat, quod Homerus vocat αὖ ἐρύειν, Il. A. 459. Ubi victimas, diis superis mactandas, resupinatas jugulabant. Ad normam istorum verborum, τραχηλίζειν nostrum, à voce τράχηλος collum, — significare poterit resupinare collum, vel potius resupinatum incidere, incisumque inspicere: et hinc simul patet, illa, quæ penitus deo, intimarum rerum speculatori, patent, dici posse τετραχηλισμένα. Exstat conjectura L. Capelli (Spicileg. p. 122. laudat. J. Alberti Observ. Philol. in N. F. p. 421-423.) quam sibi illustrandam sumsit aliquando A. Schultensius (Clavis Diall. p. 273. 274.) Ea huc redit. In Bibliis Hebraicis verbum legitur ערף decollavit, pp. anatomen instituit, rem resecuit, et resectæ viscera inspexit, atque adeo ἐτραχήλισε. Vis verbi, apud Arabes, fuit conservata, qui hominem rerum peritum (العارف الامور) vocare solent (الذكربر) jugulatorem rerum, qui rerum viscera quasi inspexit. Hoc sensu utique verbum τετραχηλισμένα in Epist. ad Hebr. l. l. capiendum videtur, ut omnia dicantur coram deo nuda, atque resecta, ita ut intima penetralia deo pateant. In Glossis Sacris τετραχηλισμένα simpliciter redditur πεφανερωμένα. L. C. V.] [De eadem A. Schultensii illustratione alibi disserens ipse Lennepius: "huic Schultensii sententiæ, inquit, non parum roboris accedit ex antecedentibus verbis, ubi verbum dei cum gladio comparatur, qui ad intimam divisionem animæ et spiritus compagumque ac medullarum penetret. Est igitur apta continuatio metaphoræ, nostro in loco desumtæ, ab anatome, sive resectione, membrorum corporis." E. S.]

Τραχὺς asper. A τράω, τεράω, quod à stirpe τέρω. [Recta videtur descendisse à τράχω, de quo vide mox infra. Etymologus τραχὺς σημαίνει τὸν σκληρόν· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ῥάχεως. E. S.]

[Τράχω verbum obsoletum: unde descendit τραχύς. Vestigium hujus τράχω superest in Hesychii Lexico, ubi legitur τράχε· πορεύου. Est, nimirum, Dorica pronunciatio: τράχε pro τρέχε, cujusmodi in Hesychio est τράφεται pro τρέφεται &c. Conf. Etymol. col. 356. 10. 443. 28. Pro τράχω vulgo dixerunt τρήχω, et sic pro τραχὺς, τρηχύς. Unde τρηχὺ νόημα, apud eundem Hesychium, exponitur σκληρὸν νοῦν, et ibidem τρηχεῖα, τραχεῖα. Ex quibus satis evidens est, veteres promiscue dixisse τράχω, τρέχω et τρήχω. De origine videatur infra in τρέχω. E. S.]

[Τρεῖς tres. Contractum videtur ex τρέες. Unde τρῆς, Lat. tres. Plane ut τρειρὸς dedit τρηρός. Vide Etymolog. c. 637. 17. Probat autem τρέες, illud antiquius (quod contractum in τρεῖς) fuisse olim formam Singularem τρὶς: unde Pluraliter τρέες, τρεῖς, quemadmodum fere, ab ὄφις, Ionicum Plurale est ὄφεες, ὄφεις, quod in communi lingua efferebatur ὄφιες, ὄφις. Atque ita etiam Græcos, pro τρεῖς, dixisse τρὶς, demonstrant composita τρισκαίδεκα tredecim, τρισμύριοι &c. Ab isto autem τρὶς, contracto ex τρεῖς, (cujus exemplum egregium habetur in illo Hesiodi Ἔργ. vs. 596. Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου) diversum fuit Singulare τρὶς pro τέρις. Posterius hoc, proxime ductum à τέρω (ut δέρις à δέρω) significare potuit id quod excoriatur, et hinc collum. Hesych. Δέρις· τράχηλος, quod ipsum δέρις, geminata media, pronunciatum fuit δέῤῥις. (Hesych. δέῤῥις, δέρμα.) Hæc si vera sint, Plurale τέριες (contractum in τρέες, τρεῖς) pp. notare potuit ea, quæ teruntur, sive atteruntur, pecul. friando, adeoque eximie priorum digitorum extrema una cum pollice, quippe quibus friatio fere peragi solet: unde notio numeri ternarii fortasse fuerit assumta. Conf. dicta in δύο, et τέσσαρες. Πέντε fortasse (pro πάντε, ex πάντες) omnes digitos notat. E. S.]

Τρέπω verto. A τερέπω, quod à τέρω tero. Alibi cel. Lennep. "A verbo τρέπω, Lat. verto, nomen τρόπος est, significans versionem. Inde formatum verbum τροπόω pp. est versionem facio: ut nomen, inde formatum, τροπωτὴρ pp. notat eum, qui versionem faciat. Unde eximie tanquam proprium adhiberi solet strophо, quo remus vertatur, vel versetur: quasi dicas versorem remi."—[" Τρόπος oritur à τέτροπα verbi τρέπω. Lex est derivationis certissima, in analogia quippe fundata, omnia nomina dissyllaba in ος desinentia, in quorum priori syllaba est ο, formari à Præteritis Mediis verborum; verbi terminatione in eam nominis deflexa, et augmento verborum, quod vocant, rejecto. Talia sunt ex gr. στόλος, πόλις, πόλος, στόνος, φόνος, μόρος, μόνος, τρόφος, δόμος &c." L. C. V.] [Confirmantur his ea, quæ supra observavimus de origine vocis τόπος.—Ceterum, quod de nomine τόξον animadversum fuit, notionem ejus recta via arcessendam esse à τόω tendo, idem hic loci, de verbo τρέπω, fortasse valebit, recta via ejusdem significationem repeti oportere à τέω tendo; ut à tensione, nempe, ad conversionem transitus factus sit: nisi forte malis, literam τ ab initio hujus verbi esse adscititiam, et stirpem ejus fuisse verbum ῥέπω. Conf. quæ de τ, ab initio præposita, observata sunt à Lennepio, Analog. p. 210. et à nobis in Animadverss. ibid. p. 513. exposita. Vide et infra in τρέφω. E. S.]

Τρέφω educo. A τέρω, ut antecedens. [Nimirum à τέω, τέρω, τερέπω, τρέπω, et, π tenui in adspiratam φ conversa, τρέφω. Sane τρέφω nostrum cognatum fuisse alteri τρέπω verto, ad oculum demonstrare potest comparatio verbi στρέφω verto, quod cum altero τρέπω arctissimam habet adfinitatem. Conf. supra suo loco in στρέφω. "Verbum τρέφειν pp. notabat comprimere, condensare; caseus lac condensatum et pressum, τροφαλίς· γάλα τρεφόμενον τυρὸν ἐργάζεσθαι κάλλιστον, scribit Ælianus, N. A. 16. 32. Theocr. 25. 106. Τρέφε πίονα τυρόν" &c. L. C. V. ad Herodotum, l. 4. p. 284. Præiverat quodammodo Etymologus, c. 769. 28. Τροφὴ παρὰ τὸ τρέφω, τὸ πηγνύω, ἡ πηγνύουσα καὶ εὐσταθῆ ποιοῦσα τὰ σώματα. Conf. ibid. col. 763. 51. 764. 49. Utrum hæc significatio comprimendi, in verbo τρέφω, repetenda est à notione terendi, conterendi, quemadmodum συντρίβεσθαι dicuntur ea, quæ eliduntur et validissime comprimuntur; an vero notio comprimendi et condensandi, (à summo Valckenærio commemorata) arcessi debet ab illa vertendi (in τρέπεσθαι et στρέφεσθαι usitatissima) quatenus massa, quæ depsitur, identidem inverti solet? Hac certe ratione עוג et ענג, depsere, Hebræis pp. est vertere, invertere massam. Futurum θρέψω, verbo τρέφω tributum, sola adspiratione differt à τρέψω, Futuro verbi τρέπω. E. S.]

Τρέχω curro. A τρέω, quod pro τερέω, ex τέρω. [An à terendo, quatenus via teri (τρίβεσθαι) dicitur, quæ velocissime transcurritur? Metaphora ea notissima est in Ar. حدس, Hebr. חדש, in درس, דרש &c. Sane à τερέω in Perf. τετέρεκα, unde τέτρεκα, litera κ adspirata, facillime existere potuit τέτρεχα, et hinc novum verbum formari, τρέχω. Vide infra in τρέω. E. S.]

Τρέω tremo. A τέρω, τερέω. [Futurum habet τρέσω, quo distinguatur, in usu linguæ, ab altero τρέω perforo, cui Futurum datum est τρήσω. Utriusque tamen verbi haud dubie eadem est origo: usus secundarii solummodo diversi sunt. Ut convenientia perspiciatur prioris istius τρέω, cum altero τρέμω, Latinorum tremo; teneatur, velim, à τέτρεμαι, prima Præteriti perf. Pass. verbi τρέω, abjecto augmento, quod statuunt Grammatici, τε, factum esse τρέμω. Unde Il. N. 18. Τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη, Πόσσιν ὑπ' ἀθανάτοισι· et Il. Φ. 507. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιος ἑανὸς τρέμε &c. Ceterum τρέω hoc nostrum, i. e. tremo à τέρω cum ταρβέω, à τάρω, derivata forma, maximam habet adfinitatem. "Latinorum tremere, et poëtarum ταρβεῖν, et Atticorum τετρεμαίνειν, Latinum etiam terrere, manarunt ex eodem fonte." L. C. V.] [Ansa translationis tamen minus obvia est. Utrum a terendo, sive potius obterendo, atterendo, duci potuit imago animi, quasi attriti, et pavore consumti? (Sane terrorem ab atterendo etiam dixere Arabes, in suo خساف pro (خوف, חוף) an vero à notione perforandi, quæ à terendo manifesto fluxit, in τρέω, τρήσω, arcessenda est significatio illa tremendi? Confer omnino supra in τερέω. Similis certe translatio est in Hebr. חרד: de quo verbo omnino consulendus est cel. Verschuir, in Diss. Exeget. ad Zachar. 2. 1-5. p. 159. et ibid. laudatus A. Schultens. Comm. in Prov. p. 447. Posterius præplacet. Conf. et τρήχω. E. S.]

[Τρήχω asper et salebrosus sum. Vide, de hoc verbo, H. Stephani Thes. t. 3. col. 1602. cui et laudatum illud Epigrammatis τετρηχυῖα θάλασσα, mare exasperatum, undis et fluctibus veluti asperum redditum: Il. B. [vs. 95.] τετρήχει δ' ἀγορὰ tumultuabatur concio, nempe maris instar, undis asperi redditi, atque adeo conturbati. Idem poëta (Il. H. 345.) de concione Trojanorum γένετο δεινὴ τετρηχυῖα habet. "Trepida, turbulenta erat." Nullum dubium est, quin τρήχω idem verbum sit ac τρέχω, sed varie translatum. Radit iter liquidum, Virgilii est Æn. l. 5. 217. Sic τρέχω curro pp. est rado: alterum τρήχω vero componi potest cum Lat. rudis, quod quin eandem habeat originem atque alterum rado, nullum quoque est dubium. E. S.]

Τρίβω tero. A τρίω, quod à τέρω. Alio loco cel. Lennepius, "Græcum τέρω, inquit, superest apud Latinos. Inde factum τερίω, quod, per contractionem, pronunciatum fuit τρίω. Hinc est Latinorum trivi, et tritum: nec non verbum, Græcis usurpatum, τρίβω· unde porro factum est τρίβος, Substantivo usu, viam significans, pedibus teri solitam, adeoque semitam." [" Τρίβω contractum ex τερίβω· à τέρω, quod à τέω. Mutata vocali brevi in longam, sive in diphthongum ει, pro τέρω, dixerunt τείρω. Idem τέρω formavit quoque ex se τερύω, τερύπω, pro quo, per contractionem, enatum est τρύπω et τρυπάω terendo forare. Hinc τρύπανον instrumentum, quo quid tritum perforatur. Latini terebrum dicunt. Ut vero apud Latinos conterere pro perdere ponitur, sic pari modo Græcis ἐπιτρίβειν, unde ἐπίτριπτος dignus qui conteratur." T. H.] [Idem vir summus alio loco: " τρίβειν etiam est exercere, pp. terere. Τρίβειν ἵππους exercere equos, sive exercendo eos terere. Illi, qui in palæstris, ubi juvenes exercebantur, docebant, dicebantur παιδοτρίβαι." &c. E. S.]

Τρίζω strido. A sono factum. [Egregie monet Eustathius, ad Il. Ψ. p. 1326 : 25. nivem, quando pedibus calcatur, τετριγέναι: etiam τετριγέναι ὀδόντας dici τὸν θυμομαχοῦντα. "Glossæ Philoxeni: stridet, τρίζει.—Lat. strido ab ἔστριδον. Nam στριδμὸς quoque, pro τρισμὸς, legas apud Aristotel. Hist. Animal. l. 4." verba sunt Vossii, in Etymologico. Unde in oculos incurrit, Lat. Stridere esse i. q. Gr. τρίζειν, præposita litera σ. Nempe à τρίδω est τρίδεω, τρίζω. Rursus à τρίδω, præfixo σ, factum strido. Conf. etiam τρύζω. E. S.]

Τρύβλιον, vel τρυβλίον, catinus, pro τερύβλιον. A τέρω. [" Vetus verbum fuit τέρειν, unde τερύειν, contracte τρύειν, idem est atque Latinorum terere" T. H.] [(Conf. sub τρίβω, et infra in τρύω.) Recte, ut videtur, Martinius; " Puto τρυβλίον esse, in quod βάλλονται τὰ τρυόμενα intrita, tritæ escæ, turundæ panis, in liquido madefaciendæ."

Nimirum à τρύω, (pro τερύω, vel τορύω,) est τρύα, h. e. trua, sive "ingens cochlear, quo cibus in ollis, inter coquendum, agitatur. Græcis dicitur τορύνη," [à τορύω, quod à τόρω, cognato alteri τέρω.] Rectissime observat idem Vossius, (ex quo illa superiora descripsimus,) "τορύνην dici à terendo." Nam terere Græcis τορέειν· unde τορύνη· quia pleraque hoc instrumento in ollis, inter coquendum, terere ac comminuere soleant." Pergit Vossius: "à trua ὑποκοριστικῶς factum trulla" &c. Jam vero à vicino τρύλιον, inserto β, enatum est τρύβλιον, ipsum vas denotans, in quo trua uti solent. E. S.]

Τρύγη hordeum, triticum, cereales fruges &c. A siccando forte. Stirps τέρω. [Malim equidem à stridendo, quia commotum ventis leviter stridet. Supra dictum est τρίζειν pp. esse stridere. A τρίζειν est τρισμὸς, sive τριγμὸς stridor, quod posterius pp. descendit à τρίγειν, forma vicina. Atqui pro τρίζειν, etiam τρύζειν, pro τρίγειν τρύγειν dixerunt. Unde τρυσμὸς stridor, τρυγὼν turtur est dicta παρὰ τὸ τρύζειν. Etymologus, c. 771. 11. Τρύγει, inquit, ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ· παρ' ὃ καὶ ἡ τρυγὼν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. Non autem τρύγην hordeum solum dici, sed et alias fruges cereales, indicat glossa Hesychii. Τρύγη· ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ πᾶς ἄλλος καρπὸς, καὶ ποία βοτάνη. E. S.]

[Τρύζω, i. q. τρίζω, pp. strideo. Homerus, Il. I. 311. ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. Hesychius. τρύζεται· ψιθυρίζεται, λογοποιεῖται, γογγύζεται. Conf. de hoc loco cel. Villoisonus, ad Apollonii Lex. Homer. in voce. E. S.]

[Τρὺξ vinum recens: mustum nondum percolatum. Fæx vini, in fundo vasis residens. Genitivus casus τρυγὸς satis docet, esse repetendam vocem à τρύγειν, i. e. stridere. Neque dubitamus, quin origine eadem hac vox sit ac Lat. trux, trucis, nisi quod, diversa paullo metaphora, usurpetur. Τρίζειν supra vidimus pp. dici de stridore dentium, in contentionibus acerbius rixantium vel et pugnantium. Neque alia ansa videtur esse vocis Lat. trux. Horridum ac trucem tribunum plebis Cicero memorat, Agrar. l. 2. 25. feras truces (quasi stridentes dentibus) Tibullus dixit l. 1. 10. 76. sævos ac truces tyrannos, Seneca, in Hercul. Fur. vs. 936. Sonus trux oris, (quasi stridens,) Plinius, l. 6. 22. vocem trucem (quasi stridentem) expavescere, Silius, l. 1. 67. Trux decet ira feras, Ovid. de Art. Am. l. 3. 502. Quæ loca grati debemus Forcellino, et J. M. Gesnero. Magnus noster Vossius, trux Latinis, pro atrox, dici suspicabatur. Quid si atrox pp. sit Gr. ἄτρυξ, cum α ἐπιτατικῷ? ut in ἄβρομος vehementer strepens, ἄτρυτος vehemens, pp. valde terens, vel stridens, dentibus &c. Conf. de nostro τρὺξ T. H. ad Arist. Plut. p. 408. E. S.]

Τρύπα foramen. A τρύω, quod pro τερύω, è stirpe τέρω. [Dici et τρύμα voluit Martinius; eoque pertinere arbitratur etiam τρύπανον, terebram, perforaculum, in Glossis Cyrilli. Conf. supra in τρίβω. E. S.]

[Τρυφὴ luxus &c. Alio loco cel. Lennepius: "verbum θρύπτω significat comminuo, contero in minutissimas partes. Hinc θρύπτεσθαι, Medium, quasi pp. dicas semet comminuere, translate dicitur is, qui luxu diffluit, et frangitur: atque inde quoque τρυφὴ generatim luxum notat." Plura vide in θρύπτω. Componatur etiam τρύφος, forma vocis masculina, i. e. fragmentum. Vide Foësium in Œcon. Hippocratis. "Τρυφὴ delicias notat, pp. fragmen, sive rem fractam: quo sensu, nostris in libris, vox τρύφος invenitur. Frustum panis est τρύφος ἄρτου. Verbum est θρύπτειν, significans frangere. Hinc τεθρυμμένοι sæpe dicuntur semimares, vel mares molles et pæne fœminæ, fracti Latinis. Forma tantum distat à θρύπτειν, τρύφειν. Hinc τρυφὴ, τρυφάω delicate vivo. Participium τρυφῶσα transiit in nomen proprium. Paullo laudantur mulierculæ, τρύφαινα et τρυφῶσα, Epistol. ad Roman. 16. 12." L. C. V.] [Luxum Latinis quoque à λύω solvo, dissolvo, dictum esse, admonuit Vossius in Etymologico. E. S.]

[Τρύχω, i. e. τρύω, (unde propagatum est) pp. tero, detero, consumo laboribus. Hesychius: τρύειν, κατατρίβειν, καταπονεῖν. Idem: τρύχειν· φθείρειν, τήκειν &c. Plura dabit Foësius, in Œconom. Hippocr. voce τρύχω· itemque in τρύχος, quod pannum lacerum et attritum significet. E. S.]

Τρύω tero. A τερύω &c. [Vide T. H. in τρύβλιον, et omnino Alb. Schultensium, Via Reg. Hebraiz. p. 79. ubi trutinam, ac τρυτάνην, dictas esse monet à τρύειν terere: quoniam τρύεται τῷ βάρει τῶν ὄγκων teritur gravitate ponderum &c. A τρύειν terere, terendoque notam imprimere, vir summus T. H. observat, fluxisse quoque rationem vocis τρυσίππιον, vel τρυσιππεῖον, qua significatur nota inusta equo, longo labore trito et confecto. Quæ quidem nota ferro ignito, sive καυτῆρι, Senatus jussu, maxillæ vel lumbis equorum inureretur, docente Hesychio in voce, et Ἵππου τρόχος &c. Conf. et τρύχω. E. S.]

Τρώγω arrodo. A τρόω, pro τερόω, quod à τέρω. [Etymol. c. 770. 40. Τρώγω παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ τρῶ τὸ βλάπτω. Sanior derivandi ratio docet, à τρώω, τέτρωκα, descendisse τρώκω, τρώγω. Etenim cognationem fuisse inter τρώκω, et τρώγω, docent derivata τρώκτης comestor, τρωκτὸς qui comedi, sive potius, qui arrodi, solet &c. Cetera lege superius, in τραύω, et mox in τρώω. E. S.]

[Τρώω vulnero. Verbum hoc, variis in locis, agnovit Etymologus, uti v. gr. in ἐξέτρω, col. 347. 84. παρὰ τὸ τρῶ, inquit, ῥῆμα, ὃ σημαίνει τὸ κόπτω· ὅθεν τρῶσαι, τὸ σιδήρῳ τέμνειν καὶ κόπτειν· δηλοῖ δὲ, καὶ τὸ βλάπτω, ὡς τὸ Οἶνός σε τρώει μελιηδής: — τὸ δὲ, παράγωγον αὐτοῦ τρώω, ἐξ οὗ παράγωγον τρῶμι· καὶ, παρῳχημένος χρόνος, ἔτρων καὶ ἐξέτρων κ. τ. λ. Vide eundem col. 727. 6. 771. 10. 29. et 760. 50. ubi legitimam hanc derivationem præbet τρώω, τρώσω, τρώσκω, et, per reduplicationem, sive potius, per repetitionem primæ literæ τ, cum iota, τιτρώσκω. Porro dubium nullum est, quin τρώω hoc sit pro τερώω, sive potius pro τερόω, adeoque cognationem arctissimam habeat cum τερύω, quod contraxerunt in τρύω. Cognationem illam agnoscit Etymologus, col. 771. 29. ubi commemorato verbo τρῶ [pro τρόω, ex τερόω] adjicit, οὗ παράγωγον τρώω, καὶ τρύω· προσθέσει τοῦ χ, τρύχω. Rectius dixisset, quemadmodum pro τερόω factum sit τρόω, τρῶ, sic à cognato ejus τερύω factum esse τρύω, τρύχω. Igitur stirps ejus verbi certissima est τέρω. Conf. Foësii Œcon. Hippocratis in voce: et dicta in τρώγω. E. S.]

Τύγχανω sum. A τυχάνω, quod à τύχω, vicino τύκω, τεύκω &c. [Etymolog. c. 771. 34. ἀπὸ τοῦ τεύχω· — ὡς φεύγω, φευγάνω, ἐρεύγω, ἐρυγγάνω. Nimirum ευ et υ promiscue fere pronunciabantur. Sed audiamus Lennepium, alio loco, de hoc verbo hæc disputantem: "A verbo antiquo τύχω, cui vicinum τεύχω, oritur verbum τυχάνω, et inserta ν, τυγχάνω, quemadmodum à πύθω, cui vicinum πεύθω, πυνθάνω· à φύγω, cui vicinum φεύγω, φυγγάνω, et similia. Propria autem verbi τυγχάνω potestas repetenda est à tangendo, vel attingendo: ea, nempe, ratione, qua jaculatores scopum attingere, vel ferire intelliguntur tellis. Hæc notio manifesta est in variis locis Homeri. Conf. Il. Ε. 287. ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες· (aberrasti sc. telo, nec es assecutus, sive attigisti,) ubi, tanquam similis significationis verba, junguntur ἁμαρτάνειν, i. e. à scopo aberrare, et οὐ τυγχάνειν. Sæpissime autem cum Genitivo construitur, variis modis, verbum nostrum τυγχάνειν, et quidem, proprio sensu, reperitur apud Lucianum in Hermotimo (Opp. t. 1. p. 775.) ubi ὀρνίθων τυγχάνειν dicuntur ii, qui sagittis aves feriunt. Plerumque autem, metaphorice positum, generatim notat nancisci, obtinere, compos fieri, uti et ἐπιτυγχάνειν, in Epist. ad Hebr. 6. 15. 11. 33." Hactenus Lennepius: cujus observatis addere liceat, Gr. τυγχάνειν et tangere Latinorum, hac lege, verba esse cognata; illud quidem ortum à τύω, τύχω, sive potius τύγω, τύγγω, hoc vero à τάω, τάγω, τάγγω, propagatum. Quod autem Lexicographi principes præcipiunt, verbum τυγχάνω Græcis idem significare ac Lat. sum, (ut H. Stephanus Thes. t. 3. col. 1438. G. "Τυγχάνω igitur primo loco, inquit, significat sum:") id ita intelligendum est, ut τυγχάνειν, hac quidem in constructione, Græcis idem sit, quod Latinis est obtingere, vel contingere, composita, nempe, verbi tangere. Exemplo sit locus Platonis, ab ipso H. Stephano laudatus, ut, ejus inductione, probaret, verbum τυγχάνω idem valere, quod Latinum sum. Est ille in Apolog. Socratis: τυγχάνει μέγιστον ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν τοῦτο· quæ verba Latine sic proprie reddas, licet: obtingit, sive contingit, homini maximum illud bonum. Atque ex hac primaria, ut putem, tangendi, sive contingendi, obtingendi, in verbo τυγχάνω, notione, reliqui ejusdem usus haud difficulter poterunt illustrari, ut primaria notio sit assequi, sive contingere: unde altera illa existendi, haud multo aliter atque in Latino contingere, deinceps sit propagata. Conferri merentur, quæ clarissimi viri, Fr. Vigerius et H. Hogevenius, in medium attulerunt, in aureo libello De Idiotismis L. Gr. cap. 5. sect. 11. p. 301. ss. Itaque et phrasis εἰ τύχοι (Viger. p. 302.) pp. significaverit si contingat, vel si ita contingat, at ἐὰν τύχω si contigero, vel attigero, ut Plato in Theag. p. 129. 17. ἥξω δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἘΑ'Ν ΤΥ'ΧΩ redibo paulo post, si ita fors ferat (pp. si attigero, nempe, scopum vel metam:) ubi rectissime Hogevenius. "Nisi hoc loco" inquit "vertere quis mallet, si voti compos factus fuero." Eadem fere ratio reliquorum omnium est, modo recte expendantur dicta scriptorum, pro diversissimis ceteroquin verbi τυγχάνω usibus, laudari solita. Finiamus in eleganti L. C. V. observatiuncula: "Duo sunt inprimis verba τυχεῖν, et λαβεῖν, quæ sic solent adjici in oratione, ubi in vulgari sermone potuerant omitti. Locus est Evangel. Lucæ, c. 20. 35. Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν κ. τ. λ. Quanquam phrasis καταξιωθῆναι τινὸς significet dignum reputari aliqua re (quo sensu phrasis invenitur posita in Epist. 2, ad Thessal. c. 1. 5.) non tamen idcirco Infinitivus τυχεῖν, hoc in loco, adjectus adeo displicere debuerat Johanni Priceo, ut illum è contextu voluerit ejectum. Ejus incogitantiam recte damnarant Lamb. Bos, Exercitatt. in Lucam, p. 48. et Joh. Alberti in Periculo Critico, cap. 6. De altero verbo λαβεῖν vide Act. Apostol. c. 3. 3. ubi mendicus quidam ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν petebat accipere eleemosynam. Ibi verbum λαβεῖν in editt. quibusdam male fuit omissum" &c. Sentietur (ni fallor) aliquanto magis elegantia phraseos τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, in loco Evang. Lucæ, si cogitaverimus, τυχεῖν de assecutione scopi pp. adhiberi: ut Belgice, ad hanc proprietatem, reddi possit: *die verwaardigd zullen worden, die toekomende zaligheid (als een allergewenscht doelwit) te bereiken.* E. S.]

Τύλος callus. A τύλω, quod à τύω, unde tundo. Alio loco cel. Lennep. "Τύλος, Græcis est callus, qualis cuti induci solet ex nimio opere: neque alia significatio est nominis τύλη. Hoc autem inde translatum est ad significandum culcitram, à forma calli, in rotundum protuberantis. Inde porro verbum factum est τυλίσσειν. In primis autem compositum ejus, ἐντυλίσσω, usus est latissimi, et significat involvo: quo verbo Græci utuntur speciatim pro fasciis involvere" &c. [Paullo altius hæc videntur repetenda. Verbum τύλω haud dubie est Lat. vetus tolo sive tollo. Præteritum tuli, ab antiquo isto tolo, sive potius ab ipso τύλω, desumtum, servavit nobis quoque sermo Latinus in suo fero, tuli, latum, ferre. Itaque ab hocce τύλω recta descendit τύλος, pp. qui tollitur vel attollit se. Attendi ea significatio propria potest in voce τύλος, quatenus τὸ αἰδοῖον virile significat. Porro τύλος dicitur callus, qui se attollit, in membris humani corporis, durioris laboris patientibus: item clavus in pede altius se tollens; gibbus etiam cameli elatus &c. Forma, ejusdem vocis τύλος, fœminina τύλη, eandem vim habet, culcitram in primis significans. A Dativo hujus τύλη, sive τύλει (antiquiori in scriptura) videtur esse τυλίω, et hinc τυλίσσω in modum culcitræ, vel protuberanti forma, involvo. A Dativo autem masculinæ formæ τύλος est τυλόω callosum reddo &c. Conf. supra in τίλμα &c. E. S.]

Τύμβος sepulcrum. A τύβος, quod, à τύω ortum, cum τύπω est componendum. [A via aberrat Etymolog. c. 771. 38. Τύμβος, inquiens, ὁ τάφος παρὰ τὸ τύφεσθαι ἐκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα, τουτέστι καίεσθαι. Docere nos potest collatio Latinæ vocis tumulus, (quæ diminutivæ formæ est à tumus, ut grumulus à grumus, cumulus à cumus, nummulus sive potius numulus à numus &c.) formam simpliciorem vocis τύμβος olim fuisse τύμος· quod ipsum tumos servavit nobis lingua Latina in suo tumor; promiscue enim haud dubie dixerunt olim tumor et tumos, ut honor et honos, labor et labos, amor et amos, odor et odos, &c. Jam vero, voci τύμος inserta litera β, (de qua insertione legatur Analog. cap. 16. p. 207.) factum est à τύμος τύμβος, fere uti à μόρος, (Hesychio ὁ νόσος,) est μόρβος, morbus. Itaque τύμβος Græcorum idem, ex origine sua, fuerit, quod Lat. tumulus, sola forma diminutiva inde diversum vocabulum. Glossæ Philoxen. τύμβα tumuli. Τύμβος bustus, tumulus. Τύμβοι grumi, tumuli. Unde jam deinceps manifestum erit, τύμβον à tumendo dictum fuisse. Sane tumor Latinis pp. erat ὄγκος, elatio: ut in illo Lactantii, quod Forcellinus laudavit, de Ira dei, c. 18. Ut residente, per intervallum temporis, animi tumore &c. Vide porro Vossii Etymol. voce tumulus. E. S.]

[Τύνος et τύννος parvus, exilis. Hesychius: τύννος· μικρὸς, τηλικοῦτος. Laudatur ibidem à cl. Albertio, col. 1433. ex Theocr. Id. 24. 137. τύννον δόρπον, pro exili cœna, et ad vocem sequentem τυννοῦν, sive potius τυννοῦτον, ex Aristophan. Nub. vs. 876. Παιδάριον τυννοῦτον, id est μικρόν. Conf. idem Aristoph. Equit. vs. 1217. Acharn. vs. 366. &c. Ad quæ rectius intelligenda faciet Martinii observatio, qui in Etymologico suo docet, "voces τύνος et τύννος sonare quasi tenuis Latinorum." Hac opera nobis constare poterit vera vocis τύνος sive τύννος origo. Quemadmodum enim Lat. tenuis, analogice, reduci debet ad τένω tendo, unde τένυς, τενύω, tenuo, tenuis; ita ut tenuis, tali ex origine, proprie significet id quod extensum longius, adeoque rarefactum est: sic vox τύνος, vel τύννος, pertinere censenda est ad cognatam formam τύνω, ut τύνος ipsa voce vix differat à tenuis, et τύννος δόρπος, in loco citato Theocriti (24. 27.) Latinissime reddi possit cœna tenuis, ut tenuem mensam, tenuem victum passim dicunt. Ex τύννος autem, et pronomine οὗτος, coaluit productius τυννοῦτος Lat. tantillus, nempe, quasi tenuem hunc, vel tenuem istum, cum contemptu quodam, dixeris. E. S.]

Τύπτω tundo. A τύπω, quod à τύω. [Ambiguum mihi quidem videtur, sitne verbum τύπτω analogice repetendum à τύω, ut κύπτω à κύω· an potius quasi per ὀνοματοποιΐαν formatum sit à sono, quo tunditur. Prius si præplaceat, notio tendendi, in τύω, (quæ manifesto admodum sentitur in ἐντύω intendo) transferri potuit ad illam percutiendi manu extensa. Illustrabunt hanc imaginem phrases, in Codice Sacro, passim obviæ (Exod. 3. 20. 9. 15. Jesaiæ 5. 25. 9. 11. 12. &c.) quibus manus ad percutiendum extensa depingitur. Jam vero ipsum hoc primigenium τύειν (in significatione gravius percutiendi, contundendi, adeoque trucidandi, violenter occidendi) servasse videri possit lingua Franco-Gallica in suo tuer: haud aliter, atque apud Hebræos Arabasque, verbum הרג, sive هرج, pp. notat tutudit vehementius (Amos 9. 1.) dein trucidavit, violenter interemit. Ab isto igitur τύω fit productum τύθω, ut à κύω, κύθω; dein, ν inserta, τύνδω Lat. tundo; et, litera π interposita, à τύω, τύπω, ut à κύω, κύπω; mox τύπτω, uti κύπτω &c. porro τυπάω, τυπίω, cum ceteris productioribus formis, in quibus omnibus illa tundendi significatio late regnat. E. S.]

Τύραννος tyrannus. Vox Græcæ haud dubie originis,

formaque sua alteri ἐρανὸς sive ἐρανὸς, haud multum dissimilis: ut ex oriente eam repetendam esse, haud lubenter crediderim. Elegans est, ab eruditissimo viro, in Lexico Hedericiano, proposita conjectura, vocem τύραννος, Homero, ceterisque antiquissimis, non usitatam, arcessendam esse ab usitatissima, id ætatis, voce, κοίρανος. "Æoles et Dores, inquit, ita efferebant, (more suo τ literæ κ sufficiendi,) id quod cæteri Græci κοίρανος." Prælusisse videri possit Etymologus, col. 772. 1. Τύραννον δὲ οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ βασιλέως ἔφασαν· ἴσθ' ὅτι δὲ καὶ τὸν τύραννον βασιλέα ἔλεγον. Habet hæc derivatio, quo se vehementer commendet. Sane Æoles et Dores, pro κ, τ extulisse, liquido apparet ex τῆνος, pro κεῖνος, τυφέλη pro κυφέλη, similibusque aliis, apud Vossium et Maittairium. Accedit ipsa forma vocis τύραννος, sive τύρανος (ut olim per simplex ν scripsere) cum altera ista κοίρανος, vel κύρανος (οι enim et υ permutantur) satis conveniens. Quodsi vel sic tamen hæc etymologia nonnihil displiceat, en tibi aliam, haud minus analogiæ respondentem. Qua, nempe, lege ab ἔω, ἔρω, ἐράω, ἐράνω, est ἐρανὸς, sive ἐρανὸς, eadem à τύω, τύρω, τυράω, τυράνω, esse potuit τύρανος, τύραννος. Jam vero τύρω (unde et τύρβω) cognatum fuit alteri τάρω, unde ταράω, ταράσσειν turbare. Hoc adspectu τύρανος videri queat pp. notasse turbatum (ut ἐρανὸς amatum) vel potius turbarum plenum, ut ἐρανὸς amore plenum, amabilem: quo ex fonte τύραννος, (uti apud Hesychium est,) in usu sermonis, notaverit fere idem quod ἄρχων ἀπηνὴς, καὶ ἀπάνθρωπος, παράνομος βασιλεὺς et similia; nimirum, quasi turbatorem, conturbatorem, dixeris, jucundissima quævis, et placidissima turbantem. Hæc igitur posterior derivatio vocis haud minus videri queat verisimilis. Quid, si insuper accesserit leviuscula vocis κοίρανος, sive κύρανος, in τύραννος, inflexio? ut, quem antea κύρανον, sive κοίρανον, i. e. principem, et quasi caput gentis, dixissent, eundem postea, leviter immuta voce, dixerunt τύραννον, i. e. turbatorem. Tales certe vocum inflexiones apud antiquos satis superque notæ erant: ut et in Hebræorum gente עכור turbator, pro עכן Achane &c. Conf. et infra in τυρβάζω. E. S.]

[Τυρβάζω turbas excito. A τύρβη Lat. turba. Alio loco cel. Lennepius: "Verbum τυρβάζειν idem fere significavit olim quod ταράσσειν, factumque est à nomine τύρβη, unde Lat. turba. Τύρβη autem, valens idem quod Lat. θόρυβος, ab Atticis pronunciatum fuit σύρβη, cujus origo est verbum σύρω traho.". Hactenus ille. Præsiiterit tamen, in originibus hujus vocis indagandis, respexisse ad cognationem inter verba τύρω et τάρω, supra jam, in voce τύραννος, commemoratam. Quemadmodum enim ibidem vidimus, a τάρω esse ταράω, ταράσσω, ita haud multo dissimiliter a τύρβω, τυρβάω, τυρβάζω. Egregie vero Scholiastes Aristophanis ad Equites, p. 305. τυρβάσαι, inquit, κυρίως, τὸν πηλὸν ΤΑΡΑ'ΞΑΙ. Vide cel. L. Bos, Exercitt. ad Luc. 10. 41. Denique ab alia forma τόρω, pronunciatione sua haud multum distante à priori illo τάρω, sive potius ab adspirato θόρω, habeas θορέω, θορύβω, θόρυβος. Conf. supra, et vide mox in τυρός. E. S.]

Τυρὸς caseus. A τύρω turbo, misceo. [Eustathius col. 1626. 27. 31. conjiciebat, dici vocem potuisse παρὰ τὸ τέρσειν, ὅ ἐστι ξηραίνειν. Quod quia parum huc quadrat, malim equidem repetere à τύω tendo, sive premo validius: ut τυρὸς pp. sit pressus, dein, eximie, caseus, secundum illud Virgilii Eclog. 1. 25. Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi. A τύρω premo fortasse etiam est τύρσος, sive τύρσις, Lat. turris, propugnaculum, Gr. ἔπαλξις. Alia metaphora à τύρω, cognato alteri τάρω, sive potius à nomine τύρος, est τυρέω turbo. E. S.]

Τυφλὸς cœcus. A τύφω, quod vide. ["Verbum τύφειν pp. notat fumum excitare. Τύφος fumus: unde τυφλὸς in usu sermonis est cœcus, pp. cujus oculis velut fumus est objectus. A τύφος verbum ductum est τυφόω· unde Participium (à Paullo adhibitum, in 2 Epistola ad Timoth. cap. 3. 4.) τετυφωμένος eximie superbum significat. In 1. ad Timoth. 6. 4. de homine, inani rerum, nihil profuturarum, scientia superbo, τετύφωται, inquit, Paullus, μηδὲν ἐπιστάμενος, i. e. velut fumo scientiæ suæ inflatus est, cum nihil tamen cognoscat. Pulchre Plato juvenem modestum vocabat ζῶον ἄτυφον μοίρας μετέχον." L. C. V.] [Breviter alibi ὁ πάνυ. "Τυφλὸς cœcus, pp. is, cui oculi sunt offusi. Est enim Adjectiva forma à τύφω fumum, caliginem, nubem objicio." T. H.] [Vide et Salmasium infra in τύφω. E. S.]

Τύφω fumum excito, accendo. A τύπω tundo. [Audiamus, de verbo τύφω, magnum Salmasium, in notis ad Tertulliani librum de Pallio, p. 318. sic fere disputantem: "Ambitio affectus est, h. e. πάθος, quæ tota in vanæ gloriæ affectatione posita est.——Τύφος superbia, nimirum et animi inflatio. Allusit omnino ad nomen τύφος, quod ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, ab incendio, derivatum est: nam τύφεσθαι est ἐκκαίεσθαι, ἐκφλέγεσθαι. Hinc τύφος vanæ gloriæ ardor. Hesychius τύφος· ἔπαρσις, ἀλαζονεία, κενοδοξία. ——Τύφος pp. est fomes, τύφεσθαι enim ἡσυχῇ καίεσθαι Græci exponunt" &c. Hæc Salmasius. Nostra quidem sententia τύφειν nihil aliud est quam τύπτειν, adspiratum, atque adeo pp. notat tundere, verberare. Observavit hoc jam cel. Lennepius: et, verbo τύπτειν tribui solitum, Præteritum τέτυφα rem satis comprobat. Itaque τυφὼν, vel τυφὼς, ventus procellosus dictus est, à tundendo, vel pulsando vela navium, ædificia &c. Lucas, Act. Apost. c. 27. 14. 'ΕΒΑΛΕ κατ' αὐτῆς, navem scilicet, ἄνεμος ΤΥΦΩΝΙΚΟ'Σ, ὁ καλούμενος εὐρυκλύδων. Rursus τύφος qui tunditur, pulsatur, eximie dictus est cuneus, Belgice *een wig*. Hesychius τύφοι· σφῆνες. Alio flexu τύφος, (apud Hippocratem, de Intern. Affect. cap. 5. p. 553. 5.) morbus dicitur vehementissimus, corpus validissime afficiens, et quasi contundens ("artubus maxime prostratis" verba sunt clariss. viri *de Sauvages* Nosolog. Method. t. 1. p. 308.) Stuporem attonitum alii exponunt: quod quidem nomen stuporis huc eo magis aptum esset, quia ipsum Lat. stupor non alia vox videtur esse, quam Græc. τύφος sive τύπος, unde, præfixa σ, στύπος, et στύπος, ut honos, honor; arbos, arbor &c. Denique τύφεσθαι pp. extundi dicitur silex, vel aliud ignitabulum, quando scintillæ eliciuntur: unde notio ignem concipiendi, fumandi, ardendi &c. E. S.]

[Τύω i. q. τόω, τάω, τέω, i. e. pp. tendo, intendo, quod Græcis dicitur ἐντύειν, (Lat. intuo, intueo, i. e. ἀτενίζω) unde compositum ἐπεντύειν, quod proxime convenit cum Belgar. *inspannen*. Il. Θ. 374. Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νῶϊν 'ΕΠΕ'ΝΤΥΕ μώνυχας ἵππους, Belg. *span ons de paarden in*. A τύω hoc productius est τύνω, ut a τέω, τίνω &c. unde τύνω, ἐντύνω &c. Vide dicta superius in τύνος et τόνος. In Hesychio habes etiam τύσσει· ἱκετεύει, i. e. supplicat, quod varie tentarunt viri docti. An τύσσει, hac ex origine verbi τύω, est i. q. τύνον, h. e. tenuem reddit se, Belg. *hij maakt zich klein, hij stelt zich klein aan?* Vide alia apud cel. Albert. ad h. l. A τύσσειν hocce diversum omnino est Lat. tussire, quippe quod à sono tussientis factum. E. S.]

Υ

Ὑάκινθος hyacinthus. Floris nomen. Forte ab ὕω, unde ὕδωρ. [Complura de Hyacintho præbebunt Salmas. in Exercitt. Plinianis p. 865. &c. et Hyles Iatric. p. 21. &c. Vossius in Etymologico, et viri docti ad Hesychium. E. S.]

Ὕαλος vitrum, crystallus. Ab ὕω, ob colorem aquarum. [Etymologus, c. 774. 5. παρὰ τὸ ὕειν, καθ' ὁμοιότητα τῆς γινομένης συστάσεως, καὶ μιθέξεως, τοῦ ὕδατος, ὑάλῳ ὁμοίως. Conf. infra in ὕω. E. S.]

Ὕβρις injuria. Ab ὑβὸς, quod speciatim gibbum notat, ortum forte ab ὕβω, vicino ὕπω· unde ὑπὲρ, ὕπερος superus &c. [Etymologus c. 774. 17. παρὰ τὸ ὑπαιρῶ, ὕφρις, καὶ, τροπῇ, ὕβρις· οἱ δὲ ὑπόβαρίς τις οὖσα κ. τ. λ. "Ὕβρις opponitur τῇ κοσμιότητι. Eadem fere in hac voce potestas est, quæ in ἀσελγὴς &c. Ergo ὑβρίζειν ponitur etiam de eo, quod modum superat, et modestiam non servat. Sic ἐσθὴς ὑβρισμένη est vestis supra modum pretiosa. ut est apud Ælianum, in Hist. Animal. 1. ὕβρις τοῦ οἴνου, quando vinum effervescit. Sic equus vocatur ὑβριστὴς, qui continuo saltat, et sessorem dejicit. Eo etiam pacto ὑβρίζειν tribuitur divitiis, quæ efficiunt, ut homo modum excedere debeat. Ποταμὸς dicitur ὑβρίζειν, quando abundat extra alveum." T. H.] [Ex quibus facile apparebit veritas observationis Lennepianæ. Nempe ab ὕπω, ὑπὲρ, factum videtur ὕπερις, mox contractum in ὕπρις, et molliori pronunciatione, ὕβρις. Ab eodem ὑπὲρ (Lat. super) descendit ὕπερος superus, et, β interposito, ὕπερβος, superbus. In quo quidem Lat. superbus eædem observari possunt significationes metaphorice, quæ in Græco ὕβρις, ὑβρίζειν &c. dominantur: superbum et superfluentem hominem, proprie admodum, dixit Catullus, in Jul. Cæsar. s. 27. 6. merum superbum, Horatius, Carm. 2. 14. 27. &c. Vide Gesnerum et Forcellinum in superbus, superbio et infra in ὑπὲρ. E. S.]

Ὑγιὴς sanus. Ab ὕγω sugo, vicino ὕω, ὕδω &c. [Etymol. c. 774. 25. Ὑγιὴς, ὁ ἐν ὑγρῷ ὢν, καὶ ζῶν κ. τ. λ. "Ὑγιὴς sanus. Vox hæc à corporis sanitate transfertur ad mentem. Cui igitur sana mens est in sano corpore, is dicitur ὑγιής; contra insanus, οὐ ὑγιής. In morali disciplina homo ὑγιὴς vocatur, qui probis et bonis est moribus, cui opponitur νόσος morbus. Hinc recta opponi videas νοσοῦντας, et ὑγιεῖς &c. T. H.] [Si Latina voce reddere velimus τὸ ὑγιὲς, ὑγιὴς, ni fallor, idem fere erit quod Lat. succosus, et, sola forma vocis, inde diversum. Ὕγω enim, uti admonuit cel. Lennepius, Latinis est sugo, è Græco ὕγω ductum, spiritu aspero, ut sæpissime alibi, in s mutato. A sugo hoc dein est sugus, sucus, succus: ut succus, sive potius sucus, (quod meliores Codices servant,) nihil aliud sit, quam quod sugitur. Ab ὕγος sugus, sive ex altera ejus forma ὕγορ, factum est ὑγορὸς, ὑγρὸς, succosus, humidus: quod et pro molli, tenero adhibuere. Itaque, tali à fonte, nostrum ὑγιὴς pp. succosus, uvidus, pro sano dictum fuerit, humoribus, quasi vitalibus abundante, atque opposito homini emarcido, cujus omnis vigor abierit. Inde et μῦθος ὑγιὴς pro sermone grato, recenti, Il. Θ. 524. et alia. Conf. huc omnino proprietatem vocum חסד, חסיד, et שוע, apud Hebræos: et imagines poëtæ Arabis *Ebn Doreidi*, initio Idyllii sui, editionis nostræ pag. 2-4. E. S.]

Ὑγρὸς madidus, pro ὑγερὸς ab ὕγω. [Vide dicta in ὑγιὴς et ὕδω. E. S.]

Ὕδω cano. Ab ὕω fluo. Alibi hæc habet cel. Lennepius: "Verbo ἀείδω vicinum est alterum ὕδω, unde ὑδέω (et ὑδείω) poëtis Ionibus in usu est, pro ἀείδω. Ab isto verbo ὕδω formatum nomen ὕμνος, cantilena." &c. Vide inferius in ὕδωρ. "Sparsa leguntur in Lexicis vocabula ὕδωρ, ὕδος, ὕμνος, ὑγρὸς, ὑμὴν, ὗμα. Latina sunt humor, humus, humidus, humeo, humesco. Ista omnia, aliaque complura, manarunt ex uno fonte, suntque adeo velut sorores, ex una matre, quibus facies non omnibus una, neo diversa tamen, qualem decet esse sororum. Istis omnibus est radix verbum ὕω, unum de V bilitteris, Activa potestate significans irrigo, neutra virtute pluo. Jupiter, (plebi Atticæ creditus olim pluviam è nubibus emittere,) plebi ποιεῖν ὕδωρ, elegantioribus ὕειν, dicebatur. Ab ὕειν igitur fluxit ὑετὸς pluvia, cum suis derivatis. Ab ὕω quoque, inserta litera δ, formarunt ὕδω, quod in linguæ reliquiis superest, cum significatu cantandi, quo sensu adhibitum Apollonio Rhodio, l. 2. 530. explicatur in Scholiis ᾄδειν, λέγειν. Eodem sensu Pindarus aliquoties adhibuit.——Qui quidem huic verba tractandi rationi paullulum sunt adsueti, facile intelligent, cantandi notionem figuratam fluxisse à prima rigandi irrigandique: ex fonte, nempe, perenni Homeri poëtæ omnes suos hortos irrigasse dicuntur.——Notum satis est illud Virgilii, sat prata bibere. Jam vero irrigandi hanc notionem verbo ὕδω satis vindicabunt nomina, aquam significantia, ὕδος, ὕδας, ὕδωρ. Ab ὕδος fluxit Dativus ὕδει, obvius semel, in Hesiodo, Ἔργ. vs. 61. γαῖαν ὝΔΕΙ φύρειν terram aqua macerare. Ab ὕδας, (præter ὕδατος, ὕδατι &c. casus obliquos, nomini ὕδωρ tributos,) enata sunt Adjectiva, aquosum, vel aqueum significantia, ὑδάνης, ὑδάλεος, ὑδατώδης, ὑδατόεις, et ὑδάτινος. Horum primum ab Æschylo adhibitum, Casaubonus illustravit p. 285. Denique verbum ὕω irrigo, pluo, formavit ex se Præteritum Passivum Analogicum ὗμαι. Id certe olim in usu fuisse, demonstrant nomina, illinc derivata, ὗμα, et ὗμος. Neutrum invenitur in Lexicis Græcis. Ὕμα, de re madefacta adhibitum Hippocrati medico, docet nos Eustachius in notis ad Erotiani editionem Venetam, p. 115. Ὕμος, apud Græcos obsolefactum, conservatum fuit in Lat. humus. Itaque Lat. humus, ex hac origine, pp. est terra madida et irrigata: quam vim satis adfirmat ductum ab humi humidus. Porro illinc fluxere verba humeo et humesco. Ad eandem Græcam originem referri præterea possunt voces Latinæ uvus, unde uvi, uvidus, et, illinc contractum, udus. Ab ὗμαι formetur Participium ὑμένος elisa vocali brevi, hinc ortum est ὕμνος hymnus, liquido cum modulamine profusus et decantatus. Illinc etiam orta ὑμὴν, ὑμένες, Medicis dicebantur pelliculæ oculis obductæ, ab humore sic dictæ: sunt enim semper humidæ, nisi quando ferreus somnus oculos occupat. In Scholiis ad Sophoclis Ajac. vs. 28. βλέφαρα, palpebræ, esse dicuntur οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς περιέχοντες ὑμένες." L. C. V.] [Vide et alia in ὕδωρ. E. S.]

Ὕδωρ aqua. Ab ὕδω fluo. [Etymolog. c. 774. 51. Ὕδωρ, παρὰ τὸ ὕω, τὸ βρέχω, ὕωρ· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ δ, ὕδωρ κ. τ. λ. "Ὕδωρ, ὕδατος referri solet inter anomala. Sed, quæ dicuntur, anomaliæ Grammaticis sunt imputandæ. In linguis nullæ dantur anomaliæ: omnia decurrunt, secundum certas leges, ad simplicem analogiam. Duplex igitur fuit antiqua hujus nominis, (aquam significantis,) forma, ὕδας et ὕδος, sicuti, duplici forma, senectus dicebatur γῆρας et γῆρος: unde duplex Dativus in libris superest γηρᾷ, ex γήρατι contractum, et γήρει, à γῆρος, quorum ille pervulgatus est, hic vero (γήρει) occurrit aliquoties in versione Alexandrina Veteris Testamenti. Pellis dicta fuit Græce δέρος, et δέρας, solum οὖδος et οὖδας. Jam vero γῆρας flecti solet in Genitivo γήρατος, et, per geminam contractionem, γήραος, γήρως. Ad hanc normam inflectamus ὕδας, ὕδατος, ὕδαος, ὕδως. Is Genitivus, contractus (ut sæpe in veteri lingua casus Genitivi mutantur in rectos) tandemque σ in ρ mutato, evasit Nominativus ὕδωρ. Hæc istius est formæ Analogia, nondum ante tradita." L. C. V.] [Per lancem saturam quædam adjiciamus, nova fortasse, observata. Stirps haud dubie est ὕω. Ab hujus sive Futuro ὕσω, sive altera Præteriti Pass. ὕσαι, repeti potest vox Latina usus, pro copia adfluente, rerum. Inde etiam (nisi potius à 3. Præt. perf. ὕται) est utor, pp. rei copiam, quasi, adfluentem vel adfusam mihi habeo faciove. Unde explicari apte possit Plautinum illud uti se, pro genio suo effuse indulgere. Porro à forma quadam sive Futuri, sive Præteriti Pass. ejusdem verbi ὕω, descendisse putem verbum ὕδω, quod verbum Latini veteres, duplici modo, in sermone suo adhibuere. Aut enim digammate Æolico præfixo, pro ὕδω, protulerunt fudo, et hinc fundo, fudi &c. aut, spiritu aspero, in S resoluto, pronuntiarunt sudo, unde nomen sudor, sive sudos, Gr. ὕδος, profluxit. Quæ si vere sint observata, in oculos simul incurret, Græc. ὕδειν, i. e. canere, proprietate sua nihil aliud esse, quam Lat. vetus fudere sive fundere sc. versus, carmina. Conf. supra in ὕδω, ἴδω, et inferius dicenda in ὕω. E. S.]

Ὕθλος nugæ, ineptiæ. Forte ab ὕω, ὕδω cano. [Malim equidem repetere à fundendo, profundendo: ut ὕθλος pp. sit profusio temeraria verborum nihil profuturorum. Etymolog. c. 775. 10. Ὕθλος· ἡ φλυαρία ἐκ τοῦ φλῶ, παράγω-

γον φλέω καὶ φλύω· ὡς ῥέω, ῥύω κ. τ. λ. Hac metaphora etiam Arabes suum هتل et هتن adhibuisse, probavimus in Obss. ad Vet. Test. post Cant. Hisk. p. 5. seqq. E. S.]

Υἱὸς filius. Ab ὕω humore fœcundo pluo. Alibi cel. Lennep. "Variæ olim fuerunt hujus nominis formæ, quarum casus obliqui, in lectione veterum poëtarum, probe sunt distinguendi: ne præpropero judicio, aliquid contra constantem linguæ analogiam statuas. Sunt autem ὑὶς, ὑνὶς, υἱὸς, et υἱεύς. Horum duo priora poëtæ cum reliquis sæpe solent permiscere. Υἱεὺς in primis familiare est Atticis: υἱὸς denique communis dialecti. Origo nominis verbum ὕω est, notans pp. humorem fœcundum demitto." Conferri potest nomen σπέρμα semen, quod, ut Hebr. זרע, aliquando etiam pro filio accipitur. E. S.]

Ὑλάω latro. A sono canum. [Conferri poterit cum Belgico nostro *huilen*, quod canibus etiam tribuitur. Aliud verbum est βαΰζειν, itidem à sono canum factum. Hesych. βαΰζειν· ὑλακτεῖν. Vide supr. E. S.]

Ὕλη materia (pecul. lignea.) Forte ab ὕω. Etymologus: Ὕλη· τὰ ξύλα, ὡς τὸ — ὕλην ταμέμεν: — καὶ τὸν σύνδενδρον τόπον, ὡς τὸ, Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ, κ. τ. λ. A notione fundendi videtur ὕλη pp. esse, quod se per terram diffundit: quo adspectu etiam frutices, stirpesque parvæ, in segete enascentes, ὕλη vocantur. Porro à notione arboris lignive, quaquaversum se diffundentis, videtur repetenda esse significatio sylvæ: ut Belgæ quoque *het hout*, pro sylva, dicimus. Observandum autem est, Latinorum vocem silvam, sive potius sylvam, per y, nihil aliud esse quam Gr. ὕλη, unde σύλη, σύλϜη, vel σύλϜα, sylva. Conf. Vossii Etymologicum in voce. E. S.]

Ὑμὴν membrana. Ab ὕω. [Nimirum pp. dicitur membrana humida ὑμήν. Vide L. C. V. sub ὕδω.]

[Ὕμνος hymnus. Vide supra sub ὕδω. Alibi cel. Lennep. "Quemadmodum κρημνὸς, ποίμνη, et similia omnia, pp. contracta sunt ex Participiis Passivorum; ut κρημνὸς v. gr. sit pro κρημένος, et hoc à κεκρημένος, Latinis pp. suspensus, præceps, à verbo κρεμάω· ποίμνη autem pro ποιμένη, et hoc pro πεποιμένη, Participio verbi obsoleti ποίω, quod idem ac πόω pasco, adeoque ποίμνη, sc. ἀγέλη, pp. notat pastum herba, sc. gregem: ad eandem rationem ὕμνος repetendum à verbo ὕω, vel ὕδω cano. Ὕμνος igitur idem est quod cantus." Adde et hæc ex L. C. V. "Origo vocis ὕμνος, quæ videri possit abstrusior, H. Stephanum non latuit; verbum, nempe, ὕω cano. Analogicam derivandi rationem vidit L. Bos, in Diss. de Etymolog. Græca, p. 13. Ὕδειν, et ὑδέειν, in usu fuisse, Hesychii Lexicon probat, quippe in quo ὑδέουσιν redditur ὑμνοῦσι, et ὕδειν, ὑμνεῖν, ᾄδειν. Ὑδέονται legitur in Apollonii Rhodii Argon. l. 2. vs. 530. et in Scholiis redditur ᾄδονται καὶ λέγονται." &c. Ὕδειν pp. idem esse verbum ac Lat. fundere, supra observavimus ad ὕδωρ. E. S.]

Ὕννος equuleus. Etiam, per ι, legitur ἴννος, sive ἶνος, Lat. hinnus, cujus diminutivum est hinnuleus, ut ab equus, equuleus &c. Vide supra. E. S.]

Ὕπαιθα ex obliquo. Ex ὑπαὶ, et θά. De ὑπαὶ vide ὑπὸ in Lexico, [et nos inferius, sub ὑπὲρ &c. E. S.]

Ὕπαρ visio, et ὑπὲρ super. Forte ab ὕπω repetenda: Vestigia ejus in ὕπτιος supinus, planus, excelsus: itemque in Lat. supero. [Conf. supra in ὄναρ, et infra in ὑπέρ.]

Ὑπὲρ super, supra. Originis remotissimæ particulæ sunt ὑπὲρ, ὑπὸ, ὑπαὶ, &c. Quo major opera nobis danda est, ut, quoad ejus fieri possit, incunabula earundem indagemus accuratius. Principio illud verisimile est quemadmodum ἀπὸ, pro ἀπῷ, pp. Dativus sive Ablativus antiquus est, repetendus à Nominativo ἀπός· ἀπαὶ vero ducendum est ab ἀπῇ, forma ejusdem fœminina, haud aliter ὑπὸ esse ab ὑπῷ, et arcessendum à Nominat. quodam deperdito ὑπὸς, similiterque ὑπαὶ ducendum à forma ejusdem vocis fœminina, item diu obsoleta, ὑπῇ. Quid vero in prisco sermone notaverit illud ὕπω, hodie longe incertissimum videtur. Si conjectare aliquid in re, adeo alta caligine obducta, liceret, suspicarer equidem, qua analogia voces ἴννος, et ὕννος, inter se convenire vidimus, eadem et verba ἴπω, et ὕπω, non multum à se invicem distare potuisse. Jam vero stirpi ἴπειν sive ἵπειν propria olim videtur fuisse vis premendi, premendo pandendi, et expandendi. Conf. supr. An igitur et ὕπειν antiquitus pp. fuit premere validius, sive potius pandere, pecul. humi? Hinc certe ducta nomina, ὑπὸς et ὑπὴ, sive ὑπὰ, pp. notare potuissent i. q. expansio, humi facta, adeoque subjectionis cujusdam significationem potuissent inferre. Quam vim si tantisper admittas, voculæ ὑπὸ, pro ὑπῷ, et ὑπαὶ, pp. notare potuerunt expansionem humi, adeoque subjectionem, aut substrationem, rei cuidam vel personæ, factam, possetque hoc pacto simul ratio quædam reddi, cur voculæ hæ, sive per constructionem, sive per appositionem, (quam vocant Grammatici) tanquam Præpositiones, variis cum casibus jungi cœptæ fuerint. Ita v. gr. apud Homerum, scriptorem antiquissimum, Il. Δ. 478. 479. in verbis μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν Ἔπλεθ' ὙΠ' Αἴαντος μεγαθύμου δουρὶ δαμέντι, sentiri potest subjectio, quasi, et substratio, Ajaci facta. Inspice porro Il. Θ. 14. ἧχι βάθιστον ὙΠΟ' χθονός ἐστι βέρεθρον ubi profundissimum sub terra, pp. subjectum terræ, sive ad literam subjectione terræ, est barathrum. Ab ὑπὸ autem alterum ὑπαὶ, nullo discrimine, diversum est, nisi quod ὑπαὶ sit forma Dativi, vel Ablativi, fœminina, ut ὑπὸ, pro ὑπῷ, forma est masculina. Occurrit tamen priori illo longe rarius, v. gr. Il. Κ. 376. χλωρὸς ὙΠΑΙ' δείους pallidus præ timore, pp. subjectione, vel substratione, timoris. Λ. 417. ὙΠΑΙ' δέ τε κόμπος ὀδόντων Γίγνεται, infra autem, pp. substratione ejus, stridor dentium oritur. Vide et Il. Ξ. 117. Ο. 4. 171. 275. 625. Π. 357. &c. Aliis quoque casibus hoc ipsum ὙΠΑΙ' jungitur (sive per constructionem, sive per appositionem) non aliter, quam forma ejusdem masculina ὑπό. Ita v. gr. ὑπὸ et ὑπαὶ cum Dativo junguntur, Il. Β. 714. 728. Ε. 313. 559. Ζ. 171. 453. coll. Π. Κ. 22. 132. Ξ. 186. Od. Ν. 225. Υ. 226. Cum Accusativo etiam, Il. Θ. 41. 156. Ν. 388. 652. Τ. 73. coll. Il. Β. 824. Ν. 615. Notandus in primis quoque locus est, Il. Γ. 217. ὙΠΑΙ' δὲ ἴδεσκε, κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας· quippe ex qua constructione verborum proprietas vocis ὑπαὶ egregie elucet. Porro ab eodem verbo ὕπω, sive potius à derivato nomine ejus ὑπὸς, (è cujus Dativo vel Ablativo ὑπῷ præpositionem ὑπὸ esse, modo diximus) videtur descendisse ὕπερος, ὕπρος; qua ratione ab ὕγος est ὑγερὸς, ὑγρός· ab ὕδος, ὕδερος, ὕδρος· à κῦδος, κυδερὸς, κυδρός· à λύγος, λυγερὸς, λυγρὸς &c. In quo tamen ὕπερος notio primaria expansionis, quam verbo propriam esse conjecimus, alio flexu ducta est ad superioritatem: ita ut expansio sursum facta significetur. Hæc certe notio expansionis, superiora versus institutæ, clarissime etiam deprehenditur in verbo ἵπταμαι volo, volare, pp. expando me vel alas meas sursum. Itaque et ab ὕπερος hocce descendit Accusativus Pluralis ὕπερα, contractus in ὕπρα, (unde Latinum supra,) à Græcis vero, per resorbtionem ultimæ vocalis α, pronuntiatus ὑπὲρ, quemadmodum pro παρὰ passim, (etiam non sequente vocali,) dicitur παρ', pro κατὰ, κατ' pro μετὰ, μετ', &c. Itaque ὑπὲρ hac quidem ex etymologia, pro ὕπερα, ad amussim respondebit Lat. supra, pro supera. Confirmabit hanc observationem comparatio alterius formæ Lat. subter, pro subtera, ut Gr. ὑπὲρ pro ὕπερα· quod quidem subtera Græce videtur fuisse ὕπτερα, ab ὕπτερος, contracto ex ὑπότερος· quod formam Comparativam præbet ab ὕπος, Adjectivo, uti ab ἴσος est ἰσότερος &c. Conf. in ὕπω. E. S.]

Ὕπερος pistillum. Ab ὕπω. [Forma adjectiva ducta videtur ab ὕπος, ὕπερος, in fœm. ὑπέρα, in neutr. ὕπερον. Haud dubie ipsum hoc ὕπερος est Lat. superus, ut ὑπὲρ super, ὑπὸ, sive abbreviatum ὑπ', Lat. est sub. Porro formæ hæ Adjectivæ ὕπερος, α, ον, per ellipsin, vim nominum Substantivorum acceperunt: ut ὕπερος quidem et ὕπερον, ansa ducta à sublatione, qua semper sursum tollatur, quasi superus et superum, idem valeant ac Lat. pistillum; ὑπέρα vero funis dictus fuerit, quo antennarum cornua reguntur, itidem quasi supera, vel superus, παρὰ τὸ ὑπεράνω εἶναι. Vide H. Stephani Thes. t. 3. col. 1748. 1749. Conf. etiam T. H. ad Luciani Dial. t. 1. p. 343. Ab ὕπερος hocce sunt ὑπερότερος, ὑπερότατος. Conf. hinc, quæ supra diximus in ὕβρις. Ceterum ab ὕπερος superus descendisse vocem Adjectivum ὑπερώϊος (unde ὑπερῷος, et ὑπερῷον, pro ὑπερῷον οἴκημα domus superior) præclare observavit cel. L. Bos, in Exercitt. Philol. ad Act. Apost. c. 1. 13. Nos observatis viri egregii nonnulla adjiciamus. Principio notandum est, plenam vocis formam ὑπερώϊον exstare, Il. Β. 514. Od. Ρ. 101. Τ. 594. &c. Inde vero contractum esse ὑπερῷον, iota subscriptum facile declarat. Jam vero illud ὑπερώϊον, et ὑπερῷον, est Adjectivum neutrum. Subintellectam vocem Substantivam οἴκημα plene invenias apud Pollucem, l. 1. Segm. 81. —— Ὁ ὑπερῷος οἶκος occurrit apud Auctorem Etymologici Magni, p. 274. 27. et p. 780. 19. —— Ejus analogica derivandi ratio hæc est. A πατὴρ, πατρὸς, formatur Adjectivum πατρώϊος, unde contractum πατρῷος. Ad eandem rationem formatur μητρῷος. Similiter ab ὑπὲρ super, ὕπερος superus, est ὑπερώϊος, Lat. superinus, supernus. Ὑπερῷος Attica est contractio, quæ etiam obtinet in ἡρωΐνη, ἡρώνη, λώϊον, λῷον &c. L. C. V.]

Ὕπνος somnus. Ab obsoleto ὕπινος, Lat. supinus. Stirps ὕπω. [Verbum ὕπω olim notabat i. q. jaceo: eximie expansus, exporrectus. Vide in ὕπω, et ὑπέρ. Ab ὕπω autem est ὕπτω, ut à τύπω, τύπτω. A forma verbi ὕπτω porro est Adjectivum ὕπτιος, quod adeo forma sua tantum distat ab obsoleto ὕπινος, Lat. supinus. Egregius locus est A. Gellii, l. 13. 9. (laudatus à Vossio et Forcellino) "Quod Græci ὑπὲρ, nos super dicimus; quod illi ὕπτιος (olim, nempe, ὕπινος·) nos supinus; quod ὑφορβὸς, nos subulcus: quod item illi ὕπνος, nos primo sypnus, deinde (per Υ Græcæ Latinæque O cognationem) sopnus." Hactenus ille. Versa igitur et litera P in M, pro sopnus, Latini deinceps dixere somnus. Nimirum, ut scomma dictum fuit pro scopma, (à σκώπτω, σκώπω·) damnum pro dapnum (à δάπω, unde δαπάω, δαπάνη·) summus pro supmus, quod ex supermus &c. sic somnus, pro sopnus exortum fuit. Itaque somnus, ὕπνος, pp. est status hominis, supine jacentis, corpore expanso, humique quasi oppanso. E. S.]

Ὑπὸ sub. Ab ὕπω, unde supinus. [Supra diximus, Præpositionem ὑπὸ pp. esse formam Dativi vel Ablativi Singularis, nominis ὑπὸς, eamque masculinam, quemadmodum vicinum ejus ὑπαὶ, (quod vulgo, sed male, dicitur esse pro ὑπὸ,) forma ejusdem casus est fœminina. Nunc addendum adhuc, vim istam primigeniam, qua ὑπὸ substrationem sive subjectionem notare videtur, egregie cerni in verbis, cum ὑπὸ compositis. Alibi hac de re cel. Lennepius: "Qui alicui subjecti sunt," inquit "à Græcis dicuntur εἶναι ὑπὸ τινά. Similiter fit in composito verbo ὑπακούειν, et nomine ὑπήκοος: dicuntur enim hæc de obedientia subjectorum. Eodem modo Græci dicunt quoque ὑποχείριον εἶναι τινὶ, de eo, qui alicui subjectus, et, quasi, sub manibus est. Idem cernitur in verbo ὑποτάττεσθαι, quod pp. significat subjici ordine, atque inde convenit ordinibus militum inferioribus, qui ducis imperio subjecti sunt" &c. Hæc ille. Ex quibus satis jam elucet, εἶναι ὑπὸ τινὰ, ad literam, pp. reddi posse esse in subjectione, quantum ad aliquem. Eleganter, Il. Ζ. 73. Trojani dicuntur Ilium se recipere, ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν· bellicosis sub achivis, h. e. Achivis, quasi, substrati, ab iisque superati. Conf. omnino T. H. ad Luciani t. 1. pp. 355. ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσι iisdem curis subjecti: ubi plura attulit vir summus. E. S.]

Ὕπτιος supinus, resupinus. Ab ὕπτος, quod ab ὕπω, de quo supra. [Vide dicta ad ὕπνος.]

[Ὕπω verbum obsoletum, quod Latini servarunt in suo supo; et cognata ejusdem forma sipo, prouti ὕπω et ἴπω, Græcis olim adfines formas fuisse, docuimus in ὑπέρ. Festus: supat jacit, unde dissipat, disjicit, et obsipat, objicit, et insipat, hoc est, injicit, et alio loco: insipare injicere, unde fit dissipare, obsipare, ut, cum rustici dicunt, obsipa pullis escam." Itaque supare et sipare, ipsa antiquitate teste notant jacere et quidem ita jacere, ut sternas, sive humi pandas. Vide porro dicta in ὑπὲρ, ὑπὸ &c. E. S.]

[Ὑρον examen apum. Hesychius ὗρον. σμῆνος. Etiam ὑρίον dixisse veteres, suadet alia, apud Hesychium, glossa, ὑριάτομος· ὁ τὰ κήρια τέμνων τῶν μελισσῶν. Verbum est ὕρω, apud Latinos servatum in uro, ussi, ustum, urere. Præteritum ussi (olim usi) satis evincit, stirpem verbi fuisse ὕω, unde ὕσω, et (σ ac ρ inter se permutatis) ὕρω. Jam vero stirps ὕω cognata alteri ὅω, motum huc illuc reciprocatum et undantem videtur notasse: è qua notione motus reciprocati non tantum illa fluendi, fundendique existere potuit, sed etiam significatio urendi, flamma mobili et undanti rei alicui adhibita. Ceterum à motus reciprocati et undantis notione ὗρον haud aliene dici potuit examen apum, huc illuc undanti motu ferri solitum. An inde et ὑρρὶς sporta, huc illuc agitari solita, et ὑρτὴρ ollæ operculum, modo huc, modo illuc, reciprocatum, atque ab olla tolli solitum? Cl. Martinius ὕρω idem fuisse suspicabatur atque εἴρω necto. Vide ipsum. E. S.]

Ὕρχας et ὑρχή. Genus vasis, utrimque aures habentis. [Origine convenire videtur cum Lat. urceus. Stirps ὕρω, unde ὕργω, ὕρχω. Formam ὕργω, in urgeo, servavit Latina lingua: ex qua satis constare simul potest de notione impellendi, agitandi huc illuc. Quam notionem valde etiam commendat glossa Hesychiana: ὑρτήρ· πλυνεὺς, i. e. fullo, vestes inter lavandum huc illuc concutiens. Itaque et à motu reciprocrato dicta fortasse ὕρχας, et ὑρχή. Vide Hesych. in vocibus, et ibidem Albertium, t. 2. c. 1480. A nectendo (εἴρειν) repetebat voces has in Etymologico suo Martinius. E. S.]

Ὗς sus, porcus. Idem est atque alterum σῦς, de qua voce diximus, spiritus asper, nimirum, pro more, resolutus est in S: forma tamen antiqua ὗς etiam servata. Est et aliud Latinis sus, in compositis verbis servatum, v. gr. in sustinere, suscipere, suspendere, in phrasi item susque deque habere, quam phrasin sursum et deorsum exponunt Vossius et Forcellinus. In his τὸ sus idem omnino notavit ac sursum, estque fortasse τὸ sursum, pro sussum, ex eodem saltem fonte derivatum. Sunt, qui sus hoc ab ὑπὸ, ὑπ', ducant. Mihi tutior videtur ratio, ab ὕω, ὕσω, fluxisse ὕσις, ὕσι, ὗς, unde σῦς sus. Conf. et infra in ὕω. E. S.]

[Ὑσμίνη pugna, prœlium. Hesychius: ὑσμίνη· μάχη, παράταξις, ταραχὴ, σύνοδος. Perquam coacta videtur Etymologi derivatio, col. 784. 54. Ὑσμίνη. Παρὰ τὸ ὑπομένω γίνεται ὑπομένη· συγκοπῇ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ, ὑσμίνη. Δεῖ γὰρ ὑπομονῆς ἐν τῷ πολέμῳ κ. τ. λ. Tentemus aliam viam. A ῥήσσω, sive ab antiquo ῥήγω (unde ῥήγνω, ῥηγνύω, s. ῥήγνυμι) frango est ῥηγμὶν, ῥηγμῖνος litus. Itaque et ab ἔρρηγμαι, prima Præteriti Perf. Pass. descendit ῥηγμὶν, ut ab ἧρμαι pro ἔερμαι, descendit ἑρμὶς, ἑρμὶν &c. Jam vero, eadem ex analogia, ὑσμὶν, ὑσμῖνος, secundum certissimas derivandi leges oportet repeti ab ὕσμαι (pro ὕϋσμαι) prima Præter. Pass. verbi ὕσσω. Ab ὕσσω enim, sive forma cognata ὕζω, in Perf. Pass. est ὕσμαι, uti à πλάσσω fit πέπλασμαι, à σώζω, σέσωσμαι &c. Verum ὕσσω, ab ὕω ductum, pp. videtur indicasse motum, huc illuc impulsum, et identidem repetitum. Unde τὸ ὑσμὶν, ὑσμῖνος (qua forma vocis veteres etiam usos fuisse, probant loca, Il. Β. 863. Θ. 56.) et productius ὑσμίνη, idem esse potuit ac ταραχὴ, motus vehementior, perturbatio, qua voce, in Hesychii Lexico, nomen nostrum expositum supra vidimus. Conf. et infra in ὑσσός. E. S.]

[Ὑσσὸς verutum. Etymolog. c. 785. 8. Ὑσσός· ἐμβόλιον, ἀκόντιον· ἢ καὶ τὸ ἐξέχον τοῦ ὀμφαλοῦ τῆς ἀσπίδος, σιδηροῦν

κέντρον, ἤτοι πασσάλιον. Alio loco (col. 223. 28. 29.) docet: τὰ ἀκόντια à Romanis vocari ὑσσούς. "Ὑσσὸν Polybius semper vocat Romanorum pilum: cujus descriptionem apud eum vide, p. 653. Ab ὑσσὸς derivari ὑσσωτὸν, hastæ, vel pili lignum, putavit D. Heinsius, in Aristarcho sacro p. 953. et Johannis Evangelio, cap. 19. 29. pro ὑσσώπῳ περιθέντες, infelici conjectura, restituere conatus est ὑσσωτῷ περιθέντες. Præiverat ipsi Joach. Camerarius, cui placuerat ὑσσῷ· tanto magis, quod à Romanis militibus, quæ narrantur ibi, sint acta" &c. T. H.] [De etymologia altum apud Lexicographos silentium. An ab origine huc illuc reciprocandi, vel intremendi, quæ in ὕω est, hastam veteres ὑσσὸν dixere? Hoc pacto ab ὕω haberes ὕσω, ὑσὸς, ὑσσός. Conf. de hasta locum poëtæ Arabis apud Schultensium in Exc. Hamas. p. 349-351. E. S.]

[Ὕσσωπος et ὕσσωπον hyssopus herba. Etymolog. c. 785. 56. Ὕσσωπον, ἐκ τοῦ ὕω, ὕσω, καὶ τὸ ὢψ, ὠπὸς, τὸ πρόσωπον, πλεονασμῷ ἑτέρου σ, τὸ ἐπὶ τὴν ὦπα χεόμενον. Ἔστι δὲ βοτάνη καθαρτικὴ, ὁμοία σαμψύχῳ. Sed vocem esse orientalem, ex Hebr. אזוב ductam, satis certum est. E. S.]

Ὕστερος posterior. Ab ὗς, Latine sus, quod ab ὕω, unde ὑπό. Alibi cel. Lennep. "Ab antiquo ὗς, quod superest in Latinorum sus, (in formula susque deque &c.) Comparativa forma est ὕστερος posterior, quod præsertim ratione temporis proprie dici solet. Ab ὕστερος porro est ὑστερεῖν posteriorem esse, tardiorem advenire: ut quando Græce dicitur ὑστερεῖν τῆς μάχης μιᾷ ἡμέρᾳ, i. e. uno die tardius ad pugnam venire. Latius autem sumtum, ὑστερεῖν τινὸς, dicitur de eo, qui aliqua re indiget vel frustratur. Unde et, Media vi, ὑστερεῖσθαι &c. Hactenus ille." [" Constructione differunt ὑστερεῖν τινὸς, pro ὕστερον εἶναι τινὸς alio posteriorem esse, vel venire, et ὑστερεῖσθαι ὑπὸ τινὸς, quod est ab alio relinqui, similiter ac λείπεσθαι ὑπὸ τινὸς, ut in illo Horatii (Art. Poët. vs. 417.) Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est. Primum quidem de cursoribus fuit dictum, sed dein eleganter ὑστερεῖσθαι et λείπεσθαι universe poni cœperunt pro vinci, superari; hoc tamen posterius sæpissime, ut in Diodori Siculi l. 16. p. 510. τούτου παρατάξει μεγάλῃ λειφθέντος ὑπὸ Ἰλλυρίων, quum is magno prælio victus esset ab Illyriis. Non raro hæc locutio interpretibus fraudi fuit" &c. T. H.] [Ordo derivationis videtur hic esse, ut ab ὕω, ὕσω, Græci formaverint ὑσὸς (unde ὑσσὸς, de quo superius:) ab ὑσὸς vero, in Dativo vel Ablativo, dixerint ὑσῷ, ut ab ὑπὸς, ὑπῷ. Pro ὑπῷ brevius elatum fuit ὑπὸ, quod vim præpositionis induit: ex ὑπὸ autem enatum fuit ὑπ', Lat. sub. Neque aliter pro ὑσῷ, ὑσὸ, ὑσ' dixere: unde Latinum sus. Redi ad vocem ὗς. Jam vero, ab integro isto ὑσὸς, vel Dativo ejus ὑσῷ, ὑσὸ, Compar. et Superl. formæ desumtæ sunt ὑσότερος, ὑσότατος, quæ contractæ dein fuere in ὕστερος, ὕστατος. Notio reciprocandi, sive huc illuc fluendi, in verbo ὕω, illam tardandi, retromanendi peperit. Conf. et ὕστρος. E. S.]

[Ὕστρος uterus. Hesych. ὕστρος· γαστήρ. Rectissime cl. Alberti t. 2. col. 1482. contulit Lat. uterus, docuitque, alio loco apud Hesychium esse ὑστέρα, μήτρα. Nimirum ὕστρος contracte dixerunt pro ὕστερος, quod (pro ὑσότερος) in forma masculina, ὑστέρα vero, (pro ὑσοτέρα) in fœminina forma, Substantive usurpatum fuit. Origo motus reciprocati huic voci subest. E. S.]

Ὑφάω, Ionice ὑφόω, texo. Ab ὑφὴ textura, quod ab ὕπω. [Nimirum pro ὕπω reciprocato motu agito, jacio, per adspirationem primo enatum fuit ὕφω, unde ὑφὸς, in Dativo ὑφῷ, et ὑφῇ sive ὑφᾷ. Ab ὑφᾷ porro est ὑφάω, ab ὑφῷ, ὑφόω. Vide Od. Η. 105. Formam ὑφὸρ (pro ὑφὸς) servavit nobis Hesychius, reddens eam vocem χρυσοῦν κοσμάριον. Ansa appellationis fortasse ducta à motu reciprocato monilis aurei. Ceterum ab eodem Dativo fœminino ὑφῇ, sive ὑφᾷ, quod olim scribebatur ὑφαὶ, verbum productius enatum est ὑφαίνω. E. S.]

Ὕφεαρ visci genus. Ab ὑφέω, vicino alteri ὑφάω.

Ὕψος altitudo, celsitudo. Ab ὕπω, de quo supra. [Etymol. col. 786. 18. Παρὰ τὸ ὄπτω, τὸ βλέπω, ὄψος, καὶ, τροπῇ, ὕψος ἀφ' οὗ ἐστιν ὁρᾶν. Proniori longe analogia ab ὕπω (unde ὑπὸς, ὑπῷ, ὑπὸ) Futurum formatur ὕψω, indeque, (nisi malis à secunda Præteriti Perf. Pass.) descendit ὕψος. Porro ὑψὸς, ὴ, ὸν, Adjective dixerunt: cujus Adjectivi Genitivus, ὑψοῦ, Adverbialiter positus fuit. cujusque à Dativo, ὑψῷ, sunt ὑψόθεν, ὑψόθι, ὑψόσε, item Adverbialiter adhibita. Ab altero autem ὕψος, quod in Genitivo ὕψεος, in Dativo ὕψεϊ, ὕψει, quin et ὕψιος, ὕψιϊ, ὕψι, Adverbialiter usurpatur ὕψι, pro ἐν ὕψει, sive ἐν ὕψι. Absolute ὕψι in alto, vel in altum, legitur, Il. Υ. 155. Ζεὺς δ' ἥμενος ὝΨΙ, Jupiter sedens alte, sive in alto. Hebræis hoc foret מָרוֹם, sive בַּמָּרוֹם. Vicissim Il. Ρ. 723. ὝΨΙ μάλα μεγάλως in altum admodum strenue. Conf. Il. Ν. 140. 371. Ξ. 71. &c. Idem ὕψι in compositis frequens est, ὑψιβρεμέτης in alto tonans, Il. Α. 354. &c. ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων in excelso sedens, in æthere habitans, Il. Δ. 166. &c. Αἰετὸς ὑψιπέτης Aquila altum-petens, Il. Ν. 822. E. S.]

Ὕω pluo. Vicinum verbis ἄω, ἕω, ἴω, ὄω, de quibus supra. [Hesychius ὕω· βρέχω. Ὕων· βρέχων, ὑγραίνων. Varia ab hoc verbo ducta sunt derivata, non tantum inserta vocali ante ω, uti ὑάω, ὑέω· sed etiam consonante aliqua interposita, ut ὕγω, ὕδω &c. Conf. superius. Ab ὑάω porro est ὕαλος, quæ vox adeoque "pp. humectum notat, et dein etiam pro lucido sumitur" &c. Vid. Salmasii Exercitt. Plin. p. 771-773. Ab ὑέω itidem ὕελος, unde ὕελος ἀργὴ de vitro, Salmas. l. 1. p. 773. coll. p. 213. a. E. S.]

Φ.

Φάγω edo. A Φάω findo, findendo aperio. [Etymol. c. 786. 23. Φάγομαι· τὸ θέμα, φήγω τὸ ἐσθίω· ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔφαγον· ὁ μέλλων β', φαγῶ· ὅθεν, καὶ τὸ ἀποφαγεῖν· ὁ μέσος μέλλων β', φαγοῦμαι ὤφειλεν εἶναι· ἀλλὰ σεσημείωται τὸ φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι· τὰ δὲ δεύτερα, φάγῃ, πίῃ, ἔδῃ. Audiamus de his magnum L. C. V. "Verborum Mediorum φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι, tempora Futura, secundum usitatam normam, analogice scriberentur φαγοῦμαι, πιοῦμαι, ἐδοῦμαι. Usus vero voluit, ut tria ista verba eodem modo scriberentur in Futuro, atque in Præsenti: qua de re exstat observatio in Etymologico magno, p. 786. Ex eadem observatione illustrari debuerant Atticistæ Phrynichus, Mœris, et Thomas, qui πιοῦμαι Atticis abjudicant. Trium istorum verborum secundæ personæ usitato more Græcis scriberentur, contracte, φάγῃ, πίῃ, ἔδῃ. Plenæ formæ, vix unquam in libris nostris obviæ, apud Lucam (Evangelistam cap. 17. 8.) duæ reperiuntur φάγεσαι et πίεσαι." Hactenus ille. Nobis pauca adjicere liceat. Stirps haud dubie est φάω, cognata alteri φέω, unde φάγω, sive, quemadmodum, loco supra citato, apud Etymol. est, φήγω. Idem Etymologus, col. 17. 14. et 15. et Eustathius (c. 1784. 39.) commemoraverant τὸ φήγω: à qua forma verbi supersunt quoque φηγὸς fagus, et φηγὼν æsculetum. Porro, à φάγω, productius est φαγέω, unde φάγημα, φάγησις, et Futurum activum contractum φαγῶ, pro φαγέω, φαγέσω. A φαγέω hoc in Futuro etiam φαγέσω existere potuisse, (per ε, antiqua scriptione,) docent abunde exempla similia, in libris adhuc servata, καλέσω, αἰνέσω &c. An ergo et ab hocce φαγέω, φαγέσω, in Futuro Medio, dixerunt fortasse φαγέσομαι, similiterque à πιέω, πιέσομαι, ab ἐδέω, ἐδέσομαι, ut hinc, in secundis personis ejusdem Futuri, (secundum normam antiquam,) enata sint φαγέσεσαι, πιέσεσαι, ἐδέσεσαι, et hinc denique (elisa integra syllaba σε) φάγεσαι, πίεσαι, ἔδεσαι? Hæc si magis arrideant, substitui poterunt pro iis, quæ in Animadverss. ad Analog. Lennep. (p. 430. 431.) super his formis verborum scripsimus. E. S.]

Φαιδρὸς pp. splendidus. A φάω luceo, apparere facio. [Contractas esse voces φαιδρὸς, et φαιδρὰ, ex φαιδηρὸς, φαιδηρὰ (olim φαιδερὸς, φαιδερὰ) jam observavit Eustathius, col. 792. 13. 906. 5. Superest autem ex φαιδρὸς hocce (quod Hesychius exponit φανερὸς, καθαρὸς, γεγηθὼς) Latinis nomen proprium phædrus. A φαιδρὸς porro sive φαιδρὺς, forma cognata, verbum descendit φαιδρύνω· unde φαιδρυντής. "Qui muneri (simulacra deorum emundandi) præerant, φαιδρυνταὶ dicti sunt. Φαιδρύναι idem est quod λαμπρύναι detersis sordibus efficere, ut quid splendeat, Hesychius: φαιδρυντής· ὁ τὸ ἕδος τοῦ θεοῦ θεραπεύων. Sic Phidiæ, qui Olympici Jovis simulacrum, incomparabili artificio, perfecerat, posteris hic honos ab Elæis est habitus, ut φαιδρυνταὶ Jovis statuam emundarent, Pausan. l. 5. 412. Hesychius autem usus fuit verbo proprio θεραπεύειν" &c. T. H.]

[Φαικάσιον calceamenti candidi genus. Lat. phæcasium. "Duco à φαικὸν, quod est leve. Hesychius: φαικόν· ἐλαφρὸν, ἰταμὸν, κοῦφον, λαμπρόν. —— Φαικὸν puto primum esse splendidum, ut ab igne: dein leve à colore, qui cum splendore esse solet" &c. Hæc Martinius in Etymol. Latino p. 230. Quod si per omnia verum non sit, videtur tamen φαικάσιον esse à forma quadam, voci φαικὸς vicina. E. S.]

Φαίνω luceo. A φάω pp. findo, aperio, in lucem profero, luceo &c. [Stirpem vere esse φάω, demonstrant derivata, ad φαίνω vulgo referri solita, φάσις, φάσμα &c. A φάω est φάνω, unde φανὸς, lucidus, idemque φάνης, pro φανεὶς, pp. splendidus: unde eximie sol dictus est φάνης. Idem φάνης, sive φανὴς, in compositione frequens est, ut v. gr. in ἀμφιφανὴς undique lucens, διαφανὴς &c. Vide infra in φάω. E. S.]

Φαιὸς fuscus, subniger. A φάω. [Ut à λάω, λαίω, λαιὸς lævus, sic à φάω, φαίω, φαιὸς, cui fusci notio inest. Hesychius φαιόν· μέλαν. Ubi tamen cel. Alberti (ex Ms. Lexico Coisliniano) docuit φαιὸν proprie non esse μέλαν, sed colorem mistum ἐξ μέλανος, καὶ λευκοῦ, ἤγουν μύϊνον. Ipsum Lat. nomen fuscus, Scaligero et Vossio observantibus, componendum est cum φώσκω, quod Hippocrati sit ustulare. "Nam quæ ustulantur" (verba sunt Vossii in Etymologico) "ex albis fusca redduntur." E. S.]

Φάκελος fasciculus. Componendum est cum σφάζω, σφίγγω &c. ubi litera σ non est originalis. [Differentiam inter Græca φάκελος et σφάκελος docuit Ammonius, et ibidem Valcken. in Animadverss. l. 3. 16. Haud dubie φάκελος forma productior est à φάκος· hoc vero à πέφακα, Præterito verbi φάω. Verbum φάω idem pp. notat ac Lat. findo: unde fluxit notio urendi, translatione, ut videtur, ducta à vi penetrante ac pervadente, et quasi findente flammæ. A notione hac urendi σφάκελος primum inflammatio, dein gangræna, dicta fuit: litera σ illi φάκελος præmissa. Unde vero φάκελος pro fasce lignorum adhibitum fuerit, haud in promtu est. A φάω, φάζω, πέφασμαι, πέφασκαι, repetendum esse Lat. fascis, (cujus productior forma φασκικὸς et hinc Diminutivum fasciculus) satis liquet: ut hoc pacto, Gr. φάκελος et Lat. fasciculus sint cognata. Utrum igitur à pressione graviori, et quasi findente ac vulnerante (quam Arabes كرب è simili findendi origine, dicunt) φάκελος et fascis dicti: an vero aliunde? Cel. Lennepii comparatio cum σφίγγω valde arridet. E. S.]

Φάλαγξ acies Macedonum &c. Forte à φάω findo, scindo. [Nescio, an propius aliquod thema, φάλω, hac quidem in voce, sit respiciendum. Thema istud φάλω, aut (litera λ geminata) φάλλω, à Latinis servatum fuit in fallo, à Græcis item in σφάλλω: de quo dictum est supra. Mihi quidem vix dubitandum videtur, quin idem quoque φάλω, sive φάλλω, in Germanorum *fallen* et Belgico nostro *vallen*, sit superstes. Quin et Lat. labi, (repetendum fortasse à φλάβω, pro φαλάβω) eandem videtur prodere originem. Literam φ, sive F, ut ab initio sæpe additur, sic et inde tolli, probarunt abunde Vossius et Maittaire. Itaque ejusdem originis verba sunt Gr. φάλειν, φάλλειν, σφάλλειν, et Belg, *vallen*, notantque proprie impetum quendam, quo quid cadat, labatur, aut irruat in alterum. An hinc φάλαγξ acies bellica vehementi cum impetu irruens? Est ejusdem formæ nomen, atque alterum φάραγξ· utque hoc à φάρω, φαράω, φαράγω, sive φαράκω, et, ν interposito, φαράγγω, φάραγξ· ita nostrum à φάλω, φαλάω &c. dictum fuerit. Conf. et in φάω. E. c.]

Φάλαινα cicindela, insectum, noctu lucernis advolans. A φαλὸς splendidus. [H. Stephano in Append. col. 159. etymon videtur placuisse παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι. Longe simplicius repetas à φάλω, φαλάω, pp. cum impetu ruo, cado, labor. Inde et fortasse φάλαινα, Lat. balæna dicta fuit. E. S.]

Φαλακρὸς calvus. A φαγὸς et ἄκρος extremus. Alibi cel. Lennepius: "φαλακρὸς compositum est ex φαλὸς, et ἄκρος· cujus neutrum ἄκρον pp. notat quodcumque cacumen, in acutum desinens; voce orta à verbo ἄκω acuo. —— (Vide supr.) —— Ad caput speciatim relatum, cernitur potissimum in nostro composito φαλακρὸς, quo pp. notatur cujus cacumen album est. Ita de cacuminibus montium positum ejusmodi cacumina respicit, quæ frondibus destituta, præ altitudine vero nivibus obtecta, alba, vel cana appareant. Ita unum ex Idæ, montis Trojani, cacuminibus, speciatim φάλακρον nominarunt Græci. De homine positum respicit calvitiem, qua caput alicujus, crinibus destitutum, album vel canum videatur. Proprium autem epitheton senibus est." Stirps φάλειν, Lat. labi, notionem accepit fluendi, defluendi: unde φαλακρὸς, siquidem vere composita vox sit, notare potest cui extremitas defluxit pilis, nempe, adeoque calvum &c. Favet huic derivationi quodammodo Etymologus magnus, c. 787. 7. φαλὸν γὰρ τὸ λαμπρόν· ὅθεν καὶ φαλακρὸς, ὁ ἔχων φαλὸν τὸ κάρα. At vir doctissimus, in Hedericiano Lexico "nisi ἄκρος" inquit "mera terminatio est." Conf. in φαλός. E. S.]

Φαλὸς splendidus, albus. A φάω splendeo, luceo. [Φάλος conus galeæ, crista. De posteriori hoc vir summus T. H. "Nomen est à colore dictum" inquit "nam φαλὸς subalbus est, ut monet Scholiastes Theocriti ad Idyll. 5. 102. et Hesychius in voce. Hinc περικεφάλαια ἄφαλος cristam non habens, Hesychius in voce. Contra τρυφάλεια, vel, uti apud Homerum scribitur, τρυφάλεια, et κόρυς τετράφαλος, Il. Χ. 315. Indidem oriuntur τὰ φάλαρα, quæ vox originem dedit Latinæ phaleræ, quibus equi ornantur. Vide Vossii Etymologicum, in voce &c. Conf. omnino Hesychius in φαλὸν, et φαλὸς· et ibidem viri docti. Stirps φάω· ubi plura recurrent dicenda. Ceterum cum φαλὸς Adjectivo, (unde pp. nihil diversum est Substantivum φάλος, nisi quod, per ellipsin vocis Substantivæ, absolute positum sit tanquam nomen,) nescio, an conferendum sit Belgicum *vaal*. E. S.]

Φάραγξ barathrum. A φάρω, cui vicinum φέρω. Alio loco cel. Lennep. "Φάραγγες pp. à Græcis dicuntur hiatus subterranei: inde autem ad intercapedines montium, et valles significandas transferri solet: et eo quidem sensu frequentissime usurpatur in versione Alexandrina Græca Vet. Test. A nomine φάραγξ Adjectivum φαραγγώδης propria potestate posuit Cornutus, de Natura deorum, p. 240. ubi τόποι φαραγγώδεις sunt loca subterranea, profunda voragine prærupta." [Φάραγξ ejusdem formæ nomen est, atque antecedens φάλαγξ, utque illud ab impetu, sic hoc à ferendo, sive præcipitando, videtur dici. E. S.]

Φαρέτρα, (Ionice φαρέτρη,) Pharetra. A φάρω fero. [Ab obsoleto verbo φάρω fero productior existere potuit forma, φαρέω, et hinc, in tertia Præteriti Pass., πεφάρεται, pro πεφάρηται· unde proxime descenderit Adjectivum φάρετρος, φαρέτρα, φάρετρον. Hac ex origine vox φαρέτρα pp. videtur notasse instrumentum portandi sc. tela. Itaque φαρέτρα ab Hesychio aliisque recte redditur βελοθήκη. E. S.]

Φάρμακον medicamentum. A φαρμάσσω misceo: quod à φάρω· cui vicinum φύρω, φυράω. [Stirps haud dubie est

φάρω fero, pecul. deorsum. Verbi φάρω Præteritum perf. Act. fuit πέφαρκα, (unde Gr. φάρκις et Lat. farco, farcio) Passivum autem πέφαρμαι, πέφαρσαι, πέφαρται. A πέφαρμαι descendit nomen φάρμη, et hinc denuo verbum φαρμάω, cujus Præteritum Act. πεφάρμακα, iterum dedit nomen φάρμακον. Futurum autem φαρμάσω, dedit novam verbi formam φαρμάσσω. Quod quidem φαρμάσσειν pp. notavit manu deorsum lata, aut, in vas aliquod immissa, tinguere, intinguere. Hesychius φαρμάσσαι· βάψαι, et φαρμάσσων· βάπτων. Porro φάρμακον pp. videtur esse id, cui intinguitur v. gr. telum. "Φάρμακον pp. notat succum, atque adeo succum coloratum, ad medicamen adhibitum, ex herbis expressum: nam et herbæ, et maxime quidem flores, vocantur quoque φάρμακα, propter varios, scilicet, colores. Solebant veteres tela inficere veneno: quod apud omnes fere populos fuit in usu. Itaque et φάρμακον pro veneno dictum fuit, quo sagittæ unguebantur.—Φάρμακον in genere notavit medicamen vel salutare, vel noxium" &c. T. H.]

Φᾶρος vestimentum exterius. A φάρω fero. [Hesychius φᾶρος· ἱμάτιον περιβόλαιον. Addit Etymologus col. 788. 8. dici περὶ τοῦ φέρεσθαι κ. τ. λ. "Φᾶρος, Græcam vocem, à poëtis præcipue frequentatam, mutato genere, Latini adoptarunt, in obsol. parus. Inde supparus, separium, i. e. ἡμιφάριον, vel, quod magis in usum venit, siparium. A parus diminuta vox est parulus, parlus, pallus. Unde palla, et pallium: haud dispari forma atque varus, varulus, varlus, vallus; stira, stirula, stirla, stilla: rarus, rarulus, rarlus, rallus: eademque ratio valet in flagrum, flagellum; scalprum, scalpellum; umbra, umberula, umberla, umbella; cancer, cancellus. Hanc certam vocis originem docuit primus Salmasius ad Tertulliani Pallium, p. 251. adsentiente J. F. Gronovio ad Livii l. 41. 10. T. H.] [Videtur autem φᾶρος dici à motu, quo inter incedendum, huc illuc feratur. Conf. Hebr. רדיד pallium, à רדד Movit huc illuc. E. S.]

[Φάρος pharus, turris excelsior, navigantibus nocturno tempore lumen præbens. Genere differt à voce præcedenti, et ab altera φάρος pharos, nomine proprio urbis. Etymologus col. 788. 21. Φάρος οὖν, εἰ μὲν ἀρσενικῶς, σημαίνει τὸν τόπον· εἰ δὲ θηλυκῶς, τὴν πόλιν· εἰ δὲ οὐδετέρως, τὸ ἱμάτιον· ἔστι δὲ ὁμώνυμον. Origine tamen non differt. Quatenus, nempe, φάρος turrim excelsam notat, videtur proprie respondere Lat. voci elatus: quippe à φάρω, (quod idem ac φέρω est,) deductum. Porro φᾶρος vestis item à ferendo, quemadmodum Belgice dicimus *een kleed dragen*, ut φᾶρος, hoc adspectu, pp. sit *iets dat men draagt*; nisi rectius dixerint, vestem exteriorem φᾶρος dictam esse, quasi elatam, præ ceteris, atque in oculos incurrentem. E. S.]

Φάρυγξ guttur. A φάρω fero. Conf. φάραγξ. [Etymolog. c. 788. 30. Φάρυγξ· παρὰ τὸ φέρω, δι' ἧς φέρεται τὸ πνεῦμα. Φέρω, φέρος, καὶ φάρος· καὶ παρώνυμον φάρυγξ· ὡς Λυκόφρων——ἐτύμβευσε φάρω:——ἀντὶ τοῦ φάρυγγι. Ὦρος δὲ λέγει, δι' ἧς φέρεται ἡ λύγη, ὅ ἐστιν ἡ φωνὴ κ. τ. λ. Apparet hinc, voces φάρος et φάρυγξ cognatas fuisse. Ceterum, uti à φαράω, φαράγω &c. est φάραγξ, sic à φαρύω, φαρύγω, productum videtur φάρυγξ. Insuper Eustathius observavit, (c. 1635. 21.) veteres dixisse φάρυξ, φάρυγος, sine ν inserto: id quod originem à φαρύω, φαρύγω, eo clarius demonstrat. E. S.]

[Φάσγανον ensis. Etymolog. c. 788. 40. παρὰ τὸ σφάζω, σφάγανον· καὶ ὑπερθέσει φάσγανον, κ. τ. λ. "Adjectiva vocis forma est, ducta à φάω, σφάω, σφάσσω, σφάσδω, σφάζω interficio, occido. Notat igitur pp. instrumentum occidendi; sive ensem." T. H. Belgice dixeris *een slagtzwaard*. Apud Homerum sæpissime vox legitur, Il. Π. 339. Φ. 19. Od. Λ. 82. Π. 295. &c. E. S.]

[Φάσηλος sive φάσιλος, et φασήολος, φασίολος, phaselus, leguminis oblongi genus, navigium oblongum &c. Productior vocis forma est à φάσω, φάσιν, similive nomine, ducta. De ipsa voce adi Vossium, Martinium, alios. Stirps φάω findo. Hinc fortasse φάσηλος, sive φάσιλος, pp. acuminatum, cuspidatum significat: unde notio leguminis oblongi, et quasi cuspidati, navigii item velocissimi, acumine suo aquam findentis. Frisii Orientales à simili forma dicunt *een snik*, quod occidentales *een snip* vocant. E. S.]

[Φάσσα, vel φάττα, palumbus avis. Stirps φάω, unde φάσω, φάσσω. Vide Martinium in voce. E. S.]

Φάτνη præsepe, stabulum. A φάω· unde φάγω edo. [Etymolog. c. 789. 16. παρὰ τὸ φαγεῖν, φάγνη, καὶ φάτνη. κ. τ. λ.]

Φαῦλος vilis. A φάλος, quod componendum cum Lat. fallo, falsus, et σφάλλω Græcorum. [Etymolog. c. 789. 28. παρὰ τὸ φῶ, τὸ φαίνω, φαύω, τὸ λάμπω, φαῦλος. κ. τ. λ. Hac quidem ex derivatione vox φαῦλος responderet Latinorum voci splendidus, notaretque id, quod non nisi speciem habeat, splendide mendacem, eaque hominibus imponat, cum vile sit et nullius pretii. Pro φαῦλος etiam φλαῦρον dici, notarunt Grammatici. "Φλαῦρος, et φαῦλος, propinquas habent significationes. Φαῦλος, apud Atticos, frequenter pro vili usurpatur. Hinc ea mercimonia dicuntur φαῦλα, quæ vili pretio venduntur. Φαῦλος πολίτης inferioris loci civis. Opponuntur οἱ τῶν πολιτῶν φαῦλοι, καὶ κράτιστοι.—Hinc verbum φαυλίζειν vilipendere, parvi æstimare. Sed præterea notat quoque simplex, ut ἄνθρωπος φαῦλος, apud Platonem, est homo simplex et antiquis moribus præditus. Unde idem quoque Plato junxit φαῦλον ἄνθρωπον, καὶ τῶν προγόνων ἐχόμενον hominem simplicem et majorum institutis adhærentem. Sed φλαῦρος apud Atticos in malam partem accipitur pro malus, improbus. Hinc φλαυρίζειν τινὰ aliquem pro malo, vel ut improbum traducere. Sic πάσχειν τὶ φλαῦρον aliquod ingratum perpeti." &c. T. H. Conf. cel. Ruhnk. ad Tim. p. 268. Verisimile est, φαῦλον, (à φάλω, φάλλω ductum,) pp. id esse, quod facile nobis elabatur, aut elabi patiamur, et negligamus; tum etiam simplicem hominem sic dici, qui facile labatur, de nullis artibus malis cogitans, iis non intentus, neque ab iis sibi cavens, ut facile possit σφάλλεσθαι. Alterum vero φλαῦρον repetere malim à φλαύω, cui vicinum φλύω, ut φλαῦρος et φλύαρος, neque origine sua, nec usu adeo sermonis, multum diversa sint. E. S.]

[Φὰψ, φαβὸς Phabs, avis quædam; vel columbæ genus, uti Eustathio placet. Recte contulisse videtur Martinius cum φέβομαι, fugio. Nimirum, vicina fuerunt φέβω, φόβω, φάβω. E. S.]

Φάω findo, aperio, macto, occido: tum apparere facio, in lucem profero, luceo. Alibi cel. Lennepius: verbum φάω, sive φημὶ, pp. significat aperio, in lucem profero. Inde dico, animi cogitata in lucem profero. A φάω est φάνω, φαίνω· etiam φαύω, unde Futurum φαύσω, et hinc φαύσκω. Porro à φάω, (præter φάος, et contractum φῶς, Lat. lux) verbum est φαόω, unde contracte dicitur φόω, cujus Futurum, φώσω, peperit φώσκω. A composito προφάω, sive πρόφημι, est nomen προφήτης propheta, qua voce à scriptoribus sacris pp. is dicitur, qui futura prædicit. Græci vero generatim dixerunt προφήτας sacerdotes, sacrorum antistites, tanquam futurorum præscios: atque ita quoque accipienda vox est Tit. 1. 12. ubi Epimenides προφήτης dicitur, non quia poeta fuit, sed quia habitus est vatidicus, ut apparet ex Plutarchi Solone, p. 14. &c. Addamus quædam ex L. C. V. "Apuleius in Flor. p. 352. Cretensem Epimenidem inclytum dicit fuisse vatidicum. Dicebatur Epimenides Atheniensibus 10 annis ante prædixisse, Persas in Græciam venturos, sed re infecta, discessuros. Hanc prædictionem commemorat Plato, L. I. de Legg. p. 642. quem locum Meursius prætermisit in Creta, ubi de Epimenide egregie notavit." Hactenus duumviri egregii. [Itaque φάω, (cognatum alteri φίω, unde findo, fido et Gr. φιαρὸς,) pp. est findere, findendo in lucem proferre. Il. Ξ. 127. μῦθος πεφασμένος est "sententia libere prolata." Findendi, effindendive verba ad lucem prorumpentem et quasi effissam transferri, in Hebr. בקר &c. diu est, quod notarunt Schultensius, Simonis, alii. A φάω, φάσω, φάσκω, est πιφάσκω in lucem profero; uti à φαύω, φαύσω, φαύσκω, πιφαύσκω. A φάω hoc Latinis quoque est for, faris, pro faor, fearis, forma Media, ut Gr. ἐφάμην, Il. Θ. 498. &c. Hinc fatum, Gr. pp. φατὸν per ν Gr. vates, φάτης· qui rem indicat et in lucem profert: quam etymologiam unice veram esse, probat alterum φάτις, (id est. Hesychio interprete,) λόγος, et alibi φάτις· μαντεία, χρησμός. Porro à φάω findo, spec. jugulum, atque ita occido, est φατὸς occisus, pp. fissus jugulum, et præfixo σ, σφάζω jugulo. Vide supra. Hinc quoque fluxerant φάγω edo, comedo, quasi findo dentibus, incido, et φάδω, φαίδω &c. φάνω, φαίνω, &c. E. S.]

Φέβομαι fugio. A φέω· unde φεύγω, pp. findo, vi perrumpo, et similia. Alibi cel. Lennepius: "Ab antiquo verbo φέβω superest Medium φέβομαι fugio, vel memet in fugam conjicio. Hinc φόβος pp. fuga: unde porro φοβέω in fugam conjicio, cui respondet Lat. fugare, cujusque Medium φοβέομαι rursus, (sicut φέβομαι,) valet memet in fugam conjicio, vel fugio. Propria hac potestate in primis hæc verba innotuerunt poetis. A fuga autem omnia translata sunt ad metum mali futuri, ut adeo φόβος pp. differat à δέος, quemadmodum metus Latinis à timor: nam timor pp. dicitur rei præsentis, metus rei futuræ. Est tamen, ubi φόβος, pro δέος ponatur." [Verba φέω et φάω vicina fuisse patuit jam in φάγω, quod etiam φήγω dixere. Hesychius φέβεσθαι· φεύγειν. Oppositio elegans est, Il. Ο. 622. Ὡς Δαναοὶ Τρῶας ΜΈΝΟΝ ἘΜΠΕΔΟΝ, οὐδὲ ΦΈΒΟΝΤΟ. Conf. et infra in φέγγω, et φεύγω. E. S.]

Φέγγος splendor. A φέω, cui vicinum φάω. [Etymolog. col. 792. 37. παρὰ τὸ φῶ, τὸ λάμπω, γίνεται φέγγος· καὶ φέγγω, φθέγγω· παρὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ νοῦ. E. S.] ["Φέγγος lucem notat. Veteres enim non tantum dicebant φάω, sed etiam φέω, φένω, φένγος, contracte φέγγος &c." T. H.]

Φείδομαι parco: quasi memet abstineo. Forte a findendo, separando. Alibi vir celeb. "Φείδεσθαι generatim significat parcere. Ita φείδεσθαι τινὸς parcere alicui. Speciatim autem iis tribuitur, qui parcius utuntur suo patrimonio. Unde φειδὸς, φειδωλὸς homo parcus. Avarus tecte, honestoque nomine, dicitur πάνυ φειδόμενος" &c. [Etymol. c. 701. 10. ἢ παρὰ τὸ φεύγομαι, φεύδομαι, καὶ, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι, φείδομαι. Nescio equidem, an rectius ducatur a premendo, condendo: uti et Lat. parco est a paro, quod a πάω. Vide supra in παρθένος. E. S.]

Φελλὸς suber, cortex. A φέλλω, sive φέλω, quod Latini servarunt in suo fello, fellavi &c. De eo verbo vir summus, G. J. Vossius, in Etymol. p. 213. b. "Plane est ab Æolico φηλᾶν" inquit "pro θηλᾶν, hoc est mammam sugere.——Igitur θηλῶ fello, id est, sugo. Id enim pp. notat. Nonius: fellare, exsugere. Varro, Marrio, tum eum, ad quem veniunt in hospitium, lac humanum fellasse. Idem Sesquiulysse, Nisi quod lupam alumni fellarunt olim" &c. Hactenus ille. Itaque non aliter φελλὸς, Gr. suber, dictus videtur à sugendo, quod etymon voci Latinæ suber, pro uber, ut super, pro ὑπὲρ &c. etiam putaverim subesse. Latinorum vox felis huc non pertinet: quippe pro Fαιλὸς, ex αἰλὸς Æolico. Vide Vossii Etymol. in voce, et cel. Ruhnk. ad Tim. p. 269. E. S.]

Φέναξ impostor. Forte à φένω occido. [Etymolog. c. 790. 23. φέναξ· χλευαστὴς, ἀπατεών. Martinius contulit cum φαίνω appareo: ut a specie blanda, aliisque imponente, dictus fuerit φέναξ. "Verbum φενακίζω à fœm. φενάκη, quod idem est ac πηνίκη, ejusdemque originis. Utrumque enim notat comam adscititiam, externe adsumtam. Dixeris alioquin, vocem φενάκην eandem esse ac Belg. *paruik*. Itaque Menagius à πηνίκη, πανίκη, παρίκη, illam vocem *paruik*, (Gall. *peruque*,) derivari voluit. A propria hac potestate φενάκη nostrum figurate significat prætextum quemcumque, quo quid celatur. Hinc φενακίζειν et πηνικίζειν ponitur pro falsa specie aliquem decipere. Ea potestate homo φέναξ dicitur, i. e. fallax, qui prætextu simulato alios decipit" &c. T. H. Conf. supra πῆνος textum. E. S.]

Φένω occido. A φέω findo. [De cognatione stirpium φάω, et φέω, superius dictum est in φάγω, φέβομαι &c. Verbum autem φέω (pp. findo) dedit φένω, uti γέω dedit γένω, κέω κένω, πέω πένω &c. Notio occidendi, (quasi dicas findendi jugulum, de qua supra,) elucet quoque ex derivato φένος· i. e. θάνατος, apud Hesychium. A φένω hoc est φόνος, uti à μένω est μόνος, à πένω πόνος &c. A φόνος autem est productum non tantum φονέω, sed etiam φόνω. Nisi Lennepiano more statuere liceat thema φόνω cognatum alteri φένω· unde φόνος, φονέω &c. A φόνω isto recta tam quoque possent repeti φονεὺς, et obsoletum φόντης quod posterius foret à πέφονται, tertia persona antiqui Præt. perf. Pass. verbi φόνω, unde hoc pacto πέφονμαι, πέφονσαι, πέφονται. "Φόντης, apud veteres, nihil aliud erat, quam φονεὺς, vel φονευτής. Usus vero vocis simplicis, φόντης, in desuetudinem abiit, ejusque loco adhibitum fuit φονεύς. Sed in compositis φόντης tamen usurpari solet. Sic βροτοφόντης vocatus Mars, qui homines in prælio interficit. Ἀργειφόντης Argi occisor: quod scribi oportuerat Ἀργεφόντης. Sed ι illud in plurimis quoque aliis, interjicitur" &c. T. H.] [A φένω, (repetita prima litera φ, cum ε, et abjecta simul adspiratione,) factum est πεφένω, quod contraxerunt in πέφνω. Hinc πέφνων occidens, Il. Π. 827. Πέφνον, i. q. ἔπεφνον, occidebam, Od. Λ. 499. &c. E. S.]

Φέρβω alo. A φέρω. ["Φέρβειν et φέρειν, ut origine, sic significatu finitima esse, sensit eruditus in primis poëta, Callimachus, cujus hoc est sæpe vexatum, in hymn. Cerer. vs. 137. Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν· φέρβε καὶ εἰράναν" &c. L. C. V. ad Scholia in Euripidis Phœniss. vs. 802. p. 701. ubi est φέρσαι· τὸ θρέψαι, et laudatur ex Heracliti Allegor. Homer. p. 491. φέρσαι· τὸ γεννῆσαι· aliaque complura. In Hesychio quoque est φέρβειν· τρέφειν, βόσκειν. Φέρβεται· τρέφεται. Componi potest illud Scriptoris Epistolæ ad Hebr. 1. 3. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· et Numer. 11. 12. Jesaiæ 40. 11. &c. Cum eodem φέρβω conferri quoque debet Lat. fervo, et ferveo, de olla ebulliente, et se quasi efferente. Egregie, ad proprietatem verbi, Titinnius Setina apud Nonium: Cocus magnum ahenum quando fervit (Arabes dicerent غلا افا) paulla confutat trua. Vide Gesnerum et Forcellinum, in fervo, ferveo. E. S.]

Φερνὴ dos. A φέρω. [Hesychius φερνάς· προῖκας, δῶρα νυμφικά. Ἀπὸ τοῦ φέρειν, φερὰς, καὶ πάντα τὰ φερόμενα. Plura præbebit Eustathius, p. 742. 55. 743. 3. 1731. 55. qui etiam φέρνη, cum accentu in penultima, dici observavit, p. 1484. 44. —— Nimirum à φέρω est φέρος, φερινὸς, contracte φερνὸς, sive φέρνος. Etiam fera Latinis dicitur à ferendo, sive ab immani impetu, quo fertur. A φέρω fero igitur et φέρος ferus repetendum est. A φέρος porro est Comparat. φερότερος, Superl. φερότατος, quæ contracta sunt in φέρτερος, φέρτατος. A notione impetus sive fortitudinis, qua quis feratur, (fortis est à φόρω, cognata forma verbi φέρω,) est illa virtutis, præstantiæ. Φέρτατος est fortissimus apud Hesiod. Ἀσπ. vs. 330. μέγα φέρτατε λαῶν, et alibi. E. S.]

Φέρω fero. Forte à φέω in lucem profero. [Stirps φέω cognata fuit aliis φάω et φόω. A φέω productum est φέρω, ut à δέω, δέρω, à κέω κέρω, à πέω πέρω &c. Itaque ab impetu, quo quid sursum deorsum movetur, φέρω videtur dici. Differentiam inter verba ἄγειν et φέρειν, (à scriptoribus tamen passim neglectam,) docuit Salmasius, ex illo Ammonii (edit. Valcken. p. 2. coll. p. 158.) Ἄγειν καὶ φέρειν διαφέρει. Ἄγεται μὲν γὰρ τὰ ἔμψυχα· φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα· confirmarique discrimen illud observavit ab Ammonio, laudato versu Homeri (Od. Δ. 622.) Οἱ δ' ἨΓΟΝ μὲν μῆλα, ΦΈΡΟΝ δ' εὐήνορα οἶνον. Vide Salmas. de Modo Usur. p. 785. seqq. ubi plura. Universe dici potest, Græ-

corum hoc φέρειν idem esse ac Lat. ferre, quod contractum est ex ferere, unde et ferrem, pro fererem. " Φέρειν, significat ferre, portare. Quod portamus, illud fulcimus, sustinemus, vel sustentamus. Quod sustento, illud libro, rego, moderor, guberno : quæ omnia verbo φέρω significantur. Figurata sustentandi vis, omnibus in linguis, obtinet. — Verbum φέρω anomalum esse, statuunt Grammatici, Futurum illi dantes οἴσω· Aoristum secundum ἤνεγκον· Præteritum Medium ἤνοχα, et Attice ἐνήνοχα. Hoc genus linguarum studia corrupit. Pleraque tempora, cum ex usu sermonis recessissent, (nempe φέρσω, πέφερκα, πέφερμαι,) adfinium verborum tempora adsumserunt, et, loco inusitatorum, adhibuerunt tempora verborum οἴω, ἐνέγκω, et ἐνέχω. Hujus ultimi Præteritum Med. ἤνοχα, (unde ortum ἔνοχος) Attico more pronunciatum fuit ἐνήνοχα, ut, pro ἤκοα, Attice ἀκήκοα, pro ἤγερμαι, Attice ἐγήγερμαι· Ἐνηνοχέναι, occurrens in versione Alexandrina, Genes. 31. 39. legitur in fragmento Aristodemi, apud Athenæum, l. 13. p. 555." L. C. V.]

Φεῦ heu, papæ, phy. Factum à sono. [Inde verbum φεύζειν. Sic ab οἴ, lamentantis, οἴζειν, (ut ab οἴμοι, οἰμοίζειν, οἰμώζειν) ab ὤ, admirantis, ὤζειν. Vid. L. C. V. Diatrib. ad Euripid. Fragm. p. 21. Nec displicet tamen omnino Martinii conjectura : " esse à φέβω, unde φέβομαι." Nimirum à φέω, φέβω, φεύω, Imperativi secunda pers. Sing. potuit existere φεῦε, pro hoc autem φεῦ· quo pacto φεῦ pp. idem foret atque apage, fuge. Conf. infra φεύγω. E. S.]

Φεύγω fugio. A φέω. Vide φέβομαι. [Conf. etiam φέγγος. Egregie observavit jam Eustathius, φεύγειν esse τὸ σπουδαίως κινεῖσθαι, et equos ab Homero dici φεύγειν i. e. συντόνως τρέχειν. Vide Eustath. p. 1461. 57. 342. 19. 722. 24. Origo verbi ex φέω, unde φέβω, φεύω &c. vel hinc satis constat. E. S.]

[Φέω Stirps obsoleta : unde φέβω, φένω &c. Idem olim significasse ac φάω, satis probare potest vel sola collatio verbi φημί, cum Lat. for, faris, fari, derivatisque formis φάμα ac φήμη, ἔφαμεν porro, et φάθι, φαίην &c. " feo, (inquit Vossius, in Etymologico, voce Felix,) quamquam nunc in usu non est, tamen ejus vestigia habemus in fetus, fecundus, femen, femina" &c. Nimirum φέω (idem ac φάω) è propria vi findendi significationem habet in lucem edendi, proferendi, adeoque pariendi. Itaque Nonius, (ab eodem Vossio laudatus in fenus,) fenus, inquit, ab eo dictum est, quod pecuniam pariat increscenti tempore, quasi fetus, aut fetura. Nam et Græce τόκος dicitur, ἀπὸ τοῦ τίκτειν." E. S.]

Φηγὸς fagus. Pro φαγὸς, à φάγω edo. [Conf. dicta in φάγω. " fagus à Dorico φαγὸς, pro φηγὸς, à φήγω, id est edo ; sive, quia ejus fructu homines vescerentur, ante fruges inventas, ut Eustathius ait, in Il. E. p. 595. et Il. H. p. 646. et Od. I. p. 1859. item Servius in Eclog. 1. sive quod vulgo saltem hoc cibo uterentur" &c. Voss. in Etymol. p. 236. E. S.]

Φῆκος fallax. A φάλω. Conf. Σφάλλω [et supr. in φάλαγξ. E. S.]

Φήνη ossifraga : avis aquila major, quæ et φίνις dicta. Eustath. p. 1472. 45. φήνη παρὰ τὸ φαίνειν κ. τ. λ. Nescio, an rectius à φένω occido repetas nomen avis, longe perniciosissimæ, Od. Γ. 371. commemoratæ. Conf. Eustath. l. l. et Piersoni Veris. p. 5-7. E. S.]

Φθάνω occupo, anteverto. Compone πετάω, ἵπω, et similia. [Eustathius p. 886. 48. ἀπὸ τοῦ φθῶ, φθήσω, τὸ προλαμβάνω —— ἐκ τοῦ φῶ, τὸ λάμπω. Conf. Pierson. ad Mœrid. p. 452. et ibidem laudati viri doctiss. Mihi quidem, in verbo hoc, et omnibus sequentibus (à φθ incipientibus) litera Φ, ab initio, loco Æolici F, adscita videtur fuisse : quo pacto stirps verbi φθάνω (præverto) foret θάω, vicinum alteri θέω ac τέω, pp. tendo : φθέγγομαι, porro, φθέω, φθόνος &c. similiter forent repetenda à θέω, vel vicino θόω. Conf. quæ de Φ, præmissa initio, dicemus, in φέω, et Etymologum in φθάμενος, c. 792. 17. Vide et infra in φθέω. E. S.]

Φθέγγομαι loquor. Forte à sono. [Etymol. p. 792. 36. τὸ φθέγγεσθαι, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ θ γίνεται. Παρὰ γὰρ τὸ φῶ, τὸ λάμπω, γίνεται φέγγος· καὶ φέγγω, φθέγγω· παρὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ νοῦ. " Simplex φθέγγεσθαι notat sonum emittere. Usus voluit, ut compositum ἀποφθέγγεσθαι non simpliciter significaret verba facere, sed magnifice eloqui, dicta edere sapientissima, dicta eloqui, profundi sensus plena. Brevia veterum dicta, quibus antiqua constitit philosophia, dicebantur ἀποφθέγματα &c." L. C. V. Stirps fortasse non alia fuit ac θέω pp. tendo, contendo vehementius, unde φθέγγω et φθέγγομαι pp. contenta, vel intenta vehementius voce eloquor. Vide dicta in φθάνω, et confer Hebr. קו Ps. 19. 5. cum Gr. φθόγγος. E. S.]

Φθέω interimo, corrumpo. A φέω findo. [Etymologus c. 792. 17. ἐκ τοῦ θέω, τὸ τρέχω, πλεονασμῷ τοῦ φ, φθέω, ἔστι φθῶ, σημαῖνον τὸ καταλαμβάνω. Equidem ad primam vim verbi θέω, quæ in extendendo posita est, malim recurrere, ut, qua via à θέω, vel potius à vicino θάω, θάνω, θανέω, θανήσω, θανήσκω, factum est θνήσκω morior, pereo : eadem via à θέω sit φθέω, pp. extendo alterum, vel extento corpore jacere facio, dein universe interimo, corrumpo. Ab eadem vero extendendi origine in θέω videtur etiam altera esse potestas currendo prævertendi in nostro φθέω, et φθάνω. Conf. omnino, Od. Π. 383. X. 91. Ω. 436. Pro φθέω Græcos etiam dixisse φθίω, opportune monuit T. H. in φθόνος. E. S.]

[Φθόϊς, et, per contractionem, φθοῖς, placentæ quoddam genus ex caseo cribrato et siligine. Quo modo paretur ejusmodi placenta, accurate descripsit Etymologus, c. 793. 5. Stirps est φθέω, sive potius φθόω. E. S.]

Φθόνος invidia. A φθόω, cui vicinum φθέω. [Etymolog. c. 793. 20. παρὰ τὸ φόνος φθόνος. Atqui φόνος nex et φθόνος invidia admodum à se sunt diversa, etsi posterior prioris sæpe caussa fiat. " Φθόνος invidia. Vox hæc, nostris ex regulis Analogicis, est à Præter. Medio ἔφθονα verbi φθένω, quod idem ac φθείρω corrumpo, tabefacio. Ejusdem originis sunt φθένω et φθείρω· quippe à φθέω. Hujus à Præterito Med. ἔφθοα est φθοὴ tabes. Non tantum vero dicitur φθέω, sed etiam φθίω, φθίσω, in Præt. Pass. ἔφθιμαι, ἔφθισαι : unde φθίσις, itidem tabem significans. Jam vero invidia homines corrumpit et tabefacit : unde φθόνος ponitur pro invidia, qua quis tabescit, et φθονεῖν pro invidere. Sed notari debet, φθόνον, (si de diis usurpetur,) sumi in meliorem partem ; tribuique illis φθόνον, quando hominem, qui supra humana sapiat, et se efferre conetur, attenuant, et in ordinem redigunt. Sæpe etiam notat præ invidia nolle : uti apud Platonem, ἐφθόνουν οἱ παλαιοὶ διδάσκειν νεωτέρους, i. e. præ invidia veteres nolebant docere juvenes" &c. T. H.]

Φιάλη poculum, patera, phiala. A φίω, cui vicinum φύω fundo. [Eustathius, p. 1298. 36. φιάλη ἀγγεῖον λιβητοειδὲς, πεπλατυσμένον ἄνωθεν. Idem vocem hanc φιάλη παρὰ τὸ πιεῖν ἅλις repetiit, p. 561. 14. et alibi. Eandem derivationem exhibet quoque Etymologus, c. 793. 21. Sed coacta nimis est et artificiosa. Itaque simplicitate sua se magis commendabit illa Lennepiana. Sane uti à σίω, σίος, σία, est σίαλος, eadem via à φίω, φίος, φία, descendat φίαλος· cujus fœm. est φιάλη. Conf. in φιαρός. E. S.]

Φιαρὸς lucidus, nitens, pinguis. [Etymol. c. 793. 24. παρὰ τὸ φάος, φαερός· τροπῇ τοῦ ε εἰς ι, καὶ ὑπερθέσει, φιαρός. Sed ejusmodi derivationem quis neget incommodiorem esse? Mihi quidem vox videtur ejusdem esse formæ ac præcedens φιαλός· nisi ejusdem quoque originis vox sit, soloque pronuntiandi usu inde diversa. Stirps utriusque est φίω, quod cognatum fuisse τῷ φάω, unde φάος, φαίνω, satis apparet. Pro φιαρὸς, in Hesychio, quoque est φιδρὸς, de quo vide eruditiss. A. Heringæ Obss. p. 274. 275. E. S.]

Φιβαλὶη carica, ficus arida. Dicitur et φίβαλις, unde constat, φιβαλέη pp. esse Adjectivum f. g. à masc. φιβάλεος, quod à φίβαλις· Forma neutra Plur. φιβάλεα, cujus Sing. φιβάλεον, commemoratur quoque ab Etymol. c. 793. 27. Thema φίω, unde φίβω, φίβος, φίβα, φιβάλεος &c. quin et φίβυλος, unde φίβυλα, contr. φίβλα, Lat. fibula. Φίω hoc adspiratum videtur esse πίω premo, comprimo, unde notio fibulæ, adstrictæ, et ficus compressæ, qua lege Latine uva passa, et passus sum, dicuntur à πάω premo. Ipsum Lat. ficus est ab eodem πίω. Conf. infr. in φίω. E. S.]

[Φιλὶς canna. Hesych. φιλίδα· σύριγγα. An ab adstringendo ? Conf. φίλος. E. S.]

Φίλος amicus, gratus. A φίω ; cui vicinum φύω. [Etymol. c. 794. 12. Φίλος, ἀπὸ τοῦ γινομένου κατὰ τὸ φιλεῖν ἤχου i. e. à sono, qui osculando editur. Eustath. Φιλεῖν· τὸ ἀγαπᾶν, καὶ τὸ τοῖς χείλεσιν ἀσπάζεσθαι, καὶ τὸ τὰ χείλη συμβάλλειν. Vide ipsum p. 1583. 56. 1799. 51. &c. Hinc verisimile videri possit, verbum φιλεῖν non aliter ac κύω, κύσω, osculor (Belg. *kussen*) à sono esse factum. Possis tamen etiam repetere à πίλω, significante premo, comprimo, sive potius pango, appingo, unde φιλεῖν (non aliter atque Hebr. שנק) pp. foret appingere os, s. labia, atque adeo osculum ferre, osculari. Hac fere ratione Vossius in Etymol. p. 249. Lat. filum repetiit " à πιλοῦν cogere, stipare ; quod, nempe, dum trahitur duciturque, eadem opera torqueatur et condensetur." Ubi leviter animadvertendum est, πιλοῦν, pro πιλόειν, analogice esse à πιλόω· πῖλον vero s. pilum, à πῖλος, (quod à πίλω,) ut stirps pp. sit πίλω, quod, cum adspiratione elatum, dare potuit φίλω. A φίλω igitur proxime est φίλος· à φίλος, φιλέω &c. Itaque φίλος, η, ον, pp. fuerit is, sive ea, id, quod osculamur, quod complectimur, quod fovemus, ut nostrum. Quæ origo vocis fortasse in caussa est, ut φίλος, η, ον, passim, apud Homerum, pro suus, sua, suum legatur. Φίλος igitur pp. est Adjectiva vox, ut in φίλοι ἀνέρες dilecti viri, Il. Δ. 41. I. 197, φίλον τέκος dilectus natus, vel dilecta nata, pp. dilecta soboles, quam exosculamur. Ita Il. I. 437. 444. Σ. 63. X. 38. Ω. 373. et Il. Γ. 162. 192. E. 373. Ξ. 190. &c. aut φίλος υἱὸς dilectus filius, Il. B. 564. K. 50. M. 335. N. 299. A φίλος, denique, seu ab antiquo φίλις, est φίλιος, φίλια, φίλιον, vox adjectiva. Hesych. φίλια· προσφιλέστατα. Unde facile apparet, filium Latinis, et filiam (quemadmodum Græcis plene dicitur φίλος υἱὸς) pp. esse voces Adjectivas, quæ pro Substantivis deinceps adhibitæ fuerint. E. S.]

Φιλύκη, φίλυρα, à φίω, cui vicinum φύω nascor. [Φιλύκη Philyca arbor semper virens. An pp. φίλυκος est amabilis, cognatum Adjectivum alteri φιλικὸς, quod ab obsol. φίλις, unde φιλίστερος &c.? Vocales ι, et υ, sæpe permutari solent. E. S.]

Φίλυρα tilia. [Etymol. c. 795. 4. Φίλυρα· φυτὸν, ἔχον φλοῖον βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Videtur φίλυρον pp. vox Adjectiva esse, et ipsa amabilem significans. Hesychius φίλυροι, εὐώδεις &c. Stirps igitur φίλω, unde propagata sunt φιλάω, φιλέω, φιλίω, φιλόω, φιλύω. E. S.]

Φιμὸς vel φίμος, camus, (" i. e. κημὸς, vinculi genus, quo ferarum canumque ora obligantur, ne mordeant." Constant. Lex.) à φίω. [Etymol. c. 795. 20. γίνεται ἀπὸ τοῦ σφίγγω, σφιγμὸς, καὶ φιγμός· καὶ φιμοῖ· ἄγχει, ἐπιστομίζει. In his latere putem veram stirpem vocis ; dummodo, ex regulis analogicis nostris, statuamus, σφίγγω esse à φίγγω, hoc à φίγω· φίγω autem à φίω. A φίω est in Præter. perf. Pass. πέφιμαι· hinc φίμος &c. Ipsum autem hoc φίω adspiratum est πίω, premo, comprimo. Conf. et infra in φίω, ubi Lat. fimus &c. E. S.]

Φίντις auriga. " Dorice, pro φίλτις" dici, docet H. Stephanus, in Append. p. 170. Analogice φίντις descendit à πέφινται, tertia Præter. perf. Pass. verbi φίνω, quod a φίω, ut πίνω à πίω. A notione premendi, inhibendi, cohibendi, φίντις dici potuit auriga, qui, ut Virgiliana phrasi dixeris, et premere et laxas sciret dare jussus habenas. Vide mox in φίνω. E. S.]

[Φίνω obsoletum idem, quod πίνω, pp. premo. Conf. in φίντις. Proximum derivatum ab hoc verbo superest φίνις : quod vide in φήνη. Inde et Φινεὺς nom. viri. Adfinitatem arctissimam quoque habuit φίνος cum φίλος· unde φίντατος, Dorice, idem sonat ac φίλτατος, pro φιλότατος Superlativo : cujus Comparativus fuit φιλότερος, contractus in φίλτερος. Ex antiqua forma superest Φιλώτερα nomen proprium urbis. E. S.]

Φίω geminum fuisse videtur verbum : alterum adspiratum pro πίω. Vide hoc in φίλος &c. Alterum φίω adspiratum est ex Fίω (Latine fio) quod cum Fύω, (Lat. veteri fuo, unde fui, fuam &c.) maximam habet adfinitatem. Stirps posterioris hujus Fίω est ἴω, cognatum alteri ἔω, εἴω, εἰμί. Qua enim lege pro ὕω, vel ὕω, dixerunt Fύω, eadem pro ἴω, vel ἴω, Fίω, præposito utrique formæ Digammate Æolico. Ab ὕω isto, sive ὕμι, etiam est sumi pro sumi, ut ab ἴω, ἴμι, sim pro simi. Denique et tertium verbum est φίω, vel φύω, pro θίω et θύω· unde Lat. fimus, fimetum, fumus &c. Vide hoc in θύω.

Φλάζω ferveo, it. stulte et inarticulate loquor. A sono. [Etymolog. c. 403. 49. τὸ θλῶ κατὰ τροπὴν φλῶ, παράγωγον φλάζω· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔφλαδον, ὡς χάζω, ἔχαδον —— et c. 656. 46. Παφλάζω σημαίνει τὸ ἐκ βρασμοῦ ἀνάδοσιν γίνεσθαι. Ταύτην δὲ τὴν λέξιν πεποιῆσθαι παρὰ Ὁμήρῳ ὡς ἤχου μιμητικὴν (nempe Il. N. 797. 798. in verbis Ἐν δέ τε πολλὰ Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης) —— Ἔστι δὲ φλέω (ὃ καὶ φλύω λέγεται) τὸ ἀναπέμπω καὶ ἀναδίδωμι κ. τ. λ. Ex his satis apparet, promiscue dixisse veteres φλάω, φλέω, φλύω, quæ omnia formata videntur à sono. Pro φλάω autem Homerus dixit παφλάω, prima litera repetita, sed sine adspiratione ; ut in καχλάζω, pro χλάζω, ex χαλάζω, strepito. E. S.]

Φλάω contero. Dorice pro θλάω, de quo supra. [Itaque φλάω hocce, ab altero φλάζω, (per ὀνοματοποιΐαν facto,) plane diversum est. Etymolog. φλᾶν· τύπτειν, ἢ μαλάττειν· καὶ τὸ ἀναμαλάττειν, ἀναφλᾶν. Ἀριστοφάνης. " Φλάω Ionice pro θλάω. Iones enim mutant Θ in Φ. Sic, pro θὴρ fera, illi dicunt φὴρ, unde Lat. fera. Pro θίγειν dicunt φίγειν, et sic in pluribus aliis. Attici autem hoc verbum φλάω, quamquam proprie Ionicum sit, usurparunt. Φλᾶν, et θλᾶν pp. notant frangere : sed ponitur itidem pro percutere, verberare. Φλᾶν τοῖς ὀδοῦσι est dentibus aliquid frangere : unde φλᾶν, Belg. *binnenslaan, in de keel slaan*, Aristoph. Pluto vs. 694. T. H. Conf. ad hunc Aristophanis locum Steph. Berglerum, p. 56. 57. porro viros doctos ad illa Hesychii, Φλᾶ· θλᾶ, μαλάττει, συντρίβει· et cl. Kœn. ad Corinth. p. 289. Hesychius etiam φλᾶν· μαλάσσειν πληγαῖς. Componi poterunt Lat. flagrum, et flagellum. et consuli Vossius, in Etymol. p. 251. Schultens. Comm, in Job. p. 16. et ipse Lennepius, in μάστιξ. Sed vide omnino infra in φλέγω, quod pro φαλέγω &c. à stirpe φάω. E. S.]

Φλέγω uro. Repetendum à φάω, unde φαλὸς splendidus. [Operæ pretium est, hæc paullo accuratius enucleasse. A φάω, ex hypothesi Lennepiana, fluxere φάλω, φαλὸς &c. Id filum si sequaris, à φαλὸς, sive Dativo ejus, φαλᾷ, habebis φαλάω, contracte φλάω, ab altera vero forma Dativi φαλῇ, φαλέω, φαλέγω, contracte φλέγω. A φλάω isto (quod idem fuisse putem ac Lat. flo, flare, quodque adeo diversum ab altero φλάω, Ionice pronunciato pro θλάω) ductum videtur φλάβω, cognatum alteri φλέβω, unde φλὲψ, φλεβὸς &c. A φλάβω, in Præt. perf. Pass. fuit πέφλαμμαι. Hinc Lat. flamma. Ab eodem φλάζω superest quoque flabrum, flabellum : ut à φλάγω, cognata forma nostro φλέγω, superest flagrum, flagellum. Origo omnium in motu illo oris, quo flatur, aut à sono ignis flagrantis, qui auribus percipitur. E. S.]

Φλὲψ vena. Ab ebulliendo. Vide φλέω. [Genitivus, φλεβὸς, demonstrat, φλὲψ scriptum fuisse pro φλὲβς, stirpemque adeo vocis esse verbum φλέβω, cognatum alteri φλάβω· de quo vide dicta in φλέγω. E. S.]

Φλέω nugor ; pp. ebullio. A sono factum. [Nimirum

cognatum alteri φλάω· de quo dictum in φλέγω. Cognationem monstrat phrasis Latina proflare nugas &c. Ceterum dubitandum vix videtur, quin Lat. fleo idem verbum sit ac Gr. φλέω et φλύω, Lat. fluo: ut sentiri potest ex illo Lucretii l. 1. 349. uberibus flent omnia guttis. Unde flere passim valet lacrymas effundere, sive potius cum bullitu, quasi, profundere: ubi fletibus manant genæ, quæ phrasis est Valerii Flacci, Argon. l. 5. 341. Deliquescere flendo, pari metaphora, Ovidius dixit, Metam. l. 8. 380. Apposite Etymol. c. 656. 49. ἔστι δὲ φλέω, ὃ καὶ φλύω, τὸ ἀναπέμπω, καὶ ἀναδίδωμι, Belgar. nimirum, *opgeven*, quod dicunt de fonte aquas ebulliente. Clarius idem Etymol. c. 796. 6. Φλήναφος· μωρολόγος, φλύαρος· παρὰ τὸ φλέω, ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ φλύω· —— ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα: —— οἷον ἀνάδοσιν, καὶ ἀναπομπὴν, ἐποίει τοῦ ὕδατος. Conf. et in φλύω, ac φρέαρ. E. S.]

Φλιὰ antæ, postis. A φλίω, vide φλύω. [Glossæ veteres: φλιά· postis, limen. Etymolog. c. 796. 19. Φλιά· τὸ πλάγιον τῆς θύρας, αἱ παραστάδες, ἐν ᾧ ἵσταταί τις, καὶ ἐπερείδεται. Ἐκ τοῦ θλίβω, θλίψω, θλιὰ, καὶ φλιὰ, ὥς φησί, φησί· διὰ τὸ στένον τῆς ὁδοῦ. Videri possit Homerus, de mendico agens, lusisse in etymo vocis, Od. Ρ. 221. ὃς πολλῇσι φλιῇσι παραστὰς θλίψεται ὤμους, Αἰτίζων ἀκόλους. Nescio tamen, an verbum φλίω, (cognatum τοῖς φλάω, φλέω, φλύω,) indeque producta φλίζειν et φλιδάνειν, respondeant Germanico *fliessen*, Belg. *vlieten*. Hesych. φλιοῦς· ἡ τῶν καρπῶν ἔκχυσις. Φλιδάνει· διαρρεῖ. Φλιδᾷν· σήπεσθαι. Quo admisso φλιὰ, postis januæ, dici videtur potuisse à destillante ac defluente per eam aqua. E. S.]

Φλιδάω putresco. A φλίω, cui vicina φλύω, et φλέω. [Conf. dicta in φλιά. Accipi etiam φλιδᾷν pro rumpi, lacerari, H. Stephanus admonuit, Thes. t. 4. c. 174., at simul docuit vir eruditissimus, à putrescendo significationem hanc fluxisse, quod "iis, quæ putruere, eveniat, ut rumpantur." Etiam φλυδάω, et φλιδόω, dici l. l. demonstravit. E. S.]

Φλοιὸς cortex. A φύω, et similibus: unde φύλλον &c. [Etymolog. c. 796. 29. φλοιός, τὸ καλούμενον λέπος· παρὰ τὸ φλοῦς, φλοός, καὶ φλοιός· ἢ παρὰ τὸ φλῶ, τὸ ἀναπέμπω, καὶ ἀναδίδωμι, φλεός, καὶ φλοιός. Etiam φλόος dici, unde contractum φλοῦς, docuit H. Stephanus, Th. t. 5. c. 175. ubi simul repetiisse nonnullos à φλίω, admonet, non addita tamen ratione significationis. E. S.]

Φλοῖσβος murmur maris. A sono aquæ. [Etymol. c. 796. 32. Φλοῖσβος τάραχος· ὠνοματοπεποίηται δὲ ἡ λέξις· παρὰ τὸ φλέω, τὸ ἀναβράζω, φλόβος, καὶ φλοῖβος· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ σ, φλοῖσβος. "Φλοῖσβος sonum significat, ex mari ad littus adfluente ortum. Grammatici volunt, vocem esse ὠνοματοπεποιημένην· sed vox est, originem habens in lingua Græca. Φλοῖσβος enim à φλοίω, descendit. Verbum primitivum est φλέω et φλύω, unde Lat. fluere. Φλοίω pp. dictum fuit de fluxu maris, ad littus adpellentis, ubi et soni eduntur, et simul spuma excitatur, à fluctu maris repercusso. Hinc facile intelligitur vox πολύφλοισβος." T. H.]

[Φλόμος, sive φλῶμος verbascum: herba, qua pro ellychniis utuntur. Dicitur etiam φλομίς, nisi hoc potius sit diminutivum. Dubitari nequit, quin ejusdem originis sit ac sequens φλόξ. De qua voce vide L. C. V. Stirps igitur est φλόω, à cujus tertia Præteriti Pass. πέφλομαι, φλόμος. E. S.]

[Φλὸξ flamma. Etymol. c. 796. 25. παρὰ τὸ φλέγω, φλέξω, φλὲξ, καὶ φλόξ. "Oritur vox à verbo φλέγειν, quod pp. significat candere facio, sive incandeo. Hinc incendendi atque urendi significatio. Præteritum Pass. πέφλεγμαι etiam antiquitus scriptum fuit πέφλεμμαι, et πέφλαμμαι. Hinc ortum Lat. flamma. L. C. V.]

[Φλύω bullio, ebullio, fervendo seu bulliendo strido &c. Eximie verbi hujus proprietatem exposuit, non uno in loco, Etymologus, ubi v. gr. col. 200. 50. observat, cognationem dari inter βλύω et φλύω· qualis cognatio facili negotio etiam detegi poterit inter Lat. pluo, et fluo. Βλύω λέγεται παρὰ τὸ φλύω, τὸ ἀναδίδωμι κ. τ. λ. Idem col. 618. 34. Φλύειν ἐστὶ τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι. Et col. 796. 37. Φλύαρος· μωρολόγος· παρὰ τὸ φλύω· ὁ ὑπερζέων τοῖς λόγοις, καὶ ἀναπέμπων ἀκρίτως τὰ ῥήματα· φλύειν γὰρ τὸ ἀναζεῖν ἔνθα ἡ ἐκ θερμότητος ἀνάζεσις λέγεται φλυκτίς. καὶ ἀνὰ δ' ἔφλυε (Homer. Il. Φ. 361.) τὸ ἀνέζει κ. τ. λ. Alio etiam loco cognationem docuit inter φλύω et φλέω, col. 656. 49. 796. 7. quem locum dedimus supra. Vide dicta in φλέω, et adde locum Ovidii Fast. l. 2. 820. fluunt lacrymæ more perennis aquæ. "Primitivum φλύω, idem est, quod Lat. fluere, i. e. scaturire, ebullire. Scaturigines, quæ ex terra fluunt, et sic aquam emmittunt, dicuntur φλύειν. Jam apud Latinos etiam dicitur fluere oratio, vel vehemens, vel abundans: et abundare exprimitur per effluere. Sic etiam à Græcis verba, quæ abundant, dicuntur φλύειν" &c. T. H.]

Φοῖβος purus. A splendore dicitur. Thema φάω cui vicinum φάω. [Hesych. φοῖβος. καθαρὸς, λαμπρὸς, ἁγνός, ἀμίαντος. "Proprie Adjectivum est, significans clarus, splendidus, lucidus. Apollo vero dicitur φοῖβος, phœbus, quod idem est ac sol, cui à splendore nomen tributum &c. Hinc etiam φοιβάω purgo, lucidum reddo." T. H.]

Φοῖνιξ palma. A rubore dicitur. A φόνος sanguis, quod à cædendo, et hoc à φένομαι· de quo supra. [Etymol. c. 797. 22. φοῖνιξ· παρὰ τὸ φόνος κ. τ. λ. de proprio nomine loquitur. Hesychius: φοῖνιξ——ὁ πυῤῥὸς τῷ χρώματι. "Φοῖνιξ, φοινικὸς, phœnix et phœnicius apud Latinos, ponuntur pro rubro. Etiam φοινικόεις in usu frequenti est. Derivantur autem ea à φοῖνιξ, ut Punicus et Puniceus, apud Latinos, a punus.——A Phœnicibus autem origo ejus vocis ducitur, et ad colorem rubrum restringitur, quia illi purpuram rubram præstantissime tingebant. Ideo φοίνικες. T. H.]

Φοιτάω ventito. A φόω. [Etymol. c. 797. 44. φοιτῶ σημαίνει τὸ ὁρμῶ· γίνεται παρὰ τὴν πρόθεσιν, καὶ τὸ ἰτῶ, τὸ πορεύομαι, ῥηματικὸν ὄνομα ἰτὸς, προϊτὸς, προϊτῶ, καὶ συναιρέσει προιτῶ· καὶ, ἐκβολῇ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ, φοιτῶ κ. τ. λ. Hæc limpido fluere nemo dixerit. Neque melior est alia, quam præbet, derivatio παρὰ τὸ ὁδὸς, ὁδῶ &c. Illud certum est, φοιτᾷν notionem impetus, quo quid feratur, agiteturque, habere. Hesych. φοιτᾷ· ἔρχεται, μαίνεται κ. τ. λ. An igitur vera stirps est ὄω, unde οἴω, Fοίω, φοίω, φοῖτος, φοιτάω? Sane φοῖτος, in eodem Hesychii Lexico, redditur μανία furor. E. S.]

Φολὶς squama. A φάω findo. [Rectius fortasse repetas à φόλω, pro Fόλω, cujus vera stirps ὄλω, vel ὅλω, pp. volvo. Vide dicta in ὅλισθος et ὄλλυμι. Etymol. c. 798. 3. Φολὸς, καὶ φολίδες, αἱ λεπίδες τοῦ ὄφεως. Nomen habere potuerunt a volvendo, sive à lubrico et facillimo lapsu &c. Conf. et in φολκός. E. S.]

[Φολκὸς strabo. Etymol. c. 798. 3. παρὰ τὸ τὰ φάη παρέλκεσθαι· Analogia suadet esse a πέφολκα, sive Præterito perf. Act. verbi φόλω, unde φολὶς &c. Dicti autem strabones hac voce, plane ut idem alia cognata ἴλλοι, sive σίλλοι, vocantur. E. S.]

[Φόλλις, εως, obolus, et follis. A φόλω, φόλλω, volvo. Conf. in φολίς. E. S.]

Φοξὸς acutus pecul. capite: cujus caput acutum est. Forte a φόγω. Conf. φεύγω. [Etymol. c. 798. 17. φοξός· ὀξυκέφαλος κ. τ. λ, Nescio, an sit pro ὀξὸς, quod vulgo ὀξὺς acutus. Il. Β. 219. ὀξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Hoc pacto φ præpositum haberet loco F. Ita φόλω, Fόλω, pro ὄλω &c. E. S.]

Φόρμιγξ cithara. A φόρω, unde φορμὸς calathus. ["Respondet voci κιθάρα, quod ad ipsam rem spectat. Itaque Grammatici per κιθάραν reddunt. Verum Hesychius notat, φόρμιγξ propria virtute significasse eam citharam, quam cantores publici humero gestabant, et circumferebant. Est à πέφορα, Præter. Medio verbi φέρω fero. Inde autem in genere, pro quavis cithara, poni solet. Plures sunt formæ, quæ in ιγξ desinunt, ut μήνιγξ &c. T. H.]

Φορμὸς sporta. A φόρω, cui vicinum φέρω. [Etymol. c. 798. 54. παρὰ τὸ φέρω, φορμὸς κ. τ. λ.]

Φόρτος onus. A φόρω fero. [Etymol. c. 798. 46. παρὰ τὸ φέρω, φέρτος, καὶ φόρτος. "Proprie notat quidquid fertur, et onerat. Singulari ratione usurpatur de oneribus, sive mercibus, quibus naves onerantur. Sic onus, apud Latinos, etiam merces, navibus impositas, significat, unde est onerare navem, Gr. φορτίζειν. Sic ναῦς πεφορτισμένη navis mercibus plena &c." T. H.] [Nimirum hoc ipsum φόρτος, η, ον, pp. est nomen Adjectivum, significans qui, vel quod ferri potest. In Superlativo legit hanc vocem apud Homerum, Il. Ρ. 105. Etymologus M., qui col. 798. 47. Φόρτατον,——κακῶν δέ κε φόρτατον εἴη——Ἰλιάδος ρ', τῶν δὲ παρόντων κακῶν τοῦτο ἂν εἴη ἄριστον——Γράφεται δὲ καὶ φέρτατον. Vulgaris lectio, Il. Ρ. 105. est φέρτερον. Belgæ similiter dicimus, *dragelijk, het dragelijkste aller rampen*, id est, minime molestum omnium ad perferendum. E. S.]

Φορύω pinso. A φόρω, cui vicina φάρω, et φύρω. [Productior verbi forma est φορύνω. Hesych. φορύνει· φυρᾷ, μολύνει, συγχεῖ. Vide in φυράω. E. S.]

Φράζω dico. A φέρω, φεράω, φράω. [Secundum hanc quidem originem, φράζειν pp. foret *voordbrengen, voor den dag brengen*, atque adeo indicare. "Φράζειν pp. significat indicare: sive ostendere. Unde φράζειν τοῖς δακτύλοις digitis monstrare. Ponitur itidem pro monstrare verbis et sermone. In Medio vero notat signa, et, quæ monstrantur, apud mentem, secum expendere, atque adeo consilium capere. Ut Il. Α. 83. σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις. Male verterunt hæc interpretes: tu vero dic, an me sis servaturus? Non distinxerunt inter φράσαι Medium, et φράσον Activum. Si Homerus dicendi vim hic innuisset, scripsisset sane φράσον" &c. T. H.] [Conf. omnino Hesych. φράσαι· διανοήθητι, σκέψαι, et Od. Π. 260. Χ. 158. Ω. 330. ubi plene est φράσαι ὀφθαλμοῖσι. E. S.]

Φράσσω pp. constipo. Inde munio. A φράω, quod à φεράω· hoc autem à φέρω. ["Verbum φράσσειν, in Epist. ad Roman. c. 3. 19. ad Hebr. c. 11. 13. significat obturare vel obstruere: quæ potestas orta est ab illa sepiendi, muniendive. Ædificii fores ita munire, ut lapidibus, aut alia materia, aperturam plane obstruas, Græcis dicitur ἀποφράξαι. In Historia Lacedæmonii Pausaniæ ἀπέφραξαν adhibuerunt Græci. Cornel. Nepos, in Pausania, cap. 5. "Cum in ædem" inquit "Minervæ confugisset, ne exire posset, valvas ejus obstruxerunt. Vias obstruere Thucydides dixit τὰς ὁδοὺς ἀποφράξαι" &c. L. C. V.] [Igiturne φράσσειν, (ut Lennepio placuit,) à stirpe φέρω, pp. est ferre, conferre undique materiam, constipando obstruendoque idoneam? E. S.]

Φρατρία conventus hominum. A φρατὴρ, unde Lat. frater. A φράω condenso, munio. [Jucunda est derivatio vocis Latinæ frater, quæ Romanorum veterum quibusdam placuit, et postea à Nigidio Figulo meruit commendari, "frater dicitur quasi fere alter." Quam quidem etymologiam Ciceroni præbuisse joci occasionem (ad Div. l. 2. Ep. 15.) in Etymol. suo docuit Vossius. Sed mireris, ipsi magno Vossio sententiam placere potuisse aliorum, haud minus ab Analogia linguæ abhorrentem, qui fratris vocem à πατὴρ derivarent. "Vel potius prima origo" inquit "est πατὴρ, unde πατρὶς, quo significatur patria, πόλις, φυλὴ, ἡ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς γένεσις. Inde et πατριὰ familia. Pro πατριὰ dixere φρατριὰ, inserto ρ. Unde φρατὴρ, et φράτωρ, qui ejusdem est πατρίδος, seu φυλῆς, seu familiæ et cognationis." Hactenus ille. Præiverat ita Etymologus Magn. c. 799. 34. Φρατὴρ, παρὰ τὸ πατὴρ, πλεονασμοῦ τοῦ ρ, καὶ τροπῇ τοῦ π εἰς φ. Hoc pacto quidvis effici potest. At vero, quemadmodum πατὴρ, est à πέπαται, 3. pers. Præter. Pass. verbi πάω, μήτηρ autem est à μέμηται, 3 pers. Præt. Pass. verbi μάω, eadem lege à φράζω videtur descendisse φραστὴρ dictator, à φράω φρατὴρ, Lat. frater. Pro φρατὴρ veteres dixerunt etiam φρητὴρ, ut pro μάτηρ μήτηρ· Hesych. φρητήρ· ἀδελφός. Porro ut à πατὴρ, πατερὸς, πατρὸς, πατερὶ, πατρὶ est πάτριος, ita à φρατὴρ, φρατρὸς, φρατρὶ, fluxit φράτριος: unde manifestum est, non φρατὴρ à φράτριος, sed contra φρατριὸς à φρατὴρ derivandum esse. Sane πάτριος est à πατὴρ, pater: non vero πατὴρ à πάτριος patrius. Itaque et φρατὴρ derivandum est a φράω, ut πατὴρ à πάω. Jam vero φράω, pro φεράω, (cujus productior forma fuit φράζω, unde φραστὴρ) pp. idem notavit, quod ejusdem primitivum φέρω fero. Φράσαι à notione propria ferendi translatum fuit ad illam providendi, curandi; quasi dicas in gremio, vel in oculis ferre, quem foveas, quem curæ habeas, quem ex oculis non dimittas. Hesychius, in Medio verbo, φράσαι· διανοήθητι, σκέψαι. Plenam phrasim φράσαι ὀφθαλμοῖσι (alia licet metaphora) reperias, Od. Ω. 330. Ecquid jam magis est in promtu, quam φρατῆρα fratrem dictum fuisse ab amore et cura, qua eodem patre genitos prosequatur, et in oculis quasi ferat? Hebræi patrem quidem dixerunt אב pp. propensum, inclinatum ad liberos, fratrem vero אח, quasi devinctum necessitudine arctiori: nisi præplaceat, et ipsum אח fratrem Hebræis dictum fuisse (non secus ac Gr. φρατὴρ frater) à cura, tutelaque. Golius (ex Gieuhario) c. 43. إخوة i. q. ذمة حرمة i. e. Auctoritas tutelaris, protectio, clientela, præsidium. Ceterum Græcorum vox φρατὴρ, sive φρητὴρ, alteri isti φρατὴρ ac φρητὴρ, vicina fuit, ab eodem πέφραται ducta. Φρατρία autem pp. est forma Adjectiva f. g. à φράτριος, per ellipsin quandam, Substantive posita. E. S.]

Φρέαρ puteus. A φρέω, forte constipo. A φάρω. [Etymol. c. 799. 37. Φρέαρ· παρὰ τὸ φλῶ, τὸ ἀναδίδωμι· ἢ παρὰ τὸ φέρω, συγκοπῇ, φρῶ, φρέαρ, ὡς θείνω, θέναρ· ἐξ οὗ φέρεται τὸ ὕδωρ. Prius equidem malim: quo pacto Græci dixerint φρέαρ, pro φλέαρ nisi forte et ipsum φρέω, permutatis liquidis λ et ρ, dictum fuerit pro φλῶ, i. e. ἀναδίδωμι, Belg. *opgeven*. Conf. φλάζω, φλέω, φλύω &c. Ab illa notione τοῦ ἀναδιδόναι (Belg. *opgeven*) putei nomen commodissime duxeris. Legitur Jeremiæ c. 6. 7. (in versione Belgica) *Gelijk een bornput* (מימיה הקיר) *zijn water opgeeft, alzo geeft zij* (הקירה) *hare boosheid op*. Vide et φρέω, ac φρήν. E. S.]

Φρέω et φρημὶ emitto. Ortum ex φέρω, vicinumque est alteri φράω. [A φέρω fero est φέρος &c. Hinc φερέω vel φέρημι, contracte φρέω, φρημί. Composita adhibuit Aristophanes, εἰσφρήσομεν intromittemus, pp. inferemus, vel inferre ne patiemur, in Vesp. vs. 887. et ἐκφρήσετε exire sinetis, ibid. vs. 156. &c. Vide Bergl. ad vs. 125. ubi alia laudata. E. S.]

Φρὴν mens. A φράω. Alio loco cel. Lennep. "Nomina φρὴν, φρὰν, et φρὰν, forma tantum fuerunt diversa. Remansit φρὰν maxime in compositis, ut εὔφρων benevolus, vel lætus &c. Φρὴν autem in usu significat mentem vel præcordia. Φρὰν denique (quemadmodum in antiqua lingua Dorica pronunciatum fuit, pro φρὴν) superest etiam in derivato verbo φράνω, et, ejus loco pronunciato, φραίνω· ut pro φάνω, φαίνω· pro βάνω, βαίνω, et similia. Superest autem maxime in composito εὐφραίνειν pp. bonam mentem facere alicui, atque adeo exhilarare: unde εὐφραίνεσθαι, Medium, semet exhilarare notat, adeoque Latine lætari." —— ["Pro φρὴν veteres dixere φρὰν, quod et in Compositis adhuc in usu est. Φρένες autem, apud veteres Græcos, pp. significabant diaphragma, et quæ super diaphragmate sunt. Sic cor et partes cordi proximæ, à Medicis, φρένες dictæ. Hinc φρένες ad animum animique conditionem translatum" &c. T. H.] [Hoc filum si sequamur, φρὴν pro φερὴν, vox formæ τέρην, pp. significaverit sublatum, sive attolli solitum, adeoque diaphragma: quod, in homine vivo ac spirante, continuo attollitur. Vide omnino Foësii Œcon. in voce. Φρέαρ puteus, ab attollenda, quasi, aqua, itidem dici potuit. E. S.]

Φρὶξ fremitus maris, vel fluctuum. A φρίσσω horreo, quod forte à sono. [Etymolog. c. 800. 25. ἡ ἄνωθεν καὶ

ἐξεπιπολῆς τῶν κυμάτων κίνησις, ἢ ὁ ἐπιπελάζων τῷ κύματι ἀφρὸς, ὅτε ἄνεμος ἄρχεται πνεῖν. Ἀπὸ τοῦ φρίσσω, φρίξω, ἀποβολῇ τοῦ σ. Genitivus casus, φρικὸς, satis demonstrat, formam vocis proxime ductam esse à φρίκω, unde φρίκος, η, ον. Superest etiam φρίκη, ab Hesychio redditum ψύχος, τρόμος, i. e. frigus, tremor. Quod ipsum frigus haud dubie cognatum fuit Græco φρίκη. Ceterum litera Φ, sive F, hac certe in voce, ut in antegressis quibusdam, ab initio præposita est. Conf. dicta in Ῥίγος, et mox in φρίσσω. E. S.]

[Φρίσσω, vel φρίττω horreo. Belgice *rijzen*, *oprijzen*. Quod ipsum Belgarum *rijzen*, (Græcorum φρίσσειν, sive potius ῥίσσειν aut ῥίσειν, ipsis literis sonoque ad amussim respondens,) indolem verbi hujus egregie illustrare potest, simulque nos admonet, literam φ, in hoc quidem verbo, non esse radicalem. Eustathius, p. 471. 472. ad illa Homeri, (Il. Δ. 282.) σάκεσίν τε, καὶ ἔγχεσι ΠΕΦΡΙΚΥΙΑΙ, scutisque et hastis horrentes phalanges, τὸ δὲ πεφρικυῖαι, inquit " ἀντὶ τοῦ ὀρθούμεναι. Πᾶν δὲ τὸ ΦΡΙΣΣΟΝ τινὶ φρίσσει τῷ λόγῳ πρός τι, κατὰ Ὁμηρικὴν συνήθειαν· τὸ λήϊον ἀσταχύεσσιν· ὁ κάπρος τῇ λοφιᾷ· ὁ ἄνθρωπος ταῖς ἐγχείαις· ἡ θάλασσα ταῖς κύμασιν. κ. τ. λ. Latinum quoque horreo (ab ὄρω ortum, de quo in ὄρθρος &c.) notionem eandem propriam habet, quæ in cognatis orior, exorior, admodum manifesta est, et Belgarum verbis, *opstaan*, *oprijzen*, reddi potest. Proprie Ovidius, Metam. l. 15. 516. adrectisque auribus horrent Quadrupedes. Vide et alia benemulta apud Gesnerum ac Forcellinum. E. S.]

Φροντὶς cogitatio. A φρένω. Cum φρὴν componendum. [Etymol. c. 800. 52. ἐκ τοῦ φέρω, φέρτις· ὑπερβιβασμῷ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, φροντίς· δίκην γὰρ φόρτου ἔγκειται ἡ φροντὶς, ἐν τῇ ψυχῇ. Stirps haud dubie est φέρω, unde φρὴν pro φέρην. Alius tamen linguæ processus fuit in nomine φροντὶς formando: quippe quod analogice est à πέφρονται, tertia Præter. perf. Pass. verbi φρένω· quod quidem φρένω, (unde proxime descendit φρενὶς ingenium,) manifesto est pro φερένω, quod à φερέω, φέρω. E. S.]

[Φρουρὸς custos. " Contracta vox est ex φροορὸς, quod à προορός· nam duo οο contrahuntur in ου, et π, ante ρ, sæpe mutatur in adspiratam φ. Sic pro προοίμιον dicitur φροίμιον &c. Προορὸς autem notat curans (pp. providens) quod proprium est custodibus" &c. T. H.] [Recte igitur Etymologus exposuit φρουρὸς, ὁ προορῶν. Pertinet ad composita verbi ὄρω, unde ὁράω video. E. S.]

Φρυάττομαι fremo. A sono equorum, [Etymolog. c. 801. 12. Φρύαγμα ἡ τῶν ἵππων, καὶ ἡμιόνων, διὰ μυκτήρων ἠχὴ, ἀγρίῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γελάσεως —— καὶ φρυαττόμενος, ἐπαιρόμενος· καὶ φρυάττεσθαι· τὸ καταπλήττεσθαι· Μένανδρος. Alia adde ex Hesychio: Φρυάσσεται· ἐγείρεται· μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ. Idem φρυάττεται· ἐπαίρεται. Omnes hæ significationes à primaria illa fremendi, infremendive, certissime natæ sunt. Ipsum vero verbum φρυάττω, sive φρυάττομαι, (Medium) à sono fictum fuit: cognatasque habet alias formas βρέμω, φρέμω, fremo, βριμάω &c. Simpliciores formæ fuerunt φρέω, φρίω, φρύω &c. Conf. omnino H. Stephani Thes. t. 4. c. 224. 225. E. S.]

Φρύγω torreo; pp. frico. Forte à φέρω· nisi sit factum à sono fricantis. [Animadversione dignæ sunt Hesychii glossæ: φρύγιος· ξηρὸς, et φρύγιον· ξύλον ξηρόν. " Φρύγιος aridus, et neutrum φρύγιον lignum aridum. An hoc pp. notat, quod frangi possit? quo pacto non tantum φρύγω, et frago, (unde frango,) pro vicinis haberi possint, sed et Lat. fruor, Media vi, pp. foret frango mihi, i. e. meos in usus, eo fere sensu, quo Belgæ dicimus *iets aanbreken*, nimirum, ad utendum, fruendumve. Ceterum φρύγω dixerunt et φρίγω, (unde Lat. frigo,) arefacio, i. e. tale reddo, ut frangi possit. E. S.]

[Φρὶν, s. φρῦνος, aut φρύνη rubeta, rana venenosa. A φρύνω fœdo repetit Martinius, quem vide. E. S.]

Φῦκος fucus. A φύω nascor. [Nimirum, φῦκος, pp. est alga quædam marina, qua lanæ tinguntur. A φύω, pp. fundo, videtur dicta, quia alga hæc ab æstu in litus effunditur. Etymolog. c. 801. 51. τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα. Clarius etiam Hesychius: τὸ προσβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ. E. S.]

Φυλάσσω excubo. A φῦλος, φυλὴ tribus. [" Φυλακὴ custodia. Verbum fuit φυλάσσω. A forma antiquiore φυλάω, Præteritum πεφύλακα, produxit nomen φυλακή. Non enim tantum nomina derivantur à Præterito Passivo, et Medio, sed et a Præteritis Activis, desinentibus in κα, χα, et φα. Sic θάκος à τέθακα, Præterito verbi veteris θάω sedeo: quod verbum, in Lexica non receptum, Hemsterhusius eruit ad Hesychium, voce Θάβακον. Sic σάκος tegmen à σέσακα verbi σάω tego: θήκη theca à τέθηκα verbi θέω pono. A Præterito Act. verbi μειλίσσειν ortum μείλιχος blandus; à Præter. verbi ταράσσω τάραχος et ταραχή. Colaphus Græce est κόλαφος, quod à κεκόλαφα verbi κολάπτω cædo: κορυφὴ cacumen à κεκόρυφα verbi κορύπτειν· κέλυφος tegmen à κεκέλυφα, Præterito formæ veteris κελύπτω, cujus loco invaluit καλύπτω" &c. L. C. V.] [Itaque φυλακὴ à φυλάσσω· φυλάσσω autem à φυλάω. Porro φυλάω est à φυλᾷ, Dativo veteri vocis φυλὴ, sive φυλά. Vide mox in φυλή. E. S.]

Φυλὴ tribus. genus. A φύω nascor. [Etymol. c. 802. 29. φυλὴ σημαίνει τὸ γένος· κατὰ γενεὰς γὰρ ἐφύλασσον· ἢ παρὰ τὸ πυλῶν· οἱ γὰρ φυλάσσοντες ἐν πυλῇ ἐφύλασσον. " Φῦλος et φύλλος Adjectiva sunt, à φύω· sed diversa ratione usurpata. Φῦλος, per simplex λ, pertinet pp. ad homines, hominumque generationes: unde φῦλον, de gente et populo, et φυλὴ de tribu dicitur. Verum φύλλος, per duplex λ, de fructibus, foliis, terrestribus arboribus, aliisque rebus, e terra productis, ponitur. Hinc φύλλον pro folio. Inde quoque est Lat. folium, ut ἄλλος dedit alius &c. Stirps φύω nascor." T. H.] [Nisi præplaceat, à φύω fundo, diffundo. Hinc φυλὴ et φῦλον gens, natio, quasi diffusa, Hebr. נפוצה. Ita משפחה familia, pp. diffusio, quam vocem Græci veteris Testamenti interpretes, plus triginta locis, φυλὴ reddiderunt: ut Gen. 10. 18. καὶ μετὰ τοῦτο διεσπάρησαν αἱ φυλαὶ (Hebr. נפצו משפחות) τῶν Χαναναίων. Conf. Venemæ Comm. ad Jerem. p. 20. A diffusione hac, sive dispersione, putem etiam repetendam esse significationem custodiæ in verbo φυλάσσειν, quod pp. dixerint de pastoribus, insidiatoribus &c. huc illuc, per greges, viasve, dispersis, ac diffusis. A fundendo etiam φύλλα folia, quasi huc illuc ab arbore delabentia, et passim diffusa per terram: nisi mavis dici à fusione copiosa, qua arbor eadem edat. Conf. φύλλον. E. S.]

Φύλλον folium. A φύω nascor. [Rectius à φύω fundo, quod ipsum Lat. fundo est à fudo, hoc autem à fuo φύω. Veteres scripsere φύλον. Eadem ex origine φυλὶς, (unde φυλλὶς,) φύλος, η, ον, (unde φυλίνς apud Hesychium:) cujus ultima forma φύλιον dedit Lat. folium. Ceterum hoc ipsum φύω, (unde fudo, fundo,) à stirpe ὕω esse derivandum, satis apparebit; si conferantur dicta superius in ὕδωρ. Itaque processus linguæ talis quidem est: ὕω, Fύω, φύω, φύδω, et φύλω &c. Conf. omnino Hesiodi Ἐργ. vs. 421. et Hom. Il. Z. 147. E. S.]

Φύρω misceo. Forte à φύω fundo, confundo. Conf. φάρω, φέρω &c. Alio loco cel. Lennep. " Φύραμα à φυράω, quod pp. notat aqua adfusa res siccas ad usum præparare: qua virtute proprium verbum est pistorum, farinam, aqua admixta, in massam, ad panes coquendos, præparantium. Hujusmodi massa farinacea præparata φύραμα dicitur. Differt autem φυρᾶν à verbo κυκᾶν, quod, itidem miscendi notione obvium, diversis liquoribus convenit, quando confunduntur et miscentur. [Conf. dicta in φύλλον. E. S.]

Φυσάω sufflo. A φῦσα flatus; quod à φύω flo. Hoc autem à sono. [Hesych. Φῦσα·—τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ ἀήρ. Nimirum à φύω flo est Futur. φύσω. Hinc φῦσος, φῦσα pp. quæ efflatur. Substantive flatus et follis. Pulchre Il. Σ. 470. Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἘΦΥΣΩΝ, Παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι. E. S.]

Φύω in lucem edo, produco, gigno, pario. Conf. φάω. [" Verbum vetus fuit quintuplex, φάω, φέω, φίω, φόω, et φύω. His formis sororiis una est significatio, mater, in lucem edendi. Φύω sedem potissimum habet in plantis, è terra, matre, in lucem editis. Quidquid accessit significationum, id omne illinc fluxit. Remansit autem hujus proximum derivatum φυὴ, naturam significans, vel ingenium. A Præterito Pass. supersunt, præter φῦμα, et φύσις, à tertia persona derivata φύτωρ, et φυτὸς, vel φυτόν. Patres dicuntur poëtis etiam φύτορες. Bacchus autem, vini dator, Poëtis veteribus ἀμπελοφύτωρ est. Adjectivum φυτὸς, pp. plantatus, viget in compositis. Νεόφυτος pp. de plantis adhibetur, recenter è terra pullulantibus: unde vox à Christianis fuit transsumta. Αὐτόφυτος est sua sponte, vel à se ipso editus. Φυτὸν in usu plantam significavit. Ab altera forma φίω, (fio,) quæ transsumta fuit à Romanis, remansit φίτυ. itidem plantam notans. Sed hujus vocis prior syllaba producebatur, alterius corripiebatur Hinc φυτεύειν plantare, prima brevi, at à φίτυ, φιτεύειν, prima longa. Legitur interdum, apud poëtas, φυτεύσας et φυτεύσατο, ubi modulus versuum syllabam primam postulat longam, atque adeo formas φιτεύσας, et φιτεύσατο, ignotas librariis, atque idcirco mutatas.—Transfertur etiam verbum φυτεύειν ad arvum genitale, semine virili consitum. Vir dicitur σπείρειν serere, ἀροῦν arare, φυτεύειν plantare; quæ hoc sensu ubique occurrunt apud veteres poëtas. Legatur locus in Sophoclis Œdip. Tyr. vs. 1496." &c. L. C. V.] [Quemadmodum supra geminum, vel triplex potius, verbum φίω, demonstravimus, sic duplex videtur fuisse φύω. Primum enim illud certum est, fuisse stirpem φύω à sono efflantis effictam, atque adeo verbum ὀνοματοπεποιημένον· de quo diximus in φυσάω. Alterum φύω stirps fuit verbi Lat. fundo, atque hoc ipsum quoque notavit fundere. Vide in φυλὴ et φύλλον. Sed hoc φύω fundo, ex ὕω, Fύω, enatum fuisse ibidem diximus. Jam vero φύω, posterius, alteri φίω, Latinis Fio, cognatum fuit: atque à φύω ducta sunt φύλω, φύλος, φυλὶς, φύλιος, sic à φίω, φίλω, φίλος, φιλὶς, φίλιος filius, nisi malis, φίλον, et φίλιον adeoque, a φίλω osculor esse facta. Cæterum, quum, mea quidem ex sententia, φύω posterius sit à Fύω, hoc vero ab ὕω· in oculos incurrit, Lat. filius, et Græc. υἱὸς ex una eademque stirpe profluxisse. Υἱὸς à φύω, pp. est fusus, effusus, Hebr. זרוע. Idem notavit filius ab ἵω, Fίω, φίλω &c. An à notione illa proprie fundendi explicari etiam potest phrasis notissima ἔν τ' ἄρα οἱ ΦΥ͂ χειρὶ inque ejus hæsit manu, quasi dicas: effudit se in manum, in brachia, filii, Il. Z. 253. et alibi? E. S.]

[Φωκὴ phoca, vitulus marinus. Est forma ducta à Præter. perf. Act. verbi φόω. Conf. L. C. V. in φυλάσσω et infra in φύω. E. S.]

[Φωλεὸς, et φωλεὰ, lustrum, latibulum, antrum. Ducere solebant Grammatici παρὰ τὸ φῶς, per antiphrasin, quam vocabant, " quia luce careat." Sed longe rectius duxissent à lucendo, quia lux in illa per foramen intromittitur: ut, nimirum, opponantur φωλεοὶ cavernis obscuris, ubi nulla lux. Hebræi antra ejusmodi, in quæ lux intromittitur, similiter מאורות, à lucendo, vocarunt. Nescio tamen, an φωλεοὶ et φωλεὰ rectius repetas à verbo φώλω, cognato alteri φάλω, pp. labor, de quo supr. in φάλαγξ. Hoc pacto, voce Adjectiva, ab illabendo φωλεοὶ et φωλεὰ dicta fuerint: quod tacito pede illuc sese recipiant, et sensim illabantur feræ. E. S.]

Φωνὴ vox. A φάω dico.

Φὼρ fur. A φάρω, φέρω. [Etymolog. c. 804. 6. Φώρ· ὁ λῃστὴς, κλέπτης· παρὰ τὸ φέρω, φὲρ, καὶ φὼρ, μεταθέσει τοῦ ε εἰς ω, τὰ ἀλλότρια φέρων· ὅθεν καὶ φώριον—καὶ φωράσας· διερευνήσας, καταλαβὼν τὰ κλόπιμα. " Φὼρ apud Græcos idem est ac Latinorum fur, qui exquirit abscondita, ut ea sibi furetur. Φὼρ pp. is est, qui aliquid deprehendit. Apud veteres vox hæc in bonam sumta est partem: nam, qui, jussu magistratus, res occultas exquirebat, φὼρ dicebatur: sed postea in malam partem cœpit usurpari vox pro fure. A prima autem potestate, quæ magis est generalis, φωρὰ notat deprehensionem rei occultæ, et verbum φωρᾶν est deprehendere rem occultam. Inde Adjectivum αὐτόφωρος·—Apud Atticos sæpe dicitur ἐπ' αὐτοφώρῳ λαμβάνεσθαι capi in ipso facto. Sic fur manifestus Latinis" &c. T. H.]

[Φώω (pro φαόω) in Fut. φώσω, unde verbum φώσκω· in Præt. perf. πέφωκα. Hinc φῶκος, φώκη, φῶκον. Φώκη, Latine phoca: de qua Martinius, Etym. Lat. p. 224. laudatis verbis Plinii Hist. Natur. l. 9, 13. ubi Plinius, de Phocis, " Ipsis in somno mugitus" inquit " unde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter et visu populum salutant: incondito fremitu, nomine vocati, respondent. Ergo quasi loquuntur, ut videri possint φῶκαι dictæ, à φῶ, id est φωνῶ loquor, sono." Hactenus ille. Equidem malim à lucendo. A φώω repetenda etiam vox φωΐδες (contracte φῷδες) de qua lege Foësii Oeconom. p. 403, 404. Et φώσων, φώτιγξ &c. apud Hesychium, et Eustathium, col. 1151. 12. E. S.]

X

Χάζω recedo. A χάω hisco. [Literam X. antiquioribus Græcis ignotam, ex altera K factam fuisse, addita adspiratione, Lennepius docuit, Analogiæ cap. 2. p. 30. firmantque hoc observatum multa Latina, ex Græcis facta, ut " Locus, Gr. λόχος, siccus σικχὸς, scido σχίζω, orca ὕρχη &c. apud Gatakerum, Diss. de N. Instr. Stylo, cap. 2. col. 13. Hoc pacto verbum χάζω, ex origine sua, nihil aliud foret, quam κάζω, quod à κάω findo. Vide dicta in κάσσω, et κάω. A notione autem findendi propria descendisse oporteret illam intransitivam hiscendi. Porro demonstravit idem vir cel. Gatakerus, l. l., " literam X à Latinis sæpe omissam fuisse, adspiratione simplici retenta: ut in hirundo, Gr. χελιδὼν, hir χεὶρ, hiems χεῖμα, hio, hisco χάω, χάσκω. Itaque ΧΑΖΩ nostrum, et hisco Lat. pro chisco, nostra ex derivandi ratione, et ipsa verba cognata sunt. A χάω, nempe, Futurum est χάσω, hinc χάζω· ab altera vero forma χίω, χίσω, χίσκω hisco. Conf. et infra in χαίνω. E. S.]

Χαίνω hisco. A χάω. Alibi cel. Lennepius: " A verbo χάω, Lat. hisco, hiscendo pateo, verbum ortum χάνω, et inde χαίνω, sæpe, apud Græcos, ponitur pro hiscere. Inde compositum ἐπιχαίνειν, cum Dativo nominum, pp. significat hiscendo imminere alicui. Maxime autem metaphorice sic usurpatur de vehementi desiderio aliquid obtinendi: plane ut Lat. inhiare. In quibus locutionibus translatio præsertim spectatur à canibus venaticis, qui, jam prehensuri feram, ore patenti ei inhiant." Conf. T. H. ad Luciani Dial. t. 1. p. 348. Animadvertendum autem est, χαίνειν hocce, à Græcis, passim elliptice dici pro χαίνειν τὸ στόμα. Plena phrasis occurrit in versione Alexandrina, Genes. 4. 11. Καὶ νῦν ἐπικατάρατος σὺ, ἀπὸ τῆς γῆς, ἣ ἜΧΑΝΕ τὸ στόμα αὐτῆς. In Hebr. est פצתה את פיה. Conf. in χάω. E. S.]

Χαῖον pedum. A χάω. [Conf. cel. Lennep. Animadv. ad Col. p. 71. Etymol. c. 807. 41. Χαῖον, οἱ μὲν καμπύλην βακτηρίαν· οἱ δὲ ῥάβδον· οἱ δὲ λαγωβόλον. Hesych. Χαιός· ἀγαθός. Χαιά· ἀγαθή. " Omnia à χάω &c. inquit Is. Vossius, ab Albertio laudatus. Nimirum ab hiscendo videtur notio patendi &c. Vide Casaubon. ad Theocr. p. 260. 261. E. S.]

Χαίρω gaudeo. A χάω explico, aperio, hiscere facio. [Etymolog. c. 807. 50. Χαίρω· παρὰ τὸ χῶ, τὸ διαχέω, παράγωγον χαίρω. A χάω hisco, dein pateo, verbum χαίρειν pp. videtur idem esse, quod Latini dicunt, explicata, exporrecta, fronte esse, opposite nempe, ad frontem in rugas contractam, tristem, austeram. Quo pacto proprietate sua ad amussim responderet Gr. χαίρειν Hebræo שמח, Arab. سبح. Hinc etiam repetenda est notio animi libe-

ralis, et bene confidentis. Unde Hesych. Χαίρετε· θαῤῥεῖτε. Idem Hesych. Χαίρειν· ἐῤῥῶσθαι. Τὸ Χαίρειν ταῖς ἐπιστολαῖς προστιθέασιν. "Primus dicitur Cleon, (quum cepisset Lacedæmonios in Pylo,) literas misisse ad populum, et inscripsisse: Χαίρειν ὑμᾶς λέγω. Multi hunc usum primum esse volunt, et, post Cleonem, eam scribendi rationem usitatam esse. Sed certum est, jam ante Cleonem usurpatam fuisse, in Epistolis, hanc formulam. Hinc ortum verbum, communis linguæ, χαιρετίζειν, i. e. alicui dicere χαῖρε· et χαιρετισμοὶ salutationes." T. H.] [Conf. Aristoph. Plut. vs. 322. et ibid. à viro summo dicta. E. S.]

Χαίτη coma, juba equi &c. A χάω laxo, quod ab explicando. [Χαίτη pp. est Adject. f. g. à χαῖτος, quod à κέχαιται, tertia pers. Præter. Pass. verbi χαίω hisco, (unde χαῖον pedum, pp. hiscens &c.) Inde χαῖτος hiscere factus, explicitus, pecul. in partes, ut solent diffundi jubæ equi, χαῖται dictæ. A notione fundendi, (quam ab hiscendo, in verbo χέω, repetit Lennepius,) duci commode etiam posset. Hesych. χαῖται· αἱ κεχυμέναι τρίχες. E. S.]

Χάλαζα grando. A χαλάω. [Etymolog. c. 805. 1. παρὰ τὸ χαλᾷν· ἢ ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ κάτω χαλωμένη· Conf. χαλάω. E. S.]

Χαλάω laxo. A χάω fundo. Alibi Lennepius: "Verbum χαλᾶν, (factum a χάω hiscere facio, vel hisco,) pp. significat laxare, et laxando remittere: quo sensu ponitur de funibus, nervis, similibusque, quæ tensa remittuntur et laxantur" &c. Conf. idem in σχολή. [A χάω, nempe, est χάλω, cujus proximum derivatum χαλὶς ab Hesychio redditur ὁ ἄκρατος οἶνος, et ὁ μεμηνὼς, καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας. A χαλὶς porro est χάλιος, cujus fœm. χαλία in Hesychio exponitur ἡσυχία. Notio fundendi, diffundendi &c. satis hic evidens est. Porro, à χάλω, aliud derivatum proximum fuit χάλος, η, ον· in Dativo f. g. χάλᾳ· unde χαλάω, χαλάζω. Vide et in χαλινός. Ceterum à χαλάω productius factum fuit χαλαύω· unde χλαύω, et Lat. Claudus. Vide Schultens. Comm. ad Proverb. Salom. p. 349. in פסח, item pp. laxo. E. S.]

Χαλέπτω labefacto, damno adficio. A χαλέω, vicino alteri χαλάω. [" Χαλεπὸς pp. notat durum. Ex ea potestate fluxit primo significatio difficilis, dein ea noxii. Quod cognitu difficile est, dicitur χαλεπόν. Sed χαλεπὸν εἶναι τινὶ etiam notat noxium esse alicui" &c. T. H.] [Etymolog. c. 804. 54. σημαίνει δύο· τὸν δεινὸν, ὡς τὸ, — χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός (Il. Ξ. 417.)—Σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀδύνατον, ὡς ἐν Ὀδυσσείας Κ. (vs. 305.) χαλεπὸν δέ κ' ὀρύσσειν Ἄνδρα θνητόν. Possent alia benemulta, ex Homero, loca adjici, ut Il. Α. 546. Β. 245. Θ. 103. Ε. 178. 391. &c. Quæ tamen verbi significationes ita videntur esse accipiendæ, ut notionem laxandi, (quam primariam posuit Lennepius,) in omnibus significationibus, tanquam propriam, retineamus. Qua lege enim κλέπτω, pro καλέπτω, est à καλέπω, hoc vero à καλέω, cujus stirps κάλω· eadem à χάλω derivata sunt χαλέω, χαλέπω, χαλέπτω. Χάλω autem pp. notat laxo. Hinc forte χαλέπω pp. est laxum facio, atque adeo solvo, dissolvo, corrumpo, nisi malis, à laxando esse notionem elaxandi, solutum demittendi, ac deprimendi, adfligendi. A notione porro laxati et demissi, sive deorsum tendentis, est illa gravis, duri &c. Inspice hic dicta Hesiodi, Ἔργ. vs. 5. et Homeri, Od. Δ. 423. et confer Hesychium, in χαλεπεῖ, sive potius χαλέπτει. E. S.

Χαλινὸς frenum. A χάλω laxo. [A Χάλω, nempe, propagata sunt χαλὶς, χαλίω, χαλίνω. Vide dicta in χαλάω. E. S.]

Χαλὶς vinum, merum. A χάω, sive χάλω laxo. [Conf. in χαλάω. E. S.]

Χαλκὸς æs. A χάλω. Forte à fundendo. [Analogice descendit à κέχαλκα, Præterito perfecto verbi χάλω. Gatakeri observatio, in verbo χαίνω laudata, nos docuit, pro χ, Latinis sæpe H adhiberi, idque rejecta, in Latinis vocibus, adspiratione, vel et eadem in Græcis adscita. Hoc quidem si in voce χαλκὸς obtineret, stirps ejus statui forte posset ἅλω halo. Ea igitur lege, à Præter. perf. ἕαλκα, descendisset ἀλκός· et hinc denuo χαλκός. Etymol. c. 805. 20. Χαλκὸς, κατὰ πρόσθεσιν τοῦ χ, Δωρικῶς, ἀλκὸς, καὶ χαλκός. Addit ille, dictum fuisse illinc χαλκὸν, ἐπεὶ πρὸς ἀλκὴν εὔθετός ἐστιν· ἢ παρὰ τὸ ἔχειν ἀλκήν· κ. τ. λ. Mihi quidem denominationis ratio parum perspecta est, aut saltem dubia. An fortasse dictum χαλκὸς à vi debiliori, et quasi laxiori, si comparetur cum ferro? Pro ferro tamen sæpius χαλκὸν dixit poëta. Διότι, verba sunt Etymologici l. 1., πρότερον εὑρέθη, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὁ χαλκός· ὕστερον δὲ εὑρεθεὶς ὁ σίδηρος, ἐκάλεσαν αὐτὸν ὁμωνύμως τῷ χαλκῷ. Καὶ ὁ ποιητὴς, χάλκεον ἔγχος, οὐ τὸ ἐκ χαλκοῦ, ἀλλὰ τὸ ἐκ σιδήρου, τῇ παλαιᾷ συνηθείᾳ. κ. τ. λ. E. S.]

Χαμαὶ humi. Dativus à χαμά, quod à χάω. [Etymol. c. 806. 20. Χαμαὶ ἢ παρὰ τὸ χῶ, ἢ παρὰ τὸ χθὼν, χθαμαὶ, καὶ χαμαὶ, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ θ. Suadere posteriorem hanc derivationem possit comparatio vocis, inde productæ, χθαμαλὸς, quod ab Hesychio redditum ταπεινός &c. Prius tamen verisimilius reddet Lat. humi, quod pro chumi dixere ex observatione Gatakeriana. Vicina certe fuerunt χάω et χύω fundo. Accedit quod Lat. humi videatur similiter esse Dativus, vel Ablativus singularis, ab obsoleto humis, ut domi à domis. Vide in χάω et in χθών. E. S.]

Χαράσσω scalpo. Si non à sono repetendum est, descendit à χάω. Alio loco cel. Lennepius: "Verbum χαράσσω est à χαράω, cujus origo χάρω, vel simplicius etiam χάω. Significat autem χάρω ita excavare, ut utrumque latus in acutum emineat, atque inde reduplicata vox κάρχαρος significavit asperum. Inde jam χαράσσω pp. valet sculpendo ita excavare, ut veluti sulci efficiantur: quemadmodum fit terram arando. Hinc derivatum χάραξ eximie sulcum notat. Generatim autem inde χαράσσειν notat sculpere, vel scalpere: atque inde χαρακτὴρ pp. is est, qui rem sculpit. Unde, in usu linguæ, hac voce dicitur nota rei alicui imposita et insculpta, ex qua eam dein cognoscas. Inde porro significat imaginem exemplari simillimam, qualem, nempe, repræsentat speculum. Conf. Casaubon. ad Theophrasti Character. p. 90. &c. Hactenus ille. — [" Originem verbi perspectam habuit Guietus ad Hesiodi Ἀσπ. vs. 235." (ubi de draconibus duobus legitur: μένει δ' ἘΧΑΡΑΣΣΟΝ ὀδόντας iraque acuebant dentes. Guietus vero ibidem observat, à χάρω esse χαράσσω, unde et κάρχαρος, reduplicatione, asper, dentibus asperis, ut καρχαρόδους &c.) " In usu olim fuisse verbum χάρω, quod in Lexicis non reperietur, non solum liquet ex analogia, sed et ex derivatis: quorum proximum χάρος, reduplicatum κάρχαρος, superest, et significat dentibus asperum vel acutum. Itaque prima verbi significatio fuit acuo. Inde ortum χάρω, χαράσσω, notat sculpo: quæ significatio ab illa acuendi profluxit. Adfine verbum est scalpo, unde scalprum et scalpellum, quod acuit scalpendo. Χαρακτὴρ res sculpta, nota impressa, atque adeo similitudo, imago, exemplum simillimum, εἰκών. Conf. Epist. ad Hebr. c. 1. 3. cum illa ad Coloss. 1. 15. ——Scriptor libri sapientiæ (cap. 7. 26.) uno in loco posuit, ut idem significantia, χαρακτῆρα, εἰκόνα, et εἴσοπτρον." L. C. V.] [Conf. et T. H. ad Aristoph. Plut. vs. 294. Ceterum à χάρω dixisse videntur quoque χαρκὸς, pro hoc autem χαλκὸς, pp. qui acuitur, et, Substantive, æs, vel ferrum. Vestigium pronunciationis hujus verbi χάρω (tanquam χάλω) exstat in verbo scalpo, quod haud dubie est à χάω, unde σχάω, σχάρω et σχάλω· hinc σχάλπω scalpo. Conf. et infra in χάρτης, quod similiter à κέχαρται. E. S.]

Χάρις gratia, venustas. A χάω. Dicitur autem ab explicando. Conf. in χαίρω. Alibi cel. Lennep. " Χάρις generatim idem significat, quod gratia apud Latinos. A verbo χάρω, cujus loco pronunciatur χαίρω, Lat. gaudeo." [Etymolog. c. 806. 51. παρὰ τὸ χαίρω, χαρῶ, χάρις. —— Σημαίνει δὲ —— τὴν εὐπρέπειαν, ὡς τό· Ὣς μὲν τῷ περίχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις. Locum innuit Etymologus, Od. Ψ. 166. Conf. in χαίρω. E. S.]

Χάρτης charta. Non male Eustathius à χαράσσειν derivabat, ad Hom. p. 631. 43. " καὶ ἔοικεν" inquit " ἀπ' αὐτοῦ (nempe χαράσσω) ὁ χάρτης εἶναι. Paullulum hæc sunt varianda. Pro χάρτης, alia quoque terminatione in α, veteres dixere χάρτα, Lat. charta, ut pro ποιητὴς, ποιητὰ &c. Vide Clark. ad Hom. Il. Α. 175. Jam vero hoc ipsum (sive χάρτης, sive χάρτα) recte ducendum fuerat a verbo χάρω, unde propagatum, χαράω, dedit χαράσσω. A χάρω enim in Præter. perf. Pass. est κέχαρμαι, σαι, ται· unde χάρτης. Sed, eodem duce Eustathio, facile simul apparebit, ipsum quoque verbum γράφειν à nostro χάρω, unde χάρτης, et χάρτα, diversum origine non fuisse. Verbum γράφω recte derivaverat Etymologus à γράω sculpo. Atqui hoc ipsum γράω mollius pronuntiatum fuit, pro χράω· χράω autem contractum est ex χαράω, quod à χάρω. Itaque, ut finiamus, χάρτης, s. χάρτα, (à κέχαρται,) pp. est qui exaratur, sive insculpitur, Substantive, cortex arboris, sive liber: eadem fere forma vocis, qua χαρακτὴρ à κεχάρακται. Pro cortice vel libro arboris, substituta dein papyro, nomen ipsum χάρτης, charta, in usu remansit. E. S.]

Χάρυβδις Charybdis, vortex maris. A χάω. [Pro voce composita habet Martinius, ex χάος hiatus et ῥοιβδοῦν stridens, vel sorbens cum stridore: atque ad hanc etymologiam adlusisse poëtam existimat, Iliad Μ. (leg. Odyss. Μ. 104.) ubi ait Τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναΡΟΙΒΔΕῖ μέλαν ὕδωρ· Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναΡΟΙΒΔΕῖ Δεινόν· μὴ σύγε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῬΟΙΒΔΗΣΕΙΕΝ. Sed in origine vocis exprimenda ipsum poëtam hallucinari potuisse, quis præfracte negaverit? ——A χάρω propagari potuit χαρύω, hinc χαρύβω, χαρύβδω, χάρυβδις. Vide porro Eustath. p. 1716. E. S.]

Χάρων charon. Orcus, et orci portitor. Dicitur à χάρω. [A χάρω, unde productum χαίρω. Per antiphrasin, sive Euphemismum quendam, fuisse dictum χάροντα, qui nemine gaudeat, conjicit Eustath. ad Hom. Il. Α. p. 16. Sane χαίρειν esse productum à χάρειν quis dubitaverit, qui conferat χαρὰ gaudium, χάρμα, χαρμονὴ, χάρις, ἐχάρην? Quo pacto χάρων, (quod Genitivum casum habet χάροντος, ut τύπτων, τύπτοντος) haud dubie Participialis forma est, atque adeo gaudentem deberet notare. Sed χάρω (à χάω ductum) primaria notione sua significavit hiscere, patere: unde χάρων antiquitus idem videtur fuisse atque hiscens, patens, atque adeo aptum orco nomen, secundum illud poëtæ (Æn. l. 6. 43.) Noctes atque dies patet atri janua Ditis. E. S.]

Χατέω egeo, à χάω hisco. [A χάω, nempe, in tertia Præter. Pass. κέχαται, est χατὶς, pp. hiatus, sive hiatio, et hinc cupiditas. " Hiare est vitiose patere, et ad cupiditates malas refertur. Cicero in Verr. 3. 8. c. 4. Huic homini si cujus domus patet, utrum ea patere, an hiare, ac poscere aliquid videtur." Gesner. in Thes. L. L. ubi plura. Hesychius: Χατίς· ἐπιθυμία, χρῆσις. Etiam χῆτις, χάτος et χῆτος, apud Eustathium, c. 210. 8. 769. 31. Unde jam porro χατέω, χατεύω desidero, cupio, nempe, patente, aut hiscente, quasi ore. A χατέω hoc repetendum quoque est Lat. scateo: diversa tamen translatione usitatum. Scatere, nimirum, aut scatĕre, pp. quidem est hiare, at dein ex fonte sive ex hiatu terræ erumpere: unde apud Lucretium, L. V. 950. Largifluum fontem scatere atque erumpere flumen. Vide Forcell. et Gesnerum: et consule infra L. C. V. in χάω. Vide et nos in χέω. E. S.]

Χαῦνος laxus. A χάω hisco. [Χαῦνος· παρὰ τὸ χαίνω, χανὸς, ὡς φαίνω, φανός· καὶ, πλεονασμῷ τοῦ υ, χαῦνος, ὁ κεχηνὼς, καὶ ἄπυκνος. Proxime repetendum videtur à χαῦς, cui cognatum χάος, quod à χάω. Χαῦνος νοῦς mens dicitur inaniter tumida, intus quasi hians, et cava. E. S. " Ut χαῦνα pp. esse putanda sint, quæ hiascentia, seu hiatibus quibusdam diducta, fiunt laxiora et fungosiora." Vide H. Stephan. Thes. t. 4. col. 303. 304.]

[Χάω hio, vacuus sum, capio. " Verbum γάω, per γ, olim significabat capio. In Lexicis vulgatis γάω hoc non reperietur: ter tamen annotatum ab auctore Etymologici magni, p. 221. 244. 523. quibus in locis γάω significare dicitur τὸ λαμβάνειν, καὶ τὸ δέχομαι. Litera Χ deinceps introducta in Alphabetum Græcum, scribere cœperunt χάω. Et hæc forma remansit in usu, et illinc derivata, χαίνω, χαίζω, et χάσκω hisco, i. e. pateo. Quæ in Lexicis prostant significationes, sub his verbis, fluxerunt à prima capiendi. A verbo χάω remansit proxime derivatum χάος. Sic vocabant vastum illud inane, rerum creandarum capax. —— Illinc remansit etiam χήμη hiatus oris oscitantis. A tertia Præter. Pass. κέχασται nomen fluxit χαστὸς, unde ortum Latinorum vastus, ut recte videt L. Bos, in Animadverss. ad Orig. Lat. p. 84. Ab eodem verbo χάω orta fuerunt nomina primum χάολος et χάορος· quæ usu contracta sunt in χῶλος et χῶρος, quorum hoc, ex origine, notat agrum patentem: qualis Ovidio dicitur Purus ab arboribus, conspicuus undique campus. —— A χάω etiam (sive χάζω) χάσμα, unde (Luc. 16. 26.) χάσμα μέγα intercapedo magna. —— Interpretis Latini, qui eo (Lucæ) loco dedit chaos magnum, versionem laudat J. G. Grævius, in Lectt. Hesiod. cap. 25. Spatium medium inter cœlum et terram, χάος μὲν ὀνομάζουσιν. Conf. Probus in Virgilii Eclog. 6." &c. L. C. V.]

Χέζω caco, alvum depono. A χέω fundo. [Conf. Aristophanis Nubes, vs. 390. et Martinium in Etymol. ad hanc vocem. Unde constabit de convenientia hujus verbi cum Teutonico verbo ejusdem fere soni. E. S.]

Χεῖλος labium. A χέω fundo, explico. [Etymolog. c. 811. 11. παρὰ τὸ χέειν λόγους. Quam derivationem merito damnavit L. Bos, in Dissert. de Etymol. Gr. p. 46. Idem χεῖλος potius dictum censebat " pro λεῖχος, per transpositionem literarum, à verbo λείχειν lambere, lingere, eodem modo, quo βρέφος infans dicatur, pro φέρβος, à φέρβω nutrio" &c. Cel. L. C. V. " Vetusta (nominis χεῖλος) forma fuit χέλυς et χέλος, cujus origo sita in verbo χέω, quod, æque ac χάω, antiquitus significavit hisco. A χέλυς nomen χελύνη, (ejusdem significatus, cujus est χεῖλος,) reperitur in Aristoph. Vespis, vs. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων præ ira labra mordens. Recte ibid. Scholiastes χελύνην interpretatur τὰ χείλη. Hesychius χελύναι· χείλη. Ita enim legendum esse, monui in Obss. Miscell. vol. 8. p. 156. Inde nomen χελυνίδης, quod ab Eustathio ad Od. Λ. 434. 40. exponitur ὁ μεγάλα χείλη ἔχων, Bel. *een diklip.*" &c. Conf. porro in χλεύη. E. S.]

Χεῖμα hiems. A χέω. [Etymolog. c. 809. 57. Χεῖμα παρὰ τὸ χέω γίνεται. Plura habet Eustath. p. 905. 9. Ἐκ τοῦ χέειν, ἡ χιὼν, ὥσπερ καὶ ὁ χειμών· εἰ καὶ ὁ μὲν χειμὼν εὐλόγως φυλάξας τὸ ε τοῦ θέματος, προσέλαβε τὸ ι, ἡ δὲ χιὼν, κατ' ἄλλην ἀναλογίαν, ἐξέπεσε τοῦ θεματικοῦ ε &c. — " Χειμάζω hiemo est à χεῖμα. Habuerunt Græci χεῖμος, χεῖμα, et neutrum χεῖμα· quod à κέχειται, verbi χέω, vel χείω. Per formam illam in ων, Collectivam, à χεῖμος oritur χειμὼν hiems. Χειμάζω hiemem transigo, θερίζω æstatem transigo, ἐαρίζω vernum tempus dego, ὀπωρίζω autumnum ago. De regibus Persarum narratur, solitos illos fuisse, diversis in regionibus, χειμάζειν, ἐαρίζειν, θερίζειν, et ὀπωρίζειν &c. T. H. Collectivæ formæ in ων fiunt ex Genitivis Plur. Itaque χειμὼν pp. repetendum est à χεῖμος vel χεῖμα, notatque pluviarum tempus sive tempus anni pluviosum. Belg. dixeris *den regentijd*. E. S.]

Χεὶρ manus. A χέρω, quod à χέω explico. [Etymol. c. 810. 40. Χεὶρ παρὰ τὸ κρατῶ. Ipsam denominationis rationem vidit Etymologus: formam vocis, et propriam stirpem ignoravit. Stirps est χέω, vel χείω, cognatum verbum alteri χάω, i. e. hisco. Pro χέω etiam χίω (Lat. hio) dixerunt. A χέω igitur, (quod pp. est hiare sive hiscere, at dein cavitate sua complecti, adeoque capere, accipere) manus, sive potius vola manus dicta olim fuit χέρ: unde supersunt Genitivi antiqui χερὸς, χειρὸς, ab Eustathio commemorati, p. 110. 35. Dativus porro Singularis, χερὶ (Il. Θ. 289. Υ. 182. Ω. 101.) ac Dativ. Plur. χερσὶ, Il. Α. 14. 77. 298. et alibi passim. A forma autem productiore

χείω superest. Nominativus χεὶρ, (olim etiam χὴρ,) cum Genitivo χειρὸς sive χερὸς &c. Pro χεὶρ Latini hir dixerunt, adspiratione emollita. Confer observationem eruditiss. Gatakeri in χάζω, à nobis laudatam. Originem verborum χάω et χέω eleganter reclusit Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 255. "Capio" inquit "in veteri lingua Græca γάω et γέω dicebatur: postea, literis adspiratis in usum receptis, χάω (χάζω, hinc ortum, in nostris libris fuit custoditum) et χείω unde Homeri χείσεται, (Od. Σ. 17.) Conferri poterunt Etymol. Magn. p. 809. 50. Eustath. in Od. Σ. p. 653. 2. et in Il. Χ. p. 1356. 41." Hæc ille. Vide etiam Ernest. ad Od. Σ. 17. p. 156. Itaque χὲρ, χεὶρ, χὴρ manus dicta ab complectendo, capiendo, et ipsum manus Latinorum fortasse à μάω, unde μάρω, μάρπτω, μάρπτω capio. Verisimilem reddit hanc derivationem, quod manus olim etiam μάραι dictæ fuerunt, unde εὐμαρὴς, et δυσμαρὴς, i. q. εὐχερὴς, et δυσχερής. Conf. Voss. Etymol. in voce manus. E. S.]

[Χείρων (in Genit. χείρονος) pejor. Habetur pro Comparativa forma nominis Adjectivi κακὸς malus, cujus quidem Superlativus sit χείριστος pessimus. Pro χείρων Poëtæ usurpant χερείων, et χερειότερος. Sed postremum hoc manifesto est ab obsol. Positivo χερεῖος. Stirps est χέω, unde χὲρ, χέρω, χερέω, χερείω· uti à χεὶρ χείρω. A χέρω etiam superest χέρης, in Genit. χέρηος. Unde in Dativo χέρηϊ, Il. A. 80. in Nomin. Plur. χέρηες, Od. O. 323. et in Accus. Plur. χέρηα, Od. Σ. 228. Opponuntur ibi ἀγαθοὶ et χέρηες, ἐσθλὰ et χέρηα. Observavit cel. Valcken., loco supra laudato, (sub χεὶρ) verba χάω et χέω eadem esse, quæ olim γάω et γέω, i. e. hisco, apertus sum. Utrum inde χέρης pp. apertus, simplex, et hinc vilis, ut Belgar. *slegt*? An vero χέω, χάω, simul conferenda sunt cum κέω, κάω· ut, qua metaphora à κάω sit κακὸς, eadem forte à χέω sit χέρος, χέρης &c.? E. S.]

[Χελιδὼν hirundo. Etymol. c. 808. 16. varias derivationes habet, ἢ παρὰ τὸ τὰ χείλη δονεῖν, ἢ παρὰ τὸ τὰ χείλη οἰδαίνειν, ἢ παρὰ τὸ τοῖς χείλεσιν ᾄδειν. Compositiones hæ etsi minus placeant, tamen illud certum videtur esse, quemadmodum Latinorum hir (Gr. χεὶρ) et hirundo nomina sunt ab eadem stirpe prognata, ita et Gr. ΧΕ'Ρ, et ΧΕΛιδὼν voces cognatas esse. Accedit quod χελιδὼν, notante Hesychio, dicatur etiam τὸ κοῖλον τῆς ὁπλῆς, τῶν ἵππων, καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἄνωθεν τοῦ ἀγκῶνος, τὸ κατὰ τὰς καμπάς. Ubi notio cavitatis nos jubet ad stirpem χέω, χέρω, χέλω, χελίω &c. recurrere. E. S.]

[Χέλυς testudo, pectus &c. A cavitate. Conf. in χεῖλος, et χλεύη. E. S.]

Χέῤῥος, sive χέρσος, desertus, incultus. [A χέρω, quod à χέω. Conf. χῆρος. A notione hiandi, hiscendi est illa vastitatis: ut in cognata voce χάος, quam vide in χάω. Hesych. χέρσος· ἡ ἔρημος γῆ, καὶ ΤΡΑΧΕ͂ΙΑ, καὶ πᾶσα γῆ ἄκαρπος, καὶ ἀνέργαστος. Steriles et incultas virgines Sophoclem vocasse χέρσους, observant Lexicographi. Conf. simile שׁוֹמֵמָה Jes. 54. 1. E. S.]

Χέω fundo, pp. hiscere facio, laxo &c. [Cum adspirata litera χ, pro γέω, Græcos dixisse χέω, docuit cel. Valck. ad Theocr. Adoniaz. loco descripto, sub voce χεὶρ. Itaque χέω pp. est hisco, dein per meton. ex hiatu, vel foramine ampliore fundo, profundo. Conf. in χίω. Etymol. c. 809. 31. Χέω κυρίως ἐπὶ τοῦ ὕδατος λέγεται κ. τ. λ. Futurum huic verbo tribuitur χεύσω, plane ut à πνέω dicitur formari πνεύσω. Sed rectissime, (apud eundem Etymol. l. 1. col. 38.) Eulogius Scholiasta malle se, ait, recipere Præsentia tempora, χεύω et πνεύω.——"Verbum χέω fundo in Præter. Medio habet ἔχοα· unde χοὴ fusio. Hinc χόανος vim fundendi habens, quod contrahitur in χῶνος· cujus porro fœm. est χώνη, Substantive significans infundibulum, sive instrumentum, per quod aliquid infundimus, Belgice *een trechter*." &c. T. H. Etiam χύω dixere, unde Præt. perf. ἔχυκα, et Pass. ἔχυμαι, σαι, ται. Hinc χυμὸς, χῦμα, χύσις, χύτης, χυτὸς &c. Conf. infra suo loco, in χύω. E. S.]

Χηλὴ forfex: forceps cancrorum, ungula bisulca &c. A χάω. [Etymol. c. 811. 14. Χηλή· ὁ ὄνυξ. Ὦρος δὲ λέγει κυρίως τὴν χηλὴν, ἐπὶ τῶν διονύχων ζώων· σχηλή τις οὖσα, παρὰ τὸ διασχίσθαι &c. Nimirum ab hiscendo. Conf. in χεῖλος, et χλευή. E. S.]

[Χὴν anser. Recte Eustathius, c. 254. 28. 1178. 10. παρὰ τὸ χαίνειν, καὶ χανδὸν ἐσθίειν. Opportune confert Martinius verbum productius χηνέω ore hiante, et in cachinnos resoluto, ridere. Nisi sit à sono. E. S.]

Χηραμὸς caverna. A χάω hisco. [Alias scribitur χειραμὸς, scriptione antiqua, et originem nominis à χέω, χείω, clarius prodente. Rectissime ex parte Scholiastes Nicandri, laudatus à Martinio: χειραμὰ τὰ κοιλώματα, παρὰ τὸ χεῖσθαι. Nimirum à χείω est χείρω, et, per η scriptum, χήρω: unde χηράω. Hinc in Præter. perf. Pass. κεχήραμαι· unde χηραμός. Vide et in χῆρος. E. S.]

Χῆρος viduus. A χάω hisco. Alibi sic fere Lennepius: "Contractum est ex χάερος, ortumque à verbo χάω hisco, pateo, ut κλῆρος à κλάερος. Hinc igitur χῆρος, α, ον. Latinorum nominum viduus, et vidua, eadem est ratio: oriuntur enim ab antiquo verbo vido, unde compositum divido. Ita χῆροι, sc. ἄνδρες, vidui. Hesych. χῆροι· ἄνδρες, μὴ ἔχοντες γυναῖκας. (Idem χῆραι· αἱ μὴ ἔχουσαι ἄνδρας.) Græcis vulgo per ellipsin dicitur χήρα, i. e. vidua. Sed plene legas γυναῖκα χήραν Luc. 4. 26." &c. [Opportune Martinius, ad vocem Lat. viduus, monuit, proxime id esse ab iduo: quod ab ido, unde idus, et Lat. fido, findo, quin et vido, video, i. e. acumine visus penetro. Ceterum uti Lat. viduus, et Gr. χῆρος, dicunt, eadem propemodum metaphora Belgæ loquuntur: *na gescheurden bedde* &c. E. S.]

Χθὲς heri. Pro ἐχθές. Ab ἔχω. [Plene legi ἐχθὲς apud Theocritum, post H. Stephanum, admonuit Scapula: quod ipsum ἐχθὲς formam vocis antiquiorem judicabat Etymologus c. 809. 22. "ἀναλογώτερον" inquit "δέ ἐστι, καὶ κυριώτερον, καὶ πρῶτον, τὸ ἐχθὲς, τοῦ χθές. Teneatur etiam (indice Menagio, in Amœnit. Jur. Civilis, p. 339.) cum χθὲς convenire Lat. heri, ut humi, hiems, hio, respondeant τοῖς χαμαὶ, χειμὼν, χάω. Sane ab ἔχω, sive potius ab ἐχέω, dixere Græci ἐχετὸς (ut ἐχέτης dives, pp. qui habet:) porro ἔχτος, ἔχθος. Conf. supra in ἔχθος. At vero ἔχω est teneo, attineo, unde de contiguitate dicitur: ut in ἔχεσθαι τινὸς, firmiter adhærere alicui. Hinc igitur ἐχθὲς hesternus dies, cum præsenti, quasi, cohærens, nexu indivulso. Ac nescio, utrum Lat. vetus her, sive hes, unde heri, hesi, hesiternus, hesternus, repetenda sint ab ἔρω, ἕρω, necto: an potius ab ἔχω, ἐχέω, sint ducenda ἐχθὲς, χθὲς, χὲς, hes, her, et hinc demum hesi, heri. E. S.]

Χθὼν humus, terra. Pro ἐχθὼν ab ἔχω. Conf. χθὲς, pro ἐχθές. Nescio equidem, an stirps vocis χθὼν statuenda sit verbum χόω, cognatum alteri χάω, unde χαμαί. A χαμαὶ vero χαμαλὸς, et χθαμαλός. Adsurgamus tamen maximo viro, T. H., cujus hæc est, de voce nostra, commentatio: χθών. Tametsi χθαμαλὸς depressus, humilis, adfine videatur, formam præfert peregrinæ vocis: quam ab Ægyptiis manasse credibile est. Quæ, de ejus (χθὼν) origine, commentantur Grammatici, neque cœlum nec terram tangunt. Quanquam χθὼν sæpius idem sit, quod γῆ, proprie tamen inde differt, ut à terra, tellus. Nam γῆ suprema est orbis terrarum facies, quæ colitur et habitatur: χθὼν tota telluris moles, ejusque simul infimi recessus. Ideo lunam ἀντίχθονα Pythagorei vocabant, quasi alteram tellurem, sive tellurem, orbi terrarum oppositam: quanquam alii, per ἀντίχθονα, intelligi velint hemisphærium, telluris nostræ hemisphærio adversum. Conf. Chalcidius ad Timæum Plat. p. 323. et ibid. Fabricius. Aliam hujus vocis potestatem explicuit Is. Vossius, ad Mel. 1. 1. Hinc χθόνιοι dicuntur et terrestres et inferi dii: quamvis sæpius utraque virtus, per adjectas Præpositiones, ita distinguatur, ut illi sint ἐπιχθόνιοι, hi καταχθόνιοι, vel ὑποχθόνιοι. Lege Salmas. ad Sol. p. 51. &c. Conf. etiam dicta in χαμαί. E. S.]

Χίλιοι, αι, α, mille. A fundendo. Stirps χίω. [Incertior est vocis hujus derivatio. Pro χίλιοι, Æolas χέλλιοι dixisse, docet Etymologus, c. 817. 1. 2. Sunt, qui velint, τὸ mille Latinorum ab hoc ipso χέλλιοι esse repetendum. Sed nimia apparet diversitas inter literas M, et X, quam ut convenire possint hæ voces: nisi forte utraque litera, tam χ, quam m, ab initio præposita, pro servili accipienda sit, atque adeo stirps utriusque sit ἴλω, vel ἕλω, volvo, convolvo, complector. Hac lege mille Lat., in Plur. millia, χίλια, foret quasi convolutio, complexus numerorum: qua fere ratione Hebræi mille dixere אֶלֶף (Ar. الف) à conjungendo, copulando. Malim tamen repetere à χίλω, sive χείλω, capio. Conf. infra in χιλός. E. S.]

Χιλὸς pabulum, pecul. jumentorum. A χίω fundo. [Scribitur etiam χειλὸς. Etymol. c. 811. 48. Χειλὸς δὲ ὁ χόρτος τῶν βοσκημάτων, παρὰ τὸ χεῖσθαι τῷ ἴλει. Stirps mihi quidem videtur esse χείω capacitate complector, capio. Unde χείλω productum, et hinc χεῖλος, pp. significans id quod, hiante ore, capitur, pabulum. A capiendo autem, sive complectendo numeros, forte etiam χείλιοι, χίλιοι millia. Conf. χίλιοι. E. S.]

Χιτὼν tunica. A χίω. [Etymol. c. 812. 10. παρὰ τὸ κιχεῖσθαι τοῖς σώμασι, χυτών· καὶ, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι, χιτών.——Διαφέρει δὲ πέπλου· ἐπὶ μὲν γὰρ ἀνδρῶν, λέγεται χιτών· ἐπὶ δὲ γυναικῶν, πέπλος. "Frequentissimi usus vocabula χιτὼν, et ἱμάτιον, accurate distinguenda sunt. Non adnotavit Ammonius differentiam, quia à quibusvis observabatur. Χιτὼν dicebatur tunica interior, quam ex lino plerumque conficiunt; interulam vocant Latini. Ἱμάτιον vestis erat superior; reliquis vestimentis, cum foras prodirent, imposita: pallium Latini dicunt." L. C. V. Χιτὼν, ῶνος, videtur esse nomen collectivæ formæ, ut δενδρὼν, ῶνος, ἐλαιὼν, ῶνος &c. Analogice fit à χιτῶν, pro χιτόων, vel χιτάων, id est Genitivo Plurali, masc. vel fœm., generis à Singul. Nom. χίτος, vel χίτη. Hæc vero à χίω, Lat. hio. Itaque dicta videtur interula ab hiatibus, vel foraminibus, quæ in interulis sunt, per quæ membra corporis, caput, puta, brachia &c. inseruntur. E. S.]

[Χίω verbum apud Græcos obsoletum. "Quintuplex olim forma verbi fuit: χάω, χέω, χίω, χόω, χύω· de quibus quatuor, in Lexicis, reperiuntur. Quintum periit, χίω. Sed remansit inde nomen χιὼν, nix, pp. nix per terram fusa." L. C. V.] [Servavit hoc ipsum χίω Latina lingua non tantum, in forma verbi derivata, hisco, (quod pro chisco dici, monuimus jam supra, in χάζω, ortumque pp. est à χίσω, Futuro verbi χίω; à quo χίσω, χίζω, apud Græcos quoque superest σχίζω) verum etiam in totidem literis (dummodo adspirationem tollas) constante verbo hio. Egregium exemplum usus proprii nobis præbet Sallustius Historicus, l. 4, laudatus à Nonio Marcell. cap. 4. §. 228. Atque hiavit humus multa vasta et profunda. Plura dabit Forcellinus, qui et hoc laudavit Valerii Flacci, l. 6. 705. subitos ex ore cruores Saucia tigris hiat, i. e. ore aperto evomit. Locus hic est quantivis pretii, ad metonymicam vim demonstrandam, qua, prægnanti constructione, hiare cruores dicitur, pro hiante ore evomere. Ita enim et χέειν, χεύειν, pp. est hiare, dein ore hiante eructare, effundere. E. S.]

Χιὼν, όνος, nix. A χίω fundo. [Etymol. c. 812. 19. παρὰ τὸ χέω &c. Nimirum χέω, sive potius χίω, pp. est hio, dein hiante ore evomo, fundo, effundo. Spurce poëta, citatus à Quinctiliano, l. 8. 6. §. 17. Juppiter hibernas cana nive conspuit Alpes. Conf. Valck. in χέω. E. S.]

Χλαῖνα lana. A χάλω laxo. [Etymolog. c. 812. 21. παρὰ τὸ χλιαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν, χλίαινα καὶ χλαῖνα· λέγεται μὲν χλαῖνα, τὸ παχὺ, καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον· χλανὶς δὲ, τὸ λεπτότατον, καὶ μαλακὸν, καὶ τρυφερόν· χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς, καὶ κυκλοειδὲς, τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον σαγομάττιον, ὅπερ φοροῦσιν οἱ κηροφόροι· ὁμοίως παρὰ τὸ χλιαίνω χλιαμὺς, καὶ χλαμύς. "Χλαῖνα amictus, hiemi conveniens et densior: uti constat ex Hesiodi, Ἐργ. vs. 337. ubi vide Grævium. —Grammatici deducunt (quam tamen etymologiam præstare nolim) à χλαίνω, vel χλιαίνω, tepefacio, foveo: unde et χλανὶς, χλανίδος. Sed hanc posteriorem vocem usus, pro amiculo molliore et tenui, posuit. Ad eandem originem, quæcumque sit, quin referri debeat etiam χλαμὺς, minime dubitandum videtur." T. H. Latinos pro χλαῖνα, abjecto χ, lænam dixisse, monuerunt Vossius in Etymol. voce Læna, Grævius ad Hesiod. l. 1. et alii. Conf. in χλαμὺς, et χλίω. E. S.]

Χλαμὺς vestis genus. A χαλάω laxo. [Conf. Etymolog. citat. in voce χλαῖνα. "Apud Græcos quidem χλαμὺς plerumque est vestis militaris, sed Latini multo latius extendunt. Vide notas ad Polluc. l. 10. §. 124. et Addenda. Propria quodammodo fuit epheborum, quos militiæ munera obire, regionemque, in castellis excubantes, servare oportebat. Hinc τῶν ἐφήβων φόρημα apud Poll. l. 10. §. 164. et ephebica chlamys, Apulej. Metam. l. 10. 254. Hinc μειράκιον κεχλαμυδωμένον, Athen. l. 2. p. 47. Plura subministrabunt Valesius. ad Maussac. notas in Harpocr. p. 320. Kuhnius, ad Poll. l. 7. §. 46." T. H.]

Χλεύη risus. A χέλυς, quod idem ac χεῖλος labium. [Etymol. c. 812. 38. Χλεύη σημαίνει τὴν ἀπάτην, χειλεύη τὶς οὖσα, παρὰ τὸ ἠρέμα ἀνοίγειν τὰ χείλη κ. τ. λ. "A nomine χέλυς (de quo vide sub χεῖλος) fluxit χελύω hinc vero, vocali in diphthongum versa, χελεύω: unde porro χελευὴ, et, vocali elisa, χλευή. A χλευὴ χλευάζειν: significans primo labia movere, dein labiis motis illudere: ut oculorum motu illudere dicitur δενδίλλειν et ἐπιλλίζειν. L. C. V.]

Χλιαίνω tepefacio. A χάλω laxo. [Etymol. c. 812. 21. Χλιαίνειν· θερμαίνειν. Progressus analogicus talis videtur fuisse. A χάλω est χαλίς; à χαλὶς productum fuit χαλίω· hinc contractum χλίω, unde vox χλία, quam in Dativo habuisse oportet χλίᾳ sive ΧΛΙ'ΑΙ. Hoc ipsum vero χλίαι ex se dedit novum verbum χλιαίνω tepefacio, sive potius tepore relaxo et dissolvo. Eximius hanc in rem est locus Sophoclis, (ex Athenæi l. 13.) ab H. Stephano laudatus ἥλιος ἦν, οὐ παῖς, Εὐριπίδη, ὅς με χλιαίνων γυμνὸν ἐποίησεν sol erat, o Euripides, non puer, qui me calefaciens, (pp. calore suo relaxans) nudum fecit. Apud Hippocratem χλιάσματα dicuntur fotus humidi, qui, nempe, obstructiones tepore suo relaxent. Vide hic Foësium, in Œcon. voce χλιαίνεσθαι. Conf. in χλίω. E. S.]

Χλίω luxu frango. A χάλω laxo. [Vide dicta in χλαίνω. Sed res altius est repetenda. Stirps χάω idem olim significavit ac cognatum χίω, hio, i. e. ore aperto emitto, halitum edo &c. A χάω productum est χάλω, Lat. halo. A χάλω dein factum χάλις, in usu sermonis vinum, seu Bacchum, significavit à relaxando: nisi malis, simpliciter, dici ab exhalando. A χάλις est χαλίω, Lat. halio, obsoletum, unde mansit halitus, ἀναπνοή. A χάλω etiam χάλη, (in Dat. χάλᾳ, vel χάλῃ,) unde χαλάω, vel χαλίω, et χαλένω, quod reliquit Gallorum *haleine*. A χαλίω non tantum est χαλία, apud Hesychium redditum ἡσυχία quies, quasi exhalationem, sive exspirationem, ἀποπνοὴν, dixeris: verum etiam contractum nostrum verbum χλίω, quod pp. significavit halare, vel exhalare facio, atque adeo remissum, laxum reddo. Hesychius χλίει· θρύπτει luxu frangit. Conf. viros doctos, supra laudatos in θρύπτω. Eadem certe Metaphora luxum Latinos à λύειν luendo, pp. solvendo, dixisse, in vulgus nota res est. In transitu adhuc observari meretur, à Græco χλάω, quod, pro χαλάω positum, transitive notavit exhalare facio, atque adeo, tepefacio, (quæ vis maxime conspicua est in productiori χλιαίνω,) à χλάω igitur, sive derivato ejus, χλάνω, χλαίνω, ductas esse voces χλανὺς, χλαῖνα, χλανὶς, quæ à tepefaciendi, calefaciendi, notione, vestes, lænas &c. significarunt. Ceterum à χαλίω, contracte χλίω, factum est χλίδω· hinc χλίδη luxus, mollities effeminata, relaxatio corporis mentisque. A χλίδᾳ Dativo,

χλιδαίνω, χλιδάνω, uti ab altera forma χλίδη, χλιδέω, χλίδημα &c. Vide cel. Ruhnk. ad Tim. p. 276. E. S.]

Χλόα, sive χλόη, herba. A χάλω laxo. [Etymol. c. 812. 44. Χλόη παρὰ τὸ φλέω, τὸ ἀναπέμπω, φλόη, καὶ χλόη, ἡ ἐκ τῆς γῆς ἀναπεμπομένη, καὶ αὐξάνουσα. Hæc nimis coacta. E stirpe χάω, unde χάλω, sive potius è vicina ei forma, χέω, (cognata alteri γέω explico) ortum est χέλω, unde χέλος, et χέιλος, χεῖλος, labium, nempe, extrorsum explicitum. Ab eodem χέλος productum fuit χελόω, contr. χλόω. Conf. dicta in γελάω. Jam vero χλόος, ex illa origine, pp. est explicitus: unde χλόα, sive χλόη, fœm. in plantis pp. id notare videtur, quod explicet sese, ac diffundat folia, nempe, et frondes: differtque ideo vox χλόα ab altera πόα. Vide H. Stephani Thes. t. 4. c. 537. A χλόος autem, sive contracto χλοῦς, repetenda est vox χλούνης, in Pl. χλοῦναι, qua voce, Etymologo docente, c. 812. 45. dicuntur οἱ σύαγροι, i. e. suum s. aprorum venatores, οἱ ἐν ταῖς χλόαις εὐναζόμενοι, καὶ διατρίβοντες. A χλόα porro descendit χλοαρὸς, à χλόη χλοερὸς, vel χλοηρός. Pro χλοαρὸς contracte dicitur χλωρὸς germinans, tener, mollis. E. S.]

Χναύω vellico. A χάνω hisco. [A stirpe χάω, vel ab altera ejus forma, χαμὶ, aut χημὶ, in Infin. est χάναι, quod Hesychius reddit ἀνοῖξαι στόμα. Idem productius est χάνειν· unde χανὼν στόμα in Hesych. ἀνοίγων στόμα. Et χάνος rictus oris aperti, magnoque hiatu diducti, apud Polluc. l. 2. §. 97. Quare et piscis quidam χάννος dictus ab immani rictu. Vide Eustath. c. 1778. 18. Huc etiam pertinet, Adverbialiter positum, χανδὸν, Hesychio ὅσον δυνατόν· ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι πλατύ. Jam vero ab eodem χάνω, sive potius à derivata ejus forma χάνη, factum est χανάω, ut à χανὺς χανύω. Pro χανάω contracte dixerunt χνάω· hinc producta χναῦς, et χναύειν pp. hiante ore imminere, sive inhiare, et metonymice λίχνως ἐσθίειν Eustath. p. 1063. 38. 1314. 8. catillonum more avide vorare. Dein tenuiori significatu idem, quod περικνίζειν, περιτίλλειν, i. e. avido ore undique carpere et vellicare: quo pacto respondet Belgar. *knauwen*. Eustathius p. 1314. 8. simpliciter derivavit à χνάω· unde fit χναύω, uti à ψάω ψαύω· à λάω λαύω· ab ἄω αὔω· à χράω χραύω. E. S.]

Χοῖνιξ mensuræ genus. A χόω fundo. [Etiam pedicas quasdam dictas fuisse χοίνικας, in quas pedes immitterentur, docet H. Stephanus, cum aliunde, tum ex Aristophanis Pluto, vs. 276. At tibiæ tuæ clamant: ἰοὺ, ἰοὺ, τὰς ΧΟΙ'ΝΙΚΑΣ, καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι. "Ubi speciei" inquit "subjunxit genus, ad vitandam amphiboliam. Sunt enim χοίνικες, πέδαι τινὲς, eæque βαθεῖαι καὶ περιφερεῖς, ut ex Hesychio, et Aristophanis Scholiaste discimus, qui etiam addit, χοίνικα nominari πᾶν περιφερές." Hæc ille. Itaque rectius à cavandi notione, (quæ est in χάω, χόω &c. ex illa hiandi ducta,) dici, monuit vir summus, T. H. "Χοῖνιξ pp. est figura omnis excavata, in quam aliquid, vel inseri, vel infundi potest. Hinc ponitur de mensuræ genere, in quam merces infunduntur. Significat et modulum, sive foramen rotæ, per quod axis immittitur, et transit, pro quo, hac potestate, etiam fœminine dixere χοινικίς. Porro, in carceribus, χοίνικες erant nervi lignei, quibus pedes immissi constringebantur" &c. E. S.]

Χοῖρος porcus. Forte à χόω. [Χοίρους pp. dici τῶν συῶν τὰ ἁπαλὰ καὶ νεογνὰ, adnotavit, ex Aristophane Grammatico, Eustathius ad Od. Ξ. 8. c. 1752. 14. 24. 26. τῶν συῶν οἱ μὲν τέλειοι, καὶ ἐνόρχαι, κάπροι· οἱ δὲ πίονες αὐτῶν, σίαλοι· ἡ δὲ τέλεια σῦς μόνον. Ἱππώναξ δὲ —— τὰ ἔτι ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα ΧΟΙ͂ΡΟΙ. Postrema hæc observatio "teneros udosque porcellos χοίρους dici," lucem fortasse præbebit etymologiæ; qua, nimirum, χοῖροι dicantur à χέω, χόω, fundo. E. S.]

Χολὴ bilis. A χόω fundo. [Etymol. c. 813. 30. Χόλος παρὰ τὸ χέω —— ἡ πρώτη ἔκκαυσις τῆς καρδίας, καὶ ΔΙΑ'ΧΩΣΙΣ τῆς χολῆς, πρὸς ὀργὴν, χόλος λέγεται κ. τ. λ. "Χολὴ fœm. gen. pp. ponitur pro bile. Nonnunquam χόλος, masculinum, bilem significat, sed fœmininum, hac in voce, proprium est. Nam χόλος, masculinum, pro ira gravi ponitur. Hinc χολοῦσθαι &c." T. H. Videtur hæc vox ejusdem originis esse atque altera χολὴ, de qua supra. Fundendi vis utique propria est. An hinc χολὴ pp. est fusum, diffusum: quod de bile dici eximie potuit, per sanguinem diffundi haud raro solita, unde morbus oritur, à Medicis *icterus* dictus. Eadem autem fundendi, diffundendique significatio ad mentem transferri potuit, à negotiis, quibus arcte premebatur, solutam, liberamque sibi permissam: hunc statum χολὴν dixere. Itaque voces χόλος et χολὴ pp. significasset idem, quod Lat. diffusus, vel diffusa, unde deinceps Substantive adhibitæ. Conf. et supra in ὀργή. E. S.]

Χόνδρος granum, (vel omne id, quod ex continuo seorsum concrevit, ut salis grumi χόνδροι ἁλός· thuris micæ: cartilago item &c.) A χόω. [Hesychius: Χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες. Si conferas cognata χάω, χάνω, χαίνω hisco, cum χόω, χόνω, χόνος &c. videri possit, χόνδρον pp. significasse id, quod hians, sive hiatu diductum, sit ab aliis, atque adeo seorsim concretum. E. S.]

Χορδὴ intestinum, et hinc i. q. Lat. chorda, (i. e. fides, ex intestino contorto, et arefacto.) Compone χορός. [Vocem χορδὴ cognatam quoque esse præcedenti χόνδρος, suadere videtur glossa Hesychii: Χόνδρας· χορδάς. Eadem certe stirps est χόω, unde χόρω, χόρδω, χόνδω &c. Χόω autem vicinum fuit alteri χάω vacuus sum, capio. A vacuitate igitur, seu capacitate, intestinum χορδὴ dici potuit. E. S.]

Χορὸς Chorus. Proprie ab explicando, capiendo. Pertinet ad χόω. Alio loco cel. Lennepius: "χορὸν Græci dixerunt ordinem saltantium. Ex hujusmodi choris antiquitus præcipue constitisse comœdias et tragœdias, quando nondum essent excultæ, abunde è veteribus constat." &c. [Etymol. c. 813. 46. Χορὸς οἶμαι παρὰ τὸ χαίρειν· ἢ ἐκ τοῦ χῶρος· ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον· ἢ χαίρω χαρὸς, καὶ χορός· ἢ παρὰ τὸ χεὶρ χερὸς, χορός. Si conferamus Latinam vocem chors, quam alii cors (cortis) scribunt, verisimile videri possit, eandem esse vocem, per contractionem factam è Græco χορὸς, ut mors ex μόρος, sors ex σορὸς &c. Jam vero, uti λαὸς populus dicitur à λάω capio, et copiæ à copio, cognato alteri capio, ita videri possit χορὸς, sive chors, esse à χόω, quod idem ac χάω· Plura dabimus in χόρτος. E. S.]

Χόρτος herba, fœnum, cibus: septum. A χόρω. [Etymol. c. 813. 53. ἢ παρὰ τὸ κείρω, κόρτος, καὶ χόρτος. Καὶ χόρτος αὐλῆς, ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος· χόρτοις γὰρ ἀντὶ τειχῶν ἐχρῶντο κ. τ. λ. Derivata haud dubie vox fuit à χόρω, quod à χόω. Porro à χόρω, in tertia Præt. Pass., est κέχορται, et hinc χόρτος, Latine hortus, ut χέω Latinum est hio, χεὶρ Lat. hir &c. Est autem χόρτος, productior forma, quam altera χορὸς, unde contractum fuisse diximus Lat. chors, vulgo cors, cortis, scribi solitum. Ceteroquin, pro χορὸς hocce, Græcis usitatius fuit χόρτος. Stirps χόω, (cognatum verbum alteri χάω, itemque τοῖς χέω, χίω, χύω,) pp. significavit hiare, et patere. Inde explicare, vel, intransitive, explicari, ut germina arborum flores &c. cum hiatu quodam ac fissione, explicantur, et diffunduntur. Hinc χλόη vel χλόα germen, folium, frons. Ex eadem stirpe χόρτος, (pp. id quod progerminat,) herba, fœnum, deinde cibus, &c. A fœminina ejusdem forma χόρτη, vel χόρτα, est χορτάζω satio &c. Etymol. Χορτάσαι· παρὰ τὸν χόρτον, τὸν παραβαλλόμενον τοῖς ὑποζυγίοις, καὶ ὅτι πρὸ τῆς εὑρέσεως τῶν ἡμετέρων τροφῶν, τούτῳ ἐκέχρηντο. Sed, alio flexu significandi, idem χόρτος septum notavit, notione ducta, ut videtur, à χόω, χόρω, quatenus à primaria vi hiandi fluxit illa cavitate sua comprehendendi, atque adeo cingendi, sepiendi. Unde χόρτος pp. idem est ac Lat. septum. Ita Il. Λ. 773. αὐλῆς ἐν χόρτῳ, coll. Il. Ω. 640. Illuc respicit glossa Hesychii: Χόρτος —— ὁ περίβολος τῆς αὐλῆς. Eidem Lexicographo χόρτος dicitur non tantum κύκλος et στέφανος, sed etiam οὐρανοῦ τὸ περιόρισμα, quod cavam cortinam dixisse Ennium, adnotavit Sopingius. Χόρτον autem, (id est, septum,) dixere pro horto, plane ut Hebræi גן a גנן sepsit, hortum vocarunt: et Belgæ suum *tuin* itidem à sepe. Conf. Vossii Etymol. E. S.]

[Χόω forma verbi, vicina aliis χάω et χέω· quæ omnia haud dubie, per ὀνοματοποιΐαν, à sono hiantis sunt efficta. A notione autem hiandi non tantum producta est significatio cum hiatu effundendi, evomendi &c. (quorsum pertinet illud Valerii Flacci, supra jam citatum, "subitos ex ore cruores Saucia tigris hiat:") verum etiam altera inde notio fluxit expandendi, explicandi; qui enim hiant, iis os, immani sæpe rictu, panditur. Igitur à χόω hoc superest nomen χοὴ pp. effusio, libamen, et alia forma χοῦς: unde apud Hesychium, χοῖ, χώματι· χόος, χοῦς, terra effusa: porro χόλος, χολὴ, bilis. Conf. etiam L. C. V. in χέω· et alia passim præmissa. E. S.]

Χράω commodo. A χεράω. Conferatur χείρ· [Χρῶ σημαίνει πέντε· τὸ ξέω, ἐξ οὗ χραύω, χραύσω, Ἰλιάδος Ε (vs. 137. 138. Ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι χραύσῃ μέν τ' αὐλῆς ὑπεράλμενον, οὐδὲ δαμάσσῃ.) Χραύσῃ, ἀντὶ τοῦ ἀμύξῃ ἐπ' ὀλίγον τὸν χρῶτα, ἐπιξύσῃ. —— Τὸ μαντεύομαι, ὡς τὸ, τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος χρῇ: —— Τὸ κτῶμαι, ἐξ οὗ καὶ χρήματα.—— Τὸ ἐφορμῶ, ὡς τὸ —— (Od. Κ. 64.) Τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; —— Τὸ παρέχω, ἐξ οὗ καὶ τὸ κιχρῶ, κατὰ ἀναδιπλασιασμόν· καὶ χρηστὸς, ὁ ἀγαθὸς, ὁ πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων. Verbum χρᾶν, ex hac quidem Etymologi observatione, quinque (toto cœlo, ut videri possint, diversa) notavit, 1. Radere, sive stringere. 2. Oraculum edere. 3. Possidere. 4. Furiose invadere. 5. Commodare. Vinculum tamen diversissimarum harum significationum, quod revera datur, vir ille eruditissimus non demonstravit. Consulantur igitur, præter Lennepium nostrum, viri summi L. C. Valck. ad Herodot. l. 6. 75. p. 472. et D. Ruhnken. ad Timæum, p. 104. "Origo certissima est verbum χάω, vel χέω, quod, cognatum aliis γάω, γέω &c. pp. notavit hisco, pateo. Unde ducta est notio transitiva faciendi, ut quid hiscat, atque adeo notavit radere, insculpere, scarificare, incidere leviter, &c. A χέω autem est χέρω et χείρω, unde χὲρ et χεὶρ manus, pp. vola manus patens, et comprehendens aliquid: hinc χείρω capio, manu prehendo. A χὲρ porro propagatum χεράω, χράω, per metonymiam, notavit capere manu, vel, ut ipse possideas, vel, ut alteri des, adeoque dare utendum fruendumve alteri. Hebr. לקח capere, per eandem metonymiam, est fruendum dare, Ps. 68. 19. Itaque χρᾶν notat commodare. "Verbi χράω propria vis est Activa, utendum præbeo. Ælian. Hist. l. 14. 10. Itaque χρῶν τὰ ἀργύρια dicitur, qui pecuniam, vel quamlibet aliam rem, dat mutuam; et χρήστης, duplici potestate, qui nummos fœnore, et collocat, et accipit: adeoque creditor et debitor. Thom. Magister in voce, et H. Vales. in Maussac. not. ad Harpocr. p. 339. Χράομαι vero, secundum vim verborum Mediam, pp. utendum vel peto, vel mihi sumo, et dein in universum utor. Hæc propria notio ad deos transfertur, qui, quum consulentes de futuris rebus monent, hominum usibus inserviunt, seque iis, quasi, utendos præbent. Ideo dii χρᾶν dicuntur, quando respondent atque interrogantibus oracula dant: apud Homer. Od. Θ. 79. 81. Herodot. l. 6. 25. &c. —— Contra hominum est χρᾶσθαι, vel χρῆσθαι τοῖς θεοῖς, sive τῷ μαντείῳ, deos, eorumve oracula consulere, vel, (ut pari modo Latini loquuntur,) adhibere deos, et, apud Tacitum, Annal. l. 2. 54. Apollinis oraculo uti. Ulysses, apud Homerum, Od. Ψ. 323. ad inferos descendit, ψυχῇ χρησόμενος Θηβαίου Τειρεσίαο. Vide Thom. Magist. in voce. Neque hujus potestatis expers est Passivum: unde κεχρησμένον, vel κεχρημένον, oraculum redditum: Antisthenes, p. 182. et Alcidamas, p. 185. ἐχρήσθη etiam, et ἐπέχρηστο, oraculum est datum, sæpe habet Herodotus." &c. T. H. Denique notio furiose invadendi videtur itidem repetenda esse ab illa manu apprehendendi, vel manum injiciendi gravem ac ponderosam. Hesych. Ἔχραεν· ἐπεβάρησεν. Eustathius ἐπέπεσεν· χράω· τὸ ἐπιπίπτω. Conf. Il. Φ. 369. Od. Ε. 396. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων. Od. Κ. 64. E. S.]

Χρεία utilitas. Conf. χράω, et χείρ.

Χρεμετίζω hinnio. A sono equorum. [Hesych. Χρεμετίζει· κελεχίζει ὡς ἵππος. Conf. et Bocharti Hierozoic. P. 1. l. 1. 2. 7. Nescio tamen, an forma verbi sit productior, orta à simpliciori χρέμω, χρεμέω &c. A χρέμω, certe, quod verbum habet Etymologus, c. 814. 46. (nisi forte malis, à κέχρεμαι, Præter. Pass. verbi χρέω, Lat. screo) est χρεμίς; quam vocem Hesychius reddit χρεμετίς. A χρεμέω porro est χρεμετὸς, ἡ, ὸν, à cujus Dativo Sing. f. g. χρεμετᾷ fluxit χρεμετάω. Hesych. Χρεμετᾷ· ἠχεῖ. Ab eodem quoque χρεμέω est χρεμετίς· et hinc demum χρεμετίζω, ut a χρεμὶς, (quod ex Hesychio supra dedimus,) descendit χρεμίω, vel χρεμίζω. Hujus Futurum Act. est χρεμίσω, Aoristus ἐχρέμισα, et in tertia Plurali ἐχρέμισαν· quod, augmento neglecto, adhibuit Hesiodus, Ἀσπ· vs. 347. Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν Ὀξεῖα χρέμισαν. Ubi grammatici, per insignem anomaliam, positum volunt ἐχρέμισαν, pro ἐχρεμέτισαν. Conf. omnino T. H. in χρέμπτομαι. E. S.]

[Χρέμος piscis nomen. Χρέμης mustelæ species: et nomen senis, chremes, à χρέμω· nisi malis à κέχρεμαι, Præter. perf. Pass. verbi χρέω screo. Sed vide T. H. in χρέμπτομαι. E. S.]

Χρέμπτομαι screo. A sono. ["Antiquum verbum fuit χρέμω, notans raucam vocem edo. Hujus derivatum nomen Substant. est vel masc., vel neutr. gen., ὁ χρεμὸς, et τὸ χρέμος. Unde ortum verbum χρεμέω, quod periit. Ab hujus autem tertia Præt. Pass. κεχρέμηται est χρεμετὸς, pp. notans hinnitum equorum, sive asperam illam, tremulamque, vocem, quam equi hinniendo edunt. Hinc frequentissimum verbum est χρεμετίζειν hinnire. Ab eodem porro χρέμω est χρέμπω, et χρέμπτω, quod usurpatur de senibus, raucum sonum, ex imo pectore, edentibus; atque adeo screatum notat. A χρέμος est χρεμύλος, forma Adjectiva, eaque pp. forma Dorica diminutivorum: qua analogia a σιμὸς est σιμύλος· à μικὸς vel μικκὸς parvus, μικκύλος parvulus; ab ἔρως, ἔρωτος, amor, ἐρωτύλος." T. H.] [Conf. quæ vir summus dedit ad Aristoph. Pluti argum. p. 6. E. S.]

Χρέος debitum. A χράω. Conf. χράω. ["Notat mutuum, vel fœnori datum: à χρέω, quod eandem potestatem habet ac χράω, pp. utendum sive mutuum do alicui, et hinc fœnori do; nam pecunia, quæ fœnori datur, utique datur utenda. Attica quoque forma dixerunt χρεὼν, pro χρεὸν, quod pp. est Particip. neutr. generis: licet hoc quidem rarius simpliciter pro debito ponatur. Frequentissime autem χρεὼν dicitur pro morte; quasi debitum dicas, quod homines naturæ debeant. Unde Latinorum locutio reddere debitum naturæ" &c. T. H.] [Conf. Eustath. ad Hom. p. 166. 1. Bergler. ad Alciphr. l. 1. ep. 25. et Viri docti ad Hesych. voce χρεώ. E. S.]

[Χρέω, verbum apud Græcos deperditum, at in lingua Latina servatum, cum præposito S, in screo. Præposuisse Latinos sæpissime literam S, nota res est ex Lat. scruta, Græc. γρύτη· scœnum, et cœnum &c. Vicissim vide in σφάλλω, et fallo; σφίγγω, et fingo. E. S.]

Χρήζω opus habeo, pro χρείζω. [Etymol. c. 815. 5. Χρήζω· ἐπειδὴ σημαίνει τὸ δέομαι, ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ἀπὸ γὰρ τοῦ χρέος γίνεται χρείζω, καὶ, τροπῇ τοῦ ε εἰς η, χρηίζω —— Χρηΐζοντα καὶ αὐτόν· —— Καὶ, κατὰ συναίρεσιν, χρήζω. κ. τ. λ. "Forma verbi vetus est Attica. Χρεία est necessitas; ἐν χρείᾳ τινὸς εἶναι significat egere aliqua re. Plato de Rep. l. 8. p. 466. Τύραννος, inquit, πολέμους τινὰς ἀεὶ κινεῖ, ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ. Forma quoque fuit vocis χρέος. Hinc χρείζειν egere, opus habere. Pro χρεία, Ionice χρηΐα, et, pro χρείζειν, Ionice χρηΐζειν scribebatur. Hæc forma Atticorum, modo contracta, dedit χρήζειν." L. C. V. Conf. in χράω, χρῆσμα et χρησμός. E. S.]

Χρῆμα res. A χράω. Alio loco cel. Lennepius: "Χρῆμα pp. rem notat, qua uti possis, à κέχρημαι, Præterito Pass.

verbi χρᾶσθαι· uti πρᾶγμα pp. res est gesta, vel acta, à πέπραγμαι verbi πράττω. Itaque χρῆμα res quæcumque dicitur, usui apta, vel et in usum conversa: atque hoc sensu passim obvium est apud veteres. Inde factum est, ut in Plurali χρήματα speciatim vocaverint opes, divitias: quo sensu Atticis scriptoribus est frequens. Quum autem, inter divitias, principem locum teneat pecunia signata, posteriores quoque Græci eam, voce χρήματα, designaverunt." [Etymol. Χρῆμα κυρίως τὸ διὰ χειρὸς ἔργον, οἷον χέρημα. Nimirum, à χερέω, pp. in manus capio, atque adeo tracto, (Franco Gall. *manier*,) est κεχέρημαι. Hinc χέρημα, χρῆμα, pp. quod in manus sumitur, sive manu arripitur, tractatur, res, negotium &c. A χρῆμα, χρήματος, χρήματι, est verbum χρηματίζω rem tracto &c. Conf. huc Hederici Lexicon, in voce. Hesychius Χρηματίζει·——πράττει, λαλεῖ, χρήματα συλλέγει. Hinc Etymol. c. 816. 50. Χρηματίζεσθαι· τὸ χρήματα πράττεσθαι. Alibi Lennepius: "A χρῆμα, significante rem quamcumque, quam quis tractat, verbum χρηματίζειν ortum, eximie poni solet de regibus, imperatoribusve, quando cum legatis de publicis agunt negotiis. Hinc deus χρηματίσαι dicitur, jussus suos et mandata hominibus patefaciens: quomodo Moses κεχρημάτισται, (Epistol. ad Hebr. c. 8. 5.) i. e. mandata a Deo accepit. Alia paullum ratione idem verbum notat oracula edere: cujus locutionis modus facile intelligitur. Ad hanc normam quoque, in N. T., dicuntur χρηματίζεσθαι ii, qui Divinitus admonentur, sive per somnia, sive per visa, sive alia quacumque ratione. Conf. Matth. 2. 12. 22. Act. Apl. 10. 22. Vi originis suæ, χρηματίζειν nil aliud est, quam res tractare. Alius adhuc ejus verbi usus est, quo significet res ita agere, et tractare, ut nomen inde consequaris; ex quo simpliciter idem quoque valet, quod nominari, vel dici. Ad Rom. c. 7. 3." &c. [Conf. et χρησμός. E. S.]

[Χρησμὸς oraculum. "Oritur à κέχρησμαι, Præter. perf. verbi χράω· quod duplex formavit Perfectum κέχρησμαι, nempe, et κέχρημαι. Horum posterius pertinet ad generalem potestatem verbi χράομαι, qua significat utor: prius vero (κέχρησμαι) referendum est ad specialem verbi usum, quo notat oracula reddere; atque hinc est χρησμὸς oraculum." T. H.] [Nisi fortasse etymologia ita constituenda sit, ut forma quidem κέχρημαι sit à χράω, altera vero κέχρησμαι pp. pertineat ad verbum χρήζω, quod, iota neglecto, scripserint pro χρῄζω. Vide de hoc et conf. omnino Analogiam Lennep. p. 89. 90. Ceterum, ab ejusdem verbi tertia pers. Præt. Pass. κέχρησται, repetendum est nomen χρηστὸς, de qua alibi T. H. "Χρηστὸς, à χράω" inquit "pp. utilis, qui usui est, aptus: quo quis uti potest. Ea potestate apud veteres poëtas occurrit; quanquam rarius. Alioquin Græce χρηστὸς homo dicitur, qui aliis est utilis, adeoque probus et bonus. Propria utilitatis potestas est in alio Adjectivo χρήσιμος· quod semper utilem, nunquam vero bonum, notat." Hactenus ille. Finiamus in χρὴ opus est: quod nonnulli veterum pro Adverbio, alii vero longe rectius pro verbo, acceperunt. Scriptum est, namque, χρὴ, pro χρεῖ, estque adeo pp. tertia Sing. verbi χρέω, quod contractum esse potuit ex χερέω, pp. ad manum sum, ad usum sum, usui sum. Verbum illud χρέω, revera, hoc significatu polluisse, probat Futurum χρήσω. Itaque χρὴ verti potest usui inservit, usus est, opus est, oportet. E. S.]

Χρίμπτω accedo. A χρίω. Compone χράω, χρέω. [Etymol. c. 815. 27. Σημαίνει τὸ περιβάλλω, καὶ προσπελάζω. Ἀπὸ τῆς χειρὸς, χειρίπτω· πλεονασμῷ τοῦ μ, χειρίμπτω· καὶ συγκοπῇ· κυρίως γὰρ τὸ ταῖς χερσὶ συναντᾷν, καὶ περιβάλλειν, καὶ προσεγγίζειν. Olim scriptum fuisse χρίπτω (sine μ) docent viri cel. Wesseling. ad Herod. l. 2. p. 132. 5. et Ruhnk. ad Tim. p. 106. Significationem vero manibus amplexandi, sive manus adhibendi, probare videtur locus Euripidis, in Andromache, vs. 528. Λίσσου δὲ γούνασι Δεσπότου ΧΡΙ'ΜΠΤΩΝ, ὦ τέκνον. An hinc forte est notio admovendi se, vel potius manuum pedumque motu accedendi? ut in Euripidis Ione, vs. 156. αὐδῶ μὴ χρίμπτειν θριγκοῖς. Vide et Phœniss. vs. 99. Rhes. vs. 644. In forma Med. χρίμπτεσθαι, apud eundem in Cyclope, vs. 404. 405. Ἐγὼ δ' ὁ τλήμων, δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χέων, Ἐχριμπτόμην κύκλωπι, καὶ διηκόνουν &c. De composito ἐγχρίμπτω lege virum summum Ruhnk. l. c. E. S.]

Χρίω ungo. Pro χερίω, quasi dicas manibus tracto. ["In lexicis reddi solet ungo, inungo: lino, illino, item pungo, stimulo. Cui mirum videbitur, significationes pungendi, et ungendi, in uno verbo, posse consistere, huic attendendum est, quid vulgo eveniat? Apes, quando spicula sua cuti insinuant, stimulo puncta, et compuncta, cruore illinuntur, ac perunguntur; diciturque Latinis unctus cruore, ut tincta cruore arma dixit Horatius, Carm. l. 2. 1. 5. Quandoquidem autem cruorem, quo membra illinuntur, stimulus præcedit; pungendi ac stimulandi notio, in verbo χρίειν, prior fuit, quam illa ungendi et illinendi. Primam autem istam stimulandi vim verbo χρίειν, quod vulgo significat ungere, tribuit Æschylus, in Prometheo Vincto, vs. 598. ubi morbus, inquit, μαραίνει με, χρίουσα κέντροισι φοιταλέοισι tabefacit me, pungens aculeis furialibus. Quin imo compositum ἐγχρίειν, secundum Atticistas, eximie gaudet isto significatu aculeum immittendi.—— Derivata vero hujus verbi χρίμα, χρίσις, et ΧΡΙΣΤΟ'Ν, vim suam traxerunt ab ungendo. Plura dabunt οἱ πάνυ A. Schultensius, Origg. Hebr. t. 2. p. 36. et D. Ruhnkenius, ad Timæi Lex. voce ἐγχρίμπτειν, p. 104. ss. E. S.]

Χρόα, sive χροιὰ, color. A χρόω. Conf. χρίω. [Etymol. c. 815. 32. Γίνεται παρὰ τὸ χρῶ, ὃ σημαίνει τὸ βάπτω· ἐξ οὗ καὶ χρῶμα. "Χρόα significat superficiem cujuscumque rei. Apud Theophrastum est ἡ τῶν λίθων χροιά: unde compositum ὁμόχροια æquabilitas superficiei, in Herodoto, et Æschinis Dialog. 3. Hinc χρόα etiam ponitur pro cute, quæ tegit corpus humanum; et dein pro ipso corpore usurpatur: itidemque significat colorem, qui, superficiei instar, lignum rude tegit." T. H.]

[Χρόμαδος crepitus maxillarum. Legitur Iliad. Ψ. 688. Hesychius interpretatur κρότος, ψόφος. Eustathius p. 1324. 29. Χρόμαδος, inquit, κατὰ ὀνοματοποιΐαν, ὁ ἐν ταῖς γένυσι ψόφος, καὶ τρισμὸς, ὃς μάλιστα ἐν ταῖς πληγαῖς γίνεται, Scholiastes verbo ab Ill. Villoisono editus: ὀνοματοποίησι τὸν ψόφον. Simpliciores etiam formæ, χρόμος et χρόμη, apud Hesychium, leguntur. A posteriori χρόμη, (sive Dativo χρόμῃ,) produci potuit χρόμαδος. Χρόμος autem, et χρόμη, repeti debent, vel à κέχρομα, Præterito Medio verbi χρέμω· vel à κέχρομαι, Præterito Pass. verbi χρόω· quod eodem fere redibit. Conf. in χρεμετίζω, et χρέμπτομαι. Cognationem, (quæ inter χρόμαδος, χρόμος et χρεμετίζω intercesserit,) facile indicant hæc Hesychii: Χρόμοις· χρεμετισμοῖς. Χρόμος—ψόφος ποιός· οἱ δὲ χρεμετισμός. E. S.]

Χρόνος tempus. Dicitur pro κρόνος. [Etymol. c. 815. 46. παρὰ τὸ ῥέω, ῥόνος, καὶ χρόνος. ἢ παρὰ τὸ χρῶ, τὸ τελειῶ. Eustathius, ex tribus verbis, compositam vocem censebat, p. 437. 14. ἀπὸ τοῦ χέειν ῥέειν νάειν ὁ χρόνος. Quæ quidem derivatio nemini facile probabitur. Quid? si χρόνος sit à χρόνω, hoc vero à χρόω, contracto ex χερόω· χερόω denique à χέρω capio, pp. capax sum: ut χρόνος pp. significaverit capacitatem, sive spatium, dein tempus? De ipsa voce alibi cel. Lennep. "Χρόνος, in usu, pp. dicitur tempus quodcumque, ratione durationis: quare etiam veteres Saturnum, temporis deum, pronuntiatione antiqua, ΚΡΟ'ΝΟΝ vocarunt. Ista virtute cum alibi nomen χρόνος passim reperitur, tum Act. Apost. c. 15. 33. ubi ποιεῖν χρόνον τινὰ idem est, quod Latinis aliquamdiu morari. Diversa ratione nomen καιρὸς tum potissimum usurpatur, quando opportunitas agendi, vel tempus opportunum ad aliquid, spectatur: quo etiam fit, ut interdum χρόνοι ἢ καιροὶ tempora aut opportunitates conjungantur. Vide Act. Apost. c. 1. 7. Ab his tandem differt ὥρα, eoque notatur generatim tempus fixum, et, sive naturæ legibus, sive hominum institutis, determinatum, ac statutum." &c. Hactenus ille. ["Recentiores Græci annos sæpenumero vocant χρόνους. Troja à Græcis capienda dicitur Eustathio ad Iliad. Β. p. 172. μετὰ τοὺς ἐννέα χρόνους post annos novem. Capta autem dicitur περὶ τὸν δέκατον χρόνον, anno decimo, apud Etymolog. p. 254. Eadem vi posita vox χρόνος reperietur in Argumento Septem Theban. Æschyli, et in Scholiis ad Euripid. Oresten vs. 901. et 1686. In scriptis N. T. nunquam, hoc sensu, vox reperietur, præterquam Evang. Lucæ, c. 8. 27. 20. 9." L. C. V.] [Conf. Hebr. עת et Chald. עִדָּן Dan. 4. 20. Vide et Salmas. Exercit. Plin. p. 459. et T. H. ad Aristoph. Plut. p. 176. 407. E. S.]

Χρυσὸς aurum. Componendum forte cum χρόα, χρύω &c. [Etymolog. c. 816. 3. Τὸ δὲ χρυσὸς· παρὰ τὸ ῥύω, ῥυσὸς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ χ, χρυσός κ. τ. λ. A colore (χρόα) ductum censet Martinius, quem vide. Bochartus ex Hebr. חרוץ repetit, Hieroz. p. 2. p. 9. 51. E. S.]

Χυλὸς succus. A χύω fundo. [Etymol. c. 731. 38. ὡς ἀπὸ τοῦ——στῶ, στύω, στυλὸς, χῶ, χύω, χυλός. "Græcis tres voces sunt, quæ succum in genere, sed modo diverso, significant: nempe χυμὸς, χυλὸς, (quæ utraque sunt à χύω, vel χέω, fundo,) et ὀπός. Hæ tres voces, quamquam non semper, sæpissime tamen distinguuntur. Χυμὸς enim ejusmodi succum significat, qui saporem et gustum adficit. Hoc pacto, à rerum naturalium scriptoribus, illi succi ex herbis dicuntur, qui sapore et gustu percipiuntur. Χυλὸς ejusmodi succus vocatur, qui vel manibus, vel mortario, vel alia ratione exprimitur ex herbis, foliis, aliisve rebus naturalibus. Ὀπὸς denique eum succum significat, qui sponte ex arboribus defluit: quem Latini vocarunt arboris lacrymam. Sic e. gr. resina, ex arbore destillans, ὀπὸς est. Quodsi arbores terebrentur, vel incidantur, ut succus effluat, is succus etiam dicitur ὀπός. Ita myrrha" &c. T. H.] [Conf. dicta in ὀπὸς, et adi Foësii Œcon. Hippocr. in vocibus χυλὸς, χυμὸς &c. E. S.]

Χύτρος olla. A χύω fundo. Nimirum à tertia Præter. perf. Pass. κέχυται factum est nomen Adject. χυτὸς, ἡ, ὸν, fusus, a, um. Hinc χύτερος, χύτρος, η, sive α, ον. Substantive posita χύτρος, et χύτρα ollam significarunt, in quam fundi quid potest. Nisi forte malis, χύτρος, α, ον, pp. formas esse productas à χυτὴρ, (sive antiquo χυτὲρ, χυτερὸς,) χυτρός. Vide Animadverss. ad Analog. Lenn. p. 481. ss. E. S.]

Χωλὸς claudus, pro χαολός. A χάω hisco. ["Origo vocis est verbum χάω hisco, deficio aliqua parte. Hinc χαολὸς, quod contrahitur in χωλὸς, ut ψαολὸς in ψωλός" &c. L. C. V.] [Conf. supra in χαλάω, ibique laudata observatio summi Schultensii. Apposite Eustath. p. 206. 37. ἐστὶ πλέον γάρ πως τὸ χωλὸν τοῦ κυλλοῦ. Κυλλὸς μὲν γὰρ, ὁ τὰ καίρια βλαβεὶς ἐκ γενετῆς· χωλὸς δὲ κοινῶς, καὶ ὁ ὕστερον ἐκ πληγῆς, ἢ ἄλλως πως ἐξ ἀρτιώσεως παθὼν κύλλωμα, κ. τ. λ. E. S.]

Χωρέω discedo. A χῶρος locus. [Hac ex origine χωρεῖν, pp. locum facere, variam habet significandi virtutem. Aut enim χωρέω est locum occupo, quasi dicas locum facio mihi; ut Joann. Evang. c. 8. 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. Aut χωρέω est locum facio rei alteri, atque ita capio, sive comprehendo; ut de vase, capiente mensuram, ibid. c. 2. 6. ὑδρίαι ἓξ, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο, ἢ τρεῖς· et Matth. 19. 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον —— ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Etiam χωρεῖν locum facere alteri (Belg. *voor iemand plaats maken*) per metonymiam significat discedere, abire: ut Il. Ν. 321. postquam poëta dixerat: Homini autem (οὐκ εἴξειε) non cesserit magnus Telamonius Ajax; dein subjungit, vs. 324. οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι ΧΩΡΗ'ΣΕΙΕΝ ne ipsi quidem virorum perruptori Achilli locum cesserit. Hinc νέκρου χωρήσουσι, pro ἀπὸ νέκρου (per ellipsin præpos.) est: à cadavere discedent, Il. Π. 629. et (clarius ipsa præpositione expressa,) Il. Σ. 243. ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης χωρήσαντες ex aspero prœlio discedentes &c. Vide et Matth. 15. 17. E. S.]

Χωρὶς seorsum. A χάω hisco. [Pro χωρὶς etiam χῶρι dictum fuisse, adnotarunt Eustathius p. 122. 10. 630. 25. 1879. 55. Etymol. col. 607. 23. Quæ observatiuncula nonnihil fortasse contulerit ad originem vocis eo accuratius definiendam. A χάορω, nimirum, (quod à χόω, vel χάω hisco, productum est,) fluxit χωρὶς, obsoleta vox Substantiva, pp. hiatum, sive separationem notans. Inde χωρὶς (fortasse in Accusat. plurali, pro χωρεῖς, similive forma) pp. significaverit separationes, vel, (per Præpositionis cujusdam ellipsin κατὰ,) ad separationes: quemadmodum Hebræi dicunt לְבַד ad separationem, i. e. seorsum. Adscribamus insignem locum poëtæ, Od. 1. 219. ss. στείνοντο δὲ σηκοὶ Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων· διακεκριμέναι δὲ ἕκασται Ἔρχατο· ΧΩΡΙ`Σ μὲν πρόγονοι, ΧΩΡΙ`Σ δὲ μέτασσαι· ΧΩΡΙ`Σ δ' αὖθ' ἕρσαι. Rursus, ubi scriberetur χῶρι, potuit illud esse pro ἐν χῶρι, sive ἐν χώρει, pp. in separatione. Tali cum origine voculæ χωρὶς optime conveniret constructio ejusdem cum sequente Genitivo, sive interveniente Præpositione ἀπὸ, (ut in illo Pausaniæ, quod laudavit H. Stephanus, Thes. t. 4. c. 682. χωρὶς δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ κεφαλαὶ, χωρὶς δὲ ἐν Λέρνῃ τὰ σώματα,) sive Præpositione omissa, ut (Evangel. Johannis, c. 15. 5.) in verbis Christi, servatoris optimi, qui eo loco sub vitis imagine, cui insiti essent fideles, se ipse exhibet: ὁ μένων ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολὺν, ὅτι ΧΩΡΙ`Σ ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Rectissime igitur, ad proprietatem vocis, Glossæ vett. χωρίς· separatim, seorsum, præter &c. E. S.]

Χῶρος locus. Pro χάορος. A χάω hisco, pateo, capio. [Vide dicta in χωρέω, quod verbum hinc ortum est. Porro origine sua vox χωρὶς respondet ad amussim voci Latinæ spatium: quomodo H. Stephanus, (Thes. t. 4. c. 661) Latine reddi posse docet, Il. Κ. (vs. 160. 161.) "Non audis, ut Trojani, in tumulo campi, Sedent prope naves: ὀλίγος δ' ἔτι ΧΩ͂ΡΟΣ ἐρύκει; exiguum autem jam spatium distinet. Itaque, uti χωρὶς pp. est divisio, separatio, sic χῶρος pp. est divisus, sive divisum spatium, quod inter res intercedit, sive quo divulsæ, et separatæ à sè invicem res sunt: quod et fœminine dici solet ἡ χώρα· ut Il. Ρ. 394. Porro χώρα pro planitie, et regione ponitur: plane ut Hebr. בקעה. E. S.]

Χώω ad iram concito. H. Stephanus Th. t. 4. c. 559. G. ex χολόω contractum putabat χώω. Id vero quum ab omni analogia linguæ abhorreat, rectius videtur statui posse ipsum thema χάω, ejusdem formæ verbum, ac σάω incito, ῥάω roboro, φάω luceo. A χάω certe, (sive pro χόω simplici forma, sive pro χαόω, ut φάω, forte, pro φαόω, positum existimes,) recta descenderunt Activa χῶσαι fundere, eximie χῶμα, i. e. tumulum, apud Herodot. l. 9. §. 85. p. 731. 42. et 44. χῶσε νεκρὸν τάφῳ in Epigramm. Callim. 61. χῶσον funde, in Euripidis Iphigen. Taurica, vs. 702. χώσω fundam, in ejusdem Oreste, vs. 1585. et Passiva, χωσθήσεται fundetur, Iphigen. Aulid. vs. 1443. Sed longe frequentius χώεσθαι, eo sensu metonymico, legitur, quo absolute notat perfundi bile, ad iram concitari: uti v. gr. Il. Α. 80. Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε ΧΩ'ΣΕΤΑΙ ἀνδρὶ χέρηϊ, Εἴπερ γάρ τε ΧΟ'ΛΟΝ γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Ita sæpissime alibi, apud eundem poëtam, χώσατο, χωόμενος &c. Hesychius: Χώσασθαι· συγχυθῆναι, ὀργισθῆναι, λυπηθῆναι. E. S.]

Ψ.

Ψαθυρὸς, et Attice ψαδυρὸς friabilis. A ψάω rado: quod verbum factum est à sono. [Hesychius: Ψαθυρός· εὔθλαστος, καὶ τὰ ὅμοια. Idem ψαθύρματα ἀποκόμματα. "Illud dignum est notatu, in lingua Græca, quidquid est verborum et nominum à litera Ψ incipientium, id ortum esse ex uno, de his quinque: ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, ψύω· quibus verbis, tanquam totidem sororibus, una mater est, et ra-

dix, ut loquuntur Grammatici Judæi. In origine autem notarunt radere. A radendi notione, tanquam è suo fonte, fluxere significationes attenuandi, abstergendi, calefaciendi. Radendo res tenuantur, et minuuntur; radendo sordes absterguntur; radendo calefacimus" &c. L. C. V.] [Conf. infra in ψαίω, ψάχω. E. S.]

Ψαιδρὸς raros habens capillos. A ψάω rado, scalpo. [Hesych. Ψαιδρά· ἀραιότριχα. Stirps est ψάω· unde producta sunt ψαίω, ψαίρω, ψαιρὸς, ψαιδρός. Conf. in ψαίρω. E. S.]

[Ψαίρω rado, propero &c. Hesych. Ψαίρειν· —— ψαίειν, σύρειν. Etiam τινάσσειν, ῥιπίζειν, ἀσθενῶς τι ποιεῖν. Legitur verbum cum alibi, (locis, à Valckenærio laudatis, ad Euripid. Phœniss. vs. 1399.) tum etiam in Luciani Tragopodagra, vs. 314. ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμα πίτυς. Quomodo autem notio properandi ex propria vi radendi fluxerit, facile docebit collatio illius Virgiliani, Æn. l. 5. 218. "radit iter liquidum:" quod ex Æschyli Prometheo vincto, vs. 394. (ubi olim legeretur λευρὸν οἶμον αἰθέρος ψαίρει) redditum fuisse, docuit l. l. vir summus L. C. Valcken., ubi simul admonet, propriam verborum ψάω, ψαύω, ψαίρω, potestatem esse in radendo. E. S.]

[Ψαίω, idem quod ψήχω, et ψάω, rado. "Verbum ψαίω auctum est ex ψάω, pp. rado, radendo comminuo. Auctum autem ψαίω significationem habet comminuendi. Sic farina mola comminuta ἄλευρον ψαιστὸν vocatur. Ex farina vero mixta placentam effingebant, diis obferendam. Ea vocabatur ψαιστός. Neutra forma ψαιστὸν ipsum libum notat." T. H.]

Ψακὰς ros, gutta. A ψάω. [Nimirum ad ἔψακα, Præterito verbi ψάω rado, analogice sit ψακὰς, in Gen. άδος· quasi ramentum dixeris, Hebr. מעט. "Derivatur à ψάω, significante λεπτύνω, et σμικρύνω, quoniam minutissimum et tenuissimum quiddam est ros et guttula." H. Stephan. in Thes. t. 4. c. 700. Etiam ψαικὰς et ψεκὰς effertur. Hesych. Ψαικάς· ψακὰς, ῥανίς. Idem Ψεκάδες· ῥανίδες, σταγόνες. Conf. Valcken. ad Herodot. l. 3. c. 162. p. 189. n. 64. Porro, uti apud Plautum est, Pseudol. Act. 1. 4. 4. ne gutta argenti, pro particula argenti minima, (vernacule *geen drup zilver*;) ita in Aristophanis Pace, vs. 12. ἔνδον δ' ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ἦν πάνυ, πάμπαν. Conf. et Schultens. ad Haririi Consess. 6. p. 230. E. S.]

Ψάλιον, et ψέλλιον, frenum, armilla à ψάω. "Quanquam origine proxima; significatione tamen distant ψέλιον, vel ψέλλιον, et ψάλιον, sive ψάλλιον· ut indicarunt Ammonius et Thomas Magist. in voce. Ψέλια sunt armillæ viriæ vel viriolæ, quibus brachia lacertique ornantur, et comuntur: maxime quidem mulierum, sed et virorum, quibus in vestitu effœminata munditiës curæ est. Ψελλίοις τισὶ κοσμεῖν βραχίονα ὡραῖον ἀγάλματος habet Ælianus, Animal. l. 4. 52. Homeri ἕλικας, Il. Σ. 401. Scholiastes exponit τὰ ψέλλια καλούμενα. Vocem usurpant Græci interpretes Genes. 24. 22. Numer. 31. 50. ψελλίῳ jungitur χλιδών· quemadmodum in Historia Judithæ cap. 10. 4. et apud Pollucem, l. 5. §. 99. — Ὁρμίσκους καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας memorat Chares apud Athenæum, l. 3. p. 93. Persæ vero imprimis, (ut idem tradit,) hoc ornatu delectabantur: quos eam ob caussam στρεπτοφόρους καὶ ψελιοφόρους dixit Herodotus, l. 8. c. 118. Vide Brissonium de Regno Pers. l. 2. p. 254. et l. 1. p. 97. Ψάλια vero proprie non ipsa quidem sunt frena, (quamvis ea potestate haud raro ponantur,) sed circelli asperiores, quibus, utrimque ad os appositis, aut etiam per malas trajectis, equi ferocientes compescuntur, et ab effuso cursu retinentur. Hæc caussa est, cur Hesychius interpretetur κωλυτήρια. Gregorius Nyssen. t. 3. p. 311. τὸν ταχὺν, (melius leges τραχὺν,) ἵππον ψαλίοις κατάγοντες ἔχομεν εὐπειθῆ. Vide Dion. Chrysost. p. 369. 430. 535. ubi χαλινῷ, tanquam imbecilliori ad domandum equum, superadditur. Junxit Aristophanes in Pace, vs. 154. χρυσοχάλινον (vel potius χρυσοχαλίνων) πάταγον ψαλίων. Lupatos vocant Latini. Hinc ἐμβάλλειν ψάλιον ad alia transfertur, pro coercere et violentiore nisu continere: veluti, apud Plutarch. in Lycurgo, p. 43., populari Spartanorum et procaci adhucdum libertati, ψάλιον ἐμβάλλουσι τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, quod a Platone ductum est, de Legg. l. 3. p. 813. quem itidem eleganter imitatus est Max. Tyrius Diss. 30. p. 307. [Cf. Jes. 37. 29.] Æschylus ψάλια vocare non veretur circulos ferreos, et catenas, quibus innexus Prometheus Caucaso adfigebatur. Quæ Stanleius dum vertit brachialia, de ψελλίοις certe cogitabat. Observari porro meretur, primum, utrasque voces ψέλλιον, et ψάλλιον, non raro commutari, librariorum errore, ut bis terve in Dione Chrysostomo, et apud Pollucem, l. 1. § 148. quod vitium interpretes sæpe decepit: dein, melius scribi, per simplex λ, ψέλιον et ψάλιον· quod tum ex optimis vetustissimisque codicibus, tum ex metri lege, apud Euripidem et Aristophanem, constat. Neque aliter sensit H. Stephanus in Thesauro L. Gr. t. 4. p. 698." T. H.] Itaque à ψάω rado derivatum verbum ψάλω, (unde ψάλλω,) dedit ψαλὶς, et ψάλιον, ut à ψέω, ψέλω, est ψελὶς, et ψέλιον. Porro à notione radendi est illa freni, sive lupati, annulive, ora equi radentis et vulnerantis, tum vero etiam ea armillæ, brachium radentis, illudve annuli instar, ambientis: plane uti Arabicum برة pro بروة ab eadem notione radendi, in برة et برى annulum notat, qui naso cameli inseritur, et simul periscelidem, sive armillam. Conf. Golii Lexic. c. 267. E. S.]

Ψαλὶς forfex. Forte à ψάω. [A ψάω, nimirum, productum est verbum ψάλω rado, quod in ψάλιον jam indicavimus. Tonsorium instrumentum ψαλίδα vocari docet Jul. Pollux, l. 2. §. 32. nempe à radendo, (Belg. *schrapen*,) quód tonsoribus propium est. Conf. idem Pollux, l. 4. §. 181. et 10. 150. qui mulieribus etiam ψαλίδας dat, l. 10, 126. 140. Denique ψαλὶς, indice Hesychio, non tantum dicitur τὸ ἅρμενον καὶ καμάρα, à forma nempe forficis, sed etiam ταχεῖα κίνησις celer motus, à radendo. Conf. supr. in ψαίρω. E. S.]

Ψάλλω leni motu percutio. A ψάω rado. [Etymol. c. 817. 16. ψάλλειν· ἐπὶ τῶν χορδῶν τῆς λύρας· παρὰ τὸ ψῶ, τὸ προσεγγίζω· οὗ παράγωγον ψαύω. Itaque ψάλλειν χορδὰς pp. est leniter radere, sive tangere, perstringere lyræ fides. Hesychius: ψάλλειν· τίλλειν, κινεῖν. Et dein, per metonymiam, canere. Hesych. ψάλλειν· ᾄδειν ᾄσματα. Veteres, (una litera consonante adhibita,) dixerunt ψάλειν. Hujus certe proxime derivata vox est ψαλὸν, apud Hesych. εἶδος χαλινοῦ species habenæ, radentis, levique motu ora percutientis. Inde à ψαλὶς ψάλιον· de quibus supra. Ab eodem ψάλω (antiqua verbi forma) sunt ψαλμὸς, ψάλτης &c. ducta quippe manifesto à πέψαλμαι, πέψαλται, Præterito perf. Passivo, verbi ψάλω. E. S.]

Ψάμμος arena. A ψάω forte. [Simplicior forma fuit ψάμος, quod recta descendit à πέψαμαι, Præter. perf. Pass. verbi ψάω rado. Itaque à πέψαμαι est ψάμος, ψάμη, ψάμον. Porro ψάμος, sive ψάμμος, Substantive dixerunt pro arena. Cognata illi forma altera est ψάμαθος, ducta à ψάμη, sive ψάμᾳ. Significationis rationem eleganter explicuit Etymol. c. 817. 39. ψάμαθος· ἡ παραθαλάττιος ἄμμος· παρὰ τὸ ψαύεσθαι ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ψάμμος. Nimirum a fluctibus raditur, et tergitur arena maritima, litusque: quod et ipsum ψάμαθος audit à radendo, tergendo, ut litus Lat. à lio, et Hebr. חוף à חפף, sive חוף, rasit, trivit. Alia quoque forma vocis apud Hesychium est, ψαμμὴν, i. e. ἄλφιτα, farina, itidem à ψάω rado, tero, frio. Ψάμαθος et ἄμαθος, ψάμμος et ἄμμος Grammatici hoc modo distinguunt. Ψάμμος et ψάμαθος aiunt usurpari solere pro arena mari proxima, ipsisque collibus arenaceis, qui mari adjacent: ἄμμος vero, et ἄμαθος esse arenam terræ, sive κόνιν τῶν πεδίων, i. e. pulverem camporum arenaceorum. Verum est, illud discrimen à Grammaticis in Homero fuisse notatum [Conf. Od. Μ. 243. Il. Ι. 385. Ο. 362. Od. Ν. 119. Ξ. 136. &c.] attamen, vice versa, apud prosæ orationis scriptores, hæ voces simpliciter usurpantur. Vide Thom. Magistr. in ψάμμος &c. T. H.] [Origines vocabulorum ψάμμος, ψάμαθος, et ἄμμος, ἄμαθος, (etsi ipse quoque Menagius, in Amœnit. Litt. p. 363., cum aliis, ex uno eodemque fonte repetat,) vel sic tamen valde videntur esse diversæ. Ψάμαθος et ψάμμος ostendimus esse à ψάω· contra ἄμμος, et ἄμμαθος, equidem malim repetere ab ἄμω, et ἀμάω, pp. colligo, adduco &c. Redi ad ἀμάω, ἀμός: et conf. Ammon. in ψάμαθος. E. S.]

[Ψαύω tango, contrecto. A ψάω. Vide ψάω. E. S.]

[Ψαφαρὸς friabilis, aridus. Conf. ψαθυρός. A ψάω rado. [Hesych. Ψαφαρά· ψαθυρά· et ψαφαρὸν· ξηρὸν, αὐχμηρὸν, ἀσθενὲς, ἐλαφρόν.]

Ψάω tergo. A sono factum, qui editur radendo leviter. [Suidas: Ψᾶν· ὁμαλίζειν, λεπτύνειν. Vide L. C. V. in voce ψαθυρός. In compositis frequens verbum est, uti v. gr. ἀποψάω, καταψάω, συμψάω, περιψάω &c. Productiorem formam habet usitatissimam, ψαύω. Hesychius: ψαύειν· θιγγάνειν. Conf. Herodoti, l. 3. c. 171. p. 209. Sed dignissima sunt attentione nostra, quæ habet Etymologus, c. 817. 818. Ψῶ σημαίνει ἀπό τινος μείζονος οὐσίας εἰς ἐλάχιστον καὶ μικρὸν μέρος καθιστῶ· οὗ ὁ μέλλων ψήσω· ῥηματικὸν ὄνομα ψηνός. —— Ψῶ τὸ λεπτύνω· —— ἐκ τούτου καὶ ψωμὸς, μέρος τι τοῦ ἄρτου· ὁ γὰρ ἄρτος ὁλόκληρός ἐστι· ψῶ, καὶ ψίω, τὸ λεπτύνω· καὶ ψιάω· ἐξ οὗ καὶ ψιάς· τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ ψαύω, καὶ τὸ ψάλλω, καὶ τὸ ψίω κ. τ. λ. E. S.]

Ψέγω reprehendo. A ψέω rado. [Originis haud obscurum vestigium exstat in illo Hesychii ψέγος· τάφος, i. e. sepulchrum, nempe à corraso pulvere, ut videtur, denominatum: plane ut Arabes sepulchrum, tumulumve dixere تراب et رمس a radendo, corradendo. Ἐπιψέγειν, eodem Hesychio exponente, est ἐπικηδεύειν inhumare, pp. pulverem corradere. Translato sensu ψέγειν pp. radere, ut Belg. *schuuren*, *hekelen*, &c. ponitur de reprehensione acriori. Hesych. ψέγει· μέμφεται, ὑβρίζει. Frequens verbum est in Euripide: ut v. gr. Alcestid. vs. 697. εἶτ' ἐμὴν ἀψυχίαν ψέγεις. Bacch. vs. 711. Ion. vs. 1022. &c. Conf. Æliani, Var. Hist. l. 14. 8. et ψόγον i. e. ἔγκλημα, in Æschyl. Eumen. vs. 441. E. S.]

[Ψεδνὸς raros habens pilos, glaber. Nimirum, pro ψεδινὸς, ut κεδνὸς, pro κεδινός. Stirps est ψέω, cognata alteri ψάω. Etymol. c. 818. 2. ψέω, ψεδινὸς, ψεδνός. Proprie igitur rasum, atque adeo glabrum, significat. Il. Β. 219. Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ΨΕΔΝῊ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Ubi Schol. ψεδνή· ἀραιὰ, μαδαρά. Eustath. p. 207. 20. λεπτή· ἀπὸ τοῦ ψῶ· τὸ λεπτύνω, ψεδανὴ, καὶ, ἐν συγκοπῇ, ψεδνή. Vide etiam Etymol. in ψάω. Ceterum cognata haud dubie vox ψεδνὸς est alteri ψαιδρὸς, de qua dictum supra, nisi forte vitio librariorum legatur ψαιδρὸς &c. Vide Piers. ad Mœr. Att. p. 422. Hoc quidem à ψάω foret, illud vero à ψέω. An hinc quoque intelligendus vexatissimus locus Euripidis, Iphigen. in Taur. vs. 1270. χέρα ΨΕΔΝΟ`Ν ἕλιξ' (ἕλιξ' Ms.) ἐκ Διὸς θρόνων pp. manum depilem evolvit, i. e. extendit, è Jovis throno. Ill. Scaliger ibidem pro ψεδνὸν legi jubebat παιδνὸν puerilem. Sed codd. Mss. et edd. ψεδνὸν habent. Manus autem ψεδνὸς glabra, depilis, pro pueri manu posita videtur. Depiles genas dixit Apuleius: pueros glabros ac depiles propter ætatem, Varro. Vid. Gesner. ac Forcell. E. S.]

Ψελλὸς blæsus. Factum à sono. [Hesych. Ψελλός· ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων. Plura dabit H. Stephani Th. t. 4, c. 711. "A ψάω minuo repetit Martinius quia blæsus minuat integritatem literarum." Similiter à radendo ductum videri queat: utque ψάλλω est à ψάω ita ψέλλω foret à ψέω. E. S.]

Ψεύδω fallo. A ψέω rado. [Etymologiam cel. Lennepii confirmat collatio verborum ψέδειν et ψύδειν. Ambo hæc significarunt olim radere, terere. Notio terendi (quemadmodum in Lat. terreo, atteri, Gr. συντρίβεσθαι, et Ar. خوف) transferri potuit ad animum, terrore perculsum, perterritum. Utrum inde, apud Hesychium, est ψέδειν· ἐντρέπειν, φροντίζειν· an vero, cum clar. Albertio, legendum ψέφειν, invita licet literarum serie? Prius haud dubie tutius. Porro eadem origo radendi, terendive adfuisse quoque videtur in obsoleto ψύδω, unde ψυδινὸς, ψυδνός. Hesych. Ψυδνή· χέρσος, ἀραιὰ, ὀλίγη. Conf. cognatum ψεδνὴ, supr. De ratione vero metaphoricæ significationis, fallendi et mentiendi, quæ in ψεύδειν et ψεύδεσθαι nunc fere regnat, mihi quidem difficilius est pronuntiatu. Videri possit, verbum Activum ψεύδειν pp. esse meticulosum facere. sive perterritum facere, alterum, atque adeo fallere: ut Belgæ dicimus *iemand bang maken*. Qua lege ψεύδεσθαι mentiri, similiter, vi formæ Mediæ, pp. foret, *zich zelven bang maken*, et dein, per metonymiam, mendacia dicere præ metu. Sed non satis respondere videntur loca veterum, quibus ψεύδειν fallere potius significare dixeris blanda spe alterum fallere, quam fallere metum injiciendo. An igitur mendacium ψεῦσμα, sive ψεῦδος, dixerunt Græci à rado, polio, splendidum reddo, uti Hebr. כזב pp. est splendidis dictis fallere? Ceterum, qua lege vicina fuisse constat φεύγω et φύγω, eadem cognata fuerunt ψεύδω et ψύδω. Hesych Ψυδρά· ψευδῆ. E. S.]

[Ψέφος fumus, tenebræ. Hesych. ψέφος· καπνός. Ψέφει· —λυπεῖ. Quæ postrema glossa suadere videtur, originem verbi repetendam esse à ψέω rado. A radendo est fortasse notio ingrato sensu adficiendi, contristandi. Hinc etiam fumus dici potuit ψέφος, quia ingrato sensu oculos adficit: quod ipsum est Hebr. מרה את עינים, in S. Codice obvium. A fumo propagata fuit significatio tenebricositatis, obscuræque noctis. Conf. ψῆφος. E. S.]

Ψέω pp. rado, cognatum alteri ψάω. Ex Eustathii indicio linguæ Græcæ thema hoc restituit H. Stephanus, Th. t. 4. col. 700. E. [Conf. mox in ψῆκτρα. E. S.]

[Ψῆκτρα instrumentum, quo radimus; pecul. strigil. A ψάω, sive potius ψέω. Idem quoque ψηκτὴρ dicitur. In Præter. perf. Pass. olim dixere ἔψηγμαι, ἔψηξαι, ἔψηκται. A primo isto, ἔψηγμαι, manifesto descendit ψῆγμα, quod Hesychius reddidit ξύσμα· ἢ μικρὸν θρύμμα, κλάσμα. Ab altero, ἔψηξαι, est ψῆξις rasio, destrictio. A tertio denique, ἔψηκται, ψηκτὴρ, et ψήκτρα, Hesychio i. q. ξύστρα, σπάθη. Conf. omnino L. C. V. ad Euripid. Hippol. vs. 1174. Diatr. p. 288. et infra in ψήχω. E. S.]

[Ψηλαφάω "pp. radendo tango, quod fit demulcendo manibus. Eximie, in arte equestri, ψηλαφᾶν dicuntur ii, qui manibus equum demulcent. Idem tribuitur cæcis, qui manibus palpando aliquid quærunt." Hactenus alibi Lennepius. De eodem verbo hæc habet L. C. V. "Ψηλαφᾶν verbum est compositum (de illo genere, quæ rariora sunt,) ex duobus verbis ψάω rado, et ἀφάω contrecto. Proprie ponitur de iis, qui in tenebris palpant. Propria vi usurpatur Act. Apost. c. 17. 27. et apud Platonem, in Phædone p. 99. φαίνονταί μοι ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ, ὥσπερ ἐν σκότει. Idem dixit in Protag. p. 310. ἐπιψηλαφήσας τοῦ σκίμποδος cum obscuro loco palpando scabellum arripuisset."]

Ψὴν vermiculi genus &c. A ψάω [Hesychius: Ψήν· εἶδος ζώου μικροῦ συκοφάγου. Ψῆνες· κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. Ψῆνας· τὰ σπέρματα τῶν ἀῤῥένων φοινίκων. Ex quibus facile apparet, à minutissima forma dici. In eodem Hesychiō est Adjectivum, hinc ductum, Ψηνός· ψεδνὸς, διάψιλος. Ψηνόν· ἀραιόν. Stirps igitur est ψέω, sive ψάω. E. S.]

Ψῆφος lapillus. A ψάω rado. [Alibi cel. Lennep. "Verbum ψάω à sono rei rasæ formatum est. A radendo vero vox ψῆφος pp. notat lapillum, vel calculum, rasum: quales esse solent litorales. Speciatim vero ψῆφος dicebatur calculus, cujus in ferendis suffragiis usus olim erat; unde figurate ipsum significabat suffragium." Conf. Hesych. in ψῆφος &c. ibidemque viri docti. E. S.]

[Ψήχω rado, frico, fricando detergeo. Hesych. ψήχει· καταμάσσει (καταμύσσει) τρίβει, ξύει κ. τ. λ. Plura dederunt Pierson. in Verisimil. p. 132. 133. Salmas. Exercit.

Plin. p. 589. B. et Valcken. Adnott. ad Euripid. Hippol. vs. 109. p. 178. Stirps est ψάω, vel ψίω rado: è cujus Præter. perfecto, ἔψηκα, facta sunt ψήκω, ψήχω. E. S.]

Ψίαθος storea, teges. A ψίω, vicino alteri ψάω. [Conf. infra ψίω, unde ψιὰς, ψιάζω &c. "Ψίαθος peculiariter est storea, quæ à junco aut vitili contexitur." Vide H. Stephani Th. t. 4. c. 733. 734. ubi ex Hesychio observat, ψίαθον non solum esse τὴν χαμεύνην stoream, cui humi stratæ aliquis incubat, sed etiam τὸ φυτὸν, ἐξ οὗ πλέκεται ψίαθος ipsam plantam, ex qua texitur ejusmodi storea. E. S.]

Ψιὰς roris gutta. A ψίω. [Conf. ψακάς· et infra in ψίω. E. S.]

Ψίθυρος susurrus. A sono. [Etymol. c. 818. 56. Τινὲς τὸ ψιθυρίζειν ὀνοματοπεποιῆσθαι φασὶν, ὡς τὸ κρίκε, καὶ σίζεν, ἀπὸ τοῦ τελουμένου ἤχου, ὑποφυσῶντος τοῦ ἀνέμου· οἷον· Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα τῶν δένδρων ἀκούετο κ. τ. λ. Conf. Valck. ad Theocr. Idyll. I. 1. p. 1. Idem vir summus, alio loco. "Parum distant" inquit "verba γογγύζειν, τονθορύζειν, et ψιθυρίζειν, quæ proprie significant labiorum motu tacitum murmur edere. Hinc transferuntur ista in significationem obtrectandi, sive maligne calumniandi. A ψιθυρίζειν fluxit ψιθυριστής· Tacitos obtrectatores Paulus hac voce designat, in Epist. ad Rom. c. 1. 30. Hesychius optime ψιθυρίζει interpretatur εἰς τὸ οὖς ἠρέμα διαλέγεται ad aurem quid ipsi dicit: quod enim Græcis erat εἰς οὖς λέγειν, Latinis est ad aurem dicere. Hoc censetur esse obtrectantium, vel invidorum. Callimachi locus esse in Hymno Apollinis, vs. 105. ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν· Sic enim scribendum est, pro ἐπ' οὔατα, cum Rich. Dawesio: invidia, vel invidus, clanculum dixit in aures Apollinis. Designatum illic voluit Callimachus, adversarium suum Apollonium Rhodium. Conferri poterunt notata in Phœniss. vs. 714." E. S.]

Ψιλὸς tenuis. A ψίω rado. [Etymol. c. 818. 35. Ψιλός· ὁ ἀδύνατος· παρὰ τὸ ψῶ. ὅθεν καὶ καταψίω· οὗ πᾶν ἀνέψισται, καὶ ἀφῄρηται. κ. τ. λ. Hesych. Ψιλόν· γυμνὸν, ἔρημον, εὐτελὲς, ἄτριχον· καὶ πᾶν ἀποδεδαρμένον." Derivantur autem ψεδνὸς, et ψηνὸς, à ψέω, ψάω, ut à ψίω, ψιλός." Pierson. ad Moer. Att. p. 422.]

Ψιμμύθος cerussa. A ψίω. [Conf. T. H. ad Aristoph. Plut. p. 393. 394. et Martinius in voce. E. S.]

[Ψίναθος capra sylvatica. Hesych. Ψίναθος· ἄγρια αἶξ. A ψίνω, sive à ψινὰς, quod à ψινήμι obsoleto. Stirps est ψίω, quod vide. E. S.]

Ψίνομαι fructum amitto, A ψίω. [Hesych. Ψίνδεσθαι· κλαίειν. Ubi Is. Vossius legi jubet ψίνεσθαι, collato altero ψιζομένη, quod Hesychius reddit κλαίουσα. A ψίω rado duci potuit ψίνω radendo minuo. Inde ψίνδεσθαι, sive ψίνεσθαι, ψίζεσθαι, idem est, quod Belgice dicimus *kleinmoedig werden*, animo quasi minui, unde significatio lacrymas fundendi, flendi. Vitis etiam figurate dicitur deficere, quando acinos defluere sinit: quod etiam, alia verbi forma, effertur ψινάζειν. Hesych. Ψινάζει· ἀποῤῥεῖ· τὰ ἀσθενῆ τοῦ καρποῦ φυλλοροεῖ. Ipsa autem vitis ψινὰς dicitur. Hesych. Ψινάδες· αἱ ῥυάδες ἄμπελοι. E. S.]

Ψὶξ, ψιχὸς mica panis friati. A ψίω· [Etymol. c. 819. 6. Ψίξ· παρὰ τὸ ψίχω, τὸ ἐμβρωματίζω. "Est à ψίω· λεπτύνω, tenuefacio: unde ψὶξ, ψιχὸς, mica, ut Glossæ." Alberti Obss. in Matth. c. 15. 27. p. 109.]

[Ψίττακος et ψιττάκη psittacus. Avis humanam vocem imitans: quæ etiam σίττακος dicitur, litera Π ab initio rejecta. Scribitur enim ψίττακος, pro πσίττακος. "Non dubito quin vox sit ab Indis, unde avis ipsa." Voss. in Etymol. Vide infra in ψώχω. E. S.]

[Ψίω minuo. Forma verbi est cognata alteri ψάω, &c. Hesych. Ψίσαι· ψαμίσαι. Etymol. c. 818. 4. ψῶ καὶ ψίω, τὸ λεπτύνω· καὶ ψιάω, ἐξ οὗ καὶ ψιάς. Ibid. vs. 48. ψίω τὸ λεπτύνω, καὶ ἐλαττῶ· ἀφ' οὗ ψιὰς, ἡ κατὰ λεπτὸν τοῦ ὕδατος ἔκδοσις· ὡς λάμπω, λαμπὰς, ἴλλω, ἰλλὰς, οὕτω ψίω, ψιὰς, ἡ κατ' ὀλίγον κατερχομένη δρόσος· οἱ δὲ παρὰ τὸ ψίσω, τὸ ποτίσω. Alio etiam loco (col. 220. 24.) eidem Etymologo ψίω est τὸ ἐμβρωματίζω, nimirum, quod Belgæ dicimus *inbrokken*, vel *inbrokkelen*, comminuentes et friantes, aut interentes panem. Itaque et ψιὰς pp. est mica, ac dein pro gutta tenuissima pluviæ ponitur: ψιάζειν porro guttatim cadere, minutatim stillare &c. Etiam à ψίω superest simplicissima forma ψιὰ, quod et ψειὰ, f. g. à masc. ψιὸς, vel ψειὸς, minutissima gutta. Conf. mox ψοά. E. S.]

Ψοὰ, vel ψοιὰ, clunis, lumbus. Haud dubie est à ψόω, quod idem ac ψάω rado, frico: "quia animal eam partem fricare solet," ut recte Martinius. Nempe à ψόω ψοὸς, à ψίω ψιὸς, à ψύω ψυὸς, pp. est, quod fricatur raditurve: unde ψία Subst. mica, et ψοὰ sive ψυὰ clunis. Eximie autem ψοαὶ sunt lumborum musculi. Vide Foës. in Œconom. Hippocr. E. S.]

Ψόλος fumus. A ψάω rado. [Hesych. Ψόλος· καπνὸς, αἰθάλη, φλὸξ, ἀσβόλη. A ψόω rado, (nisi mavis a Perf. Medio verbi ψέλλω, unde ψέλλος,) ψόλος, pp. dicta videtur crepitatio, sive obscurum murmur flammæ; tum vero etiam fuligo, quæ abradi, sive radendo abstergeri solet. A ψόλος, sive, Dativo casu ψόλῳ, fluxit ψολόω. Hesych. ψολῶσαι· ψιλῶσαι, ῥινῆσαι radere, limare: unde ψολόεις, epitheton fulminis crepitantis, ac cum crepitu ardentis. Od. Ω. 538. Ψ. 330. ubi vide Clark. et conf. Belg. *ratelen*. E. S.]

Ψόφος strepitus, a sono. [Hesych. Ψόφος· ἦχος, κτύπος. Consulatur H. Stephanus, Th. t. 4. c. 735. Glossæ veteres: ψόφος· ὁ ἦχος crepitus, strepitus, fragor, sonitus &c. Analogice est à ψόω rado: de quo vide in cognatæ significationis nomine, ψόλος. Nisi placeat repetere à Perf. Medio ἔψοφα verbi ψέφω, unde ψέφος. A ψόφος porro est ψοφέω. Conf. ψέφος, et Valck. ad Euripid. Phœniss. p. 144. 145. E. S.]

[Ψόω obsoletum, pp. rado. Idem verbum fuit ac ψάω. Vide in ψοὰ, et infra in ψώω. E. S.]

Ψύδρακες et ψυδράκια pustulæ parvæ, papulæ: à Singularibus formis ψύδραξ, et ψυδράκιον. Hæc autem diminutiva orta à dativo ψύδρακι. Glossæ vett. ψύδραξ tuber, ψυδράκιον papula. Stirps est ψύω, cognata aliis ψάω, ψέω, ψίω, ψόω. A ψύω nempe, primum ortum videtur ψύσω, ψύδω· hinc ψυδνὸς, ψυδνός. Unde in Hesychio ψυδνή· χέρσος, ἀραιὰ, ὀλίγη, sicca, tenuis, parva, à radendo, scilicet, et confriando. A ψύδω porro descendit ψύδρω, et hinc ψύδραξ. Pustulas papulasve à radendo et fricando dici potuisse, nemo facile negaverit. E. S.]

Ψύθος mendacium, et ψυθὸς falsus. Dorice dicta fuisse monent Grammatici, pro ψευδὴς mendax, et ψεῦδος mendacium. Quæ tamen ita intelligenda sunt, ut formas ψύθος, et ψυθὸς, accipiamus pro derivatis à tertia Præt. perf. Pass. πέψυται, verbi ψύω. Hoc vero ipsum ψύω, quum, significatione secundaria, idem valuisse videatur ac propagata inde verba ψύγω, et ψύχω, exinde simul apparebit, notionem mentiendi et fallendi desumi potuisse ab illa proflandi, adeoque et ipsum ψεύδειν fallere, ψεύδεσθαι mentiri, idem pp. significare potuisse, ac proflare mendacia: qualis metaphora notissima est in illo Prov. 14. 5. יפיח כזבים עד שקר interprete Schultensio: proflant mendacia testes falsitatis, et ibid. vs. 25. כזבים מרמה יפיח. Qui mendacia spirat, impulsio in fraudem est. E. S.]

Ψύλλος pulex. A ψύω rado. [Ut a ψίω rado, ψίλω, ψιλὸς, sic a ψύω, ψύλω, ψυλὸς, et, media geminata, ψύλλος. Etiam f. g. dicitur ψύλλα. Animalculum hoc ita vocatum fuit a radendo, terendo, quod manu friante conteri solet. Aliud est ψύλλος apud Hesychium· τὸ παχὺ, τὸ συνέχον· eodem fortasse flexu significandi dictum, quo קשה durus Hebræis similiter a radendo, terendo, limando, dicitur. E. S.]

Ψυχὴ anima, vita, pp. spiritus. A ψύχω spiro. [Conf. in ψύχω, et cel. Lennep. ad Phalar. p. 304.]

Ψύχω spiro &c. A ψύω rado, tergo, perstringo; ut ventus spirans: a cujus sono dicitur. ["Prima vis verbo ψύχειν fuit flandi, spirandi. Exspirando calida frigefiunt, humida siccantur. Itaque ex origine spirandi duplex facile fluxit refrigerandi et arefaciendi potestas.——Verbum autem ψύχειν, antequam litera adspirata χ in usum esset recepta, pronuntiabatur ψύγειν. Hinc remanserunt Aoristus secundus ἔψυγον· nomina etiam ψυγεὺς, ψυγεῖον. Verbum ψύγω oritur à ψύω· quod unum de quinque est, ex quibus prodiit, quidquid verborum et nominum est à ψ incipientium. A ψύχω nomen proxime ortum ψύχος, significans frigus intensum. A ψύχω remanserunt Adjectiva ψυχρὸς et ψυχεινός. Prius, de frigore positum, proprie sic dicto, figurate significabat ridiculum et ineptum. Dicta, ad risum captandum prolata, sed à sapientibus auditoribus irrisa, quia erant invenusta, dicebantur à Græcis ψυχρὰ ἔπη. Conf. illa Machonis Comici apud Athen. l. 13. p. 585. Latine conversa ab H. Grotio in Excerpt. p. 854. A ψύχω nomen ortum ψυχὴ anima, ex origine, nihil aliud notat, quam flatum, sive anhelitum [Hebr. נפש] A Præter. perf. Pass. nomina orta sunt ψυγμὸς, ψύγμα, ψύξις, ψυκτὴρ, ψυκτός. Ψυκτὴρ, apud Atticos frequens, vas notat vino refrigerando, poculisque eluendis, accommodum, teste Mœride Atticista, p. 422." [Conf. Pierson. l. c. et Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 278.] [Compositum verbum ἀποψύχειν, et Medium ἀποψύχεσθαι, Homero recentioribus est mori. Videri possit ista vis ab origine longe remota: nec tamen est. Ἀποψύχειν, æque ac ἐκψύχειν, notat exspirare: notat quoque exspirando frigefacere, et Media forma, frigefieri. Hinc subnata significatio recreandi respirando. Ita v. gr. in loco Homerico, [Il. X. 2.] Trojani, currendo fatigati, dum sudorem abstergebant, vires debilitatas reparare nitebantur: quod poëta dixit ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, pp. sudorem efflabant. Congruit eadem explicatio, Il. Λ. 620. ubi lassi ἱδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων Στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός· stantes in litore maris sudorem ad ventum exspirabant, et vestimenta exsiccabant. Illinc quoque nata notio moriendi. Qui animi patiebantur deliquium, ultimum etiam halitum efflantes moriebantur, Latine exspirantes, Græcis, (sed Homero longe recentioribus,) dicebantur simpliciter ἀποψύχειν. Plene Sophocles dixit βίον ἐκψύχειν, in Ajace vs. 1025. In Bionis carmine, sive Epitaphio Adonidis, Veneris ille amasius, moribundus atque ægre ducens animam, eleganter dicitur λεπτὸν ἀποψύχων. Homerus animam exspirare dixit θυμὸν ἀποπνείειν, Il. Δ. 524. Efflare halitum extremum dixit Accius Tragicus Latinus &c. L. C. V.] [Vide et virum summum ad Eurip. Phœn. vs. 1448. E. S.]

Ψῶα fœtor. Forte à ψάω rado, frico. [Etymol. Ψῶα καὶ ψῶζα, ἀμφότερα τὴν δυσωδίαν σημαίνει. Hesych. ψοία· σαπρὰ, δυσωδία. Pro ψάω, contracte dicitur ψῶ, pp. rado, frico. (Conf. ψάω.) A ψῶ hocce descendit ψῶος, ψῶα, ψῶον· cujus forma fœminina ψῶα, sive ψόα, pp. videtur notasse id, quod fricari sive scabi cupiat, et hinc, eximie, scabiem fœtidam. Suidas: Ψῶσα [pro ψάουσα] νόσος τις. Εὔπολις Μαρικᾷ· ὃς θυμήνας τοῖς στρατιώταις λοιμὸν, καὶ ΨΩ͂ΣΑΝ ἔπεμψεν· οἱ δὲ φασὶ καὶ τὸ τῆς νόσου εἶδος, ὅτι ΚΝΗΣΜΟ`Σ μετὰ δυσωδίας ἐστί. E. S.]

Ψώθιον mica. A ψάω. [Docuit H. Stephanus Th. t. 4. p. 710. "Ψώθιον ab eadem origine esse, qua ψωμὸς, et significare itidem frustulum, micam: uti Hesychius dicit, ψώθια esse τὰ τοῦ ἄρτου ἀποθραύσματα &c. Itaque haud dubie descendit vox à ψάω, ψῶ, rado comminuo. E. S.]

Ψωλὸς verpus. A ψάω. [Nimirum pro ψαολός. Vide Valck. in χωλὸς, pro χαολός. "Ψωλὸς verpum significat. Alioquin pp. notat derasum. Contractum enim est ex ψαολὸς, quod à ψάω rado. Hinc ψωλοὶ, qui Judæis [מולים] circumcisi. Idem hoc ψωλὸς epitheton est Ægyptiorum, qui circumcidi quoque solebant, petulantiæ, libidinis, vel instituti etiam, caussa. Ad libidinem hircorum refertur in Aristoph. Plut. vs. 267." &c. T. H.] [Conf. et Is. Casaubon. Animadverss. in Athenæi, l. 10. p. 764. ubi observat, "literis ΨΩ nonnunquam obscœni aliquid intelligi. Sed, qua notione inter prætextata verba censeatur τὸ ψῶ, alium explicare se malle" dicit. Ergo et nos non explicabimus, cur τὸ αἰδοῖον dicatur ψωλὴ, in Aristoph. Avib. vs. 561. et alibi. E. S.]

Ψωμὸς buccella. A ψάω. [Malim equidem à ψόω frico, decortico: unde in Præter. perf. Pass. ἔψωμαι, et hinc ψωμός. Etymol. c. 818. 2. παρὰ τὸ ψῶ· τὸ λεπτύνω. Ἐκ τούτου τοῦ ψῶ, καὶ ψωμὸς, μέρος τι τοῦ ἄρτου· ὁ γὰρ ἄρτος ὁλόκληρός ἐστι. Idem c. 819. 45. ψωμὸς, παρὰ τὸ ψήχεσθαι, ὑπὸ τῶν ὀδόντων, καὶ τρίβεσθαι. E. S.]

Ψώρα scabies: asperitas summæ cutis, ex ea furfures eliciens &c. A ψάω. [Nimirum, ψῶρος pro ψάορος· ut χῶρος pro χάορος. Rationem denominationis dilucide exposuit Etymolog. c. 820. 1. ἀπὸ τοῦ ψᾶν· ὅτι οἱ τῷ πάθει τούτῳ συνεχόμενοι, πρὸς τὸ ψᾶν τε καὶ κνήθειν τὰ πεπονθότα τοῦ σώματος μέρη, πολλὴν ἔχουσιν ὁρμήν. Inde et ψῶρος, apud Hesychium, παιδεραστής· quæ significatio satis intelligi poterit ex illo Socratis de Alcibiade, Memor. l. 1. Conf. Foës. in Œc. E. S.]

Ψώχω attenuo, in frusta comminuo. A ψάω. Alibi cel. Lennepius: "Verbum ψώχω respondet Latino friare, vel terendo fricare. A verbis, nimirum, ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, et ψύω, varia fiunt derivata, quæ plerumque terendi, fricandive, notione usurpantur. Ista autem terendi notio pp. repetenda est à sono, qui edi solet, quando aliquid radimus, fricamus, aut terimus. Inest autem iste sonus in litera potissimum ψ· quare etiam omnia ejusmodi verba, à litera ψ incipientia, à sono facta esse censenda sunt" &c. Audiamus et L. C. V. "Verbum ψώχειν," inquit, "contractum est ex ψαώχειν· quæ forma est auctior verbi veteris ψάω, significantis, in origine, rado. A radendi notione, tanquam ex fonte suo, fluxere significationes, huic verbo datæ, abstergendi, attenuandi, calefaciendi &c. [Conf. in ψαθυρός.] Hinc (Evangel. Lucæ c. 6. 1.) ψώχοντες ταῖς χερσὶ fricantes, sive, veteri verbo, friantes, i. e. fracta comminuentes. In Hesychii Lexico vox Lucanea, ψώχοντες, tanquam vulgo ignota, redditur his notionibus: λεπτύνοντες, ἀναξαίνοντες. Quod Lucæ dicitur ψώχειν, hoc Herodoto scribitur σώχειν. Iones etiam in sermone erant molles: ex diversis linguis, et diversis dialectis, ingenia populorum ab attento possunt detegi. Multo utique lenius erat, et pronuntiatu facilius, quod Herodotus Ionice scripsit σώχειν [lib. 4. c. 245. p. 315. ubi videatur Wesselingius] quam, quod ceteri Græci pronuntiabant ψώχειν. Sic psittacus Latinis, ut et Græcis; sed σίττακον Iones dicebant. Pro ψελλίζεσθαι ore blæso loqui Ionicum Hesychius annotavit σελλίζεσθαι. Eadem ratio est vocum ψοίθης, et σοίθης· de quibus egit vir clariss. D. Ruhnkenius in Epist. Critic. 2. p. 65. (215. n. e.") L. C. V.] [Quodsi ad originem verbi ψώχω attendamus, videtur proxime repetendum à ψάω· unde in Præt. perf. ἔψωκα, ἔψωχα, et hinc denuo ψώχω. E. S.]

[Ψώω, verbum cognatum aliis ψάω, ψέω, ψίω, ψόω, ψύω, pp. significavit rado. Hinc notio calefaciendi, radendo, nimirum, sive terendo studiosius. Vid. cel. Valck. in ψώχω. Hesychius ψῶσαι· θάλψαι. E. S.]

Ω.

Ὦ o! Factum est à sono exclamantis, et vocantis. [Addatur ὢ admirantis: unde formatum verbum "ὤζειν. Hesychius: Ὤζειν, βοᾶν † ὦζεν, ἐβόησεν. † ὤζοντες, βοῶντες, καὶ λέγοντες ὢ ὢ, καὶ θαυμάζοντες. Ælius Dionysius Eustathii ad Il. X. p. 1384. 39. Ὤζειν, τὸ θαυμάζειν ὡς ὢ (leg. ὢ ὢ,) λέγειν &c. L. C. V. Diatrib. in Eurip. fragm. p. 21. A. Idem, in Adnotatt. ad Adoniaz. Theocr. p. 403." Ὢ admirantis (quod ab Ὦ distinguit H. Stephan. in Append. Thes. p. 53. et 103.) verbum peperit ὤζειν, significans cum admiratione ὢ ὢ exclamare: semel illud legitur in Aristoph. Vesp. vs. 1518. quem locum, à se emen-

datum, primus explicuit R. Bentleius, in Resp. ad Boyleum, ex Ed. Lennepii Lat. p. 149." &c. Plura possunt legi apud ipsum. L. C. V.]

[Ὠβὴ tribus: pars populi in certas classes distincti, Dialecto Laconica. Stirps videtur esse ἄω, sive potius ὄω fero: de quo verbo dictum jam est in οἴω, et dicendum recurret in ᾠόν. Antiquioribus sæculis pro ω scriptum fuisse ο, cum virgula quadam, supra adscripta, vel et οο, geminatum, pro eodem adhibitum fuisse, satis constat. Vide Lennepii Analog. cap. 2. p. 33. Adde ipsum Platonem in Cratylo, p. 420. A. Scholiasten Euripid. ad Phœn. vs. 688. Valck. ad Eurip. Phœn. p. 216. 260. 688. Villoison in Diatr. p. 124. 159. 168. &c. subjunctumque Indicem locupletissimum; ne alios laudem, numero plures. Hoc igitur pacto ab ὄω factum est ὀὸς, ὀὴ, ὀὸν, et (vocalis longæ signo adscito ω) ὠὸς, ὠὴ, ὠόν. Porro, ut hiatus inter vocales, leniori pronuntiatione, tolleretur, adscita fuit deinde litera consonans β, ab Æolibus præsertim et Doribus. Conf. Analog. Lenn. cap. 16. p. 207. et animadverss. p. 352. ac p. 511. ibidemque laudatos viros doctos. Itaque, pro ὠὴ, jam habebimus ὠβὴ, pp. quæ feratur, vel in lucem proferatur, educatur, et, Substantive, tribus. Etiam, masculina forma, exstat ὦβοι, quod vocabulum ab Hesychio redditur τόποι μεγαλομερεῖς. Ceterum ab ὠβὴ, sive Dativo ejusdem ὠβᾷ, novum verbum formatum est ὠβάζω populum (in ὠβὰς) distribuo. Conf. Suidas in ὠβάς. E. S.]

[Ὠγὴ interseptio. Ὠγμὸς vox elatior. Suidas; Ὠγὴ· διάφραξις. Hesych. Ὠγμός· φωνὴ μετὰ τοῦ ἐκβοηθῆναι, ἢ μετὰ χειροτονίας. Verbum videtur fuisse ὤγω, pro οἴγω, è stirpe ὄω, οἴω, pp. fero, tollo, attollo. Hinc ὠγὴ pp. elata structura, et dein interseptio. Porro ὠγμὸς elata vox sive vox fortius prolata: ab ἔοιγμαι, sive ἔωγμαι, prima Præteriti perf. Passivi. E. S.]

[Ὠγύγιος Ogygius, antiquissimus. Etymol. c. 820. 37. Ὤγυγος, ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων· ἀφ' οὗ καὶ ὠγύγιαι πύλαι ἐν Θήβαις· καὶ πᾶν τὸ ἀρχαῖον ὠγύγιον φασί, διὰ τὸ πολὺ αὐτὸν γενέσθαι ἀρχαιότατον κ. τ. λ." Conf. et Hesych. ac Suidas. " Ogyges Atticæ, simul et Bœotiæ rex, Eleusinæ conditor: ad cujus ætatem diluvium in Græcia, Deucalionæo prius, referunt, utrumque à Noachico diversum; contra quam plures existimant. Vid. Scaligeri Animadv. ad Euseb. p. 22. Prideaux ad Chron. Marmor. p. 92. Chronologi veteres fere consentiunt, (ut Julius Africanus docet apud Euseb. in Chronico p. 25. 27.) diluvium Ogygium incidisse in annum, ante primam Olympiada, 1020: quæ quum Christum præcedat annis 776, illud esse figendum videtur in annum, ante Christum natum, 1796. Multa, de hoc Ogyge, ceterisque Atheniensium regibus, singulari libro, (quem Volumen 4. Thesauri Græcar. Antiquit. continet,) Joh. Meursius est commentatus. Quod autem omnium in Græcia regum fuerit vetustissimus, aut vetustissimis par, (utpote Jacobo patriarchæ, si Eusebio credimus, æqualis: et longe supra certi temporis fastos evectus,) ideo quævis prisca, et antiquissima Græci vocant ὠγύγια. Simmias Rhodius in Pterygio ὠγύγιον σκᾶπτρον regnum vetustum. Empedocles ὠγύγιον πῦρ, quippe primum, ex ejus sententia, rerum naturalium elementum. Thebanis Bœotiisque hunc usum fuisse proprium, notat Lutat. ad Statii Theb. 1. 173. Vide Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Jov. vs. 14. Nomen ipsum ex Oriente ab עוג vel עוגוג videtur profectum." T. H.]

Ὠδὴ ode, canticum, pro ἀοιδή. Alio loco cel. Lennepius: " Verbum ᾄδειν, ut et nomen ᾠδὴ, pp. convenit in cantum quemcumque, et vix differt, nisi sono, ab Ionico ὑδέομαι, cujus forma simplicior ὕδομαι, nomen ὕμνος peperit. —— Verbum ἐπᾴδειν, vel Medium ἐπᾴδεσθαι, significat idem quod incantare, eo, nempe, sensu, quo dici solet incantatio, vel cantio magica, atque inde ἐπῳδὴ interdum sonat cantionem magicam. Interdum etiam speciatim nomen istud usurpatur in carmine lyrico: quando ἐπῳδὴν vocant cantum, qui reliquo carmini subjicitur, et ei veluti respondens accinitur" &c.

['Ωδὶν, sive ὠδὶς, ῖνος, dolor parturientis. Lennepius, alio loco: " Probe apud Græcos distinguendæ sunt" inquit " voces ὀδύνη, et ὠδὶν, vel ὠδίς. Prius quemcumque dolorem significat, [pp. pungentem. Vide supra.] posterius vero speciatim dolorem notat mulieris parturientis: unde, in Plurali, ὠδῖνες sæpe significant ipsum partum, seu pariendi actionem; quemadmodum fere cernitur in locutione λῦσαι τὰς ὠδῖνας τινὸς partum alicujus solvere, vel partum adjuvare. Ab utroque nomine verba deducta primitivorum naturam sequuntur: et quidem ὀδυνᾶσθαι, ab ὀδύνη, generatim dolere, ὠδίνειν vero, ab ὠδὶν, idem est ac dolore partus laborare: unde deinceps notat parturire, et sæpius metaphorice ponitur, ut parturire apud Latinos." Etymol. c. 821. 5. Ὠδὶς, παρὰ τὸ ὠθῶ· ὠθίς τις οὖσα, δι' ἧς ὠθεῖται τὸ βρέφος. Videri possit conferendum esse verbum ὤδω, ex quo propria eluceat notio premendi et nitendi; ut ὠδίνειν, sive ὤδειν, pp. sit niti, et de nisu parturientis ponatur." Ὠδῖνες pp. sunt dolores exquisiti, quales mulier patitur parturiens. Schol. Sophoclis ad Electr. vs. 535. αἱ ἐν τῷ τίκτειν ὠδῖνες πᾶσαν ὀδύνης ὑπερβολὴν ὑπεραίρουσι. Veteri Hymno in Apollinem, Latona, per novem dies novemque noctes ὠδίνεσσι πέπαρτο partus jacebat confixa doloribus. Infantes difficili partu in lucem editi, in stilo sublimi, ὠδῖνες audiunt, ut apud Æschylum in Agamemn. vs. 1427. et Euripid. in Ione, vs. 45. Recte, meo quidem judicio, cl. L. Bos, Exercitt. p. 69. phrasim (Act. Apost. c. 2. 24.) desumtam esse credidit ab eo, qui manu obstetrice faciat, ut mulier, nixu vehementi fatigata, partu liberetur, atque onus naturæ deponat." L. C. V.] [Quod si tamen locum insignem Homeri, Il. Λ. vs. 268-271. compares cum altero illo, Od. Ι. 415. vix dubitaveris, quin ὠδὶς, æque ac ὀδύνη, origine sua pp. significaverit dolorem acutum: ut ὄδω, et ὤδω, formæ verborum sint eædem, et scriptione sola diversæ. E. S.]

Ὠθέω pello. Ab ὤδω, quod cum ὤθω componendum [Formam simpliciorem ὤθω nobis præbet Etymol. col. 351. 48. Ἔωσεν· ἀπὸ τοῦ ὤθω, inquit, τὸ ἀπώθω, ὁ μέλλων, ὤσω· ὁ ἀόριστος, ὦσα, καὶ, πλεονασμῷ τοῦ ε, ἔωσα. De fluctu vehementius urgente verbum ὤθω legitur, Il. Φ. 241. Ὤθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος, οὐδὲ πόδεσσιν Εἶχε στηρίξασθαι. De austro item, ingentem fluctum vi sua impellente, Od. Γ. 295. Ad priorem vero locum Eustath. p. 505. 29. Τὸ μὲν κυλίειν, inquit, ἀπὸ τῶν ἄνω ἐπὶ τὰ κατώτερα λέγεται· τὸ δὲ ὠθεῖν ἀνάπαλιν. Itaque pulchre verbum hoc adhibuit poëta de Sisypho, lapidem ingentem sursum pellente, lapidemque, iterum delapsum, summa vi ad altiora iterum repellente, Od. Λ. 595. λᾶαν ἄνω ὨΘΕΣΚΕ ποτὶ λόφον —— Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής· Αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὨΣΑΣΚΕ τιταινόμενος. Ubi in transitu observari velim, formas verbi derivatas, (ὠθέσκω et ὠσάσκω,) ab eodem fonte ἄω, sive ὄω, unde ὠθέω, deductas. Lege hic Eustath. p. 1702. 15. et 39. ὠθεῖται γὰρ μὲν λίθος κάτωθεν ἄνω, κυλίνδεται δὲ ἀνάπαλιν. Denuo idem Eustath. p. 1790. 59. κυρίως γὰρ ὠθεῖν, τὸ ἀπὸ χθαμαλοτέρων ἀνάγειν εἰς ὑψηλότερον. Conf. et T. H. in ὄθομαι. E. S.]

Ὠκεανὸς oceanus. Ab ὠκὺς celer. [Ex oriente repetendos esse vocis ὠκεανοῦ natales, post Vossium, eximie docuit S. Bochartus, Geogr. Sacr. l. 1. cap. 36. col. 638. 639. Ubi simul Homeri loca de Oceano in medium dedit vir summus: &c. 638. 60. " Sub Davidis" sic pergit " et Solomonis regno, (quo ævo natum esse Homerum plerique volunt,) Phœnices, non in Occasum modo, sed et in Ortum, per mare Rubrum cœperunt latius se diffundere, et longinquis navigationibus utriusque Oceani remotiora frequentare. Et mare illud vastissimum, quo terram circumquaque cingi deprehenderunt, mare חוג og, sua lingua, vocarunt, id est, mare ambitus. Quomodo Arabice vocari diximus אלכחד אלמחיט mare ambiens. Unde Græcis nata vox ὠγὴν, quod Oceani fuit priscum nomen. Hesychius: ὠγὴν, ὠκεανός" &c. Conf. porro Scholiast. ad Euripidis Bacch. vs. 405. ubi βαρβάρου ποταμοῦ nomine oceanus venit, et idem poëta, in Oreste, vs. 1376. quo loco ὠκεανὸς ἀγκάλαις ἑλίσσων κυκλεῖν χθόνα dicitur. Hæc Bocharti etymologiam haud parum confirmant. E. S.]

Ὠκὺς celer. Pro ὀκὺς, ab ὄκω, vicino alteri ἄκω, i. e. acuo. [Etymol. Ὠκὺς σημαίνει τὸν ταχύν· παρὰ τὴν ἀκὴν, ἥτις δηλοῖ τὴν ὀξύτητα, γίνεται ἀκύς· καὶ, τροπῇ, ὠκύς κ. τ. λ. Simillima ratione Hebr. מהיר pp. est ὀξὺς, acutus, dein penetrans, celer, festinus. Conf. dicta in ὀξύς. Ceterum formam Comparativam vocis ὠκὺς, apud Latinos mansisse in ocyor, ocyus, observatum sæpius fuit. Vide Vossii Etymol. et ibidem laudatos doctiss. viros. E. S.]

Ὠλένη cubitus, brachium. Ab ὀλέω volvo, flecto. [Est pp. forma Adjectivi f. g. à masc. ὤλενος. " Ὤλενος et ὠλένη Lat. ulnus et ulna. A simpliciori ὦλος, quod veteres pro brachio posuerunt. Hesych. Ὠλλὸν (ὦλον) τὴν τοῦ βραχίονος καμπὴν, brachii flexuram &c." T. H.] [Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 872. a. et Vossii Etymol. voce ulna. Vide porro in ὄλλυμι, ὄλμος, ὀλοός. Masculinum ὤλενος servatum fuit in Ὤλενος olenus, nomine viri proprio apud Eustathium, p. 883. 1. Etiam formam vocis simpliciorem ὠλὴν memorat Suidas in ὠλέναι. Ὠλὴν δὲ, inquit, ὠλένος, ἀρσενικόν· τοῖς ὠλέσι, πληθυντικόν. Ab hoc, nempe, Genitivo ὠλένος, novum fluxisse Adjectivum ὤλενος, ὠλένη, ὤλενον, credibile est. Ceterum brachium, sive brachii curvatura à volvendo ὦλος, sive ὠλὴν, (in Gen. ὠλένος,) videtur dicta: quia jactari solet brachium, ac veluti volvi. E. S.]

[Ὤμιλλα ludus nucum. Suidas: παιδιά τις, ἐν ᾗ ὁ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον, ὥστε ἐμμεῖναι, νικᾷ —— ἀπὸ συναιρέσεως ἡ ὤμιλλα. Kusterus postrema hæc legi jubet ἡ ἅμιλλα. Ἅμιλλα certamen, quid pp. sit, explicuit Lennepius. Aptius tamen, ni fallor, componi poterit alterum ὅμιλος, sive ὅμιλος, pp. simul convolutus, simul congregatus, ut explicuit T. H. Itaque ἡ, sive ὁ ὅμιλα dare potuit ὤμιλα, ὤμιλλα, ὤμιλλα: qua voce nucum congregatio dici potuit, quam circulum, sive ollam, vulgo dicunt. E. S.]

Ὦμος humerus. Ab ὄω fero, porto. [Etymol. c. 822. 23. ἢ παρὰ τὸν οἴσω μέλλοντα (ὁ γὰρ ἐνεστὼς οὐκ εἴρηται) γίνεται οἶμος, καὶ ὦμος, ἐφ' οὗ φέρομεν τὰ φορτία, τροπῇ τῆς οι διφθόγγου εἰς ω· κ. τ. λ. Nimirum, quemadmodum, (eodem docente Etymologo, c. 822. 33.) pro οἴ μοι væ mihi! dicitur ὤμοι, ita pro οἶμος dixere ὦμος. Stirps igitur οἴω, sive ὄω, fero, tollo. Ab illius quidem verbi, οἴω, prima Præter. perf. Pass. ἔοιμαι, οἶμος, ὦμος, pp. vocatus videtur humerus, sive quod tollat onera, (uti placet Etymologo,) sive potius, vi formæ Passivæ, quod attollatur: nullum enim membrum fere corporis humani est, in quo sublatio illa magis attendatur. Unde Belgis frequentissima phrasis: *den schouder opligten.*" Ab ὦμος, sive potius ὦμας, Latinis etiam umerum, humerum, dictum fuisse, Vossius docuit. Conf. et seq. ὠμός. E. S.]

Ὠμὸς crudus. Ab ὄω fero, porto. Dicitur de fructibus, [nondum decerptis,] quos etiamnum fert arbor. [Forma sua Passivum est, ut alterum ὦμος, à quo non, nisi usu, differt. Etymologus c. 822. 16. Παρὰ τὸ ὦ, τὸ ὑπάρχω repetit: quod nimis subtile est. Recurramus igitur denuo ad stirpem ὄω, sive potius οἴω fero: de quo lege dicta superius. Tali è fonte ὠμὸς, ἡ, ὸν, pp. est qui, quæ, quod fertur, nempe, ab arbore, atque adeo pp. dicitur de fructibus, teste Aristotele, lib. 4. Meteorol. apud H. Stephan. Th. t. 4. c. 778. Plura dabunt l. l. Stephanus et Foësius in Œcon. E. S.]

[Ὠνέομαι emo, mercor. Etiam ὠνέω, forma Activa, in usu olim fuit. Hesych. Ὠνεῖν. πωλεῖν, ἀπολαύειν. Conf. Pierson. in Mœrid. p. 156. 157. Eustath. p. 1383. 11. ab ὄνος asinus dictum censebat τὸ ὠνεῖσθαι. " Ὥσπερ δὲ" inquit " ἀπὸ τῶν ἀρνῶν τὸ ἄρνυσθαι εἴληπται, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὸ τοῖς ζώοις πώλων, εἴρηται τὸ πωλεῖν· ἀρέσκει δέ τισι, καὶ ἀπὸ τῶν ὄνων κατὰ ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης, τὸ ὠνεῖσθαι παράγεσθαι" κ. τ. λ. Commodius fortasse repetas ab ὄνω, ὀνέω, pp. cumulo, accumulo, adaugeo: ut ὠνεῖν pp. dixerint veteres de licitatione, qua, augendo pretium, emtio, venditio contrahatur. Egregius locus hanc in rem est Herodoti l. 3. c. 224. p. 269. de Dario, Sylosontis amiculum frustra emere cupiente, ἐπεθύμησε, inquit, τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὨΝΕΕΤΟ. Ita et Aristophan. Plut. vs. 519. de emtione servorum, quæ fit auctione publica, ὠνησόμεθ' ἀργυρίου· et alibi passim. Conf. dicta in ὄνειδος, ὄνημι, ὄνομαι &c. E. S.]

Ὦον vox non Græca, sed falsa. [Occasione vocis ὑπερῷον commemoravit eam vocem Eustathius, ad Od. Α. p. 1420. 52. Λέγεται δὲ ὑπερῷον τὸ ὑπερκείμενον οἴκημα· ὦα γὰρ, κατὰ γλῶσσαν, τὰ οἰκήματα. Vide H. Steph. Th. t. 2. c. 1253. D. et lege, quæ ad veram vocis ὑπερῷον compositionem pertinent, indicata, superius. E. S.]

Ὠὸν ovum. Ab ὄω fero. [Sive potius ab οἴω. Distincte magis hinc intelligas illa Etymologi, c. 822. 39. ᾠόν· δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ ᾠὸν τὸ ι ἔχει· πρῶτον μὲν, ὅτι εὕρηται τὸ ι, κατὰ διάστασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ. Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθιον πεπυκαδμένον εὑρεῖν ὤϊον: — δεύτερον δὲ, διὰ τὸν χαρακτῆρα· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ῳοῦ μονογενῆ: — εἰς τὸ ζῶον· τὸ δὲ ᾠὸν ὀξύνεται. — Ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ οἶον· μόνον γὰρ τίκτεται. " Malo ab αὔειν splendere. Sunt enim ova fere alba et splendida. Ideo forte et hodie Græcis αὐγὸ est ovum, ut Danis *oeg*, Angl. *ogge* et Hebr. ביצה ovum à בוץ (ביץ) album esse." Martinius in Etymologico. Neutra derivatio mihi quidem plana satis est. Οἶον pp. videtur esse Participium præs. Act. neutr. gen. verbi οἴω fero. Itaque οἶον, et, pro hoc scriptum ᾠὸν, pp. fuerit ferens, sive portans, nempe pullum, pullum in se continens. E. S.]

Ὠὸπ acclamatio nautica. Factum à sono. [Vide Aristophan. Ran. vs. 182. et Aves, vs. 1394. et Scholiast. E. S.]

Ὥρα tempus pro ὅρα, quod ab ὅρος terminus: de quo suo loco. Alibi cel. Lennep. " Nomina, quibus tempus designatur, ὥρα, καιρὸς, et χρόνος, differunt significatione. Et quidem χρόνος generatim idem valet, quod Latinis tempus: ubi, nempe, indefinite sermo est de tempore, sive temporis duratione; ut, quando Græci dicunt πολὺν χρόνον διατρίβειν, i. e. multum tempus terere, in aliquo loco. Καιρὸς autem præcipue significat temporis punctum, ad aliquid agendum opportunum: adeoque opportunitatem temporis. Hac ratione dicitur aliquis ἐν καιρῷ ἐλθεῖν, i. e. in tempore, vel opportune, venire. Nostrum autem ὥρα tum poni solet à Græcis, quando tempus intelligi volunt definitum, seu fixum et statutum, sive naturæ legibus, sive etiam hominum institutis, sive quocumque alio modo. Ad primum genus pertinet, ubi quatuor anni tempestates ὧραι vocantur, vel ὧραι τοῦ ἔτους. Quemadmodum quoque dicitur ὥρα ἔαρος, ὥρα θέρους, χειμῶνος et similia. Plerumque autem de autumno Græci ὀπώραν dicunt. Ad alterum genus, ubi significat tempus hominum institutis fixum, pertinet locutiones, ὥρα τοῦ δείπνου, ὥρα τοῦ καθεύδειν &c. Ab ista potestate hujus vocis quodammodo deflexerunt Græci posteriores, quando 24. partes diei ὥρας vocaverunt. Fuit usus ille ignotus antiquioribus Græcis, qui alia ratione distinxerunt diei tempora, iisque nomina dederunt ab umbra solis. Ita à veteribus certa diei tempora vocantur, v. gr. ἑξάποους σκιά, i. e. umbra sex pedum, δεκάπους σκιὰ umbra decem pedum &c. Ab omnibus istis parumper recedit usus vocis ὥρα, quando de specie formæ ponitur. Nihilominus tum etiam potissimum spectatur tempus ætatis, quo quis maxime floret et viget, quodque veluti naturæ legibus quoque definitur. Inde ὡραῖος speciatim dicitur homo, qui ea est ætate, quando maxime species formæ commendabilis est, atque hoc modo vox pulcrum, speciosum notat, ætatis habita simul ratione. &c. Hactenus Lennepius: quem vide in χρόνος, et καιρός. Adi et Platonem in Cratylo, p. 410. d. Salmasii Exerc. Plin. p. 446. ss. Grævii Lectt. Hesiod. p. 8. 130. Menagii Amœn. p. 374. Pierson. ad Mœrid. p. 426. et infra in ὥρα. E. S.]

Ὥρα cura. Origine sua convenit cum ὅρα. [Itaque bina ista confudit Etymologus c. 823. 7. Ὥρα σημαίνει τὴν μερ-

φὴν, καὶ τό κάλλος, ἐξ ἧς καὶ ὡραῖος. (Sed vide hic viros doctos, Græviam in primis et Lennepium, ad superius ὥρα.) Σημαίνει δὲ τὴν φροντίδα, καὶ τὸ τέταρτον τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας· γίνεται παρὰ τὸ ὁρῶ, τὸ φυλάττω. Veriorem, ni fallor, etymologiam vide in ὅρω figo, &c. A figendo est etiam notio metaphorica curandi. "Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem, in Milonis consulatu fixi et collocavi. Verba sunt Ciceronis ad Div. l. 2. 6. Idem in Anton. Philippica 14. 9. Nonne satis est, ab hominibus, virtutis ignaris, gratiam bene merentibus non referri? etiam in eos, qui omnes suas curas in reipublicæ salute defigunt, crimen, invidiaque, quæretur? Conf. sis Dissert. nostram in Cantic. Hiskiæ, p. 200. &c. Ceterum ab hoc ipso ὥρα, (præposita litera K, sive C,) Latinorum curam dictam fuisse, post Isaac. Vossium, docuit cel. Burgessius ad Dawes. Misc. Crit. p. 525. E. S.]

Ὠρίων orion: signum cœleste. [Etymol. c. 823. 56. Ὠρίων, κατὰ τροπὴν τῆς ου εἰς ω, ἀπὸ τοῦ Οὐρίων, ἔστιν ἀπὸ ἱστορίας, ἀπὸ τοῦ οὐρῆσαι τοὺς θεοὺς ἐν τῇ βύρσῃ, καὶ γενέσθαι αὐτόν· ἔστι καὶ ἄστρον, οὕτω καλούμενον. Sed adi Eustath. ad Hom. p. 280. 28. 1156. 4. 1535. 41-50. 1255. 19. E. S.]

Ὠρύω ululo. Factum à sono. [Etymol. c. 824. 2. Ὠρύω σημαίνει τὸ κλαίω· παρὰ τὸ ἄω, ἢ αὔω, τὸ φωνῶ, γίνεται ἀωρύω, καὶ, κράσει τοῦ α καὶ ω εἰς ῶ, ὠρύω· ἢ γίνεται αὐορύω, καὶ κράσει τοῦ αυο εἰς ω, ὠρύω, κ. τ. λ. ." Ὠρύεσθαι ululare luporum proprium. In Polluce luporum, vulpium et thoum. In aliis canum ululantium. Græci tamen interpretes de leone passim usurpant. Ita etiam Petrus Apostolus" &c. Bochart. Hieroz. P. 1. p. 7. 730. E. S.]

Ὡς particula, varios usus habens. Oritur ab ὅς. [Consulantur omnino Etymol. col. 824. 13-54. Hesychius in voce. H. Stephani Thesaurus, et, qui de Particulis Græcis eruditissime scripsit, in eximio opere ætatem laturo, vir clariss. H. Hoogeveen, Doctr. Particul. cap. 57, p. 1171-1254. Mea quidem ex sententia hoc ipsum ὩΣ nihil aliud est, quam ΟΙΣ, Dativus vel Ablativus Pluralis, Articuli vulgo dicti Postpositivi, verius autem pronominis relativi, ὋΣ. Itaque tali ex origine τὸ ὩΣ respondebit Lat. quibus, scil. modis, vel simili voce per ellipsin suppressa. Pro οἷς dixerunt primum ῷς, ut pro Μενελεοῖς, Μενελεῷς, pro εὐγεοῖς, εὐγεῷς. Frequenti vero usu iota subscriptum neglectum fuit: ut in aliis benemultis. De ὡς pro εἰς, vulgo accipi solito, adi L. C. V. ad Herodot. 3. 269. E. S.]

Ὠφελέω juvo. Conf. ὀφέλλω, ὀφείλω, et Lat. ops. [Vide T. H. supr. eruditissime de hoc verbo disputantem. Conf. etiam Pierson. ad Mœrid. p. 426. 427. Kœn. ad Corinth. p. 182. &c. &c. E. S.]

Ὠχρὸς pallidus. Pro ἀχρὸς ab ἄχος. [Conf. Foësii Œcon. Hippocrat. E. S.]

LAMBERTI BOSII

REGULÆ PRÆCIPUÆ ACCENTUUM.

1. Accentibus vetustissimi Græci scribendo usi non sunt, ut ex antiquis MStis apparet. Quia vero hodie, et à longo tempore, in Græcorum libris usurpantur, nec suo carent usu: breviter quædam de iis monenda sunt.

2. Accentus est pronuntiandi ratio, qua Syllaba alia in pronuntiando attollitur, alia deprimitur, alia inflectitur et tardius trahitur: quod indicant notæ Accentus, quæ sunt tres: Acutus (´) nota est adscendentis vocis: Gravis (`) nota descendentis: Circumflexus (῀) nota primo adscendentis, dein descendentis, vocis: constat ex Acuto et Gravi, sustinet et quasi circumagit vocem. Nomina ab re Musica petita videntur.

3. Acutus potest esse, vel in Ultima syllaba, quale vocabulum dicitur ὀξύτονον vel in Penultima, quale παροξύτονον vel in Antepenultima, quale προπαροξύτονον.

4. Gravis nusquam scribitur, nisi in fine. Omnis enim Acutus in fine vocis fit Gravis in orationis contextu: hoc solo modo Gravis scribitur, alias subintelligitur in syllabis, quibus, nec Acutus, nec Circumflexus, est impositus. Sic τύπτω, et γράφω, in priore syllaba habentia Acutum, in posteriore intelliguntur habere Gravem; cujusmodi verba ideo vocantur βαρύτονα.

5. Circumflexus scribitur, vel in Ultima, et vocabulum sic notatum vocatur περισπώμενον· vel in Penultima, et vocatur προπερισπώμενον.

6. Omnis dictio unum ex hisce tribus Accentibus necessario requirit, præter aliquot voculas monosyllabas, quæ plane accento carent: ut ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, οὐ, οὐκ, οὐχ, ἐν, εἰς, ἐκ, ἐξ, εἰ, ὡς, quando *sicut* denotat; quum vero pro *sic* usurpatur, acuitur, ut ὥς, quando in fine periodi ponitur. Acuitur etiam οὐ sententiam claudens: ut ἀπεκρίθησαν, οὔ.

7. Non plures præter unum Acutum natura habet quæque vox. Quum tamen vox aliqua duobus notata est Accentibus: prior est naturalis, posterior adsciticius, quem accipit à dictione Enclitica, quæ tum suum Accentum amisit.

8. Sunt autem dictiones Encliticæ, quæ ἀπὸ τοῦ ἐγκλίνειν, ab inclinando, dictæ sunt, quæ in vocem præcedentem inclinant, eamque suo Accentu afficiunt:

Artic. του, τευ, pro τινος, τῳ, pro τινι.

Nom. τις, τι, indefinitum per omnes Casus et Numeros.

Pronom. μου, μευ, μοι, με· σου, σευ, σοι, σε· οὑ, οἱ, ἑ, μιν, σφε, σφιν, σφωε, σφισι, σφεας.

Verb. φημι, et εἰμι, in toto Præs. Indicat., excepta secunda Sing.

Adverb. πως, πω, πη, που, ποθεν, ποτε, ποθι.

Conjunct. τε, γε, τοι, ῥα, θην, περ, κε, κεν, νυ, νυν.

9. Enclitica, abjecto suo Accentu, Ultimam præcedentis vocis acuit, quando ea Acutum habet in Antepenultima, vel Circumflexum in Penultima: ut ἤκουσά τινος· ἦλθέ ποτε.

10. Non tamen semper rejicit Enclitica Accentum: sed retinet aliquando, nonnunquam etiam plane perdit, et non transmittit Accentum.

11. Retinet Enclitica Accentum in initio membri, vel etiam singularis emphaseos gratia: ut σὲ ἀγαπῶ· σοί, φίλε, χάρις· Οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Verbum ἐστὶ quoque in initio membri, aut post voculas οὐκ, ἀλλὰ, ἢ, καὶ, retinet Acutum, sed retrahit eum ad priorem syllabam: ut ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς κ. τ. λ. ἀλλ' ἔστιν· οὐκ ἔστιν.

12. Retinet etiam Enclitica Accentum, quando Ultima in vocabulo properispomeno desinit in Consonam duplicem: ut ὁμῆλιξ μοῦ æqualis meus.

13. Retinet pariter Accentum Enclitica dissyllaba, posita post vocabulum paroxytonum: ut ἁμαρτία ἐστί· λόγος ἐστί.

14. Amittit vero plane Accentum Enclitica monosyllaba post vocabulum paroxytonum: ut λόγος μου· ἄνδρα σου. Similiter post perispomenon: ut ἀγαπᾷς με. Post oxytonum etiam quidem amittit: ut ἀνήρ τις· ubi pro Gravi scripto super ἀνὴρ ponitur Acutus.

Regulæ Generales de Accentibus.

1. Monosyllaba contracta, et quædam alia natura longa, circumflectuntur: ut φῶς, νοῦς, οὖς, ναῦς, γραῦς, παῖς, πᾶς, ποῦ, πῶς. Sed brevia, et longa non contracta, acuuntur: ut ὅς, ἅλς, πούς, χείρ, χθών.

2. Dissyllaba cum constant ex duabus brevibus, priorem acuunt: ut λόγος, μόνος.

3. Dissyllaba constantia ex duabus longis, pariter priorem acuunt: ut Ἥρως, Ἥρη, ἤθη.

4. Dissyllaba priore brevi, et posteriore longa, itidem priorem acuunt: ut ἔρως, λόγου.

5. Dissyllaba, cum sint priore longa natura, et posteriore brevi, vel positione longa, priorem circumflectunt: ut σῶμα, βῆμα, δῆμος, κλῆσις, οἶκος. Quod vero quædam voculæ tales dissyllabæ, ut ὥστε, τοίνυν, καίπερ, εἴπερ, acuantur in priore, non vero circumflectantur, ὦστε, καῖπερ κ. τ. λ., uti regula generalis poscit: ejus rei hæc est ratio, quia illæ sunt proprie duæ voces, quarum posterior est Enclitica, quæ Accentum rejicit in præcedentem, ut ὥς τε, καί περ, τοί νυν· quæ coaluerunt in unam.

6. Polysyllaba, Ultima longa, acuunt Penultimam: ut εἰρήνη, ἀνθρώπου. Excipiuntur Attica, Μενέλεως, λέξεως· quæ, licet in Ultima sint longa, servant tamen accentum in Antepenultima, ubi erat in communibus, Μενέλαος, λέξιος. Sic et Ionica: ut Αἰνείεω pro Αἰνείου.

7. Polysyllaba, Ultimam habentia brevem, acuunt Antepenultimam: ut ἄνθρωπος, εἴδωλον, τυπτόμενος.

Excipiuntur quædam:

1. Vocabula quædam deminutiva et derivata, ut παιδίον, θηρίον· quæ retinent Accentum in illa syllaba, ubi erat in Genitivo, vel Dativo, Primitivi: ut παιδὸς, παιδὶ, θηρὸς, θηρὶ κ. τ. λ.: νεανίσκος à νεανίας· ἐναντίος ab ἀντί· οὐρανόθεν ab οὐρανός.

2. Præterita Passiva Particip.: ut τετυμμένος, γεγραμμένος· et Adjectiva Verbalia: ut τυπτέος, γραπτέος.

8. Diphthongi αι et οι in fine vocum habentur in Accentuum ratione breves: ut Μοῦσαι, ἄνθρωποι, τύπτομαι, οἶκοι. Excipi solet Adverbium οἴκοι domi. Sed ratio est, quia οἴκοι est antiquus Dativus pro οἴκῳ, in quo supprimitur Præpositio ἐν. Veteres enim Vocales longas non habentes, in Dativis hujusmodi scribebant ο, adentes ι ad latus, pro quo deinde ω, et iota subscribebant: ut ΤΕΙ ΟΔΟΙ, pro τῇ ὁδῷ.

9. Ευ et ου in fine habent Circumflexum: ut βασιλεῦ, πανταχοῦ, ἰδοῦ. Excipi solet ἰδοὺ Adverbium, et ἰοὺ Exclamatio. Ratio, quod hæc acuantur, est, ut distinguantur, prius a Verbo ἰδοῦ, posterius à Genitivo ἰοῦ Nominis ἰὸς telum.

10. Compositio retrahit Accentum: ut σοφὸς, φιλόσοφος· χεὶρ, ἀντίχειρ. Sic particulæ α, ευ, δυς κ. τ. λ. in Compositione retrahunt Accentum: ut τακτὸς, εὔτακτος· παιδευτὸς, ἀπαίδευτος· λόγος, ἄλογος, εὔλογος· κινητὸς, δυσκίνητος.

11. Præpositiones dissyllabæ quando postponuntur suis Casibus, retrahunt Accentum in priorem syllabam: ut θεοῦ πάρα· πατρὸς ἄπο· pro παρὰ θεοῦ, ἀπὸ πατρός. Ἀνὰ vero et διὰ hoc non faciunt, scilicet ut distinguatur prius ab ἄνα, Vocativo vocis ἄναξ rex: posterius ab Accusativo Δία Jovem.

12. Composita ex Nomine et Præterito Medio, cum Activam significationem habent, acuuntur in Penultima: ut θεολόγος qui de deo loquitur: οἰνοχόος qui vinum infundit: οἰκονόμος dispensator: παιδοτρόφος liberos alens: πρωτοτόκος quæ prima vice peperit: ἰχθυοφάγος qui pisces edit. Sed cum Passive significant, Accentum habent in Antepenultima: ut ἰχθυόφαγος à piscibus devoratus: πρωτότοκος primogenitus.

13. Genitivus Pluralis Substantivorum primæ Declinationis circumflectitur in Ultima: ratio est, quia contractio est Æolici άων, et Ionici έων ut ὁπλίτης, ὁπλιτάων, ὁπλιτῶν· ἡμέρα, ἡμεράων, ἡμερέων, ἡμερῶν. Sic etiam feminina Adjectivorum tertiæ Declinationis: ut ἡδὺς, ἡδεῖα, τῶν ἡδειῶν· ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τῶν μελαινῶν· ὁ βραχὺς, ἡ βραχεῖα, τῶν βραχειῶν.

14. Sed Adjectiva primæ Declinationis derivata à Masculinis secundæ, Genitivum Pluralem parem habent Masculino: ut ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων.

15. Tertiæ Declinationis Genitivi, ut Dativi dissyllabi, Accentum habent in posteriore syllaba: Nominativi autem, Accusativi, et Vocativi, in priore: ut ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα, τὼ χεῖρε, ταῖν χειροῖν, αἱ καὶ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας.

Reliqua usu sunt discenda.

DE ACCENTIBUS.

E LIBRO FRANCISCI VIGERI ROTOMAGENSIS DE PRÆCIPUIS GRÆCÆ DICTIONIS IDIOTISMIS.

CAPUT I.

ACCENTUS est mensura syllabæ, quæ servatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio, lex, aut consuetudo postulat.

Accentus sunt tres: Acutus, Gravis, Circumflexus.

Explicatio nominum, quibus in significandis accentibus pro varia specie et sede Grammatici Græci utuntur.

Acutus in
- ultima
- penult.
- antepen.

vocantur
- Oxytonus: ut, τιμή.
- Paroxytonus: ut, λόγος.
- Proparox. ut, ἄνθρωπος.

Circumflexus in
- ultima
- penult.

vocantur
- Perispomenus: ut, ποιῶ.
- Properispom. ut, σῶμα.

Gravis ultimam syllabam duntaxat occupat, nunquam tamen pingitur, nisi in orationis contextu, ubi acutus vertitur in gravem: ut, ἀγαθὸς ἀνήρ ἐστι κοινὸν ἀγαθόν. Ubi nota, ἀγαθὸς, κοινὸν, si seorsim sumantur, tono acuto, sed in orationis contextu gravi pinguntur, ut in exemplis.

Animadverte itaque, acutus finalis sive sit in flexione, sive constructione, ante nullam distinctionem, vel duntaxat ante comma (,) vertitur in gravem: ut, ἀγαθὸς bonus. Si colon (·) vel punctum interrogationis (;) vel punctum admirationis (!) sequatur, manet acutus: ut, τίς ἀγαθός; Quis bonus? ὦ ἀγαθέ! o bone! τὸν ἀγαθόν.

Accentuum leges.

Circumflexus
- nunquam est in antepenultima.
- non nisi in syllaba natura longa.
- non in penult. nisi ultima brevi.

[Nempe natura; nam circumflectitur et penultima ante ultimam positione longam, ut αἶθοψ. Nimirum syllabam positione longam in accentuum ratione pro brevi haberi, mox dicetur, cap. 2.]

Acutus
- non præponitur antepenultimæ.
- non in antepenultima nisi ultima brevi.

* Nisi in Ion. in prima Simplicium: ut, Αἰνείας, Αἰνείεω. Et Atticis in reliquis: ut, πόλις, πόλεως.

CAPUT II.

Accentuum Regulæ.

1. Longa natura ante finalem brevem, si tonum habuerit, circumflectitur: ut, σῶμα, μοῦσα, αὖλαξ. [Sed syllaba brevis, ex synalœpha facta longa, retinet tonum naturalem, ut κᾦψον pro καὶ ὄψον.]

Nota, αι et οι finales pro brevibus habentur: ut, μοῦσαι, Αἰνεῖαι, ἄνθρωποι.

Nisi in
- contractis syllabis, ut, Λητοῖ.
- pronomine οἷ, sibi.
- optativis: ut, ποιήσαι, εἴποι.
- adverbiis: ut οἴκοι domi, οἷ, ποῖ ubi &c.

Nota, syllaba sola positione producta, in accentuum ratione pro brevi habetur: ut, αὖλαξ, τύπτε, γράμμα.

2. Vox cum enclitica composita in accentuum ratione pro duabus habetur: ut, ὥστε, ὥσπερ. Sic οὗτινος, ᾧτινι, ὧντινων contra regulas.

3. Omnis acutus finalis, præter τίς interrogativum, in orationis contextu, nisi sequente enclitica, vertitur in gravem: ut, ἀγαθὸς ἀνήρ· sed ἀγαθός ἐστι.

4. Omnis dictio oxytona Apostrophum passa
- In indeclinabilibus amittit accentum: ut, κατ' αὐτὸν, id est, κατά.
- In declinabilibus retrahit tonum: ut, δείν' ἔπαθε, id est, δεινά.

Sed enclitica inclinant et monosyllaba amittunt: ut, τ' ἄλλα.

5. Dictio paroxytona in flectendo facta impar, ultima
- brevi, erit proparoxyt. ut, τύπτων, τύπτοντος, ἕλλην, ἕλληνος.
- longa, manet: ut, τυπτόντων.

* Excipe duntaxat, μήτηρ, θυγάτηρ, εἰνάτηρ, δημήτηρ, quæ penultimam notant.

6. Dictio proparoxytona in flectendo facta par vel impar, ultima
- brevi, manet: ut, τύπτομαι, τυπτόμεθα· εὔχαρις, εὐχάριτος.
- longa, erit paroxyt. εὔχαρις, εὐχαρίτων. Nota, tonus promovetur, salva lege quarta.

7. Longa ante longam, et brevis ante brevem vel longam, si tonum habuerit, erit acutus: ut, λόγος, λόγου, δούλου.

8. Ευ et ου finales, si tonum habeant, circumflectuntur, præter ἰδοὺ ecce et ἰού. [Adde οὔ, οὐκ, οὐχ, in fine sententiæ:]

9. Dictio properisp. in flectendo facta
- Impar, ultima brevi, erit proparoxytona: ut, σῶμα, σώματος.
- Par vel impar, ultima longa, erit paroxytona: ut, σπουδαῖος, σπουδαίου.

10. Dictio polysyllaba oxytona vel perispomena in flectendo facta impar, habet tonum in penultima: ut
- ποιμὴν, ποιμένος.
- ἀγὼν, ἀγῶνος.
- τιμῆς, τιμῆντος.
- τυπῶ, τυπεῖτον.

Nota ad præcedentes leges et regulas.

1. Syllaba natura longa est, quæ in se complectitur vel
- Diphthongum.
- Vocalem longam η, ω.
- Vocalem ancipitem productam: ut, πᾶσα, πῖθι, κλῦθι.

2. Toni species in penult. pendet a syllabarum quantitate, juxta regulam primam et septimam.

Syllabarum quantitas et incrementum multum conducit ad toni notitiam, tum quoad ejus speciem, et sedem: ut, σῶμα, σώματος, σωμάτων· μοῦσα, μούσης.

CAPUT III.

Accentus recti singularis non potest certis regulis tradi, nisi singulis verbis adhibitis, quæ omnia recensere hic labor, hoc opus est; neque nobis, cum brevitati litaverimus, licet esse tam prolixis: cur enim quædam verba, quæ iisdem constant syllabis, vocalibus, et consonantibus varium et diversum habeant tonum, nulla certa regula, aut ratione demonstrari potest: dic obsecro, cur μᾶλλον, [An ut compenset absentiam τοῦ ι, quod exciderat ex regulari comparativo μάλιον, quod reservavit Hesychius? Leges de accentibus recti casus singularis tunc, puto, certæ figi poterunt ubi omnium vocum, quaqua late patet lingua, origines ad constantem analogiæ normam revocari poterunt.] πρᾶγμα, et πρᾶξις sunt properisp. cum ἄλλον, τάγμα, et τάξις sint paroxyt.? cur οὐρανὸς sit oxytonon et πεδίον paroxytonon; cum κοίρανος et στάδιον sint proparox.? Quæ porro major est varietas, quam in tribus, αἰγιαλὸς, αἱμύλος, et αἴσυλος, licet eadem terminentur analogia? Quare cum usu et lectione assidua melius et facilius edisci, quam ullis præceptis comprehendi queant, nunc temporis, dedita opera, omissa facimus.

De tonis in recto singulari regulæ generaliores.

1. Verbalia in μα
- Dissyllaba habent tonum in penultima: ut γράμμα, τραῦμα.
- Polysyllaba sunt proparox. ut, ποίημα.

2. Substantiva in εια
- ab adjectivis oxytonis in ης sunt proparoxytona: ut, ἀληθὴς, ἀλήθεια.
- a verbis in εύω sunt paroxyt. ut, δουλεία a δουλεύω, βασιλεία a βασιλεύω.

3. Adjectiva comparativi et superlativi gradus in
- ος
  - Dissyllaba sunt properis. ut, πλεῖστος.
  - Polysyllaba sunt proparox. ut, σοφώτερος, σοφώτατος.
- ων Paroxytona sunt: ut, ἀμείνων, βελτίων.

4. Nomina composita cum quolibet nomine a præteritis mediis, ut a κτείνω, τρέφω, τέμνω, τίκτω, λέγω, φέρω, si capiantur
- Active, sunt paroxytona: ut, μητροκτόνος matricida, θεολόγος theologus.
- Passive, sunt proparoxyt. ut, μητρόκτονος a matre occisus.

5. Pronomina simplicia masculina, [Et neutra: ut, σφέτερον αὐτό.] si
- sint hyperdissyllaba, sunt proparoxytona: ut, σφέτερος, suus.
- non sint hyperdissyllaba, sunt oxytona: ut, ἐγὼ, σὺ, αὐτός.

* Excipe
- δεῖνα
- ἐκεῖνος, pro quo
  - κεῖνος, Ion.
  - τῆνος, Dor.
- οὗτος.

Nota, composita sequuntur tonum simplicium: ut, οὗτος, τοιοῦτος· αὐτὸν, σεαυτόν.

6. Adjectiva in κος aptitudinem vel potentiam significantia, sunt oxytona: ut, κριτικὸς, φυλακτικός.

7. Composita a βάλλω, πολέω, χέω, cum
- Præpositione, sunt proparoxytona: ut, ἀμφίβολος, [Περίπολος] πρόχοος.
- Alia dictione, sunt paroxytona: ut, ἑκηβόλος, [Οἰκοπόλος] οἰνοχόος.

8. Dissyllaba
- Interrogativa primam notant: ut, ποῖος qualis.
- Indefinita ultima: ut, ποιὸς qualiscunque, ποσὸς quantuscunque: sed πόσος quantus?

Adjectiva verbalia in τος, ut et participia præteriti passivi sunt paroxytona: ut, λεκτέος, γραπτέος, γεγραμμένος.

Nota de Participiis.

Æoles retrahunt accentum particip.
- βεβλημένος, Æol. Aphær. βλήμενος,
- τετυφὼς. Æol. τετύφων.

Compositio tonum participiorum non variat: ut, εἰμὶ, ὢν, παρὼν· sic ἐλθὼν, εἰσελθών.

De tonis feminini et neutrius generis Adjectivorum omnium trium terminationum in recto singulari.

Regula.

In Adjectivis (ut et Participiis et Pronominibus) tonus feminin. et neutrius generis, quoad fieri potest, sequitur tonum masculini: ut, καλὸς, καλὴ, καλόν· θεὶς, θεῖσα, θέν· πᾶς, πᾶσα, πᾶν· θῆλυς, θήλεια, θῆλυ· ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ· σπουδαῖος, σπουδαία, σπουδαῖον· ἅγιος, ἁγία, ἅγιον.

* Excipe duntaxat ἐλαχὺς, et λιγὺς, quæ in feminino accentum retrahunt in antepenultimam: ut, ἐλάχεια et λίγεια, et unum χαρίεις, χάριεν.

Nota, adjectiva feminina in recto singulari a masculinis
- Parisyllabicis, ultimam producunt: ut, ἅγιος, ἁγία· præter πότνια, et δῖα.
- Imparisyllabicis, ultimam corripiunt: ut, πᾶσα, θεῖσα.

Adjectiva masculina paroxytona in ων
- Imparisyllabica, retrahunt tonum: ut, ὁ καὶ ἡ ἀμείνων, καὶ τὸ ἄμεινον.
- Dissyllaba, penultimæ locum servant: ut, ὁ καὶ ἡ πλείων, καὶ τὸ πλεῖον.

Adjectiva paroxyt. in ης in neutro sunt proparoxytona: ut, ὁ καὶ ἡ αὐτάρκης, καὶ τὸ αὔταρκες. oxytona servant tonum.

CAPUT IV.

De tonis obliquorum parisyllabicorum.

In tribus prioribus declinationibus simplicium tonus in recto Oxytonus, in
- Genitivo et Dativo est Perispom. ubique: ut, ποιητὴς, ποιητοῦ. ὁδὸς, ὁδοῦ, ὁδῶν, ὁδοῖς. καλὸς, καλοῦ.
- Reliquis casibus manet, ὁδὸν, ὁδούς.

Tonus in recto
- Paroxytonus, penultimæ locum tenet: ut, τύχη, τύχης, τύχην· χώρα, χώρας, χῶραι.
  - * Sed μία cum compositis in genitivo et dativo singulari ubique est perispomenon: ut, μιᾶς, μιᾷ· μηδεμιᾶς, μηδεμιᾷ· οὐδεμιᾶς, οὐδεμιᾷ.
  - Nota, adjectiva in recto plurali feminina sequuntur tonum masculini: ut, ἅγιοι, ἅγιαι, ἅγια, σπουδαῖοι, σπουδαῖαι, σπουδαῖα.
- Proparoxytona juxta regulam sextam, cap. 2.
- Properispomena juxta regulam nonam, cap. 2.

Ad præcedentem regulam nota generaliter.

1. Omnis genitivus pluralis in prima et secunda declinatione circumflectitur in ultima:
- Substantiva omnia, ut
  - Αἰνείας, Αἰνειῶν.
  - μοῦσα, μουσῶν.
  - τιμὴ, τιμῶν.
  - Excipe
    - χλούνων.
    - χρήστων.
    - ἐτησίων.
    - Ἀφύων.
- Adjectiva duntaxat
  - Parisyllabica oxytona omnia cujuscunque generis: ut, καλὸς, καλῶν· καλὴ, καλῶν. [Nam excipiuntur gravitona feminina secundæ, a masculinis tertiæ deducta: ut, ἁγία, ἁγίων, πρωτέρα, πρωτέρων. Sic pronomen αὕτη, ταύτων.]
  - Imparisyllabica feminina: ut, ἡδὺς, ἡδέων· sed ἡδεῖα, ἡδειῶν. sic τυπτοῦσα, τυπτουσῶν.

Nota secunda.

2. α finale in prima et secunda declinatione in duali, et dativo singulari producitur: ut, ἡ χώρα, τῇ χώρᾳ, τὰ χώρα. Sed in vocativo secundæ declinationis sequitur tonum recti: ut, ἡ μοῦσα, ὦ μοῦσα· ἡ χώρα, ὦ χώρα.

ας finale in prima et secunda declinatione in singulari et plurali numero communiter producitur: ut, ἡ χώρας, τὰς χώρας. Dorice corripitur: ut, τὰς χώρας, τὰς μοίσας.

αν finale in
- prima producitur: ut, τὸν Αἰνείαν.
- secunda sequitur quantitatem recti: ut, ἡ χώρα, τὴν χώραν· μοῦσα, μοῦσαν.

Nota specialiter ad paroxytona.

3. Quatuor paroxytona primæ declinationis, ut δεσπότης, μητιέτης, ἀκακήτης, εὐρύοπης, in vocativo singulari fiunt proparoxytona: ut, ὦ δέσποτα, μητίετα, quibus addi potest οἰκοδεσπότης, ὦ οἰκοδέσποτα.

Hæc et similia nomina:
- Appellativa formant vocativum in α brevem: ut, ὦ βιβλιοπῶλα· κυνώπης, ὦ κυνῶπα.
- Propria α vocativi producunt: ut, ὦ Αἰνεία, ὦ Θωμᾶ.

Regula quartæ declinationis simplicium.

Tonus in recto singulari in obliquis hujus declinationis idem est, τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, &c.

Sed si rectus oxytonus, genitivus pluralis et dativi omnes sunt perispomena: ut ὁ λαγὼς lepus, τῷ λαγῷ, τοῖν λαγῷν, τῶν λαγῶν, τοῖς λαγῷς.

Regula de casibus obliquis parisyllabicis non contractis primæ declinationis contractorum.

Nomina substantiva et adjectiva polysyllaba in ης in recto, in vocativo fiunt proparoxytona: ut, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, vocativo ὦ ἄληθες, αὐτάρκης, vocativo ὦ αὔταρκες· ὁ ἡρακλῆς, ὦ ἥρακλες, Hercules. Sic de tonis parisyllabicis. Excipio duntaxat vocativ. quintæ declinationis, de quo in sequente capite.

CAPUT V.

Declinatio quinta.

Polysyllaba hujus, aut cujuscunque declinationis imparisyllabica, quoad tonum in obliquis, innotescunt per regulam. 5. 6. 10. cap. 2.

Monosyllaba in recto, in genit. et dat. sing. et dativo plurali sunt oxytona: ut, χεὶρ, χειρὸς, χειρὶ, χερσί· πᾶς, παντὸς, παντί· εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, cum compositis: ut, οὐδεὶς et μηδεὶς, οὐδενὸς, μηδενὸς, οὐδενὶ, μηδενί.

* Sed penultima dativi pluralis:
- in compositis ab εἷς acuitur; ut, οὐδέσι, μηδέσι.
- τοῦ πᾶς, omnis, circumflectitur: ut, πᾶσι.

Monosyllaba in recto:
- In accusativ. singul. nomin. accusat. et vocat. dual. et plurali — penultim.:
  - longam circumflectunt: χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.
  - brevem acuunt: ut, ποῦς, πόδα, πόδες, πόδας.
- In genitivo duali et plurali sunt perispomena: ut, χεὶρ, χειροῖν, χειρῶν· ποῦς, ποδοῖν, ποδῶν.

* Excipe duntaxat δμῶς, τρῶς, θῶς, φῶς et φῷς; κρὰς, δὰς, λὰς, παῖς, simul et οὖς, quæ in genitivo plurali contra regulam sunt paroxytona: ut, τρώων, πάντων, παίδων, φώτων, et unum ὁ φὼς, in duali τοῖν φώτοιν, sic Canin.

Nota ad præcedentes regulas.

Τίς interrogativum, et pronomen δεῖς, ut et participia monosyllaba ubique penultimam notant: ut, τίς τίνος τίνι τίνα· θεὶς θέντος θέντα· στὰς στάντος στάντι στάντα· δεῖς δεῖνος δεῖνι δεῖνα.

Regula.

Nomina hujus declinationis Metathesin passa, et syncopata omnia, et hæc vox γυνὴ, quoad tonum in obliquis imitantur monosyllaba: ut, ἀνὴρ ἀνδρὸς ἄνδρα· κύων κυνὸς κύνα· γυνὴ γυναικὸς γυναικὶ γυναῖκα· γόνυ γόνυος γόνος· δόρυ δόρυος δουρός.

Nota, ας finale:
- communiter corripitur: ut, τιτᾶνας.
- Dorice producitur: ut, τοὺς τιτάνας.

De tonis obliquorum imparisyllabicorum obiter.

Paroxytona hyperdissyllaba in ων in vocativo sing. sunt proparox. ut, ἀμείνων, ὦ ἄμεινον, Ἀγαμέμνων, ὦ Ἀγάμεμνον.

* Excipe duntaxat Λακεδαίμων, Παλαίμων, Μαχάων, Ἱκετάων, Ἀρετάων, quæ penult. vocativi singularis circumflectunt: ut, ὦ Λακεδαῖμον, Παλαῖμον, Μαχᾶον, &c. Quibus adde composita à φρὴν, quoties penultim. vocativi producunt: ut, ταλαίφρων, ὦ ταλαῖφρον· at ταλάϊφρον.

Hæc oxytona πατὴρ, γαστὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, γυνὴ, et tria paroxytona, δημήτηρ, εἰνάτηρ, θυγάτηρ, in vocativo singulari tonum retrahunt: ὦ πάτερ, γάστερ, ἄνερ, δᾶερ, σῶτερ, γύναι, δήμητερ, εἴνατερ, θύγατερ.

CAPUT VI.

Accentuum ratio in Contractione.

In contractione ex gravi et acuto fit acutus: ut, ποιεόμεθα, ποιούμεθα.

Ex acuto et gravi fit circumflexus: ut, ποιέομαι, ποιοῦμαι.

Nota, in verborum contractione verum est.

* In nominibus excipe duntaxat:
- Nom. et vocat. dual. secundæ et tertiæ declinat. simpl. ut, τὼ νόω νὼ, μνάα μνᾶ.
- Genit. plur. εὐηθέων, συνηθέων, ἀσυνηθέων, τριηρέων, quæ tonum retrahunt: ut, εὐήθων, τριήρων, ab εὐήθης et τριήρης, &c.
- Accusativum singul. quartæ declinationis contract. si terminatio recti sit ώ· ut, ἡ λητὼ, τὴν λητόα λητώ. [Nam si rectus terminatur in ὼς, circumflectitur: ut, τὴν αἰδόα, αἰδῶ.]

Syllaba tono affecta, in quam non cadit contractio, vendicat tonum: ut τίμαε, τίμα, τείχεος τείχους.

* Excipe duntaxat quædam adjectiva in εος proparoxytona materiam aut colorem significantia, quæ promovendo accentum, post contractionem fiunt perispom. ut, χρύσεος, aureus, χρυσοῦς· ἀργύρεος, argenteus, ἀργυροῦς· χάλκεος, χαλκοῦς· sic ἔρεος, πορφύρεος, κεράμεος. Quibus adde ἀδελφίδεος, θυγατρίδεος, quæ εος in οῦς contractum mutant.

Contracta omnino producuntur: ut, ὁ καὶ ἡ νῆστις, sed τοὺς καὶ τὰς νήστιας, νῆστις· ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, sed τοὺς καὶ τὰς ἀδάκρυας, ἀδάκρυς.

CAPUT VII.

De tonis verborum compositorum et simplicium, cujuscunque vocis, modi, numeri, aut personæ, juxta sequentes sex tabellas.

Tabella modi Infinitivi.

Verba in Indicat.:
- perispom.: in voce activa, manent in Infinitivo: ut, σπερῶ, σπερεῖν· τυπῶ, τυπεῖν, et Aorist. β. ut, ἔτυπον, τυπεῖν.
- proparox.: in voce passiva et media, manent in Infinitivo: ut, τύπτομαι, τύπτεσθαι, τυπήσομαι, τυπήσεσθαι. * Quibus adde aorist. α mediæ vocis: ut, ἐτυψάμην, τύψασθαι.

Reliqua tempora modi infinitivi cujuscunque vocis habent tonum in penultima: ut, ποιῆσαι, τυπῆναι, τετυφέναι, ἰέναι, εἶναι, θεῖναι.

Regula.

Idem est tonus modi infinitivi in verbis simplicibus, et compositis: ut, ἔχειν, παρέχειν· ἐλθεῖν, εἰσελθεῖν· εἶναι, παρεῖναι.

Tabella modi Infinitivi extra communem Dialectum.

Communiter tonus in ultima, si:
- numerus syllabarum servetur, manet: ut, τυπεῖν, Dor. τυπέν. ποιεῖν, Æol. ποιῆν, ποιεῖς.
- paulum augeatur, erit in penultima: ut, τυπεῖν, τυπέμεν.

Communiter tonus in penultima, si:
- numerus syllabarum non augeatur, manet: ut, τύπτειν, Dor. τύπτεν, Æol. τύπτην· sic τυπῆναι, Ion. τυπῆμεν et τυπέμεν· δοῦναι, Ion. δόμεν.
- augeatur syllaba, est proparox.

Finita in άμεναι, έμεναι, ήμεναι, et όμεναι, cujuscunque dialecti, sunt proparoxyt. ut, δοῦναι, δόμεναι, θεῖναι, θέμεναι.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum secundæ personæ singularis Imperativi, et primæ in reliquis modis cujuscunque vocis aut temporis.

Verba monosyllaba:
- Brevia, sunt oxytona: ut, θές pone, δός da.
- Longa circumflectuntur: ut, θῶ, δῶ, ἦν.

Dissyllaba ultima:
- Brevi, habent tonum in penult. ut, τύπτε, σῶσαι. * sed εὑρὲ, ἐλθὲ veni, εἰπὲ, dic, Attice sunt oxyt. [Addunt λαβὲ, ἰδέ.]
- Longa vel sunt:
  - paroxytona: ut, τύπτω,
  - perispomena: ut, τυποῦ, τυπῶ.

Polysyll. ultima:
- Brevi sunt proparox. ut, τέτυφα, ἔχθαιρε, ἵστασο, ἤκουσα. * Sed tempora optativi modi activi ab Indicat. perispom. ut, τυπῶ, τυποῖμι, σπερῶ, σπεροῖμι.
- Longa vel:
  - parox. ut, λαμβάνω.
  - perisp. ut, ἀκοῦ.

Regula.

Aoristus secundus mediæ vocis in secunda persona sing. Imperativi modi est perispom. ut, τυποῦ, σπαροῦ. Præter unum τράποῦ.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum in reliquis personis, cujuscunque numeri, temporis, aut vocis, per tonum primi singularis.

Tonus perispom. in prima persona, in reliquis personis si numerus syllabarum:
- servetur, manet: ut, θῶ, θῇς· τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.
- paulum augeatur, ut in regula decima, cap. 2.

Properispom. in prima, in reliquis personis si numerus syllabarum:
- augeatur, fit juxta regulam nonam cap. 2.
- non augeatur, ult.:
  - brevi, manet: ut τυποῦμαι, τυπεῖται.
  - longa, erit parox.
- minuatur, fit perispomen. ut, τυποῦμαι, τυπῇ.

Paroxyt. in prima, in reliquis personis si syllab. numerus:
- augeatur, fit juxta regulam quintam cap. 2.
- non augeatur, ultima:
  - brevi:
    - In polysyll. erit proparox. ut, τύπτοιο.
    - In dissyll. erit properisp. ut, πταίμην, πταῖο.
  - longa, manet: ut, τύπτεις.

Proparoxyt. in prima singulari, in reliquis personis ejusdem temporis si numerus syllabarum:
- augeatur, fit juxta regulam sext. cap. 2.
- non augeatur,
  - ult. brevi, manet: ut, τύπτομαι, τύπτεται,
  - ultima longa, erit paroxyt. ut, τύπτηθι, τυπήτω, τυπήτων.
- minuatur, erit paroxytona: ut τύπτομαι, τύπτῃ.

Nota ad paroxyt. in præcedente tabella.

Paroxyt. in είμην, et αίμην, duntaxat in verbis in μι, si numerus syllabarum:
- augeatur, fit juxta regulam quintam cap. 2.
- non augeatur ult.:
  - brevi, properisp. ut, ἱσταίμην, ἱσταῖο· θείμην, θεῖο.
  - longa, manent.

Quibus addi possunt futur. α. in quinta, et futur. β. in reliquis conjugationibus Barytonorum in voce media, et modo optativo, ut, σπεροίμην, σπεροῖο, σπεροῖτο· τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο.

Reliqua autem in αίμην et οίμην sequuntur tonum parox. sicut in tabella: ut, τυψαίμην, τύψαιο· τυπησοίμην, τυπήσοιο.

Tabella verborum compositorum duntaxat in secunda persona sing. modi imperativi.

Monosyllaba post compositionem sunt paroxytona: ut, ἕς, ἄφες, remitte: δὸς, ἀπόδος, redde.

Dissyllaba, ultima:
- brevi, post compositionem sunt proparoxytona: ut, ἐλθὲ, εἴσελθε, μάθε, κατάμαθε· τεῖνον, ἔκτεινον. Item polysyllaba: ut, ἔγειρον, συνέγειρον.
- longa, servant tonum: ut, αἱροῦ, ἀφαιροῦ.

* Hæc duo tamen excipiuntur, λαθοῦ, ἐπιλάθου, obliviscere: ἱκοῦ, ἀφίκου, veni.

Tabella verborum compositorum in prima persona singulari per omnes modos.

